LEXICON
CICERONIANUM
MARII NIZOLII

EX RECENSIONE

ALEXANDRI SCOTI

NUNC CREBRIS LOCIS REFECTUM ET INCULCATUM.

ACCEDUNT

PHRASES ET FORMULÆ
LINGUÆ LATINÆ

EX COMMENTARIIS

STEPHANI DOLETI.

JUXTA EDITIONEM JACOBI FACCIOLATI.

TOM. II.

LONDINI:

TYPIS EXCUDEBAT J. F. DOVE;

PROSTANT VENALES APUD R. PRIESTLEY.

MDCCCXX.

NIZOLII

CICERONIANUM,

&c.

F

F *Litera digamma. Lege*, Digamma.

FA

Faba, æ, *legumen maximum*, *κύαμος*, *πύαμος*. 1. de Div. 62. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus. 2. 119. Faba quidem Pythagorici utique abstinuere; quasi vero eo cibo mens, non venter infletur.

Fabella, æ, *fabula*, *μυθάριον*. 2. de Orat. 244. Si quando quid tanquam aliqua fabella narratur. Pro Cæl. 64. Fabella vetus. 2. de Div. 80. Contemne cotem Attii Navii, nihil debet esse in philosophia commentitiis fabellis loci. 2. Qu. Frat. 15. Quanquam a te actam fabellam video esse festive.

Adjuncta. *Anilis, commentitia, latina, vetus.*

Faber, bri, *opifex*, *artifex*, *τέκτων*, *χαλκεὺς*, *τεχνίτης*. Ver. 5. 48. Capitolium factum est publice gratis, coactis fabris, operisque imperatis. De Cla. 257. Ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. 9. Fa. 2. Si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad ædificandam rempub. poterimus et nos libenter accurrere. 9. 15. Tu velim cum fabris domum perspicias: si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitii, cætera mihi probabuntur. Ver. 1. 147. Quantum paucæ operæ et mercedes fabrorum tulerunt. Pro Plan. 62. Si mancipium pro fabro, aut pro textore emimus. Orat. 156. Fabrum et procum audeo dicere, non fabrorum et procorum. 9. Att. 8. Jam duo præfecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt. 3. de Nat. in Frag. Ut faber cum quid ædificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur, quæ sit parata.

Adjunct. *Lignarius, optimus, tignarius.*

Syntaxis. *Faber tignarius. Pro fabro, aut pro textore mancipium emere.*

Fabianus, *a Fabio. Lege*, Fornix.

Fabrateria, *oppidum*. 9. Fam. 24.

Fabre, *artificiose*, *scite*, *affabre*, *τεχνικῶς*. Ver. 2. 83. Argentum fabre factum. Alii conjunctim legunt.

Fabrica, æ, *ipsa fabricatio*, *ars fabrilis*, *κατασκευὴ*, *τέχνημα*, *οἰκοδόμησις*. 1. de Nat. 53. Natura effectum esse mundum, nihil opus fuisse fabrica. 1. de Div. 116. Materia deinde quid juvaret, nisi confectionis ejus fabricam haberemus? 1. Off. 127. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. 3. de Nat. 55. Vulcanus qui Lemni fabricæ præfuisse dicitur. *Ibid.* 35. Ut pictura et fabrica, cæteræque artes. *Ibid.* 138. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. 1. 19. Quibus oculis intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis? 2. 159. Omnis fabrica æris et ferri. *Ibid.* 121. Enumerare possum, quæ sit in figuris animantium, et quam solers subtilisque descriptio partium, quamque admirabilis fabrica membrorum.

Adjunct. *Admirabilis, diligens, divina, incredibilis.*

Fabricatio, onis, *fabrica*, *μηχάνησις*, *ποίησις*. 2. de Nat. 133. Si erit tota hominis fabricatio perspecta. 3. de Orat. 166. In verbo quandam habet fabricationem.

Fabricator, oris, *ædificator*, *architectus*, *artifex*, *machinator*, *κτίστης*, *δημιουργός*. De Un. 5. Ille fabricator tanti operis. 4. Acad. 120. Minutorum opusculorum fabricator.

Fabricatus, a, um. De Un. 15. Mundus globosus est fabricatus.

Fabrico, as, *fabricor*, *architector*, *τεκταίνομαι*, *χαλκεύω*, *δημιουργέω*. 1. Off. 147. Pictores, et ii, qui fabricant. 4. Acad. 17. Nihil est clarius *ἐνέργεια*, ut Græci: perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus, fabricemusque, si opus erit, verba.

Fabricor, aris, *fabrico*, *architector*. 4. Acad. 86. Esse aliquam vim cum prudentia et consilio scilicet, quæ finxerit, vel, ut tuo verbo utar, quæ fabricata sit hominem. 30. Quanto artificio natura fabricata esset primum animal omne, &c. 1. de Nat. 4. Ut ea ipsa dii immortales ad usum hominum fabricati pene videantur. 3. de Orat. 176. Itaque incre-

dibiliter hoc natura fabricata est. *Ibid.* 178. Capitolii fastigium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Pro R. P. 7. Is qui fabricatus gladium est. 2. de Div. 43. Cyclopas Jovi fulmen fabricatos esse in Ætna putant.

ADVERB. *Incredibiliter.*

Fabrilis, le, χαλκευτικός. 6. Att. 2. Erratum fabrile: *id est, opificis statuarum.*

SYNTAXIS. *Solers subtilisque partium descriptio, et admirabilis membrorum fabrica. Verba fabricare. Incredibiliter omnia fabricatur Deus.*

Fabula, æ, *res commentitia, scena, comœdia, tragœdia, apologus, argumentum,* μῦθος, μυθολογία. 2. de Div. 113. Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quæ, delectationis habeant quantum voles, verbis, sententiis, numeris, canticis adjuventur; autoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adjungere. De Cl. 72. Livius, qui primus fabulam docuit. 1. Tusc. 3. Livius fabulam dedit. De Cl. 79. Ennius cum Thyestem fabulam docuisset, mortem obiit. Pro Clu. 84. Stalenus a P. Cethego admonitus, istam dedit conciliationis et gratiæ fabulam. 2. Att. 34. Non solum unum actum, sed totam fabulam confecissem. 13. Att. 33. De Varrone loquebamur, Lupus in fabula. *Ibidem.* Etenim decantata erat fabula. De Sen. 64. Quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. *Ibid.* 70. Nec histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur. Pro Mil. 8. Itaque non sine causa fictis fabulis sapientissimi homines memoriæ prodiderunt, Orestem, &c. 1. de Inv. 27. et 1. ad Her. 13. Fabula est, in qua nec veræ, nec verisimiles res continentur. 1. de Inv. 25. Apologus, vel fabula, vel irrisio. Part. 40. Fabula etiam nonnunquam, etsi sit incredibilis, tamen homines commovet.

ADJUNC. *Commentitia, falsa, ficta, ficta et commentitia, impia, incredibilis, non satis digna, nova, obscœnissima, optima, accommodatissima, puerilis.*

SYNTAXIS. *Fabulam docere, dare, agere, decantare. Peragere fabulam ætatis. Conciliationis et gratiæ fabulam dare. Totam fabulam conficere. Lupus in fabula. Fictis fabulis memoriæ prodere aliquid.*

Facesso, is, *abeo,* ἄπειμι, ἀπαλλάττομαι. Pro Flac. 97. Vis absit, ferrum removeatur, operæ facessant, servitia sileant. 1. de Leg. 39. Atque etiam Epicureos, ab omni societate reip. paulisper facessant, rogemus.

Contraho, exhibeo, creo, παρέχω. Div. 46. Ipso profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. 3. Fam. 10. Facessere negotium alicui.

Facessor, eris. Pro Cl. 158. Si cui forte hac lege negotium facessetur. Ver. 4. 142. Cum audissent ei negotium facessitum.

Facete, *salse, concinne, ridicule, venuste,* κομψῶς, χαριέντως. 1. de Orat. 243. Colligere multa non modo acute, sed etiam ridicule ac facete. De Clar. 164. 9. Fam. 16. Dicere aliquid facete. Pro S. R. 128. Facete eludi ab aliquo. Frag. ep. Quæ facete, et breviter, et acute locuti essemus. 2. *de Orat.* 228. *et deinceps.* Pro Cæl. 6.

Facetiæ, arum, *jocus, sal, lepos, cavillatio, dicacitas, urbanitas, festivitas, argutia,* κομψότης, ἅλες. 2. de Orat. 218. Duo sunt genera facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve: illa a veteribus superior, cavillatio, hæc altera, dicacitas nominata est. Orat. 87. Sales, quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis: utetur utroque, sed altero in narrando aliquid venuste, altero in jaciendo, mittendoque ridiculo. 2. de Orat. 248. Quod facete dicitur, id alias in re, alias in verbo habere facetias. 9. Fam. 15. Mirifice capior facetiis, maxime nostratibus. 1. de Orat. 243. Multo majorem partem sententiarum sale tuo, et lepore, et politissimis facetiis pellexisti. De Clar. 128. P. Scipio omnes sale facetiisque superabat. 1. Off. 133. Sale conditus et facetiis Cæsar, &c. De Cl. 177. Festivitas, facetiæ, urbanitas, lepor, suavitas. *Ibid.* 143. Facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. 1. de Orat. 17. Lepos quidam facetiæque, et eruditio libero digna. *Ibid.* 159. Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. 1. Att. 10. Aliquis facie magis, quam facetiis ridiculus. 2. de Orat. 228. *et deinceps de jocis et facetiis.*

ADJUNCTA. *Asperiores, multæ, claræ, perpetuæ, crebræ, pulchræ, politissimæ, illustres, egregiæ, eximiæ.*

Facetosus, a, um, *jucundus.* 2. de Fin. 103. In quantam hominum facetosam urbanitatem incurratis, non dico. *Pro* facetosam, *sunt qui legant,* facetorum, *quod placet.*

Facetus, a, um, *salsus, urbanus, venustus, concinnus, festivus, argutus, dicax,* εὐτράπελος, στωμύλος. 1. Off. 108. Facetus et dulcis, festivique sermonis, et in omni oratione simulator Socrates. 2. de Orat. 219. Natura fingit homines, et creat imitatores et narratores facetos, et vultu adjuvante et voce, et ipso genere sermonis. *Ibid.* Ante illud facetum dictum emissum hærere debet, quam cogitari potuisse videatur. De Cl. 191. Faceta et elegans ironia. 2. Att. 20. At etiam quodam loco facetus esse voluisti. 15. Fam. 21. Primum, quod tibi facetum videtur, quidquid ego dixi: deinde, quod illa sive faceta sunt, sive sic fiunt, narrante te, venustissima. De Cl. 63. Acutus, elegans, facetus, brevis. *Ibid.* 173. Cum aculeo et maledicto facetus. 1. Off. 105. Genus jocandi elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Pro Dom. 92. Et homo facetus inducit etiam sermonem urbanum et venustum. 1. de Orat. 32. Sermo facetus, ac nulla in re rudis. 228. Esse salsum et facetum. Frag. ep. Pedes faceti.

Syntaxis. *Dicere aliquid facete. Facete, et breviter, et acute loqui. Uti facetiis. Capi facetiis. Pellicere facetiis. Sale conditus et facetiis. Facetiarum et urbanitatis lepos non scurrilis. Libare facetiarum leporem ex omni genere urbanitatis. Facetus et dulcis. Narrator facetus. Faceta et elegans ironia. Cum aculeo et maledicto facetus. Genus jocandi facetum. Sermo facetus. Esse salsum et facetum.*

Facies, ei, *species oris*, πρόσωπον. 1. de Orat. 127. Quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. 2. de Div. 143. Hominis figura, ut cum Homeri faciem cogito. 2. Att. 41. Velim mihi dicas, L. Tarsucius qua facie fuerit, qua statura.

Forma, status, species, conditio, εἶδος. 1. Off. 14. Formam et tanquam faciem honesti vides. Pro Fl. 53. Fateantur in Meandri persona expressam esse faciem civitatis. 8. Att. 23. Legatus enim Senatus faciem secum attulerat. Pro Fl. 70. Affers faciem novam, nomen vetus, &c. I. P. 81. Virtus, quam tu ne de facie quidem nosti.

Syntaxis. *Facies virtutis, hominis. Faciem sibi nemo fingit. Qua sit facie, qua statura. Forma et tamquam facies honesti. Expressa facies civitatis in &c. Afferre faciem novam. Virtutem ne de facie quidem nosse.*

Facile, *libenter, plane, prorsus, nullo negotio, nullo labore, proclivius*, ῥᾳδίως, ἀταλαιπώρως .)(. *Ægre, tristius, difficulter, vix*. 1. Tusc. 81. Sed te aberrare a proposito facile patiebar. 1. de Orat. 150. Subitam orationem commentatio facile vincit. 1. Fam. 5. Cæteris injuriis, quæ propositæ sunt a Catone, facile, ut spero, resistemus. 2. de Orat. 232. Quis enim hæc vel non facile, vel certe aliquo modo posset ediscere? 6. Fam. 10. Tu qui esses ordinis tui facile princeps. 3. de Orat. 40. Facile vincit, et facile superat. 1. Tus. 81. Africani fratris nepos vita omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus. Pro Cæl. 22. Voluntas testium, quæ facillime fingi, nullo negotio flecti potest. Antequam. 13. Qui sperant, facilius et proclivius ad laudem nobilitatis pervenient.

Syntaxis. *Facile patior. Facile princeps. Ille facile est deterrimus. Facillime talis, nullo negotio talis. Facilius et proclivius perficies.*

Facilis, le, *lenis, proclivis, expeditus, explicatus, promptus, exorabilis, indulgens*, ῥᾴδιος, ἀνεκτικὸς, εὔλυτος.)(. *Fastidiosus, difficilis*. 1. de Orat. 237. Utriusque rei facilis est et prompta defensio. Pro Cæc. 8. Potuisti ad tuum jus faciliore et commodiore judicio pervenire. De Cl. 180. T. Junius fuit facilis et expeditus ad dicendum. 1. de Fin. 33. Facilis et expedita distinctio. 2. de Orat. 190. Materia facilis ad exardescendum. 2. Att. 42. Sed materia facilis, in te dicta dicere. Pro Cæl. 62. Quæ omnia facilem habent rationem reprehendendi. Orat. 122. Nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione versantur. Pro Pomp. 41. Facilis aditus ad eum privatorum, liberæ querimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur. Pro Dom. 45. Deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute. Pro Pl. 5. Sed mihi in causa facili et explicata, perdifficilis et lubrica defensionis ratio proponitur.

Comis, lenis, paratus, πρᾳΰς, ὁμιλητικὸς, εὐχάριστος. Pro Corn. 36. Comes, benigni, faciles, suaves homines, &c. 2. de Div. 107. Etiamsi faciles nos habuerit ad concedendum. De Cl. 207. Antonius facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. 5. Fa. 2. Lenis a te et facilis existimari debeo. 1. Q. Fr. 1. 25. Facilem se in hominibus audiendis admittendisque præbere. 7. Fam. 1. Quod si tam facilem populum haberem, quam Æsopus habuit, libenter mehercule artem desinerem. De Cl. 85. Antiqui faciles in suum cuique tribuendo. 3. de Nat. 73. Facilis pater. Top. 69. Facilis, proclivis. Part. 95. Facile, proclive, jucundum.

Syntaxis. *Facilis et prompta res. Facili et commoda via pervenire. Facilem se præbere in legendis libellis. Homo lenis, et facilis. Comis, benignus, facilis, suavis. Facilis homo ad concedendum.*

Facilitas, tis, *lenitas, humanitas*, εὐήθεια, πρᾳότης, ῥᾳστώνη. 1. de Orat. 208. Quæ si vobis non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quæsieritis, quæ ego nescirem: meam facilitatem laudatote, cum vobis non meo judicio, sed vestro studio inductus, non gravate respondero. Pro Pomp. 41. Qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videtur. 12. Att. 39. Quis congressum meum? quis facilitatem sermonis desideravit? 13. Fam. 24. De quo pro tua facilitate et humanitate purgatum se tibi scribit esse. 1. Q. Fr. 1. 17. Facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. 2. de Orat. 15. Magis adeo id facilitate mea, quam alia ulla culpa mea contigit. 12. Famil. 1. Sed immoderate facilitate nostra abutuntur. 1. Off. 88. Exercenda etiam est facilitas, et altitudo animi quæ dicitur.

Promptitudo. 2. de Orat. 184. Facilitas significandi.

Facinorosus, a, um, *scelestus, flagitiosus*, κακοῦργος, πονηρὸς, μιαρός. Anteq. 17. Nemo tam perdita autoritate tam facinorosa inventus est vita, qui, &c. 2. de Orat. 237. Facinorosos majore quadam vi, quam ridiculi, vulnerari volunt. Pro Cæl. 13. Cum facinorosis audacter vivere. 1. de Leg. 40. Injuriosa et facinorosa vita. 13. Att. 15. Vitam facinorosissimis manibus ereptam. 3. Acad. Depugnare cum facinorosis et audacibus.

Facinus, oris, *flagitium, scelus*, κακούργημα, τόλμημα. Ver. 5. 169. Facinus est vinciri civem Romanum, scelus verberari, prope parricidium necari; quid dicam in crucem tollere? Pro Mil. 97. Miloni facinoris suspicio, non facti crimen obstat. 2. de Fin. 95. Si enim ita est, vide ne facinus facias, cum mori suadeas potius. 1. de Inv. 102. Voluntario facinori veniam dari non oportere. 4. Fam.

9. In estemis loris minor est ad facinus verecundia. 4. Brut. Postea illud concivi facinus. 2. con. Roll. 76. Homines ad vim, facinus, caedemque delecti. Pro Mil. 74. Is, cui nihil unquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. 3. de Na. 46. Furiae vindices facinorum et scelerum. Ver. 5. 188. Facinus sceleris et perfidiae. Pro S. R. 37. Scelestum ac nefarium facinus. De Cl. et Ver. 5. 110. Deprehendi in manifesto facinore. 1. de N. 14. Fieri in civitate facinora capitalia. 1. C. 26. Obire facinus. Pro Caecin. 38. Ut tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in una litera latuisse videatur.

Egregium factum, et laudabile, εὐεργέτημα, ἔργον. 2. Fam. 9. Facere magnum facinus. et lib. 3. 10. Committere facinus. *utrumque ambiguum.* 4. ad Her. 69. Facinus praeclarissimum. Pro Rab. 19. Et id facinus pulcherrimum esse arbitrare. 2. Att. 109. Statimque illa mirabilia facinora effecit. 13. P. 36. Rectissimum facinus.

ADJUNC. *Admirabile, capitale, civile, praeclarum, commune, crudelissimum, teterrimum, dignum, ferum, et immane, improbum, inauditum, indignissimum, indignum, voluntarium, miserum, et indignum, magnum, malum, manifestum, mirabile, pulcherrimum, stultissimum, nefarium, nobile, et commemoratum, occultum, tantum, tam magnum, et acerbum, scelestum, ac nefarium, summum, tetrum, tantum et tam atrox, turpissimum, vetus, novum.*

SYNTAXIS. *Id ita fieri facinus est. Facinus magnum facere. Consciscere facinus. Facinus ac scelus. Facere, efficere facinora praeclara, rectissima. Facinus sceleris ac perfidiae. Deprehendi in facinore. Obire facinus, et committere.*

Faciendus, a, um. De Am. 78. Alienatio, disjunctioque facienda. 4. Fam. 12. Funus ei satis amplum faciendum curavi. 3. Qu. Fr. 9. Horum nihil faciendum est. I. A. Quod agendum et faciendum est, non recuso. 3. de Leg. 48. Faciendum tibi est, ut magistratibus lege constitutis, de potestate, tum de jure disputes. 3. Att. 4. Sive per Epirum iter esset faciendum, &c. *Ibid.* 22. Faciendum nobis erit, ut ab eo discedamus. 3. Off. 95. Promissum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit. 3. Fam. 8. Faciendum mihi putavi, ut responderem. *pro putavi mihi respondendum.* 1. Off. 35. Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. De Orat. Fidei faciendae causa. Pro Qu. 8. Medicinae faciendae locus non erit. Pro Pl. 65. At ego, quum casu diebus iis, itineris faciendi causa, decedens e provincia, Puteolos forte venissem, &c. 16. Att. 2. De Publio autem quod praescribi oportet, moram non puto esse faciendam. 8. 17. Neque ipse satis firmus esset ad castra facienda. Parad. 6. Nam ut iis, qui honeste rem quaerunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligimus opus esse quaesito; sic &c.

Faciens, eufin. 12. Att. 15. Id faciens, interdum mihi peccare videor: interdum peccaturus esse, nisi faciam. 1. de Div. 73. Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse demisisset in flumen &c. 2. de Fin. Recte facienti gratia habenda est. 1. de Div. 53. Scribit, Eodemum Cyprium familiarem suum, iter in Macedoniam facientem, Pheras venisse. Orat. 21. Quidam omnia docentes, et dilucidiora, non ampliora facientes.

Facio, is, *ago, efficio, conficio, perficio, creo, transigo, praesto, conflo, ποιέω, πράττω, ἀνύτω, κατασκευάζω.* 15. Att. 15. Ita vivam, ut maximos sumptus facio. 16. Fam. 18. Quod quidem aut facis, aut perbelle simulas. Pro Plan. 75. Datus est tibi ille, condonatus est ille, non facis finem, ferre non possumus. Brut. 2. Facis ex tua dignitate, et e repub. 1. Qu. Fr. 2. Nam si te interioribus vicinis tuis anteponis, valde magnum facis. 7. Att. 22. Sed mihi venit in mentem, multum fore sermonem, me judicium jam de publica causa fecisse. Pro Qu. R. 21. Utrumque ex utriusque persona verisimile videretur, et Fannium per malitiam fecisse, et Roscium per imprudentiam deceptum esse. 2. de Finib. 88. At enim hic etiam dolore: at eum nihili facit. *sub. fruitur.* 3. Off. 59. Emit homo cupidus et locuples tanti quanti Pythius voluit: et emit instructos, nomina facit, negotium conficit. 1. de Div. 60. Multaque facere impure atque tetre cum temeritate, atque imprudentia. 3. Fin. 11. Facere multa laudabilia. 1. Off. 120. Facere mutationem morum institutorumque. Pro Sest. 26. Facere mutationem vestis. 3. Tusc. 51. Nihil facere, nisi quod expediat. Ver. 1. 92. Facere nomen. 11. Fam. 14. Facere non possum plus quam feci. 12. Att. 26. Facere non possum, quin ad te mittam. 11. 21. Facere non potuisti, ut non mitteres. *pro,* quin mitteres. 9. 5. Facere hoc officium. Lael. 35. Facere omnia amici causa. 15. Att. 3. Facere summa omnia de re aliqua. 8. Fam. 14. Scis Appium Censorem hic ostenta facere de signis et tabulis. 16. Att. 14. Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu scribam. De Arusp. resp. 24. Facere Megalesia: 4. Acad. 26. Facere mentionem alicujus. Pro Flacc. 33. Facere sibi crimen. 16. Att. 19. Pro Milo. 40. Facere decretum secundum aliquem. 2. P. 50. Facere intemperanter in domesticum dedecus. 1. de Nat. 86. Facere consulto. I. P. Facere contentionem alicujus rei. 3. Off. 43. Facere contra jusjurandum ac fidem. Div. 18. Leges, quas contra, praeter te, nemo unquam est facere conatus. 3. Off. 43. Facere contra Remp. amici causa. In Orat. 121. Controversiam facere dicuntur verba. 10. Fam. 16. et pro Cluentio. 74. Facere convivia. 3. de Orat. 131. Facere civibus omnibus consilii sui copiam. 1. de Leg. 4. Imperite facere. 1. Off. 23. 4. Tusc. 78. et pro Leg. Manil. Facere impetum in aliquem injuste. Pro Dom. 64.

1. Fin. 34. Facere impetum in hostem armatum. 2. de Fin. 83. Fœdus quoddam facere inter se. 2. de Div. 125. Facere quid frustra, ac sine causa, abhorret etiam ab hominis constantia. Ver. 4. 14. Difficile est enim finem facere pretio, nisi libidini feceris. 4. Acad. 63. Quæ cum dixisset ille, finem fecit. 1. Tusc. 43. Quam regionem (aeris) cum superavit animus, naturamque sui similem contigit et agnovit: junctus ex anima tenui, et ex ardore solis temperato, ignibus insistit, et finem altius se efferendi facit. Pro Mur. 44. Ex vultu conjecturam faciunt, quantum quisque animi habeat. 6. P. 18. Facere aliquem firmum. 1. de Orat. 237. Facere coemptionem. 9. Att. 13. Cœnas facere. 9. Fam. 24. Facere cœnulas. Pro Planc. 53. Facere coitionem. 4. Attic. 3. Act. 1. Ver. 17. Facere comitia. 13. Fam. 29. Facere commemorationem. Pro Deiot. 28. Quos concursus facere solebat? quam se jactare? &c. Ver. 2. 183. et Ver. 1. 125. Verum ut ex uno de cæteris conjecturam facere possitis. Ver. 3. 106. Quo facilius vos conjecturam de triennio, et de tota Sicilia facere possitis. Pro Cæl. 61. Facere constitutum cum aliquo. 13. Fam. 23. Facere alicui consuetudinem cum alio. De Or. A se aliquid facere. 13. Fam. 28. Facere aliquid alterius commendatione. 1. Off. 148. Facere aliquid contra morem consuetudinemque civilem. 3. Tuscul. 64. Facere aliquid humanius. 4. 64. Facere aliquid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abjectum. Pro Cæc. 23. Improbissime aliquid facere. 13. Fam. 66. Facere aliquid in quempiam. Pro Leg. Manil. 39. Non modo, ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur: sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Ver. 1. 42. Quid hoc homine faciatis. *id est, facere debeatis.* 4. Acad. Multaque facimus usque eo, dum aspectus ipse fidem faciat sui judicii. Epist. Equidem pro eo quanti te facio, quidquid feceris, approbabo. 2. de Orat. 261. Ut sementem feceris, ita metes, inquit. 4. Acad. 115. Diodoro quid faciam Stoico? Pro Cæc. 30. Quid tu huic homini facias? Pro R. Com. 40. et de Prov. Cons. 10. Quum de tota lite pactionem faceret. 2. de Orat. 366. Primum quis Antonio permisit, inquit, ut et partes faceret, et utram vellet, prior ipse sumeret? 11. Attic. Quid facerem? Ver. 4. 147. Nam antequam verbum facerem, de sella surrexit, atque abiit. 2. de Fin. 72. Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus nunquam est data. 4. Acad. 96. Quid enim faceret huic conclusioni, Si lucet, lucet, lucet autem, lucet igitur? 2. de Orat. 298. Posse aliquem inveniri Oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo, obessetque ei, quem defenderet. Pro Leg. Man. 43. De quo homine vos tanta et tam præclara judicia fecistis. Ant. In meis calamitatibus aliquam ferre opem, ut sæpe multorum in periculis fecistis. 1. Off. 14. Facere aliquid indecore, libidinose, effœminateve. Ver. 2. 63. Facere aliquid irritum. 6. Fa. 7. Facere aliquid quam parcissime. De Pet. Cons. 35. Facere aliquid studiose ac libenter. De Am. 97. Amice facere. De Senect. 7. Faciam ut potero, Læli. I. P. Non facies fidem scilicet, quum hæc disputabis. 4. Att. 17. C. Memmius candidatus pactionem in Senatu recitavit, quam ipse suus competitor Domitius cum Consulibus fecisset, ut &c. 3. Tusc. 48. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, et effudisset ærarium, &c. I. P. 12. Dixisti hujus te cupiditati obsequi, sicut ego fecissem in collega meo. 2. de Leg. 51. Quod si hoc, qui testamentum faciebat, cavere noluisset. 2. Phil. 101. Medico tria millia jugerum divisit, quasi te sanum fecisset: rhetori duo, quasi disertum facere potuisset. 2. de Orat. 15. Feci hoc, quod ne adolescens quidem feceram, ut his de rebus disputarem. Ver. 1. 89. Decem enim naves jussu L. Murenæ populus Milesius ex pecunia vectigali populi Romani fecerat. 4. Acad. 145. Tum quum plane compresserat pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. Ver. 1. 91. Præterea pecunias occuparat apud populos, et syngraphas fecerat, &c. 13. Fam. 29. Testamento, quod Romæ, Paulo et Marcello Coss. fecerat, hæres ex parte dimidia et tertia est Capito. 1. de Nat. 8. Vulcanum eum, quem Alcamenes fecit Athenis. 11. Fam. 38. Gratulatio, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. 13. Att. 25. Et id, quoniam impensam fecimus in macrocollo, facile patior teneri. 6. P. 14. Possessores nullam impensam fecerant. Att. 11. 21. Etsi non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistolam non mitteres: tamen mallem non esse missam. *id est, quin mitteres.* Pro Syll. 37. Non respondit tamen, una facere Syllam. 3. de Leg. 19. Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit. Act. 1. Ver. 5. Perspicua sua consilia, conatusque omnibus fecit. 6. P. 4. Quid enim ille unquam arbitrio suo fecit? Ver. 5. 162. Glabrionem id, quod fecit, facere lætatus sum, ut testem dimitteret, &c. 14. Fam. 14. Labienus rem meliorem fecit. Pro Cl. 56. Tamen Habitus Oppianicum reum statim non fecit. 2. Q. Fr. 5. Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me, dimisso Senatu, vesperi venit, &c. 9. Att. 12. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget sincere, temperate, prudenter, &c. In Vati. 18. Facere contra leges. 1. Att. 15. Menelaus ægre id passus, divortium fecit. 3. Off. 109. Pacem fecere cum Samnitib. Romani. Pro Sest. 24. Fœdus fecerunt cum Tribuno plebis palam, ut ab eo provincias acciperent, quas ipsi vellent. &c. De Or. Neque id actores prius viderunt, quam ipsi Poetæ, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos. 1. Acad. 9. Atque ipse varium et elegans omni fere numero poema fecisti. 12. Att. Quod domi te inclusisti, ratione fecisti. 9. Fam. 8. Feci

igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, quum esset una Pomponius, &c. 1. 9. Summam feci cogitationum mearum omnium. In Rull. Feci finem offerendi mei. 7. Att. 7. Feci igitur, atque effeci omni obsequio. Pro Planc. 65. Et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. 3. Qu. Fr. 1. Etiam Domitio ipsi multa jam feci, quæ voluit, quæque a me petivit. 1. Acad. 8. Feci ut essent nota nostris περιφραστικῶς. 4. 10. Feci plus quam vellem. De Arusp. 28. Tamen nostri imperatores maximis et periculosissimis bellis huic Deæ vota faciebant. Ver. 4. 11. Hejus iste num æs alienum habuerit, auctionem fecerit. Pro Cor. 55. Sed cum illam, quæ Græcum illud sacrum monstraret, et faceret, ex Græcia deligerent, (*Romani*) tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt. 8. Att. 25. Ut quum de illo ægroto vota faciebant. Anteq. 26. Quæcunque administravi, ex vestra autoritate et voluntate feci. 15. Att. 20. Itaque feci de Fabio, ut scribis. 5. P. 11. Auctionem provinciarum regnorumque faciebat. De Clar. 326. Itaque Hortensius utroque genere florens, clamores faciebat adolescens. Pro Milo. 67. Nudavit se in sanctissimo templo, quoniam vita talis et civis et viri fidem non faciebat. De Sen. 14. Sua enim vitia insipientes, et suam culpam in senectutem conferunt: quod non faciebat is, cujus modo mentionem feci. 2. Att. 90. Quanquam te bonum timor faciebat. De Arusp. resp. 31. Facere sacellum. Ad Brut. 15. Majores, qui hunc honorem mulieri Larentiæ tribuerunt, cui vos pontifices ad aram in Velabro facere soletis. De Clar. 56. Sacrificium publicum cum læna facere. 1. de Orat. 220. Pro Rosc. Amer. 25. Scelus eos nefarium facere, &c. dicunt. Ver. 3. 100. Facere tributum. 2. de Div. 20. Facere tripudium solistimum dicuntur pulli. 1. Off. 127. Quod facere turpe non est, modo occulte, id dicere obscœnum est. De Arusp. resp. 34. Pro Dom. sua 129. Pro Rab. Posth. 6. 2. 95. Facere syngrapham cum aliquo. Ver. 1. 45. Facere ignem ex lignis viridibus. 12. Att. 24. Bene fecit Silius, qui transegerit. 6. Fam. 1. Recte facere, et bene sentire, ad bene beateque vivendum satis. Act. 1. Ver. 16. Facere redemptionem. *Ibidem.* Facere rejectionem judicum. 15. Att. 15. Facere reliqua. Pro Deiot. 13. et 14. P. 26. Facere prælium. Pro Dom. 77. Facere pro aliquo. 4. Tus. 43. Facere progressus. Pro Flac. 89. Prolixe cumulateque facere. 1. Off. 31. Promissum facere. 2. de Orat. 86. Facere quod non pessime facias, vel non facere quod non optime possis, humanitatis est. Act. 1. Ver. 39. Pro Rosc. Amer. 54. et Ver. 5. 164. Cum præsertim planum facere multis testibus possim, &c. De Opt. 19. Facere populi scitum. 8. P. 41. Facere omnibus sui conveniendi potestatem. 15. Fam. 5. Itaque quod pro meo judicio facere potui, ut laudarem, &c. feci. 1. de Orat. 220. Quem iratum adversario judicem facere vellet. 5. P. 3. *Facere* judicium de aliquo. 13. Fa. 29. Ut primum per ætatem judicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset. 4. Acad. Sed ne literam quidem unam facimus nisi forensem. Pro Quint. 31. Homines nobiles seu recte seu perperam facere cœperunt, in utroque excellunt. *Ibidem.* Sponsionem facere. *Ibid.* Injuriam facere. Pro Flac. 93. Cum ipse, non deducendo Falcidium, judicium feceris, plus falsam epistolam habituram ponderis, quam ipsius præsentis fictam vocem, et simulatum dolorem. Ver. 2. 95. Cn. Lentulus et L. Lucullus Coss. faciunt mentionem, placere statui, si P. C. videretur, &c. Pro S. R. 5. Ejus rei, quæ conflavit hoc judicium, mentio facta non est. Pro Qu. 20. Doce, aliquando mentionem fecisse. Pro S. R. Quo tandem igitur ore mentionem corrupti judicii facitis? Ver. 3. 134. Quæstores, legatos, præfectos suos, tribunos multi missos fecerunt, et de provincia decedere jusserunt. *Ibid.* Facio eandem sponsionem cum aliquo de societate. 4. Att. 15. In campo Martio septa tribunitiis comitiis marmorea sumus et tecta facturi. Frag. ep. Vereor ne ferociorem eum faciant tua tam præclara de eo judicia. Oecon. Virum quam mulierem audaciorem fecit natura. Pro L. Varen. Cum iter per agros et loca sola faceret cum Populeno. Pro C. Cornel. 1. Quæ A. Gabinius in re optima fecit omnia. 3. de Nat. deor. in Frag. Ut faber non ipse facit materiam, fictorque item e cera: sic isti providentiæ divinæ materiam præsto esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam.

Edo, compono, συγγράφω, συντίθημι. I. P. 70. Poema porro facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. 2. de Div. Jam Apollo versus facere desierat. Ver. 5. 80. 3. Qu. Fr. 1. Facere versus in cupiditatem alicujus. 15. Att. 10. Ludos vero non facere quid fœdius?

Æstimo, judico, ποιέομαι, ἡγέομαι, τίθημι. 3. Fa. 4. Nam ego te, ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci. 2. de Fin. 42. Nam qui ad virtutem adjungunt vel voluptatem, quam unam virtus minimi fecit, &c. 3. Fam. 4. Duos duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompeium, et M. Brutum. *Ibid.* 10. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem. 1. de Nat. 29. Ut nullam reliquam faciat ejus opinionem. Ad Brut. 4. Alienæ igitur, inquies, culpæ me reum facies. 1. Tusc. 90. Nec pluris facit Camillus hoc civile bellum nunc, quam, illo vivo, ego fecerim Romam captam.

Fingo, induco, ὑποκρίνω, προσποιέομαι. De Cl. 218. In eo libro, ubi se cum Curione colloquentem facit. 1. de Nat. 31. Plato facit Socratem disputantem. *Ibid.* 19. Plato facit mundum ædificari a Deo. Pro Fla. 46.

Quum verbis se locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis &c. 1. de N. 84. Facimus deos esse his vocabulis, quibus a nobis nominantur. 13. Att. 19. Fecissem disputantes, *id est, induxissem*. Pro Q. Gall. Cum facit Euripidem et Menandrum inter se disserentes. De Opt. 17. Plato facit Isocratem laudari a Socrate.

Instituo, creo, ἀποδείκνυμι. 3. Off. 74. Ver. 1. 111. pro Cæc. 12. Viros bonos et honestos complures fecit hæredes.

Cogo, colligo, conflo, συλλέγω, συσκευάζω. Pro Rab. perd. reo. 7. Peculatum facere. Ver. 2. 17. Quærere ipse secum et cogitare cum suis cœpit, quibusnam rebus in ea provincia maximam uno anno pecuniam facere posset. 3. 211. P. Servilius quinquennium exercitui quum præesset, et ista ratione innumerabilem pecuniam facere posset, &c. Pro Cæc. 33. Quum manum fecerit, copias pararit, &c. Ver. 5. 76. Si aliquam manum contra populum Rom. facere potuisset.

Addo, efficio, προστίθημι. Pro Leg. Man. 27. Facere animum alicujus dubium. Div. 42. De Sen. 28. 4. ad Her. 68. 2. de Orat. 325. Facere audientiam. Pro Man. 43. Facere autoritatem. 7. Att. 8. An mihi nutus tuus non faceret fidem? In C. Ut quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea. 3. Att. 16. Tuæ quidem literæ quo sæpius a me leguntur, eo spem faciunt mihi minorem. 13. 9. Quam tu conjecturam faciebas ex literis Messalæ. In Br. Vera putat, assentitur, probat, fidem facit oratio.

Infero, affero, ἐμποιέομαι, ἐμβάλλω, ἐπιβάλλω. 11. Att. 11. Convicium Pisoni Consuli mirificum facit. Orat. 228. Sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta. 3. C. 8. Pro Mil. 28. Cædem infinitam civium fecissent. Pro Cæc. 57. Qui illam vim, dejectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. I. P. Facio injuriam fortissimo viro mortuo. Pro Fla. 83. Facere suspicionem. 3. P. 31. Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore Imperator, quas fecit strages, ubicunque posuit vestigia? *Ibid.* 31. Quid est porro facere contumeliam? quis sic loquitur? 10. Fam. 16. Facere convicium alicui. Pro Sull. 58. 3. C. 23. Pro Mil. 64. et pro Font. 26. Facere cædem vicinorum. 9. Philip. 8. Honorem mortuo, cui injuriam vivo fecimus; faciamus. 2. Div. 49. Facere mirationem. 10. Famil. 18. Non ullam rem aliam extimescens, quam eandem, quæ mihi quoque facit timorem. 2. de Finib. 44. Et nescio quo modo is, qui autoritatem minimam habet, maximam vim cum illis populis facit, &c. 11. Att. Sed augeo commemorando dolorem, et facio etiam tibi.

Exerceo, ἐργάζομαι. Post Red. in Sen. 11. Egestate et improbitate coactus piraticam ipse fecisset. Ver. 5. 71. Parad. 6. Mercaturas facere. 6. Fam. 18. Neque enim erat ferendam, quum, qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur: eos qui fecissent præconium, in municipiis esse Decuriones non licere. 3. Q. Fr. 1. Topiariam facere. Ver. 5. 155. Is, quem ille argentariam Lepti fecisse dicit.

Sacrifico, θυσίαν ποιεῖν, θυσίαν τελέω. Pro Mur. 90. Juno sospita, cui omnes Consules facere necesse est.

Patior, experior, πάσχω. Ver. 4. 20. Detrimentum fecit, quod per te imperii jus una in civitate imminutum est. 1. de Na. Illi enim nusquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in marique perierunt. 16. Fam. 9. Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. In Top. 15. Si ædes exesæ corruerunt, vitiumve fecerunt, &c. hæres restituere non debet, nec reficere. 2. Div. 34. Facere magnam jacturam causæ. 1. Off. 84. Facere jacturam gloriæ. 4. Fam. 5. Jacturam in unius mulierculæ animula facere. 2. de Fin. 79. Facere jacturam rei familiaris.

Acquiro, adipiscor, κτάομαι, ὑποποιέω. Pro Flac. 91. Minus igitur lucri facit. Ver. 1. 157. Dubitamus, quid iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit.

Concedo, δίδωμι ἐξουσίαν. 1. Q. Fr. 2. Quod quum Gabinium de ambitu vellet postulare, neque Prætores diebus aliquot adiri possent, vel potestatem sui facerent, &c. 3. 11. Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem.

Curo, procuro, ἐργάζομαι, δημιουργέω, κήδομαι. Pro Rab. Posth. 37. Facere judicium in reum. Pro Fl. 95. Facere justa alicui. 1. de Fin. 25. Facere lætitiam. 2. de Fin. Facere rem unam ex duabus. Ver. 4. 18. Res illius divinas apud eos deos in suo sacrario prope quotidie facere vidisti. Ad Qu. fr. Quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent, &c. 5. Fam. 14. Tu nos fac ames. 11. 3. Fac cogites. 3. Qu. Fr. 1. Verborum ordinem immuta, fac sic: comprobavit filii temeritas. 2. Att. 1. Facito ut sciam. 11. 20. Feci ut darem. *pro,* dedi. Pro Clu. 168. Quod fuit viri optimi, fecisti, ut ne cui innocenti, &c. 11. Fam. 29. Gravissimum vero judicium de mea fide et de constantia fecisti, &c. Pro Clu. 28. Et ibi de integro funus jam sepulto filio fecit. 1. Philip. 5. Iidemque bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam refecerant.

Admitto, committo, patro, παρανομέω. 2. Fin. 95. Vide, ne facinus facias, cum mori suadeas. Pro Cluent. 169. Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, et cædem ejusmodi. Pro Mil. 74. Facere stuprum cum sorore.

Exequor. Pro Flac. 48. Quum judicatum non faceret.

Fingo, effingo, simulo, προσποιέομαι. 15. Fam. 18. Facio me alias res agere.

Promiscuæ, præstantes, lectissimæque vires. De Clar. 1. Ego vero, inquam, si potero, faciam vobis satis. Pro Quint. 34. Neque ta-

men tam multa verba faciam. De Univ. 39. Si ne tum quidem faciet finem vitiorum. 3. Off. 77. Pro Cæc. 45. Quum is sponsionem fecisset, Ni vir bonus esset. Pro Qu. 53. Si mehercule hæc tecum duo verba fecisses. Quid ago? respirasset cupiditas. In Philip. Quod Trib. pleb. verba fecerunt, ut Senatus Calend. Januariis haberetur. Pro Dom. sua. Qui in conventu bonorum virorum verba de salute mea fecerant. 9. Att. 18. Volet enim, credo, Cæsar S. C. facere. Pro Quintio, 12. Facere societatem rerum. 1. Off. 4. Demosthenes si illa, quæ a Platone didicerat, tenuisset, et pronunciare voluisset, ornate splendideque facere potuisset. Ver. 3. 135. Facere acceptam sponsionem. Ver. 5. 140. Sponsionem facere cum lictore suo, H. S. duobus millibus. Pro Quin. Qui, quum de re agendi, nullo recusante, potestas fuisset, sponsionem de probro facere maluerit. *Ibid.* 30. Jubet P. Quintium sponsionem cum Sext. Nævio facere, si, &c. 1. Fam. 9. Facere alicui stomachum. 5. P. 7. Facere legem. Ver. 3. 18. Facere locationem. 5. de Fin. 16. Nihil opus est hoc exemplis longius facere: est enim perspicuum, &c. Orat. 85. Facere Remp. loquentem. 14. Fam. 7. Ita sum levatus, ut Deus mihi aliquis medicinam fecisse videatur. Pro R. Com. 26. Dic pactionem fecisse, ut absolveretur. 15. Fam. 4. Castra in Lycaonia apud Iconium facere. 1. Att. 16. Helvetii sine dubio sunt in armis, excursionesque in provinciam faciunt. Pro Milone. Statim complures cum telis faciunt de loco superiore impetum. Pro P. Sestio 75. Impetum faciunt in Fabricium. Act 1. Ver. 3. Pro Mil. 89. et pro Syl. 18. Facere insidias. 3. Att. 15. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris. 2. de Orat. 299. Facit enim de se conjecturam: cujus, &c. De Clar. 125. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæque literæ fecerunt. Pro Leg. Manil. 52. pro S. R. 2. Ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti. 15. Famil. 4. Apud oppidum Cybistra castra feci. 16. Att. 14. 15. 20. 16. 2. 5. 1. Pro Font. 1. et Ver. 2. 186. Facere versuram ab aliquo. Pro Cæcin. 39. Vestigium facere in possessionem. Pro Rab. Posth. 48. Hic vos aliud nihil orat, nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri, atque in hoc foro vestigium facere liceat. 4. Tusc. 9. Utrum igitur mavis, statimne nos vela facere, an quasi e portu egredientes, paululum remigare? Parad. 4. Facere incendium. 1. de Inv. 73. Facere incestum. Ver. 1. 150. Facere indicium. 8. Att. 9. Facere initium armorum. 5. Phil. 20. Pro Cluen. 71. Facere initium cædis ab aliquo. 14. Phil. 76. Facere initium confligendi. Act. 1. Ver. 34. Facere periculum diligentiæ. Div. 27. Facere periculum sui. Pro Leg. Agrar. Istos, quibus otiosis negotium fecissemus, otiosissimos reddam. 10. Fam. 18. Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent. *Ibid.* et Ver. 3. 119. Facere prædas. Att. 4. Facere fraudem. 2. in Rul. 63. et Ver. 2. 131. Facere summam pecuniæ. 1. Off. 23. 3. 94. Facere promissa. Ver. 5. 140. Facere quæstum furtis. 1. Div. 85. Facere ratum. 15. Fam. 4. Quum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpissem, &c. 15. 2. Iter in Ciliciam facere institui. 5. Att. 9. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime navigassemus. Ver. 1. 44. Facere iter quacunque. 16. Att. 8. Iter secundum mare facere. 5. 3. Facere justa itinera. 1. de Leg. 53. Ipsisque magnopere autorem fuisse, ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum. De Pet. Con. 28. Facere fucum. 1. Tusc. 72. Deinde etiam gratum se mortuis facere, si graviter eos lugeant, arbitrantur. 4. Att. 2. Ver. 3. 21. Facere gratulationem cuipiam. Pro Corn. Balb. 41. Facere hospitium cum aliquo. Ver. 3. 180. Facere deductiones ex pecunia. 14. Phil. 21. et 6 Phil. 3. Ver. 4. 46. 1. Fam. 2. Facere discessionem. 2. Phil. 69. Facere divortium cum aliqua. Ver. 5. 183. Facere donum. 2. de Fin. 59. Facere emolumentum. Pro Fla. 74. Facere emptiones et proscriptiones prædiorum. 6. Att. 5. Facere longiorem epistolam. 5. Phil. 23. Facere exercitum. 4. Acad. 10. Expectationem sui facere. 8. Att. 19. Neque castra propter anni tempus et militum animos facere possum. 2. de Orat. 132. Facere causam. Pro Dom. sua. 29. Facere cautiones pecuniarum. Pro Quint. Facere certiorem. Pro Planc. 47. Doceo, gratiosum esse tribulibus Plancium, quod multis benigne fecerit. *Pro*, multis spoponderit. Pro Dom. sua. 67. Quas iste tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit. 8. Att. 3. Ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, quod plura in eam partem verba fecerim. At. Feceris mihi gratum, si ante eo veneris. 1. 15. Per mihi, per inquam gratum feceris. 1. de Div. Quum duo quidam Arcades familiares iter una facerent. 9. Fam. 14. Facere accessus et recessus. Pro Rab. Posth. 30. Facere accessionem et decessionem de summa. 13. Att. 4. Æs alienum facere. Pro Mil. 41. Cum subito, vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos et omnes boni vota faceretis, ut Miloni uti virtute sua liceret. De Pet. Cons. 10. Retinere igitur in provincia diutius eum, qui de sociis cum hostibus, de civibus cum sociis faciat pactiones. 2. de Orat. 249. Quin prodis, mi Spuri? quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. Pro Rosc. Com. 36. Et si quando me vis pejerare, ut paululum tui compendii facias, paratum fore scito. Pro Cæc. Nam verba ipsa sponsionis fecerent mecum, si vellem diligenter attendere. Pro Clu. 25. Quatuor viros municipes fecerunt. 5. Att. 13. Facere permutationem cum aliquo.

Fac, *cum infinito, concedentis est, pro esto.* 2. Att. 5. Fac potuisse. 9. Fam. 2. Verum

fac esse omnia. 1. Tusc. 70. Sed fac igneam, fac spirabilem: nihil ad id, quod agimus. *Ibid.* 82. Sed fac, ut isti volunt, animos non remanere post mortem. *Ibidem.* Fac totum dolere corpus. *Ibid.* Fac enim animum interire, ut corpus. 1. Nat. 75. Fac id mihi esse persuasum. *Ibid.* 107. Fac imagines esse, quibus pulsentur animi. In V. Fac ita esse, tamen ferendum non est. 5. A. Sed fac ita non esse, num Latine scit? De Orat. 3. Nat. 3. Att. 14. Sed fac esse, nihil superest. 7. Fam. 23. Fac, qui ego sum, esse te. 7. Att. Tradam igitur isti me? Me fac posse tuto, multi etiam hortantur: num etiam honeste? 13. A. Facite, hoc meum consilium legiones novas non improbare.

Facere *cum aliquo, et ab aliquo, idest, convenire,* ὁμολογέω, συμπράττω. Pro Cæcin. 104. Autoritas sapientissimorum hominum nobiscum facit. 6. Att. 8. Cum Cæsare Lentulus consul facit. Pro Cæcin. 79. Rem et sententiam interdicti mecum facere, fatebatur. Part. 127. Defensor autem de æquitate nitatur: et ea quum secum faciat, non re, sed depravatione verbi se urgeri queratur. Ver. 1. Faciebant omnia cum Pupilla. Pro Qu. 91. Veritas cum hoc facit. Pro Sulla 56. Facere cum aliquo et idem sentire. Pro Planc. 86. Cum furialis illa vox, secum illos facere, personabat. 1. de Inv. 90. Hoc nihilo magis ab adversariis quam a nobis facit. 2. ad Her. 7. Att. 3. Sic judico, omnes ignominia affectos illac facere: *idest, Cæsari facere.* Pro Sulla 36. Lucium Cassium dixerunt commemorasse cum cæteris, Antonium secum facere. *Ibidem.* Cassius si respondisset idem sentire, et secum facere Sullam, tamen mihi, &c. 2. de Fin. Populus cum illis facit.

Adverb. *Abjecte, ignave, immoderate, muliebriter, serviliter, absurde, studiose, accurate, melius, ambitiose, ambitiosius, ridicule, amice, caute, furiose, honeste, inepte, amicissime, prolixe, celeriter, amplius, animose, considerate, aperte, aspere, audacter, diu, perfidiose, stultissime, improbe, perite, apertius, crebrius, eleganter, enucleate, necessario, presse, et anguste, constanter, vehementer, sortito, moderate, asperius, parcissime, plane ita, sapientius, astute, callide, improbissime, male, optime, audacius, facilius, improbius, belle, bene, breviter, benigne, impensius, brevi, familiarius, impune, postremo, callidius, dissimulanter, humaniter, juste, liberaliter, magnifice, omnino, pessime, sapienter, callide, coram, egregie, impudenter, malitiose, stulte, vafre, cautius, difficilius, statim, clementer, cumulate, fortiter, magnopere, sapientissime, commode, omnino nunquam, petulanter, commodius, recte, communiter, consideratissime, omnino male, plane sic, diligentius, temere, consulto, curiosius, longe secus, copiose, graviter, splendide, cumulate, etiam atque etiam, jamdudum, cupide, molliter, quam familiarissime, decore, deintegro, libentius, sedulo, deterius, impie, indocte, diligenter, diligentissime, diutius, docte, inornate, inimice, mutuo, effœminate, indecore, occulte, elegantissime, facillime, inhumaniter, fallaciter, honestius, incontinenter, inhumane, injuste, insidiose, simulate, feliciter, humanissime, probe, fraterne, furtim, verissime, gratius, gratis, continuo, honorifice, gravissime, severissime, hostiliter, uberius, humane.*)(. *Rustice, humanius, nequiter, imperite, improbe, impure, intemperanter, nefarie, rectissime, incaute, scelerate, tardius, indulgenter, liquidius, parce, restricte, inique, inscienter, pueriliter, subarroganter, insolenter, modice, iracunde, præclare, rabiose, vehementius, justissime, libere, liberius, libidinose, nefarie, studiosius, prudentissime, maturius, maxime, turbulenter, moderatius, obscure, ocyus, officiosius, plane, libenter, opportune, ornatius, ornatissime, vitiose, vulgo, palam, teterrime, turpiter, periculose, præclarissime, perperam, perbelle, perpetuo, plerunque, studiosissime, prudenter, publice, pulcherrime, quam diligentissime, recte, scite, similiter, ac si, temere, tetre, vere.*

Factio, onis, *partes, secta, ratio,* αἵρεσις, στάσις. De Clar. 164. Invidia concitatur in judicum et in accusatorum factionem. 3. Qu. Fr. 1. Fabinium tres adhuc factiones postulant. 7. A. 9. Tenuisti provinciam per decem annos, non tibi a Senatu, sed a teipso per vim et factionem datos. Ad Her. In invidiam trahemus, si vim, si potentiam, factionem, divitias, &c. proferemus.

Confectio, ποίησις. Top. 50. Tabulæ, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset.

Factiosus, a, um, *seditiosus,* στασιώτης. 2. ad Her. 40. Si quis potens factiosus, &c.

Factitatus, a, um. 2. de Div. 97. Si esset factitatum, non esset desitum. Orat. 143. At alterum factitatum est, alterum novum. 2. Off. 85. Hæc apud majores nostros factitata.

Factito, as, *exerceo, usurpo,* εἴθω, συχνὰ ποιῶ. De Clar. 68. Quod ne Græci quidem veteres factitarunt. De Clar. 130. M. Brutus accusationem factitavit. 2. A. 41. Quem palam hæredem semper factitaverat. Orat. 147. Ille versus, qui vetat, artem pudere proloqui quam factites.

Adverb. *Diligentius, palam, studiose.*

Factu, πράττεσθαι. De Univ. Difficile factu est a diis ortis fidem non habere: quanquam nec argumentis, nec rationibus certis eorum oratio confirmatur.

Factum, cti, πρᾶγμα, ἔργον, πραχθέν. 9. Att. 19. Meum factum abs te probari gaudeo. Pro Dom. 97. Illud pulcherrimum factum, quod ex autoritate Senatus gessi. 1. Fam. 9. Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæsare intercessit, quod non ille, &c. Pro Cæl. 23. Qui non modo a facto, sed etiam a conscientiæ suspicione abest. 2. A. 114. Cum ipsum factum per se præclarum atque divinum est, tum expositum ad imitandum. Pro Sul. 72. Ecquod ejus factum aut commissum, quod cuiquam paulo minus consideratum videatur factum?

1. de Fin. 36. Facta illustria et gloriosa. 10. Fam. 16. Factum egregium. Pro M. Scau. Factum alicujus imitari. Hortens. Ut aliorum facta et eventa conquiram.

ADJUNCT. *Ambitiosum, difficilius, avarum, audacius, commune, crudele, et turbulentum.*)(. *mitius, tranquillum, rectum, utile, tetrum, crudele, nefarium, et tyrannicum, turpe, inutile.*)(. *utile, honestum, crudelius, dementissimum, gloriosum, præclarum atque divinum, dignum summa laude, improbissimum, improbum, protervum, egregium, extremum, rectum, fœdum, fœdissimum, honestissimum, gratum, illustre et gloriosum, illustre ac notum, justum, laudabile, lætius, luculentum, maximum et clarissimum, maximum et pulcherrimum, simile, singulare, minimum, nefarium, non subitum, nec inconveniens, obscurum, optimum, necessarium, pulcherrimum, plenum flagitii, atque dedecoris, tantum, tamque præclarum, versutum et callidum.*

Facturus, a, um. Div. 45. Quoties ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut, &c. 13. Att. Neque est facturus quidquam nisi de meo consilio. 7. 15. Facturum eum puto, ut præsidia deducat. *idest, puto eum deducturum.* 15. Fam. 3. Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum. 3. Off. 112. Juravitque, se illum statim interfecturum, nisi jusjurandum dedisset, se patrem missum esse facturum. 7. Fam. 23. Accepi Avianii literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, cum venisset, qua ego vellem die. Pro Sest. 74. Ille se affirmare postero die moram nullam esse facturum. Ver. 5. 45. Quid existimare eos qui audiebant, arbitrabare? &c. Navicularium te, quum Romam venisses, esse facturum? 13. Br. Facturum te quod oportet. 16. Att. 16. Quod te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causa libenter, prolixe, celeriter facias. 2. Idem affirmat, verbum de me illum non esse facturum. Ver. 3. 138. Scandilius vero negat sese apud Artemidorum recuperatorem verbum esse facturum. In V. Quid si docebo, Judices, eos, qui CCCC. millia lucri faciunt, damnum facturos fuisse?

Factus, a, um, *natus, comparatus, aptus, constitutus, πεποιημένος, πεφυκώς.* 1. Off. 103. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum facti esse videamur, sed ad severitatem. Pro Mil. 10. et Orat. 165. Ad quam legem non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Pro Qu. 57. Ais vadimonium desertum. quæsivit a te statim, ut Roman rediit Quintius, quo die vadimonium istuc factum esse diceres. 14. Att. 20. Erotem ad ista expedienda factum mihi videbar reliquisse. De Clar. 275. Sive quod natura non esset ita factus. Orat. 193. Sed ita facti sunt illi pedes, ut in eis singulis modus insit. Hor. Interitus Romuli in obscuratione Solis factus est. De Nat. Quod si non est a Deo materia facta, ne terra quidem, et aqua, et aer, et ignis a Deo factus est.

Elaboratus, κατειργασμένος, διηκριβωμένος. Ver. 5. 62. Argentum factum atque signatum. 3. de Orat. 184. Oratio, quæ quidem sit polita atque facta. Ver. 4. 28. Phaleræ pulcherrime factæ. *Ibid.* 37. Argentum optime factum. 2. 83. Argentum bene factum. Ver. 4. 46. Hæc omnia antiquo opere et summo artificio facta. *Ibid.* 38. Pocula Mentoris manu summo artificio facta.

ADVERB. *Admodum sero, amice, pie, aperte, avare, consulto, bene, optime, præclare, pulcherrime, egregie, benigne, fortuito, divinitus, crudeliter, cupidius, familiarius, dissolute, propius, fideliter, flagitiose, affabre, percommode, gratis, mire, scite, venuste, gradatim, sero, imprudentius, legitime, male, mansuete, magnificentissime, mirifice, otiose, omnino, plane, repente, prave, propense, largissime, quiete, recte, diligenter, serius, spurce.*

Facultas, tis, *commoditas, occasio, ansa, εὐκαιρία, ἐξουσία, εὐπορία, δύναμις.* Pro Pomp. 18. Nec iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem, nec aliis voluntas propter timorem. Pro S. R. 92. Videamus nunc ecqua facultas suscipiendi maleficii fuerit. *Ibid.* Age nunc, cæteras quoque facultates consideremus. Pro Qu. 16. Romæ mihi nummorum facultas est: quam, si sapies, communem existimabis. Orat. 117. Erit igitur hæc facultas in eo, quem volumus esse eloquentem. 8. Att. 15. Nec ejus rei facultatem, si qua erit, prætermittam. Pro Arch. 2. Alia quædam in hoc facultas est ingenii. Brut. 5. Quod si statueris, in Asiam tibi eundum, nulla erit ad comitia nostros accersendi facultas. 1. Off. 42. Videndum est, ne major sit benignitas, quam facultas. Pro Mil. 46. Miloni nulla facultas manendi, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. 4. Fam. 13. At ea quidem facultas vel tui, vel alterius consolandi, in te summa est, si unquam in ullo fuit. 10. 4. Neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem: 1. de Inv. 86. Quare illa nobis alio tempore, si facultas erit, explicabuntur. 2. de Orat. 49. Non deerit ipsi facultas ex cæteris rebus comparata. 7. Att. 7. Hic mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. Pro Font. 12. Ne irato testi facultas ad dicendum data videatur. 2. de Orat. 342. Opes superbiæ et libidini facultatem et materiam dare. 2. de Liv. 147. Si causa dabit facultatem. Pro Fl. 19. Libenter arripere facultatem lædendi, quæcunque detur. 3. de Nat. 8. Si modo eam facultatem tibi causa dabit. Pro Cæc. 71. Nonnunquam improbo judici facultas datur, ut cum sciens perperam judicarit, tabulas secutus esse videatur. 2. de Div. 39. Doleo tantam Stoicos omnibus irridendi sui facultatem dare. Pro Cl. 10. Tamen multæ mihi postea ad satisfaciendum facultates dabuntur. 10. Fam. 19. Gloria, cujus dii maximam facultatem tibi dedere. 6. Att. 2. His ego duobus generibus civitatum facultatem ad se ære alieno liberandas, aut levandas dedi. 1. de Fin. 72. Quæ mihi facul-

tas ad hoc tempus nunquam est data. Pro Qu. 8. Qu. Hortensius, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. Pro Rab. 18. Utinam mihi hanc facultatem causa concederet, ut possem hoc prædicare, &c. 1. de Orat. 117. Quintius Varius illa ipsa facultate, quamcunque habet, magnam est gratiam consecutus. Orat. 113. Eloquens facultatem habet, quæ est ejus propria, fuse lateque dicendi. 1. Fam. 7. Si res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam tenere possis. 10. 12. Virtus maxime illustratur magnis in Rempublicam meritis, quam facultatem habes maximam. 11. 2. Sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. 1. Off. 73. Ad rem gerendam qui accedet, non modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem. 1. Att. 4. Cum et otii ad scribendum plus, et facultatem dandi majorem habueris. Pro Pomp. 69. Nihil est, quod de perficiendi facultate dubitemus. 2. cont. Rull. 82. Cætera vectigalia belli facultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur. 3. Qu. Fr. 9. Cave, quidquam, quod ad commodum meum attineat, nisi maximo tuo commodo, et maxima tua facultate, mi frater, cogitaris. 2. A. 43. Ut semper novus veniam, quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum largitur. Pro Mur. 42. Respublica dedit ei facultatem liberalitatis, qua usus est. 3. C. 4. Facultatem mihi oblatam putavi, ut quod, &c. Pro Clu. 77. Is oblatam sibi facultatem putavit, ut posset, &c. Pro Mur. 11. Vera maledicendi facultas. Orat. 70. Magni igitur judicii et summæ facultatis esse debebit moderator ille, &c. 1. Att. 14. Nisi mihi dolor meus tum omnes partes mentis, tum hujus generis facultatem ademisset. 2. de Orat. 343. Virtutes, quæ in ingenii aliqua facultate positæ sunt. *Ibid.* 215. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex eisdem suppeditatur locis. 1. 95. Otium ac facultas discendi major et maturior. *Ibid.* 135. Quoniam ex me non de oratoris arte, sed de hac mea, quantulacunque est, facultate quæritis. *idest, de eo, quod ego in dicendo præstare possum.* De Opt. 10. Vim eloquentiæ non rei natura, sed sua facultate metiri. 1. de Orat. 142. Omnis vis ac facultas Oratoris in quinque partes distributa est. 2. 30. Studium dicendi res facultate præclara, arte mediocris. De Clar. 228. Hujus omnis facultas ex historia ipsius perspici potest. 2. Off. 56. Theophrastus talium sumptuum facultatem, fructum divitiarum putat. 2. de Inv. 40. In occasione commoditas ad faciendum idonea, in facultate copia et potestas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, consideranda est. *Ibid.* 24. Aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas: potestas, si aut nescisse, aut non affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur: facultas, si ratio, adjutores, adjumenta, et cætera, quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur. Part. 119. Facultatum autem infirmatione utetur, si aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum. 1. de Orat. 61. Illustrare autem oratione si quis istas ipsas artes velit, ad Oratoris ei confugiendum est facultatem. *Ibidem.* Asclepiades in eo ipso, quod ornate dicebat, non medicinæ facultate utebatur, sed eloquentiæ. 2. de N. 168. Facultas disserendi a Rhetoricis exercitationibus accepta. Ver. 2. 135. Ex utraque parte facultates et copias cognoscere. 15. Fam. 2. Cura magis et diligentia, quam facultate et copia facere aliquid. 5. 12. Materies digna facultate et copia tua. 1. de Nat. 12. Cujus rei tantæ tamque difficilis facultatem consecutum me non profiteor, secutum esse præ me fero. 3. Att. 10. Tantæ facultates ingenii, consilii, gratiæ. Pro Sull. 42. Viri summa virtute, et fide, cujus generis in Senatu facultas maxima. Antequam. 16. Consularis homo non minimis facultatibus usus. 3. de Orat. 54. Habere summam facultatem vacui ac liberi temporis. 3. de Nat. 88. Spei, salutis, opis, victoriæ facultas a diis expetenda est. 1. de Orat. 30. Utrumque collaudandum videri, quod tantam jam essent facultatem adepti, ut cum majoribus natu compararentur. *Ibid.* 44. Hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur Orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi Oratorum facultate posse. 1. Off. 1. Ut par sis in utriusque orationis facultate. Ver. 2. 83. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 2. de Inv. 8. Quoad facultas tulit. *i. quoad potuimus.* 1. de Inv. 49. Ac fons quidem confirmationis, ut facultas tulit, apertus est. *Ibidem.* Ut facultas tulit, feci, &c. Pro Dom. 146. Horum ego bonorum facultatem nunquam et copiam expetivi. 2. Off. 19. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominum studia complectamur, dicemus.

Ars, doctrina, scientia, ἐπιστήμη. 1. de Orat. 217. Qui in aliqua arte et facultate excellit. *Ibid.* Oratoris facultas. *Ibid.* 90. Quibus in rebus Oratorum versatur facultas.

Opes, fortunæ, divitiæ, κτῆμα, χρῆμα, τὰ ὑπάρχοντα. 2. Off. 15. Effectumque est, ut dando et accipiendo, et permutandis facultatibus, et commodis, nulla re egeremus. Pro Rab. 14. Quæ si in illo minima fuissent, tamen tuis facultatibus maxima putarentur. 1. Off. 9. Tum autem consultant, conducat id, nec ne, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam. Oecon. 1. Ut aliquas facultates acquireremus.

ADJUNCT. *Absoluta et perfecta, aliena, jejuna, atque nuda, major, maturior, propria, non communis, poetica, rustica, agraria, bona, communis, diversa, atque sejuncta, magna, oratoria, grata, et ornata, gravis, et plena dignitatis, vera, incredibilis, neque nimis infans, neque perfecte deserta, levior, maxima, minima, optabilis, parva, perpetua, popularis, singularis, summa.*

Syntaxis. *Suscipiendi maleficii facultas. In aliquo, et alicui facultatem esse. Facultatem concedere, adimere, eripere, adipisci, assequi, consequi. Dari ad orandum facultatem, largiri, offerri, suppeditari. Otium et facultas discendi maturior. Vis et facultas, vel potestas illi defuit. Habere facultatem liberi et vacui temporis. Agam quoad feret facultas: idest*, pro virili. *Id conducit ad rerum facultates et copias, ad opes, ad potentiam. Facultates habere, augere, permutare, acquirere.*

Falcarii, *milites dicebantur falcibus quibusdam armati.* 1. C. 8. Dico te priori nocte venisse inter falcarios in M. Leccæ domum. Ver. 3.

Falernus, a, um, *Campanus.* De Clar. 286. Falernum vinum. Pro Cl. 175. et 2. in Rul. *Sæpe.* Falernus ager.

Faliscus, ager. 2. contra Rull. 65.

Fallacia, æ, *fraus, præstigiæ, dolus, laqueus, fucus, simulatio*, δόλος, ἀπάτη, φεναχισμός. 2. de Orat. 191. Nihil opus est simulatione et fallaciis. Pro Cluen. 100. Exagitabantur omnes ejus fraudes atque fallaciæ. 2. de Div. 85. Tota res est inventa fallaciis. aut ad quæstum, aut ad errorem. Pro Qu. 20. Hic ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur. 1. Att. 1. Prensat unus Galba sine fuco et fallaciis; negatur. 3. de N. 73. Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ sine ratione esse non possunt.

Fallaciloquentiæ : *plur.*, ψευδολογία. 4. de Fin. 68. Accii.

Fallaciter, Fallacissime, *malitiose, dolose*, ψευδῶς, ἀπατηλῶς. Pro Dom. 77. Majores nostri, qui non ficte et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt. 3. Off. 68. Ratio hoc postulat, ne quid fallaciter, ne quid insidiose, ne quid simulate. 1. de Div. 35. Fallaciter portenta interpretari. De Arusp. 48. Fallacissime se alicui venditare. Partit. 90. Fallaciter imitando.

Fallax, cis, *fraudulentus*, ἀπατηλός, δολερός. Pro Pl. 22. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. Pro R. P. 40. Fallaces et fucosæ merces. Ad Br. 10. Quidam Cæsarem fallacibus interpretibus ac nunciis impulerunt in spem certissimam consulatus. 2. de Div. 91. Oculorum fallacissimo sensu judicant ea, quæ ratione atque animo videre debebant. 3. Off. 36. Emolumenta rerum fallacibus judiciis vident. De Amic. 70. Ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. 4. Acad. 75. Sophismata : sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. 3. de Nat. 75. Malitia est versuta et fallax nocendi ratio. 1. de Div. 37. Astrologi vani, fallaces. Pro Milo. 95. O spes fallaces, o cogitationes inanes meæ! 12. A. 6. Spes falsa et fallax. 10. Att. 13. ὕπουλον fallax. 4. Acad. 140. Fallax imitatio.

Syntaxis. *Præstigiæ et fallaciæ. Fraudes et fallacias alicujus exugitare. Homo ex fraude, fallaciis, mendaciis constans. Sine fuco et fallaciis. Ficte et fallaciter popularis. Fallaciter, insidiose et simulate. Se fallacissime venditare. Fucatus, fallax. Fallax et fucosa merces. Versuta et fallax ratio nocendi. Spes falsa et fallax. Gens fallax, et artificio simulationis erudita.*

Fallendum. 1. Qu. Frat. 2. Hominum ingenia ad fallendum parata.

Fallens, tis. 1. de Orat. 92. In unum exitum spectantes, et nunquam fallentes res.

Fallo, is, *decipio, induco, fraudo*, ἐξαπατάω, φενακίζω. Pro S. R. 117. Roscius socios induxit, decepit, destituit, adversariis tradidit, omni fraude et perfidia fefellit. 4. C. 23. Si vis improborum spem meam fefellerit, atque superarit. 1. de Div. 25. Divinatio fallit fortasse nonnunquam, sed tamen ad veritatem sæpissime dirigit. 1. de Orat. 2. Quam spem cognitionum et consiliorum meorum, cum graves omnium temporum, tum varii nostri casus fefellerunt. 1. Off. 39. Ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. 1. Fam. 4. Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo. 16. Att. 3. Gaudeo, non fefellisse eam rem opinionem tuam. Pro. Syl. 41. Opinio de te multum me fefellit. 1. de Orat. 255. Neque enim hoc te Crasse fallit, quam multa sint. Orat. 225. Quem quæso nostrum fefellit, ita vos esse dicturos? 3. Att. 23. Tamen in lege nulla esse hujusmodi capita, te non fallit. 12. A. 21. Is enim sum, (nisi me fallo) qui, &c. Pro S. R. 48. Nisi me fallit animus. 14. Att. 12. Sed nos (nisi me fallit) jacebimus. Brut. 18. Nisi me forte fallit. 8. Att. 7. Nisi omnia me fallunt. 3. Fam. 5. Si quid me fallit in scribendo. 5. 20. Nisi quid me fallit. 1. 6. Non fallam opinionem tuam. 3. de Nat. 73. Aut tu illum fructu fallas, aut, &c.

Adverb. *Multum, occulte, omnino, plane, vehementer.*

Fallor, eris. 4. Ac. 66. Cavere, ne capiatur : ne fallatur, videre. 13. Att. 21. Possum falli, ut humanus. 3. de Nat. 76. Spe falli possumus. *Ibid.* Deus falli qui potuit?

Syntaxis. *Res nunquam fallens. Fallere, et superare vi. Fidem fallere. Id me fefellit, et opinionem meam. Nisi me fallit. Nisi me animus fallit. Ne me fructu fallas. Opinione longe falli. Nisi me fallo, nisi omnia me fallunt.*

False, *falso.* 4. Acad. 141. Assentiri false alicui rei.

Falsitas, tis, *vanitas*, ψεῦδος. Pro Clu. 4. In omnibus locis parum firmamenti, et parum virium falsitas habet. *Alii leg.* veritas.

Falso, *false, fallaciter*, ψευδῶς. Pro Pomp. 41. Hoc incredibile omnibus, et falso memoriæ proditum videbatur. 5. Fam. 5. Quod verbum abs te aiunt falso in me solere conferri.

Falsus, a, um, *adulterinus, inanis, mendax, vanus*, κίβδηλος, ψευδής .X. *verus.* Pro S. R. 110. Pro re certa spem falsam domum retulit. 2. de Div. 127. Falsis et mendacibus visis mentes mortalium concitare. 11. A. 5. Complexus falsæ benevolentiæ extiterunt in amore simulato. 2. de Orat. 189. In eo nihil esset nisi falsum et imitatione simulatum.

Et lib. 1. 175. De cujus morte domum falsus ab exercitu nuncius venit. 7. Att. 14. De quibus ante ad te falsum scripseram. 2. de D. 106. Ex falsis verum effici non potest. 2. de Nat. 56. Quæ ordine et ratione vacant, ea mentita et falsa, plenaque erroris sunt. 1. de Inv. 90. Falsum est, in quo perspicue medacium est. 2. de Div. 28. Testes malitia falsi, fictique esse possunt. Pro Flac. 39. Pœna falsarum et corruptarum literarum gravis est. Pro Sull. 91. O falsam spem! 12. A. 6. Spes falsa et fallax.

Syntaxis. *Falsa spes. Visa falsa et mendacia. Falsum, et imitatione simulatum. De hoc ille falsum scripsit. Mentita res, falsa, plenaque erroris. Malitia falsus fictusque. Falsæ et corruptæ literæ. Falsus et fallax homo.*

Falx, cis, ἅρπη, δρεπάνη. Pro Mil. 92. Qui cum falcibus ad Castoris templum cucurrerunt. Pro Sul. 17. Ille arma misit, cornua, tubas, falces. 5. Tusc. 65. Immissi cum falcibus multi purgarunt, et aperuerunt locum.

Fama, æ, *opinio, existimatio, nomen, sermo, rumor, prædicatio, commemoratio nominis, celebritas sermonis, disseminatus dispersusque sermo, celebritas*, φήμη, δόξα, εὐδοξία, λόγος. 7. Att. 25. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. Div. 71. Qui, ut ante collectam famam conservet, laborat. Pro Sest. 139. Expetenda est bona fama bonorum, quæ vere sola gloria nominari potest. 3. de Fin. 57. Quam Græci εὐδοξίαν appellant, aptius est hoc loco bonam famam appellare, quam gloriam. 2. Off. 72. Fundamentum perpetuæ commendationis et famæ est justitia, sine qua nihil potest esse laudabile. Pro Qu. 50. Famam existimationemque amittere. 2. Off. 32. Amor multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis. 1. Qu. Fr. 1. 19. Quod ita esse, constanti fama, atque omnium sermone celebratum est. Pro Mur. 38. Hoc quanti putas esse ad famam hominum? in hoc felicitatis fama sermoque valuit. Pro Flacc. 13. Sed quod ipsi audistis communi fama atque sermone, de vi, de armis, &c. De Arusp. 20. Ut hominum fama est. Pro Sull. 12. Vix ad meas aures istius suspicionis fama pervenit. Pro Arch. 5. Hac tanta celebritate famæ etiam absentibus notus erat. Pro Cœl. 38. At fuit fama: Quotusquisque istam effugere potest in tam maledica civitate? 14. A. 15. Cum tristis a Mutina fama manaret. 9. Att. 3. A Brundusio nulla adhuc fama venerat. Pro Mil. 99. Fama de interitu Clodii fines imperii Romani peragravit. 10. Famil. 10. Tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Ver. 4. 68. Hæc fama de nostris hominibus percrebuit. Top. 76. Fama vulgi quoddam multitudinis testimonium. Pro Sest. 102. Hæc fama celebrantur. 8. Famil. 8. Magna illico fama surrexit, et de damnatione ferventer loqui est cœptum. De Clar. 259. Catulo suavitas vocis bene loquendi famam confecerat. 2. de Nat. 95. Accipere fama et auditione, esse aliquid. 2. Off. 25. Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocavit. 1. Tusc. 110. Fama nunquam deseret Cæsarem. 1. Fam. 9. Non putavi, famam inconstantiæ mihi pertimescendam. 9. 16. Effugere autem si velim nonnullorum acute aut facete dictorum offensionem, fama ingenii mihi est abjicienda. De Pet. Con. 14. Fama forensis. 2. Div. 94. Fama ac laus perennis. 2. Off. 72. Commendatio et perpetua fama. 5. Tusc. 46. Fama popularis, stultorum improborumque consensu excitata. 3. 4. Fama popularis, quæ se gloriæ imitatricem esse vult, temeraria atque inconsiderata, et plerunque peccatorum vitiorumque laudatrix, simulatione honestatis formam ejus pulchritudinemque corrumpit. De Ami. 15. Itaque non tam ista me sapientiæ, &c. fama delectat, falsa præsertim, quam, &c. Pro Cœl. 75. Fama adolescentis paulum hæsit ad metas. 12. Fam. 4. Fama nunciabat, te esse in Syria, autor erat nemo. 14. Fam. 4. 5. Att. 10. Famæ servire. Div. 71. Famam colligere. 2. de Leg. 37. Famam mulierum ut multorum oculis lux clara custodiat, diligentissime sanciendum est. 4. ad Her. 51. Famam depeculari. 11. P. 23. Reprimere famam. Ad Br. 18. Famam temeritatis subire. 9. Att. 9. Famam suam sustinere. 3. de Natur. 60. Ex vetere fama Græciæ hæc collecta sunt. Cat. Ut majora omnia re, quam fama viderentur. De Consolat. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit.

Adjunct. *Admirabilis, antiquior, incolumis, bona, calamitosa, communis, constans, falsa, forensis, frequens, grata, gravis, integra, magna, perennis, popularis, temeraria, atque inconsiderata, præclara, summa, tristis, vetus, et illustris.*

Syntaxis. *Fama bona, præclara, collecta. Famam et existimationem amittere. Fama et opinio sapientiæ. Fama et omnium sermo. Communi fama et sermone audire. Illinc fama venit, emanat. Res fama celebratæ. Fama surrexit, confecta est. Fama et auditione accipere. Vetus et illustris fama, tristis. Famam expetere, colligere, consequi, subire, inurere, tenere, abjicere, depeculari, sustinere, reprimere. Ex recenti fama colligere quippiam.*

Fames, is, *cibi appetitus, esuries*, λιμός, πεῖνα. 5. Att. 21. Etiam fames, qua nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia, mihi optanda fuit. 1. de Finib. 37. Cum cibo et potione fames sitisque depulsa est. 2. 90. Cibi condimentum est fames. 5. Tusc. 97. Obsonare ambulando famem. 1. Att. 13. Fuerunt quos fames, magis quam fama commoverit. Pro Dom. 61. Nec illi cæmentis ac tegulis tectorum meorum se famem suam expleturos putaverunt. 2. Div. 73. Avis fame enecta in offam paltis invadit. Pro Cluen. 67. Bestiæ, fame dominante, plerunque ad eum locum, ubi pastæ aliquando

sunt, revertuntur. 2. Qu. Fr. 3. Quis esset, qui plebem fame necaret? 6. Att. 1. Senatores quinque fame necati sunt. 1. C. 26. Patientia famis et frigoris. 9. Famil. 20. Integram famem ad ovum affero. Hortens. Ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis.

Caritas annonæ, σιτοδεία. Pro Flac. 17. Qui in fame frumentum exportare erat ausus.

SYNTAXIS. *Obsonare ambulando famem. Fame enectus. In fame: id est,* caritate. *Fame necari, suffocari. Famem explere, depellere.*

Familia, æ, *agnatio, cognatio, stirps, οἶκος, οἰκία.* De Clar. 85. Cum insimularetur familia, &c. Pro Cæcin. 55. Unus homo familia non est. Pro R. P. 2. Qua in familia laus aliqua forte floruerit, eam fere, qui sunt ejus stirpis, cupidissime persequuntur. 1. de Leg. 23. In civitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status. Pro Cluent. 16. Familia, cognatio, nomen. De Clar. 252. Ut dudum de Læliorum et Mutiorum familiis audiebamus. Pro Mur. 17. Vetus et illustris familia. *Ibid.* 15. Sunt amplæ et honestæ familiæ plebeiæ. 2. de Orat. 10. Unum putasti satis esse in una familia Rhetorem. 9. A. 4. Qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum.

Secta, φῦλον. 3. de Orat. 61. Proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se. 1. 42. Tum singulæ familiæ in te impetum facerent. 2. de Inv. 7. Ex his duabus diversis sicuti familiis. 2. de Div. 3. A Peripateticorum familia. Pro Sull. 55. Gladiatorum familiæ.

Tota patrisfamilias possessio, οὐσία. 1. de Orat. 238. Qui quibus verbis herctum cieri oporteat, nescit, idem herciscundæ familiæ causam agere non potest. Pro Cæcin. 19. Arbitrium familiæ herciscundæ: *id est, possessionis, seu hæreditatis dividundæ.*

Servorum numerus, οἰκετία. Ibid. 55. Familiæ, quæ constant ex servis. 1. de Natu. 157. Homines conjugum, et liberorum, et familiarum suarum causa frumentum condunt. Pro L. Varen. In familiam Ancharianam incidisse dixerunt.

ADJUNCT. *Abjecta, et obscura, acerrima, equestris, severissima, ægra, amplissima, reliqua, præstans, clarissima, consularis, prætoria, summa, copiosa, infamis, dissentiens, disjuncta et dispar, diversa, elegantissima, splendida, urbana, florentissima, fundatissima, funesta, pura, vera, gladiatoria, speciosa, nobilis, gloriosa, maxima, honesta, non ignobilis, magna, nobilissima, patritia, plebeia, ampla et honesta, vetus, et illustris, privata, universa.*

SYNTAXIS. *Conjuges, liberi, et familiæ. Familia constans ex servis pluribus. Peripateticorum et gladiatorum familia. In familiam venire, adoptari, recipi, se conjicere.*

Familiaris, re, *familiaritate conjunctus, necessarius, intimus, domesticus, qui in intima familiaritate alicujus versatur, usu conjunctus, οἰκεῖος, συνήθης, ἐφέστιος.*)(. *Alienus.* 16. Fam. 21. Homo familiarissimus, et mihi omnibus rebus conjunctus. 3. 1. Is est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. 2. A. 3. An ego non venirem contra alienum pro familiari et necessario meo? 1. Qu. Frat. 4. Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. 7. Fam. 8. Cæsar ad me scripsit, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore. 2. Off. 39. Habere amicos, quibuscum possis familiares conferre sermones. In Vat. 31. Quis unquam in luctu domestico, in funere familiari, cœnavit cum toga pulla? 1. Tusc. 2. Res familiaris et domestica. 1. ad Her. 1. Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis, &c. Pro Cœl. 61. et 2. A. 78. Fieri familiarem alicui. De Ami. 39. Vidimus, Pub. Æmilium C. Luscinio familiarem fuisse. 2. Qu. Fr. 14. Ipse est enim veterator magnus, et perfamiliaris Philisto. 3. de Orat. 68. Is, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenes.

ADJUNC. *Domesticus, atque intimus, vetustissimus.*

SYNTAXIS. *Ex domesticis et intimis familiaribus. Familiaris et necessarius. Intimus, proximus, familiarissimus. Familiarior.*

Familiaritas, tis, *usus, consuetudo, necessitudo, conjunctio, οἰκειότης, συνήθεια.* 13. Fam. 19. Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa etiam cum aliis compluribus; familiaritas tanta cum nullo hospite, et ea cum officiis ejus multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra conjunctius. 1. Off. 53. Consuetudines præterea et familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ. *Ibid.* 55. Cum boni viri moribus similes sunt familiaritate conjuncti. 1. Att. 16. Itaque in sinu et in familiaritate adolescentis, et cum eo, ut res indicat, congressus est. Pro Deiot. 39. Consuetudo familiaritatem affert. 2. Off. 30. Familiaritates habere fidas amantium nos amicorum. 7. Fam. 15. Ver. 2. 169. Venire in familiaritatem alicujus. 1. Qu. Fr. 2. et 2. A. 78. Recipere aliquem in familiaritatem suam. Pro Cornel. 58. Versari in familiaritate alicujus. 1. de Orat. 24. Antonius summa familiaritate conjunctus. Ver. 2. 169. Is bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. 1. Qu. Fr. 4. Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit. Pro Cluen. 46. Is sese ad Staleni familiaritatem applicavit. Pro Qu. 12. Tamen inductus consuetudine et familiaritate Quintius fecit, &c.

ADJUNCTA. *Egregia, tanta, fida, intima, maxima, nimia, non fidelis, magna, memorabilis, notissima, pervetus, summa.*

SYNTAXIS. *In sinu et familiaritate. Consuetudo familiaritatem efficit, affert. In familiaritatem venire, recipi, se dare. In familiaritatem bene penitus intrare. Ad familiaritatem se applicare. Familiaritatem inducere, conflare,*

contrahere, habere, augere, extinguere. Familiaritate implicari, devinciri. In familiaritate versari.

Familias, *ut, pater familias: id est, dominus et administrator rei familiaris.* Pro Qu. 11. C. Quintius suarum rerum paterfamilias et prudens et attentus. 5. de Rep. Bono patrifamilias colendi, ædificandi, ratiocinandi quidam usus opus est. Pro S. R. 43. Patresfamilias. *Ibid.* 48. Patrifamilias.

Familiariter, *libere, amice,* οἰκείως. 6. Att. 6. Decreveram cum eo valde familiariter vivere. Div. 29. Cum aliquo familiarissime atque amicissime vivere. 9. Att. 3. Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur. Pro Cœl. 57. Licentius, liberius, familiarius cum aliquo vivere. 2. de Orat. 141. Hoc si tu cupidius factum existimas, Cæsari attribues: si familiarius, utrique nostrum. Pro C. Cornel. 2. Familiariter ex aliquo quæro.

Syntaxis. *Familiarissime et amicissime. Familiariter cum aliquo vivere. Familiariter ex aliquo quærere. Soluto animo familiariter scribere. Familiarius facere.*

Famosus, a, um, *infamis,* στηλιτευτικὸς, ἀτίμητος. 2. de Orat. 277. Nam me ad famosas vetuit mater accidere. *Poetæ.* 4. de Rep. Atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant.

Famula, æ, *ancilla,* θεράπαινα. 1. Tusc. 75. Res familiaris est ministra et famula corporis. 5. 2. Si virtus famula fortunæ est.

Famularis, re, *servilis,* δούλειος. 1. 116. Famularis vestis. *alias,* familiaris.

Famulatus, us, *servitus,* δουλεία. De Amic. 72. Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis et generis in famulatu fuerunt. 3. Off. 117. Quam miser virtutis famulatus servientis voluptati!

Famulor, aris, δουλεύω. De Rep. Est enim genus injustæ servitutis, cum hi sunt alterius, qui sui possunt esse. cum autem hi famulantur, qui, &c.

Famulus, li, *pedissequus,* ὑπηρέτης. 2. Off. 24. Heris sit sane adhibenda sævitia in famulos, si aliter teneri non possunt. De Amic. 55. Parare pecuniam, equos, famulos, &c. 2. Tusc. 48. Ergo hos ut famulos vinclis arceamus. 2. de Leg. 22. Famuli Idææ matris.

Fanaticus, a, um, *delirus, furens,* ἔνθεος. 2. de Div. 118. Isti Philosophi superstitiosi, et pene fanatici. Pro Dom. 105. Homo fanaticus.

Fando. Pro Qu. 71. Nulla intercessit postulatio, mitto æqua, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita. 1. de Nat. 83. Ne fando quidem auditum est, Ibim, &c. 4. Tusc. 63. Neque tam terribilis ulla fando oratio est.

Fandus, a, um, *proferendus.* 1. de D. 66. Neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. *Poetæ.*

Fanum, ni, *templum, locus religiosus,* ναὸς, ἱερόν. 2. de Legib. 18. Athenienses Contumeliæ fanum et Impudentiæ fecerunt. 2. de Inv. 1. Propter fani religionem &c. Pro Rab. 30. Pro fanis atque delubris propugnare. 2. de Fin. 63. Ita non superstitiosus erat, ut illa plurima in sua patria sacrificia et fana contemneret. 5. Fam. 20. Ut pecunia in fano poneretur. *Ibidem.* Fanum, templum, ædes sacra. Ver. 1. 52. Spoliatum esse fanum Junonis. *Ibid.* 53. Omnia signa ex fanis plostris evecta asportataque esse. *Ibid.* Pergæ fanum antiquissimum et sanctissimum Dianæ scimus esse.

Adjunct. *Antiquum, nobilissimum et antiquissimum, religiosissimum atque antiquissimum, locupletissimum et antiquissimum, religiosum, patrium, sanctissimum atque antiquissimum.*

Syntaxis. *Fanum facere, colere, spoliare. Pro fanis atque delubris pugnare.*

Farcitus, a, um, *plenus,* μεστός. Ver. 5. 27. Pulvinus perlucidus, Melitensi rosa farcitus.

Faris, vel Fare, fatur, *loqui,* φὴς, φασί. 1. de Div. 81. Tum enim ferunt ex oraculo hæc fatam esse Pythiam. De Univ. 35. Tum ad eos is deus, qui omnia genuit, fatur: Hæc vos, &c. 5. Tusc. 116. Epicurei nostri Græce fari nesciunt, nec Græci Latine. 2. de Glor. Fabitur hoc aliquis.

Fartor, oris, *qui lucanicas facit et farcit, sive qui aves farcit et saginat,* σιτεύων. 1. Off. 150. Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, &c.

Fartus, a, um, *farcitus.* 2. Tusc. 24. Tum jecore opimo farta et satiata affatim, &c. Orat. 163. *Poetæ.* Farta arva.

Fas, *jus, quod licet,* θέμις, ὅσιον. 2. con. Rul. 19. Ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret. Pro Do. 35. Factus es filius contra fas, cujus per ætatem poteras esse pater. Pro Milo. 44. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. Pro Dom. 127. Neque enim id fieri fas erat. De Ar. 34. Oratores contra jus fasque interfectos. 1. Att. 13. Jus et fas omne delere. Pro Domo. 94. Cum hoc mihi uni dicere fas fuisset. Pro Cluen. 12. Socrus generi sui, contra quam fas erat, amore capta. Pro Mur. 80. Cives, si eos hoc nomine appellari fas est. 5. Tusc. 38. Si hoc fas est dictu.

Syntaxis. *Fas est, licet. Contra fas. Id per naturam fas est. Contra jus fasque. Fas et jus. Ille, contra quam fas erat, amavit. Fas dictu. Id agere fas est. Fas omne delere.*

Fasceolæ, larum, *fasciæ: sunt crurum integumenta, quibus ornatus causa crura inferiora vinciebant,* ταινίαι. De Ar. 44. Muliebres soleæ purpureæque fasceolæ. *alias,* Fasciolæ: *et quidem melius.*

Fascia, æ, *ταινία, σπάργανον.* 2. Att. 3. Etenim mihi ejus caligæ, ut fasciæ cretatæ, non placebant. De Clar. 217. Cn. Octavius qui devinctus erat fasciis, et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. 2. de Div. 134. Quidam somniavit, ovum pendere

ex fascia lecti sui cubicularia. In Clod. Cum vincirentur pedes fasciis.

Fasciculus, li, δεσμὸς, δεσμίς. 2. Qu. Fra. 12. Fasciculus ille epistolarum, in quo fuerat et mea et Balbi, totus mihi aqua madidus redditus est. 12. Att. 53. Eas epistolas in eundem fasciculum velim addas. 5. 11. Accepi fasciculum, in quo erat epistola Pyliæ. 2. 13. Fasciculus literarum. 3. Tusc. 43. Fasciculum ad nares admovebis?

Fascis, is, δεσμή. 8. Att. 3. Age jam has compedes: fascos in quam hos laureatos efferre ex Italia, quam molestum est? 2. cont. Rull. 92. Lictores prætoribus anteibant cum fascibus duobus. Ver. 5. 22. Fasces Prætoribus præferri. 2. 11. Quæstores cum fascibus mihi præsto fuerunt. Pro Dom. 24. Nullus locus in orbe terrarum vacuus extraordinariis fascibus, et imperio Clodiano fuisset.

ADJUNCT. *Fasces cruenti, extraordinarii, formidolosi, laureati.*

SYNTAXIS. *Fasciculus, et literarum fasciculus. Fasces alicui præferre.*

Fasti, orum, *libri in quibus cujusque diei annique gesta continentur*, ἐφημερίς. 6. Att. 1. Flavius Annii filius protulit fastos. Pro Mur. 25. Posset agi, necne, pauci quondam sciebant: fastos enim vulgo non habebant. *Ibid.* Scriba quidam Cn. Flavius singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit, et ab ipsis cautis Jurisconsultis eorum scientiam compilavit. De Pro. 46. Non omnibus fastis legem ferri licere. In Pis. 30. Hanc legem ulli fasti ferre possunt? Brut. 15. Decrevi ut in fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur. *Ibid.* Quod ego cum dabam Bruto, notam esse in fastis gratissimæ victoriæ memoriam volebam. Ver. 4. 151. Cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent. 2. 132. Eximere dies de fastis. Pro Sest. 33. Consules non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendi. 4. Att. 8. Longe paginulæ in codicillorum fastis. 1. Tusc. 68. Luna accretione et diminutione luminis quasi fastorum notans et significans dies. 5. Fam. 12. Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum.

SYNTAXIS. *De fastis auferre, eximere, tollere, evellere. Fastos proferre. Fastos habere, ediscere, proponere. In fastis alicujus nomen adscribere. Fastorum dies notare.*

Fastidio, is, *fastidio afficior, offensionem atque fastidium ad aliquam rem habeo*, ἀποστρέφομαι, βδελύττω, καταπτύω. Pro Mil. 43. Qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam recte factis sæpe fastidiunt. *aliter*, in recte factis. *Lege*, Pertædet.

Fastidiose, *ambitiose, lente*, ὑπερoπτικῶς. 1. de Orat. 258. Quod ego non tam fastidiose in nobis, quam in histrionibus spectari puto. Pro Pla. 65. Tum ego stomachans, fastidiose, inquam, &c. 1. de Orat. 118. Diligenter ac prope fastidiose judicare aliquid. 2. Att. 1. Lente et fastidiose probare aliquid. 2. de Orat. 364. Pudentius, vel invitius, vel etiam fastidiosius facere aliquid.

Fastidiosus, a, um, *difficilis*, χαλεπός. De Clar. 207. Antonius facilis in recipiendis causis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat.

Abhorrens, ἀλλότριος. De Clar. 247. M. Memmius fastidiosus literarum Latinarum.

Insolens, ὑπερήφανος. 4. ad Her. 53. In æquos et pares fastidiosus.

Facile fastidiens. *Ibid.* 33. Aurium sensus fastidiosissimus.

Fastidium, dii, *offensio*, καταφρόνησις. 2. de Orat. 209. Non sunt tanti ulla ejus merita, quanta insolentia hominis, quantumque fastidium. 10. A. 18. Quorum, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. 12. P. 20. Nec id fit fastidio meo, sed charitate reipub. 3. de Orat. 96. Ab aliquo celerrime fastidio quodam et satietate abalienari. *Ibid.* 193. Ut neque ii satientur qui audient, fastidio similitudinis. 1. de Orat. 258. Quæ recta sunt, probari, quæ prava sunt fastidiis adhærescere. De Opt. 18. Quod igitur est eorum in orationibus a Græco conversis fastidium? *Ibid.* 12. Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. 4. Tusc. 23. Eaque, quæ eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem, atque fastidium. 1. de 10. Insolens domesticarum rerum fastidium. 1. de Inv. 25. Cibi satietas et fastidium. 1. de Fin. 5. Rudem enim esse omnino in nostris Poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi.

ADJUNCTA. *Delicatissimum, insolens, ingenuum, liberum, minimum.*

SYNTAXIS. *Fastidiose stomachans. Diligenter et prope fastidiose. Pudentius, invitius, fastidiosius. Fastidiosus virtutum. In pares fastidiosus. Id ago non fastidio meo. Fastidium et satietas. Vitiosam habere offensionem atque fastidium ad pietatem. Iners segnities, aut fastidium delicatum. Fastidio quodam et satietate alienari ab aliquo. Audiendi fastidium. Insolens domesticarum rerum fastidium. Fastidire in re aliqua.*

Fastigium, gii, *columen*, κορυφὴ, ὀροφή. 3. de Orat. 178. Capitolii fastigium illud, cæterarumque ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. 3. Qu. Fr. 1. Tectum multorum fastigiorum. 2. A. 110. Divus Junius habuit pulvinar, simulachrum, fastigium, &c. 3. Off. 33. Imponere fastigium operi inchoato .)(. *Jacere fundamenta.*

Fatalis, le, *ex omni æternitate definitus et constitutus*, αἴσιμος, εἱμαρμένος. Postquam ad Quir. 19. Quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate cum fortuna belligerandum fuit. Pro Marcell. 32. Respub. perfuncta est hoc misero fatalique bello. De Fat. 19. Causæ fatales. De Somn. 31. Cum hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. 1. Acad. 29. Fatalis et immutabilis continuatio ordinis sempiterni. De Fat. 30. Tam enim fatale est medicum adhibere, quam

convalescere. 2. de Div. 24. Non igitur fatales exitus habuerunt. De Ar. 6. Scipio quasi fatali eventu solus Carthaginem evertit. Postquam in Sen. 4. Ille annus, quem ego mihi quam patriæ malueram esse fatalem. 2. Att. 11. Quod fuit illorum utrique fatale. Pro Sest. 17. Sed fuit profecto quædam illa reip. fortuna fatalis, ut ille, &c. De Clar. 250. In hoc communi nostro et quasi fatali malo. 4. C. 2. Meus consulatus ad salutem reipub. prope fatalis fuit. 3. 9. Hic annus fatalis est ad interitum hujus urbis. 1. P. 9. P. Clodius fatale portentum reip. De Fat. 5. Vis est nulla fatalis. 1. de Natur. 55. Fatalis necessitas rerum futurarum. Partit. 73. Quæ cuique accidunt divina atque fatalia. 6. Att. 19. Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, &c. nunc si quis erit, erit voluntarius.

Fataliter, *necessario*, εἱμαρμένως. 2. de Div. 19. Omnia, quæ fiunt, quæque sunt, ex omni æternitate definita esse fataliter.

Syntaxis. *Fatale et immutabile. Certum et fatale. Divinum et fatale. Ex omni æternitate definita res fataliter. Fatali necessitate facere aliquid, et fatali eventu. Fatales exitus habere. Esse alicui fatale, et ad aliquid. Fatale malum, fatale portentum, fatalis casus, fatalis annus.*

Fatendo. Partit. 50. Mori maluit falsum fatendo, quam inficiando dolere. 2. de N. 157. Hominum causa earum rerum copias comparatas fatendum est.

Fateor, eris, *confiteor*, ὁμολογοῦμαι. 10. Fam. 23. Laterensis nostri animum in rempub. singularem semper fatebor. Pro Cæc. 24. Non solum fateri, sed etiam profiteri aliquid. Pro Rab. 17. Quamobrem fateor, atque etiam profiteor, et præ me fero, perduellionis judicium a me fuisse sublatum. De Clar. 76. Tu, qui a Nævio vel sumpsisti multa, si fateris: vel si negas, surripuisti. Antequam. 17. Qui de scelere fateretur. 2. de Invent. 77. Fateri de aliqua re. 2. contra Roll. 57. Quæ est ista æquitas, hunc agrum excipere nominatim, qui publicus esse fateatur? *passive.*

Adverb. *Acute, satis, aperte, plane.*

Syntaxis. *Fateor, et profiteor, et præ me fero. Fateri de re aliqua.*

Fatidicus, a, um, *quem Livius fatiloquum dicit*, μάντις, θεσπιῳδόν. 2. de Leg. 20. Fatidicorum et vatum effata incognita interpretari. 1. de N. 18. Anus fatidica Stoicorum πρόνοια.

Fatigatus, a, um. Top. 74. Fatigatus igne.

Fatuitas, tis, *stultitia*, μωρότης, ματαιότης. 2. de Inv. 99. Postea definitionibus ostendere, non hanc imprudentiam, aut casum, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

Fatum, ti, *vis fatalis, fortuna, fatalis necessitas*, μοῖρα, εἱμαρμένη. De Fat. 20. *et deinceps.* Fati necessitas, quod a Deo constitutum et designatum est ut eveniat. 1. de D. 125. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriemque causarum: cum causa causæ nexa rem ex se gignat, ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. *Ibid.* Fatum est causa æterna rerum, cur ea, quæ præterierint, facta sint: et ea, quæ instant, fiant: et ea, quæ consequuntur, futura sint. 3. de Nat. 14. Quod semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. De Fat. 39. et 1. de Nat. 25. Omnia fato fieri, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. 2. de Div. 19. Nihil fieri extra fatum. De Fat. 33. Stoici fato omnia fieri dicunt. Topic. 59. Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur. 2. de Div. 19. Omnia, quæ fiant, futurave sint, fato contineri. *Ibid.* Anile sane et plenum superstitionis fati nomen ipsum. 2. de Div. 20. Ruina igitur oppressus esset: at id, neque si fatum fuerat, effugisset: neque, si non fuerat, in eum casum incidisset. *Ibid.* Mutari enim fata non possunt. *Ibid.* Sin autem id potest flecti, nullum est fatum. De Fat. 5. Daphnitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. *Ibid.* 28. Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere. 2. de Div. 98. L. Tarutius urbis nostræ fata canere non dubitabat. 1. 66. Neque me Apollo fatis fandis dementem iuvitam ciet. De Somn. 3. Sed ejus temporis ancipitem video quasi fatorum viam. 1. de Div. 100. Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi non posse. *Ibid.* 2. Prædicere, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus sit. Pro Cor. 58. Fuit hoc meum fatum, ut in me, &c. 1. de Div. 20. Atque hæc fixa gravi fato et fundata tenentur. Pro Font. 35. Ea conditione, atque eo fato natum esse me, &c. Pro Mil. 30. Milo hoc fato natus, ut ne se quidem servare potuerit, quin una rempublicam servaret. Pro Marc. 13. Omnes qui ad illa arma fato sumus nescio quo reip. misero funestoque compulsi. 15. Att. 5. Ego quid faciam? aut quo me fato geram? al. pacto. 2. Att. 1. Quonam meo fato fieri dicam, ut, &c. De Un. 35. Nec vos ulla mortis fata unquam periment. 1. Att. 10. Si quid mihi humanitus accidisset: multa enim impendere videbantur præter naturam, præterque fatum. Pro Dom. 145. In illo pene fato reipub. 4. ad Her. 56. Vita hominis fato debetur. 1. Att. 15. Si nostrum fatum aut fortunam conquereremur. Pro Marc. 30. Illud fati est, hoc consilii. 3. C. 19. Nisi dii immortales omni ratione placati, prope fata ipsa flexissent.

Infortunium, συμφορά, μοῖρα. 1. Qu. Fr. 4. Meo fato et tu, et omnes mei corruistis. 9. Att. 14. Miseros nos! cur non omnes fatum illius una executi sumus? 2. C. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, et pœnam, jamdiu improbitati debitam. De Clar. 328. Sic Hortensii vox extincta fato suo est, nostra publico. 3. C. 17. Neque tanto ante exitium ac fati diem reip. denunciasset. 6.

Fam. 7. Quæ quidem in re singulari sum fato. 3. Att. 35. Jam fatum extremum reipublicæ venit.

Vaticinium, θεσφάτιον. 3. C. 9. Lentulus autem confirmavit ex fatis Sibyllinis, aruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, &c.

Adjunc. *Extremum, funestum, grave, miserum funestumque, perniciosum, salutare, publicum, Sibyllinum, singulare, supremum.*

Syntaxis. *Fato fieri, contineri. Nisi fatum sit, evadas. Illius fuit fatum demergi. Fatum canere, fari, exequi, flectere, mutare. Hoc fati est. Hoc me fatum manet, me circunstat, mihi impendet.*

Fatuus, a, um, *stultus, μωρὸς, ἄνους, ἄφρων.* Pro Deiot. 21. Non modo nequam et improbus, sed et fatuus et amens. 6. Att. 6. Puer fortasse fatuus, et non gravis, nec continens. 2. de Orat. 99. Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quam acuti magistri. 2. de Fin. 70. Nisi plane fatui sint. 10. Fam. 26. Ne cum periculo fatuus sis. 2. de Orat. 274. Homo fatuus, &c.

Syntaxis. *Fatuus et amens. Cum periculo fatuum esse.*

Fauces, ium, *angustiæ gutturis, λάρυγξ.* 2. de Nat. 95. Patefactis terræ faucibus. Pro Cl. 84. Faucibus premi. 1. Qu. Fr. 1. 16. Tusccnius, cujus tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti.

Locus angustus, στενόν. 2. con. Rul. 86. Corinthus erat posita in angustiis atque in faucibus Græciæ.

Discrimen, periculum, κίνδυνος. 1. de Orat. 225. Omitto fauces, ex quibus te eripi vis. Pro Arch. 21. Urbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam.

Aditus, εἴσοδος. Ver. 3. 145. et pro Quin. 25. Æmilius sedens in faucibus macelli.

Favens, tis. Pro C. Corn. 2. Favente nobilitate.

Faveo, es, *studeo, amo, complector, θεραπεύω, ἀγαπάω, συναγωνίζω.* De Clar. 331. Tibi favemus, te tua frui virtute cupimus, tibi optamus eam rempub. in qua, &c. 12. Fam. 7. Favebam et reipub. cui semper favi, et dignitati ac gloriæ tuæ. 1. 7. Qui mihi semper tuæ laudi favere visus est. 3. 6. Non magis mihi faveo in amicitia nostra tuenda, quam tibi. 10. 19. Non multo plus faveo patriæ, quam tibi. 15. 4. Huic meæ voluntati, in qua inest vis desiderii, ut faveas, adjutorque sis, vehementer te rogo. Pro Planc. 20. Cujus honori agri, prope dicam, ipsi montesque faverunt. Pro Lig. 8. Cujus ego industriæ gloriæque faveo. 8. Att. 3. Favere honori alicujus. Pro Plan. 18. Qui favent nobilitati. Antequam. 24. Favete innocentiæ. 1. de Div. 102. Rebusque divinis, quæ publice fierent, ut faverent linguis, imperabatur. 2. de Div. 83. Favete linguis, &c. 2. Att. 21. Ego favisse me tibi fateor. 2. de Div. 57. Galli silentio noctis, ut ait Ennius, favent faucibus. Pro Qu. R. 29. Qui diligebant hunc, illi favebant.

Favetur. 2. de Orat. 207. Invidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autem eorum cæteris commodandi favetur. 2. de Off. 45. Non modo non invidetur illi ætati, verum etiam favetur.

Adverb. *Aperte, mirabiliter, mire, validissime.*

Syntaxis. *In hoc tibi non faveo. Faveo et adjutor sum. Favere suis amicis. Favere linguis.*

Faunus, ni. 3. de N. 15. Fauni vocem equidem nunquam audivi. 1. de Div. 101. In præliis Fauni auditi. *Ibid.* 114.

Versus quos olim Fauni vatesque canebant.

Favonius, nii, *Græce Zephyrus, ventus ab occasu flans, ζέφυρος.* Ver. 5. 27. Veris initium non a Favonio notabat, sed cum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. 4. Ac. 105. Mare Favonio nascente purpureum videtur.

Favor, oris, *gratia, studium, aura, εὔνοια, συμπάθεια, φιλοτιμία.* Pro Q. R. 29. Quam expectationem, quod studium, quem favorem secum in scenam attulit Panurgus? Frag. ep. Eum amorem, et eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabo.

Fauste, *fortunate, αἰσίως, δεξιῶς.* Pro Mur. 1. Idem ego precatus sum, ut ea res vobis fauste, feliciter prospereque eveniret.

Faustus, a, um, *αἴσιος, δεξιὸς, εὐτυχής.* 1. Tusc. 118. Horribilem eum diem aliis, nobis faustum putemus. Pro Fl. 103. O nox illa fausta huic urbi. 1. de Div. 102. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. *Ibid.* 106.

Faustaque signa suæ laudis reditusque notavit.

Fauturus, a, um. 12. Att. 48. Rescripsi patrono illi, nihil opus esse, me tamen ei fauturum. Pro Pl. 1. Invidos huic accusationi esse fauturos.

Fautor, oris, *studiosus, studens, εὔνους, συμπράκτωρ.* Pro Pl. 55. Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Orat. 240. Non invidi solum, sed fautores etiam laudum mearum. Pro Pla. 1. Cum multos et bonos viros ejus honori viderem esse fautores. 1. Fa. 9. Cujus ego ab adolescentia fautor et adjutor extiti. 12. 25. Ego tuorum consiliorum dignitatisque fautor, &c. 10. 12. Me tuæ dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. Pro S. R. 16. Hic nobilitatis fautor fuit. 1. Att. 13. Studiosus ac fautor alicujus.

Adjunct. *Improbissimus, inimicus, invidus, tristior.*

Fautrix, cis, *εὔνοια.* Pro Planc. 22. Nostra illa fautrix suorum regio. 1. de Fin. 67. Amicitiæ fautrices fidelissimæ voluptatum.

Syntaxis. *Fautor laudum, et laudibus. Fautor et adjutor alicujus. Et fautor, et amplificator. Studiosus et fautor.*

Favus, vi, *κηρίον*. 1. Off. 157. Atque ut apum examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint, fingunt favos: sic homines, &c.

Faux. *vide*, Fauces.

Fax, cis, *tæda*, *δᾳς*, *λαμπάς*. 2. Att. 91. Illæ faces, quibus incensa L. Bellieni domus deflagravit. I. P. 5. Ego faces, jam accensas ad hujus urbis incendium extinxi. *Ibid.* 26. Cum ardentes faces furiis Clodianis ministrabas. De Arusp. 39. Cum ardentes faces in vicinorum tecta jactas. 14. Att. 10. Servi cum facibus in tecta nostra immissi. 1. C. 32. Malleolos et faces ad incendendam urbem comparare. Pro Dom. 13. Providendum fuit, ne in hanc materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret. Ver. 4. 74. Dextera ardentem facem præferebat. 4. Acad. 89. Diana facem jacit a læva. 1 C. 13. Cui tu adolescentulo non ad libidinem facem prætulisti? 2. Att. 48. Antonius omnium Clodii incendiorum fax. 2. Off. 37. Dolorum cum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur. 2. de Orat. 205. Neque parvis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces. Pro Cl. 15. Faces nuptiales. 2. de Nat. 14. Faces cœlestes visæ. 3. C. 18. Visæ jam nocturno tempore faces.

Adjunc. *Ardens, cœlestis, fœda ac luctuosa, funesta, nuncia belli, infesta ac funesta, nuptialis et ardens, scelerata.*

Syntaxis. *Faces ministrare, jactare, comparare, jacere, extinguere. Fax adhærescit. Præferre alicui facem ad libidinem. Dolorum admotæ faces. Antonius fax, &c. Dicendi faces adhibere.*

Faxit, faxint, *futuri temporis: pro*, faciat, faciant, *ὀφέλω*, *ες*, *ε*. Ver. 5. 81. Dii immortales faxint, ne sit alter, &c. De Senect. 72.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit, cur? volito vivu' per ora virum.

14. Fam. 3. Dii faxint, ut tali genere mihi frui liceat. 16. At. 1. Dii faxint, ut faciat ea, quæ promittit. 15. 28. Quod promittis, dii faxint. 2. de Leg. 19. Qui secus faxit, Deus ipse vindex esto.

Syntaxis. *Faxit Deus, ut, &c. Si secus faxit: id est, agat.*

FE

Febricula, æ, *commotiuncula*, *πυρέτιον*. 6. Att. 9. Erat in extremo, tum te febriculam habentem scripsisse. 10. Fam. 21. Qui ex labore in febriculam incidit assiduam, et satis molestam. 12. Att. De Atticæ febricula: *scilicet, valde dolui.*

Febris, is, *calor et siccitas in animante toto minime naturalis*, *πυρετός*. 1. C. 31. Qui æstu febrique jactantur, si aquam gelidam biberint, prius relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur. De Fat. 15. Si cui venæ sic moventur, is habet febrem. 7. Fa. 26. Cum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem, nec probarem, me non valere, quia febrim non habebam, fugi in Tusculanum. 3. de Orat. 6. Ex quo sudore cum cohorruisset, cum febri domum rediit. In vita Att. Cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit. 5. Att. 8. Incommoda valetudine emerseram, utpote cum sine febri laborassem. 6. 9. Cognovi ex eo quod ita scripseras, te Romam venisse cum febri. 16. Fam. 15. Ægypta mihi nunciavit, te plane febri carere, et belle habere. 1. Tus. 88. Inest enim velle in carendo, nisi cum sic, tanquam in febri, dicitur. 3. de N. 24. Vide ne tertianas quidem febres et quartanas divinas esse dicendum sit, quarum reversione et motu quid potest esse constantius?

Syntaxis. *Habere febrim. In febrim incidere. Esse cum febri. In tertium diem febris incurrit. Febris reversio, et motus. Febri jactari. Febrim decedere. Febri carere, liberari.*

Februarius, rii, *intercalaris mensis*, *φαβρουάριος*. 2. de Leg. 54. Februarius mensis extremus anni. Pro Qu. 24. Ante diem iv. Cal. Februarii, *id est, Cal. intercalares. Lege*, Intercalaris. Ver. 2. 76. 2. Qu. Fr. 12. Mensis Februarius postulatis et legationibus provinciarum audiendis dabatur, ex lege Gabinia.

Fecialis, lis, *idem et sacerdos et orator*, *εἰρηνοδίκης*. 2. de Leg. 21. Fœderum, pacis, belli, induciarum Oratores feciales, judices iv. sunto. Ver. 5. 48. Dii approbent, habemus hominem in fecialium manibus educatum.

Fecialis, le, *ad Fecialem pertinens*. 1. Off. 36. Belli quidem æquitas sanctissime feciali pop. Romani jure perscripta est. 3. 108. Cum justo enim et legitimo hoste res gerebatur, adversus quem et totum jus feciale, et multa sunt jura communia.

Fel, lis, *flava bilis*, *χολή*. 2. de D. 29. Gallinaceum fel, &c. quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit?

Feles, vel Felis, *domestica bestia muribus infesta*, *μυόμαχος*, *αἴλουρος*, *γαλῆ*. 1. de Leg. 32. Qui canem et felem ut deos colunt. 1. de N. 83. Crocodylum, et ibin, et felem non violari ab Ægypto. 5. Tusc. 78. Feles, canis, crocodylus.

Felicitas, tis, *beatitudo, prosperitas, secundæ res*, *εὐτυχία*, *εὐδαιμονία*, *εὐπραξία*. 2. A. 59. Antonius fuit felix, si potest ulla in scelere esse felicitas. Pro Pomp. 47. Felicitas, quam præstare de seipso nemo potest: meminisse et commemorare de altero possumus. Pro Sul. Aliquid casu magis et felicitate ab aliquo, quam virtute et consilio gestum esse. De Cl. 4. Summa alicujus felicitas. Pro Font. 32. Felicitas Fonteii in re militari. De Clar. 329. Felicitas ipsius, qua semper usus est. 2. Qu. Fr. 13. Felicitas L. Sullæ. 4. ad Her. 28. Illi fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparavit. Frag. ep. Neque quidquam aliud est felicitas, nisi honestarum rerum prosperitas: vel Felicitas est fortuna adjutrix consiliorum bonorum.

Adjuncta. *Incredibilis, par, perpetua, summa.*

Syntaxis. *Virtus, Deus dans felicitatem. Felicitas non est in scelere. Prestare felicitatem de se ipso. Gerere aliquid felicitate magis, quam consilio. Felicitas in re militari. Uti felicitate.*

Feliciter, *prospere, fortunate, fauste, εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως.* Ver. 2. 95. Satis feliciter anni jam adverso tempore navigavit. Pro Mur. 1. Idem ego precatus sum, ut ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret. De Pro. 33. Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum prælis felicissime decertavit. 5. A. 40. Respub. bene et feliciter gesta.

Felix, cis, *beatus, fortunatus, florens, cui bene est, εὐτυχὴς, εὐδαίμων, ὄλβιος.* 1. de D. 102. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatum esset, præfabantur. 1. Qu. Fr. 1. 23. Asia in te retinendo fuit felicior, quam nos in deducendo. De Cl. 63. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. 2. A. 64. Cæsar Alexandriam se recepit felix. Pro S. R. Quamvis Sulla felix sit, sicut est, tamen, &c. 5. de Fin. 92. Polycratem Samium felicem appellant. Pro Pont. 33. Felix ad casum fortunamque.

Syntaxis. *Fauste, feliciter, prospereque. Felix ab omni laude.*

Femen, inis, *cruris seu coxendicis pars interior, et inferior, παραμήριον.* Ver. 4. 93. Signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. 1. de Nat. 100. Redundans pedibus, feminibus, cruribus, &c.

Femur, oris, *cruris vel coxendicis pars exterior, μηρός.* De Cla. 277. Frons non percussa, non femur.

Fenestra, æ, *locus apertus ad lumen accipiendum, θυρίς.* 2. Att. 3. Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te Κύρου παιδείαν reprehendere. 1. Tus. 46. Eæ partes, quæ quasi fenestræ sunt animi.

Fera, æ, *bestia, fera bestia, θὴρ, θηρίον.* 2. ad Her. 29. 1. Off. 50. Feræ rationis et orationis expertes. Pro S. R. 71. Noluerunt feris corpus objicere, ne bestiis quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur. 3. Off. 68. Excitare et agitare feras.

Feralia, orum, *dies erant diis manibus consecrati, quod ad tumulos epulas ferrent, ibique cœnas et epulum agitarent, νεκύσια.* 8. Att. 22. Video Cæsarem a Corfinio post meridiem profectum esse feralibus.

Ferax, cis, *uber, fæcundus, fertilis, frugifer, πολύκαρπος, εὔκαρπος.* Ver. 3. 104. Agri sunt feraces. Orat. 48. Nihil feracius ingeniis. 3. Off. 5. Nullus in Philosophia locus est feracior, nec uberior, quam de officiis.

Ferculum, li, *φορεῖον.* 1. Off. 131. Cavendum est, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. *Fortasse melius hic* ferculus, *ut* bajulus, *diceretur: nam non est dubium, quin hoc loco pro iis qui vasa simulachraque deorum, et id genus alia in pompa seu triumpho ferunt, accipiatur: non, ut plerique omnes existimant, pro epulis, aut pulpitis, seu aliis quibusvis rebus: nam de incessu loquitur tardiore, qualis eorum esse solet hominum, quos id genus pompas ferre videmus.*

Fere, *ferme, prope, propemodum, σχεδὸν, μικροῦ δεῖν.* 2. de Orat. 22. Lælius semper fere cum Scipione solitus erat rusticari. 6. Fam. 10. Omnes fere familiares Cæsaris me colunt et observant. Pro Clu. 46. In quibus quantus splendor sit, quam prope æquabilis, quam fere omnium constans, et moderata ratio vitæ, nemo vestrum ignorat. 1. de Inv. 46. Probabile est, quod fere fieri solet. 2. de L. 3. Pater meus hic fere ætatem egit in literis. 1. Off. 61. Statuas videmus ornatu fere militari. *Ibidem.* 60. Quemadmodum ab his rebus ducatur honestum, satis fere diximus. 7. Att. 1. Hæc fere sunt in illa epistola, &c. *Ibid.* 6. Nec adhuc fere inveni, qui non, &c. 1. Fam. 9. Nam ab orationibus disjungo me fere, referoque ad mansuetiores musas. De Clar. 150. Ætates nostræ nihil, aut non fere multum differunt. De Ami. 2. Sermo qui tum fere omnibus erat in ore. Pro Pomp. 24. Hoc jam fere sic fieri accepimus, ut, &c. 14. Att. 22. E Pompeiana navi advectus sum in Luculli nostri hospitium VI. Id. hora fere tertia. *Ibid.* A Lucullo postridie eadem fere hora qua veni, &c. 7. 16. Hora fere nona. I. P. 14. Idem illo fere biduo productus in concionem, &c.

Tantum, μόνον. 3. de Nat. 94. Hæc fere dicere habui de natura deorum.

Profecto, τῷ ὄντι. Pro Sest. 51. Denique ex bellica victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta. 2. ad Her. 27. Fere non difficile est.

Syntaxis. *Non fere multum abest. Hæc fere volui dixisse. Id fere non difficile dictu. Ætatem fere in literis agere.*

Ferendus, a, um, *tolerandus* .)(. *Intolerandus.* 3. C. 22. Quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam, et non sim ferendus. De Senec. 5. Quod ferendum est mollius sapienti. 1. C. 18. Illa superiora quanquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli. Ver. 4. 83. Nihil mihi indignius ferendum videtur. Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho.

Ferens, tis. 1. de Orat. 227. Quod is, L. Scribonio questionem in eum ferente, populi misericordiam concitasset.

Ferentani, *populi.* Pro Clu. 197. Adsunt Ferentani, homines nobilissimi, &c.

Feriæ, arum, *dies festus, ἱεραὶ, ἱεράσιμοι ἡμέραι.* 2. de Leg. 29. Feriarum, festorumque dierum ratio in liberis requietum habet litium et jurgiorum, in servis operum et laborum. *Ibid.* 19. Feriis jurgia amovento, eaque in famulis habento. *Ibid.* 55. Nec vero tam Denicales, quæ a nece appellatæ sunt, quia residunt mortui, quam

cæterorum cœlestium quieti dies, feriæ nominarentur, nisi majores eos, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent. 3. Off. 59. Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent. 3. Qu. Fr. 5. Novendiales feriæ, quæ fuerunt Tuditano et Aquilio Coss. 1. de Nat. 15. Cum feriis Latinis ad C. Cottam familiarem meum venissem. 13. Att. 43. Dies feriarum mihi additos video. 2. de Leg. 57. Contra censet habendas triduum ferias. 1. de Div. 102. Imperare ferias. 3. de Orat. 85. Tantum tribui doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas et forenses feriæ concesserunt.

Adjunct. *Forenses, novendiales, publicæ.*

Syntaxis. *Feriæ, festique dies. Habere ferias triduum, imperare.*

Feriatus, a, um, *otiosus, vacans, σχολάζων.* 1. de Nat. 103. Epicurei deum feriatum volunt cessatione torpere. 3. de Orat. 55. Aliquem feriatum esse. 12. Fam. 16. Ne putes, in Asia feriatum illum a studiis futurum.

Feriendus, a, um, *percutiendus.* 2. de Orat. 72. Adversarius qui sit et feriendus, et repellendus.

Ferinus, a, um, *quod ferarum et belluarum est, cum feris commune, θηριώδης.* 1. de Inv. 2. Victus ferinus.

Ferio, is, *percutio, παίω, τύπτω.* Pro Cor. 52. Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis. Pro Cœl. 60. Ferire parietem. 1. Att. 1. Puto te in hoc risisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias. 2. de Orat. 344. Sed tamen in laudando jungenda sunt etiam hæc genera virtutum: feriunt enim aurem hominum. 1. Off. 73. Quo minus patent multa in eorum vita, quæ fortuna feriat. Orat. 226. Binis aut ternis ferire verbis.

Contraho, συναλλάττω. Pro Cæl. 34. Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Pro R. P. 6. et 2. de In. 92. Ferire fœdus cum aliquo.

Ferior, iris. 15. Fam. 16. His autem spectris etiamsi oculi possent feriri, animus qui possit non video. Pro Dom. 129. Fœdera feriebantur provinciarum. Ver. 1. 75. Instat, ut securi ambo feriantur.

Feritas, tis, *immanitas, θηριότης, ἀπήνεια* .X. *Mansuetudo animi.* 1. Off. 157. Magnitudo animi, remota communitate, conjunctioneque humana, feritas fit quædam et immanitas. Pro Sest. 91. Eosque ex feritate illa ad justitiam mansuetudinemque transtulerunt. 3. Off. 32. Feritas et immanitas belluæ in figura hominis. 1. de Div. 60. Pars animi, in qua feritas quædam sit, et agrestis immanitas.

Syntaxis. *Feritas et immanitas. Ex feritate ad mansuetudinem transferre.*

Ferme, *fere, ἐπιπολύ.* De Cl. 161. Ut eo nihil ferme quisquam posset addere. 4. ad Her. 54. Hæc exornatio in conjecturali constitutione causæ ferme semper necessaria est. Ad Brut. 2. Mihi quidem ætas acta ferme est. 5. Tusc. 111. Sapientis enim cogitatio ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos. 1. de Div. 18. Quod ferme dirum in tempus cecidere Latinæ. *Poetæ.*

Fero, fers, *porto, gero, φέρω, βαστάζω.* 2. de Leg. 67. Terra fruges fert. 8. Fam. 4. Ferre in oculis: *est amare, et charum habere.* 1. de Orat. 135. Illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoscendum est.

Opinor, conjicio, spero, οἴομαι. 2. Att. 25. Nos, ut opinio, et spes, et conjectura nostra fert, tuti sumus. *id est, ut opinamur, et speramus, et conjicimus.* De Clar. 36. Pro Font. 29. 1. Fam. 9. Pro Cl. 46. Ut opinio mea fert. Pro Dom. 32. Plura dixi, quam aut opinio tulerit, aut voluntas mea.

Constituo, sancio, decerno, τίθημι, γράφω. 2. P. 110. Ferre ad populum de aliqua re. 2. Off. 73. Perniciose etiam Philippus in Tribunatu cum legem Agrariam ferret. Parad. 4. Familiaris tuus de te privilegium tulit, ut, si in opertum Bonæ Deæ accessisses, exulares. Pro Sull. 63. Nihil de judicio ferebat, sed pœnam ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper superioribus constituta. Pro Cl. 147. Vos autem judices de hominum fortunis sententiam fertis. 2. de Fin. 54. Ut P. Scævola trib. pleb. ferret ad plebem, vellent ne de ea re quæri, &c. Pro Cæc. 102. Deinde quod Sulla ipse ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum nexa, &c. 7. Att. 6. Cum, ut absentis ratio haberetur, ferebamus. 8. 3. Pompeius contendit, ut decem tribuni plebis ferrent, ut absentis ratio haberetur: quod idem ipse sanxit lege quadam sua. Pro C. Cor. 1. Dedit, an tulit, an rogavit, an hortatus est legem? *Ibid.* Cum is tribunus plebis duas leges tulisset in eo magistratu. *Ibid.* Qui suffragii ferundi causa conveniunt. Cont. C. Anton. Quare præclara dicentur judicia tulisse, si, qui inficiantem Luscium condemnarunt, Catilinam absolverint confitentem.

Trado, exhibeo, χειροτονέω. Pro Dom. 46. Perditos homines de capite alicujus suffragium ferre. Pro Planc. 16. Itaque refert, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat.

Patior, tolero, perfero, φέρω. 6. 3. Qui potentissimorum hominum potentiam nunquam tulerim, ferrem hujus asseclæ. 4. Tusc. 40. Modice et immodice ferre aliquid. 6. Fam. 1. Pacate et moderate ferre. 2. de Orat. 46. et 1. cont. Rul. 18. Moderate ferre aliquid. 4. Fam. 14. Modice ferre aliquid. *Lege,* Modice. De Senect. 2. Id et modeste et sapienter, sicut omnia, et ferre, et laturum esse certo scio. 1. Off. 90. Immoderate ferre res adversas. Ver. 1. Mediocriter ferre aliquid. 6. Att. 1. Clementer ferre aliquid. 4. 6. De Lentulo scilicet fero, ut debeo. 5. Fam. 16. Ferre aliquid graviter. 1. Att. 14. et 7. 8. Graviter ferre de aliquo. Div,

54. Valde graviter ferre aliquid. 1. Att. 2. et 4. 16. Humaniter ferre. 1. Qu. Fr. 2. Quam humanissime ferre perversitatem alicujus. 4. Att. 16. Belle ferre aliquid. 1. de Div. 73. et 4. Tusc. 59. Ut si quis ægre ferat, se pauperem esse. 1. Att. 14. et 15. 26. Moleste ferre. Postquam in Sen. 25. Quid impedisset graviter molesteque laturos? 6. Att. 8. Moleste ferre de aliquo. Q. Fr. Molestissime fero. Ver. 4. 131. Permoleste tulisse. 4. Fam. 15. Ferre aliquid fortiter. *Ibid*. 6. Toleranter ferre aliquid. 9. Att. 4. Fortius ferre dolorem. Ad Brut. 9. Ferre dolorem melius. Pro Q. R. 16. et pro Cæl. 54. Leviter ferre aliquid. 3. Qu. Fr. 9. Levissime ferre aliquid. 5. Fam. 18. Quam levissime ferre aliquid. De Senec. 3. Cato facile senectutem ferebat. Pro Mil. 36. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? *Ibidem*. 78. Timeo, quonam modo id factum feras. 10. A. 15. Timere se dicunt, quomodo ferant veterani, exercitum Brutum habere. Pro Qu. 99. Ne per te ferat, quo minus, &c. *id est, ne per te stet*. De Ami. 92. Objurgari moleste ferunt, molestiam capiunt, dolent. De Ami. 22. Adversas res amicorum graviter ferre. 5. Fam. 20. Att. 15. 25. Æquo vel iniquo animo ferre. 9. A. 7. Is auctorem Senatus extinctum læte atque insolenter tulit. 1. Fam. 8. Patienter ferre potentiam alicujus. 12. A. 20. Non ferrent, inquam, oculi Saxam, Caphonem. 10. P. 21. et 8. 28. Hujus desiderium civitas ferre non potest. De Clar. 267. Sed cogitandi non ferebat laborem. 4. Acad. 72. Ferres me, si ego idem dicerem. 4. Tusc. 44. Qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore. 5. Att. 2. Nondum satis huc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta. 4. Fam. 5. Saneque pro eo ac debui, graviter molesteque tuli. 13. Att. 22. Mulieres autem vix humanæ, quæ inimico animo ferant. 9. 6. Nihil, inquam, ille minus obscure tulit: *id est, præ se tulit*. Pro Clu. 54. Obscure ferre aliquid. Pro Planc. 34. Aperte ferre aliquid. 14. Att. 13. Lætitiam apertissime tulimus omnes. *id est, ostendimus*. 2. de Orat. 346. Ferre sapienter casus adversos. 2. Att. 13. et 2. de Orat. 190. Neminem adhuc offendi, qui hæc tam lente, quam ego fero, ferret. Ver. 5. 125. et 2. de Orat. 144. Æquo animo ferre, atque concedere aliquid. Pro Plan. 1. Acerbe fero. 4. Att. 1. et pro Cl. 59. Acerbissime ferre aliquid. Div. 4. et Ver. 1. 153. Tuli graviter et acerbe, me, &c. Cont. C. Anton. Utrum æquo animo laturum putavit? *Ibid*. Me ne aliorum quidem injurias mediocriter posse ferre? Hortens. Qui cum publicas injurias lente tulisset, suam non tulit.

Requiro, postulo, volo, jubeo, δεῖ, χρή. Ver. 5. 186. Sicut opiniones hominum et religiones ferunt. *Ibid*. 104. Ita sui periculi rationes ferunt et postulant. 3. 66. Tantum relictum est, quantum Apronii libido tulit: *id est, quantum Apronio libuit. Ibid*. 57. Quantum Apronii voluntas tulit. 2. 83. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 4. Att. 14. Si res ita tulisset: *id est, Si opus fuisset*. 3. Fam. 13. Velim ita fortuna tulisset, ut, &c. 1. 7. Quid res, quid tempus, quid causa ferat, ut perspicies. Pro Cæcin. 75. 15. Fam. 4. Si tempus ita ferret: *id est, si ita opus esset*. 5. 2. Meæ enim rationes ita tulerunt. 10. 21. Si occasio tulerit. Pro Qu. 57. Vereor, ne gravioribus utar verbis, quam natura mea fert. Pro Cæc. 85. Hoc si vobis versutius, quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur, &c. Ad Brut. 9. Gravius quam consuetudo tua ferebat. 1. Qu. Fr. 4. Ad me, ut tempora nostra, non ut amor tuus fert, vere perscribe. Pro Clu. 168. Ut ætas illa fert. De Som. 11. Natura fert, ut, &c. *id est, natura comparatum est*. 2. con. Rul. 76. Si ita commodum vestrum fert. Pro Pomp. 70. Si vestra voluntas feret. I. P. 5. Ita existimabam tempora reip. ferre.

Reporto, λαμβάνω. Pro Planc. 92. Ego fructus ex repub. magna acerbitate permixtos tuli. 4. Att. 14. Ne diutius pendeas, palmam tulit. Pro S. R. 507. Qui ab eo partem prædæ tulerunt. 1. 19. Cum a me quoque id responsum tulisset. 2. de Orat. 280. Cum ipse Consul esset factus, ille repulsam tulisset. De Clar. 183. Ex his Cotta et P. Sulpitius cum meo judicio, tum omnium facile primas tulerunt. 2. Att. 3. Cætera si reprehenderis, non feres tacitum, nisi &c.

Affero, κομίζω, do. Pro S. R. 30. Hanc conditionem misero ferunt. 1. Fa. 9. Cum ea contentio mihi magnum fructum tulisset. 7. Att. 25. Non quia rectum esset, sed quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. 8. 1. Ut quemcumque fors tulerit, casum subeam. De Clar. 55. Hæc ætas primum Athenis oratorem prope perfectum tulit.

Celebro, laudo, extol'o, αἴρω, αἰωρέω. 7. Att. 1. 10. Fam. 26. Quibus te omnes in cœlum jure et vere ferunt. Orat. 139. Sæpe supra feret, quam fieri possit. *id est, efferet*.

Obtineo, consequor, τυγχάνω. Pro S. R. 45. Quem ego si ferrem judicem, refugere non deberet. *Ferre tribum, ferre centuriam, qui tribum, vel centuriam habuit sibi suffragantem*. Pro Pl. 49. An tandem una centuria prærogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit? *Ibid*. 53. Dubitabitis, inquit, quin coitio facta sit, cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius? an una fieri potuerunt, si una tribus non tulissent? &c. 2. Att. 4. Aut tum cum es factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? Pro Planc. 54. Questus es, plures te testes habere de Voltinia, quam quot in ea tribu puncta tuleris. *Ibid*. Aut te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse. Pro Q. R. 53. Cognitor si fuisset tuus, quod vicisset judicio, ferres tuum.

Dico, prædico, λέγω. 3. de Na. 67. Apolli-

nem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. 1. de Orat. 45. Hominem, ut ferebant, acerrimum.

Attribuo, ascribo. 8. Fam. 4. Ferre aliquid expensum alicui.

Gigno, profero, pario, produco. 2. de Leg. 67. Terra fruges fert.

Adverb. *Abjecte, acerbe, leniter, acerbius, placate, placatius, remissius, acerbissime, stulte, ægre, apte, moderatius, modice, quiete, æque, lenius, pulcherrime, apertius, apertissime, mirabiliter, atrociter, clam, clementer, negligenter, constanter, placide, sedate, toleranter, continenter, deintegro, vitiose, difficilius, diutius, omnino, mollius, egregie, obscure, indigne, facile, facillime, modeste, recte, facilius, humane, sapienter, tranquille, familiariter, fortiter, immoderatius, fortius, graviter, gravius, gravissime, honestius, lente, permoleste, humaniter, moleste, valde graviter, immoderate, insolenter, læte, levissime, leviter, levius, levissime, molestius, mediocriter, libenter, submoleste, moderate, moderatius, pergraviter, moleste omnino, molliter, patienter, patientius, perniciose, placide, tacite, quam humanissime, quam levissime, plane, tolerabilius, vere.*

Feror, ris. Pro Arch. 21. Quorum ingeniis hæc feruntur, ab his populi Rom. fama celebratur. De Cla. 27. Ejus scripta quædam feruntur. 1. de Orat. 45. Ut temporibus illis ferebatur. *Ibid.* 49. Si ornate locutus est, sicut fertur, et mihi videtur, Physicus ille Democritus. Orat. 97. Ferri magno cursu et sonitu. *Ibid.* Rapide ferri. *Ibid.* 128. Ne infinite feratur, ut flumen, oratio. Pro Qu. 38. Qui usque eo fervet ferturque avaritia, ut, &c. Pro Cl. 199. Quam cæcam crudelitate et scelere ferri videtis. Pro C. Corn. 1. Cum ea lex feratur. *Ibid.* Lex quæ ex S. C. ferebatur.

Adverb. *Facilius, incitatius, rapide, leniter, oblique, recte, sublime, vulgo.*

Syntaxis. *Ut opinio, conjectura, spes fert.* pro, ut opinor, conjicio, spero. *Tempus, causa, res fert,* pro permittit. *Ferre tribum, centuriam, dicitur is, qui tribum, centuriam suffragantem habet. Suffragium ferre, id est,* suffragari. *Ferre repulsam, id est,* rejici in petitione magistratus. *Ferre legem, idest,* facere. *Sic ferre, aut ad populum ferre: pro proponere aliquid populo, &c.*

Ferocia, æ, *ferocitas, αὐθάδεια, προπέτεια.* De Sen. 33. Infirmitas puerorum est, ferocia juvenum. De Ar. 1. Omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. 2. con. Rul. 95. Quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? *Ibid.* 90. Illa Campana arrogantia, atque intoleranda ferocia. 5. de Rep. Qui comperit ejus vim et effrenatam ferociam.

Adjuncta. *Effrenata, intoleranda.*

Ferocitas, tis, *ferocia, θάρσος.* 2. Off. 40. Lælius ferocitatem Viriati repressit. Div. 2. Ut ferocitatem istam tuam comprimerem, et audaciam frangerem. Pro Deiot. 15. Cujus tantæ ferocitatis victorem orbis terrarum non extimescere? Pro Mur. 16. Ferocitatem victoriæ extimescens. 2. de Div. 82. Ferocitas Trojanorum.

Ferociter, *superbe, θρασέως.* Pro Plan. 33. Maledicta in aliquem aspere et ferociter et libere dicta. 2. Q. Fr. 12. Cn. noster Lamia multo ferocius &c.

Ferox, cis, *vehemens, θρασύς.* 10. Att. 13. Non facit indulgentia mendacem, aut avarum, aut non amantem suorum, ferocem fortasse ac arrogantem et infestum facit. Div. 4. Nimium es vehemens feroxque natura. 4. Fam. 9. Victoria reddidit hominem ferociorem impotentioremque.

Syntaxis. *Impetus et ferocia. Animi impetus, ferocia hostium. Arrogantia, intoleranda ferocia. Ferociam frangere, comprimere, reprimere. Aspere, ferociter, ac libere dicere. Ferox, arrogans, infestus. Vehemens, ferox atque impotens. Ferocitas victoriæ.*

Ferramenta, *ferrea instrumenta, σκεῦος.* 3. C. 10. Cethegis dixit, se bonorum ferramentorum studiosum fuisse. *id est, gladiorum et sicarum.* Pro Sul. 55. Sed tamen munere servili obtulit sese ad ferramenta prospicienda. Top. 59. Ut materiæ ferramenta. 1. de Nat. 19. Quæ ferramenta? qui vectes?

Ferreus, a, um, *durus, σιδηροῦς.* 1. Q. Fr. 3. Quem ego ferus ac ferreus e complexu dimisi meo. 13. Att. 29. O te ferreum! qui illius periculis non moveris. 4. C. 3. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui, &c. Ver. 5. 120. Durus, ferreus, inhumanus. De Ami. 48. Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram, et quasi ferream esse volunt.

Impudens. I. P. 63. Ferreum os.

Syntaxis. *Homo ferus et ferreus. Durus, ferreus, inhumanus.*

Ferrum, ri, *metalli genus durissimum, σίδηρος.* 2. de Leg. 45. Jam æs atque ferrum duelli instrumenta sunt. 2. de Nat. 151. Nos e terræ cavernis ferrum illud elicimus, rem ad colendos agros necessariam.

Arma, gladius, ξίφος. 11. Att. 37. Antonius patriæ igni ferroque minitatur. Pro Cæc. 25. In aliquem advenientem cum ferro invadere. *Ibid.* 41. Homines instructi et certis in locis cum ferro collocati. Pro S. R. 90. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? *id est, servili: propterea quod Marius servitia ad libertatem vocavit, ut eorum manu contra Sullanos uteretur.* Ver. 4. 121. Ut forum et jurisdictionem cum ferro et armis conferatis. 3. de Nat. 81. Qu. Varius Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat.

Adjuncta. *Civile, impium.*

Fertilis, le, *ferax, fœcundus, uber, frugifer, fructuosus, optimus, opimus, πολύφορος, εὔκαρπος.* Pro Pomp. 14. Asia opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. 2. de Nat. 131.

Proferre possum multos fertiles agros. 1. Off. 48. Imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quàm acceperunt. 1. de Div. 94. Qui agros saluberrimos, maximeque fertiles incolunt. Pro Dom. 25. Syria opima et fertilis. Ver. 3. 120. Agri læti et fertiles. 2. con. Rull. 50. Agri opimi et fertiles. *Ibid.* 44. Agri jucundi et fertiles.

Fertilitas, tis, *ubertas agrorum, abundantiaque rerum omnium, bonitas agrorum, fœcunditas, πολυκαρπία.* 1. de Div. 131. Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. 5. Tus. 39. Fertilitas barbara.

Syntaxis. *Asia opima et fertilis. Agrorum fertilitas.*

Fertus, a, um. Orat. 163. Frugifera et ferta arva Asiæ tenet. *Poetæ.*

Fervens, tis. Ver. 1. 67. Aqua denique ferventi a Rubrio ipso Philodamus perfunditur. 1. Off. 46. Fortis animus in homine non perfecto nec sapiente ferventior plerunque est: *id est, vehementior.*

Ferventer, *vehementer*, θερμῶς. 8. Fam. 8. De damnatione ferventer loqui est cœptum. *Ibid.* 6.

Ferveo, es, *ebullio*, θερμαίνομαι. 3. de Orat. 155. Fervet æstu pelagus. Pro Qu. 38. Qui usque eo fervet, ferturque avaritia, ut, &c.

Syntaxis. *Fervere ac ferri avaritia. Fervere æstu.*

Fervidus, a, um, *ardens*, θερμός. 2. de Nat. 27. Natura ignis tota fervida est, et aliis naturis vitalem impertit calorem. De Cl. 241. Fervidum quoddam, et petulans, et furiosum genus dicendi. *Ibid.* Fervida oratio. De Cl. 108. Appii volubilis, sed paulo fervidior erat oratio.

Syntaxis. *Oratio furiosa, petulans et fervida, paulo fervidior.*

Fervor, *ardor, calor, æstus*, ζέσις, θέρμη. 2. de Nat. 30. Mundi fervor ille purior perlucidiorque. 1. de Orat. 220. Iracundia est fervor mentis. De Sen. 45. Sed erat quidam fervor ætatis, &c. De Pro. 31. Fervor maris.

Adjuncta. *Purior, perlucidior, nobilior, aptior.*

Syntaxis. *Mundi fervor perlucidus: id est*, ignis. *Ira mentis fervor.*

Ferus, a, um, *immanis, immansuetus, barbarus*, ἄγριος, ὠμὸς, θηριώδης.)(.*Mitis, mansuetus, cicur.* 2. de Nat. 99. Varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum. *Ibid.* 161. Immanis et fera bellua. Ver. 2. 51. Hostis nimium ferus et immanis. 1. de Leg. 24. Gens immansueta atque fera. 8. Att. 11. Gentes feras armatas in Italiam adducere. Pro S. R. 74. Homo ferus et agrestis. 1. de Orat. 33. Fera agrestisque vita. Pro S. R. 38. Mores feros, immanemque naturam alicujus ostendere. 2. Att. 23. Quæro cur tam subito mansuetus in Senatu fuerit, cum in edictis tam fuisset ferus? 1. Qu. Fr. 3. Quem ego ferus ac ferreus e complexu dimisi meo. De Ami. 83. Quod si hoc apparet in bestiis volucribus, natantibus, cicuribus, feris, primum se ut ipsa diligant. 1. Tus. 33. Nulla gens tam fera, nemo omnium tam immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio. 1. de Inv. 2. Ex feris et immanibus mites reddere et mansuetos.

Syntaxis. *Immanis ac ferus. Immansuetus ac ferus. Ferus et agrestis. Mores feri, et immanis natura. Ferus ac ferreus.*

Fessus, a, um, *defessus, languens de via*, καμὼν, ἀπαγορεύων. 15. Att. 9. Plorando fessus sum. Pro Pl. 26. Fessus inedia fluctibusque. 1. Ac. 1. et de Som. 1. Et nisi de via fessus esset, continuo ad nos venturum fuisse.

Festinans, tis. 9. A. 6. At ille properans festinansque, &c. 6. Att. 4. Hæc festinans scripsi.

Festinanter, *omni festinatione*, κατατάχος. 3. Att. 8. Brundusio proficiscens festinanter scripseram. 5. de Fin. 77. Nimium festinanter facere aliquid.

Festinatio, onis, *properatio*, τάχος, σπουδή. 3. A. 2. Mea autem festinatio non solum victoriæ avida est, sed etiam celeritatis. 14. P. 5. Ne deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse videamur. 12. Fam. 25. At inde ventis remisque in patriam omni festinatione properavi. 5. 12. Tamen ignoscas velim huic festinationi meæ. 5. Att. 14. Habes epistolam plenam festinationis et pulveris. Pro S. R. 97. Quid hæc tanta celeritas festinatioque significat? 1. Off. 131. Aut ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. 13. Att. 1. Cujus festinationem mihi tollis, quoniam de ætate polliceris, vel potius recipis. 3. de Orat. 209. Tempus festinationis, an otii.

Adjunc. *Ambitiosa, præpropera, avida.*

Festino, as, *propero, maturo, celero, accelero*, σπεύδω, ἐπείγω. 6. Att. 2. Sed lucet, urget turba, festinat Philogenes. 12. Fam. 22. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. 16. 9. Solent nautæ festinare quæstus sui causa. 1. A. 3. Ad singulare Antonii factum festinat oratio. 2. 47. Ad reliqua enim festinat animus.

Syntaxis. *Properare et festinare. Festinans scripsi. Ventis remisque festinanter properare. Festinationis plena epistola. In festinatione celeritates suscipere. Festinatio, pro* animi ardore. *Festinat animus, oratio. Festinatione præripere aliquid.*

Festinus, a, um, *properans.* 9. Att. 11. Festino enim simillimus decurro, &c. *Fortasse legendum*, festivo.

Festive, *belle, apte*, καλῶς, κομψῶς, χαριέντως. Pro Deiot. 19. At quam festive crimen contexitur!

Cum primis. 4. Att. 13. Soles enim tu hæc festive odorari.

Exacte. 4. Ac. 92. Dialectica festive tradit elementa loquendi. 2 de Div. 35. et 107. Festive dissolvere aliquid. 3. de Orat. 99. 2. Qu. Fr. 15. Belle et festive dicere.

Festivitas, tis, *lepor, jucunditas*, κομψότης, εὐτραπελία. 1. de Orat. 243. Dicendi vis egre-

gia, summa festivitate et venustate conjuncta. 1. ad Her. 13. Narratio debet habere sermonis festivitatem. 1. de In. 25. Festivitas, splendor, concinnitudo in oratione. 2. de Orat. 219. In illo genere perpetuæ festivitatis ars non desideratur. 9. Fa. 15. Moriar, si præter te, quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ et vernaculæ festivitatis agnoscere. Orat. 176. Gorgias his festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur. 2. de Orat. 227. Nec enim concio major unquam fuit, nec apud populum gravior oratio, quam hujus contra collegam in censura nuper, neque lepote, et festivitate conditior.

Adjunc. *Antiqua, et vernacula, multa, perpetua, summa.*

Festivus, a, um, *lepidus, facetus, venustus,* καλὸς, χαρίεις. 1. Att. 9. Puer festivus anagnostes noster decesserat. 2. de Orat. 277. et 5. A. 13. Egilius festivus homo. Pro Flac. 91. Nunc denique materculæ suæ festivus filius. *Egregius, eximius, magnus,* ἡδύς. Ver. 4. 49. Festivum acroama. 2. Att. 6. Itaque libris me delecto, quorum habeo Antii festivam copiam. Par. 5. Nonne igitur sunt ista festiva? &c.

Syntaxis. *Festive odorari aliquid. Festive docere. Festivitas hominis, orationis, narrationis. Festiva librorum copia. Belle et festive dicere. Festive contexere crimen. Dicendi vis cum festivitate conjuncta. Festivitas, splendor, concinnitudo in oratione. Imago antiquæ et vernaculæ festivitatis. Festivitatibus insolentius abuti. Oratio lepore et festivitate condita.*

Festus, a, um, *dies festus, feriæ,* ἑορτάσιμος, ἔνδικος. Ver. 2. 154. Hujus nomine dies festi agitantur, pulchra illa Verrea, non quasi Marcellea, sed pro Marcelleis, &c. 4. 107. Syracusani festos dies anniversarios agunt. 2. 51. Marcellea tolluntur, quem illi diem festum cum recentibus beneficiis M. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiæ Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Pro Clu. 27. Quod facere ante nisi ludis publicis, aut festis diebus non solebat. Ver. 4. 151. Cum diem festum ludorum de fastis suis sustulisset, celeberrimum et sanctissimum. *Ibid.* Iidem diem festum Verris nomine agerent. Pro Arch. 13. Celebrare dies festos ludorum. De Ar. 23. Dies illi pro festis pene funesti extiterunt. Pro Sest. 131. Cum itinere toto urbes Italiæ dies festos agerent adventus mei. I. P. 51. Quid dicam eos dies, qui quasi deorum immortalium festi atque solennes, sunt adventu meo redituque celebrati? Pro Mil. 99. Omitto Hetruriæ festos et actos et institutos dies. 2. Qu. Fr. 1. Senatus fuit frequentior, quam putabamus esse posse mense Decembri sub dies festos. 5. de Fin. 70. Quem Tyberina dissensio festo illo die tanto gaudio affecit. Part. 38. 1. de Inv. 40.

Syntaxis. *Agitare dies festos, agere, reddere, alicujus nomine celebrare. Festi dies atque solemnes. Festi, acti, et instituti dies. Sub dies festos.*

Fesulæ, *oppidum.* 2. C. 20. et 3. 14.

Fesulanus. 2. C. 14. *Fesulanus ager.* 5. At. 4.

Fex, cis, *subsidens purgamentum: translatione, sentina, sordes, labes, eluvies,* τρύξ. 2. Q. Fr. 5. Perditissima atque infima fex populi. 1. Att. 13. Apud sordem urbis et fecem. Pro Fl. 18. Fex civitatis. 2. Att. 13. Fex Romuli. *de repu. Romana dicitur.* Ver. 1. 99. Ex éa fece legationis, quæstoriæque tuæ procurationis illa sunt nomina. 7. Fam. 32. Tanta fex est in urbe, ut nihil sit tam ἄκυρον, quod non alicui venustum esse videatur. De Clar. 244. De fece haurire. Incert. De plebeia fece sellulariorum.

Syntaxis. *Sordes urbis, ac fex. Legationis fex. De fece haurire, id est,* eruere. *Perditissima atque infima fex populi. Fex Romuli. Plebeia fex sellulariorum.*

FI

Fiber, bri, *Castor.* Pro M. Scau. Fibri redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.

Fibra, æ, *fibræ sunt velut capilli in extis animalium, in radicibus stirpium, et in aliis rebus,* ἴς, ἰνός. 1. de Div. 16. Quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio. 3. Tusc. 13. Non solum ramos amputare, sed etiam radicum fibras evellere. De Sen. 51. Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit.

Fibrenus, *fluvius.* 2. de Leg. 1.

Ficte, *simulate,* εἰρωνικῶς .)(. *Vere.* Pro Do. 77. Majores nostri, qui non ficte et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt. 3. Fa. 12. Ficte reconciliata gratia. 1. Q. Fr. 1. 10. Ficte et simulate loqui.

Syntaxis. *Ficte, et fallaciter. Ficte et simulate loqui.*

Fictilis, le, *ex terra, vel ex alia materia fictus,* πλαστὸς, κεραμικός. 1. de N. 71. Hoc intelligerem quale esset, si id in ceris fingeretur, aut fictilibus figuris. 6. Att. 1. Quid te in vasis fictilibus appositurum putem? Par. 1. Fictilis urna. 1. de D. 17. Summanus, qui rum erat fictilis.

Fictor, oris, *qui signa ex ære vel alia quapiam materia fabricat,* κεραμεὺς, πλάστης. 1. de Nat. 82. Deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt. 3. Ut faber, cum quid ædificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur, quæ sit parata, fictorque item cera: sic.

Fictrix, cis, πλάστειρα. *Ibidem.* 91. Divina providentia fictrix, et moderatrix materiæ.

Fictus, a, um, *commentitius, simulatus, adumbratus,* ψευδὴς, προσποιητός. .)(. *Verus.* Pro Mur. 28. Quæ tota ex rebus fictis commentitiisque constaret. 2. de Nat. 70. Commentitii et ficti dei. 3. Off. 39. Ficta et commentitia fabula. De Ami. 79. Res fictæ et adumbratæ. Pro Cæc. 14. Ficto officio, et simulata sedulitate. Pro Qu. 56. Hæc causa a te

per summam fraudem et malitiam ficta est. Frag. ep. Ficta dona.

Formatus, πεπλασμένος. 1. P. 59. Hic homulus ex argilla et luto fictus. 1. Tusc. 66. Nihil est in animis, quod ex terra natum aut fictum esse videatur. 1. de Orat. 115. Quidam sunt ita habiles, &c. ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur.

ADVERB. *Aperte, insidiose, nefarie, pueriliter.*

SYNTAXIS. *Fictum et commentitium. Fictum et adumbratum. Fictum et simulatum. Officium fictum. Caussa per fraudem et malitiam ficta. Ficta dona. Orator tanquam ab aliquo Deo fictus. Ex terra natus aut fictus.*

Ficulensis, se. 12. Att. 33. Ficulense suburbanum.

Ficus, ci, *pomum fici*, σῦκον, συκή. Pro Flac. 41. Homini Phrygi, qui arborem fici nunquam viderat, fiscinam ficorum objecisti. De Senect. 25. Terra quæ ex fici tantulo grano tantos truncos ramosque procreat. 3. Oecon. Oleum, ficum, poma non habet.

Ficus, cus, *arbor fici*. 2. de Orat. 278. Quo in genere est illud Siculi: cui, cum familiaris quidam quereretur, quod diceret, uxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore, quos seram surculos.

Fidelia, æ, *vas Samium ad plurimos usus*, χύτρα. 7. Fam. 29. Duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Fidelis, le, *fide præditus, qui fidem suam præstat*, πιστὸς, εὔορκος. Ad Brut. 16. Sunt fidelissima et maxima auxilia Gallorum. 1. Qu. Fr. 1. 23. Græcorum familiaritates parum fideles sunt. Pro Mil. 76. Appius homo mihi conjunctus fidelissima gratia. Pro Font. 3. Massilienses fortissimi et fidelissimi socii. De Am. 54. Amicitia fidelis. Pro Cæl. 14. Firmus et fidelis amicus. 11. A. 34. Deiotarus fidelis populo Romano. De Ar. 29. Deiotarus, quem unum habemus in orbe terrarum fidelissimum huic imperio. 2. cont. Rul. 5. Fidele consilium deliberanti dare. Pro Cluen. 85. Minus fidele consilium alicui dare. Pro Mil. 29. Servus, qui animo fideli in dominum est. 1. Qu. Fr. 1. 14. Servus egregie fidelis. Pro S. R. 112. Nemo credit nisi ei, quem fidelem putat. Pro Cæc. 14. Magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fidelis. 1. Qu. Fr. 3. Conjunx fidelissima. 16. Fam. 17. Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄκυρον: valetudini fideliter inserviendo? unde in istum locum, fideliter, venit? cui verbo domicilium est proprium in officio: migrationes in alienum multæ: nam et doctrina, et domus, et ars, et ager etiam fidelis dici potest, ut sit (quomodo Theophrasto placet) verecunda translatio.

Fidelitas, tis, *fidelis ornamentum*, πιστότης, τὸ πιστόν. 15. Fam. 20. Asclaponis medici tum consuetudo mihi jucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valetudine meorum: in qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satisfecit. Pro Planc. 71. Vita mea, quæ amicorum fidelitate conservata est. 12. A. 22. Ubi me non solum amicorum fidelitas, sed etiam universæ civitatis oculi custodiunt. 9. Att 20. Fortuna perutilis ejus et opera et fidelitas esset. 1. Qu. Fr. 2. Fidelitas alicujus summa. 10. Fam. 17. Non illi erga patriam fidelitas defuit. 16. 12. Quo tempore fidelitatem desideravi tuam. 13. 16. Et is, ut opinor, tibi in Alexandrino bello, quantum studio et fidelitate consequi potuit, non defuit.

ADJUNCTA. *Perutilis, summa.*

SYNTAXIS. *Amicus conjunctus fidelissima gratia. Firmus et fidelis amicus. Fidele consilium. Esse animo fideli in aliquem. Fidelitas erga patriam. Quantum studio et fidelitate consequi potero. Opera et fidelitas amicorum.*

Fideliter, πιστῶς. 16. Fam. 17. *Lege*, Fidelis. 15. Att. 20. Mercedes prædiorum, quæ si fideliter Ciceroni curabuntur, nihil ei deerit. 1. Off. 92. Vivere multipliciter, fideliter, vitæque hominum amice.

Fidenæ, *urbs Latinorum mediterranea*. 2. contra Rull. 95. 9. A. 4.

Fidens, tis, *audens*, θρασύς. 3. Tusc. 14. Qui fortis est, idem est fidens: nam confidens, mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur. 1. Off. 81. Animus prudentia consilioque fidens. 1. Tuscul. 110. Fidenti animo, si ita res feret, gradietur ad mortem. 6. Att. 6. Puer bene sibi fidens. 2. de Div. 64.

Tum Calchas hæc est fidenti voce locutus. 1. de Nat. 94. His ne fidentes somniis contra Pythagoram Platonemque dixistis? 7. Att. 7. Istum relinquendum puto, dubitantem magis, quam fidentem rebus.

SYNTAXIS. *Vir bene sibi fidens. Fidenti voce loqui. Animus prudentia consilioque fidens.*

Fidenter, *audacter*, θαρσαλέως .X. *Dubitanter, timide*. 1. de Nat. 18. Tum Velleius fidenter sane, ut solent isti, nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur. 6. Att. 1. Paulo vellem fidentius respondisses. 1. de Orat. 240. Tum ille fidenter homo peritissimus, &c. 2. de Div. 67. Timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat. 4. Acad. 24. Deinde quomodo suscipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit? 1. de Fin. 21.

Fidissime. 2. Fam. 26. Quæ mihi a te ad timorem fidissime atque amantissime proponuntur.

Fidentia, æ, *securitas, fiducia, confisio animi*, θαῤῥαλεότης, μένος, θυμὸς .X. *Diffidentia*. 2. de Invent. 163. Fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe collocavit. *Ibid*. 165. Audacia non contrarium est fidentiæ, sed appositum ac propinquum: et tamen vitium est. 4. Tusc. 80. Et fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est, et opinio gravis, non temere assentiens.

SYNTAXIS. *Fidissime consulere. Fidenter aggredi, alloqui, respondere.*

Fides, ei, *constantia promissorum*, *Dan*, πίστις. 1. Off. 23. Fundamentum justitiæ est fides, id est, dictorum conventorumque constantia et veritas. *Ibid.* Credamusque, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Par. 78. Fides est justitia in rebus creditis. 3. Off. 104. O Fides alma, apta pinnis, et jusjurandum Jovis! qui igitur jusjurandum violat, is fidem violat, quam in Capitolio vicinam Jovis Op. Max. majores nostri esse voluerunt. 3. 106. Fregistis fidem? neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam. *Ibid.* Nullum esse fidem, quæ infideli data sit. *Ibid.* 70. Qu. Scævola fidei bonæ nomen existimabat manare latius, idque versari in tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. Top. 66. Bona fide.X. *Dolo malo.* 3. de Nat. 74. Judicia de fide mala, et judicium de dolo malo. 3. Off. 70. Uti ne propter te fidemve tuam captus fraudatusve sim. De Arusp. 36. Fidem jusjurandumque negligere. Pro Flac. 9. Testimoniorum fidem et religionem nunquam ista natio coluit. Pro Qu. R. 45. Fides et religio judicis. In Vat. 15. Tum quæro, servarisne in eo fidem, &c. Pro Cor. 12. Græci voluerunt religione videri potius quam veritate fidem esse constrictam. 4. Att. 16. O constantiam promissi, et fidem miram! Pro Flac. 102. Tua fides optima et spectatissima. Ver. 5. 152. Cui supplici non illa dextera fidem porrexit? 2. C. 25. Hinc fides pugnat, illinc fraudatio. *Ibid.* 10. Res eos jampridem, fides deficere nuper cœpit. 2. de Fin. 65. Dare fidem alicui. *Ibid.* Cum Regulus propter fidem, quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertisset. 1. Off. 39. Regulus ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. Pro Rab. 28. Si fides Saturnino data est, non eam Rabirius, sed C. Marius dedit: idemque violavit, si in fide non stetit. 1. Fam. 9. Melius in hanc mentem impulit Pompeii fides, quam de me Cæsari dederat, et fratris mei, quam, &c. 2. Att. 22. Cum Pompeius diceret, se fidem recepisse de me, hanc si ille non servaret, ita laturum, ut, &c. Pro S. R. 110. Istius fide, ac potius perfidia deceptus sum. Pro Qu. R. 16. Perfidiosum et nefarium est, fidem frangere. Pro S. R. 111. Qui fidem violat, oppugnat omnium commune præsidium. De Clar. 89. Lusitani contra interpositam fidem interfecti. 2. Att. 24. Postulare fidem publicam. 3. C. 8. Fidem ei publicam jussu Senatus dedi. Pro Arch. 9. Gabinii levitas et calamitas omnium tabularum fidem resignavit. Pro Pomp. 19. Romæ solutione impedita fidem concidisse. Pro R. P. 4. Fide sustentare amicos. 2. de Div. 78. Virtus, quæ vetat spectare fortunam, dum præstetur fides. 16. Att. 7. Nihil debet, qui consilium dat, præstare præter fidem. 5. 21. Ut ei fidem meam præstarem. 1. Fam. 7. Si rex amicis tuis, qui pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset. Top. 42. Qui fiduciam accepit, debet fidem præstare. Pro S. R. 144. Is tibi optima fide sua omnia concessit. 6. Att. 1. Ex fide. C. 18. Aliquid de possessione detrahere, et fidem requirere. 12. A. 27. Non tenuit omnino colloquium illud fidem. 1. Famil. 5. Meam erga te fidem et benevolentiam expertus es. Ver. 3. 144. Aliquando desinat ea se putare emere, quæ ipse semper habuit venalia, fidem, jusjurandum, &c. Pro C. Corn. 1. Interposita fide per tres legatos reverterunt. Fragm. ep. Tu si meam fidem præstiteris. De Ami. Ut eorum probetur fides.

A fide se abducere, id est, liberare et eximere, *fidem liberare: id est,* promisso satisfacere. *Fidem præstare, id est,* servare. Pro Flac. 83. Ut a fide se abduceret. *Ibid.* 46. Heraclides Hermippum percussit; nam ejus fide sumpsit a Fusiis. *Ibid.* Hermippus Fusiis satisfacit, et fidem suam liberat. 12. Fam. 7. Quod autem in Senatu pluribus verbis disserui, in eo velim fidem meam liberes.

Autoritas, confirmatio, quæ ab Arist. in Rhet. πίστις dicitur. Par. 8. Quoniam de fide respondisti, volo audire de motu. *Ib.* Fides est firma opinio. *Ib.* 9. Nam est in proposito finis, fides: in causa et fides et motus. 2. con. Rul. 22. Fac fidem, te nihil nisi populi utilitatem quærere. 9. Att. 10. Et tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ tibi putemus esse utilia. Topic. 8. Argumentum est ratio rei dubiæ fidem faciens. Par. 31. Narratio est fundamentum constituendæ fidei. 7. Att. 8. An mihi nutus non faceret fidem? 16. 5. et 8. Quod nisi mihi fidem fecisset, non fecissem id, quod dicturus sum. 4. Acad. 19. Multaque facimus usque eo, dum aspectus fidem faciat sui judicii. De Clar. 189. Fidem faciat oratio. 3. C. 4. Quoniam minorem fidem faceret oratio mea. I. P. 59. Non facies fidem scilicet, cum hæc disputabis? *Habere fidem alicui, &c. id est, credere.* 5. Fam. 20. 7. 18. 4. Acad. 88. Ver. 5. 147. et Ver. 2. 131. Tibi maximam fidem rerum suarum habet. 13. Att. 36. Fidem alicui habendam non esse. 1. de Inv. Habere fidem orationi alicujus. 6. Fam. 6. Quare debet habere fidem nostra prædictio. 8. Att. 3. Considerandum est, quanta Cæsari fides sit habenda. 4. Acad. 58. Quæ fidem nullam habebunt, sublata veri et falsi nota. 2. Off. 33. Nam et his fidem habemus, quos plus intelligere, quam nos, arbitramur. Pro Fl. 21. Nunc vero quam autoritatem, aut quam fidem habere possunt? 1. Fam. 1. Si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. 2. de Div. 122. Insanorum visis fides non est habenda. 1. 5. Dicæarchus iisdem rebus fidem tribuit. 2. 113. Nec autoritatem, nec fidem rebus commentitiis adjungere debemus. Pro Syl. 10. Tribuere fidem testimonio alicujus. 2. de Orat. 156. Suspicio artificii imminuit et Oratoris autoritatem, et orationis fidem. Orat. 120. Hoc et autoritatem orationi affert, et fidem. Pro Fon. 13. Suspicio inimicitiarum derogat fidem in tes-

timonio dicendo. Pro Qu. R. 44. Si jam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem jurisjurandi, responde. 4. Acad. 36. Quia his visis, inter quæ nihil interest, æqualiter omnibus abrogatur fides. 15. Att. 25. Infirmare fidem alicui. 1. de Finib. 71. Si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat. *id est, incorruptis atque integris testibus.*

Tutela, patrocinium, defensio, clientela, συνηγορία. Pro Font. 30. At. Ita, ut commissus sit fidei, permissus potestati. 1. Off. 124. Jura fidei magistratuum commissa sunt. 13. Fam. 65. Ea societas universa in mea fide est. Pro Planc. 97. Municipia, quæ in fide mea erant. Pro Ar. 31. Peto a vobis, ut eum in vestram accipiatis fidem. 15. Att. 15. Recipere aliquem in fidem suam, et eum commendatum habere. Pro S. R. 93. Esse in fide et clientela alicujus. *Ibidem.* 106. Conferre se in fidem et clientelam alicujus. 1. Off. 35. Qui nationes devictas bello in fidem recepissent. 6. Att. 1. Civitatem in Catonis fide locatam funditus perdidissem.

Adjuncta. *Alma, bona, melior, salva, certa, communis, egregia, et singularis, incredibilis, publica, infirmior, singularis ac divina, insignis, mira, jucunda, magna, mala, major, maxima, minor, optima, et spectatissima, præstans ac singularis, promptu, sancta, sanctissima, singularis ac prope incredibilis, summa, venalis, vicaria.*

Syntaxis. *In fide manere. Fidem servare, præstare. A fide se abducere. Fide aliquem liberare. Fidem alicui facere dubiæ rei. Alicui fidem habere, tribuere. Fidem minuere, adjungere, derogare, infirmare. Committere se fidei alicujus. Esse in fide alicujus. Recipere aliquem in fidem suam, et eum commendatum habere. In fidem et clientelam alicujus se conferre. Recipere populos in fidem. Civitas in fide alicujus locata.*

Fides, dis, *lyra, λύρα, κιθάρα.* 2. de Div. 33. Jam nervos in fidibus aliis pulsis resonare alios. 2. de Leg. 39. Severa illa Lacedæmon nervos jussit, quod plures quam septem haberet in Timothei fidibus, inde demi. De Sen. 26. Discebant enim fidibus antiqui. 3. de Orat. 214. Omnes voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animæ sunt pulsæ. *Ibid.* 195. Ut epularum solennium fides, et tibiæ indicant. De Clar. 199. Ex nervorum sono in fidibus quam scienter ii pulsi sint, intelligi potest. 1. Tusc. 4. Epaminondas fidibus præclare cecinisse dicitur. In Arat. Cecidit clara fides Cyllenia. 4. de Fin. 75. Ut in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum habere possit, omnes æque incontentæ sunt. *Ibid.* Æque enim contigit omnibus fidibus, ut incontentæ sint: illud non continuo, ut æque incontentæ. 5. Tuscul. 113. Cum fidibus uteretur. Hortens. Ponendæ sunt fides et tibiæ.

Adjunct. *Contentæ* .)(. *incontentæ, plurimæ.*

Fidicen, inis, *qui lyra canit, lyricus, κιθαρῳδός, κιθαριστής.* 3. de Nat. 22. Mundum fidicinem etiam esse et tibicinem. 9. Fam. 22. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.

Fidicula, æ, *parva lyra.* 2. de Nat. 22. Fidiculæ numerose sonantes, et tibiæ modulate canentes.

Syntaxis. *Discere fidibus, docere, canere. Voces et nervi in fidibus sonantes. Fides numeris contentæ, et incontentæ.*

Fiducia, æ, *spes certa, πίστωσις.* 2. Qu. Fratr. 11. Nihil est, quod posthac artis nostræ fiducia conturbet. Act. 1. Ver. 40. Habeo hominem præpotentem, cujus fiducia provinciam spolio. 5. 175. Quæ facio, tua fiducia facio. De Amic. 52. Vita tyrannorum, in qua nulla stabilis benevolentiæ possit esse fiducia.

Pactum cum conditione redimendi redhibendique quod venditum est. hoc est pignus, quod alicui ceditur, dum quis solvat quod debet. Top. 42. Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem. Pro Flac. 51. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupavisti. *Ibidem.* Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie, ac possides. Pro Cæc. 7. Per fiduciæ rationem fraudare quempiam. 3. Off. 61. In arbitrio rei uxoriæ hæc verba maxime excellunt: Melius, æquius, in fiducia, ut inter bonos bene agier. Pro Qu. R. 16. Tria judicia, fiduciæ, tutelæ, societatis. 3. de Nat. 74. Judicia fiduciæ.

Syntaxis. *Alicujus fiducia facere aliquid. In tyrannis nulla benevolentiæ fiducia. Fiduciam accipiens præstet fidem. Commissam fiduciam tenere, et possidere. Fraudare quempiam per fiduciæ rationem.*

Fidus, a, um, *fidelis, πιστός.* De Ami. 53. Intellexit, quos fidos amicos habuisset, quosque infidos. 2. de Nat. 158. Canum tam fida custodia. 2. Off. 30. Fidæ familiaritates amantium non amicorum. 14. Famil. 4. Mea Terentia fidissima atque optima uxor. 5. A. 24. Mutina colonia nostra fidissima.

Figo, is, *immitto, affigo, πηγνύω, βάλλω.* 14. Att. 12. Antonius fixit legem, qua Siculi cives Rom. fierent. Ver. 5. 12. Ut quam damnatis servis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus Rom. reservares.

Pono, τίθημι. 2. Fam. 6. Ego omnia mea studia, omnem operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis Consulatu fixi et locavi.

Confirmo, βεβαιόω. Ver. 5. 52. Beneficium, ut dicitur, trabali clavo figere.

Lacero maledictis, διασπάω. Orat. 89. Figere adversarios.

Figor, eris. 1. A. 3. Ne qua tabula hujus decreti Cæsaris figeretur. 2. 91. Ne qua post idus Martias immanitatis tabula figeretur. 12. Fam. 1. 2. A. 92. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. 14. 6. Et dubitare, utrum mucrones in cive, an in hoste figantur,

De Arusp. 39. Deorum tela in impiorum mentibus figuntur.

Figura, æ, *forma, species*, ἰδέα, σχῆμα, μορφή. Ver. 2. 87. Himera in muliebrem figuram habitumque formata. *Ibid.* 89. Eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delectabant. Pro S. R. 63. Esse aliquem humana specie ac figura, qui tantum immanitate bestias vicerit. 3. Off. 32. Feritas belluæ in figura hominis. Pro Qu. R. 20. Tacita corporis figura conjecturam affert. 1. de Leg. 26. Natura homini figuram corporis habilem et aptam humano ingenio dedit. de Univ. 39. Et si ne tum quidem vitiorum finem faciet, gravius etiam jactabitur, et in suis moribus simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur. *Ibid.* Qui intemperate vixerit, eum secundus ortus in muliebrem figuram transfert. 1. de Orat. 114. Conformatio quædam et figura totius oris et corporis. 5. de Fin. 35. Corporis nostri partes, totaque figura, et forma, et statura quam apta ad naturam sit, apparet. 1. de Nat. 90. Non ab hominibus formæ figuram pervenisse ad deos. *Ibid.* 47. Forma, figura et species. 1. de Inv. 41. Figura negotii. 3. ad Her. 25. Figuræ vocis. 2. de Divin. 138. Hominum figuræ. Incert. Converti in aliquam figuram bestiæ. *Ibidem.* In hominis figura animo esse efferato. 3. de Orat. 210. Orat. 2. Optima species et figura dicendi. 2. de Orat. 90. *Lege*, Exprimo.

Adjunct. *Apta, dissimilis, divina, humana, pulcherrima, vastior, conglobata, dispar, laudabilis, habilis et apta, miranda, muliebris, nota, optima, pulchra, reliqua, tacita.*

Syntaxis. *Figura et habitus fœminæ. Figura et lineamenta. Homo solum specie ac figura. In hominis figura bestiæ immanitas. Conformatio et figura corporis. Tota corporis figura, forma, et statura. Formæ figura. In muliebrem figuram habitumque formari. Esse humana specie ac figura. In hominis figura animo esse efferato. Optima species et figura dicendi. Figura negotii, vocis, orationis.*

Figuratus, a, um. 2. de Nat. 159. Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata, cervices autem natæ ad jugum. 5. de Finib. 34. Et ita figuratum corpus est, ut excellat aliis.

Figuro, as, *effingo, formo*, πλάζω, μορφόω, ποιέω. De Un. 15. Deus mundum ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. 1. de Nat. 111. Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt.

Syntaxis. *Terga ad onus figurata. Bene figuratum corpus. Optima figurare forma. Formare, figurare, colorare, animare.*

Filia, æ, θυγάτηρ. Pro Clu. 179. Tum despondit ei filiam suam illam, quam ex genero susceperat. Con, C. Anton. Cum ex eodem stupro tibi et uxorem et filiam invenisti.

Adjunct. *Carissima, grandis et nobilis, major, nobilis, optima, singularis, unica.*

Filicatus, a, um, *quod filicum herbæ speciem habet*, πτεριδωτός. Parad. 1. Minus ne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? 2. Att. 8. Quoniam putas prætermittendum nobis esse hoc tempore craterа illum filicatum. *alias*, delicatum.

Filiola, æ, θυγάτριον. 1. de Div. 103. Is filiolam suam animadvertit tristiculam. 15. Fa. 4. Mea charissima filiola. 1. At. 15.

Adjuncta. *Amabilis, charissima, dulcis, jucunda, tristicula.*

Filiolus, li, παιδίον. 1 Att. 1. Filiolo me auctum scito, salva Terentia.

Filius, *gnatus, natus*, υἱός, τέκνον. Brut. 12. Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui: sed hoc præclare legibus comparatum est, ut charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet. 3. de Nat. 90. Lex ut condemnaretur filius, aut nepos, si pater, aut avus deliquisset. Pro Dom. 35. Qui tibi loco filii per ætatem esse poterat. Postquam in Senat. 36. Unus frater, qui in me pietate filius, consiliis parens, amore, ut erat, frater inventus est. Pro Cœl. 4. Equitis Romani esse filium criminis loco poni. 2. de Fin. 58. Filius effigies probitatis paternæ. 6. Fam. 6. Filius imago animi et corporis paterni. 5. 16. Amittere vel perdere filios vel liberos. 6. Att. 3. Hortensius filius fuit Laodiceæ. Pro Qu. R. 30. Ex improbo patre probum filium nasci. *Filius judicio et voluntate pro adoptivo, ut vocant.* Pro S. R. Pro Dom. 37. Non ut ille filius instituatur, sed ut e patriciis exeat. 1. de Fin. 23. Quod vero securi filium percusserit. *Ibid.* 24. Cum illam severitatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat.

Adjunct. *Innocens, perditus, rusticus, barbarus, bellissimus, suavissimus, blandus, et gratiosus, carus, dignus, carior, carissimus, imbecillus, robustus, clarissimus, conjunctissimus, constantissimus, atque optimus, delicatior, dignissimus, disertus, dissolutus, festivus, simillimus patris, gnavus, et prudens, honestissimus, immanis, impurus, incolumis, infans, mendax, avarus, non amans suorum, ferox et arrogans, et infestus, nudus, prætextatus, optimus, atque innocentissimus, parvulus, parvus, pupillus, præditus patria virtute, probus, studiosus, eruditus, et modestus, turpis, venustissimus, dulcissimus, unicus.*

Filiusfamilias. Pro Cœl. 36.

Syntaxis. *Filius imago et effigies patris. Filiolo augeri. Charitas filiorum. Loco filii esse. Pietate filius, consiliis parens, amore frater. Filium institui. Severitatem in filio adhibere. Filium emancipare.*

Filum, li, *linum, proprie: translatione vero, orationis contextus*, νῆμα, κλῶσμα. 9. Fam. 12. Sed ego veteri amico munusculum mittere volui levidense crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. De. Am. 25. Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. 2. de Orat. 93. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo. 3. 101. Hæc formanda

filo ipso et genere orationis. Orat. 124. Argumentandi tenue filum.

ADJUNCT. *Argenteum, crassum, tenue, uberius.*

SYNTAXIS. *Filum orationis. Filum argumentandi. Crasso filo, uberiore filo.*

Fimbriæ, arum, *vestium et aliarum rerum extremitas, κράσπεδον.* I. P. 25. Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriæ.

Findo, is, *diffindo, aperio, divido, σχίζω, ῥήγνυμι.* In Arat.

....*Quorum nequeunt radices findere terras.*

Lege, Fissum.

Findor, eris. 2. de Leg. 6. Hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et divisus æquabiliter in duas partes, latera hæc alluit, rapideque dilapsus cito in unum confluit.

Fingendus, a, um, *instituendus.* Orat. 7. Atque ego in summo Oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit.

Fingo, is, *formo, informo, creo, πλάσσω, ποιέω, πλαστουργέω. Significat hoc verbum non mentior, ut putant multi, sed ingeniose excogito et formo.* Pro Mur. 60. Finxit te ipsa natura ad honestatem. 2. de Orat. 212. Natura fingit homines, et creat imitatores et narratores facetos, &c. 3. de Leg. 40. Actor enim moderatur et fingit non modo mentem et voluntatem, sed pæne vultus eorum, apud quos agit. Orat. 24. Omnes, qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt. 1. de Orat. 73. Et qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil utuntur, tamen utrum sciant pingere an nesciant, non obscurum est. 3. 175. Sed verba nos, sicut mollissimam ceram, ad arbitrium nostrum formamus et fingimus. 2. 23. Volucres videmus fingere atque construere nidos. Ver. 4. 30. Fingere e cera. 1. Acad. 6. Ex materia, quam fingit formatque effectio. 4. 86. Vis, quæ finxit et fabricata est hominem. 1. Off. 157. Apum examina fingunt favos.

Simulo, εἰκάζω, σχηματίζω. 2. de Fin. 77. Fingere sibi vultum et incessum. 1. Att. 15. Fingere, dissimulare et obtegere.

Cogito, νοέω, διανοέομαι. De Sen. 41. Finge animo aliquem, &c. Pro Mil. 79. Fingite animis: liberæ enim sunt cogitationes nostræ, et quæ volunt, sic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus: fingite igitur cogitatione imaginem hujus conditionis meæ, &c. 3. Famil. 11. De me autem suscipe paulisper meas partes, et eum te esse finge, qui ego sum. 3. de Nat. 47. Omnia, quæ cogitatione nobismetipsis fingere possumus.

Adorno, comminiscor, εὑρίσκω. Act. 1. Ver. 15. Fingere crimen. 3. 141.

Æstimo, judico, κρίνω. Pro S. R. 26. Ex sua natura cæteros fingere. 6. Fa. 6. Fingere ex eventis.

Imitor, exprimo, μιμέομαι. 1. de Orat. 127. Quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus.

ADVERB. *Commode, extemplo, parumper, preclare.*

Fingor, eris, *graviora sunt in activo.* 1. de Div. 94. Agri fertiles, quibus multa propter fœcunditatem fingi gignique possunt. 2. 89. Ex eoque ingenia, mores, casus cujusque eventusque fingi. De Cl. 119. Peripateticorum institutis commode fingitur oratio. *Ibid.* 273. Nihil tam flexibile, et quod magis ipsius arbitrio fingeretur. 5. Fam. 12. Alexander ab Apelle pingi, a Lysippo fingi volebat. 1. de N. 71. Hoc intelligerem quale esset, si id in ceris fingeretur, aut fictilibus figuris. Pro Mil. 5. Nihil vobis duobus laboriosius dici aut fingi potest. Pro Do. 76. Quid te aut fieri, aut fingi dementius potest? Pro S. R. 116. Fingi maleficium nullum potest, quod iste, &c. Partit. 5. Suis quisque fingitur moribus. 5. Tusc. 68. Fingi animo et cogitatione.

SYNTAXIS. *Fingere sibi vultum et incessum. Fingere aliquid e cera. Fingere se totum ad aliorum arbitrium. Fingere sibi animo, vel cogitatione aliquid. Fingere ceteros ex sua natura. Fingere ex eventis. Nihil dici aut fingi potest majus. Suis quemque fingere moribus. Fingi animo et cogitatione. Fictus natura ad honestatem.*

Finiens, tis, *horizon. Lege,* Horizon.

Decernens. 8. Att. 3. Pompeius M. Marcello consuli, finienti provincias Gallias Cal. Martiis restitit.

Finio, is, *definio, perficio, absolvo, finem facio, claudo, concludo, termino, modum statuo, finem affero, compleo, fastigium impono, modum facio, ad exitum perduco, τελευτάω, διορίζω, ἐπιτελέω.* 2. de Leg. 20. Ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiunto. *Ibid.* 66. Demetrius sepulchris novis finivit modum. 2. de Fin. 64. Cupiditates non Epicuri divisione finiebant, sed sua satietate.

Finior, iris. 3. de Orat. 189. Sententiæ verbis finiantur. Orat. 164. Nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur.

Finis, is, *modus, terminus, exitus, ultimum, extremum, τέλος, τελευτή, ὅρος, τέρμα.* 3. de Fin. 26. Sentis enim credo, me jam diu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere. Ver. 2. 118. Nos modum aliquem et finem orationi nostræ faciamus. 1. Off. 102. Finem et modum transire. Ver. 5. 76. Idemque dies et victoribus imperii, et victis finem fecit. 16. Att. 17. Ut nostræ sollicitudinis quam primum finem facere possimus. 2. de Orat. 224. Finem scribendi facere. 16. Att. 20. Non faciam finem rogandi. 12. Fam. 1. Nullum finem facio, mihi crede, Cassi, de te cogitandi. Pro Sest. 136. Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, et ut ego ante dicendi finem faciam, quam vos me attente audiendi, concludam illud de optimatibus. 10. Att. 7. Finem inter nos scribendi de his

rebus fieri, tempus est. 10. Fam. 5. Reperire finem malorum. Pro Qu. 35. Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos egredi non possim. 2. Off. 76. Unius Imperatoris præda finem attulit tributorum. Ver. 1. 5. Ut finis aliquando judiciariæ controversiæ constitueretur. 6. A. 2. Etiam si ille dies vitæ finem mihi allaturus esset. De Somn. 20. Quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Pro Cl. 7. Quod in hoc uno falsæ infamiæ finis aliquis atque exitus reperietur. 1. de Orat. 54. Oratio lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere: *id est, eatenus quoad*. Pro C. Cornel. 1. Cum omnibus gentibus finem diuturnæ captivitatis, turpitudinis et servitutis afferret.

Causa, cujus gratia. Pro Cœl. 11. Quem ergo ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse? 9. Fam. 26. Excruciemne me? quid assequar? deinde, quem ad finem? Ver. 5. 74. Piratam tenuisti, quem ad finem? *id est, quandiu?* Pro Mur. 12. Finis stipendiorum, patris victoria et triumphus fuit. 1. Off. 52. Vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem, Nihilominus ipsi luceat. 1. de Leg. 52. Finis bonorum, quo referuntur et cujus causa facienda sunt omnia. 1. Off. 138. Domus finis est usus. 2. de Leg. 55. Quæ finis funestæ familiæ. 2. de Inv. 156. In judiciali genere finis est æquitas. *Ibid*. 156. Finis, quo referri omnem rationem oportet. 1. 6. Finis causa aliquid facimus. 5. Tusc. 85. Opiniones de finibus bonorum et malorum. 7. Fam. 1. Finis et terminus.

Locorum, ditionum, et provinciarum extrema: unde finitimi. I. P. 37. Obtinuisti provinciam iis finibus, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. De Pro. 29. Finium imperii propagatio. I. P. 49. Cum fines provinciæ tantos haberet, quantos optaverat. 3. C. 26. Quorum alter finem vestri imperii non terræ, sed cœli regionibus terminaret. Pro Deiot. 22. Tueri fines suas ab excursionibus hostium. Or. 141. Suos regiones finesque defendere. De Ar. 4. Videbam, illum non posse arceri otii finibus. 1. Qu. Fr. 1. 9. Comites autem duntaxat finibus his præstabis, quos ante præscripsi. Pro Ar. 23. Lingua Latina suis finibus exiguis sane continetur. 1. de Orat. 214. Crassus mihi visus est oratoriam facultatem non artis illius terminis, sed ingenii sui finibus immensis describere. Pro Cæc. 22. Ingrediens intra finem ejus loci, quem oleæ terminabant. 1. Qu. Fr. 1. 20. Qui earum civitatum fines incolunt. 1. Off. 33. Itaque illorum agri fines, sicut ipsi dixerant, terminavit. Topic. 43. Finibus regendis adjicere arbitrum. 1. de Leg. 55. Nec Manilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus. Pro Mur. 22. Ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis.

Adjunct. *Fines certi, ingentes, et immensi, communes, veri, contrarii, diversi, domestici, exigui, expertes honestatis, immensi, optimi, simplices, summi, teterrimi.*

Syntaxis. *Finem et modum transire. Finem facere scribendi, rogandi, cogitandi, dicendi, audiendi. Finem reperire malorum. Certos sibi fines terminosque constituere. Finem afferre tributorum, vitæ, servitutis, captivitatis. Fines imperii propagare, tueri ab excursionibus, defendere. Finibus contineri, coerceri, terminari.*

Finite, *definite*, διωρισμένως. 2. de Fin. 27. Ergo et avarus erit, sed finite: et adulter, verum habebit modum.

Finitimus, a, um, *vicinus, propinquus, appositus, confinis, proximus*, ὅμορος, πρόσοικος. 3. Tuscul. 35. Sunt enim finitima. De Cl. 156. Artium studiorumque quasi finitima societas. Ora. 113. *Lege*, Vicinus. Pro Pomp. 9. Is Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulavit. Pro Pomp. 5. Regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus. Pro Sul. 58. Cum cæteri deficerent finitimi, ac vicini. Pro Plan. 22. Arpini sunt finitimi Atinatibus. 2. de Orat. 185. Motus, qui finitimi sunt et propinqui his. 1. 70. Finitimus Oratori Poeta est. 2. de Nat. 101. Mari finitimus est aer. Topic. 87. Cui generi finitimum est illud, &c. Orat. 66. Huic generi historia finitima est. 2. de Inv. 165. Pertinacia perseverantiæ finitima est. 4. Tusc. 64. Ægritudini finitimus est metus. 4. Aca. 68. Ita finitima sunt falsa veris. 4. ad Her. 16. Est autem cavendum, ne dum hæc genera consectemur, in finitima et propinqua vitia veniamus.

Finitor, oris, *decempedator, metator, qui agrorum terminos constituit*, γεωμέτρης, ὁροθέτης. 2. contra Rul. 34. Finitorem mittant, ratum sit quod finitor uni illi, a quo missus erit, renunciaverit. *Ibid*. 44. Delecta finitorum juventus. *Ibid*. 53. Formosi finitores.

Finitus, a, um, *definitus*. Part. 61. Quæstionum genus finitum temporibus et personis.

Conclusus. 2. de Nat. 149. Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus.

Fio, fis, *consto, conflor, evado, evenio, accido*, φύω, γίγνομαι, ἐνδέχω. 8. Att. 20. Quod præmonui, fit, ut Cæsar committere prælium nolit. Pro Mil. 28. Obvius fit ei Clodius expeditus in equo. 12. Att. 19. Non potuit honorificentius a me fieri de nepote. 7. 12. Si ita factum esset, ut ille Senatum Romæ offenderet, magno usui nostræ causæ fuisset. Orat. 177. Cum (ut fit) fortuito aliquid dicerent. Pro Dom. 76. Quid te autem fieri, aut fingi potest dementius? 2. de Div. 19. Nihil fieri potest, nihil accidere, nihil evenire, nisi quod, &c. 1. 100. Quod sexennio post factum esse videmus. Orat. 191. Alter ex longis constat, alter e brevibus fit. 2. ad Her. 19. Et sæpe fit, ut de eadem re aliud alii judici videatur. Pro. L. Varen. Dum hic ostenderet, quid de eo fieri vellet. Pro C. Corn. 1. Quo de genere persæpe Senatusconsulta fiunt. *Ibid*. Dum sortitio fit.

Horten. Ex quibus humanæ vitæ erroribus et ærumnis fit, ut &c. De Fat. Fato omnia fieri. Lucet. Quædam terræ imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro, siccitate lutum fieri, imbre pulverem. De Ami. 14. Sin autem illa verior, ut idem interitus sit animorum et corporum, nec ullus sensus maneat, ut nihil boni est in morte, si certe nihil mali; sensu enim amisso, fit idem quasi natus non esset omnino. 16. Att. 2. Tamen fit sæpe, ut ii qui debeant non respondeant ad tempus. *id est, accidit.* De Ami. 77. Recte etiam præcipi potest in amicitiis, ne quis intemperata quadam benevolentia (quod persæpe fit) impediat magnas utilitates amicorum. *Ibid.* 67. Ita fit verum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse. 4. Acad. 107. Quid fiet artibus? 6. Att. 1. Quid de illo fiet, quem reliquero? præsertim si fratrem? Quid de me autem, si non tam cito decedo? 14. 4. Quid de Tulliola mea fiet? jam id vos videte. 7. 10. Subito consilium cepi, ut ante quam luceret, exirem, ne qui conspectus fieret, aut sermo, lictoribus præsertim laureatis. 10. Fam. 16. Cum ei magnum convicium fieret a cuncto Senatu &c. De Ami. 59. Tertius vero ille finis teterrimus, ut quanti quisque se ipsum faciat, tanti fiat ab amicis. 10. Fam. 11. Ne quid detrimenti fiat, dabitur opera a me, idque me præstiturum spero, dum istinc copiæ trajiciantur, conjunctæque nobiscum facilius perditos opprimant. 13. 2. Peto igitur a te majorem in modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes. 1. de N. 14. Non levissima de re, ut queritur ille, fieri in civitate facinora capitalia. 1. Att. 16. Itaque conventus, qui initio celebrabantur, jam diu fieri desierunt. Ver. 3. 45. Quorum quanti conventus ad Marcellos, antiquissimos Siciliæ patronos, quanti ad Cn. Pompeium Cos. designatum, ceterosque illius provinciæ necessarios fieri soliti sint, quis ignorat? Pro Qu. 30. Demonstrabant de te judicium fieri oportere, ut aut uterque inter se, aut neuter satisdaret. *Ibid.* 44. Judicium fiat statim. Pro S. R. 24. Quod Amerinis usque eo visum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret. 1 Tusc. 6. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit. De Ami. 54. Neque quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. 8. Att. 11. Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius.

Adverb. *Acriter, animose, constanter, iracunde, prudenter, vehementer, acrius, acerrime, arrogantius, loquacius, amantissime, fortissime, apte, cogitato, consulto, crudeliter, viriliter, atrociter, bellissime, bene, inepte, perfecte, benigne, benevole, commodius, difficillime, difficulter, conserte, contexte, forte, caute, insulse, clarius, commodissime, plane, crebro, crebrius, magnificentius, operose, vitiosius, utiliter, cumulatius, cupide, imprimis, diligenter, accuratius, diutius, obscure, dupliciter, certe, facilius, fortuito, lenius, melius, frequentius, longius, honeste, severius, honorifice, tardius, temere, honorificentius, humane, pie, improbe, improbius, imprudentius, occultius, injuste, lepide, mature, modestissime, petulantissime, necessario, omnino, omnino nunquam, permultum, publice, privatim, rite, recte, sedulo, simulate, suaviter, turpiter, vere.*

Syntaxis. *Ille* (*ut fit*) &c. *Quia dixi, fit, ut,* &c. *Et sæpe fit, ut,* &c.

Firmamentum, ti, *robur, vires,* σθένος, δύναμις, ἔρεισμα. Pro Pomp. 10. Altera pars, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. Pro Cl. 5. Falsitas parum firmamenti ac virium habet. Pro Pomp. 17. Hic ordo firmamentum cæterorum ordinum est. 1. Att. 15. Duo firmamenta reip. per me constituta. 4. Tusc. 7. Id illi firmamentum disciplinæ esse putant. De Ami. 65. Firmamentum autem stabilitatis ejus, quam in amicitia quærimus, est fides. Pro Mur. 58. Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis. Pro Fl. 92. Tu certe venire coegisses, si ullum firmamentum in illo teste posuisses. 1. de Inv. 19. Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris, et aptissima ad judicationem. *De firmamento causarum vide* 1. *ad Her.* 26. *Part.* 103. *et* 104. Pro Pla. 23. Flos equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reip., publicanorum ordine continetur. 3. A. 13. Flos Italiæ, firmamentum imperii nostri, ornamentum dignitatis.

Adjunct. *Contrarium, gravissimum.*

Syntaxis. *Firmamentum, ac robur. Vires et firmamentum veritatis. Disciplinæ firmamenta. Firmamentum stabilitatis. Reip. et Imperii firmamentum publicanorum ordine contineri. Parum firmamenti ac roboris habere. Firmamentum constituere. Firmamentum ponere in aliquo.*

Firmatus, a, um. Pro Cœl. 43. Firmata jam ætate.

Firme, *firmiter,* βεβαίως, ἀσφαλῶς. 3. de Fin. 31. Assensus suos firme sustinere. 1. 71. Firme et graviter. 10. Att. 10. Asseverare aliquid firmissime, &c. 2. 6. Habere aliquid bene cognitum, et satis firme conceptum animo. Topic. 95. Lege in controversiis nihil firmius.

Firmitas, tis, *firmitudo, quasi soliditas,* βεβαιότης, στηριγμός. 1. de N. 49. Nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quæ ille propter firmitatem στερέμνια appellat. 2. A. 63. Gladiatoria totius corporis firmitas. 12. Att. 37. et pro Sest. 95. Constantia et firmitas animi. De Ami. 19. Sed ea non satis habent firmitatis. 4. Ac. 67. Quid loquar de firmitate sapientis? 11. Fam. 12. Si aliquid firmitatis nactus sit Antonius. 3. A. 33. Sed novi firmitatem tuam. 5. Tusc. 74. Hæc vero illa sibi remedia comparavit ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, turpitu-

dinis verecundiam, &c. 11. Fa. 12. Non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia illa tua præclara in Remp. merita in nihilum esse ventura. De Am. 46. Ita ut quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime, ex eoque fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri. 9. Fam. 11. Firmitatem tamen et constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti. 10. 24. Ita universus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus.

Firmiter, *firme*. De Rep. teste Prisciano.

Firmitudo, inis, *firmitas, στερεότης, ἀσφάλεια*. 5. Fam. 13. Firmitudo, gravitasque animi. 3. ad Her. 20. Firmitudo vocis. 2. de Inv. 58. Per se minus habent firmitudinis. 10. Att. 10. Per enim magni æstimo, tibi firmitudinem animi nostri, et factum nostrum probari. 6. Fam. 6. Tu cura, ut cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes. *alias*, fortitudine animi. 11. Att. 14. Non quod ab isto salus data quidquam habitura sit firmitudinis: sed tamen aliquid consuli, et prospici poterit.

Syntaxis. *Firme et graviter agere. Firmissime asseverare. Corporis firmitas gladiatoria. Constantia et firmitas animi. Firmitudo, gravitasque animi, vocis.*

Firmandus, a, um. 3. de Orat. 225. Et illud idem ad firmandam vocem est salutare.

Firmatus, a, um, *confirmatus, roboratus*. 1. de Div. 1. Vetus opinio, et omnium gentium firmata consensu. Pro Cæl. 79. Hic nunc primum florescens, firmata jam stirpe virtutis. Pro Clu. 13. Animus adolescentis nondum consilio et ratione firmatus. Pro Cæl. 43. Eximiæ virtutes firmata jam ætate extiterunt. Pro Dom. 47. Hoc jure firmato. 1. Fam. 7. Ut cum provinciam pace præsidiisque firmaris, Ptolemæus redeat in regnum.

Firmo, as, *stabilio, firmum facio, βεβαιόω, στηρίζω, διερείδω*. Pro Sul. 32. Qui filium suum vita privavit, ut in cæteris firmaret imperium. 1. de Inv. 67. Firmare aliquid rationibus. *Lamb. legit*, affirmare. De Ar. 30. Tabulis hoc censorum, memoria multorum firmabo et docebo. 2. Off. 40. Justitia etiam latronum opes firmat et auget. Ad Brut. 10. Contra arma Antonii præsidia firmavi. Pro C. Cornel. 1. Quæ lex populi judicia firmavit.

Firmor, aris. 2. de Orat. 212. Oratio, in qua remissio lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur. De Fat. 11. Vis et natura fati ex divinationis ratione firmatur. 2. Tusc. 36. Corpora juvenum firmari labore voluerunt. 2. de Leg. 16. Utiles esse autem opiniones has, quis neget, cum intelligat, quam multa firmentur jurejurando, quantæ salutis sint fœderum religiones?

Firmus, a, um, *stabilis, ratus, fixus, constans, multum firmamenti et virium habens, quod nulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco, ἀκατάσειστος, ἀσφαλὴς, βέβαιος, δυνατὸς, ὀχυρός*. 1. Off. 6. Præcepta firma, stabilia, conjuncta naturæ tradi non possunt, nisi &c. 1. A. 16. An in chirographis acta Cæsaris firma erunt? Qu. de Pet. 21. Firma et perpetua amicitia. 6. A. 18. Itaque Senatum sua sponte bene firmum, firmiorem vestra auctoritate fecistis. De Arusp. 60. Civitas ita firma et valens, ut civium injurias ferre possit. De Cl. 114. Opinio firma et stabilis de aliqua re. Orat. 237. Tenere aliquid firmum. 16. Att. 5. Judicabis hoc, quod dico, firmum fore. Ad Br. 10. Firmos omnino et duces habemus ab occidente, et exercitus. De Cl. 271. Argumenta firma ad probandum. 8. Att. 17. Domitius non satis firmus est ad castra facienda. Pro Cor. 61. Aliquis firmus in sententia. 10. Fam. 15. Firmus ab equitatu. Pro Cœl. 14. Firma et fidelis amicitia. 4. Ac. 141. Verum illud ratum, firmum, fixum fuisse vis. 11. Famil. 27. Nondum satis firmo corpore cum esses. 16. 5. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares. 10. 15. Antonius ab equitatu firmus dicebatur. Pro Mil. 92. Cum audiretur silentio M. Cœlius Tribunus plebis, vir fortissimus, et in suscepta causa firmissimus, et bonorum voluntati, et autoritati Senatus deditus. 1. Acad. 42. Et uno nomine omnia, quæ essent aliena, firmæ et constantis assensionis, a virtute sapientiaque removebat. De Amic. 23. Quæ autem domus tam stabilis, quæ tam firma civitas, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit everti? 6. Fa. 18. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. Sed cum ea, quemadmodum spero, satis firma sit, teneor tamen dum a Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. 15. 4. Cum interea superioribus diebus ex senatusconsulto, et evocatorum firmam manum, et equitatum satis idoneum, et populorum liberorum, regumque sociorum auxilia voluntaria comparavissem. Div. 29. Deinde accusatorem firmum, verumque esse oportet. 1. de Nat. 62. Rationem tamen eam, quæ a te affertur, non satis firmam puto. 16. Famil. 8. Tamen te penitus rogo, ne te tam longæ navigationi, et viæ per hyemem, nisi bene firmum committas. *Ibid.* 21. Quare quod polliceris, te bucciuatorem fore existimationis meæ, firmo id constantique animo facias licet. 7. 18. Significabant (*Literæ*) te istam malitiam jam firmo animo ferre, et esse fortem virum et constantem. De Amic. 63. Sunt igitur amici firmi, stabiles et constantes eligendi, cujus generis magna est penuria. 7. Att. 14. Attulit etiam a te literas hilariores, nec tamen firmas, ut soles. 11. Fam. 4. Progressus sum ad Transalpinos cum exercitu, non tam nomen captans imperatorium, quam cupiens militibus satisfacere, firmosque eos ad tuendas nostras res efficere. 4. de Fin. 52. Discedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferendum, quam venerat. 14.

Fam. 2. Sed quid est firmius quod speremus? Ver. 5. 74. Utrum tandem tibi ad defensionem firmius fore putasti? 8. Fam. 14. Quandiu sine armis certetur, honestiorem sequi partem; ubi ad castra, et bellum ventum sit, firmiorem, et id melius statuere, quod tutius sit. Pro Cornel. 61. Sunt forte in sententia firmiores. 1. de Nat. 82. Firmiores enim videas apud eos (*barbaros*) opiniones esse de bestiis quibusdam, quam apud nos de sanctissimis templis et simulachris deorum. 12. 4. De Bruto, quo propius est, eo firmiora videntur esse, quæ nunciantur. 2. Att. 25. Nos, ut opinio, et spes, et conjectura nostra fert, firmissima benevolentia hominum muniti sumus. 6. Fam. 5. Deinde spem quoque habeas firmissimam, propter eas causas, quas scripsi. 15. 4. Reperias, me exercitu imbecillo, contra metum maximi belli, firmissimum præsidium habuisse, æquitatem et continentiam. *Ibidem*. Ex infidelissimis firmissimos redderem, &c. 10. 9. Copias adduco et genere, et numero, et fidelitate firmissimas. 1. Tuscul. 30. Ut porro firmissimum hoc afferri videtur, cur deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio. 1. de Finib. 35. Quid ex eo consecutus est? laudem et caritatem, quæ sunt vitæ sine metu degendæ præsidia firmissima.

Syntaxis. *Firmum, stabile, conjunctum naturæ. Firmum et ratum. Firmum et perpetuum. Civitas firma et valens. Firmi duces, exercitus, argumenta ad probandum. Ratum, firmum, fixum. Tenere aliquid firmum. Satis firmo corpore esse, id est,* recte valere. *Antonius ab equitatu firmus. Firmo animo ferre aliquid. Firmissimum aliquid afferre in disputando.*

Firmum, *oppidum*. 8. Att. 18.

Firmanus. 4. Att. 8. Firmanus Gavius. 2. de Div. 98. Tarutius Firmanus.

Fiscina, næ, *canistrum*, ταλαρίσκος. Pro Fl. 41. Homini Phrygi, qui nunquam arborem fici viderat, fiscinam ficorum objecisti.

Fiscus, sci, *Asconius ait, fiscum esse sacculum ad majoris pecuniæ summam capiendam, et pecuniam publicam*, δημόσιον ταμιεῖον. Act. 1. Ver. 22. Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi a quodam Senatore ad equitem Romanum esse translatos. Ver. 3. 197. Nummos in cistam transferre ex fisco. *Ibid.* 183. Viator ac Venerius, qui fiscum sustulit.

Fissio, onis, διάσχισις. 2. de N. 159. Cum terræ subigerentur fissione glebarum.

Fissum, si, *fissio, rima, quod hiat*, σχισθέν. *Lege*, Findo. 1. de Div. 16. Quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio. *Ibid.* 118. Non placet Stoicis singulis jecorum fissis interesse deum. 3. de N. 14. et 2. de Div. 32. Fissum familiare.

Fistula, læ, *musicum instrumentum diversum a tibia*, σύριγξ. *Item ductus aquarum, quos tubos veteres etiam vocarunt*, φιάλς. *Lege*, Tubus. 3. de Orat. 223. Servus cum eburneola fistula, qui inflaret eum sonum, quo dominum suum excitaret. *Ibid.* 224. Gracchi fistula. Pro Rab. 31. C. Marius fistulas, quibus aqua suppeditabatur, Jovis Opt. Max. templis ac sedibus præcidi jusserat. 1. Att. 13. Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoritia fistula auferebamus.

Adjunc. *Eburneola, pastoritia.*

Fistulator, oris, αὐλητής. 3. de Orat. 226. Sed fistulatorem domi relinquetis: *id est, qui fistulam inflet.*

Fixus, a, um. Pro Sest. 128. Quis est Italiæ locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ? 1. de Div. 74. Arma quæ fixa in parietibus fuerant. 2. 67. Eaque scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inventa. Pro Sest. 13. Cujus ego nuper in Macedonia vidi vestigia, non impressa leviter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius provinciæ sempiternam. Pro R. P. 25. Quamobrem illud maneat ac fixum sit, quod neque moveri neque mutari potest. Pro Corn. 66. Postremo illud fixum in animis vestris tenetote, vos, &c. Pro Cluen. 126. Tamen non ita fixum esse deberet, ut convelli non liceret. 1. A. 17. An si cui quid ille promiserit, id erit fixum? Pro Mur. 62. Dixisti quippe, jam fixum et statutum est. 8. Att. 21. Et simul scito, labare meum consilium, quod jam satis fixum videbatur. 4. Aca. 27. Decretum non solum non esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debet. 5. Tusc. 40. Stabile et fixum bonum. 10. Fam. 35. Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt.

Affixus. I. P. 43. Ut tu uspiam saxis fixus asperis penderes.

Syntaxis. *Maneat, ac fixum sit. Fixum in animo suo tenere. Quod ponitis, id fixum esto. Jam fixum et statutum est. Decretum, stabile, fixum, et ratum. Fixa ad memoriam sempiternam monumenta.*

FL

Flabellum, li, *instrumentum, quo æstate ventum excitamus refrigerandi gratia*, ῥιπίς, ῥιπίδιον. Pro Fl. 54. Cujus lingua, quasi flabello seditionis, illa est egentium concio ventilata.

Syntaxis. *Flabello aerem ventilare.*

Flabilis, le, *spirabilis, aerius*, ῥιπιστός. 1. Tusc. 66. Nihil est in animis ne humidum quidem, aut flabile, aut igneum.

Flaccesco, scis, *languidus fio*, μαραίνομαι, ἐκλύω. De Clar. 93. Dein cum otiosus stylum prehenderat, motusque omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio.

Flacci, *qui aures habent magnas et langui-*

das, χαλαρός. 1. de N. 81. Sili, flacci, frontones, capitones.

Flaccus, ci. 8. Att. 3. L. Flaccus in Cinnæ dominatione ad Sullam confugit. Pro C. Rab. 2. L. Flaccum hominem cum semper in Rep., tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio cæremoniisque, quibus præerat, diligentissimum, sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus. I. P. 54. L. Flaccus Pisonis legatus. Pro Planc. 27. In eadem provincia (*Creta*) legatus fuit C. Sacerdos, qua virtute? qua constantia vir? L. Flaccus, qui homo? qui civis? Pro Quint. 28. Quintius, accepta insigni injuria, confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tum erat in provincia, quem, ut ipsius dignitas postulat, honoris gratia nomino. 1. de Leg. 42. L. Flaccus interrex noster tulit, ut dictator, quem vellet civium, indicta causa, impune posset occidere.

Flagellum, li, *virga, verber, μάστιξ*. Pro R. 16. Portia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit, hic misericors flagella retulit.

Flagitiose, ἀσελγῶς, μιαρῶς. 6. Att. 3. 1. de Orat. 227. et 1. ad Her. 8. Hortensius fuit cum gladiatoribus flagitiose ac turpiter. Pro Font. 24. Legationem flagitiose obire. Act. 1. Ver. 44. Patres conscriptos judicia male et flagitiose tueri. Div. 71. Habet enim nihil, quod in offensione deperdat, ut turpissime flagitiosissimeque discedat. 5. de Fin. 94. Nobis Heracleotes Dionysius flagitiose descivisse videtur a Stoicis propter dolorem oculorum. 1. de Orat. 227. P. Rutilius Rufus homo doctus, et Philosophiæ deditus, non modo parum commode, sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat. 7. Att. 15. Sumus enim flagitiose imparati cum a militibus, tum a pecunia. 3. de Fin. 38. Impure, et flagitiose vivere.

Flagitiosus, a, um, *flagitiis contaminatus, fœdus, turpis*, ἀσελγής, ὑβριστικός, πονηρός. 2. de Fin. 93. Vitiosa et flagitiosa vita. 1. Off. 128. Quæ turpia non sunt, verbis flagitiosa ducamus. Ad Brut. 7. Neque minus turpe, aut flagitiosum, &c. Ver. 2. 134. Flagitiosæ libidines. Pro S. R. 24. Flagitiosa possessio. Ver. 2. 192. Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimusque.

Flagitium, tii, *crimen cum turpitudine et dedecore conjunctum*, ἀσέλγεια, ὕβρις. De Sen. 40. Stupra vero, et adulteria, et omne tale flagitium voluptatis illecebris excitari. 16. Att. 7. Id erat meum factum, flagitii scilicet plenum, et dedecoris. Pro S. R. 50. Qui præesse agro colendo flagitium putes. 2. ad Her. 5. Illum ante occultasse sua flagitia, se planum facturum, ab eo maleficium non abesse. De Clar. 219. Tantamne fuisse oblivionem, inquit, in scripto, ut ne legens quidem unquam senserit, quantum flagitii commisisset? Pro S. R. 25. Multa scelera et flagitia fieri. 1. C. 13. Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus tuis unquam, quod flagitium a toto corpore unquam abfuit? Pro Clu. 128. Si a multis esset flagitium rei militaris admissum. Cont. C. Anton. Stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit. 3. Off. 86. Sed magnum dedecus et flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute, sed scelere superatum. 9. Fam. 22. Si quod sit in obscœnitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo, nihil esse tertium, &c. 4. Tusc. 69. O præclaram emendatricem vitæ poeticam! quæ amorem, flagitii et levitatis auctorem, in concilio deorum collocandum putet. 9. Fam. 22. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus: at cum bini, obscœnum est. 9. Att. 12. Spes quædam me obtentabat, fore ut aliquid conveniret potius, quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. 4. Tuscul. 70. In hoc flagitio versari ipsum videmus Jovem. *Ibid.* 74. Quasi vero ipse non propter libidinem tanta flagitia et faciat et dicat. Ver. 5. 26. Ita dici brevitas conviviis, noctis longitudo stupris et flagitiis conterebatur.

Nugæ, turpis error. 1. de Nat. 66. Ista enim flagitia Democriti.

Adjunct. *Alienum, domesticum, fraternum, inauditum, manifestum, turpe.*

Syntaxis. *Flagitiose ac turpiter esse cum aliquo. Vitiosa et flagitiosa vita. Turpe aut flagitiosum. Factum flagitii et dedecoris plenum. Scelus et flagitium facere, committere, admittere. Flagitiis se contaminare. In flagitio versari. Flagitia facere et dicere. In flagitiis diem conterere.*

Flagitans, tis. De Arusp. 46. Ecce, iisdem auctoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, Pop. Rom. desiderantem, flagitantes vos non auctoritate sua solum, sed etiam precibus ad meam salutem excitavit, restituti sumus.

Flagitatio, onis, *petitio*. Top. 5.

Flagito, as, *ardenter peto*, αἰτέω, ἐνοχλέω, λιπαρέω. Ver. 5. 70. Tamen in tanto conventu nemo erat, quin reliquos non desideraret solum, sed etiam posceret et flagitaret. 5. A. 30. Ut primum Senatus haberi potuit, semper flagitavi, ut convocaremur. 10. Fam. 16. Flagitare Senatus instituit Cornutum, ut &c. 5. A. 54. Facilius apparabitis ea, quæ tempus et necessitas flagitat. 4. Fam. 13. Quid acta tua vita, tua studia a te flagitent, tu videbis. 1. de Fin. 15. Et tamen a Philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. Pro Pl. 6. Dicendum est id, quod ille me flagitat, Laterensem, &c. 2. de Orat. 188. Hæc sunt illa, quæ me ludens Crassus modo flagitabat. Pro Dom. 14. Illi me frumentum flagitabant. 3. de Orat. 17. Etsi admonitum venimus te, non flagitatum. Pro Qu. 13. Tametsi causa postulat, tamen, quia postulat, non flagitat, præteribo. Pro Pl. 48. Insector, posco, atque adeo flagito crimen. 9. Fam. 8. Tamen ego expectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. *Ibid.*

Etsi munus flagitare, &c. Pro Font. 1. Insector ultro atque insto accusatori, judices, insector, inquam, et flagito testes. Pro Rab. 9. Illa altera pars consulis auxilium implorat et flagitat. Pro C. Corn. 1. Populus legem hanc Cornelii flagitabat. Ver. 5. 127. Sed unicum miser abs te filium optimum atque innocentissimum flagitat. 15. Fam. 18. Te abesse mea causa moleste fero, tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius. 7. A. 21. Arma, saga, bellum flagitaverunt. 1. Tusc. 34. Mercedem gloriæ flagitat ab iis, quorum patres affecerat gloria. 3. Fam. 11. Ego enim, a te cum tua promissa per literas flagitabam, ad urbem te otiosissimum esse arbitrabar. Postq. in Sen. 3. Nunquam meam salutem non ab iis consulibus, qui vendiderant, flagitavistis.

Flagitor, aris. 1. de Leg. 5. Postulatur a te jamdiu, vel flagitatur potius historia. Pro Sest. 25. Flagitabatur ab iis quotidie cum querelis bonorum omnium, tum etiam precibus Senatus, ut &c. L. P. 95. Damnatio ista, quæ in te flagitatur, obtigit P. Rutidio, &c. In Vat. 26. Ejusque sceleris in te ipsum quæstio flagitaretur. Pro Dom. 15. Commutatam esse annonam dicebant, quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cujus adventu fore vilitatem boni viri dictitabant, annona flagitabatur. *Ibid.* 16. Flagitabar bonorum expostulatione. 14. P. 30. Sed facile est bene agere cum iis, a quibus etiam tacentibus flagitari videmur.

Syntaxis. *Non desidero solum, sed posco et flagito. Ego hoc te flagito. Postulo, non flagito. Tempus et necessitas flagitat. Insector, posco, atque adeo flagito. Flagitare munus, testes, auxilium, legem, arma, bellum, &c. Flagitat tabellarius: id est,* urget discessurus.

Flagrans, tis. 7. Att. 4. Dionysium flagrantem desiderio tui mitto ad te. 3. de Orat. 8. Non vidit bello flagrantem Italiam, non ardentem invidia Senatum. De Arusp. 38. Flagrantes oculi sororis. 2. de Orat. 190. Neque facile est, ut oderit eum, quem tu velis, nisi te ipsum flagrantem odio ante viderit. De Fat. 3. Oratoria studia, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantissimum, acceperam. 4. Tuscul. 43. Flagrans cupiditas. 1. de Div. 69. Et noctu flagrantes onerarias, quas milites incenderant, videbatis. Pro Mur. 65. Cato recentibus præceptorum studiis flagrans. Pro M. Scau. Me flagrantem studio laudis in spem impulit.

Flagrantia, *ardor, διάκαυσις.* Pro Cœl. 49. Flagrantia oculorum.

Flagraturus, a, um. 7. Att. 10. Totam enim Italiam flagraturam bello intelligo.

Flagro, as, *conflagro, ardeo, κατακαίομαι, καίομαι, καταπίμπραμαι.* 1. de Orat. 134. Vos etiam nimis flagrare cupiditate video. Ver. 4. Flagrare cupiditate, et amentia. Pro Cl. 12. Mulier ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eam, &c. Pro Cœl. 12. Flagrabant vitia libidinis apud illum. 4. Att. 17. Consules flagrant infamia. 4. Tuscul. 71. Ibicus Rhegynus amore flagravit. Act. 1. Ver. 5. Cum invidia et infamia non recenti, sed vetere ac diuturna flagraret. 4. 71. Convivia, quæ stupris flagitiisque flagrabant. 1. de Orat. 14. Incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagraverunt. 5. Att. 11. Non dici potest, quam flagrem desiderio urbis.

Syntaxis. *Odio flagrare, studiis, desiderio, cupiditate, bello, amentia. Apud illum flagrant libidines. Ille libidine flagrat. Flagrare item infamia, amore, invidia. Convivium stupris flagrans.*

Flamen, inis, *flatus, spiritus, πνοὴ, πνεῦμα.* 2. de Nat. 112.

Quam summa ab regione Aquilonis flamina pulsant. In Arat.
Inferior paulo est aries, et flamen ad austri Inclinatior.—&c. Ibid.
. . . . *Flamina venti et spiritus austri.*

Antistes, ἀρχιερεύς. 2. de Leg. 20. Divis aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. Pro Dom. 38. Ita populus Rom. brevi tempore neque regem sacrorum, neque flamines, neque salios habebit. 2. A. 110. Habere flaminem. De Cla. 56. Cum M. Pompilius sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis. De Ar. 12. L. Lentulus flamen Martialis. *Ibidem.* Flamen Quirinalis. Pro Milon. 27. Eo die Miloni iter erat Lanuvium, ad flaminem prodendum, quod erat dictator Lanuvii Milo. 13. A. 48. Antonius Cæsaris flamen est. 2. 110. Est ergo flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Julio M. Antonius?

Flaminia, æ. 12. A. 22. Tres viæ sunt ad Mutinam: a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia.

Flaminia, orum, *flaminum sacra.* 13. Phil. 41. Cujus, homo ingratissime, flaminia cur reliquisti?

Flaminiana, *ostenta.* 2. de Div. 66.

Flaminius. 1. de Div. 77. Nonne C. Flaminius Consul iterum neglexit signa rerum futurarum magna cum clade Reip. *Ibid.* Tum Flaminius ex eo quæsivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. Cum ille quiescendum respondisset; Flaminius, Præclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur. De Senec. 14. T. Flaminius, et M. Attilius Coss. facti. *Ibidem.* 42. Invitus quidem feci, ut fortissimi viri T. Flaminii fratrem L. Flaminium e Senatu ejicerem septem annis postquam Consul fuisset. 5. A. 48. Recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flaminius admodum adolescentes Consules facti, tantas res gesserunt, ut Pop. Romani imperium auxerint, nomen ornarint. 2. de Inv. 52. C. Flaminius, is qui Consul Rempub. male gessit, bello Punico secundo, cum Tribunus pleb. esset, invito Senatu, et omnino contra voluntatem omnium optimatum, per seditionem ad populum le-

gem Agrariam tulit. De Clar. 77. Cum hoc Catone grandiores natu fuerunt C. Flaminius, C. Varro, &c. *Ibid.* 57. Dicitur etiam C. Flaminius, is, qui Tribunus plebis legem de agro Gallico, et Piceno viritim dividendo tulerit, qui Consul apud Trasimenum sit interfectus, ad populum valuisse dicendo. 2. de Nat. 8. C. Flaminium Cœlius, religione neglecta, cecidisse apud Thrasimenum scribit, cum magno reipublicæ vulnere. Pro Cluent. 147. C. Flaminius Prætor quæsivit inter sicarios, &c. Pro Dom. 136. T. Flaminius, Qu. Metellus Coss. I. P. 61. et pro Mur. 31. T. Flaminii triumphus de Philippo.

Flamma, æ, *mobilis et splendens ignis*, φλὸξ, πυρσός. 2. de Nat. 110.

Magnu' leo tremulam quatiens e corpore flammam.

2. de Orat. 222. Quidam dicere aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat. 13. A. 49. Prius undas flammamque, ut ait poeta nescio quis, &c. 3. de Orat. 11. Sulpitius autem, qui in eadem invidiæ flamma fuisset, &c.

Adjunc. *Fœdissima, perniciosissima, recens, pestifera et nefaria, tanta tamque inveterata, tremula, vehemens.*

Flammatus, a, um. 1. de Div. 17.

Principio æthereo flammatus Juppiter igni.

Flammeus, a, um, *igneus*, φλογώδης. 2. de Nat. 118. Sunt autem stellæ natura flammeæ.

Flammifer, a, um, *flammeus, ardens*, αἴθων. 4. Acad. 89. Abige a me flammiferam hanc vim, quæ me excruciat.

Flammula, æ, φλόγιον. *Ibid.* 80. Cum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas.

Flatus, us, *spiritus, flamen*, πνεῦμα, ἄημα, πνοή. 2. de Orat. 187. Et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do. In Arat.

Aram quam flatu permulcet spiritus austri. Ib.
Æstiferos validis erumpit flatibus ignes.

2. Off. 19. Cum prospero flatu Fortunæ utimur, ad optatos exitus provehimur.

Flavius. 6. Att. 1. Nec vero pauci sunt autores, Cn. Flavium scribam fastos protulisse. Pro Cluent. 153. C. Flavius Pusio, Cn. Titinius, C. Mæcenas, illa robora Pop. Rom. ceterique ejusmodi ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius. Pro Mur. 25. C. Flavius scriba fastos ediscendos populo proposuit. Ver. 5. 155. L. Flavius eques Rom. testis in Verrem. Pro Qu. R. Com. 32. Qu. Flavius Tarquinensis.

Flavus, a, um, *color fulvo clarior*, ξανθός. 4. Acad. 105. Flavum mare. *Epitheton non usurpandum, nisi flaccescat mare flumine flavo.*

Flebilis, le, θρηνητικός. Pro Pl. 101. O flebiles vigilias. 11. A. 7. Misera et flebilis species: *id est, fletu digna, miserabilis.*

Flebiliter, *miserabiliter*, ἐποδυρμῶς. 1. Tusc. 85. Nec flebiliter illa caveretur. 2. 49. Perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere. *Ibid.* 39. Flebiliter respondere.

Flectendus, a, um. 2. de Orat. 211. Oratio, quæ suscipitur ad commutandos animos, atque omni ratione flectendos.

Superandus. 2. de Div. 94. Qui navigant in flectendis promontoriis, ventorum mutationes maximas sæpe sentiunt.

Flecto, is, *inflecto, torqueo, detorqueo, contorqueo*, κάμπτω, γνάμπτω. 1. de L. 47. Qui teneros et rudes cum acceperunt, inficiunt, et flectunt, ut volunt. 1. de Leg. 29. Opinionum vanitas imbecillitatem animorum torquet, et flectit, quocunque cœpit. 1. de Div. 120. Omne animal membra, quo vult, flectit et contorquet. Pro Cæl. 13. Versare suam naturam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere. 5. Att. 9. Sed Leucatem flectere molestum videbatur. 3. C. 19. Flectere fata. 1. A. 35. Flectere aliquem oratione.

Adjicio, ἐπάγω. Pro Cor. 39. Gaditani ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt.

Excito, ὀξύνω. 16. Br. Flectere judicium suum adversus aliquem.

Vito, caveo, fugio, declino, ἐκκλίνω, ἀποφεύγω. 11. Att. 18. Ex Oppii sermone intellexi, quæ istorum via esset: sed ut eam flectas, te rogo. Pro Sull. 18. Quibus rebus ita flectebar animo atque frangebar, ut, &c.

Syntaxis. *Flectere aliquem, promontoria, viam. Animo flecti, et frangi. Adversus aliquem flectere judicium suum. Mentem suam ad alicujus dignitatem flectere. Commutare animos et omni ratione flectere. Membra flectere et contorquere, quo volumus. Versare suam naturam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere. Flectere fata.*

Fleo, fles, *fletum facio, lacrymo*, δακρύω, κλαίω. 1. de Orat. 245. Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegissent. Ver. 1. 76. Flebat uterque non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius.

Fletus, us, *ejulatus*, θρῆνος, οἰμωγή. Pro Planc. 76. Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas et fletum cum singultu videre potuisti. Ver. 4. 47. Fletus mulierum et lamentationes fieri solitas pro hisce rebus. 11. Att. 7. Non possum præ fletu diutius in hoc loco commorari. Pro S. R. 24. Ut tota urbe fletus gemitusque fieret. 1. de Orat. 228. Recordatione alicujus fletum populo movere. 1. Tusc. 30. Lugubris lamentatio fletusque mœrens. Pro Cl. 16. Quotidianæ querimoniæ, assiduus fletus.

Adjuncta. *Assiduus, fortior, mœrens, magnus, maximus, miserabilis, muliebris.*

Syntaxis. *Multæ lacrymæ ac fletus. Fletus et lamentatio fieri solita. Alicui movere*

fletum. Lugubris lamentatio, fletus mærens. Quotidianæ querimoniæ et assiduus fletus.

Flexanimus, a, um, *suadens, ψυχαγωγός.* 2. de Orat. 187. Illa quæ a bono poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum oratio. 1. de Div. 80.

Flexibilis, le, *tener, mollis, καμπτὸς, εὔτρεπτος.* 3. de Nat. 92. Materia omnium rerum flexibilis et commutabilis. Orat. 52. Oratio mollis, et tenera, et ita flexibilis, ut sequatur, quocunque torqueas. 3. de Orat. 174. Tenerum, flexibile, quod facile sequatur quocunque ducas. De Clar. 273. Nihil tam tenerum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ipsius arbitrio fingeretur. De Ami. 94. Assentatoris animus flexibilis ac devius. 10. Att. 13. Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem. 2. de Nat. 146. Vox flexibilis.)(*vox dura.*

Syntaxis. *Flexanima, et regina omnium oratio. Flexibilis et commutabilis materia. Mollis, tenera, flexibilis oratio, ut sequatur quocunque torqueas. Assentator flexibilis ac devius. Flexibilis ad bonitatem.*

Flexiloquus, a, um, *dubius, ambiguus, λοξίας.* 2. de Div. 115. Oracula flexiloqua et obscura.

Flexio, onis, *flexus, anfractus, conversio, κάμψις.* I. P. 53. Quos tu mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula flexionesque quæsisti? 1. de Leg. 39. Cervices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. Orat. 57. Cum alter alteri objicit vocis flexiones. *Ibid.* 59. Virilis laterum flexio. De Univ. 33. Flexiones deorum. *alias,* fusiones.

Adjunct. *Certa, et severa, mollior, et delicatior, virilis.*

Flexuosus, a, um, *tortuosus, καμπύλος.* 2. de Nat. 144. Auditus flexuosum iter habet.

Flexus, a, um, *inflexus, incurvus.* 5. de Fin. 35. Fracti flexique motus.

Flexus, us, *anfractus, στροφή.* 16. Att. 13. Pons Tiretius, in quo flexus est ad iter Arpinas. 1. de Nat. 144. Aures habent introitum cum multis flexibus. Pro Cæl. 75. In hoc quasi flexu ætatis. 1. de Orat. 1.

Syntaxis. *Mæandri, diverticula, flexiones. Viæ flexus ad iter, &c. Ætatis flexus.*

Flo, flas, *πνέω.* 7. Att. 2. Ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus auster et mitis.

Floccifacio, is, *contemno, nihil facio, ἀποβάλλομαι, καταφρονέω.* 4. Att. 14. Ex quo intellectum est, tres Areopagitas totam Rempubl. flocci non facere. 13. 48. Neque tamen floccifacio.

Floccifacteon. Att. 1. 16. Quare, ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis; et istos consulatus non floccifacteon. *Vox est Latina Græcorum more inflexa: alludit enim ad φιλοσοφητέον: quasi dicat, non debemus dignos existimare istos consulatus, in quibus assequendis tantum studii laborisque ponamus. L. Victorii castigat.*

Flora, æ, *dea.* Ver. 5. 36. Flora mater, &c.

Florens, tis, *integer, felix, ἀνθηρός.* Parad. 2. Qui te beatum, qui te florentem putas. 2. de Orat. 210. Invidetur enim præstanti florentique fortunæ. Pro Dom. 49. Cum tu florens ac potens per medium forum volitares. Pro S. R. 15. Roscius florens gratia atque hospitiis nobilissimorum hominum. Pro Qu. 93. Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare. Pro Planc. 86. Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram. 3. de Orat. 164. Modus autem nullus est florentior. Pro S. R. 50. Itaque ex minima tenuissimaque Rep. maximam et florentissimam nobis reliquerunt. 2. Fam. 13. Homo florens ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis. Pro Clu. 109. Qui omnes in judiciis publicis jam tum florente Rep. floruerunt. 11. Fam. 18. Florente Antonio. 1. de Div. 72. Florentissima castra. Incer. Optatissimum est, perpetuo fortunam quam florentissimam permanere.

Floreo, res, *vigeo, floresco, eniteo, emineo, excellens sum, ἀνθέω, ἀκμάζω, εὐτυχέω, κατορθόω.* 1. de Div. 16. Hæc arbor una ter floret: *id est, lentiscus.* 3. Off. 116. Cyrenaicis obsoletis floret Epicurus. Pro Planc. 64. Quæstura mea floruit. 1. Tusc. 4. Ergo in Græcia musici floruerunt. Ver. 5. 127. Hic in sua patria multis virtutibus, ac beneficiis floruit. 3. de Orat. 7. Crassus privatis beneficiis et ingenii laude floruit. De Clar. 28. Pericles floruit omni genere virtutis. 3. de Orat. 139. Cum Isocrates discipulorum nobilitate floreret. 1. Fam. 9. In sententiis Senatoriis, et in omni actione atque administratione reipublicæ floruissemus. 4. Acad. 16. Arcesilas floruit tum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi. *Ibid.* Et qui illum audiverant, admodum floruerunt. 1. de Orat. 1. Cum et honoribus et rerum gestarum gloria florerent. Pro Font. 31. Tum continuæ præturæ, quæ et cæteris ornamentis, et existimatione innocentiæ maxime floruerunt. 1. de Nat. 6. Doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit. Pro Q. 80. Tu qui inter illos florebas. 4. Fam. 3. Studia et artes, quibus a pueritia floruisti. 9. 14. Florere laudibus. Ad Brut. 3. Florere honoribus et gratia. Div. 69. Jure tum florebat pop. Rom. nomen. 4. Acad. 1. Florere in foro. Pro Flac. 25. Quod maxime florere in generis sui gloria viderat, prætor adamavit. Pro Sest. 131. Accessus meus ad urbem incredibili hominum gratulatione florebat. Pro Cæl. 59. Qu. Metellus cum in Repub. floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, ereptus est universæ civitati. 9. A. 4. Ea familia postea viris fortissimis floruit.

Floresco, is, *floreo, θάλλω.* De Clar. 303. Hortensio florescente, Crassus est mortuus. 3. de Orat. 11. Sulpitio ad summam gloriam eloquentiæ florescenti ferro vita erepta est. Pro Cæl. 79. Hic nunc florescens firmata

jam stirpe virtutis. 2. de Divinat. 33. Puleium aridum florescere dicitur ipso brumali die.

SYNTAXIS. *Beatus ac florens. Præstans et florens fortuna. Florens et potens. Gratia et hospitiis principum virorum florens. Florens et integer. Florere inter primos, in gloria. Accessus ejus gratulatione omnium floruit. Florescens homo, et ad gloriam florescens. Florere in judiciis, Floret Epicurus. In Græcia floruerunt Musici. Florere virtutibus, laudibus, familiaritatibus honorum, honoribus, nobilitate discipulorum. Florere in omni actione et administratione reipub.*

Floridus, a, um, *ἀνθηρὸς, εὐανθής*. 3. Tusc. 43. Hydrauli hortabere ut audiat voces potius quam Platonis? expones, quæ spectet florida et varia? De Clar. 284. At est floridior, ut ita dicam, quam Hyperides.

Flos, oris, *lux, decus, honor, ornamentum, ἄνθος, ἄωτον*. De Sen. 54. Florum omnium varietas. *Ib.* 59. Suavitates odorum, qui afflantur e floribus. Ver. 4. 107. Lectissimi flores omni tempore anni. De Clar. 298. Flos et color pigmentorum. 2. A. 3. Gratia non virtutis specie, sed ætatis flore collecta. *Ib.* 37. Omnis præterea flos nobilitatis et juventutis. De Clar. 59. Virum excellentem præclari tum illi homines florem populi dixerunt. De Clar. 58. Flos delibatus populi. Orat. 34. Versarisque in optimorum civium vel flore vel robore. Pro Pla. Flos equitum Romanorum. Pro Flac. 61. Aspiciant hunc florem legatorum et laudatorum Flacci, ex vera et integra Græcia. 13. A. 13. Flos Italiæ, firmamentum imperii nostri, ornamentum dignitatis. Parad. 1. Flos orationis. Pro Qu. Ligar. 32. Possum tibi totum agrum Sabinum, florem Italiæ, proponere.

Flosculus, li, *ἀνθύλιον*. 2. Off. 43. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt. Pro Sest. 119. Non sum tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, et omnes undique flosculos carpam.

SYNTAXIS. *Odorum suavitas e floribus afflatur. Flos et color pigmenti. Vir excellens, populi flos. Gratia ætatis flore collecta.*

Fluctifer. Incer. Tunc se fluctifero tradit mandatque patrono.

Fluctigerus, a, um, *qui fluctu geritur*.

Fluctuans, tis. De Un. 7. Non quietum et tranquillum, sed immoderate agitatum et fluctuans. Orat. 107. Quid tam commune, quam mare fluctuantibus? littus ejectis? Ver. 5. 91. Cleomenes navem in salo fluctuantem reliquerat. 1. Att. 17. Fluctuans sententia.

Fluctuo, as, *fluctibus jactor, vacillo, fluito, κυμαίνω, ταράττομαι*. 2. 8. Tota res etiam nunc fluctuat. 4. Acad. 29. Non debere eos in suo decreto, sicut in cæteris rebus, fluctuare. 4. ad Her. 17. Id genus orationis, quod appellamus fluctuans et dissolutum, eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc, &c.

SYNTAIXS. *Fluctuantibus mare commune. In salo navis fluctuans. Oratio, sententia fluctuans. Fluctuans et dissolutum dicendi genus.*

Fluctus, us, *unda, procella, κῦμα, ῥεῖθρον, δεῖμα*. Pro Flac. 63. Massilia, quæ Barbariæ fluctibus alluitur. Orat. 107. Ita jactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. 9. Fam. 16. Fortunam tanquam fluctum a saxo frangi oportere. 5. Att. 12. Nihil est, quod minus fluctum ferre possit. 5. De Fin. 5. Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere. 2. de Inv. 154. Sedatis fluctibus, et tempestate jam commutata. Pro Mur. 35. Motus et agitatio fluctuum. Pro Mil. 5. Et quidem cæteras tempestates et procellas in illis duntaxat concionum fluctibus semper putavi Miloni esse subeundas. De Arusp. 48. Idem posteaquam respirare vos a metu cædis, emergere auctoritatem vestram a fluctibus illis servitutis, reviviscere memoriam ac desiderium mei vidit. Ver. 4. 118. Fons, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. 1. de Orat. 3. Et hoc tempus omne post consulatum objecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi in nosmetipsos redundarunt. 3. de Leg. 36. Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius ejus Marius in Ægæo excitavit mari. 1. Att. 15. Nunc vides, quibus fluctibus jactemur. 3. de Nat. 51. Nostri quidem duces mare ingredientes immolare hostiam fluctibus consueverunt. 8. Att. 3. Qui autem locus erit nobis tutus, ut jam placatis utamur fluctibus, antequam ad illum venerimus?

SYNTAXIS. *Fluctum ferre, frangere. Sedatis fluctibus, et commutata tempestate. Fluctibus allui, jactari. A fluctibus emergere. Fluctu operiri. Fluctus excitare.*

Fluito, as, *fluctuo, κυματίζομαι*. Pro Sest. 46. Hæc Reipub. navis ereptis Senatui gubernaculis fluitans in alto tempestatibus seditionum, &c.

Flumen, inis, *fluvius, amnis, profluens, ποταμὸς, ῥεῖθρον*. 2. de Invent. 97. Ut qui trans flumen essent, videre possent. 1. de D. 78. Flumina in contrarias partes fluxerunt, atque in amnes mare influxit. De Arusp. 59. Navis in flumine publico vulgata omnibus. 2. de Inv. 124. In Eurotæ fluminis magnitudine. 2. de Orat. 62. Flumen orationis et veritas. *Ib.* 188. Flumen gravissimorum et optimorum verborum. 4. Acad. 119. Veniet flumen orationis aureum fundens Aristoteles, qui illum desipere dicat. 2. de Leg. 6. Fibrenus præcipitat in Lirem, eumque multo gelidiorem facit: nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi. 2. de Nat. 1. Neque enim flumine conturbor inanium verborum, nec subtilitate sententiarum. *Ib.* 20. Nam ut profluens amnis aut vix, aut nullo modo, conclusa autem aqua, facile corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur; angustia autem conclusæ orationis non

facile se ipsa tutatur. *Ib.* 152. Nos flumina arcemus, dirigimus, avertimus. Pro Mar. 4. Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia, quæ, non dicam exornare, sed ne enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. Orat. 53. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. 2. de Orat. 188. Tantum est flumen gravissimorum, optimorumque verborum, tam integræ sententiæ, tam veræ, tam novæ, tam sine pigmentis, fucoque puerili, ut mihi non solum tu incendere judicem, sed ipse ardere videaris. 5. Tusc. 74. Ut si quis æstuans, cum vim caloris non facile patiatur, recordari velit, se aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminibus circumfusum fuisse.

Flumentana, *porta*. 7. Att. 3.

Adjunc. *Aureum, illustre, frigidius, magnum, gelidum, maximum, propinquum, publicum, universum.*

Fluo, is, *labor, mano, defluo*, ῥέω, πηδάω, ἐρεύω. 1. de Div. 78. Flumina in contrarias partes fluxerunt, et in amnes mare influxit. 2. de Inv. 96. Fluvius Eurotas, qui propter Lacedæmonem fluit. 1. de Div. 98. Quid, quod fluvius atratus sanguine fluxit? 1. de N. 39. Quæ natura fluunt atque manant, ut aqua. 2. de Fin. 106. Fluit igitur voluptas corporis: i. *labitur et præterit*. Orat. 10. Cætera fluere, labi, &c. 12. A. 8. Excident gladii, fluent arma de manibus. 4. Tusc. 2. Pythagoræ autem disciplina, cum longe lateque flueret, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem. 2. de Nat. 51. Multa a luna manant et fluunt. De Cl. 20. A Cotta et Sulpicio hæc omnis fluxit oratio. 3. de Nat. 48. Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt. 1. 6. Multum sermonem de libris nostris fluxisse video. 2. de Finib. 34. Atque ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum et malorum. 1. Off. 90. In rebus prosperis, et ad voluntatem nostram fluentibus. 2. de Orat. 266. Gallus pictus, ejecta lingua, buccis fluentibus. I. P. 25. Buccæ fluentes. Pro Mar. 24. Omnia, quæ delapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. De Clar. 273. Oratio ita libere fluebat, ut nusquam adhæresceret. Orat. 66. Tracta quædam et fluens oratio. 3. de Orat. 188. Ne fluat, ne vagetur oratio. De Senec. 31. Ex Nestoris lingua melle dulcior fluebat oratio.

Corrumpor, συντήκομαι. 2. Tusc. 52. Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollitia.

Respicio. 9. Att. 12. Videamus illius consilia, quorsum fluant.

Adverb. *Æqualiter, incitatius* .)(. *tardius, libere, licenter, longe lateque, longius.*

Syntaxis. *Fluunt sanguine flumina. Fluunt arma de manibus. Fluunt dies. Fluens oratio, disciplina. Buccæ fluentes. Res ad voluntatem fluentes.*

Fluviatilis, le, ποτάμιος. De Nat. 2. 124. Bestiæ aquatiles, ut fluviatiles testudines.

Fluvius, vii, *flumen, amnis, profluens*, ποταμός. 1. Tusc. 94. Apud Hipanim fluvium, qui ab Europæ parte influit in Pontum. 1. de Div. 98. Quid, quod fluvius atratus sanguine fluxit? 2. de Inv. 96. Fluvius Eurotas is, qui propter Lacedæmonem fluit. 2. de Nat. 6. Fluvius Sagra.

Adjunc. *Atratus, magnus, et jucundus.*

Fluxio, onis, *cursus*, ῥύσις, ῥεῦμα. 1. de Div. 111. Ut aquarum fluxiones.

Fluxus, a, um, *incertus, inconstans*, ῥευστός. Ad Brut. 10. Nonnulla in Hirtio hujus belli fortuna, ut in secundis, fluxa, ut in adversis, bona. 4. Att. 2. Res nostræ, ut in secundis, fluxæ: ut in adversis, bonæ.

FO

Foculus, li, ἐσχάριον. Pro Dom. 124. C. Attinius bona Qu. Metelli consecravit, foculo posito in rostris, adhibitoque tibicine.

Focus, ci, *lar, locus ubi ignis fovetur*, ἐσχάρα, ἑστία. De Senec. 55. Curius ad focum sedens, &c. 2. de Nat. 67. Vesta a Græcis ἑστία dicitur, cujus vis ad aras et focos pertinet. Ignis foci publici sempiternus. *Lege*, Vestalis. 2. de Div. 66. In Solonio apud focum angues nundinari solent. Pro D. 106. Uniuscujusque nostrum sedes, aras, focos, deos penates subjectos esse libidini tribunitiæ. Pro S. R. 23. Ejicere aliquem domo nudum, atque focis patriis diisque penatibus præcipitem exturbare. 3. de Nat. 95. Pro aris et focis pugnare. 7. Att. 11. Aræ, et foci.

Adjuncta. *Foci abditi, et penetrales, patrii, privati, publici.*

Fodicans, tis. 3. Tusc. 35. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus his rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio.

Fodio, is, *perfodio, effodio*, ὀρύττω, ἐξορύττω, σκάπτω. 2. de Orat. 174. Quibus cognitis ille sibi ipsi foderet, et aurum defossum inveniret. 2. de Div. 134. Respondit conjector thesaurum defossum esse sub lecto: fodit, invenit auri aliquantum. 1. de Fin. 3. Fodere, aut arare. 2. Tusc. 33. Pungit dolor. Vel fodiat sane. 2. A. 86. Num exspectas, dum te stimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

Syntaxis. *Pungit ac fodit dolor. Stimulis aliquem fodere.*

Fœcunditas, tis, *ubertas, fertilitas*, εὐκαρπία. 2. de Nat. 152. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. *Ibid.* 13. Cœli temperatio, fœcunditas terrarum. 1. de Div. 94. Agri uberrimi maximeque fertiles, in quibus multa propter fœcunditatem fingi gignique possunt. 2. A. 58. O miseræ mulieris fœcunditatem calamitosam? 2. de Orat. 88. Volo enim se efferat in adolescente fœcunditas.

Fœcundus, a, um, *ferax, uber, fertilis*, εὔκαρπος, πολυφόρος. 2. de Nat. 160. Sue nihil genuit natura fœcundius. De Senect. 54. Fossionibus fit terra fœcundior. De Auusp.

42. Quæstum illum maxime fecundum atque uberem, totum ad se redegit. 1. de Div. 22. Fœcundum pectus. Orat. 15. Periclem ab Anaxagora uberem et fœcundum fuisse.

SYNTAXIS. *Aquarum inductionibus fœcunditatem terris dare. Fœcundus et uber ager. Pectus, orator, homo fœcundus.*

Fœdatus, a, um. De Ar. 32. A Sext. Serano sanctissima sacella omni turpitudine esse fœdata scimus.

Fœdissime, *turpissime, αἰσχρῶς.* 9. Att. 6. Causa agetur fœdissime.

Fœderatus, a, um, *fœdere et amicitia conjunctus, σύμμαχος, ἔνσπονδος.* 1. de Orat. 182. Si quis apud nos servisset ex populo fœderato, seseque liberasset. Pro Cor. 20. Populi fœderati. Ver. 3. 13. Fœderatæ civitates duæ sunt, Mamertina et Tauronimitana. 4. 26. Fœderatus atque pacatus.

Fœdifragus, a, um, *qui fœdus frangit, impius, ἄσπονδος.* 1. Off. 38. Pœni fœdifragi.

Fœditas, tis, *turpitudo, macula, αἰσχρότης.* 3. Off. 105. Depravatio et fœditas turpificati animi. 2. de Nat. 127. Odoris fœditas intolerabilis. 12. A. 12. Cujus scelere in hac vestitus fœditate sumus. 3. de Fin. 38. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo deterreat.

Fœdo, as, *maculo, καταισχύνω, μιαίνω.* I. P. 53. Romam vero ipsam fœdavit adventus tuus. De Ar. 49. Qui togatum domestici belli extinctorem nefario scelere fœdavit.

Fœdus, a, um, *turpis, flagitiosus, αἰσχρὸς, μιαρός.* 1. Off. 123. Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. De Arusp. 51. An ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando fuit? 3. Q. Fr. 9. Exitum judicii fœdum et perniciosum levissime tuli. 8. At. 11. Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. 7. Att. 25. Bellum fœdissimum futurum puto. I. P. 31. Immanissimum ac fœdissimum monstrum. 15. At. 20. Genus mortis fœdum.

SYNTAXIS. *Depravatio et fœditas turpifica animi. Turpitudinis fœditas. In vestitus fœditate esse. Turpitudine fœdare templa. Fœdus, et inquinatus in accusando bonos. Nihil miserius, perditius, fœdius.*

Fœdus, eris, *pactio, fides, amicitia regum et populorum, lege et religione sancita, συμμαχία, σπονδὴ, συνθήκη, διαλλαγή.* 2. de Invent. 91. In eo fœdere, quod factum est quondam cum Samnitibus. *et ibid. de modo feriendi fœderis.* Pro Sest. 24. Facere fœdus cum aliquo. 2. de Fin. 83. Facere fœdus inter se. Pro Cornel. 34. L. Martius cum Gaditanis fœdus icisse dicitur. I. P. 28. Tu scilicet homo religiosus, fœdus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere voluisti. Pro Sest. 24. Id enim fœdus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant. Postq. ad Qu. 13. Cum provinciarum pactiones, cum omnia cum omnibus fœdera sanguine meo sancirentur. Pro S. R. 6. Ferire fœdus cum aliquo. Pro Cor. 13. Fœdera negligere, violare, rumpere. Pro D. 66. Gabinius postea fregit fœdus, Piso tamen in fide mansit. Pro Dom. 129. Fœdera feriebantur provinciarum. 2. A. 89. Nulla societas optimis civibus cum importunissimo hoste fœdere ullo confirmari potest. 3. Off. 111. Fœdera, quibus cum hoste devincitur fides. Pro Cor. 10. Contra fœdus facere. 13. A. 4. O ratum religiosumque fœdus, quod cum his fecerimus. 2. de Leg. 16. Cum intelligat, quantæ salutis sint fœderum religiones. Ver. 5. 48. In publicis religionibus fœderum. Pro Sest. 33. Pacto jam fœdere provinciarum. Pro Cæc. 51. Quod fœdus, aut pactio, &c. Ver. 3. 13. Quinque civitates sine fœdere immunes ac liberæ. 1. cont. Rull. 10. Excipis in vendendis agris eos agros, de quibus cautum sit fœdere. Pro Arch. 6. Heraclea, quæ est civitas æquissimo jure et fœdere.

ADJUNCT. *Æquissimum, firmum, et ratum, incredibile, honestum* .)(. *turpissimum, nefarium, parvum, pium, justumque, ratum, religiosumque, sacrosanctum, sanctissimum, ditissimum, singulare.*

SYNTAXIS. *Facere fœdus cum aliquo, et inter se. Icere, sancire, ferire, negligere, violare, rumpere, frangere, confirmare fœdus. Ratum, religiosumque fœdus. Fœdus pactum. Fœdus et pactio. Fœdere de hac re cautum est. Fœdus icere sanguine alicujus, aut sancire. Fœderibus cum hoste devincitur fides. Publicæ fœderum religiones.*

Fœmina, æ, *mulier, γυνὴ, θῆλυς.* 1. de N. 96. Et deos mares et fœminas esse dicitis. 2. 128. Aliæ bestiæ mares, aliæ fœminæ sunt. 2. de D. 62. Emissio fœminæ anguis. 2. de Leg. 57. Et porco fœmina piaculum pati. 2. de N. 128. Et in mari et in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. 1. Tusc. 27. Mors in claris viris et fœminis dux in cœlum solet esse. 1. de Div. 52. Socrates dixit, se vidisse in somnis pulchritudine eximia fœminam, quæ, &c. 3. A. 16. Tuæ conjugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certe, Bombalio quidam pater fuit. 5. Fam. 8. Præstantissima omnium fœminarum uxor tua *Ib.* 11. Quod mihi fœminam primariam Pompeiam uxorem tuam commendas, locutus sum cum Sura. Br. 18. Rogatus sum a prudentissima et diligentissima fœmina matre tua, ut, &c. 3. A. 16. Hæc sanctissima fœmina, atque optima. Pro Cæc. 10. Probatissima fœmina. 2. de Leg. 29. Ut sentiant mulieres in natura fœminarum omnium Deum castitatem pati. Incer. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habent.

ADJUNCT. *Bona, locuples, castissima, clara, gravissima, atque optima, lectior, lectissima, miserrima, nobilissima, optima, et amantissima, præstantissima, primaria, probatissima, prudentissima, et diligentissima, prudentissima, lectissimaque, pudica, religiosa, pudicissima, sanctissima, atque optima, spectatissima.*

Fœmineus, a, um. 3. ad Her. 27. Fœmineus plangor.

Fœneratio, onis, *fœnoris exercitatio, pecuniæ nundinatio*, δανεισμὸς, τοκισμός. Pro Fl. 56. Pecunia ab honoribus translata in quæstum et fœnerationem. 2. de Fin. 117. Nec enim si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed fœneratio. Ver. 2. 170. Ea autem fœneratio erat hujusmodi. 3. 170. Fœneratio pecuniæ publicæ.

Syntaxis. *In quæstum et fœnerationem ab honoribus pecuniam transferre.*

Fœnerandus, a, um. Parad. 6. Dimissiones libertorum ad fœnerandas et diripiendas provincias.

Fœnerator, oris, *qui fœnus exercet*, δανειστὴς, τοκιστής. 1. Off. 153. Primum improbantur hi quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum et fœneratorum. 6. Att. 1. Idque etiam acerbissimis fœneratoribus probaretur. 5. Fa. 6. Nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione fœneratores exemerit.

Fœneror, aris, *fœnori do*, δανείζομαι. 4. D. 170. Idem pecunias istius suo nomine fœnerabatur. 8. Off. 88. Cum ille, qui quæsierat, dixisset, Quid fœnerari? tum Cato, Quid hominem, inquit, occidere? De Am. 30. Liberales sumus, non ut gratiam exigamus; neque enim beneficium fœneramur: sed, &c.

Fœneus, *simulacra effigiesque hominum ex fœno fieri solebant, quibus objectis ad spectaculum præbendum tauri irritarentur*, καρφικός. Pro C. Cornel. 1. Prospectat videlicet Cominius, quid agatur; videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos. *Ascon. Ped.*

Fœnicularium, rii. 12. Att. 9. Scribe, utrum Cæsar in fœnicularium, an in Martium campum cogitet.

Fœnum, ni, κάρφη, χόρτος. 2. de Orat. 233. Crassum cum Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere.

Fœnus, oris, *usura*, τόκος, δάνειον. Ver. 2. 170. Idem pecuniam illis fœnori dabat. 5. Att. 21. Senatusconsultum factum est, ut centesimæ perpetuo fœnore ducerentur, renovato in singulos annos fœnore. 6. 3. Scaptius centesimis revocato in singulos annos fœnore contentus non fuit. 4. 15. Fœnus ex triente Id. Quint. factum erat bessibus. 6. 1. Itaque et Græci solvunt tolerabili fœnore, et publicanis res est gratissima. 16. 14. Non modo magno, sed etiam iniquissimo fœnore versuram facere coactus est. Pro Flacc. 51. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupavisti. *Ibidem.* Gravi fœnore. Ver. 3. 169. Accipere fœnus ab aliquo. Pro Cæc. 42. Fœnore trucidari.

Adjunct. *Grande, grave, iniquissimum, magnum, minus.* X. *majus, perpetuum, tolerabile.*

Syntaxis. *Pecuniam fœnori dare. Ducere centesimas perpetuo fœnore. Renovare fœnus, ab aliquo accipere. Fœnus ex triente. Grandi fœnore pecuniam occupare.*

Fœtidus, a, um, *putidus*, ὀζώδης. I. P. 13. Os fœtidum.

Fœtor, oris, *putidus, et malus odor*, δυσωδία. I. P. 22. Hic autem jacebat in suo Græcorum fœtore et vino.

Fœtus, a, um, *gravidus*, ἐγκύμων. 2. de Nat. 156. Terra fœta frugibus, et vario leguminum genere.

Fœtus, us, *partus, fructus*, γόνος, γέννημα. *Ibid.* 128. Quæ multiplices fœtus procreant, his mammarum data est multitudo. 1. de Div. 35. Fœtus extitit in sterilitate naturæ. 2. de Nat. 129. Ova piscium facile aqua et sustinentur, et fœtum fundunt. 5. Tusc. 68. Ex quo triplex ille animi fœtus existit. 3. de Fin. 62. Bestiarum in fœtu et educatione laborem cum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. De Cl. 182. Nec ulla ætate uberior Oratorum fœtus fuit. 1. de Leg. 25. Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur. Brut. 16. Sic omnis fœtus repressus, exustusque flos veteris ubertatis. 2. de Orat. 131. Ager non semel aratus, sed novatus et iteratus, quo meliores fœtus et grandiores possit edere. Oecon. 1. Ovium cæterarumque pecudum fœtus atque fructus clauso custodienda erant.

Adjunct. *Major, multiplex, uberior, et grandior.*

Fœtura, æ, γονή. 2. de L. 20. Ubertatem lactis, fœturæque servanto.

Syntaxis. *Fœtum procreare, fundere. Oratorum fœtus, copia. Fœtus repressus. Edit meliores et grandiores fœtus ager aratus, novatus, iteratus.*

Folium, lii, φύλλον, πέταλον. 3. de Or. 177. In arboribus truncus, rami, folia. 8. Att. 23. Nec me Coss. movent, qui pluma aut folio facilius moventur. 2. de Div. 63.

Qui platani in ramo foliorum tegmine septos
Corripuit pullos.——

In Ar. Arbusta ornata tegmine foliorum. I. P. 97. Arida folia.

Folliculus, li, *parvus saccus, quo caput obvolvebatur parricidarum.* 2. de Inv. 149. Os autem obvolutum est folliculo. 1. ad Her. 23. Ei folliculo lupino os obvolutum est.

Follis, lis, *instrumentum ad ignem excitandum*, θύλαξ. 1. de N. 54. Formæ, quas vos effici posse sine follibus et incudibus non putatis.

Fomentum, ti, *quasi remedium et delinitio*, θαλπτήριον. 2. Tusc. 59. Hæc sunc solatia, hæc fomenta summorum dolorum. 2. de Finib. 95. Dolor fortitudinis fomentis mitigari solet.

Fons, tis, *principium, origo, caput*, πηγὴ, πίδαξ, κρήνη. Ver. 4. 118. Syracusis est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium. 2. de Orat. 117. Tardi ingenii est rivulos consectari, fontes rerum non videre. 3. Qu. Fr. 1. Ipsi fontes jam sitiunt. 1. Ac. 7. Ut ea e fontibus potius hauriant, quam rivulos consectentur. 3. de Nat. 48. Hæc enim omnia ex eodem fonte fluxerunt. Top. 33. Ri-

verum a fonte deductio. Pro Mur. 9. Cum tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros etiam amicis clausos esse. 1. de Orat. 203. Equidem fontes, unde hauriretis, atque etiam itinera ipsa putavi esse demonstranda. Ad Brut. 10. Nec sceleratissimorum consiliorum fontes haurire dubitavi. 1. de Orat. 42. Jam ab illo fonte et capite Socrate. 2. Si quis legum fontes et capita viderit. 1. Tuscul. 7. Multo studiosius Philosophiæ fontes aperiemus. 1. de Orat. 94. Omnes omnium rerum fontes animo ac memoria continere. Hortens. Disputatio uberrimos fontes virtutis et scientiæ continet.

Adjunct. *Dulcis, plenissimus, perennis, recens, reconditus, abditusque, sanctus, augustusque, vetus.*

Syntaxis. *Consiliorum fontes. Legum fontes et capita. Aperire fontes. Animo rerum fontes continere. Ipsi fontes sitiunt. E fontibus haurire. Ex eodem fonte fluere. Rivos a fonte deducere. Fontes haurire. Rerum fontes animo ac memoria continere.*

Fonteianus. De Arusp. respon. 57. Fonteianum nomen.

Foramen, inis, τρύπα, τρώγλη, πόρος. 1. Tusc. 47. Quanquam foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est: *id est, viæ quædam, et quasi fenestræ sensuum.*

Foras, *extra*, ἔξω. Pro Cælio. 57. Domus, in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit. 2. C. 2. Quod tantam pestem evomuerit, forasque projecerit. 13. Att. 22. Sed ea scripta timui foras dari. De Som. 21. Si jam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras.

Fore, *futurum esse*, ἔσεσθαι. Pro Mil. 79. In his singulis ita semper existimabitis, vivo P. Clodio, nihil horum vos visuros fore. 7. Att. 25. Sin erit bellum, ut video fore, partes meæ non desiderabuntur. *Ibid.* Dionysio, dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse. 16. 18. Nunquam putavi fore, ut supplex ad te venirem. 6. 3. Spero nihil fore aliter ac deceat. 11. 11. Præsertim cum ne spes quidem ulla ostendatur, fore melius. 8. Fa. 28. Ne spes quidem, melius aliquando fore, relinquitur. Pro Sulla. 65. Cæcilius agrariæ legi intercessorem fore professus est. 5. Fa. 4. Omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo. 7. 8. Scripsit ad me Cæsar, nondum te sibi satis esse familiarem, sed certe fore. 13. 22. Qui etsi suis literis valde confideret, tamen existimavit, mea commendatione aliquid accessionis fore. 3. de Orat. 227. Tu fore dicis, ego vero esse jam judico. 1. Fam. 5. Quæque mihi videntur fore. 2. Att. 1. Pomponia nunciari jussit, te mense Quintili Romæ fore. Ad Br. Is ad Cal. Septemb. Athenis non videtur fore. Qu. Fr. 3. 8. Hircius auctor fore videtur. 10. Att. 1. Puto fore, ut attrahatis. Frag. ep. Quod videret nomine pacis bellum involutum fore.

Forem, *essem*. 7. Att. 20. Mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apulia. De Fat. 34. Hoc modo viator bene vestitus, causa foret, cur a grassatore spoliaretur. 2. de Fin. 63. Et quærebas, quis aut hoc miserior, aut superiore illo beatior foret.

Adverb. *Aliquando, celeriter, certo, diutius, diuturne, melius, tutius, alicubi, melius aliquando, nunquam, plane, præsto, recte, tutissime.*

Forensis, se, *judicialis, publicus*, ἀγοραῖος, δικανικός. Par. 1. Cato locos graves ex Philosophia tractabat, abhorrentes ab hoc usu forensi et publico. De Cl. 286. Thucydides hoc forense, concertatorium, judiciale non tractavit genus. Orator. 170. Oratio judicialis et forensis. Pro Mar. Cœl. 7. Meus hic forensis labor. Orat. 208. Remotum a judiciis forensique certamine. De Clar. 271. Dictio forensis. Pro Planc. 29. Species forensis.

Extraneus. 5. Fam. 8. Publica, privata, forensia, domestica negotia. 1. Oecon. Exercitatio forensis et extranea.

Fores, *januæ, ostium, aditus*, θύραι, θυρίδες. Ver. 1. 66. Servis suis imperat Rubrius, ut januam clauderent, et ipsi ad fores assisterent. 5. Tusc. 80. Extra fores limenque carceris. 2. de Nat. 67. Fores in liminibus profanarum ædium januæ nominantur. 5. Tusc. 58. Cum fores cubiculi clauserat. 3. Off. 38. Equus æneus, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, &c. Pro Cæl. 38. Fores effregit? restituentur. De suis consil. Cum adolescentes mulieris pudicæ fores frangerent.

Fori, orum, *navium tabulata, a puppi ad proram per mediam navim.* De Senect. 17. Cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii, &c.

Foris, *extrinsecus, in luce atque oculis civium*, ἔξω. 2. de Or. 163. Argumenta aut ex sua sumi vi atque natura, aut assumi foris. *Ibid.* Extrinsecus autem, cum ea, quæ sunt foris, neque inhærent in rei natura, colliguntur. 1. Off. 76. Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi. Pro Sull. 17. Ille relictus intus, expectatus foris. 3. Qu. Fr. 1. Cicero tuus ad nos venit, cum Pomponia foris cœnaret. 7. Fam. 16. Ego si foris cœnitarem, &c. 3. de Fin. 24. Ut in ipsa arte insit, non foris petatur extremum. Ver. 3. 210. Non quæram foris. Part. 48. Sed foris ad se delata, *id est, de foris, ut fiunt.* 2. de Inv. 71. Aliquo foris adjuncto argumento. Oecon. 1. Foris et in aperto victum quærentibus.

Syntaxis. *Consilium domi, arma foris. Cœnare foris. Petere foris usum. Foris delatæ merces.*

Forma, æ, *species, figura, notio, character*, μορφή, σχῆμα, εἶδος, τύπος. 1. de Nat. 26. Quasi aer sine ulla forma esse possit, cum præsertim Deum pulcherrima specie esse deceat. Pro Cæl. 6. Adolescens, in quo forma et species sit liberalis. 2. con. Rull.

32. Formam adhuc habetis et speciem ipsam tyrannorum, insignia videtis potestatis. 5. de Fin. 35. Corporis nostri partes, totaque figura, et forma et statura, quam apta ad naturam sit, apparet. 1. de Natu. 48. Omnium animantium formam vincit hominum figura. *Ibid.* 47. Forma et species deorum. 1. Off. 14. Formam quidem ipsam, et tanquam faciem honesti vides. Pro Cluent. 199. Ea sibi præter formam nihil ad similitudinem hominis reservavit. 5. de Fin. 69. Gloria, quæ habet formam honestatis et similitudinem. 2. de Fin. 47. Cujus similitudine perspecta in formarum specie, a dignitate transitum est ad honestatem, &c. 1. Off. 107. In formis aliis dignitas inest, in aliis venustas. 1. de Nat. 37. Cleanthes fingit quandam formam et speciem deorum. *Ibid.* 91. Non ab hominibus formæ figuram pervenisse ad deos. 1. Tuscul. 114. Quæ species formæ? Ver. 4. 123. Cognitio formarum ex pictura. Pro Flacc. 12. Si formam hominis, si nomen, si tribum nostis. 2. Tusc. 36. Qui Græciæ formam rerump. dederunt. 6. Att. 3. Formam igitur mihi totius Reipub. velim mittas. 3. Fa. 11. Forma temporum et Reipub. expressa. 2. 8. Videre formam, et ex ea, quale ædificium futurum sit, cognoscere. 2. de Div. 48. In nubibus nunquid animadvertisti leonis formam aut hippocentauri? 1. 18.

Terribiles formæ nocturno tempore visæ.

1. Off. 130. Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est. *Ibid.* Ergo et a forma *virili* removeatur omnis viro non dignus ornatus. *Ibid.* 126. Natura formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. 2. de Nat. 93. Formæ unius et viginti literarum. 1. de Orat. 187. In geometria lineamenta, formæ intervalla, &c. 1. Off. 103. Ut ad officii formam revertamur. De Cla. 294. Forma ingenii admodum impolita, et plane rudis. *Ibid.* 227. Ingenii quædam forma lucebat, et exercitatione perfecta erat. Orator. 37. Laudationum, scriptionum, et historiarum, et suasionum formæ. 2. de Or. 98. Exprimere quandam formam, figuramque dicendi. Or. 76. Non modo partes orationis, sed causæ totæ aliæ alia forma dicendi sunt tractandæ. 3. de Or. 31. Pene innumerabiles sunt quasi formæ figuræque dicendi, specie dispares, genere laudabiles. *Ibid.* 113. Cum quæritur, quæ forma et quasi naturalis nota cujusque sit: ut si quæratur avari species, seditiosi, gloriosi. 3. Off. 81. Species, forma, et notio boni viri. 1. de Nat. 19. Unde illæ quinque formæ, ex quibus reliquæ formantur. *Ibid.* 24. Forma rotunda: *id est, figura.* 5. Tusc. 61. Puer egregia forma. 1. Fa. 9. Si laudavit hæc illius formam, tu hujus contra. 3. ad Her. 29. Imago, forma, nota, simulachrum. *Lege*, Idea.

Dialecticæ species. Topic. 13. Forma a genere nunquam sejungitur. *Ibidem.* 30. Forma et species idem. *Ibidem.* 31. Forma est notio, cujus differentia ad caput generis, et quasi fontem referri potest. *Ibidem.* 30. Nolim specierum, et speciebus, dicere: at formis et formarum, velim.

Adjuncta. *Certa, similis, maxime sibi cognata, et decora, duplex, egregia, eximia, formosior, humana, divina, mutabilis, pulchrior, pulcherrima, simillima, generosa, et magnifica, impolita, et plane rudis, globosa, ignea, pulchra, præstans, rotunda, insita, ultima, inusitata, muliebris, perfecta, dispar, laudabilis, tota et quasi perfecta, nocturna, nova, terribilis, varia, virilis, una, et consentiens.*

Syntaxis. *In ea forma est, ac species liberalis. Honesti forma et facies. Formam et similitudinem alicujus habere. Formæ species. Ædificii forma, exemplar. Ingenii impolita forma. Formæ et figuræ dicendi. Formam alicujus rei exprimere. Forma et species Deorum. Fingere formam. Forma temporum et reip. expressa. Puer egregia forma.*

Formandus, a, um. Pro Sest. 19. Capua, in qua ipse tum imaginis formandæ causa duumviratum gerebat. 3. de Orat. 88. Hanc igitur ad legem cum exercitatione, tum stylo formanda nobis oratio est.

Formatus, a, um, *forma præditus.* 4. ad Her. 17.)(. *Informis.* 3. de Nat. 16. Formatas in animis nostris deorum notiones esse. 2. de Div. 138. Quæ nunquam vidimus, ea tamen formata in animo habemus. Ver. 2. 27. Erant signa complura ex ære: in his mira pulchritudine ipsa Chimæra in muliebrem figuram habitumque formata.

Formiæ, *oppidum.* 2. Att. 13.

Formianum, *Villa. Ibid.* 4. Tu, si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompeianum venito.

Formica, æ, *μύρμηξ*. 3. de Nat. 21. In formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria est. Incer. Formicas solivagas.

Formido, as, *metuo, paveo, ἀποδειλιάζω, ἐκφοβέομαι*. 2. A. 64. Unus inventus est, qui id auderet, quod omnium fugisset et formidasset audacia. Orat. 213. Quo etiam satietas formidanda est magis. 8. Fam. 10. Neque prius formidare desinam, quam, &c. 8. Att. 25. Hujus insidiosa clementia delectatur, illius iracundiam formidat. 3. Qu. Fr. 2. *ἀπότευγμα* formido. 2. de Fi. 33. Formidare omnia.

Formido, inis, *pavor, φόβος, δέος, κατάπληξις*. 4. Tusc. 19. Formido est metus permanens. Pro S. R. 5. Forsitan quæretis, qui iste terror sit, quæ tanta formido. 9. Att. 12. Vidi hominem XIV. cal. Feb. plenum formidinis. 8. 22. Post has fugas et formidines. Pro Qu. 47. Minas jactare, formidines opponere. 1. de Fin. 63. Horribilis formido. De Prov. 43. Subita atque improvisa formido. 4. C. 8. Ut aliqua in vita formido improbis esset posita.

Adjunct. *Horribilis, subita, et improvisa, summa.*

Formidolose, *timide*, φοβερῶς. Pro Sest. 42.

Formidolosus, a, um, *horribilis*, φοβερός. Pro Clu. 7. Consessus vester, quem illi horribilem A. Cluentio et formidolosum fore putaverunt. Ver. 5. 1. Dubiis formidolosisque temporibus. I. P. 58. Formidolosissimum bellum.

Syntaxis. *Fugere et formidare. Terror et formido. Opponere formidines. Ponere alicui formidinem. Horribile et formidolosum bellum.*

Formo, as, *figuro, fingo, effingo*, μορφόω, σχηματίζω. 1. Acad. 6. Ex materia, quam fingit et format effectio. 3. de Or. 175. Sed verba nos sicut mollissimam ceram formamus et fingimus. 1. de Nat. 111. Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt. 2. de Orat. 36. Oratoris est formare orationem, eamque variare et distinguere.

Formor, aris. 2. de Div. 89. Perinde utcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari 3. de Orat. 34. Non possunt ea, quæ inter se discrepant, iisdem præceptis, atque in una constitutione formari. 2. 359. Verba, quæ formari similitudine nulla possunt. 1. de N. 19. Unde vero illæ quinque formæ, ex quibus reliquæ formantur? 4. Aca. 118. Ignis, qui moveat terram, quæ ab eo formetur.

Syntaxis. *Formata oratio, et distincta. In animo formata de Deo notio. Discrepantia non iisdem præceptis, et unica constitutione formantur. Formari ex re aliqua.*

Formositas, tis, *pulchritudo, forma*, κάλλος, εὐμορφία. 1. Off. 126. Decorum positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Formosus, a, um, *pulcher, qui eximia faciē est*, καλός, εὐειδής. 1. de In. 35. Formosus, an deformis. 2. 2. Zeuxis quæsivit ab eis, quasnam virgines formosas haberent. 1. de Nat. 24. Formosus, et pulcher. *Ibid.* Formosior cylindri forma, quam quadrati, vel coni, vel pyramidis. 2. de Inv. 2. Præbete igitur mihi, quæso, inquit, ex istis virginibus formosissimas.

Formula, æ, *præscriptum, norma, nota*, πρόσταγμα, γραμματεῖον. 2. de Or. 100. Hæc est enim in ludo causarum fere formula, lex peregrinum vetat, &c. 3. Off. 60. Aquilius protulit de dolo formulas. De Clar. 274. Quod in jurisconsultorum includitur formulis. 13. Fam. 27. Et ut vos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. 7. 12. Formula fiduciæ, ut, Inter bonos bene agier. 3. de Fin. 3. Primum præscribit, ut quibusdam in formulis agatur ea res, de qua disseritur. 3. Off. 29. Formula quædam constituenda est, quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam aberrabimus. *Ibid.* 20. Erit autem hæc formula Stoicorum rationi disciplinæque maxime consentanea. 1. de Leg. 14. Stipulationum et judiciorum formulas componere. Pro Q. R. 24. Sunt jura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere injuriæ, aut ratione actionis errare possit. *Ibid.* Expressæ sunt publice a prætore formulæ, ad quas privata lis accommodetur. Pro Mur. 26. *De jurisconsultorum formulis.* Or. 75. Sequitur, ut cujusque generis nota quæratur et formula. *Ibid.* 36. Quid est, quod præscriptum aliquod aut formulam exprimas? 2. de Or. 178. Plura judicant homines odio, aut amore, &c. quam veritate, aut præscripto, aut juris norma aliqua, aut judicii formula. De Opt. 20. Causa ipsa abhorret ab illa quidem formula consuetudinis nostræ. *Ibid.* Ad quam eos quasi formulam dicendi revocent. Pro Qu. 30. Postulat, ut sibi Quintius judicatum solvi satisdet, ex formula, quod ab eo petat, Quoniam, &c. Pro Fl. 36. Nisi vero hactenus ista formula testimonii atque orationis tuæ describi ac distingui potest. Pro Qu. R. 12. Aliquem in antiquissimam formulam sponsionis concludere. De Cl. 194. De testamentorum jure, de antiquis formulis. Ver. 2. 147. Postulationum formulæ usitatæ. 1. de Or. 180. Testamentorum formulæ.

Adjunc. *Augustissima, antiquissima, publica, antiqua, certa, maxime consentanea, usitata.*

Fornax, cis, κάμινος. 1. de N. 103. Sunt quædam bestiæ, quæ appareant in ardentibus fornacibus sæpe volitantes.

Fornicatus, a, um, *qui fornicem habet, cum fornice, ut* paries fornicatus, καμαρώδης. Top. 22.

Fornix, cis, *camera, arcus*, καμάρα, στοά. De Arusp. 22. Fornicibus ostiisque &c. irrupit. Act. 1. Ver. 19. Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem. Pro Pl. 17. Fornix Fabius. 2. de Or. 267. Fornix Fabii. Topic. 22. Præstare quod fornix vitii fecerit. Ver. 2. 154. Hujus fornix in foro est, in quo nudus filius stat. 3. ad Her. 29. Ut ædes, intercolumnium, fornicem.

Fors, *fortuna*, τύχη, δαίμων. 14. Att. 12. Sed hæc fors viderit, quæ talibus in rebus, plusquam ratio, potest. 4. 9. Sed de illa ambulatione fors viderit, aut si quis est, qui curet, Deus. 7. 14. Sed hæc, ut fors tulerit. 7. 14. Quemcunque fors tulerit casum. I. P. 3. Sit sane fors domina campi.

Forte fortuna, κατὰ τύχην. 2. de Div. 18. Aliquid aut casu, aut forte fortuna fieri.

Syntaxis. *Accidit casu, aut forte fortuna.*

Forsitan, *fortasse*, τάχα, ἴσως. 2. de Or. 189. Major ars aliqua forsitan esset requirenda. Pro S. R. 5. Forsitan quæratis, &c. 8. Fa. 3. Forsitan cum locupletiore referam.

Fortasse, *forsitan, forte*, ἴσως. 2. Ep. 16. Quod est igitur mihi triste consilium? ut discederem fortasse in aliquas solitudines? 1. de Ora. 102. Græculus otiosus et loquax, fortasse doctus et eruditus. Orat. 190. Elegit ex omnibus Isocratis libris versus fortasse triginta Hieronymus. 1. Att. 1. Fortasse

cum Romæ a judiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembri, &c. 6. 6. Puer fortasse fatuus.

Fortassis, *fortasse*. 2. Fam. 16. Sed ego fortassis vaticinor.

Forte, *casu, fortuna, fortasse*. 2. de Or. 224. Forte evenit, ut in Privernati essemus, &c. *Ibid*. 191. Ac ne forte hoc magnum ac mirabile videatur. Div. 1. Si quis forte miratur, &c. 1. Qu. Fr. 2. Ne forte me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirere. Pro Plan. 65. Cum casu diebus iis, &c. Puteolos forte venissem, &c. Pro Flac. 20. Nisi forte, &c. 3. de Or. 44. Et aliquem si forte motum, &c.

Forticulus, a, um, *diminut. a forti*. 2. Tusc. 45. *Lege*, Tormina.

Fortis, *magnanimus, strenuus, acer, constans, potens, robustus, valens, invictus, animosus, multum roboris habens, in quo multum est roboris ac virtutis, qui animo excelso et alto est, maximi animi, qui omnia in se posita esse ducit, et humanos casus virtute inferiores putat, δυνατὸς, ἰσχυρὸς, κρατερὸς, ἀνδρεῖος* .)(. *Ignavus*. Pro S. R. 137. Viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus est. 2. Tus. 11. Fortes fortuna adjuvat, ut est in proverbio. Pro Mil. 69. Et unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres. Ver. 2. 138. Vir fortissimus et innocentissimus Sex. Peduceus. 8. Att. 15. Quod doleo viris fortissimis accidisse. Pro Sest. 45. Vir fortis et acris, magnique animi. Pro Mil. 93. Vir fortis et animosus, et acriter morti se offerens. Fortis ad vindicandum. *Lege*, Sagax. Pro Fon. 33. Fortis ad pericula. De Clar. 117. Constans, et fortis vir. Pro S. R. 85. Vir contra audaciam fortissimus. 1. Off. 66. Fortis animus et magnus. De Sen. 72. Senectus animosior est, quam adolescentia, et fortior. 8. Att. 22. Quod unquam eorum in rep. forte factum extitit? 3. de Or. 218. Inflexio laterum fortis et virilis. 3. C. 14. Forti viro collegæ meo laus impertitur. 1. Off. 63. 8. Att. 19. Animo forti et magno istam rem agere existimo. 1. de Or. 231. Sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. *Ibid*. 183. Oratio fortis, acris, vehemens. 3. 29. Forte et vehemens genus dicendi. *Ibidem*. 28. Fortissimo animi impetu, plenissima et maxima voce, summa contentione corporis. 3. C. 13. Dictæ sunt a principibus acerrimæ et fortissimæ sententiæ. 12. A. 7. Acerrima illa et fortissima cupiditas, imminuta et debilitata est. 1. Off. 80. Fortis animi est et constantis non perturbari in rebus asperis. 15. Att. 11. Hoc loco Cassius fortibus sane oculis matrem spectare, &c. Pro M. Scau. Qui fortissimus in bello fuisset. Hortens. In dolore podagræ nihilo fortior, quam, &c.

Adverb. *Egregie, maxime, sane, vere*.

Syntaxis. *Vir fortis, et animosus. Oratio fortis et virilis. Oratio fortis, acris, vehemens. Fortissimus animi impetus. Acerrima et fortissima sententia. Fortibus oculis spectare*.

Fortiter, *animose, viriliter, constanter, acriter, strenue, magno animo, κατὰ σθένος, καρτερῶς*. 14. Att. 12. Quidquid acciderit, fortiter ac sapienter ferre. Pro Qu. 31. Dolabella injuriam facere fortissime perseverat. 15. At. 20. Atque, mi Attice, fortiter hoc velim accipias, ut ego scribo. 1. Off. 61. Quæ animo magno et fortiter excellenterque facta sunt. De Prov. 41. Quam sapienter, non disputo: constanter quidem et fortiter certe. 4. A. 6. Animose et fortiter facere aliquid. Pro Flac. 98. Cum hostibus fortiter bellum gerere. 9. Att. 4. Quemvis eventum fortius feram, quam hunc dolorem.

Syntaxis. *Fortiter ferre. Injuriam fortiter facere. Fortiter accipere, forti animo. Magno animo, fortiter, et excellenter factum*.

Fortitudo, inis, *magnitudo animi et robur, animi excelsi atque invicti magnitudo et robur, animi excellentia magnitudoque, elatio, &c. animi excellentis magnitudo et præstantia, robur, vis, fortis animus et magnus, acer et præsens animus, magnus et excelsus, excellens animus et humana contemnens, ἰσχυρότης, ἀνδρία, ἀλκὴ, δύναμις* .)(. *ignavia, timiditas, inertia*. 2. de Inv. 163. Fortitudo est considerata periculorum susceptio, et laborum perpessio. 3. Off. 117. Fortitudo est dolorum laborumque contemptio. 1. 62. Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicant propugnantem pro æquitate. 5. Tus. 41. Fortitudo est animi affectio in adeundo periculo, et in labore ac dolore patiens. 3. Off. 100. Magnitudinis animi et fortitudinis proprium est, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare. 2. Tus. 43. Viri propria maxime est fortitudo: cujus munera duo maxima sunt, mortis dolorisque contemptio. 3. de Nat. 38. Fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in periculo spectari. 4. Tusc. 53. Fortitudo est igitur animi affectio, legi summæ in perpetiendis rebus obtemperans; vel conservatio stabilis judicii in eis rebus, quæ formidolosæ videntur, subeundis et repellendis; vel, scientia rerum formidolosarum, contrariarumque preferendarum aut omnino negligendarum, conservans earum rerum stabile judicium. *Ibid*. Fortitudo est, inquit Chrysippus, scientia preferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore. 2. 32. Quid fortitudini comitibusque ejus, magnitudini animi, gravitati, patientiæ, rerum humanarum despicientiæ quomodo respondebis? Par. 77. Quæ venientibus malis obstat, fortitudo nominatur. Pro Sest. 86. Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortudinis: sentire vero et facere, perfectæ cumulatæque virtutis. 1. C. 29. Num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimescenda? Pro Pom. 29. Labor in

negotiis, fortitudo in periculis. 1. Off. 78. Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus. 3. ad Her. 3. Fortitudo est rerum magnarum appetitio, et rerum humilium contemptio, et laboris cum utilitatis ratione perpessio. Part. 81. Fortitudinem audacia imitatur. Hortens. Nec enim fortitudinis indigeremus.

Adjuncta. *Domestica, militaris, inferior, incredibilis, jucunda, propria viri, præsens, rabiosa, robusta et stabilis.*

Fortuito, *fortuitu, casu, temere, κατὰ τύχην.*) (. *consulto.* 2 de Div. 61. Nunquam illa dicet facta fortuito. *Ibid.* 108. Orat. 186. Superior ætas numero caruit, nisi si quando temere ac fortuito. 2. con. Rul. 17. Paucas tribus non certa conditione juris, sed sortis beneficio fortuito ad usurpandam libertatem vocare. 1. de Div. 18. Aliquid casu et fortuito factum esse. 1. de Orat. 111. Fortuito in aliquem sermonem incidere. Orat. 117. Cum, ut fit, fortuito dicerent, &c. 5. Fa. 8. Non repentina aliqua voluntate, neque fortuito incidere ad aliquid agendum. 5. de Fin. 33. Hoc ita est fortuito.

Syntaxis. *Temere et fortuito. Sortis beneficio aliquem ad libertatem vocare. Casu et fortuito. Dicere fortuito.*

Fortuitu, *fortuito, casu.* 10. A. 6. Quod verbum tibi non excidit, ut sæpe fit, fortuitu, sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. 1. Off. 103. Temere ac fortuitu, inconsiderate negligenterque facere aliquid. 1. ad Her. 19. Casu et fortuitu navis in portum incolumis delata est.

Syntaxis. *Temere ac fortuitu, inconsiderate negligenterque.*

Fortuitus, a, um, *in fortuna positus, τυχηρός.* 7. Fa. 5. Ut illud nescio quid non fortuitum, sed divinum videretur. 1. de N. 66. Ex his factum esse mundum concursu quodam fortuito. 1. de Orat. 150. Subita et fortuita oratio. 3. de N. 87. Si quippiam nacti sumus fortuiti boni. Top. 73. Concursio rerum fortuitarum. 1. Acad. 6. Fortuita atomorum concursio. 2. de Div. 109. Sunt autem innumerabiles præsensiones, non fortuitæ.

Fortuna, æ, *sors, fors, casus, temeritas, eventus, τύχη, αὐτοματία, δαίμων.* 2. de Div. 15. Quid est enim aliud fors? quid fortuna? quid casus? quid eventus? nisi cum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire, potuerit? 2. de Div. 18. Nihil est tam contrarium rationi atque constantiæ, quam fortuna. 3. de N. 61. Fortuna ab inconstantia et temeritate sejungi non potest. 2. 43. Fortuna, quæ amica varietati respuit constantiam. Pro Mil. 70. Vide, quam sit varia vitæ commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque fortuna. 2. de Div. 109. Varietas est propria fortunæ. De Ami. 54. Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa est. Par. 5. Cui quidem, quæ maximam vim habere dicitur, fortuna ipsa cedit. Pro Mar. 7. Fortuna domina rerum humanarum. 1. Ac. 29. Fortuna effecit multa improvisa nobis propter obscuritatem ignorationemque causarum. 2. de Div. 87. Nusquam fortunatiorem, quam Præneste, fortunam esse. 2. ad Her. 36. Fortunam insanam esse et cæcam et brutam perhibent Philosophi, saxoque illam instare globoso prædicant volubilem. *et ibi multa de fortuna ex Pacu.* 5. Tusc. 25. Vitam regit fortuna, non sapientia. 5. Tusc. 25. Fortuna, quæ domina est rerum externarum. Pro Sul. 91. O falsam et volucrem fortunam! I. P. 22. In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimescebat. 14. A. 5. Ne vim fortunæ stultitia contempsisse videamur. 3. de Nat. 88. Fortunam a Deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam. De Pro. 35. Aliquis fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius ejus Deæ periculum facere non debet. Pro Sest. 17. Sed fuit profecto quædam illa reipubl. fortuna fatalis, ut &c. 1. de N. 92. Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, quis iste tantus casus, ut, &c. 13. A. 10. Quis hoc non videt, quod fortuna, quæ dicitur cæca, vidit? 2. Off. 19. Magnam esse vim in fortuna in utramque partem, vel ad secundas res, vel adversas, quis ignorat? 1. Q. Fr. 1. Intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam: nunc vero ea pars tibi reip. commissa, in qua nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet. Postq. ad Quir. 2. Prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitæ, sine ulla offensione, cursu. De Ar. 54. Utrisque horum secunda fortuna regnum est elargita, adversa mortem. 1. Fa. 5. Ex iis rebus, quas tibi fortuna elargita est. Pro Sest. 59. En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur. I. P. 38. Nunc meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna Imperatoris. 3. de N. 89. Ad prosperam adversamque fortunam qualis sis, nihil interest. 4. Fam. 5. Ferre pulcherrime secundam fortunam et adversam. 8. Att. 4. Is superbum se præbuit in fortuna, quam putavit nostram fore: cujus fortunæ nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Brut. 4. Miserorum fortunam insectari. 1. Fa. 9. Mala et afflicta fortuna. Pro Syl. 37. Afflicta fortuna alicujus. Pro Cl. 7. Alicujus misera, multumque jactata fortuna. 2. Off. 19. Hæc igitur ipsa fortuna cæteros casus rariores habet. Pro Do. 146. Caduca semper hæc esse duxi, non virtutis et ingenii, sed fortunæ et temporum munera: quorum ego bonorum non tam facultatem unquam et copiam expetendam putavi, quam in utendo rationem, et in carendo patientiam. 2. de Or. 196. Cum imperatorem ad communem imperatorum fortunam defendendam excitarem. 1. Off. 58. Propinqui, quibus communis plerunque fortuna est. Ad Brut. 10. Nonnulla in Hircio hujus belli fortuna, ut in secundis fluxa, ut in adversis bona. Pro Font. 33. Felix ad casum fortunamque belli. Pro Pomp. 47. Fuit pro-

fecto quibusdam summis viris quandam ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna. Pro Mur. 43. Par dignitas ad Consulatus petitionem, dispar fortuna provincialium negotiorum in hoc et in illo fuit. *Ibid.* 64. Hos ad magistros si qua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset, non tu quidem esses, &c. Ad Brut. 1. Qualis civis et prudentissimus et fortuna optima esse debet. 15. 18. Ut omne consilium in fortuna positum videretur. Postq. ad Quir. 7. C. Marius subiit indignissimam fortunam præstantissima gloria sua. 10. Att. 4. Fortuna qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur. 9. 6. Quorum ego causa timidius me fortunæ committebam. Pro Flac. 35. Asclepiades fortuna egens, vita turpis. Pro Sul. 89. Orat vos, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta, patri suo gratulari sinatis. Quin. de Pet. 9. Quanto melior tibi fortuna petitionis data est, quam C. Cælio. 1. de Div. 39. Interpretes responderunt, eum clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore. 1. Fam. 5. Gaudeo, tuam dissimilem fuisse fortunam. 1. de Orat. 112. Scævola, quem nunc meorum ineptiarum testem fortuna constituit. 6. Att. 4. Sed hoc fortuna viderit, quoniam consilio non multum uti licet. 14. 11. Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. 14. Fa. 9. Nam adhuc et factum tuum probatur, et, ut in tali re, fortuna laudatur. Ver. 1. 81. Lampsaceni Romanorum conditione socii, fortuna servi. Pro Mil. 93. Conditio atque fortuna hominum infimi generis. 1. Off. 41. Est autem infima conditio, et fortuna servorum. I. P. 52. Mulieres omnis fortunæ ac loci. 5. de Fin. 52. Homines infima fortuna. 13. Fam. 5. Grave est, cum superior factus sis ordine, inferiorem esse fortuna. *Ibid.* Solatia, quæ cæteris simili in fortuna non defuerunt. De Ami. 59. Amplificare fortunam. 2. Off. 44. Aut aliquo casu et fortuna. 5. Tus. 25. Bona corporis, et quæ extra corpus in casu sunt atque fortuna. *Ibid.* Fortuna L. Sullæ et Timothei. De Consolat. Mori et tanquam ex incendio effugere fortunæ. Incer. Optatissimum est perpetuo fortunam quam florentissimam habere. *Ibid.* Cum ex adversis et perditis rebus ad meliorem statum fortuna revocatur. De Prov. Cons. 8. Sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset, utrum deterior an infelicior esset, judicare.

Adjuncta. *Adversa, inferior, afflicta, magna, dissimilis, egregia, afflicta, perditaque, aliena, amplissima, gravis, acerbaque, particeps calamitatis, amica, anceps, tota et propria, exigua, falsa, et volucris, optabilis, bellica, bona, varia, cæca, carissima, certa, comes, levis, et imbecillis, mala, et afflicta, communis, dispar, dubia, dura, et crudelis, gravis, singularis, divina, vaga, volubilisque, diuturna, excellens, præstans, florensque, eximia, externa, vetus, extrema, facilior, et melior, fatalis, stabilis, florentissima, durior, fluxa, optima, fragilis, gravior, integra, misera, multumque jactata, pristina, inclinata, et prope jacens, mediocris, incolumis, misera, ac luctuosissima, incredibilis, infesta, propitia, turpis, indignissima, prospera, æquabilis, perpetuaque, infima, magna, mala, maxima, melior, spoliata* .)(. *florens, misera et afflicta, par, propria, et præcipua, similis, patria, patricia, secunda, perdita, popularis, privata, secunda, summa.*

Syntaxis. *Fortunæ abundantia. Fortunam tentare, excipere, subire, insectari, amplificare. Fortunæ se committere. Fortunæ accessionem fieri. Fortunæ periculum facere. Fortunam dilabi. Fortunam alicui suffragari. Fortunam alicui dari.*

Fortunæ, narum, *bona, pecunia, κτήματα, οὐσία, χρήματα.* Pro Dom. 25. Imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. Postq. in Sen. 33. Bonos viros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare. Pro Sul. 66. P. Sulla et secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo remedio permanere. Pro Qu. R. 33. Tum omnium possessiones erant incertæ, nunc omnium fortunæ sunt certæ. 4. Fam. 7. Nihil tibi deesse arbitror ad tuas fortunas obtinendas. 1. Tus. 12. M. Crassus, qui illas fortunas morte dimisit. 6. 16. Itaque si quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate agendi, agam ipse per me, &c. 4. 7. Tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. 6. 2. Dignitate tua et fortunis frui poteris. 2. de Orat. 201. Ego pro mea omni fama fortunisque decerno. Br. 6. Vir honoribus amplissimis fortunisque maximis. Pro Rab. 3. et 2. de Inv. 69. Succurrere saluti fortunisque communibus. Pro S. R. 7. Pecunia fortunæque alicujus. 5. Att. 11. Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas provide. 3. 20. Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. 4. 13. Per fortunas illud præmuni, quæso, ut simus annui.

Syntaxis. *Fortunæ ac bona. Lugere fortunas alicujus. Obtinere suas fortunas, amittere, prodere. Vir maximis fortunis. Pecunia fortunæque. Per fortunas ad illud incumbe. Per fortunas provide:* obsecrandi ratio. *Fortunis frui. Fortunis everti. In fortunas alicujus invadere. De fortunis deturbari. Fortunis spoliari. Fortunas morte dimittere.*

Fortunate, *feliciter, εὐτυχῶς.* Brut. 9. Fortunate beateque vixisse. 3. de Fin. 26. Fortunate vivere.

Fortunatus, a, um, *felix, cujus venti valde secundi, εὐτυχὴς, εὐδαίμων.* 2. de Orat. 352. Scopas fortunatus homo et nobilis. Pro. Qu. 180. O hominem fortunatum. 2. C. 7. O fortunatam remp. si quidem, &c. 2. Qu. Fr. 14. Nihil nobis est fortunatius. 3. Tusc. 57. Qui senem fortunatum esse dixit. 2. de Div. 87. Nusquam fortunatiorem, quam Præneste, fortunam esse. De Sen. 29. Mihi vero illi comitatu nobilium juvenum fortunati videbantur. Pro Mur. 50. Integer et fortunatus. De Clar. 329. Fortunatus exitus illius. 5. Tusc. 35.

Qui tum fortunatissimus haberetur. De Consula. suo. Quorum luxuries fortunata censa peperit. De Amic. 54. Neque quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.

Fortuno, as, *servo, augeo*, ὀλβίζω. 2. Fam. 2. Tibi patrimonium dii fortunent. 15. 7. Eum honorem tibi deos fortunare volo.

Syntaxis. *Fortunate, feliciter. Nihil est fortunatius illo. Fortunat suos Deus.*

Forum, *macellum, judicia publica, et locus, ubi judicia exercentur*, ἀγορὰ, πωλητήριον, δικαστήριον. Pro Cluen. 40. L. Clodius pharmacopola circumforaneus, qui properaret, cui fora multa restarent, simulatque introductus est, rem confecit. 5. Att. 16. Appius in ultimam provinciam se conjecit, Tarsum usque, ibique forum agit: *id est, judicia exercet.* Ver. 2. 31. Jura Siculorum, quæ habent, ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. *Ibid.* 169. Sectari aliquem circum omnia fora. 2. con. Rul. 8. Sublata erat de foro fides. 5. Fam. 8. Ut primum attigi forum. 10. 17. Forum Vocontii, Forum Julii. 1. C. 24. Forum Aurelium. 12. Fa. 5. Forum Cornelium. 10. 30. Forum Gallorum. *Ibid.* 34. Forum Vocontium. Ver. 4. 121. Forum et jurisdictionem cum ferro et armis conferatis. Frag. ep. Descendi ad forum togatus.

Vestibulum. 2. de Leg. 61. Lex forum, id est, vestibulum sepulchri, bustumve usucapi vetat.

Adjunct. *Celeberrimum, iniquum, commune, maximum, medium, molestum, plenum et refertum, vacuum.*

Syntaxis. *Forum agere. Attingere forum. Descendere ad forum. Sublata de foro fides.*

Fossa, æ, τάφρος, λάκκος. 15. Fam. 4. Oppidum vallo et fossa circumdedi. 5. Tuscu. 59. Cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset. Pro Cæc. Prætor, qui de fossis et de cloacis interdicit. I. P. 81. Rheni fossa gurgitibus illis abundans.

Fossio, onis, *ipsa fodiendi actio*, διορυχή. *Lege*, Fissio. De Sene. 53. Quid agri fossiones, repastinationesque proferam? 2. de Nat. 25. Recenti fossione terram fumare calentem.

Fotus, a, um. 2. de N. 124. Ex ovis pulli orti matres relinquunt, a quibus exclusi fotique sunt.

Fovea, æ, βόθρος. 4. A. 12. Bellua, quæ quoniam in foveam incidit, obruatur.

Fovendus, a, um. Pro Mur. 74. Gubernacula reip. petas fovendis hominum sensibus, et deliniendis animis, et adhibendis voluptatibus? 1. Q. Fr. 3. Hortensius per Pomponium tibi fovendus est.

Foveo, es, *tego, alo, tueor, retineo*, θάλπω, θεραπεύω. 2. de Natu. 129. Aves cum ex ovis pullos excluserunt, pennis eos fovent, ne frigore lædantur. 11. Att. 9. Illum tamen non modo fovit, sed et tantam pecuniam illi dedit, honoris mei causa. 1. Fa. 9. Inimicum meum sic in manibus habebant, sic fovebant, sic osculabantur. 3. Qu. Fr. 5. Scribis de Cæsaris summo in nos amore: hunc tu fovebis: et nos quibuscunque poterimus rebus, augebimus. 15. Att. 13. Vectenum, ut scribis, et Faberium foveo. 12. 19. Nam, dum illud tractabam, quasi fovebam dolores meos.

Syntaxis. *Fovere pullos, amicos, amorem, dolorem, hominum sensus.*

F R

Fractus, a, um, *infractus, debilitatus, afflictus*, ἡλωτος, τετρυχωμένος. Pro Dom. 97. Qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebantur. *Ibidem.* 25. Civitas fracta malis, muta, debilitata, abjecta metu. Postquam in Sen. 23. Aliquis fractus, et prope dissipatus. Ad Quir. 19. Aut debilitata virtute, aut fracto animo esse. Pro Flac. 62. Fractum et debilitatum Græciæ nomen. 12. Att. 22. Afflictus et fractus animus. De Cl. 286. Fractum et minutum et puerile. Pro Sul. 15. Fractus et afflictus calamitate. 1. de Orat. 121. Simulac me fractum et debilitatum metu vidit. Pro Mil. 79. Concussa hominum licentia, et cupiditatibus fractis. 4. Att. 3. Qu. fratris domus primo fracta conjectu lapidum, deinde, &c. Ver. 4. 56. Annulus aureus, quem habebat, fractus est et comminutus. 11. Att. 14. Et quidem fracto crure. 2. de Orat. 346. Non fractum esse fortuna. I. P. 28. Itaque in illo tumultu fracti falces, &c.

Syntaxis. *Animus fractus et debilitatus. Fractus et afflictus. Fractus et dissipatus pauper. Fractum, minutum, puerile dicendi genus.*

Frænum. *Lege*, Frenum.

Fragilis, le, *caducus*, εὔθραυστος, εὔθρυπτος. De Som. 19. Sic fragile corpus animus sempiternus movet. 1. de Leg. 24. Corpus fragile et caducum. 2. de Fin. 86. Quis enim confidit semper sibi illud stabile et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit? De Sen. 65. In fragili corpore odiosa omnis offensio est. De Am. 102. Res humanæ fragiles caducæque sunt.

Fragilitas, tis, εὔθραυστον, ψαθυρότης, ἀῤῥωστία. 5. Tusc. 3. Imbecillitas fragilitasque humani generis. Pro Mur. 23. Casus humanos et incertos eventus valetudinis, et naturæ communis fragilitatem extimesco.

Syntaxis. *Fragile, et caducum corpus. Fragiles res humanæ. Imbecillitas et fragilitas. Naturæ communis fragilitas.*

Fragmentum, ti, *rei fractæ pars, frustum*, θραῦσμα, ἄγμα. Pro Sest. 79. Hunc adoriuntur fragmentis septorum et fustibus. 2. de N. 82. Ut gleba et fragmentum lapidis.

Fragor, oris, *rei fractæ sonitus, strepitus*, κτύπος, πάταγος. 4. ad Her. 43. Fragor civitatis auditus est.

Francones, *populi*. 14. Att. 10. Suevi, Francones.

Frangendus, a, um. Post. in Senat. 15. Aliquem judicio esse frangendum, vim vi esse superandam.

Frango, is, *infringo, perrumpo, confringo,*

comminuo, infirmo, contundo, ἄγνυμι, θραύω, ῥήγνυμι, συντρίβω. 2. de N. 125. Itaque alter alterius ova frangit. De Pro. 32. C. Pontinius ortum repente bellum Allobrogum prœliis fregit, eosque domuit. 2. Off. 40. Viriatus Lusitanus, quem C. Lælius fregit et comminuit. 13. Att. 24. Contudi et fregi exultantis latronis audaciam. 12. Fa. 14. Primus ego leges Antonianas fregi. I. P. 39. Hominis furorem et petulantiam fregi. De Cl. 95. Frangere aliquem patientia. 3. de Leg. 31. Frangere libidines alicujus. 1. de Orat. 86. Frangere cupiditates. Pro R. P. 28. Vis, quæ summas frangit infirmatque opes. 4. Fam. 4. Fregit hoc meum consilium, et Cæsaris magnitudo animi, &c. In Vat. 26. Fregisti cervices in carcere ipsi Vectio. 4. Fa. 8. Sin te tanta mala frangunt. Pro Qu. R. 16. Frangere fidem. 4. Fam. 6. Frangere seipsum. I. P. 28. Frangere fœdus. 1. Fam. 4. Quod illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei fregeramus. 2. de Orat. 253. Excusavit Vespa Terentius, quod eum brachium fregisse diceret. 10. Fam. 12. Frangere et abjicere aliquem. Pro Arch. 29. Nec tantis se laboribus frangeret. 1. de Orat. 265. Scævola paulum requiescet, dum se calor frangat. De suis consil. Cum adolescentes fores frangerent. 2. Acad. Frangere avaritiam.

Frangor, eris. 9. Fa. 16. Tanquam fluctum a saxo frangi oportere. 3. de Orat. 7. O inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpe franguntur. 1. Qu. Fr. 1. Animos frangi et debilitari molestia non oportet. 2. A. 37. Nec frangor animo. Ver. 5. 146. Cervices in carcere frangebantur indignissime civium Romanorum. 1. Off. 68. Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. Pro Mar. 8. Nulla est tanta vis, quæ non debilitari et frangi possit.

Syntaxis. *Frangere aliquem judicio. Cervices frangere, fidem, fœdus, leges. Animo frangi. Debilitare et frangere. Metu, vel cupiditate frangi. Frangere consilium alicujus. Frangere se laboribus. Frangere et abjicere aliquem.*

Frater, tris, *germanus, ἀδελφός.* Pro D. 118. Cum se fratrem uxoris tuæ fratri tuo germano antelatum videret. Pro Pl. 27. L. Torquatus Cn. Plancii frater patruelis, et socer. Pro Cæl. 38. Vicinum ejus mulieris miraris male audisse? cujus frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit. Ver. 4. 25. L. frater meus.

Adjuncta. *Amantissimus, miserrimus, atque optimus, amantissimus, atque, optimus, conjunctissimus, carissimus, atque amantissimus, carissimus atque optimus, carissimus, et suavissimus, optimus, atque optatissimus, integerrimus, optimus et probatissimus, consors, impius, promptus, non indisertus, levis, major, minimus, miser, inimicus, ornatissimus, patruelis, germanus, sapientissimus, clarissimus, suavissimus, teterrimus.*

Fraterculus, li, ἀδελφίδιον. Ver. 3. 155. Volo mihi fraterculo tuo credas.

Fraterne, *germane, ἀδελφικῶς.* 2. Qu. Fr. 14. Germane fraterneque rescribam. 1. 2. Huic epistolæ non fraterne scriptæ fraterne debes ignoscere.

Syntaxis. *Germane fraterneque scribere, ignoscere.*

Fraternus, a, um, *ἀδέλφειος, ἀδελφικός.* Pro Qu. 16. Pro fraterna illa necessitudine. 1. Q. Fr. 1. Demonstrare amorem fraternum in aliquem.

Fratricida, æ, *ἀδελφοκτόνος.* Pro Dom. 26. Patricida, fratricida, sororicida.

Fraudandi. 1. Off. 84. Fraudandi enim spe sublata, solvendi necessitas consequitur.

Fraudatio, onis, *νοσφισμός.* Pro Qu. 60. Qui fraudationis causa latitant. 2. C. 25. Hinc fides, illinc fraudatio.

Fraudator, oris, *inficiator, ἀποστερητής.* 13. A. 26. Trebellius fraudator creditorum. Pro Fl. 48. Una et eadem est omnibus in locis fraudatorum et inficiatorum impudentia.

Fraudatus, a, um. 3. Off. 70. Uti ne propter te captus fraudatusve sim.

Fraudo, as, *fraudem facio, fallo, destituo, ludifico, ἀποστερέω, ἐξαπατάω, νοσφίζω.* Ver. 3. 20. Ne grano quidem uno potest arator sine maxima pœna fraudare decumanum. Pro Quint. 75. Is vadimonium mihi deseruit, me fraudavit: ego experiri non potui. *Ibid.* 76. Is qui te in hæreditaria societate fraudarat. De Ar. 42. Clodius improbissime fraudavit populum. Pro S. R. 144. Is nulla in re te fraudavit. Pro Qu. R. 17. Qui socium fraudaverit et fefellerit. Pro Cæc. 7. Qui per tutelam, aut fiduciæ rationem fraudavit quempiam. Pro Fla. 47. Cum multos minutis mutationibus fraudasset. 6. A. 11. Fraudare aliquem. 5. de Fin. 91. Fraudare aliquem suo veteri nomine.

Fraudor, aris. Orat. 178. Quibus rebus animus tanquam debito fraudetur, offenditur. Pro Quint. 51. Viri boni cum palam fraudantur, timide tamen istuc descendunt. 1. Att. 1. Cum Cæcilius a P. Vario magna pecunia fraudaretur, &c.

Syntaxis. *Fraudare aliquem in pecunia, laudibus, in multis rebus, per tutelam, pecunia magna, minutis mutationibus. Fraudare et fallere.*

Fraudulentus, a, um, *fallax, dolosus, ἀπατηλός, κακοῦργος, πανοῦργος.* 2. con. Rul. 94. Carthaginenses fraudulenti et mendaces. Pro Qu. 56. Num malitiosum? negas: fraudulentum? id quidem jam arrogas tibi. 3. Off. 83. V. Venditio fraudulenta. 2. ad Her. 41. Homo fraudulentus.

Fraus, dis, *dolus, malitia, fallacia, insidiæ, error, præstigiæ, calumnia, circumscriptio, ἀπάτη, φενακισμός, δόλος, ἀπάτημα.* 1. Off. 41. Duobus modis, id est, aut vi, aut fraude sit injuria: fraus, quasi vulpeculæ, vis, leonis videtur: utrumque alienissimum ab homine est: sed fraus odio digna majore. Pro Clu.

100. Exagitabantur omnes ejus fraudes atque fallaciæ. Pro Quint. 56. Per summam fraudem et malitiam fingere aliquid. 2. de Orat. 35. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. 1. Tusc. 72. Qui in rep. violanda fraudes inexpiabiles concepissent. Pro Rab. 26. Rabirius fraudem capitalem admisit. Pro Cl. 91. et pro D. 124. Hæc res nemini unquam fraudi fuit. Pro S. R. 49. Id erit ei maxime fraudi. 5. Att. 21. Fit S. C. ut neve Salaminiis, neve qui eis dedisset, fraudi esset. 4. 11. Facere fraudem alicui. 7. 25. Quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. 11. 16. Pacis ego spe in hanc fraudem incidi. 5. A. 34. Censeoque, ut iis, qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Cal. Febr. ab eo discesserint. *Ibidem*. 39. Filio pietas erga patrem fraudi esse non debet. 8. A. 33. Eisque fraudi ne sit, quod cum M. Antonio fuerint. 1. Fam. 5. Id majori illi fraudi quam tibi futurum. 12. A. 12. Fraus peculatus, *id est, crimen*. Pro Cæl. 59. Dii nonnunquam præsentis fraudis pœnas in diem reservant. 1. de D. 7. Impia fraude obligari. 1. de Orat. 202. Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. I. P. 43. Suscipere fraudem. 3. de Orat. 224. Doleo, illos viros in eam fraudem in rep. esse delatos. Pro S. R. 58. Hæc te opinio falsa in istam fraudem impulit. I. P. 1. Hic in fraudem homines impulit. 10. Fam. 23. Deduci in fraudem. 2. de L. 60.

Adjunc. *Capitalis, digna odio, expiabilis, familiaris, impia, major, maxima, minima, præsens, scelerata, ac nefaria, summa.*

Syntaxis. *Fraus et fallaciæ. Fraus et malitia. Concipere, admittere, suscipere fraudes. Id alicui fraudi est. Facere fraudem alicui. Id illi fraudem tulit. Deferri in fraudem contra Rempubl. Impellere in fraudem, deducere. In fraudem conjici, delabi, incidere. Per summam fraudem aliquid fingere. Impia fraude obligari.*

Fregellæ, *civitas*. 4. ad Her. 23.

Fregellanus, a, um. 4. ad Her. 14. 1. de Inv. 11. 2. contra Rull. 89. Bellum Fregellanum.

Fremebundus, a, um, *indignatione plenus, furens*, φρυάττων. 2. de Nat. 89.

Fremitus, us, *strepitus*, φρύαγμα. De Ar. 20. In agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. *Ibid*. Horribilis fremitus armorum. De Ar. 9. Responsum Aruspicum de fremitu. Pro Flac. 23. Fremitus egentium. 5. Tuscul. 116. Fremitus murmurantis maris. 5. de Fin. 5. Ut fremitum fluctus assuescere t voce vincere.

Fremo, is, *indignor*, φρυάττομαι, ἀγανακτέω. 1. de Orat. 195. Fremant omnes licet, dicam quod sentio. 2. Att. 7. Arrius consulatum sibi ereptum fremit.

Syntaxis. *Strepitus cum fremitu. Fremitus armorum, egentium, maris murmurantis. Fremant omnes licet, &c.*

Frendens, tis, *fremens, seviens*. 2. Tusc. 22. Nemæus leo frendens.

Freno, as, *reprimo, domo, retineo*, χαλινόω, κατέχω. Pro Mil. 78. Ego Clodii furores, quod nullis legibus frenare poteramus, hoc ferro a cervicibus repuli. Ver. 3. 130. Cum ejus animum non negligentia tardaret, sed conscientia frenaret.

Frenum, ni, *in multitudine*, Frena, et Freni, *instrumentum, quo equum moderamur*, χαλινός. Pro Mil. 64. Frenorum, sparorum, pilorumque multitudo. Par. 5. Equus, equa, quæ frena recipere solet. 3. de Orat. 33. Isocrates dicebat, se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere. De Cl. 204. Alteri calcaria adhibere, alteri frenos. 6. Att. 1. Alter frenis eget, alter calcaribus. 11. Fam. 23. Si frenum momorderis, &c. 13. A. 20. Mutinamque illi exultanti tanquam frenos furoris injecit.

Syntaxis. *Frena recipere, alicui adhibere, mordere. Injicere furoris frenum, idest contra furorem.*

Frequens, tis, *multus*, πολὺς, θαμινὸς, πυκνὸς, ἀθρόος. 3. de Orat. 209. Refert etiam, qui audiant, frequentes, an pauci, an singuli. 7. A. 21. Equites Romani, qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterunt. Act. 1. Ver. 7. Videt, Senatores multos esse testes audaciæ suæ: videt multos equites Romanos, frequentes præterea cives atque socios. Idem. 2. Qu. Fr. 2. Frequentes fuimus omnino ad ducentos.

Numerosus, de nomine copiam significante. De Cla. 222. Lex populi frequentis suffragiis abrogata est. De Arusp. 13. Nunquam tam frequens collegium judicavit. Pro Planc. 21. Hujus præfectura plena est virorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit. 10. Fam. 10. Senatus continuo est convocatus, frequensque convenit. 11. 10. Frequens numerus armatorum. 1. de Divin. 59. Idque frequentissimo theatro incredibili plausu comprobatum est. 2. A. 106. Frequens municipium. De Arusp. 13. 14. et 15. Frequentissimus Senatus.

Creber. 10. Fam. 31. Saltus Castulonensis nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est. 3. de Orat. 180. Iambum et trocheum frequentem segregat ab oratione Aristoteles. De Sen. 38. Venio in Senatum frequens. 1. de Orat. 243. Frequens enim te audivi, atque affui. Pro S. R. 16. Eo tempore Roscius erat Romæ frequens, atque in foro, et in ore omnium quotidie versabatur. Orat. 15. Demosthenes frequens fuit Platonis auditor. *Ibidem*. 167. Nos in hoc genere frequentes &c.

Frequentandus, a, um. 3. de Orat. 199. Distinguenda et frequentanda est omnis oratio luminibus verborum. *h. e. illustranda*.

Frequentatio, onis, *crebritas, multitudo, coacervatio*, πλῆθος, συλλογὴ, πυκνότης. Part. 122. Frequentatio argumentorum et coacervatio universa. *Ibid*. 55. Consequentium fre-

quentatio. 4. ad Her. 28. Densa et continens frequentatio verborum. *Ibid.* 53. Frequentatio est, cum res in tota causa dispersæ coguntur in unum locum, quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit.

Frequentatus, a, um, *celebratus, usitatus.* De Clar. Or. 325. Alterum genus est non tam sententiis frequentatum. 3. de Orat. 153. Verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis.

Frequenter, *crebro,* θαμινῶς, πολλάκις. Orat. 81. Translatio, qua frequentissime sermo omnis utitur. 4. ad Her. 70. Ut frequenter et assidue consequamur artis rationem.

Frequentia, æ, *crebritas, multitudo,* ὅμιλος, πολλά, ὄχλος. Act. 1. Ver. 18. Cum maxima frequentia a multitudine domum reducebatur. 2. 189. Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. Qu. de Pet. 3. Quotidiana amicorum assiduitas et frequentia. 5. Tusc. 65. Est enim magna frequentia sepulchrorum. 4. Att. 15. Epistolarum frequentia. Pro Mil. 1. Non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat, non usitata frequentia stipati sumus. I. P. 31. Qui frequentia sua egressum vestrum ornaverunt, ac celebraverunt. Pro Planc. 21. Non enim tribum Terentinam, de qua, &c. sed solidam et robustam, et assiduam frequentiam præbuerunt. Pro Fla. 41. Cum hic Dorylensis efferretur magna frequentia consessuque vestro. 2. de Orat. 56. Thucydides creber est rerum frequentia. 1. 200. Qu. Mutii janua magna quotidie civium frequentia celebratur. 4. Att. 1. Similis et frequentia, et plausus me usque ad Capitolium celebravit. Ver. 2. 189. In foro celeberrimo, tanta frequentia, &c. Part. 41. Frequentia communium.

ADJUNCTA. *Gravis, incredibilis, magna, maxima, quotidiana, usitata, solida, et robusta, et assidua, summa.*

SYNTAXIS. *Frequentatio densa, et continens. Ornare et celebrare frequentia egressum alicujus. Frequentatio et coacervatio argumentorum. Oratio sententiis frequentata, luminibus verborum distincta et frequentata. Quotidiana amicorum assiduitas et frequentia. Usitata frequentia stipatus orator.*

Frequento, as, *celebro, sæpe adeo,* φοιτάω, προσέρχομαι. 1. de Inv. 40. Universa civitas frequentat ludos. 5. Fam. 21. Sermones eorum, qui frequentant domum meam. Orat. 94. Hæc frequentat Phalereus maxime. Pro Dom. 89. Quem tu populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteras.

Sæpe utor, χράομαι πολλάκις. Orat. 85. Acervatim multa frequentare.

Cogito, agito, ἐκμελετάω, λογίζομαι. 3. ad Her. 40. Tu primas quasque partes in animo frequenta.

Frequentor, aris, *incolor, habitor.* 1. Off. 139. Et maxime si domus aliquando alio domino solita est frequentari. 2. 15. Urbes sine cœtu hominum non potuissent nec ædificari, nec frequentari. 1. Att. 16. Sentinam urbis exhauriri, et Italiæ solitudinem frequentari posse arbitrabar.

Fretum, ti, *locus angustus in mari, maris æstus,* στενόν, πορθμός. Ver. 1. 154. Cum ab Italia freto disjunctus esses. 3. de Nat. 24. Fretum Siciliense. Ver. 5. 5. Ne ratibus conjunctis, freto fugitivi ad Messanam transire possent. 1. Tus. 45. Qui Oceani freta illa viderunt. Ver. 2. 21. Nisi forte existimatis, ei quadruplatores ad fretum præsto fuisse. In Vat. 12. Venisti ad fretum per Mauritaniam. 2. de Div. 34. Quid de fretis, aut maritimis æstibus plura dicam? quorum accessus et recessus lunæ motu gubernantur. 16. Att. 6. Si oneraria, statimne freto, an Syracusis. Pro Mur. 35. *Lege,* Euripus. 2. de N. 19. Fretorumque angustiæ. Ver. 5. 169. Perangusto fretu divisa. *Ita legit A. Gellius l.* 13. c. 19.

ADJUNCTA. *Horrisonum, medium, perangustum.*

Fretus, a, um, *confisus, nixus, fultus,* πιστευόμενος. 1. de Nat. 49. Tamen fretus intelligentia vestra dissero brevius, quam causa desiderat. 2. de Orat. 103. Quæ duo plerique ingenio freti simul faciunt. Qu. de Pet. 21. Partis ac fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oportet. 3. Fam. 7. Fretus conscientia officii mei. Pro Planc. 103. Vobis fretus. 5. Att. 21. Freti gratia Bruti.

SYNTAXIS. *Fretus et munitus amicitiis, innocentia, gratia alicujus. Fretus intelligentia vestra disseram brevius.*

Frigens, tis. De Clar. 187. Tibicen sane frigens ad populum.

Frigeo, es, *algeo, conglacio,* ῥιγέω, ψυχραίνομαι. X. *Caleo.* 2. de Nat. 60. Ex quo illud Terentii, Sine Cerere et Baccho friget Venus. 7. Fam. 10. Valde metuo, ne frigeas in hybernis. 11. 14. Plane jam, Brute, frigeo. 4. ad Her. 22. In re frigidissima cales, in ferventissima friges. Ver. 2. 60. Cum omnia judicia frigerent, insimulare cœperunt, Epicratem, &c. 8. Famil. 6. Quod ibi supra scripsi, Curionem frigere, jam calet. 2. Qu. Frat. 3. Hic quidem friget. 6. A. 14. Jacent beneficia Nuculæ, friget patronus Antonius.

Frigesco, is, *algeo, obrigeo.* 8. Fa. 6. Nos hic frigore frigescimus.

SYNTAXIS. *Friget ille: id est,* nihil agit *Frigore frigescere. Res friget. Sine Cerere et Baccho friget Venus.*

Frigidus, a, um, *gelidus, algidus,* ψυχρός, κρυερός. Ver. 4. 86. Erat hyems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. 2. de L. 6. Fribenus præcipitat in Lirem, eumque multo gelidiorem facit: nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi. 4. ad Her. 22. In re frigidissima cales, in ferventissima friges. De Clar. 236. Acumen M. Pisonis sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum. Pro Cæc. 61. Æquitatis judicium cum erit, cave in ista tam frigida tamque jejuna calumnia

delitescas. Orat. 89. Ridicula domo allata plerumque sunt frigida. De Clar. 178. Lentus in dicendo, et pene frigidus. 2. de Orat. 256. Verba frigidiora vitanda. 3. Qu. Frat. 3. Accusator frigidus.

Syntaxis. *Summa hyems, et tempestas frigida, flumen, res, acumen. Stomachosum et frigidum. Calumnia frigida et jejuna. In dicendo frigidus, non modo lentus. Frigore terra obriguit.*

Frigus, oris, *vis frigorum*, ψύχος, ῥίγος, κρύος. 2. Qu. Fr. 1. Pridie iduum cum Appius Senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, ut populi convicio coactus sit nos dimittere. Pro S. R. 131. Frigus intolerabile. 2. Qu. Fr. 11. Frigus impendebat maximum, quo periculum erat, ne Appio suæ ædes urerentur. Terra frigore obriguit. *Lege*, Obrigeo. De Univ. 42. Causæ, quæ vim habent caloris et frigoris. Ver. 5. 26. Ad magnitudinem frigoris hoc sibi remedium comparat. 16. Fam. 8. Vix in ipsis tectis frigus vitatur, nedum in mari. 2. Off. 13. Tecta, quibus et frigorum vis pelleretur, et calorum molestiæ sedarentur. Pro R. P. 42. Hanc vim frigorum hyememque nos vix hujus urbis tectis sustinemus. In Arat.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans
Capricornus, &c. Ibid.
Tum fixum tremulo quatitur frigore corpus.

Oecon. 1. Viro calores et frigora perpetienda.

Adjunct. *Gelidum, tremulum, intolerabile, maximum.*

Frivolus, a, um, *nugatorius*, οὐτιδανὸς, φλυαρός. 4. ad Her. 17. Frivolus hic quidem jam et illiberalis est sermo.

Frondesco, is, *frondes emitto*, φυλλιάω, φυλλοφορέω. 5. Tusc. 37. Alia verno tempore tepefacta frondescunt. 1. 69. Arbores frondescere.

Frondes, dium, *arborum folia*, φύλλον, δένδρον. Pro Cœl. 42. Via deserta et inculta, atque interclusa jam frondibus et virgultis.

Frons, tis, *spatium ab oculis ad capillos*, μέτωπον, ὤψ. 1. Q. Fr. 1. 11. Frons hominum sæpe mentitur. 1. Off. 90. Frons semper eadem. I. P. 68. Frons diis irata. 3. Tusc. 31. Frons tranquilla et serena. Pro Sest. 19. Frontis contractio, gravitatis indicium. 4. Att. 10. Hæc ipsa fero equidem, fronte (ut puto) et vultu bellis, sed angor intimis sensibus. 1. 1. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias. De Cl. 277. Frons non percussa, non femur. De Pro 8. Libidines, quas fronte et supercilio, non pudore et temperantia contegis. Pro Rab. 35. At, si verum tum, cum verissima fronte dixerunt: nunc mentiuntur. 2. de Fin. 77. Ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. 9. Fam. 10. Adeon' tu mihi excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant? Postquam in Sen. 15. Tune ausus ista fronte, &c. Qu. de Pet. 32. Frons est animi janua. Pro Cl. 72. Contrahere frontem. 3. A. 32. Antonius a tergo, a fronte, a lateribus tenetur. De Pet. Cons. 35. Fronte et oratione, magis quam ipso beneficio reque capiuntur homines. 14. Att. 14. Non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu et oculis et fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisti. De Ami. 67. Fronte occultare sententiam. 1. Fam. 9. Fronte atque vultu simulatio facillime sustinetur. 4. Att. 14. Pompeius fremit, &c. sed utrum fronte an mente, dubitatur. Pro Planc. 16. Frontes aperire.

Adjunct. *Bella, familiaris, pristina, tranquilla et serena, verissima.*

Syntaxis. *Frons hominum sæpe mentitur. Frontis contractio. Ex fronte alicujus amorem perspicere. Frontem ferire. Fronte et supercilio contegere libidines. Frons animi janua. Contrahere frontem. A fronte, a lateribus teneri. Fronte atque vultu simulationem sustinere. Frontem aperire.*

Frontones, *qui tumida magnaque fronte præditi sunt*, μετωπίαι. 1. de Nat. 81.

Fructuarius, a, um, *vectigalis*, κάρπιμος. 8. Fa. 9. Agros, quos fructuarios habent civitates, vult immunes esse.

Fructuosus, a, um, *frugifer, utilis*, εὔκαρπος, πολύκαρπος. 2. Tus. 13. Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. 2. Off. 63. Est enim non modo liberale, paulum nonnunquam de jure suo decedere, sed interdum etiam fructuosum. 2. de Orat. 344. Omnes hæ virtutes fructuosæ putantur. *Ibid.* 346. Ea virtus, quæ est fructuosa aliis. 14. Att. 11. Rem non fecit deteriorem, haud scio an jam fructuosiorem. Pro Quint. 12. Erat ei res rustica sane bene culta et fructuosa. Pro S. R. 43. Prædia pulchra et fructuosa. 1. cont. Rul. 5. Ager Corinthius est fructuosissimus. Pro Pomp. 16. Eos, qui fructuosi vobis sunt, conservate. 2. A. 101. Quæ arationes in populi Romani patrimonio grandi fœnore et fructuosæ ferebantur. 2. cont. Rul. 86. Insulæ fructuosissimæ.

Syntaxis. *Fructuosus ager. De suo jure decedere, fructuosum. Res rustica bene culta et fructuosa. Homo fructuosus Reip. Beneficia fructuosa, a quibus proficiscuntur.*

Fructus, us, *fruges, fœtus, partus, delectatio, voluptas, utilitas*, καρπὸς, γέννημα, ὠφέλεια. 2. cont. Rull. 87. Ut esset locus comparandis condendisque fructibus. De Sen. 24. Serere, percipere et condere fructus. 2. cont. Rull. 83. Asia multos annos nobis fructum, Mithridatico bello, non tulit. 11. Att. 2. In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? De Clar. 16. Nec ex novis fructibus est, unde tibi reddam, quod accepi. 2. con. Rull. 81. Agri vectigal bellis infestum, fructibus varium. 1. de Orat. 249. Res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere. 1. de Leg. 25. Pecudes partim esse ad usus

hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. 1. Att. 3. Multo majorem fructum ex populi existimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ejus, si absolutus esset, gratia cepissemus. Ad Brut. 3. Quo quidem die magnorum meorum laborum, multarum vigiliarum fructum cepi maximum. 2. de Nat. 158. Oves nullum fructum edere ex se sine cultu hominum possunt. De Sen. 62. Honeste acta superior ætas, fructus autoritatis capit extremos. 70. Tempestive demetere et percipere fructus. 1. Off. 25. Neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Pro Planc. 92. Ego fructus ex republica, non ut oportebat, lætos et uberes, sed magna acerbitate permixtos tuli. Pro Cœl. 8. Omnium hujus laborum vos potissimum fructus uberes diuturnosque capietis. I. P. 31. Cepi fructum immortalem vestri in me amoris et judicii. Pro Sest. 68. Gener meus, cui fructus pietatis suæ neque ex me, neque a populo Romano ferre licuit. 2. de Div. 24. Atque etiam omnem fructum vitæ superioris perdidissent. I. P. 5. Gloria est fructus virtutis. 2. Off. 64. Posse liberalitate uti, nimirum est pecuniæ fructus maximus. 2. C. 81. Catilina aliis fructum libidinum pollicebatur, aliis, &c. De Clar. 222. L. Fusius ex accusatione M. Aquilii diligentiæ fructum ceperat. 2. Off. 14. Nec ex his tempestivos fructus capere possemus. 15. Fam. 14. Fructus, qui ex literis percipitur. Pro Sul. 1. Modestiæ fructum aliquem percipere. De Ar. 2. Ex tuis literis cepi fructum maximum. 1. de N. 123. Si ad fructus nostros, non ad illius commoda referemus. Pro Rabir. 29. Qui spe posteritatis fructuque ducitur. 2. C. 18. Certare cum usuris fructibus prædiorum. 3. 28. Mihi jam ad vitæ fructum nihil potest acquiri. Par. 6. Est enim divitiarum fructus in copia, copia autem, &c. 2. Off. 56. Theophrastus talium sumptuum facultatem fructum divitiarum putat. 2. Off. 12. Frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio. *Ibid.* 63. Quod autem tributum est viro bono et grato, in eo cum ex ipso fructus est, tum etiam ex ceteris. 1. Qu. Fr. 1. Asia parte aliqua suorum fructuum, pacem sibi sempiternam redimat atque otium. 1. de Fin. 12. An partus ancillæ in fructu sit habendus. 1. Fa. 9. Qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores et præstantiores capere potuisses. 10. 32. Ferre fructum ex aliquo. 2. cont. Rull. 5. Hoc ad animi mei fructum atque lætitiam duco esse permagnum. Pro Sull. 90. Cujus ex miseriis videndo fructum caperes majorem, quam audiendo. Pro Arch. 23. Magnum gloriæ fructum ex rebus bene gestis percipi. Pro Dom. 99. Utriusque temporis fructum tuli maximum. De Amic. 87. Solitudo aufert fructum voluptatum. 12. Att. 2. Si quæris quid putem, ego fructum puto. Pro Mur. 47. Sunt incommodo morbi etiam cæteri vitæ fructus relinquendi. 1. Tus. 119. Fructus uberrimus. Pro Mur. 40. Fructus jucunditatis. Oecon. 1. Pecudum fœtus atque fructus clauso custodienda erant.

Adjunc. *Amplissimus, annuus, certus, integer, communis, desperatus, diuturnus, domesticus, forensis, duplex, difficilis, exilior, extremus, mirificus, honestissimus, immortalis, jucundissimus, lectissimus, lætus, multo major et certior, maximus, uberior et præstantior, uber, novus, non obscurus neque absconditus, præsens, tempestivus, tenuissimus, uberrimus.*

Syntaxis. *Fert ager fructus. In sumptus abeunt fructus. Metere fructum, capere, præbere, demetere, percipere, condere. Ferre fructus : pro* auferre et reportare. *Ex et ab aliquo fructum ferre: id est,* obtinere. *Partus ancillæ in fructu habetur. Maximorum laborum et multarum vigiliarum fructum capere. Edere fructum ex se sine cultu alterius. Alere exercitum suis fructibus:* colle sue entrate. [at his own cost.] *Omnem fructum vitæ superioris perdere. Ad animi fructum et lætitiam hoc magnum est.*

Fructus, *a fruor.* Cic. in Hortensio. Amœnitate summa fructus est.

Fruendus, a, um. 2. con. Rull. 33. Conficere pecuniam de vectigalibus non fruendis, sed alienandis. Postq. ad Quir. 3. Amicitiæ quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. 2. de L. 16. Ea quæ gignuntur nobis ad fruendum. 2. Q. Fr. 14. Suavitatis nostræ fruendæ causa. Pro Mil. 64. Nobis hæc fruenda relinqueret. 2. Off. 41. Fruendæ justitiæ causa videntur olim bene morati reges constituti. 1. de Fin. 3. Fruenda etiam sapientia est. 1. Off. 106. Diligenter tenendum esse modum voluptatis fruendæ.

Frugalis, le, *frugi*, σώφρων, εὐτελής. 2. de Orat. 287. Cum optimus colonus, parcissimus, frugalissimus esset. Pro Fl. 71. Homines tota Asia frugalissimi, sanctissimi.

Frugalitas, tis, εὐτέλεια, σωφροσύνη. Pro Deiot. 26. Omnes sunt in illo rege virtutes, sed præcipue singularis et admiranda frugalitas: etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. *Ibid.* Ego frugalitatem, id est, modestiam et temperantiam virtutem esse maximam judico. 3. Tusc. 17. Tres virtutes, fortitudinem, justitiam, prudentiam, frugalitas complexa est. *Ibid.* Frugalitas, ut opinor, a fruge. *Ibid.* 15. et 16. *de frugalitate et frugi multa.*

Frugaliter, *modeste, moderate*, εὐτελῶς, σωφρόνως. Pro Do. 111. Itaque omnia ornamenta fanorum sane frugaliter domum suam deportavit. 2. de Fin. 25. Frugaliter loqui.

Fruges, vel Frux, *omnes fructus terræ*, καρπός, σῖτος. 2. de N. 60. Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Orat. 48. Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicas frugibus. 1. de Leg. 25. Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur. 2. Tusc. 13. Etsi in segetem sunt deteriorem datæ fruges, ipsæ tamen natura sua enitent. 1. Tusc. 69.

Segetes largiri fruges, florere omnia. 5. de Fin. 37. Fruges cum ad spicam pervenerunt. Ver. 4. 106. Fruges in ea terra primum repertæ putantur. 2. de Nat. 152. Nos fruges serimus, nos arbores. *Ibidem.* 156. Terra fœta frugibus et vario leguminum genere. 1. de Div. 15. Lentiscus ter fruges fundens. De Senec. 51. Cum viriditas herbescens e vaginis emerserit, fundit frugem spici, ordine structam. *Ibid.* 5. 1. de D. 116. et 2. de Leg. 19. Fruges Terræ, baccæ arborum. 3. de N. 86. Ubertas frugum et fructuum. Postquam ad Quir. 18. Frugum ubertas et copia. 2. Off. 12. Frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio. Pro Cæl. 76. Quæ studia in adolescentia tanquam in herbis significant, quantæ fruges industriæ sint futuræ. 1. Off. 59. Ut vicinum citius adjuveris in frugibus percipiendis, quam fratrem. Orat. 31. Quæ est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? Pro S. R. 75. Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis. Oecon. 1. Fruges, alimenta, &c. clauso custodienda erant.

Melior vitæ ratio, ὑγιὲς, ὑγίεια. Pro Cæl. 28. Emersisse aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse.

ADJUNCTA. *Certæ, inimicissimæ, minutæ, uberiores.*

SYNTAXIS. *Fruges serere. Terra fæta frugibus. Ubertas frugum et fructuum. Fruges terræ, baccæ arborum. Fruges percipere, fundere. Emergere, et se ad frugem bonam recipere.*

Frugi, *moderatus, modestus, temperans, abstinens, innocens,* μέτριος, σώφρων, ἐπιεικής.)(.*Nequam, nihili.* 3. Tusc. 18. Qui sit frugi igitur, vel, si mavis, moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem. 3. Tusc. 16. Græci frugi homines χρησίμους appellant: id est, tantummodo utiles: at frugalitas patet latius. *Ibid.* 17. Nec qui propter metum præsidium reliquit, quod est ignaviæ: nec qui propter avaritiam clam depositum non reddidit, quod est injustitiæ: nec qui propter temeritatem male rem gessit, quod est stultitiæ: frugi appellari solet. Pro Font. 29. L. Piso qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur. 2. Fin. 90. Vivit, ut Gallonius loquitur, ut frugi ille Piso. 4. Tusc. 36. Homo frugi omnia recte facit. 5. Fam. 6. et ad Br. 6. Homo frugi et modestus. Pro Cl. 47. Servus frugi atque integer. Ver. 3. 67. Homines satis fortes, et satis plane frugi ac sobrii. 4. Att. 8. Homo bene frugi. 16. Fam. 21. Frugi et severa vita. 2. A. 69. Antonius frugi factus. Pro Deiot. 26. Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege.

SYNTAXIS. *Homo frugi et modestus. Servus frugi et integer. Fortis, et satis sane frugi, et sobrius. Frugi et severa vita. Ille frugi factus.*

Frugifer, a, um, καρποφόρος, εὔφορος. 2. Tusc. 13. Agri non omnes frugiferi sunt. 3. Off. 5. Tota Philosophia frugifera, et fructuosa est. Orat. 163. Frugifera et ferta arva Asiæ. 2. de N. 161. Spatia frugifera atque immensa camporum.

Fruiturus, a, um. 3. Tusc. 38. Eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, consideretque se fruiturum aut in omni, aut in majori parte vitæ.

Frumentarius, ii, σιταγωγός. 3. Off. 57. et 67. Frumentarius: *id est, mercator frumentarius.*

Frumentarius, a, um, σιτικός, σιτηρέσιος. De Clar. 222. Lex Sempronia frumentaria. Ver. 3. 85. Frumentarium lucrum. *Ibidem.* 11. Causa frumentaria. 9. Att. 11. et pro Domo. 11. Frumentariæ provinciæ. 1. ad Her. 21. Lex frumentaria de semissibus.

Frumentor, aris, *frumentum colligo,* σιτολογέω, θερίζω. 8. Att. 19. Neque solus cum ista copia sustinere poteris, ut frumentatum eas.

Frumentum, ti, *triticum,* σῖτος. Orat. 81. Luxuriosa frumenta. Pro Dom. 11. Frumentum provinciæ frumentariæ. 5. Att. 21. Cives Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicentur. I. P. 86. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi. 2. cont. Rull. 83. Siciliæ civitatibus bello fugitivorum M. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit. 5. Att. 18. Frumentum ex agris in loca tuta comportatur.

ADJUNCT. *Copiosum, luxuriosum, mutuum, privatum.*)(.*publicum.*

Fruor, eris, *potior, fructum voluptatemque percipio,* ἀπολαύω, χράομαι, νέμομαι. Brut. 16. Potuimus beneficiis atque honoribus frui, quantis &c. Or. 37. Numerus liberiore quadam fruitur licentia. Pro S. R. 44. Filius certis fundis, patre vivo, frui solitus est. *Ibid.* 131. Commoda, quibus utimur, lucem, qua fruimur, spiritum, quem ducimus, a Deo nobis dari videmus. 2. de Nat. 152. Quibus rebus fruimur atque utimur. De Somn. 4. Omnibus, qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. De Sen. 47. Satiatis vero jucundius est carere, quam frui. De Am. 15. Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim. Pro Cæc. 11. Usumfructum omnium bonorum suorum Cæsenniæ legat, ut frueretur una cum filio. *Ibid.* Ut frueretur bonis cum filio. Pro Dom. 79. Hodie Volaterrani fruuntur nobiscum simul hac civitate. De Ar. 60. Vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt. Postq. ad Quir. 2. Incredibili, qua nunc vestro beneficio fruor lætitiæ voluptate, caruissem. *Ibid.* 3. Non tam id sentiebam, cum fruebar, quam tunc, cum carebam. 7. A. 19. Si pace frui volumus, bellum gerendum est. 2. de Fin. Uterque enim summo bono fruitur. 1. Fam. 9. Frui gratia et opi-

bus alicujus. *Ibid.* Frui libertate propria. 1. de Fin. 72. Sapiens fruitur præsentibus. Pro Cl. 170. Idcirco illum vita frui noluit. 2. cont. Rul. 49. Agri Bithyniæ regii, quibus nunc publicani fruuntur. 4. C. 7. Eos frui vita, et communi spiritu non puto oportere. 9. Fam. 17. Nihil timeo: fruor, dum licet, opto, ut semper liceat. 2. Att. 1. Neque nos te fruimur, et tu nobis cares. 2. de Natu. 62. Quorum animi cum æternitate fruerentur, dii rite sunt habiti. 1. 104. Utatur suis bonis oportet, et fruatur, qui beatus est. Pro Sul. 26. Mihi liceret ejus urbis, quam conservassem, conspectu, tranquillo animo et quieto frui. 1. de Fin. 48. Qui ita frui volunt voluptatibus.

ADVERB. *Cupide, furtim, libere, et palam, libentissime, promiscue, proprie.*

SYNTAXIS. *Sapientia fruenda est. Fruendæ voluptatis modus. Fruor et utor. Fruuntur nobiscum simul. Uti et frui. Tranquillo animo et quieto frui. Frui commodis, licentia, ævo sempiterno, &c.*

Frusinas, tis. 11. Att. 4. et 15. Frusinates.

Frustra, *sine causa, nequicquam, inutiliter,* εἰκῇ, τηάλλως, μάτην. 2. de D. 125. Nec frustra ac sine causa quid facere dignum Deo est, quod abhorret etiam ab hominis constantia. 2. de Orat. 144. Neque auxilium suum frustra implorari patietur. De Univ. 33. Hæc si verbis explicare conemur, earum rerum frustra suscipiatur labor. Pro Q. R. 41. Frustra tempus contero. 13. Att. 13. Illa quæ habes de Academicis, frustra descripta sunt.

Frustratio, onis, *vanus conatus, labor inanis,* ἀπότευξις. 10. Fa. 23. Quo magis me petiverunt, tanto majorem his frustratio dolorem attulit.

Frustror, aris, ἐξαπατάω, στερέω. 4. Acad. 65. Ego de omni statu consilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum alios, tum etiam me ipsum velim? 12. Fam. 14. Si Syriæ spes eum frustrata esset. 12. Att. 19. Cocceius, vide, ne frustretur.

SYNTAXIS. *Frustratur me spes, et, Ego frustror.*

Frustum, ti, *fragmentum,* κερμάτιον, λείψανον. 1. de Div. 27. Necesse est, offa objecta, cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur. 2. A. 63. Is vomens frustis esculentis totum tribunal implevit.

Fruticor, aris, *surculos emitto, reviresco,* βλαστέω, βλαστάνω. 15. Att. 4. Excisa est arbor, non evulsa: itaque, quam fruticetur, vides.

FU

Fucatus, a, um, *fallax, fucosus,* ἐπίχριστος, φυκωθείς.)(*Naturalis.* De Clar. 36. In qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Orat. 79. Fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repelluntur. Pro Pl. 22. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. Pro Mur. 26. Iisdem ineptiis fucata sunt illa. Pro Pl. 29. Hæc sunt expressa signa probitatis non fucata specie forensi. De Am. 95. Simulatus, fucatus.

Fucosus, a, um, *fucatus.* 1. Att. 15. Ambitiosæ fucosæque amicitiæ. Pro R. P. 40. et Quin. de Pet. 27. Merces fallaces et fucosæ.

Fucus, ci, *figmentum, ornatus peregrinus, et accersitus, fallacia, fraus,* ἔγχουσα, φῦκος, φυκισμός. 3. de Orat. 197. Color non sanguine diffusus, sed fuco illitus. De Clar. 162. In his omnibus inest quidam sine ullo fuco veritatis color. 1. Att. 1. Prensat unus P. Galba sine fuco et fallaciis. Quin. de Pet. 28. Si eum, qui tibi promiserit, fucum, ut dicitur, facere velle senseris. 2. de Orat. 188. Sententiæ veræ, novæ, sine pigmentis fucoque puerili. 3. 100. Cincinni poetæ, ac fucus.

SYNTAXIS. *Color fuco illitus. Sine fuco et fallaciis. Fucum facere. Ambitiosæ fucosæque amicitiæ. Probitatis signa, fucata specie forensi.*

Fuga, æ, φυγὴ, ἀπόδρασις. 7. Att. 20. Mitto illam fugam ab urbe turpissimam. Ver. 4. 95. Dant sese in fugam milites. 5. Att. 30. Post discessum latronis, vel potius desperatam fugam. Pro Cæc. 22. Omnes se in fugam conferunt. Pro Cœl. 63. Licinius in fugam se conjecit. 2. Qu. Fr. 3. Factus est a nostris impetus fuga operarum. 1. de Fin. 33. Laborum ac dolorum fuga. 7. Att. 22. Dare se incertæ et periculosæ fugæ. *Ibid.* In fuga omnes sunt. *Ibid.* 25. Fuga, quæ parabatur, repressa est. Orat. 153. Axilla, Ala factus est, fuga litteræ vastioris.

ADJUNCT. *Acerbissima, communis, incerta, et periculosa, scelerata, turpissima, desperata, flagitiosa, et calamitosa, gloriosa, mœsta, misera, turpis, miserabilis, miserrima, molesta, nefaria, repentina.*

SYNTAXIS. *Dare se, se conferre, se conjicere in fugam. Dare se fugæ. Esse in fuga. Fugam parare. Laborum ac dolorum fuga. Fuga vastioris litteræ. h. e.* omissione.

Fugatus, a, um, *in fugam conjectus.* 6. A. 3. Fugata concione. Pro Cæc. 31. Qui armis pulsus fugatusque est. De Ar. 9. Ab altaribus religiosissimis fugatus. 3. Off. 112. Hostes fusi ac fugati. Ad Brut. 6. Dolabellam cæsum fugatumque esse.

Fugax, cis, *ignavus, timidus, qui libenter fugit,* φυγαδικός. 10. Fam. 12. Hæc brevia, fugacia, et caduca existima.

Fugiendus, a, um. 1. Off. 25. Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est, sed fugienda semper injuria est. Orat. 189. Vitium longa animi provisione fugiendum. Ver. 3. 103. Sentio, judices, moderandum mihi esse jam orationi meæ, fugiendamque vestram satietatem.

Fugiens, tis. 3. Off. 91. Qui vinum fugiens vendit sciens. De Univ. 19. Naturamque illam, quam alterius diximus, vel cum eadem conjunxit fugientem. 5. de Fin. 57. Fugientes laborem. 11. Fam. 13. Biduo me Antoni-

us antecessit, itinere multo majore fugiens, quam ego sequens.

Fugio, is, *vito, declino, abhorreo, aspernor*, φεύγω, ἐκφεύγω, διαδιδράσκω. 12. Att. 19. Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. Brut. 15. Stoici negant fugere sapientis esse. Orat. 197. Eaque dum animis attentis excipiunt, fugit eos et prætervolat numerus. 1. Off. 128. Et ab omni, quod abhorret ab aurium oculorumque comprobatione, fugiamus. 2. de Orat. 101. Ita dum inertiæ vituperationem, quæ major est, contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis fugiunt, tarditatis.

Ratio ignorantiæ, et oblivionis. Pro Pom. 28. Nulla res est in usu militari posita, quæ hujus viri scientiam fugerit. 4. Att. 12. et 7. 17. Cui rei fugerat me rescribere. 1. de Orat. 253. Non fugisset hoc Græcos homines. 4. de Fin. 63. Illos autem id fugerat superiores. 1. de Inv. 5. Quod nostrum illum non fugit Catonem. Ver. 4. 27. Verum hoc amentem hominem fugit. 12. Att. 41. Illud alterum quam sit difficile, te non fugit. 1. Tus. 22. Nisi quæ me forte fugiunt.

Adverb. *Consulto, libentissime, magnopere, perverse, turpiter, valde.*

Fugitivus, a, um, *servus, qui a domino fugit*, δραπέτης. 11. A. 16. Dolabella habet legionem, habet fugitivos. Ver. 4. 112. Neque tam fugitivi illi a dominis, quam tu a jure et legibus. 5. Famil. 9. Dicitur mihi tuus servus fugitivus Vardaci esse. 5. Tusc. 63. Vivebat cum fugitivis. Ver. 3. 66. Athenio princeps fugitivorum.

Fugito, as, δραπετεύω. Pro S. R. 78. Qui quæstionem fugitant.

Fugo, as, *fugam facio, pello, repello*, φυγαδεύω, ἐκδιώκω. Pro Cæc. 33. Armis repulit, fugavit, avertit. De Ar. 6. Fugare aliquem lapidibus, et ferro.

Fulciendus, a, um. 3. Tusc. 61. Omnibus modis fulciendi sunt, qui ruunt.

Fulcio, is, *sustento, sustineo*, ἐρείδω, στηρίζω. De Ar. 60. Etenim vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta, vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. Postquam in Senat. 17. Horum Consulum ruinas, Consules, vestra virtute fulsistis. 5. Att. 21. Thermum, ut scribis, creberrimis literis fulcio. 2. A. 51. Cum labentem et prope cadentem remp. fulcire cuperetis. Pro R. P. 43. Eum labentem excepit, corruere non sivit, fulsit, et sustinuit re, fortuna, fide. 4. Ac. 75. Chrysippus, qui fulcire putatur porticum Stoicorum.

Adverb. *Undique.*

Syntaxis. *Ruinas virtute fulcire, amicos literis. Rempub. fulcio, sustineo omnibus modis.*

Fulgens, tis. Par. 1. Marmorea tecta ebore et auro fulgentia. In Arat. Lacteus circus nimio candore fulgens. In Vat. 20. Jove fulgente, cum populo agi nefas esse. 2. de N. 65. Jupiter in cœlo fulgens et tonans.

Fulgeo, es, *splendeo, fulguro*, αἰγλάζω, ἀστράπτω, στίλβω. 2. C. 3. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. In Arat.

Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco.

2. de D. 149. Si fulserit, si tonuerit.

Syntaxis. *Purpura, candore, auro fulgere. Fulgens Jupiter, ac tonans in cœlo.*

Fulginas. Pro L. Vareno. E municipio Fulginate. *Ibid.* In præfectura Fulginate.

Fulginates, *populi*. Pro Cor. 47.

Fulgor, oris, *splendor*, λάμψις, αἴγλη, σέλας. Ver. 4. 71. Fulgore auri collucere et illustrari templum. 2. de N. 107.

Hic illa eximio posita est fulgore corona.

Fulgur, ἀστραπή. 2. de D. 82. Prospera Jupiter his dextris fulgoribus edit. De Somn. 9. Ille fulgor qui dicitur Jovis.

Adjunct. *Dexter, eximius, micans, prosper, et salutaris, rutilus, horribilisque.*

Fulgur, ris, *fulgor*, ἀστραπὴ, στεροπὴ, στίλβη. 1. de D. 116. Quid de fulgurum vi dubitare possumus? *Ibid.* 12. Exta pecudum fulgura interpretantium. 2. de Leg. 21. Cœli fulgura regionibus ratis temperanto.

Fulgurator, oris, *fulgurum spectator, vel interpres*, κεραυνοσκόπος. 2. de D. 109.

Fulguro, as, *fulgeo, corusco*, ἀστράπτω. Orat. 29. Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est. 2. de D. 43. Jove tonante et fulgurante comitia populi habere nefas.

Fulguralis, le, *ad fulgura pertinens*, ἀστραπαῖος. 1. de Div. 72. Quod Hetruscorum declarant aruspicini, et fulgurales, et rituales libri.

Fuligo, inis, *fumi ni gramateries, caligo, tenebræ*, ἄσβολος. 2. A. 91. Dein tamen, quasi fuligine abstersa, præclara senatusconsulta fecisti.

Fulix, cis, non Fulex, *avis marina, quam Virg. Fulicam appellat*, ἐρωδιός. 1. de D. 14.

Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti,
Nunciat horribiles clamans instare procellas.
Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.

Fulmen, inis, *aeris ardor, fulgur, fulgor*, ἀστεροπὴ, κεραυνὸς, σκηπτός. 3. Off. 94. Sublatus est insanus, et antequam constitit, ictu fulminis deflagravit. *videlicet, Phaethon.* 2. de Div. 42. Quod homines tonitrua et fulminum jactus extimuissent. *Ibid.* 44. Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. *Ibid.* Non enim te puto esse eum, qui Jovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Ætna putes. *Ibid.* Quomodo toties Jupiter jaceret fulmen, cum unum haberet? *Ibid.* Comitiorum solum vitium est fulmen. *Ibid.* Jupiter multa fulmina frustra emittit. 2. Tusc. 21. Jace, obsecro, in me vim coruscam fulminis. 2. de Div. 47. Romulus lactens fulmine ictus. *Ibid.* 74. Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus, præterquam ad comitia. 2. A. 99. Cur ea comitia

non habuisti? an quia tribunus fulmen sinistrum nunciabat? 5. 15. Hæc causa, cur lex inter fulmina et tonitrua ferretur. 3. de Nat. 84. Hunc igitur nec Jupiter fulmine percussit. Ibid. 57. Mercurius fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. 1. de D. 18.

Aut cum terribili perculsus fulmine civis,
Luce serenanti vitalia lumina liquit.

3. C. 19. Cum et legum æra fulminis ictu liquefacta sunt. Pro Corn. 34. Cum duo fulmina nostri imperii subito in Hispania Cn. et P. Scipiones extincti occidissent. 15. Att. 1. Orat. 21. Quidam nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum. 2. Tusc. 66. Non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus.

Adjunct. *Terribile, sinistrum.*

Syntaxis. *Fulminum jactus. Fulmina jacere, fabricare, emittere. Fulmine ictus, percussus. Imperii Romani fulmina. Fortunæ fulmina contemnere. Duo fulmina nostri imperii, Scipiones.*

Fulminaster. 12. Att. 43. *Sic enim habent exemplaria quædam: quod mihi magis placet, quam* Fulviaster. *Significat enim, Philotimum, quæ scribat de bello, semper augere; adeo ut fulgurare, fulminaque jacere videatur: unde joco eum* Fulminastrum *appellat: hoc est fulmen quoddam parvum, seu (ut ita dicam) fulminatorem ridiculum.*

Fultus, a, um, *subnixus. Lege,* Fulcio. Pro Cor. 35. Neque ideo est Gaditanorum causa deterior; gravissimis et pluribus rebus est fulta. 12. Fam. 5. Magnis subsidiis fulta respublica est. De Senect. 52. Vitis, quæ natura caduca est, nisi fulta sit, ad terram fertur. 3. Off. 88. Imperium quod debet benevolentia fultum esse. 2. de N. 25. Partes mundi, quæ maximo calore fultæ sustinentur.

Fulviaster. 12. Att. 43. Solet omnino esse fulviaster. *alius, Fulminaster. Lege,* Fulminaster.

Fulvus, a, um, *color qualis est auri,* ξανθὸς, κιῤῥός. 1. de Leg. 2.

Nuncia fulva Jovis miranda visa figura.

Fumans, tis. De Arusp. 25. Vos me primum ictum pro vobis fumantemque vidistis.

Fumo, as, *fumum emitto, ardeo,* τύφομαι, καπνίζω. Pro Sest. 24. Et quod ita domus ipsa fumabat, ut multa ejus sermonis indicia redoleret. 2. de Nat. 25. *Terram fumare calentem.*

Fumosus, a, um, καπνώδης. I. P. 1. Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum.

Fumus, mi, *ignea exhalatio,* καπνὸς, ἀτμή. I. P. 13. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Ver. 1. 45. Fumo excruciare.

Funale, lis, *cereus, seu fax ex fune et cera,* λαμπάς. De Sen. 44. C. Duillus delectabatur crebro funali et tibicine.

Functio, onis, *actio,* ἐνέργεια, πλήρωσις. Ver. 3. 15. Ut iis jucundior esset muneris illius functio. 2. Tusc. 35. Labor est functio quædam, vel animi, vel corporis gravioris operis et muneris.

Funda, æ, σφενδόνη. *In joculari libello, teste Quintiliano, lib. 8. cap. ult.*

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda,
Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

Fundamentum, ti, *solum, sedes, gradus, aditus,* ἔρεισμα, καταβολὴ, θεμέθλον, θεμέλιον. Pro Planc. 29. Pietas fundamentum esse virtutum omnium. 1 Off. 23. Fundamentum justitiæ est fides. Pro Corn. 31. Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis. Par. 31. Narratio est quædam quasi sedes et fundamentum constituendæ fidei. 3. de Orat. 149. Fundamentum eloquentiæ est verborum usus et copia bonorum. 1. de Nat. 43. Quod igitur fundamentum hujus quæstionis est, id præclare jactum videtis. 4. A. 1. Hodie fundamenta sunt jacta reliquarum actionum. De Sen. 62. Senectus, quæ fundamentis adolescentiæ constituta est. I. P. 9. Ergo his fundamentis positis Consulatus tui, triduo postquam, &c. 2. de D. 2. Fundamentum Philosophiæ positum est in finibus bonorum et malorum. Pro Cl. 30. Hoc utar initio et quasi fundamento defensionis. Pro Sest. 5. Quibus initiis ac fundamentis hæ tantæ laudes excitatæ sint. 2. de Fin. 72. Virtutum omnium fundamenta vos in voluptate, tanquam in aqua ponitis. Pro Mur. 14. Bene habet, jacta sunt fundamenta defensionis. 4. Ac. 37. Sed paulo ante jacta sunt fundamenta. Pro Fl. 4. Nisi forte cui causæ fundamenta jaciantur, non videtis. 1. A. 1. Quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis. 1. Fam. 9. Fundamenta jacta confirmandi Senatus. 10. 29. Fundamenta jeci salutis tuæ. Ad Brut. 17. Vindex illius mali autor extitit alterius, fundamentum et radices habituri altiores. Pro Mar. 26. Tantum abes a perfectione magnorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. 1. Off. 42. Referri enim decet ad ea, quæ in principio proposui, fundamenta justitiæ: primum, ut ne cui noceatur: deinde, ut communi utilitati serviatur. Pro Mil. 75. Agere fundamenta. *Ibid.* Fundamento tota domus nititur.

Syntaxis. *Sedes, et quasi fundamentum. Fundamenta constituere, ponere. Initium et fundamentum. Fundamentum et radix. Fundamentum agere. His fundamentis positis. Jacere fundamenta alicujus rei, et alicui rei. Fundamento niti. Fundamentum firmissimum libertatis, salutis, &c.*

Fundanus, *ager.* 2. cont. Rul. 65.

Fundatus, a, um. Pro R. P. 1. Fundatæ atque optime constitutæ opes. Pro Dom. 96. Subita fundatissimæ familiæ ruina. 1. Att. 13. Status ille reipublicæ, qui fixus et fundatus videbatur. Qu. de Pet. 21. Partis ac

fundatis amicitiis fretum, ac munitum esse oportet. Par. 1. Qui hanc rempublicam tam præclare fundatam nobis reliquerunt. Pro Flac. 26. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum reperietur. 4. C. 19. Magnis laboribus fundatum imperium, multa virtute stabilita libertas. 4. de Fin. 1. Tam accurate fundatam et extructam disciplinam non est facile perdiscere.

Syntaxis. *Opes fundatæ atque optime constitutæ. Familia fundatissima. Status reip. fixus et fundatus. Fundatis amicitiis muniri. Præclare fundata republica. Magnis laboribus fundatum imperium. Accurate fundata et extructa disciplina.*

Fundens, tis. De Univ. 37. In qua omnem animum universæ naturæ temperans permiscebat; superisque permistionis reliquias fundens, æquabat. 1. de Div. 14. Haud modicos tremulo fundens e gurgite cantus. *Poetæ.*

Fundi, *oppidum.* 14. Att. 6. Pridie Iduum Fundis accepi tuas literas cœnans.

Funditus, *prorsus,* ἐκ θεμελίων, πάντως. 3. de Orat. 193. Nec earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem. 2. de Fin. 80. Præcepta ista funditus evertunt amicitiam. 1. de Inv. 55. Ille hostis funditus vicit. 6. Att. 1. Civitatem funditus perdidissem. Pro Do. 35. Civitatem funditus evertisti. 6. Fam. 2. Funditus interire. Orat. 216. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. *Ibid.* 209. Funditus tollit fidem.

Fundo, as, *constituo, stabilio,* θεμελιόω, κτίζω. Pro Corn. 31. Illud maxime vestrum fundavit imperium.

Fundo, is, *emitto,* ἐκβάλλω, χέω. 2. de Nat. 129. Ova piscium facile aqua sustinentur, fœtum fundunt. In L. Pison. Quæ te belluam ex utero, non hominem, fudit.

Profero, edo, enuncio, eloquor, cano, ἀφίημι. 3. de Orat. 192. Fundere versus ex tempore. Orat. 210. Fundere orationem numerose et volubiliter. 1. Tusc. 106. Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. 1. Div. 14. Fundere cantus e gutture tremulo. Tusc. 64. Fundere carmen grave plenumque. 2. 24. Fundere vastum clangorem. 3. de Orat. 173. Fundere incondite. 5. Tusc. 73. Fundere inanes sonos. 4. de Fin. 10. Fundere verba more poetarum. 2. Tusc. Elicere et fundere vocem. 3. 42. Fundere inanes voces.

Trado, gigno, γεννάω. De Sen. 51. Fundere frugem. 2. de Nat. 156. Fundit maxima largitate legumina terra. 5. Tusc. 37. Fundere flores, fruges, baccas.

Spargo, projicio, ἀποχέω, ἐκχέω. 1 de D. 46. Fundere sanguinem e patera.

Amplioris virtutis ratione, διατείνω. 5. de Fin. Justitia se fundit usu in cæteras virtutes. In Orat. 125. Se latius fundet Orator.

Aperio, doceo, διεξέρχομαι. 1. Nat. 65. 1. Div. Fundo physicorum oracula.

Dissipo, dispergo, disperdo, sterno, διαφθείρω. Pro Mur. 20. Murena magnas hostium copias fudit. Pro Rab. 29. Cum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset. 1. de Fin. Pro Mur. et pro Rab. Fundere exercitum.

Adverb. *Æquabiliter, incondite, late, latius.*

Fundor, eris. 3. de Fin. 49. Utrumque eorum fundi quodammodo et dilatari putant. 5. Semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur. 1. Div. 34. Sed illa quæ instinctu afflatuque divino funduntur. *scilicet, oracula.* De Sen. 52. Funditur in omnes partes vitis.

Adverb. *Latissime, numerose, volubiliter.*

Syntaxis, *Fœtum fundere, flores, baccas, fruges. Fundere versus ex tempore, ad tibiam. Fundere orationem numerose et volubiliter. Fundere e patera. Fundere exercitum, hostium copias. Latius se fundit orator. Fundi et dilatari. Justitia se fundit in cæteras virtutes. Vitis funditur in omnes partes.*

Fundus, di, *prædium, possessio,* χωρίον, ἀγρός. 1. de Orat. 249. Cui nostrum non licet fundos suos obire? aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere? 2. 224. Testificatur pater, se tibi Privernatem fundum reliquisse. Par. 6. M. Manilius habuit ædiculas in Carinis, et fundum in Labicano. 13. Fam. 69. In ea controversia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio. 14. 7. Fundo Arpinati bene poteris uti. Ver. 3. 119. Ex fundo villicus domino XX. millia nummum pro X. misit. *Ibidem.* Quod tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit. *Ibid.* Quibus rebus fundi fructus et cultura continentur. Pro A. Cæc. 104. Pro M. Tull. Fundum habet in agro Tigurino paternum. Jocul. libel.

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda,
Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

Fundus, *populus, id est, autor obstringendi se jure civium Romanorum. Hoc non discedit a priori significatione: est enim possessio ejus, cujus fundus factus est. Id quomodo fiat, docet Cicero.* Pro Corn. 20. Totum hoc in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut, cum jussisset P. R. aliquid, si id ascivissent socii populi ac Latini, et, si ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tanquam in fundo, resedisset: ut tum lege eadem is populus teneretur: non ut de nostro jure aliquid minueretur, sed ut illi populi aut jure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio uterentur. *Ibid.* 21. Qui fundi populi facti non essent.

Fundus, vasis pars ima, translatione finis, terminus, modus, πέρας. 2. Off. 55. Largitio fundum non habet. Pro Clu. 179. Ipse armarii fundum exsecuit.

Adjuncta. *Antiquus, certus, privatus, proximus, publicus, communis, extremus, fructuosissimus, maritimus, melior, ornatissimus,*

paternus, paternus avitusque, pulcherrimus, suburbanus, venalis.

Funebris, bre, *lugubris. ἐπιτάφιος, ἐντάφιος.* 2. de Orat. 341. Laudationes scribuntur ad funebrem concionem. In Vat. 30. Epulum funebre. 2. de L. 59. Vestimentum funebre. *Ibidem.* 60. Funebria cætera, quibus luctus augetur, duodecim sustulerunt.

Funesto, as, *quasi funere inquino, fœdo, μιαίνω.* Pro Font. 21. Galli humanis hostiis deorum aras et templa funestant.

Funestor, aris. Pro Rab. 11. Funestari concionem contagione carnificis veto. Pro Mil. 91. Curiam inflammari, incendi, funestari.

Funestus, a, um, *inquinatus, perniciosus, ἐναγὴς, βλαβερὸς, χαλεπός.* 9. At. 4. Majores nostri funestiorem esse voluerunt diem Alliensis pugnæ, quam urbis captæ. 1. C. 24. Hoc tibi perniciosum esse confido, et funestum futurum. 3. 22. Qui deorum templis sunt funestos ignes inferre conati. Ver. 5. 122. Colonos agrorum ad hujus securim funestam esse servatos. Pro Sest. 27. O diem illum funestum Senatui! Pro Dom. 2. Pestifer ac funestus tribunatus. Pro Flac. 103. Nox funesta alicui. Pro Qu. 95. Funestum est jugulari. Pro D. 13. Funesta fax. *Ibid.* 5. Funesta reip. pestis. 2. de L. 55. Funesta familia. 10. Fam. 8. Funesta victoria. *id est, cruenta.* Pro Dom. 10. Funesta latrocinia.

Syntaxis. *Perniciosum et funestum. Pestifer et funestus magistratus. Funestum est jugulari. Pestis, victoria funesta.*

Fungendus, a, um. 3. Tusc. 15. Conturbatus oculus non est probe affectus ad suum munus fungendum. 1. Att. 1. In omni munere candidatorio fungendo.

Fungor, eris, *præsto, exerceo, facio, efficio, colo, τελέω, λειτουργέω.* De A. 22. Valetudo opportuna est, ut dolore careas, et muneribus fungare corporis. De Cl. 63. Lysias est functus omni civium munere. 1. de D. 71. Possunt aliquando oculi non fungi suo munere. Brut. 9. Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per literas consolaner, nisi, &c. 2. Off. 70. Neque enim verbis auget suum officium, si quo forte fungitur. 1. Tusc. 109. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfecto functus est munere. Pro Cœl. 21. Fungi officio. 1. de L. 10. Ut consulentibus respondeas, senectutis grato atque honesto fungere munera. De Clar. 243. Qu. Arrius omni jam fortuna prospere functus. Ver. 3. 199. Quid aratorem ipsum muneris in republ. fungi ac sustinere velitis. 2. Off. 43. Qui adipisci veram justitiæ gloriam volent, justitiæ fungantur officio. *Ibid.* 57. P. Crassus functus est ædilitio maximo munere. *Ibid.* Magnificentissima ædilitate functus est Brutus.

Syntaxis. *Fungi munere, officio, prospera fortuna. Corporis muneribus fungi. i. e. valere.*

Fungus, gi, *ἀμανίτης.* Epist. lib. 7. epist. 26. Nam dum volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. *Ib.* lib. 9. ep. 15. Quamdiu hic erit noster hic præfectus moribus, parebo auctoritati tuæ: cum vero aberit, ad fungos me tuos conferam. *Ib.* ep. 10. Oblitusne igitur es fungorum illorum, quos, &c.

Funiculus, li, *θώμιγξ, σπαρτίον.* 2. de Inv. 154. Et inde funiculo navim moderetur. Funiculus a puppi religatus.

Funus, eris, *exequiæ, supremi diei celebritas, exequiæ funeris, ἐκκομιδὴ, κηδεία, ἐκφορά.* Pro Cl. 28. Mater tibi de integro funus, jam sepulto filio, fecit. *Ib.* 201. Mater exequias funeris filii prosecuta esset. 3. Qu. Fr. 8. Serrani funus perluctuosum fuit, ad IV. Calend. Decembris. Pro Qu. 50. Funus, quo amici conveniunt ad exequias cohonestandas. 15. Att. 1. Ibi Piliam vidi, venerat enim in funus: cui funeri ego quoque operam dedi. Pro Qu. 50. Huic acerbissimum vivo videntique funus indicitur. 2. de Orat. 283. Cum funus quoddam duceretur, accusator inquit, Mortuus rapitur: vide, &c. *Ib.* 225. Cum casu in eadem causa cum funere efferretur anus Junia. 14. Att. 10. Si Cæsar funere elatus esset. Ver. 5. 119. Non palam vivorum funera locabantur. *Ib.* 133. Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas fuisse. Pro S. R. 23. Solvere justa paterno funeri. 2. de L. 61. Inducere funus. In Vat. 30. Ita illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Pro D. 42. Cum tua rogatione funere elata respub. est. Postq. in Senat. 18. Nondum palam factum erat occidisse rempublicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur. De Pro. 45. Casum illum meum funus esse reipublicæ, sed funus justum et indictum. Pro D. 42. Funestum funus. 9. A. 17. Ædiles curules edictum, quod de funeribus habeant, Sulpitii funeri remittere. De Sen. 73.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit; cur? volito vivu' per ora virum.

4. Fa. 12. Ibique funus ei satis amplum faciendum curavi.

Adjunct. *Acerbum, acerbissimum, optatum, amplum, familiare, funestum, miserum, atque acerbum, justum, paternum, magnum, lamentabile, et sumptuosum, perluctuosum.*

Syntaxis. *Facere funus alicui. Prosequi funeris exequias. In funus venire ad exequias cohonestandas. Operam funeri dare. Indicitur illi funus. Effertur funus. Funere effertur ille. Alicujus funeri justa solvere. Funus inducere. Mercedem funeris constituere. Arbitria funeris alicui solvere.*

Fur, furis, *plagiarius, κλέπτης.* 5. de Fin. 74. Fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant. *Muret. leg.* clepserunt. Pro Mil. 9. XII. tabulæ nocturnum furem quoquo modo; diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt. Pro S. R. 56.

Canes publice aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint. 2. de Orat. 220. Is a Philippo interrogatus, quid latraret, furem se videre respondit. Pro Dom. 46. Fur aut sicarius. Pro M. Tull. Si quis furem occiderit, injuria occiderit.

Furacissimus, a, um, κλεπτίστατος, *apud Asconium* 78.

Furacissime, κλεπτικώτατα. In Vat. 12. Dum omnium domos, apothecas, naveis furacissime scrutareris.

Furax, cis, *fur, vel qui a furtis abstinere manus non potest*, κλέπτης. 2. de Orat. 248. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, solum esse, cui domi nihil sit obsignatum et occlusum. *Ib.* 268. Cornelius homo avarus et furax. I. P. 74. Furaces manus.

Furca, cæ, *crux*, στήριξ. 1. de Div. 55. Servus per circum, cum virgis cæderetur, furcam ferens, ductus est.

Furcifer, *scelestus, furcam ferens*, κατάρατος. In Vat. 15. Id tu furcifer tibi sumes? I. P. 14. et Pro Deiot. 26.

Furens, tis, *furibundus, maximo furore inflammatus, insanus, vesanus, effrænatus, præceps, mente permotus, qui mentis suæ compos non est, cui mens ex sua sede et statu dimota est præcipite amentia, homo qui de potestate, de mente, de consilio, de ratione exit.* De Ar. 46. Alicujus furentis ac violentis impetus. 2. Qu. Fr. 3. Ille furens et exanguis interrogabat suos, quis, &c. 2. C. 1. Catilina furens audacia, scelus anhelans. De Ar. 1. Hominem furentem exultantemque continui. 5. Tusc. 16. Inflammatus et furens libidinibus. De suis consil. Tarditate modorum, et gravitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.

Syntaxis. *Furens et exanguis. Furens et exultans. Inflammatus ac furens. Furens audacia, libidinibus.*

Furenter, *furiose*, μανικῶς. 6. Att. 1. Pueri aiunt, eum furenter irasci.

Furia, riæ, ἐριννύς. 3. Qu. Fr. 18. Cæsar tibi amantissime petenti veniam non dedit, uti ullum ad illam furiam verbum rescriberes. Pro Sest. 33. Illa furia ac pestis patriæ. *Ib.* 39. Illa furia clamat, &c. 3. de Nat. 46. Eumenides, quæ si deæ sunt, quarum et Athenis fanum est, et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinæ: furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, et vindices facinorum, et sceleris. 1. de L. 40. Furiæ agitant et insectantur impios non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudis cruciatu. I. P. 46. Homines impulsu deorum terreri furiarum tædis ardentibus. Pro S. R. 67. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ parentum pœnas a consceleratis filiis repetant. *Ib.* 66. Tamen eos agitant furiæ, neque consistere usquam patiuntur. *Ibidem.* 67. Agitari et perterreri furiarum tædis ardentibus. Pro Sull. 76. Itaque eos ad perficiendum scelus furiæ quædam incitarunt. Ver. 5. 112. Sceleratorum furias in tuum judicium esse venturas.

Adjunc. *Assidua, domestica, teterrima.*

Furialis, le, μανιώδης. De Ar. 39. Tu cum furiales in concionibus voces mittis, non sentis, &c. Pro Planc. 86. Furialis illa vox.

Syntaxis. *Furia et pestis patriæ, Antonius. Assiduæ, domesticæque furiæ, speculatrices et vindices facinorum. Furiæ agitant et insectantur impios. Furiarum tædis terreri, vel agitari et perterreri. A furiis incitari ad scelus.*

Furibundus, a, um, *furens*, μαινόμενος. 1. de D. 4. Vatum furibundæ prædictiones. 13. P. 19. Cæsaris enim incredibilis ac divina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit.

Furina, æ, *furia*. 3. de N. 46. *Lege*, Furia.

Furiose, *furenter*, μανιωδῶς. 8. Att. 5. Etsi solet eum, cum aliquid furiose fecit, pœnitere.

Furiosus, a, um, *furens, furibundus, vesanus mente, incitatus*, μαργῶν, ἐξεστηκώς. 1. C. 25. Quo te ista tua cupiditas effrænata et furiosa rapiebat? Pro Dom. 55. Hæc furiosa vis Trib. pleb. facile superari frangique potuit. I. P. 47. et pro S. R. 33. Vecors, furiosus, mente captus, tragico illo Oreste aut Athamante dementior. Pro Dom. 3. Homo vesanus et furiosus. De Clar. 241. Fervidum quoddam et petulans, et furiosum genus dicendi. 4. Acad. 87. Dormientium et vinolentorum, et furiosorum visa. 10. Fam. 11. Pars exercitus non minus furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt. Pro Clu. 182. Mulier jam non morbo, sed scelere furiosa.

Syntaxis. *Effrænata et furiosa cupiditas. Vecors et furiosus. Vesanus et furiosus. Fervidum, petulans, et furiosum dictum.*

Furnaria. Incer. P. Ventidium mulionem castrensis furnariæ fuisse. *Alii*, castrensem suffarraneum, *legunt.*

Furo, is, *insanio, bacchor, furore inflammor, abstrahor a sensu mentis, atque a me ipso discedo*, μαίνομαι, μαργάω, οἰστρέομαι. Ver. 4. 39. Usque eo commotus est, ut insanire omnibus ac furere videretur. De Arusp. 39. Cum baccharis, cum furis. De Clar. 275. Eos furere et bacchari arbitrabatur. Orat. 99. Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. 4. Acad. 14. Empedocles interdum mihi furere videtur. 2. de Or. 193. Mihi Telamon iratus furere luctu filii videtur. 2. Q. Fr. 1. Clodius furebat, a Racilio se contumaciter urbaneque vexatum. 8. Fam. 14. Nunc furit Domitius, tam gavisos homines suum dolorem. 14. Att. 21. Pansa furere videtur de Clodio. 1. Off. 108. Solon furere se simulavit. 1. de D. 81. Qui valetudinis vitio furunt, et melancholici dicuntur. I. P. 50. Hic acerrime furit. *Ibid.* 47.

Syntaxis. *Insanit ac furit. Bacchatur ac furit. Audacia furens. Valetudinis vitio furere.*

Furor, ris, *insania, animus, spiritus*, θυμὸς,

μανία. 4. C. 11. Versatur ante oculos aspectus Cethegi et furor in vestra cæde bacchantis. I. P. 50. Hic furore atque insania pœnas pendit. De Ar. 2. Effrænatus et præceps furor alicujus. 10. Fam. 11. Si decima legio ad eundem furorem redierit. Pro Deiot. 141. Istius flammatus atque ignitus furor. 3. Tusc. 11. Furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatem. 4. Ac. 88. Cujus furor consederit. Pro C. Corn. 1. Aliis ille in illum furorem magnis hominibus autoribus impulsus est. I. P. 31. Somnium hominis furor.

Afflatus, impetus divinus, οἶστρος. 1. de D. 66. Inest igitur in animis præsagitio: quæ si exarsit acrius, furor appellatur. 1. de Div. 80. Negat sine furore Democritus quenquam poetam magnum esse posse.

Adjunct. *Comes sceleris, et audaciæ, nefarius, consceleratus, incredibilis, ac singularis, consularis, divinus, effrænatus, exsultans, effrænatus, et præceps, indomitus, inflammatus, atque ignitus, libidinosus, perniciosus, magnus, maximus, mirus, summus, tribunitius, vetus, vinolentus.*

Syntaxis. *Furor et insania. Impelli in furorem. Redire ad furorem. Consedit furor.*

Furor, aris, *furtum facio, compilo, expilo, eripio, surripio, clam eripio, in meam rem aliena converto, κλέπτω, κλοπεύω*. Ver. 1. 60. Verres solet hæc, quæ rapuit et furatus est, dicere se emisse. 2. Off. 40. Qui cuipiam furatur aliquid, aut clam eripit. 2. de Natu. 157. Bestiæ furantur aliquid ex iis, aut rapiunt. 2. Att. 1. Nam si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres.

Furtim, *clam, λάθρα, λαθραίως*. ⅹ. *Palam, libere*. 4. Att. 3. Metellus furtim in campum currebat. 2. de Orat. 252. Tantum licet furtim, si quando et cursim. 16. Fam. 26. Lagenæ, quæ furtim essent exiccatæ. 2. cont. Rull. 41. Occulte latere, reconditum esse, furtim tradi, &c. Pro Dom. 139. Furtim aliquid facere.

Furtivus, a, um, *occultus, λαθραῖος*. I. P. 97. Furtivum iter per Italiam.

Furtum, ti, *compilatio, rei alienæ fraudulenta tractatio, κλοπὴ, κλέμμα*. Pro Cl. 179. Ille medicus domi furtum fecit et cædem hujusmodi. 3. de Nat. 74. Consilio tuo furtum factum esse aio. 1. Qu. Fr. 1. Plura oppidorum et furta et latrocinia esse depulsa. Pro. Q. R. 26. Res erat manifesta, furtum erat apertum. Cujus rei furtum factum erat? 16. Fam. 26. Ne furtum cessationis quæsisse videaris. Con. C. Anto. Cum te furti L. Calenus argueret. *Ibid*. Quo tempore a L. Caleno furti delatus sis. 4. Att. 2. Mira erant in civitatibus ipsorum furta Græcorum, quæ Magistratus sui fecerant.

Adjunct. *Apertum, improbissimum, maximum atque impudens, impudentissimum, occultum, maximum, et notissimum, illustre, mirum, parvum, sordidissimum.*

Furunculus, li, *κλέπτης*. I. P. 66. Iste tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc vero etiam rapax.

Fuscina, æ, *telum, tridens ad piscandum aptum, τρίαινα*. 1. de Nat. 102. Dant enim arcum, sagittas, clypeum, fuscinam, fulmen, &c. 2. 89.

Aut forte Triton fuscina evertens specus.
Accii.

Fuscus, a, um, *λευκόφαιος*. Pro Sest. 19. Purpura plebeia ac pene fusca. In Arat.

At pars inferior delphini fusca videtur.

1. de Div. 14. Fusca cornix. de Nat. 146. Vox fusca. ⅹ. *canora*.

Fuse, *disperse, diffuse, χύδην*. 1. de Legib. 36. Quæ fuse olim disputabantur et libere, ea nunc articulatim distincteque dicuntur. 2. de N. 20. Uberius ac fusius disputare aliquid. Or. 113. Fuse lateque dicere.

Fusio, onis, *χύσις*. 1. de Nat. 39. Chrysippus mundum deum dicit esse, et ejus animi fusionem universam. De Univer. 33. Fusiones autem deorum. *nam apud Platonem est, χορείας: Lege*, Flexio.

Fustis, is, *βάκτρον, ῥόπαλον*. 8. Fam. 8. Quid si filius meus fustem mihi impingere volet? Ver. 4. 94. Qui primo cum obsistere conarentur, male mulctati clavis et fustibus repelluntur. I. P. 73. Non opus est verbis, sed fustibus. 4. Att. 3. Clamor, lapides, fustes, gladii: et hæc improvisa omnia.

Fustuarium, rii, *verberatio, fustium castigatio, ut Modestinus ait, μαστίγωσις*. 3. A. 14. Nam, si Antonius Consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt.

Fusus, a, um, *dispersus. Lege*, Fundo. 2. de Orat. 218. Genus facetiarum æqualiter in omni sermone fusum. 2. de Nat. 101. Aer fusus et extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubes cogitur. Orat. 106. Hæc in omnia genera fusa oratio. 2. de Orat. 310. Sanguis in corporibus fusus. *Ibidem*. 159. Genus sermonis liquidum, fusum, profluens. ⅹ. *Exile, aridum, concisum, minutum*. 1. Off. 98. Decorum quam late fusum apparet. 4. A. 1. Exercitum hostium cæsum fusumque cognovi. 3. Off. 112. Hostes fusi ac fugati. Pro Sest. 91. Homines fusi per agros ac dispersi.

Adverb. *Æqualiter, æquabiliter, late, latius, longe.*

Syntaxis. *Facetiæ fusæ in sermone. Fusus et extenuatus aer. In corpore sanguis fusus. Exercitus fusus, fugatusque. Cæsus et fusus. Homines per agros fusi et dispersi.*

Futilis, le, *levis, vanus, φλύαρος, μάταιος, ἀνόητος*. 1. de Div. 36. Aruspices vanos futilesque esse dicamus. 4. Tusc. 37. Alacritate futili gestiens. 5. 16. Futiles lætitiæ. 3. de Fin. 38. Quis non odit sordidos, vanos, leves, futiles? 1. de Nat. 18. Commentitiæ futilesque sententiæ.

Futilitas, tis, *vanitas, φλυαρία, ματαιότης*.

2. de Nat. 70. Hæc plena sunt futilitatis summæque levitatis.

Syntaxis. *Vanus et futilis. Vanus, levis, futilis. Commentitium ac futile. Futilis alacritas.*

Futurus, a, um, *consequens, insequens, reliquus, impendens, eventurus, venturus, μέλλων, ἐσόμενος.* 6. Att. 3. Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. 1. A. 5. Alia porro propria Dolabellæ, quæ, nisi collega abfuisset, credo eis fuisse futura communia. 4. Fam. 9. Eum magis censemus communem in victoria futurum fuisse. 1. de Nat. 123. Homines futuros beneficos et benignos fuisse. 1. C. 24. Quam tibi perniciosam esse confido et funestam futuram. 2. de Div. 141. An tu censes, ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet? nisi, &c. 9. A. 1. Non dubito, quin reditus ejus et nobis gratus fuerit, et reip. salutaris futurus. 2. de Fin. 95. Futurum atque impendens malum. De Sen. 78. Memoria præteritorum, futurorum providentia. Pro Mur. 4. Providere quod futurum sit. 2. Off. 33. Prospicere futura. 3. de Nat. 14. Sæpe ne utile quidem est scire quod futurum sit: miserum enim est, nihil proficientem angi.

Adverb. *Aliquando, certo, diutius, mature, ocyus.*)(. *serius, omnino, omnino nunquam, remissius.*

Syntaxis. *Censes ullum futurum fuisse, qui dixerit, nisi, &c. Futurum, consequens, ac posterum tempus. Futurum et impendens malum. Prospicere futura.*

DE LITERA G.

G Litera Latinorum, consonans ac muta.

GA

Gabinius, nii. Pro Sest. 81. *ejus mores describuntur.* De Pro. 2. Quod si ille et paulo ante, et quotiescunque ei locus dicendi ac potestas fuit, Gabinium et Pisonem, duo Reip. portenta ac pene funera, cum propter alias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum et importunam in me crudelitatem, non solum sententia sua, sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit. Pro Sest. 26. *Preces Senatus pro Cicerone singulari superbia repudiavit.* I. P. 27. Qui est ab uno te improbitate victus Gabinius. *Vide* I. P. 40. De Pro. 9. *Ubi Seramis a Cicerone nominatur.* Pro Dom. 34. Pro Planc. 23. Pro Arch. 9. Pro Sest. 28. 14. A. 24. Pro Dom. 55. 4. Att. 16. 3. Qu. Fr. 4. 2. 9. 2. 7. 3. 3. 5. 1.

Gabinius, a, um. 5. Att. 21. et lib. 6. ep. 2. 2. Qu. Fr. 14. Gabinia lex. Pro Pomp. 54. de Am. 41.

Gabinus. Pro Planc. 23. Gabina vicinitas.

Gades, *insula Hispaniæ, et in ea urbs.* Pro Cornel. 39. Gades Herculis itinerum ac laborum terminus. *et Ibid de Gaditanis.*

Galatæ, *Asiæ populi.* 6. Att. 5. Galatarum auxilia.

Galea, æ, *capitis armatura, κόρυς.* Ver. 4. 79. In hoc fano loricas galeasque æneas P. Scipio posuerat.

Galeatus, a, um, *κορυστὴς*, ut galeata Minerva. 1. de Nat. 101.

Galleotæ, *temporibus Philistini nominabantur in Sicilia interpretes portentorum.* 1. de Div. 39.

Gallia, liæ. De Pro. 39. Alter ulteriorem Galliam decernit, alter citeriorem. 80. Att. 3. M. Marcello Cos. finienti provincias Gallias Cal. Mart. ipse restitit. *Ibid.* Gallia ulterior. 8. Fam. 5. Propter Galliarum controversiam. Pro Mur. 89. Gallia transalpina. 8. A. 27. Gallia comata.

Adjuncta. *Ulterior, citerior, comata, transalpina.*

Gallicæ, arum, *crepidæ, soleæ, κελτικὸν ὑπόδημα.* 2. A. 76. Nullis nec gallicis, nec lacerna. *Sic enim legendum est, non,* caligis, *teste Gellio. lib.* 13. *ca.* 22.

Gallicanus, a, um, *Gallicus.* Pro Qu. 15. De tota illa re atque ratione Gallicana inter se communicant. Pro Sull. 53. Ager Gallicanus Picenusque. In L. Pison. 14. Prius Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi est cœptus.

Gallicus, a, um, *Gallicanus.* 1. de Div. 81. Brenus, ejusque Gallicæ copiæ. Pro Sest. 9. Pisauri, et in aliis agri Gallici partibus. 2. C. 5. In agro Piceno et Gallico. De Clar. 57. Ager Gallicus et Picenus.

Gallina, æ, *oviferum præ cunctis volucre altile, ἀλεκτορὶς, ἀλεκτρυών.* 2. de N. 124. Anatum ova gallinis supponimus. 4. Ac. 57. Quæ id ovum gallina peperisset, dicere solebant. 2. de D. 56. Hoc igitur, per gallinas Jupiter tantæ civitati signum dabat? De Sen. 56. Abundat gallina, caseo, &c.

Gallinaceus, a, um, *ἀλεκτόρειος.* Pro Mur. 61. Qui gallum gallinaceum suffocaverit, &c. 1. de D. 74. Gallos gallinaceos canere cœpisse. 2. de D. 29. Gallinaceum fel.

Gallinaria, *sylva Romæ.* 9. Fam. 23.

Gallinarius, rii, *qui Gallinas curat, ὀρνιθοτρόφος.* 4. Acad. 85. Quoniam gallinarium invenisti Deliacum, qui ova cognosceret.

Gallogræcus. De Arusp. 28. Brogitarus Gallogræcus.

Gallonius, nii, *præco, et insignis helluo.* 2. de Fin. 90. Vivit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piso. Pro Qu. 94. Quæstus et sumptus Gallonii.

Gallus, li, *avis nota, ἀλεκτρυὼν, ἀλέκτωρ.* 2. de D. 56. Galli victi silere solent, canere victores. *Ib.* 27. Cur ante lucem galli cantant. 1. 74. Gallos gallinaceos sic assidue canere cœpisse, ut nihil intermitterent. 2. 57. Galli silentio noctis (ut ait Ennius) favent faucibus. Pro Mur. 61. Qui gallum gallinaceum suffocaverit. *Ib.* 22. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. 4.

ad Her. 63. Gallus e Phrygia. 2. de Orat. 266.

Qui est in Gallia transalpina genitus, Κελτής. Pro Font. 21. Galli humanis hostiis deos placant. De Ar. 19. Galli robore, Hispani numero, Pœni calliditate, Græci artibus valent.

Gamelion, *mensis Januarius, Junoni sacer propter nuptias*, γαμηλιών. 2. de Fin. 101.

Ganeæ, arum, *lustra, loca libidini et helluationibus apta*, χαμαιτυπεῖον. I. P. 13. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo.

Ganeo, onis, *helluo*, ἄσωτος, γαστρίμαργος. 2. C. 7. Quis ganeo? quis nepos? &c. Pro Sest. 111. Egentissimus ganeo. Postquam in Sen. 11. Cincinnatus ganeo.

Adjunct. *Cincinnatus, furiosissimus, egentissimus.*

Ganges, *fluvius Indiæ maximus*. De Somn. 16.

Gargetius, *id est, Epicurus*. 15. Fam. 16.

Garriendi. 1. de Nat. 109. Tanta est impunitas garriendi.

Garrio, is, *garrire, est avium: sed usurpatur pro loqui, idque sine delectu*, λαλέω, μωρολογέω, φλυαρέω. 12. At. 1. Cum coram sumus, et garrimus quicquid in buccam venit. 6. 2. Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed, &c. 2. de Or. 21. Philosophi in gymnasiis garrire cœperunt.

Garrulus, a, um, *loquax*, ἀδόλεσχος, στωμύλος. 2. ad Her. 16. Ut hujus infantiæ garrulam disciplinam contemneremus.

Gaudens, tis. 2. Att. 4. Animo æquo, imo vero etiam gaudenti ac libenti.

Gaudeo, es, *lætor, exulto, triumpho lætitia, gaudio exulto, gaudio afficior, læte fero*, χαίρω, ἥδομαι. 3. de Leg. 1. Sane gaudeo, quod te interpellavi. 9. Att. 6. Quæ adhuc fecimus, probari valde gaudeo, si est nunc ullus gaudendi locus. 2. Q. Fr. 11. Gaudeo, tibi jucundas meas esse literas. 3. 1. Quod scribis, te á Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Pro S. R. 136. Quæ perfecta esse gaudeo, vehementerque lætor. 16. Att. 17. Id tu nos obtinuisse non modo facile patiare, sed etiam gaudeas. 9. 19. Meum factum probari abs te triumpho et gaudeo. Pro Mar. 10. Quare gaude tuo isto tam excellenti bono, et fruere cum fortuna et gloria, tum etiam natura et moribus tuis. 1. de Fin. 37. Cum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiæ gaudemus. 8. Fa. 14. Nunc furit tam gavisos homines suum dolorem. *Ibidem*. 2. In theatrum Curionis Hortensius introiit, puto, ut suum gaudium gauderemus. 1. 9. In molestia gaudeo. 3. Tusc. 51 Quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.

Delector. 3. Off. 121. Cum intellexero, te hoc scientiæ genere gaudere.

Adverb. *Admodum, immortaliter, incredibiliter, maxime, magnopere, plane, perpetuo, valde, vehementer, sæpe, vehementissime.*

Syntaxis. *Immortaliter gaudeo. Gaudeo, vehementerque lætor. Id evenisse triumpho et gaudeo. Gavisus est ejus dolorem. Alterius gaudere gaudium. In sinu gaudere. Gaudeo tibi. Gaude tuo tam excellenti bono.*

Gaudium, dii, *lætitia, fructus*, χαρὰ, ἡδονή. 4. Tusc. 14. Nam cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur. cum autem inaniter et effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest: quam ita definiunt, sine ratione animi elationem. 1. C. 26. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? 5. de Fin. 69. Gaudio compleri, affici, perfundi.

Adjunct. *Commune, exile, falsum, incredibile, insatiabile, perpetuum, plenum, maximum, nimium, summum, verum.*

Gaurus, *mons*. 2. cont. Rul. 36.

Gaza, *vox Persica, ærarium, pecunia, thesaurus, regiæ opes, bona fortunæque*, γάζα. Pro Pomp. 66. Qui ab auro gazaque regia manus abstinuisset. 2. Off. 76. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. Pro Dom. 60. Omnium locupletum fortunæ, omnium provinciarum fructus, omnium regum bona. Part. 6. Pecunia, vectigal, divitiæ, fructus.

Adjunct. *Maxima, opulentissima, regia.*

GE

Gedusanus, *ager*. 2. cont. Rul. 49.

Gela, *oppidum Siciliæ*. Ver. 4.

Gelenses, *populi*. *Ibid.* 73.

Gelidus, a, um, *frigidus*, ψυχρός. 2. de Leg. 6. Fibrenus præcipitat in Lirem, eum multo gelidiorem facit: nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi. 2. de Nat. 98. Adde huc fontium gelidas perennitates. 1. C. 31. Si aquam gelidam biberint.

Geminatio, onis, *exornatio verborum*, ἐπαναδίπλωσις. 3. de Or. 206. Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias.

Geminatus, a. um. De N. 14. Sol geminatus. Par. 21. Verba geminata atque duplicata.

Gemino, as, *duplico*, διπλόω, διπλασιάζω. In Arat.

Persæpe ut parvum tranans geminaverit orbem.

Geminus, a, um, *similis*, ὅμοιος, ὁμοιότροπος. Pro S. R. 118. Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Pro Qu. R. 55. Et simillima et maxime gemina societas hæreditatis est. Ver. 3. 135. Consorti quidem in lucris atque furtis, gemino et simillimo nequitia, improbitate, audacia.

Duplex, διπλόος. In Arat.

Quæ volat, et serpens geminis secat aera pennis.

Pro Sest. 82. Cum quærerent alii Numerium, alii Quintium, gemini nominis errore servatus est. 2. de Div. 120. Gemino lucernæ lumine declarari dissensionem. I. P. 41. Vos geminæ voragines, scopulique reip. 3. de Or. 180. Aliæ sunt geminæ percussiones, quibus, &c. Pro Clu. 46. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt. 2. de Div. 90. 4. Acad. 56. Servilii gemini. *Ibid.* Ut mater internoscit geminos consuetudine oculorum, sic tu internosces, si assueveris. 2. de Nat. 110.

Et natos geminos invisos sub caput Arcti.

Ibidem. Sub læva geminorum.

Syntaxis. *Geminus, et similis. Fratres gemini. Geminæ alæ. Simillima et maxime gemina societas.*

Gemitus, us, *suspirium, vox dolore expressa,* οἰμωγή, στεναγμός. Pro S. R. 24. Ut tota urbe fletus gemitusque fieret. Postquam in Senat. 16. Saltem dum conticescat lamentatio et gemitus urbis. De Ar. 39. Non sunt illi gemitus et ejulatus Philoctetæ tam miseri. 2. A. 85. Gemitus et plangor toto foro. Pro Sest. 68. Obviam tota civitas cum lacrymis gemituque processerat. 2. Tusc. 57. Gemitus lamentabilis. Incert. Ut cogat in gemitum.

Adjunc. *Acerbus, miser, lamentabilis, imbecillus, flebilis, liber, magnus, maximus.*

Syntaxis. *Fletus gemitusque fit. Lamentatio et gemitus. Gemitus et ejulatus. Gemitus et plangor.*

Gemma, mæ, *lapillus pretiosus omnis, sive perlucidus, sive non,* λίθος, ἀνθράκιον. Ver. 4. 1. Nego, ullam gemmam, aut margaritam fuisse, quin abstulerit. *Ibid.* 62. Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis. *Ibid.* Vas vinarium ex una gemma pergrandi. De Sen. 59. Cyri ornatus Persicus multo auro, multisque gemmis. 4. ad Her. 61. Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata.

Oculus et germen in stirpibus, ὀφθαλμός. De Sen. 53. In vitibus ineunte vere existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur.

Adjunct. *Clarissima, pergrandis.*

Gemmeus, a, um, λιθώδης. Ver. 4. 62. Trulla gemmea.

Gemmo, as, ὀφθαλμὸν ἀφίημι. Or. 81. Siquidem est rusticorum, gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes. De Or. Gemmare vites, luxuriem esse in herbis, &c.

Syntaxis. *Multo auro, multisque gemmis. Magnis fulgentibus gemmis illuminata corona. Vites gemmare.*

Gemo, is, *gemitum facio, ingemo, ingemisco,* στενάζω, στεναχίζω, ὀδύρομαι. 14. Attic. 24. Hæc me species cogitatioque perturbat, ne gemam. Pro Plan. 101. Hos pro me lugere, hos gemere videbam. Pro Sest. 66. Hæc gemebant boni, sperabant improbi. I. P. 25. Quorum nemo te aspexit, qui non gemeret desiderio mei. Postquam in Senat. 11. Quo minus occulte vestrum malum gemeretis. 2. At. 19. Graviter gemes istam virtutem.

Gemor, eris. *Ibid.* 18. Hic status una omnium voce gemitur.

Adverb. *Clare, graviter, leviter, occulte.*

Syntaxis. *Gemere absolute, et gemere damnum, et gemere alicujus desiderio. Libertas amissa gemitur.*

Genæ, arum, *oris partes eminentiores, oculis subjectæ, quæ malæ quoque dicuntur,* παρειὰ, γνάθος. 2. de Nat. 143. Genæ ab inferiore parte tutantur oculos subjectæ leviterque eminentes. 3. Tusc. 62. Muliebres lacerationes genarum. 2. de Leg. 59. Mulieres genas ne radunto. I. P. 1. Pilosæ genæ, dentes putridi. 3. Tusc. 26. Lacrymæ peredere humore exangues genas.

Genealogi, orum, *sic enim legendum est, non Genealogii: qui de ortu et originibus scribunt,* γενεαλόγοι. 3. de Nat. 44. Dii, qui a genealogis antiquis nominantur.

Gener, ri, *filiæ vir,* κηδεστής. 4. Att. 2. Is, abjecta toga, se ad generi pedes abjecit.

Generalis, le, *communis, universus, late manans, ad multa pertinens, late patens,* ὅλος, καθολικός. 1. Off. 96. Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur: aliud huic subjectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. 1. de In. 10. et 14. Cum de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur. 2. 61.

Generaliter, *communiter, una comprehensione,* ὅλως. 1. 39. Nam tempus quidem generaliter definire difficile est.

Generatim, *generaliter, universe,* καθ' ὅλου, Ver. 2. 168. Ergo ab universa provincia, generatimque a singulis ejus partibus diligitur. *Ibid.* 137. Nam aut publice civitates istos honores habent, aut generatim homines, ut aratores, mercatores, navicularii. I. P. 85. Quid avaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? generatim ea, quæ maxime nota sunt, dicam. Orat. 47. Orator percurret omnes locos, utetur aptis generatim. 1. de Orat. 58. De jure generatim in ordines ætatesque descriptio. 2. 142. Sed hæc Crassus aliquando vobis expediet, et disponet descripta generatim. 1. 186. Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent. 4. Acad. 47. Exponam igitur generatim argumenta eorum. 11. Att. 6. Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata.

Per singula genera: unde distinctio contra primam significandi vim. Ver. 5. 142. Nam quid ego de cæteris civium Rom. suppliciis sigillatim potius quam generatim atque universe loquar? 2. de Orat. 42. Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetenda ne esset eloquentia, expetendine honores. 2. de Inv. 18. Ut si amicitiæ quid causa factum dicatur, si inimici ulciscendi, si metus, si gloriæ, si denique, ut omnia

generatim amplectamur, alicujus retinendi, augendi, adipiscendive commodi causa, &c.

Generator, oris, *genitor*, γεννήτωρ. De Un. 34. Qui nosse generatores suos optime poterant.

Generatus, a, um. De Un. 4. Semperne fuerit mundus, nullo generatus ortu, an ortus sit? 5. Tusc. 69. Initia, unde omnia sint orta, generata, concreta. 1. Offic. 22. Homines hominum causa esse generatos. 4. A. 5. Mars, a quo populum Romanum generatum accepimus. 5. Off. 103. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et jocum facti esse videamur.

Genero, as, *gigno*, γεννάω, συγγεννάω. 1. de Legib. 27. Hominem generavit et ornavit Deus.

Generosus, a, um, *qui altioris animi est, magnanimus, praestans, magnificus, clarus*, εὐγενής, εὐπατρίδης. 3. Off. 86. Cum de imperio certamen esset cum rege generoso ac potenti. De Clar. 213. O generosam stirpem. 1. de Div. 20. Civili generosa stirpe profectus. 2. Tuscul. 16. Quod natura ipsa, et quaedam generosa virtus statim respuit. De Am. 29. Humilem sane relinquunt, et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae. De Cl. 261. Voce, motu, forma etiam magnifica, et generosa quodammodo. Parad. 3. Virgo generosa et nobilis.

Syntaxis. *Rex generosus. Generosa stirps. Forma magnifica et generosa.*

Genialis, le, *nuptialis, voluptuarius*, γαμήλιος. Pro Clu. 14. Lectus ille genialis, quem biennio ante filiae suae nubenti straverat.

Geniculatus, a, um, *geniculis distinctus*. De Sene. 51. Culmus geniculatus.

Genitor, oris, *generator*, γονεὺς, γεννήτωρ. De Un. 24. Quo nihil ab optimo genitore melius procreatum est, *Ibid.* 41. Imitantes genitorem et effectorem sui. 2. de Div. 64. Genitor Saturnius, &c.

Genitrix, *procreatrix*, γενέτειρα. 2. de Divinat. 63.

Nona super tremulo genitrix clangore volabat. Poetae.

Gens, tis, *natio*, ἔθνος, φῦλον. 3. de Nat. 93. Deum non curare singulos homines, nec civitates, nec nationes et gentes. 1. Off. 53. Propior est ejusdem gentis, nationis, linguae. 4. C. 12. Qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in vestigiis hujus urbis collocarent. Pro Font. 25. Exterae nationes et gentes. Pro Pomp. 31. Gentes ac nationes. 1. C. 9. O dii immortales, ubinam gentium sumus? 6. Att. 3. Quippe res est in manibus, tu autem abes longe gentium. 12. Fam. 22. Nostri συμπολῖται longe gentium absunt. De Prov. 31. Nulla gens est, quae non aut ita subacta sit, ut vix extet: aut ita domita, ut quiescat: aut ita pacata, ut victoria nostra imperioque laetetur. *Ibid.* 33. Quas regiones, quasque gentes nullae nobis antea literae, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator nosterque exercitus, et populi Romani arma peragrarunt. Pro M. Scau. Sordidissimae, levissimae, vanissimae genti, ac prope dicam pellitis testibus, condonetur.

Genus et Familia, [illegible]. Ver. 5. 143. Ubicunque terrarum et gentium. Pro Flacc. 1. Gens Valeria. 1. de Orat. 176. Cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii ejusdem nominis haereditatem gente ad se rediisse dicerent, &c. 4. Acad. 126. Cleanthes quasi minorum gentium Stoicus. 1. Tusc. 29. Dii majorum gentium. 9. Fam. 21. Patricii minorum gentium. *Lege*, Familia.

Adjunc. *Acuta, antiqua, barbara, innumerabilis, infinita, bellicosa, cara, efferata, extera, religiosa, extrema, atque ultima, fallacissima, fera, fortis, fera et armata, finitima, immanis, inimica, incognita, maxima, humana atque docta.*)(. *immanis ac barbara, integra, integerrima, pacatissima, major, mansueta, minor, multa, sana, universa.*

Syntaxis. *Nec natio nec gens. Gens, natio, lingua. Gens Allobrogum. Nationes et gentes. Ubi gentium? Abesse longe gentium. Ubi terrarum et gentium. Dii majorum gentium.*

Gentilis, le, *vocarunt Latini eum gentilem, qui ex eadem familia ortus est, et idcirco eodem nomine appellatur*, ἐθνικός, ὁμόφυλος. Top. 29. Gentiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo servitutem servivit, qui capite non sunt diminuti. 2. de In. 148. Si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto. 1. Tus. 38. Antiquus sane. fuit enim meo regnante gentili. De Cl. 109. Tuus etiam gentilis, Brute, M. Pennus. Ver. 2. 190. Responde mihi nunc, Verres, quem esse hunc tuum pene gentilem Verrutium putas? De Un. 36. Homines Deorum quasi gentiles.

Gentilitas, tis, *gentilium jus, conditio, ratio*, ὁμογένεια. 1. de Orat. 176. In ea causa fuit Oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis jure dicendum.

Gentilitius, a, um, *gentis et generis communis*, φυλετικός. De Arusp. 32. Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello factitarunt.

Genu, *nodus in quo femora desinunt, cujus pars posterior poples dicitur*, γόνυ. Postq. in Sen. 16. Tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis verbis a genibus tuis repulisti. 2. Tusc. 57. Genu M. Antonium vidi, cum contente ipse pro se diceret, terram tangere.

Genuarius, rii, *nummus Genuae cusus*. Att. lib. 6. epist. 1. Genuarios a Caesare per Herodem, talenta Attica L. extorsistis. *Alii al. leg.*

Genuinus, a, um, γνήσιος. 2. de Nat. 134. Dentium adversi acuti dividunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur.

Genus, genu. In Arat. Atque inter flexum genus, &c. et laevum genus. *et ibidem saepius, poetica licentia.*

Genus, *eris*, *natura*, *commune genus*, *genus primum*, *genus universum*, εἶδος, ἀρχὴ, γένος. Top. 31. Genus est notio ad plures differentias pertinens: forma est notio, cujus differentia ad caput generis, et quasi fontem referri potest. 1. de Orat. 189. Genus id est, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes. 1. de Inven. 32. Genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal. Pars est, quæ subest generi, ut equus: sed sæpe eadem res alii genus, alii pars est: ut homo, animalis pars est, Thebani, aut Trojani, genus. *Ibid.* 42. Genus est, quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas. Pars est, quæ subest generi, ut amor, avaritia. 3. de Orat. 34. Formæ dicendi specie dispares, genere laudabiles. *Ibid.* In ea varietate Orator fere melius a deteriore, facultate magis, quam genere distinguitur. Pro Sest. 97. Sed genus universum brevi circumscribi et definiri potest. Orat. 117. Idem genus universum in species certas partietur et dividet. 2. de Orat. 118. Et item de cæteris rebus ejusdem generis, vel separatim dicere solemus de genere universo, vel definite de singulis temporibus, hominibus, &c. 2. de Inv. 146. Lex scripta, vel de genere omni, vel de parte quadam. 2. de Orat. 135. Argumenta revocentur oportet ad genus et ad naturam universam. *Ibid.* 138. Oratio ad universi generis disputationem referatur, necesse est. *Ibid.* 133 et 134. Generum universæ quæstiones. *Ibid.* Perpetui juris et universi generis quæstio. Orat. 16. Neque vero sine Philosophorum disciplina genus et speciem cujusque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus. De Opt. 3. A perfecto qui absunt, non genere differunt, ut ab Attio Terentius, sed in eodem non sunt pares. Pro Fla. 23. Quærendum est ergo de communi genere testium. 2. de Orat. 65. Generum infinitæ quæstiones. *Ibid.* 145. Genera esse definita non solum numero, sed etiam paucitate. 1. 190. Si quis omne jus civile in genera dividat, quæ perpauca sunt. *Ibid.* 109. Res aliquas verbis designare, generibus illustrare. 4. Acad. 50. Nihil de suo genere in aliud genus transferri potest. 2. Off. 45. Mihi hæc oratio suscepta non de te est, sed de genere toto. *Ibid.* 60. Tota igitur ratio talium largitionum genere vitiosa est, temporibus necessaria. 3. de Fin. 34. Sed ea æstimatio genere valet, non magnitudine. 3. Tusc. 24. Perturbationes genere quatuor sunt, partibus plures. 2. de Orat. 166. Genera, et partes generibus subjectæ. 2. de Inv. 56. Non in omnem causam, sed in omne genus causæ incidunt. 1. Qui diligenter omnium causarum vim et naturam cognoverit, cum genere primo, tum etiam forma eas intelligat dissidere. Pro C. Corn. 1. Quatuor omnino genera sunt, in quibus per Senatum more majorum statuatur aliquid de legibus. Unum est ejusmodi, &c. Alterum, &c. Tertium est de legum derogationibus: quo de genere per sæpe Senatusconsulta fiunt, &c. 5. Att. 2. His ego duobus generibus *civitatum* facultatum ad se ære alieno liberandas aut levandas dedi.

Species, εἶδος. 5. Tusc. 37. Natura quidquid genuit, in suo genere perfectum esse voluit. 2. de Nat. 41. Sol efficit, ut omnia floreant, et in suo quæque genere pubescant. Pro Dom. 75. Tantus splendor omnis generis hominum, ætatum, ordinum. 3. de Orat. 117. Explicatis his generibus et modis disceptationum. Oecon. 1. Ne genus humanum temporis longinquitate occideret.

Ratio, *modus*, *discrimen*, *res*, *ordo*: *uti formulæ demonstrabunt*, φύσις. Orat. 42. Orationis genus sonans est in illo epidictico genere. 1. de L. 22. Ex tot animantium generibus atque naturis. 2. de N. 99. Varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum. De Cl. 129. Licinius genere toto fervidior. 3. Qu. Fr. 4. Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi. 1. Off. 117. Implicari aliquo certo genere cursuque vivendi. 3. de Orat. 165. Ex quo genere hæc sunt. 1. 210. Et ejus generis homines. 3. 155. Ex eo genere. 13. Att. 13. Orationes, aut aliquid id genus soleo scribere. 2. de Inv. 162. Quod genus, pactum, par, judicatum. *Ibid.* 165. Quo in genere est gloria. 2. ad Her. 48. Quod genus hi sunt, qui &c. 1. ad Her. 14. Quod genus, si dicam me, &c. 1. de In. 25. 4. de Fin. 4. 1. Off. 7. Et quæ sunt generis ejusdem. 2. de Fin. 23. Istius generis asotos. Pro Cor. 15. In omni genere et varietate artium excellere. 1. de Orat. 223. Teneat oportet venas cujusque generis, ætatis, ordinis. 5. A. 13. Num ex judicum genere et forma? *Ibid.* 12. Si hoc genus in unum redigatur. *i. si omnes hæ pecuniæ congregentur.* 6. A. 4. Semper eum duo genera, lenonum et latronum delectarunt. Pro Sest. 119. Non sum tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper. Pro Pl. 45. In hoc genere et fuimus ipsi, et alii complures. 4. Fa. 13. In hoc toto genere plura faciam, quam scribere audeo. 1. Q. Fr. 2. Qua de re, et de hoc genere toto pauca cognosce. 7. Brut. Tuum consilium, Brute, de toto genere belli &c. *Ibid.* Quid sentiam de constitutione hujus belli, &c. 2. Qu. Fr. 2. Te quotidie in omni genere desidero. 16. Att. 5. Is me in omni genere delectavit. 12. 32. Tota domus in omni genere diligens. 3. Tusc. 11. Quo in genere Athamantem furere dicimus. De Ami. 63. Sunt igitur constantes eligendi amici, cujus generis magna penuria est. 1. Att. 6. Quo in genere magno studio efficimur. 2. de Orat. 17. Qui in aliquo genere inconcinnus est, is ineptus dicitur. *Ibid.* 265. Hujus generis plenus est Nævius. 7. Att. 1. Prudentia tua, quam in omni genere judico

singularem. Orat. 94. Genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν nomine recte: genere melius ille qui ista omnia translationes vocat. Ver. 2. 18. Ut intelligatis eum Romæ quæsisse non modo genera furandi, sed etiam nomina. 5. Tusc. 22. Divitiæ genere, non numero cernuntur. De Opt. 3. Oratorem genere non divido: perfectum enim quæro. *Ibid.* Verum id sit non genere sed gradu. Pro Pomp. 27. Bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculosum, &c.

Gens, natio, populus, δῆμος. 4. A. 13. Virtus, quæ propria est Romani generis atque seminis.

Familia, stirps, οἶκος, οἰκία. Ver. 5. 179. Qui nobili genere nati sunt. Pro S. R. 15. Aliquis genere ac nobilitate suæ civitatis facile primus. 2. de Orat. 286. Quidam malo genere natus. Pro Cæc. 58. Servi tuæ familiæ et genere, et nomine continebuntur. Pro Mur. 15. Contempsisti L. Murænæ genus, extulisti tuum. Pro Fl. 9. Natio Græcorum, &c. a genere isto, &c. De Clar. 212. Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. In L. Pison. Qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus.

Natura. 1. de Inv. 35. Hominum genus in sexu consideratur, virile an muliebre sit. *Lege,* Familia.

Adjuncta. *Abjectum, amplissimum, aptum, jucundum, dulce, et solutum, affluens, argutum, aptius, insigne, florens, pictum et expolitum, melius, fortius, novum atque inauditum, ornatum, copiosum, diversum, plenius, purum, et candidum, subtile, et acutum, modicum, vehemens, summum, et perfectissimum, tenue, uberius, et robustius, incensum et incitatum, accuratius, acutissimum et subtilissimum, definitum, difficile, facetum, fusum, peracutum, et breve, grandius, et illustrius, gravius, hebes, atque impolitum, non insulsum, liberale, non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum, leve, magnificum, atque præclarum, mollius, et remissius, morosum, superstitiosum, gloriosum, suspiciosum, stultum, notissimum, ridiculum, novum, perelegans, salsum, accommodatum, vehemens, atque atrox, accuratius, et exquisitius, acutum, prudens, sincerum, solidum et exsiccatum, Asiaticum, Atticum, compositum, agreste, expeditum, elegans, eruditum, exornatum, facilius, et liberius, exquisitius, minime vulgare, furiosum et petulans, et fervidum, falsum, forense, concertatorium, judiciale, non tam historicum quam oratorium, inflatum et corruptum, magnificentius, et ornatius, molle, et Xenophonteum, inconditum, peracutum, placidum, et sanum, populare, præclarum, sententiosum et argutum, splendidius, et magnificentius, versutum et solers, stomachosum, frigidum, volucre, atque incitatum, acerbum, æquum, consulare, prætorium, acutum, crebro incidens, flexibile, plenum, interruptum, demissum et hæsitans, et abjectum, contentum, imminens, effusum, lene, tenerum, remissum, grave, aptum et congruens, forte, commotum, præmunitum, et septum, acre, enucleatum, honeste cedens, acriter insequens, terrens, supplicans, humanum, asperum, contractum, diffusum, fractum, scissum, attenuatum, inflatum, subtile, exile, inusitatum, obscurum, inane, et jejunum, non inutile, æquabile et temperatum, certum, illiberale, petulans, flagitiosum, obscurum.)(. elegans, urbanum, ingeniosum, naturale, et honestum, non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum, quietum, nimis acutum, et suspiciosum, civile, clarum, et perspicuum, non naturale, sed artificiosum, rarum, adversum infestumque, non nimis comptum aut politum, doctum, expolitum, finitum, firmum, fusum, mutatum, infirmum, lætum, vanum, probabile, proprium, suave, uberius, utilius, ambiguum, definitivum, demonstrativum, deliberativum, judiciale, dissimile, virile, muliebre, commune, vulgare, leve, remotum, controversum, perspicuum, non concessum, contrarium, inconstans, adversum, honestum, admirabile, humile, anceps, par, publicum, singulare, religiosum, dubium, simile, simplex, vitiosum, utile, antiquissimum, nobile, terrenum, minime arrogans, maximeque constans, et elegans, levissimum et indoctissimum, stolidum, asperius, refractariolum, aureum, canorum, fuscum, asperum, dispar, igneum, captiosissimum, tortuosum, vitiosum et captiosum, certissimum, familiare, et jocosum, severum, et grave, nitidum et lætum, universum, vulgare, dispar, probabile, necessarium, conveniens, consentaneumque, dulce, sceleratum, impium, fœdum, pestiferum atque impurum, subtile, spinosum, declamatorium, paulo eruditius, diligentius atque officiosius, voluntarium, divinum, cœleste, pennigerum, aereum, aquatile, terrestre, divinum atque incredibile, singulare atque incredibile, optimum, justissimum, et honestissimum, periculosum, perniciosum, senatorium, commune ac jam prope concessum, grave et detestabile, minus malitiosum, gravius, et difficilius, rarius, et difficilius, honestissimum, ac nobilissimum, horribile, et pertimescendum, maternum, humanissimum, ignavum, atque iners, improbum, inanime.)(. animatum, mutum.)(. loquens, ingenuum, optabile, simplex, indignum, quæstuosum, infinitumque, incredibile, magnum, mirificum, incultum, vastum, atque desertum, moderatum, amantissimum, infimum, infinitum, insolitum, remissius, inimicissimum, optimum, atque honestissimum, novum ac singulare, invictum, lubricum, paternum, præceps, maximum, miserum, atque acerbum, triste, et miserum, consentaneum, non modo liberum, sed etiam incitatum, atque elatum, proclivius, solutum, mortale, varium et diversum, nequissimum, occultum, oratorium, otiosum, maxime rarum, et pene divinum, verissimum, pulcherrimum, regale, populare, robustum, varium, et mixtum, et turbulentum, seditiosum, et inertissimum, stabilius et diuturnius, tolerabile,*

multiplex, tam triste, et tam asperum, turpe, universum, usitatum.

SYNTAXIS. *Revoca ad genus, et ad naturam universam, et ad universum genus. Generibus illustrare. In suo genere cuncta perfecta sunt. Ille genere toto fervidior. Istius generis tibi primas concedo: h. e.* in hac re. *Quod genus: h. e.* cujus generis. *Te in omni genere desidero. In omni genere prudens. Bellum genere necessarium: h. e.* per se. *Romanum genus, ac semen. Genere ac nobilitate suæ civitatis primus. Scipionis genus.*

Geographia, æ, γεωγραφία. 2. Att. 4. De geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam.

Geometra, æ, *geometres*, γεωμέτρης. 3. Off. 33. Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut sibi quædam concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent. 4. Acad. 116. Geometræ provideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere. 3. de Fin. 4. et 2. de D. 15. et de Fat. 15. Geometræ, musici, grammatici, &c.

Geometres, *geometra*. 4. Acad. 22. Quomodo geometres cernere ea potest, quæ, &c.

Geometria, æ, γεωμετρία. 5. Tusc. 4. In summo apud Græcos honore geometria fuit. 3. de Orat. 130. Geometriam Euclides et Archimedes tractaverunt. 2. de D. 10. Quæ in geometria describuntur, mathematicorum sunt, non ariolorum. 1. de Finib. 20. Discere geometriam ab aliquo. 1. de Orat. 187. In geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines. 1. Off. 19. In geometria Sext. Pompeium ipsi cognovimus.

Geometrica, orum. 1. Tusc. 57. Quasi geometrica didicisset.

Geometricus, a, um, γεωμετρικός. *Ibid.* In illo libro pusionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. 2. de D. 122. Si velim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. 4. Acad. 117. Quod si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longe aberit, ut rationibus credat Philosophorum. 12. Att. 5. Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras.

Germane, *fraterne*, ἀδελφικῶς. 2. Q. Fr. 14. Ego tibi germane fraterneque rescribam.

Germani, *populi*. 14. Att. 9. Pro Cor. 32. De Pro. 33. I. P. 81.

Germanitas, tis, *communio sanguinis, consanguinitas*, ἀδελφότης. Pro Lig. 33. Moveat te horum pietas, moveat germanitas. De Ar. 42. Clodius in domesticis est germanitatis stupris volutatus.

Germanus, a, um, *ex eodem genere, et stirpe eadem ortus, præsertim frater*, ὁμοπάτριος, ἀδελφός. Ver. 1. 128. C. Fannius frater germanus Qu. Ticinii. 5. de Fin. 1. L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore germanus. Pro Mil. 74. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Pro Font. 36. Cum præsertim virgo germana fratrem complexa teneat. Part. 88. Conjuges, liberi, germani, parentes. 11. Att. 14. Nisi forte jure germanum Cimber occidit. Orat. 32. Hi cum mutila quædam et hiantia locuti sunt, germanos se putant esse Thucydidis.

Verus ac sincerus, γνήσιος, ἀκίβδηλος. 3. Off. 69. Sed nos veri juris, germanæque justitiæ solidam et expressam effigiem nullam tenemus. 2. de Leg. 3. Hæc est mea germana patria: hic enim ortus sum. 2. contra Rul. 96. Illi veteres germanique Campani. De Clar. 296. Hæc germana ironia est. Pro Cæl. 26. Germani luperci. 1. Att. 15. Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. 4. 5. Ast, num germanum fuisset? 2. de Orat. 160. Inter Aristotelem et hos germanos hujus artis magistros hoc interest, &c.

Congruens, ὅμοιος, προσήκων. Partit. 26. Memoria literaturæ germana quodammodo, et in dissimili genere similis. I. P. 16. Illud vero germanum consiliis Catilinæ et Lentuli, quod me domo expulistis. 4. Ac. 132. Erat Antiochus, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicis. *hæc est vera lectio, etiamsi quidam corrupte legant*, Gravissimus Stoicus. 1. de D. 30. Germana soror.

SYNTAXIS. *Germani fratres. Soror germana. Germana justitia, patria, virtus. Hoc illi germanum est. Ille se putat germanum Aristotelis.*

Gerendus, a, um. 2. C. 21. Male gerendo negotio. 5. de Fin. 52. Maxime ii res gestas audire et legere volunt, qui a spe gerendi absunt confecti senectute. 1. Off. 32. Quæ cura exuscitat animos, et majores ad rem gerendam facit. Pro S. R. 137. Viri fortes, quorum opera eximia in rebus gerendis fuit. 1. Fa. 7. Quanquam te ita gerere volo, quæ per exercitum gerenda sunt, ut &c.

Gerens, tis. Pro Qu. 62. Aliquis locuples, et sui negotii bene gerens. Pro Sest. 37. C. Marius sextum jam Consulatum gerens.

Gero, is, *facio, administro, exprimo*, πράττω, ποιέω, διοικέω, νέμω. 17. Att. 9. Gerere rem palam. 5. de Fin. 57. Gerere aliquid privatim. 16. Att. 2. Gerere, regere, gubernare. 1. de In. 37. Gerere et administrare aliquam rem, vel negotium. 3. de Fin. 68. Ut sapiens velit gerere et administrare rem. 13. Fa. 5. Neque tamen te impedio, quo minus susceptum negotium pro tua fide et diligentia ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam difficilemque commisit, gerere possis. 1. 7. Gerere aliquam rem ex sententia. 2. 7. Gerere rem feliciter, et ex sententia. Pro Qu. 13. Qui magna fide societatem gerunt. Pro Sest. 19. Gerere duumviratum. Ver. 2. 138. Gerere potestatem. *i. magistratum.* Pro Sest. 79. Ut suis munitus tuto in foro magistratum gereret. 1. Fam. 9. Qui mihi quascunque res gerat, tuendus est. 1. Off. 124. Magistratus gerit personam civitatis. 3. 16. Illi septem ex mediorum officiorum frequentia, similitudinem quandam gerebant, speciemque sapientum. *Ibid.* 82. In hominis figura immanitatem gerere belluæ,

5. Att. 20. Catulus insecutus hostem, rem bene gessit. 15. Fam. 12. Gerere Remp. Postq. ad Quir. 21. Bene gerere Rempublicam. Pro S. R. 131. Cum solus Rempublicam gereret, orbemque terrarum gubernaret. Pro Domo. 94. Illud pulcherrimum factum, quod ex autoritate Senatus gessi. Pro Q. R. 32. Tu tuum negotium gessisti bene. 13. Att. 3. Si ipse negotium meum gererem, nihil gererem nisi consilio tuo. Pro S. R. 111. Qui rem mandatam malitiosius gessisset. Pro Sest. 4. Gerere bellum cum aliquo. 3. Fa. 8. Gerere amicitiam. Div. 66. Gerere graves inimicitias cum aliquo. *i. habere, vel exercere.* 14. Att. 13. Gerere simultatem cum aliquo. Pro Deiot. 30. Tamen hominum more inimicitias gerere poteratis. 2. de In. 157. Præ se gerere quandam utilitatem. *Ibid.* 30. Nam affectionis ratio perspicuam solet præ se gerere conjecturam.

Vivo, me exhibeo: cum vocculis Me, Te, Se, παρέχω. 6. Att. 1. Ille valde se honeste gerit. 2. 22. Nunc ita nos gerimus, ut, &c. 9. 2. Qui hic potest se gerere non perdite? 1. Off. 90. Quanto superiores sumus, tanto summissius nos geramus. 5. Att. 17. Sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruntius insumatur in quenquam. 1. Off. 98. Natura nos docuit non negligere, quemadmodum nos adversus homines geramus. Pro Ar. 11. Gerere se pro cive. 11. Fam. 27. Quonam modo me gererem adversus Cæsarem, usus consilio tuo sum. 2. Tus. 48. Turpissime se gerere. Att. Prudenter se gerere. 2. Att. 17. Et ad me ab eo quasi ὑποθήκας adfers, quemadmodum me geram.

Habeo, indico, ἔχω, ἐνδείκνυμι. 1. Offic. 61. Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem. Par. 5. Gerere igitur animum laude dignum.

Obedio, cum voce Morem, συναγωνίω, χαρίζομαι. 2. Nat. 3. Tum Balbus: Geram tibi morem, et agam quam brevissime potero. 1. Tusc. 17. Geram tibi morem, et ea, quæ vis, ut potero, explicabo. 2. ad Her. 14. Morem gero, obsequor, obtempero.

Adverb. *Acerbe, acerrime, felicissime, teterrime, amplissime, libenter, libere, aperte, apte, turpissime, auspicato, publice, bene, præclare, constanter, diligenter, excellentius, tuto, felicius, fortiter, fortuito, graviter, honeste, juste, et pie, male, magnificentissime, malitiosius, negligentius, omnino, optime, odiose, palam, perdite, privatim, sanctissime, severe, summissius, truculentius, valde bene, valde honeste.*

Geror, eris. Pro Qu. 28. Hæc dum Romæ geruntur, interea, &c. 3. Or. 200. Res quasi gerantur, sub aspectum pene subjicere. 240. Ut iis, qui audiunt, tum geri illa fierique videantur. *Ibid.* 344. Sapientia omnes res humanæ geruntur. Pro Quint. 42. Quid negotii geritur, in quo ille tot et tales viros defatigat? 9. Fa. 10. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare. Pro Qu. 14. Res, quæ libidine, non ratione geruntur. 1. Fa. 6. Quæ gerantur, accipies ex Pollione.

Syntaxis. *Sui negotii bene gerens. Potestatem gerere. In hominis figura immanitatem gerere belluæ. Sua negotia gerere. Malitiose gerere rem mandatam. Amicitiam gerere cum aliquo. Præ se gerit. h. e.* Præ se fert. *Morem gero:* obsequor, obtempero.

Gesta, *acta,* πράγματα, πεπραγμένα. Post Red. in Sen. 15. Tune ausus es isto oculo, non dicam isto animo: ista fronte, non vita: tanto supercilio (non enim possum dicere tantis gestis) cum Gabinio consociare consilia pestis meæ?

Gestiens, tis .)(. *Perterritus.* 4. Tusc. 13. Cum et inaniter et effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens vel nimia dici potest. 5. 16. Elatus inani lætitia, exultans, temere gestiens.

Gestio, is, *gestu corporis desiderium aliquod ostendo, prægestio, studio efferor, tanta lætitia motus sum, ut mihi ipse non constem,* γαυριάω, σκιρτάω, ἀγαλλιάομαι. 2. de Fin. 14. 1. de N. 78. Quod ni ita esset, cur non taurus æque contrectatione gestiret? 4. A. 14. Antonius Senatum delere gestit. 4. Att. 10. Gestio scire ista omnia. Pro Mar. 10. Parietes hujus curiæ tibi gratias agere gestiunt. 6. Fam. 20. Nihil est, cur advenientibus te offerre gestias. 4. de Fin. 2. Nil erat, quod Zeno mutare gestiret. 2. Att. 7. Gestit animus aliquid agere in Rep. De Pro. 35. Si in capitolium invehi victor cum insigni illa laurea gestiret. 1. Off. 102. Qui nimia voluptate gestiunt. 4. Tusc. 12. Lætitia, ut adepta jam aliquid concupitum, effertur et gestiat. 2. de Fin. 14. Lætitia gestire. 2. de Orat. 23. Animi nostri forensibus negotiis defessi gestiunt, &c.

Syntaxis. *Is venire gestit. Animus gestit. Lætitia gestiens. Gestire voluptate, lætitia.*

Gestio, onis, *actio, tractatio,* πρᾶξις, διάθεσις. 2. de Inv. 39. Deinde est ipsius negotii gestio pertractanda. 1. 37. In gestione negotii.

Gestor, aris, *feror,* βαστάζομαι. 11. A. 5. Idque caput gestari jussit in pilo.

Gestus, a, um. Or. 30. Thucydides res gestas et bella narrat. 1. Off. 65. Nemo non quasi mercedem rerum gestarum desiderat gloriam. 5. A. 40. Rempublicam ab aliquo bene et feliciter gestam esse. 3. de Leg. 45. Comitia illa sunt armis gesta servilibus. Pro Quin. 11. A principio quemadmodum res gesta et contracta sit, exponam.

Adverb. *Commode, communiter, feliciter, fortiter, pulcherrime, excellenter, præclare, præclarissime, publice, temere, turbulente.*

Gestus, us, *motus corporis, actio,* σχῆμα, ὑπόκρισις. 6. Att. 1. Illud de gestu histrionis tu scelesto suspicaris, ego ἀφελῶς scripsi. 1. de Orat. 125. Qui in gestu semel peccavit, non continuo existimatur nescire gestum. 1. Off. 130. Histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. 2. de Or. 233. Agere gestum. Pro Quint. 77. Minor eorum impuden-

tium, qui agunt in scena gestum inspectante Roscio. Pro R. P. 36. Humeris gestum agebant. Or. 83. Lumina, quæ Græci, quasi aliquot gestus orationis, σχήματα appellant. 1. de Or. 252. Vox et gestus subito sumi, et aliunde arripi non potest. 4. Ac. 145. Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. nam &c. 2. Ora. 242. Cum extento brachio paululum etiam de gestu addidit. Par. 3. Vita, quæ mihi gestu moderatior, omni verum aptior esse debet. Pro Corn. 14. Gratificatur omni gestu accusator: significat enim, &c. In Vat. 35. De gestu intelligo, quid respondeas. 3. de Or. 100. Nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest. Pro Q. R. 24. Non eodem tempore et gestum et animam ageres. 3. ad Her. 26. In gestu convenit nec venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operarii videamur esse. *Ibid.* Si utemur amplificatione paulo tardiore, et consideratiore gestu conveniet uti. *Ibid.* Sedatus et constans gestus.

ADJUNCT. *Constans, scenicus, sedatus, venustus.*

SYNTAXIS. *Agere gestum. Gestus orationis. Gestu conficere aliquid. De gestu intelligere aliquid.*

Getæ, *populi*. 9. Attic. 12.

GI

Gigas, antis, *Titanes*, γηγενὴς, γίγας. 2. de Nat. 70. Dii cum Titanis, et cum Gigantibus bellum gesserunt. De Ar. 20. Gigantes illi, quos poetæ ferunt, bellum diis immortalibus intulisse. De Sene. 5. Nam quid est aliud Gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare?

Gignendo, dum. 2. de Div. 95. Seminum vis, quæ ad gignendum procreandumque plurimum valet. 2. de Fin. 109. Ut in gignendo, in educando, &c.

Gigno, is, *genero, creo, pario, procreo, suscipio*, φύω, γεννάω. 1. de Nat. 4. Omnia, quæ natura gignit, maturata pubescunt. 5. de Fin. 38. Ea quæ terra gignit. 2. de Nat. 129. Pisces, ut aiunt, ova cum genuerint, relinquunt. 1. de Fin. 23. Ad majora quædam nos natura genuit. Pro Cal. 41. Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit. 14. A. 32. Ut idem Deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur. De Un. 23. Cum Deus animum ex sua mente et divinitate genuisset. 4. ad Her. 7. Parere, gignere, proferre. *Ibid.* 5. Gignis nobis novas præceptiones. De Cla. 253. Qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam. 3. de Nat. 42. Hercules hic ex Latona quem Jupiter genuit.

Gignor, eris. 2. de Or. 141. Si mihi filius gignitur, &c. Ver. 5. 179. Cum ipse sui generis initium ab se gigni et propagari vellet. Or. 10. Plato ideas gigni negat. De Uni. 25. Tum opiniones variæ firmæque gignuntur. 4. Tusc. 25. Morbus et ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione et perturbatione gignuntur. 1. Offic. 22. Quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnium creari.

GL

Glacies, ei, κρυμός. 1. de Natur. 26. Glaciem calore liquefactam et dilapsam diffundi.

Gladiator, oris, *lanista, myrmillo, machærophorus*, ἀθλητής. 2. de Orat. 84. Ars ludicra armatorum et gladiatori, et militi prodest aliquid. 7. A. 17. Quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. Pro S. R. 17. Vetus ac nobilis gladiator. Pro S. R. 8. Homines sicarii atque gladiatores. Ver. 3. 146. Qui a scurris potius semper gladiator, quam scurra appellatus sit. Pro S. R. 118. Num ille lanista omnino jam a gladiatore cessisse videtur? I. P. 19. Si mihi cum illo bustuario gladiatore decertandum fuisset. 2. A. 74. Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti? Orat. 228. Athletæ et gladiatores. Pro Syl. 55. Gladiatorum familiæ. 2. A. 106. Præsertim cum duos secum Anagninos haberet, Mustelam et Laconem: quorum alter gladiatorum est princeps, alter poculorum. Con. C. Ant. Ut repente gladiatores populo non debitos polliceretur, quos ipse consularis candidatus perspexit, et legit, et emit. *Ibid.* Atque ut istum omittam in introitu gladiatorem. *Ibidem.* Hunc vos scitote Licinium gladiatorem jam immisisse. Incer. Gladiatores invisos habemus, si omni modo vitam impetrare cupiunt: favemus, si contemptum ejus præ se ferunt. 2. A. 97. Gladiatorum libelli.

Gladiatoribus, *absolute, pro in ludis Gladiatoriis.* 2. Att. 1. Is quærit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare. 2. 19. 10. Fa. 32. 3. A. 35. et 2. At. 24. Ut in foro gladiatoribus Gabinii Pompeium adorirentur. *male legunt hic quidam*, cum gladiatoribus: *nam tempus significat ludorum, quo gladiatores a Gabinio exhibebantur.*

ADJUNCTA. *Bonus, rudis, nequissimus, bustuarius, sceleratus, par, certissimus, confectus, et saucius, crudelissimus, furiosus, importunissimus, mediocris, nefarius, nobilis, vetulus, timidus, nobilissimus, sceleratissimus, theatralis, vetus ac nobilis.*

Gladiatorius, a, um, ἀθλητικός. 2. de Orat. 317. In ipso illo gladiatorio vitæ certamine. Pro Mur. 73. Si virgo Vestalis hujus propinqua locum suum gladiatorium concessit huic, &c. Pro Mil. 93. Pugna gladiatoria. 2. C. 91. Ludus gladiatorius. 4. Tuscul. 48. Gladiatoria iracundia. 1. de Glor. In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorii sibili.

Gladius, dii, *sica, pugio*, ξίφος, μάχαιρα, ἀκινάκης. 2. de Orat. 170. Et tu inimicus ejus cum gladio cruento comprehensus es. 3. C. 2. Iidem gladios in rempublicam districtos retudimus. *Ibid.* Mucrones gladiorum a jugulis nostris rejecimus. Pro Mar. 17. Gladium

vagina vacuum in urbe non vidimus. 2. de Inv. 14. Educere gladium e vagina. 4. At. 3. Eductis gladiis. 3. Off. 112. Distringere gladium. 2. A. 21. Gladio stricto insequi aliquem. 2. de Inv. 14. Recondere gladium in vaginam. 3. C. 8. Ex ædibus Cethegi maximum sicarum numerum gladiorumque extulit. 5. Tusc. 62. Fulgentem gladium, e lacunari seta equina aptum, demitti jussit. 1. Att. 13. Gladio plumbeo jugulatum iri. Pro Sest. 24. Ut si gladium parvo puero dederis. Pro Cæc. 82. Suo, quemadmodum dicitur, gladio confici.

Adjunct. *Absconditus, cruentus, fulgens, plumbeus, reconditus, vacuus vagina.*

Syntaxis. *Districti gladii retunduntur. Gladius vagina vacuus. Distringere, nudare, educere gladium. Confici gladio. Cum gladio cruento comprehendi. Mucrones gladiorum ab alicujus jugulo rejicere. Recondere gladium in vaginam. Insequi gladio stricto aliquem. Gladio plumbeo aliquem jugulare.*

Glandifer, a, um. 2. A. 101. Quæ arationes glandiferæ et fructuosæ ferebantur. 1. de Leg. 2. Glandifera quercus.

Glans, dis, *quercus arboris nux, βάλανος.* De Ar. 5. Quid enim hunc persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum? Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram jacent, ut sues glande pascantur.

Glarea, æ, *arena, vel lapides minutissimi cum arena, ψάμμος.* 3. Qu. Fr. 1. Eo loco pulvis, non glarea injecta est.

Glaucius, a, um. Ver. 1. 26. Glaucia lex.

Gleba, æ, *cespes terræ, βῶλος.* 2. de Leg. 57. Injecta gleba tum et illic humatus est, et gleba dicitur. Ver. 3. 28. Iniquos decumanis omnes dicebat esse, qui ullam agri glebam possiderent. 2. con. Rull. 3. Non adimitur cuiquam gleba de Sullanis agris. Pro Cæc. 60. Glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem agere. *Ibid.* Non esse arma cespites, neque glebas. *Hic patet, glebas aliud esse a cespitibus,*

Glisco, is, *cresco, αὐξάνομαι.* In Hort. Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliscit, ut ignis oleo.

Γλισχρῶς. *Lege,* Minutatim.

Globosus, a, um, *rotundus, σφαιροειδής.* De Un. 15. Mundus globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὴς Græci vocant. 2. de Na. 116. Mundus globosus est. *Ibid.* 49. Mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non potest. *Ibid.* 98. Terra sòlida et globosa. De Somn. 6. Stellæ globosæ et rotundæ. 2. ad Her. 36. Saxum globosum.

Globus, bi, *σφαῖρα.* 2. de N. 47. Duæ formæ præstantes sunt: ex solidis, globus: sic enim σφαῖραν interpretari placet: ex planis, circulus, vel orbis, qui κύκλος Græce dicitur. De Som. 6. Ille globus, quem in hoc templo medium vides, quæ dicitur terra. *Ibid.* 8. Stellarum globi terræ magnitudinem facile vincunt. 1. Tusc. 68. Tum globum terræ eminentem e mari. 1. de Div. 97. Cum cælum discessisse visum est, et in eo animadversi globi.

Adjunc. *Celestis, extimus, medius, eminens, habitabilis, cultus, solidus.*

Glomerans, tis. 1. de Div. 19.

Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.

Glomeratus, a, um, *συνελίττων.* 2. Tusc. 25. Clades vetusta seclis glomerata horridis.

Gloria, æ, *claritas, splendor, lux, amplitudo, δόξα, κλέος, φήμη, εὐδοξία, εὖχος.* 2. de In. 166. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Pro Mar. 27. Gloria est illustris et pervagata multorum et magnorum vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. 2. Off. 31. Summa igitur et perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam, honore nos dignos putat. 3. Tusc. 3. Gloria est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute. *et ibi multa pulchra de gloria.* Pro Mil. 98. Gloria est, cujus gradibus homines videntur in cœlum ascendere. *Ibidem.* Ex omnibus præmiis virtutis, amplissimum præmium est gloria. I. P. 57. Levis est animi, lucem splendoremque fugientis, veram gloriam, qui est fructus veræ virtutis, repudiare. 1. Off. 65. Vix invenitur, qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. 5. A. 35. Neque enim ullam mercedem tanta virtus præter hanc laudis gloriæque desiderat. 1. Tuscul. 109. Gloria virtutem tanquam umbra sequitur. 14. Att. 11. Illi non heroes, sed dii futuri quidem in gloria sempiterna sunt. Pro Arc. 26. Trahimur omnes laudis studio, et optimus quisque maxime gloria ducitur. Philosophi etiam in libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se, ac nominari volunt. 2. de Orat. 172. Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda? Pro Planc. 60. Is gloria maxime excellit, qui virtute plurimum præstat. Pro Sest. 47. Vita brevis est, cursus gloriæ sempiternus. 4. C. 21. Sic in æterna gloria Marius, qui, &c. 2. de Orat. 75. Annibalis nomen erat magna apud omnes gloria. 3. Off. 85. Hic in maxima gloria est. Pro Flac. 28. In imperio atque in publica dignitate, omnia ad gloriam splendoremque revocantur. De Cla. 239. Cn. Pompeius majorem dicendi gloriam habuisset, nisi &c. 2. A. 114. Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cœlo capi posse videatur. 3. Fam. 7. Ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendam deesse putarem. I. P. 63. Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt. 5. Fam. 12. Neque ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse

quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur. De Amic. 25. Qui ob amicitiam summa fide servatam maximam gloriam ceperit. Parad. 1. Qui gloria se et prædicatione effert. 1. A. 29. Ea autem est gloria et laus recte factorum et magnorum in Rempubl. meritorum, quæ &c. 5. de Fin. 69. Gloria quæ habet formam honestatis et similitudinem. 1. Off. 65. Altissimus animus, et gloriæ cupidus. 2. de Orat. 155. Ut gloria clarus, autoritate gravis. Ad Brut. 3. Solida veraque gloria. 5. A. 50. Vera, gravis et solida gloria. Pro Pl. 60. Honorum gradus summis hominibus et infimis sunt pares, gloriæ dispares. Pro R. P. 38. Quod genus est tandem istud ostentationis et gloriæ? 7. Fam. 13. Moriar, ni (quæ tua gloria est) puto te malle a Cæsare consuli, quam inaurari. 15. Att. 26. De gloria excudam aliquid ἡρακλείδειον, quod lateat in thesauris tuis. 16. 6. De gloria librum ad te misi. De Provinc. 9. Eum ad gloriam devocant. Pro M. Scau. Ut M. Æmilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria sordidissimæ genti condonetur. Frag. epist. Quem inveterascentem videt ad gloriam. 2. de Glor. Mea semper gloria vivet.

Adjuncta. *Abjecta, antiqua, admirabilis, aliena, dulcior, amplissima, antiquior, minor, bellica, præstantior, cara, militaris, navalis, comes recte factorum, summa, et perfecta, communis, continuata, divina, solida, veraque, dulcis, eximia, atque immortalis, falsa, intemperans, ficta, stabilis, universa, frequens, illustris, et pervagata, illustrior, immensa, singularis, non insolita, paterna, vel avita, justa, magna, major, maxima, necessaria, et salutaris, nota, nova, par, popularis, præstantissima, pristina, propria, sempiterna, gravis, verissima.*

Syntaxis. *In gloria esse. Gloriam habere, adipisci, acquirere. Hoc dabit gloriam tibi. Commendari gloria. Capere gloriam. Efferre se prædicatione et gloria.*

Gloriandus, a, um. 5. Tusc. 49. Nec in misera vita quidquam est prædicabile, aut gloriandum. *Ibidem.* Et est in aliqua vita prædicabile aliquid et gloriandum, ac præ se ferendum. *Ibid.* 50. Beata vita glorianda, et prædicanda, et præ se ferenda est. De Cla. 71. At ipse de se nec mentitur in gloriando. Pro Cœl. 45. Defendendi causa hæc, non gloriandi loquor.

Glorians, tis. De N. 72. Mali ædificii dominus, glorians se architectum dignum non habuisse.

Gloriatio, onis, εὖχος, μεγαλοφροσύνη. 4. de Fin. 50. Ex quo efficitur illorum gloriatione haud dignam esse beatam vitam. 3. 28.

Gloriola, læ, δοξάριον. 5. Famil. 12. Ut nosmetipsi vivi gloriola nostra perfruamur. 7. 5. Etiam hisce eum ornes gloriolæ insignibus.

Glorior, aris, *prædico, de me prædico, gloria me et prædicatione effero,* σεμνύνομαι, καλλωπίζομαι, καυχάομαι. 4. de Fin. 50. Vita non potest sine honestate contingere, ut quisquam jure glorietur. Pro Planc. 20. Num Tusculanum vides de tot Fulviis gloriari? Orat. 169. Quidam nominibus veterum gloriantur. 3. de Nat. 87. Propter virtutem jure laudamur, et in virtute recte gloriamur. 1. Tusc. 48. Non pudet Philosophum in eo gloriari? Pro Lig. 20. Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis. 2. Off. 59. Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. 3. de Fin. 28. Nemo de misera vita gloriari potest. In Vat. 29. Tu de tuis divitiis intolerantissime gloriaris. De Ar. 8. Etiam sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixum senatusconsultis. *Ibid.* 16. Ne nimis gloriari videar. De Sen. 82. Ut de me aliquid more senum glorier. 1. Att. 13. Non enim mihi videor insolenter gloriari. De Sen. 32. Equidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus; sed tamen hoc queo dicere, me, &c. 1. Off. 78. Licet enim mihi, M. Fili, apud te gloriari, ad quem, &c. 2. de Fin. 51. Quæ cum diceres, &c. tu ipse mihi gloriari videbare. I. P. 2. Hic mihi etiam gloriabitur, se omnes honores sine repulsa obtinuisse? 5. Tusc. Gloriari contra aliquem. 2. de Orat. 258. Cum quidam omnes provincias se peragrasse gloriaretur. Pro Domo. 93. De rebus suis gestis gloriari.

Adverb. *Honeste, insolenter, intolerantissime, quodammodo, recte.*

Gloriose, *magnifice, elate,* εὐκλεῶς. Pro Mil. 73. Gloriose mentiri. Pro Dom. 93. De seipso gloriosius loqui. 2. de Orat. 31. Exorsus es enim gloriose. 14. Att. 4. Nostri autem ἥρωες, quod per seipsos confici potuit, gloriosissime et magnificentissime confecerunt.

Gloriosus, a, um, *ostentator,* ἀλαζὼν, σεμνός. 1. Off. 137. Deforme est, cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. De Am. 98. Miles gloriosus.

Præclarus, ἔνδοξος, εὐδόκιμος. De Ar. 49. Mihi exire domo mea, ad rationem Reipub. gloriosum fuit. 1. de Div. 59. In illa fuga nobis gloriosa, patriæ calamitosa. Deiot. 40. Quæ si in privatis gloriosa sunt, quanto magis commemorabuntur in regibus? 2. de D. 5. Magnificum etiam illud, Romanisque hominibus gloriosum, ut, &c. 1. 51. Cujus mors ita gloriosa fuit, ut eam concupisceret filius. 9. Fam. 14. Mihi vero gloriosum est, habere, &c. 1. de Fin. 36. Facta illustria et gloriosa. 8. Att. 16. Non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paulo salubrioribus. 1. de Orat. 193. Sive quem ista præpotens et gloriosa Philosophia delectat. Pro Fla. 52. Ubi illa magnifica et gloriosa ostentatio civitatis? *Ibidem.* Verum esto: gloriosus fuisti. 1. in Ant. 33. Bene de Republ. mereri, &c. gloriosum est.

Syntaxis. *Id illi gloriosum est. Illustre ac gloriosum factum. Præpotens et gloriosa Philosophia. Magnificus et gloriosus. Id prædicabile est, ac gloriandum. Vita beata est glorianda, prædicanda, præ se ferenda. Gloriandi causa. In gloriando mentiri. Ille sic dixit*

gloriens. In virtute gloriari, et virtute, et de. Insolenter gloriari. Contra aliquem gloriari. Aliqua gloriari: ut, ea, quæ gloriaris, confecisti. Gloriose et magnifice loqui, facere, ostentare aliquid.

Glutidæ, *augures*. 1. de D. 91. Familia Glutidarum.

Glutinator, oris, *qui schedulas, ex quibus indices librorum conficiuntur, tabulis seu chartis applicet*, *κολλητής*. 4. Att. 4. Et velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.

G N

Gnarus, a, um, *peritus, sciens, ἐπιστήμων, εὖ ἔχων*. Orat. 15. Pericles gnarus, quibus orationis modis animi moveantur. De Cl. 128. L. Sisenna gnarus Reipub.

Gnatus, ti, *filius, υἱός*. Pro Planc. 59. Quanquam ad præcepta ætas non est gnati. 1. de Divin. 41. O gnata, &c. *alias*, cognata. *Poetæ*.

Gnidius, a, um. *Gnidus oppidum est Cariæ, ex quo Gnidius*. 1. de Div. 23. Venus Gnidia. Ver. 4. 135. Quid Gnidios? &c.

Gnosius, vel Cnosius, *a Gnoso urbe*. 1. de Leg. 25. In cupressetis Gnosiorum.

G O

Gorgias, *Leontinus orator*. 1. de Orat. 103. 3. 56. Aut qui minus ipsi in Rep. versantur, sed hujus tamen ejusdem sapientiæ doctores essent, ut Gorgias, Thrasymachus, Isocrates. 1. de In. 7. Nam Gorgias Leontinus antiquissimus ille Rhetor. Orat. 139. Hæc (*verborum concinnitatem et sonum*) tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, et Leontinum Gorgiam ferunt. 1. de Orat. 103. Quod primum ferunt Leontinum fecisse Gorgiam, qui permagnum quiddam suscipere, ac profiteri videbatur, cum se ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denunciaret. De Cla. 30. Tum etiam magistri dicendi multi subito extiterunt. Tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, &c. Orat. 165. In hujus concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus. *Ibid*. 167. Hoc genere antiqui jam ante Isocratem delectabantur, et maxime Gorgias, cujus in oratione plerunque efficit numerum ipsa concinnitas. *Ibid*. 175. Itemque contrariis relata contraria, quæ sua sponte, (etiamsi id non agas) cadunt plerunque numerose, Gorgias primus invenit. *Ibid*. 176. Gorgias avidior est generis ejus, et his festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur. 3. de Orat. 127. Gorgiæ tantus honos habitus est a tota Græcia, soli ut ex omnibus, Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur. 2. de Finib. 1. Primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quæstionem, id est, jubere dicere, qua de re quis vellet audire. De Senect. 13. Isocratis magister Leontinus Gorgias centum et septem complevit annos, neque unquam in suo studio atque opere cessavit, qui, cum ex eo quæreretur, cur tamdiu vellet esse in vita? Nihil habeo, inquit, quod incusem senectutem. 16. Fam. 21. De Gorgia autem quod mihi scribis, erat ille quidem in quotidiana declamatione utilis, sed omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem.

Gorgon, *Medusa*. Ver. 4. 124. Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus.

Gortynius, *a Gortyna oppido Cretæ*. 5. A. 13. Gortynius judex.

G R

Grabatus, ti, *lectulus, κράββατος, σκίμπους*. 2. de Divin. 129. Deos immortales concursare omnium non modo lectos, verum etiam grabatos, et his objicere visa, &c.

Gracchanus, a, um. De Cl. 128. Judices Gracchani.

Gracchus, chi. 2. Q. Fr. 2. Nam ut ille Gracchus Augur, posteaquam in istam provinciam venit, recordatus est, quid sibi in campo Martio comitia Consulum habenti contra auspicia accidisset. 1. de Div. 33. Sed et ipse augur Tib. Gracchus auspiciorum autoritatem confessione errati sui comprobavit. 2. de Nat. 10. Quos (*P. Scipionem, et C. Figulum*) cum T. Gracchus Consul iterum recrearet, primus rogatorum, ut eos retulit, ibidem est repente mortuus. *Ibidem*. 11. T. Gracchus ex provincia literas ad Collegium misit, se, cum legeret libros, recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse in hortos Scipionis. 2. Off. 43. Tiberius enim Gracchus P. filius tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum remanebit. 1. de D. 36. T. Gracchus, P. filius, qui bis Consul et censor fuit, idemque et summus augur, et vir sapiens civisque præstans, nonne, ut C. Gracchus filius ejus scriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehensis haruspices convocavit? qui cum respondissent, si marem emisissent, uxori brevi tempore esse moriendum: si fœminam, ipsi: æquius esse censuit, se maturam oppetere mortem, quam P. Africani filiam adolescentem, fœminam emisit: ipse paucis post diebus est mortuus. 2. 62. C. Gracchus ad M. Pomponium scripsit, duobus anguibus domi comprehensis, haruspices a patre convocatos. 1. de Orat. 211. Prædicaremque P. Lentulum, principem illum, et T. Gracchum patrem, et Q. Metellum, &c. De Cla. 79. Erat iisdem temporibus T. Gracchus P. F. qui bis Consul et Censor fuit, cujus est Oratio Græca apud Rhodios: quem civem cum gravem, tum etiam eloquentem constat fuisse. *Ibid*. 104. Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris a puero doctus, et Græcis literis eruditus. *Ibid*. 103. Utinam in T. Graccho Caioque Carbone talis mens ad remp. bene gerendam fuisset, quale ingenium ad

bene dicendum fuit. De Arusp. 41. Gracchus convellit statum civitatis, qua gravitate vir! qua eloquentia! qua dignitate! nihil ut a patris avique Africani præstabili insignique virtute, præterquam quod a Senatu desciverat, deflexisset. Pro C. R. 12. 13. 14. *de C. et T. Gracchis multa*. 3. de L. 20. Pro Mil. 73. T. Gracchus Collegæ magistratum per seditionem abrogavit. 3. de Leg. 24. Quin per ipsum T. Gracchum non solum vetitus, sed etiam sublatus intercessor fuerat. Quid enim illum aliud perculit, nisi quod potestatem intercedendi collegæ abrogavit? De Arus. 43. Nam T. Graccho invidia Numantini fœderis, cui feriendo, quæstor C. Mancini Cos. cum esset, interfuerat, et in eo fœdere improbando Senatus severitas et dolori et timori fuit. 4. C. 4. T. Gracchus qui iterum tribunus plebis fieri voluit. Pro P. Sest. 103. Agrariam T. Gracchus legem ferebat; grata erat populo; fortunæ constitui tenuiorum videbantur; nitebantur contra Optimates, quod ea dicordiam excitari videbant. De Am. 36. T. quidem Gracchum Rempub. vexantem, a Q. Tuberone æqualibusque amicis derelictum videbamus. *Ibid.* 39. At vero T. Gracchum sequebatur C. Carbo, C. Cato, et minime tunc quidem, C. Frater, nunc acerrimus hostis. 1. C. 3. P. Scipio, Pontifex Maximus, T. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipub. privatus interfecit. Pro Mil. 8. Nisi vero existimatis, dementem P. Africanum fuisse, qui cum a C. Carbone Tribuno plebis in concione seditiose interrogaretur, quid de T. Gracchi morte sentiret, respondit, jure cæsum videri. De Arusp. resp. 41. T. Gracchum secutus est C. Gracchus, quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa. *Ibid.* 43. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitavit. Pro Sest. 103. Frumentariam legem C. Gracchus ferebat. 3. Tusc. 48. Equidem C. Gracchus cum largitiones maximas fecisset, et effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. 3. de Leg. 20. C. vero Gracchus ruinis, et emissitiis, quas ipse se projecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne omnem reip. statum permutavit? 2. Off. 72. C. Gracchi frumentaria magna largitio fuit. De Ami. 41. C. Gracchi Tribunatus. 1. de Div. 56. et 2. 136. C. Gracchi somnium. Pro C. Rab. 12. C. Gracchus legem tulit de capite civium Romanorum. *vide* 4. ad Her. 22. et 39. De Cl. 110. et 125. Sed ecce in manibus vir, et præstantissimo ingenio, et flagranti studio, et doctus a puero C. Gracchus. 1. de Orat. 38. Sed, ut reliqua prætermittam, omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vobis duobus, eloquentissimos audisse Tib. et C. Sempronios: quorum pater homo prudens et gravis, haudquaquam elegans, et sæpe alias, et maxime censor saluti reip. fuit: atque is non accurata orationis copia, sed nutu atque verbo libertinos in urbanas tribus transtulit; quod nisi fecisset, rempubl., quam nunc vix tenemus, jam diu nullam haberemus. At vero ejus filii diserti, et omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati, cum civitatem vel paterno consilio, vel avitis armis florentissimam accepissent, ista præclara gubernatrice, ut ais, civitatum, eloquentia rempub. dissipaverunt. 2. Off. 80. Quid nostros Gracchos T. Gracchi summi viri filios, Africani nepotes? nonne Agrariæ contentiones perdiderunt?

Gracilitas, tis, *corporis habitus tenuior, subtilitas*, λεπτότης, ἰσχνότης. De Cl. 64. Qui non tam habitus corporis optimos, quam gracilitates consectentur. De Cl. 313. Erat in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum, qui habitus, &c.

Gradatim, *gradibus, per gradus*, κλιμακηδὸν, βάδην. Postquam ad Quir. 5. Honores quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc a vobis universos habemus. Par. 54. Quæ ascendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. 2. de Orat. 225. Hinc gradatim ascendere vocem, utile et suave est. 2. de Nat. 164. Licet enim contrahere universitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. Orat. 135. Cum gradatim sursum versus reditur. 4. Acad. 49. Cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. *Ibid.* 92. Minutatim et gradatim interrogare. 1. Tusc. 57. Gradatim respondens eo pervenit. 9. Fam. 14. Ita pedetentim et gradatim tum accessus ad causam, tum recessus. 1. de N. 90. Gradatim aliquo pervenire.

Gradatio, onis, *exornatio rhetorica*, κλίμαξ, σχῆμα. 4. ad Her. 34. Gradatio est, in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est, &c.

Gradiendo. 2. de N. 122. Jam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.

Gradiens, tis. 5. Tusculan. 38. Serpentes quasdam esse gradientes.

Gradior, eris, *ambulo, eo, ingredior*, βαίνω, βαδίζω. 1. Tusc. 110. Quorum qui similitudinem aliquam arripuerit, fidenti animo gradietur ad mortem.

Gradus, us, *proprie, quo in aliquem locum ascendimus*, βῆμα, κλίμαξ. *ex translatione autem, et locum, et dignitatem, et monumentum, et ordinem, et progressum quendam gressumque significat*, ἀξίωμα, τιμὴ, δόξα. 4. Att. 1. Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Pro Sest. 34. Gradus ejus templi tollebantur. Pro Dom. 54. Cum gradus Castoris convellisti. Pro Cl. 93. Gradus illi Aurelii tum novi quasi pro theatro, illi judicio ædificati videbantur, quos accusator concitatis hominibus complevit. 6. Fam. 7. Quem-

admodum scalarum gradus, si alios tollas, alios incidas, nonnullos male hærentes relinquas, ruinæ periculum struas, non ascensum pare? : sic, &c. 1. Off. 160. In ipsa communitate sunt gradus officiorum, ut prima diis, &c. secunda parentibus, &c. tertia patriæ debeantur. 2. de Nat. 34. Quartus autem gradus Est eorum, qui, &c. Part. 101. In omnibus causis tres sunt gradus, &c. 3. de Orat. 225. Est quiddam in remissione gravissimum, quo tanquam sonorum gradibus descenditur. Orat. 59. Orator omnes sonorum tum intendens, tum remittens persequetur gradus. 1. de N. 90. A beatis ad virtutem video te venisse gradibus. 1. C. 28. Ad summum imperium per omnes honorum gradus efferri. 5. A. 47. Ut gradus essent petitionis inter æquales. Pro Milo. 24. Qui non honoris gradum spectat, ut ceteri. 10. A. 4. Tibi summus honoris gradus est. Pro Mur. 15. Pater facilem huic gradum Consulatus adipiscendi reliquit. Act. 1. Ver. 11. Quæstura primus gradus honoris. 3. Off. 99. Tenere Consularis dignitatis gradum. Pro Planc. 32. Summum in aliquo loco gradum tenere et dignitatis et gratiæ. De Cl. 232. Gradus tuos et quasi processus dicendi studeo cognoscere. Orat. 216. Stabilis quidam, et non expers dignitatis gradus. De Cl. 186. Eosdem gradus Oratorum antea fuisse. Partit. 12. Servare gradus temporum. De Cla. 122. Nunc reliquorum ætates et gradus persequamur. Pro Pomp. 61. Cujus ætas a Senatorio gradu longe abest. 3. Fam. 11. Gradus ætatis. 1. A. 14. In altissimo dignitatis gradu locatus. Postquam in Sen. 2. In altissimo gradu dignitatis collocati sumus. Pro Cluen. 150. Altiorem gradum dignitatis assequi. Pro Sest. 20. Cum is præter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset. Pro Mur. 30. Locari in amplissimo gradu dignitatis. Ver. 3. 172. Gradus peccatorum in uno furto. 7. Att. 22. Causa publica desperata, quasi hic gradus mei reditus est, quod mulieres reverterunt. 2. cont. Rul. 38. Sed attendite animos ad ea, quæ sequuntur; hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera jactum intelligetis. De Arusp. 43. Atque P. Clodio gradus ad rempub. hic primus est, aditus ad popularem jactationem, et ascensus. Ver. 2. 3. Itaque majoribus in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est. Pro Cor. 40. Sit his gradibus ascensus etiam ad civitatem. Pro Dom. 75. Quibus tanquam gradibus in cœlum mihi videor ascendisse. Pro Mur. 55. Ascendere unum gradum dignitatis. 2. Off. 61. Ad altiorem gradum ascendere. De Arusp. 61. Deteriore autem statu ut simus, unus est inferior gradus, aut interitus, aut servitutis. Pro Corn. 18. Aliqui ex infimo genere et fortunæ gradu. Pro Qu. 61. Qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore diligenter. De Cl. 281. Is ad summam amplitudinem perveuit, ascendens gradibus magistratuum. Ad Bru. ep. 1. Qui esset in eo, in quo ego sum gradu, Senatus populique judicio collocatus. 4. Acad. 6. Quos pop. Rom. in hoc gradu collocavit. Pro S. R. 136. Suum cuique honorem et gradum redditum esse gaudeo. De Cl. 284. Videat, ne ignoret et gradus, et dissimilitudines, et vim, et varietatem Atticorum. 5. de Fin. Gradus ista res non habet. 11. Fam. 28. Fateor, me ad istum gradum sapientiæ non pervenisse. Pro Mur. 47. Ut omnes et dignitatis, et gratiæ gradus tollerentur. 5. de Fin. 40. Multis gradibus ascendere. 1. Fam. 7. Obtinere summum et altissimum gradum civitatis. 6. 10. Omni gradu amplissimo dignissimus. 3. de Orat. 79. Cum omnis gradus ætatis recordor tuæ. 3. de Fin. 45. Et gradus unus in ea via, quæ est hinc in Indiam. 1. Off. 53. Gradus plures sunt societatis hominum. *Ibid.* 59. Non iidem erunt necessitudinum gradus, qui et temporum. 6. A. 18. Quis est civis, præsertim hoc gradu, quo me esse voluistis, &c. De Un. 17. Ad hanc conversionem, quæ pedibus et gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit Deus. Ver. 1. 154. Unoquoque gradu de avaritia alicujus commoneri. 2. de Orat. 249. Quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. 1. Off. 80. Tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur. De Opt. 4. Aliud alio melius fit non genere, sed gradu. 10. Famil. 6. Gradus amplissimos dignitatis adeptus. 16. Att. 14. De gradu dejectus.

ADJUNC. *Altus, altior, altissimus, amplissimusque, male hærens, summus, atque altissimus, facilis, facilior, inferior, infimus, novus, par, dispar, senatorius, stabilis, summus.*

SYNTAXIS. *Gradus scalarum, dignitatis, officiorum, causarum, honorum, sonorum. Efferri per gradus honorum ad imperium. Tenere gradum Consularis dignitatis. In urbe tenere summum gradum. Locatus in gradu, positus. Ascendere gradum, et ad gradum altiorem. In gradu altissimo collocari. De gradu dejici.*

Græce, ἑλληνικῶς. 3. Off. 115. Acilius ille, qui Græce scripsit historiam. 1. de Orat. 155. Cum ea, quæ legerem Græce, Latine redderem. 1. Tusc. 15. Scis enim, me Græce loqui in Latino sermone non plus solere, quam in Græco Latine. 2. de Orat. 265. Optime Græce scire. Pro Flac. 10. Qui Græce nesciunt.

Græcia, æ. Pro Dom. 60. Cum alteri totam Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnemque Barbariam condonasses. Pro Flac. 64. Hæc cuncta Græcia, quæ &c. parvum quendam locum Europæ tenet. 2. cont. Rull. 86. Corinthus erat posita in augustiis et faucibus Græciæ. De Ami. 13. Philosophi, qui in hac terra fuerunt, magnamque Græciam institutis et præceptis suis erudierunt. 2. de Orat. 154. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum, cum erat in hac gente magna illa Græ-

cia. 2. Tusc. 35. Verborum inops interdum Græcia. 1. 3. Doctrina Græcia nos, et omni literarum genere superabat. 3. de Nat. 39. Jam vero in Græcia multos habent ex hominibus deos. 1. 13. Atque ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit. 2. de Orat. 6. Quare equidem et in nostra civitate, et in ipsa Græcia, quæ semper hæc summa duxit, multos et ingeniis, et magna laude dicendi sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor. De Cl. 32. Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi.

Adjunc. *Magna, vera, atque integra, vetus.*

Græcostasis, sis, *locus Romæ, ubi nationum consistebant legati; a Græcis ita appellatus.* 2. Qu. Fr. 1. Deinde ejus operæ repente a Græcostasi, et gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

Græculus, a, um. Pro Fl. 23. Motus temerarius Græculæ concionis. Postq. in Sen. 13. Cum Græculis philosophari. I. P. 70. Græculus assentator. Pro Milon. 56. Comites Græculi. *Lege,* Græcus. 1. de Orat. 102. Quid mihi, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso et loquaci quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? *Ibid.* 47. Verbi enim controversia tamdiu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores, quam veritatis.

Adjuncta. *Otiosus, et loquax, fortasse doctus atque eruditus.*

Græcus, a, um, *Graius,* ἕλλην, γραικός. Pro Fl. 64. Tria Græcorum genera, Athenienses, Æoles, Dores. 2. de Finib. 68. Sint ista Græcorum: quanquam ab his Philosophiam et omnes ingenuas disciplinas habemus. De Cl. 78. C. Sulp. Gallus maxime omnium Græcis literis studuit. *Ibid.* 10. Græca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latine dicendi affert. De Ar. 19. Græci artibus, Hispani numero, Galli robore, Pœni calliditate valent. Pro Arch. 23. Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat: propterea quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus exiguis sane continentur. De Cl. 167. Quo Latinus orator sine Græcis literis pervenire potest. *Ibid.* 259. Cotta se valde dilatandis literis a similitudine Græcæ locutionis abstraxerat. 2. de Orat. 18. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. *Ibidem.* 75. Græcorum doctrina perridicula. *Ibid.* 4. Crassus contemnere, Antonius ne nosse quidem Græcos videbatur. 1. Qu. Frat. 1. Græci fallaces et leves, et diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi. *Ibid.* Græci omnes vias pecuniæ norunt, omnia pecuniæ causa faciunt. *Ibid.* Græcorum familiaritates parum fideles sunt. *Ibid.* Paconius nescio quis homo, ne Græcus quidem, ac Mysius, aut Phrygius. Pro Fl. 24. Homo levitate Græcus, crudelitate Barbarus. *Ibid.* 25. et 26. Græcorum et luxuria et levitas. De Orat. 104. Græci alicujus quotidiana loquacitas sine usu. 1. ad Her. 1. Græci scriptores inanis arrogantiæ causa, ne parum multa scisse viderentur, ea conquisierant, quæ nihil attinebant, ut ars cognitu difficilior putaretur. 3. de Fin. 5. Latina lingua uberior, quam Græca. Ver. 4. 147. Apud Græcos Græce locutus sum. Pro Flac. 11. 12. et 13. *Pro Græcis et contra Græcos multa.* Ver. 1. 66. *Græcorum* bibendi mos. 7. Fam. 1. Cum Græcos ludos ita ames, ut ne ad villam quidem tuam via Græca ire soleas. 4. Ac. 5. M. Cato literas Græcas in senectute didicit. 1. de Fin. 10. Latina lingua locupletior est, quam Græca.

Grajugena, æ. 2. de Nat. 91. Grajugena de isto aperit ipsa oratio. *Pacuvii.*

Graius, a, um, *Græcus. Ibid.* Quasi vero non Graius hoc dicat. 3. 53. Dioscuri apud Graios multi.

Syntaxis. *Græce loqui in Latino sermone. Græce reddere. Græce nosse.*

Gramen, inis, *herba,* χόρτος, ἄλς. 2. de Fin. 84. Si tua sint Puteolis gramina. *Muretus,* granaria, *legendum censet: Manutius vero,* prædia.

Gramineus, a, um. Ver. 4. 124. Etiamne gramineas hastas? *Lege,* gravissimas. *nam de iisdem hastis subjicit Cicero:* in quibus neque manufactum quidquam, neque pulchritudo erat ulla: sed tantum magnitudo incredibilis.

Grammatica, æ, *ars Grammatica,* γραμματική. 3. de Fin. 5. Verba, quibus ex instituto veterum pro Latinis utimur, ut ipsa Philosophia, et rhetorica, grammatica, dialectica, &c.

Grammatica, orum, *pl. n. studium literarum grammatic.* τὰ γραμματικά. 1. de Orat. 187. In Grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus.

Grammaticus, a, um. 4. ad Her. 18. Hæc qua ratione vitare possimus, in arte grammatica dilucide dicemus.

Grammaticus, ci, γραμματοδιδάσκαλος. 1. de Div. 34. Grammatici interpretes poetarum. 2. Tusc. 12. At si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur, turpe sit. 7. Att. 3. Sed quoniam grammaticus es, hoc mihi ζήτημα persolve. Orat. 93. Hinc hypallagen Rhetores, metonymiam Grammatici vocant. 1. de Orat. 10.

Grandesco, is, *cresco,* μεγαλύνομαι. 1. de Div. 15.

Lentiscus triplici solita grandescere fœtu.
Poetæ.

Grandiloquus, a, um, *in oratione grandis, gravis, plenus, copiosus, amplus,* μεγαλοῤῥήμων. Orat. 20. Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla sententiarum gravitate, et majestate verborum. 5. Tuscul. 29. Isti grandiloqui contra hæc duo, &c.

Grandis, de, *magnus, immanis,* μέγας, μεγαλεῖος. De Senect. 10. Hic et bella gerebat

ut adolescens, cum plane grandis esset, &c. 1. P. 87. Videras enim grandis jam puer, &c. 13. Att. 21. Ad Hircium dederam epistolam sane grandem, quam scripseram proxime in Tusculano. *Ibid*. 13. Grandiores sunt omnino libri, quam erant. Ver. 4. 74. In qua basi grandioribus literis P. Africani nomen erat incisum. 3. Qu. Fr. 1. Grande cubiculum et altum. 2. de Nat 123. Pinna duabus grandibus patula conchis. Ver. 4. 47. Grande vas, et majus opus. *Ibid*. 46. Patella grandis. *Ibid*. 32. Hydria præclaro opere, grandi pondere. 3. de Nat. 83. Dionysius aureum Jovi detraxit amiculum grandi pondere. Pro Cæc. 12. Grande pondus argenti. 2. de Inv. 158. His duabus rebus duæ res grandes sunt attributæ. Pro R. P. 4. Is regi Alexandrino grandem pecuniam credidit. 13. Fam. 61. et Act. 1. Ver. 24. Nicenses ei grandem pecuniam debent. Pro Flac. 51. Pecuniam illi grandi fœnore occupavisti. 2. de Orat. 131. Ager, qui meliores fœtus possit et grandiores edere. 2. cont. Rull. 55. Sicque agro grande vectigal imponitur. 4. ad Her. 34. Ipse grandi sponsione vinctus est. De Clar. 288. Subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant. Orat. 30. Causidicus non ille quidem amplus atque grandis, subtilis et elegans tamen. *Ibid*. 119. Orator quo grandior sit, et quodammodo excelsior. De Cl. 203. Fuit enim Sulpitius vel maxime omnium grandis, et, ut ita dicam, tragicus Orator. 3. de Fin. 19. Grandiora verba. 2. de Orat. 337. Genus dicendi grandius. De Cl. 29. Hi grandes erant verbis, crebri sententiis. 1. de D. 39. Sed exemplis decuit grandioribus uti. Ver. 5. 128. Pro Q. R. 44. De Sen. 10. Non admodum grandis natu, sed tamen ætate provectus. 5. A. 47. Cum grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant. 1. de Inv. 88. Perspicuum et grande vitium. 2. cont. Rul. 93. Homo grandi macie torridus.

Adverb. *Admodum, plane, sane, maxime.*

Granditas, tis, *magnitudo*, μέγεθος, μεγαλότης. De Cl. 121. Idque apparet ex genere et granditate verborum.

Syntaxis. *Jam grandis puer. Epistola grandis, cubiculum, pondus, res, fœnus, vas, pecunia, sponsio. Amplus et grandis causidicus. Grandis et tragicus orator. Ætas grandior. Vir grandis verbis, grandis natu. Perspicuum, et grande vitium. Grandi macie torridus. Verborum granditas.*

Grando, nis, χάλαζα. 1. de Nat. 14. Nimbi, nives, grandines. 3. 86. Nec, si uredo aut grando quippiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit. 3. de Orat. 155. Grando mixta imbri largifluo subita præcipitans cadit. *Poetæ*.

Adjunc. *Mixta, subita, præcipitans.*

Granum, ni, χόνδρος. 1. de Div. 78. Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt.

Grassator, oris, *latro*, λῃστής. De Fat. 34. Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur.

Grate, *animo grato*, εὐμενῶς, εὐγνωμόνως.) (.*ingrate*. Pro Planc. 98. Ut confiteare aliquando, quod faciam, me et grate et pie facere. 2. de Orat. 46. Quid pie, quid grate, quid humaniter aut fecerit, aut tulerit.

Grates, *gratiæ*, χάριτες. De Som. 1. Et grates, inquit, tibi ago, summe Sol.

Gratia, æ, *animus gratus et beneficii memor, voluntas referendæ gratiæ, grati animi fidelis memoria, grata memoria, grates, beneficium*, χάρις, εὐεργέτημα, χαριστήριον. 2. de Inv. 161. Gratia est, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria, et alterius remunerandi voluntas continetur. *Ibid*. 66. Gratia quæ in memoria et remuneratione officiorum et honorum et amicitiarum observantiam teneat. Postquam in Sen. 22. Nemo gratiarum immemor est gratus inventus. Pro Cor. 2. Omnibus amicis saluti meæ, si minus referenda gratia satisfacere potui, at prædicanda certe et habenda satis sum facturus. 14. Att. 21. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo. Pro Mar. 34. Maximas tibi gratias ago, majores etiam habeo. 1. A. 15. Maximas gratias et ago et habeo L. Pisoni. 3. 25. Maximas gratias vobis omnes et agere et habere debemus. 10. Phil. 1. 13. Fam. 27. Hammonius incredibiles mihi per literas gratias egit, et suo, et Æmilii patroni sui nomine. 2. de Legib. 6. Resp. nostra justissime huic municipio gratias agere potest, quod, &c. Pro Dom. 85. Senatus gratias agendas censuit civitatibus, quæ me recepissent. 1. A. 3. Eique amplissimis verbis per S. C. gratias egimus. Pro Sull. 85. Cui Senatus singularibus verbis gratias egit. 4. C. 5. Mihi gratias egistis singularibus verbis. 1. Fam. 10. Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. 15. Att. 15. Ego tibi gratias per literas iis verbis, ut, &c. 13. Fam. 41. Luceius homo omnium gratissimus mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret, &c. 15. Att. 15. Is tibi apud me gratias egit. 16. 7. Ego vero tibi miras gratias ago, qui, &c. 10. Fam. 11. Immortales ego tibi gratias ago, agamque dum vivam: nam relaturum me affirmare non possum: tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse, nisi forte, ut tu gravissime scripsisti, ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. 16. Att. 20. Tibi pro tuo summo beneficio gratias agam. Postquam in Sen. 25. Commemorare gratiam. 3. A. 4. Cui quanquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habenda tamen est, quantam maximam animi nostri capere possunt. 1. C. 11. Magna diis immortalibus est habenda gratia, quod, &c. 1. de Orat. 98. Magnam habeo, Crasse, huic palæstræ et Tusculano tuo gratiam. 9. Att. 19. Hanc adeo habeo gratiam tibi. 5. Fam. 11. Grata tibi esse officia mea non miror: cognovi enim te gratissimum omnium. nec enim tu mihi gratiam modo

habuisti, verum etiam cumulatissime retulisti. *Ibid.* 19. Si feceris id, quod ostendis, magnam habebo gratiam. 12. 23. Philosophiæ habeo magnam gratiam, quæ, &c. 1. Tusc. 100. Ego vero illi maximam gratiam habeo, &c. 2. de Div. 6. Dabis igitur mihi veniam, vel gratiam potius habebis, quod, &c. Pro Planc. 68. Meritam alicui gratiam memori mente persolvere. 3. de Orat. 14. Atque ei, si non parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus. 1. C. 28. Præclaram vero pop. Rom. referes gratiam, quod, &c. 4. 3. Spero, deos omnes pro eo mihi ac mereor, relaturos gratiam esse. 1. Fam. 8. Nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. 2. 6. Non enim mihi tam mea salus cara fuit, quam pietas erit, in referenda gratia, jucunda. 3. 9. Et si vix fieri posset, tamen te parem mihi gratiam relaturum. Pro Q. R. 20. Referre alicui parem gratiam pro beneficio. Pro Syl. 47. Nunc tecum sic agam, tulisse ut potius injuriam, quam retulisse gratiam videar. 13. Fa. 4. Cumulatissime referre gratiam alicui. 5. 5. Pro beneficiis in te meis nulla mihi abs te relata gratia est. 3. ad Her. 4. Referre gratiam bene merenti. 14. Fam. 4. Huic utinam aliquando gratiam referre possimus, habebimus quidem semper. 2. Off. 69. Inops si referre gratiam non potest, habere certe potest. 11. Fam. 13. Jam non ago tibi gratias: cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri. 3. A. 39. Ut pro tantis eorum in remp. meritis honores ei habeantur, gratiæque referantur. 14. Att. 9. O Socratici viri! nunquam vobis referam gratiam. Pro Corn. 59. Cui munus hoc meritum, et justam debitamque gratiam refero. 2. Att. 9. Referre bonam gratiam alicui. Qu. de Pet. 16. Restituere gratiam alicui. Postq. ad Quir. 22. et pro Planc. 68. Dissimilis est pecuniæ debitio et gratiæ. nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id, quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum; gratiam autem et qui refert, habet: et qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. 2. Off. 69. Commode autem quicunque dixit, pecuniam qui habeat, non redidisse, et qui reddiderit, non habere: gratiam autem et qui retulerit, habere; et qui habeat, retulisse. 3. de Fin. 73. Debere gratiam alicui. 2. A. 27. Quo etiam tibi majorem gratiam debeo, qui, &c. 4. de Fin. 13. Tribuere gratiam inventori alicujus rei. 3. Off. 63. Huic neclaus magna tribuenda est, nec gratia. 10. Fam. 19. Gratiarum actionem a te non desiderabam, cum reipsa, et animo scirem esse gratum. Ad. Brut. 3. Gratiarum actio congratulatioque. De Amic. 53. Tarquinium dixisse ferunt, tum, cum exul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosque infidos, cum jam neutris gratiam referre posset.

Favor, amor, amicitia, bona gratia, πολυφιλία. Pro Pomp. 70. Nec Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. *Ibid.* Nec bonam gratiam mihi quæro. 5. Fam. 12. Aucupari gratiam alicujus. De Pro. 47. et 2. A. 76. Redire in gratiam cum aliquo. 3. Fam. 10. 1. Att. 11. De Sen. 56. In gratiam cum voluptate redeamus. 4. Att. 15. 3. Fam. 12. Reconciliata gratia. 2. Att. 3. Cum Cæsare reditus in gratiam. De Ar. 52. Quid existimatis, eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat? Act. 1. Ver. 51. Esse in gratia cum aliquo. 2. Att. 9. Ver. 1. 21. Cujus damnatione totus ordo cum populo Rom. et in laude, et in gratia possit esse. 1. Fam. 9. Meum nomen Cæsaris est in gratia. *Ibid.* Mihi cum illo magna gratia est. 5. Att. 20. Erat in Syria nomen nostrum in gratia. 3. Off. 85. Qui in maxima gratia est apud omnes. 8. Famil. 6. Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. 4. At. 11. Apud patronum te in maxima gratia posui. 6. 6. Ac te apud eum, Dii boni! quanta in gratia posui. *Ib.* Meque apud eum magna in gratia posuit. 1. 2. Sallustium præsentem restituere in ejus veterem gratiam non potui. De Prov. 23. Hic me meus animus in rempub. pristinus cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. *Ibid.* 25. Cur igitur expectem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? Pro R. P. 19. Reduci in gratiam cum aliquo. *Ibid.* Recipere aliquem in gratiam ex inimicitiis. 3. de Orat. 133. Colligere gratiam ex privatorum negotiis. 1. Att. 1. Omnes gratias non modo retinendas, sed etiam acquirendas putant. 1. de Orat. 117. Quin. Varius illa ipsa facultate, quamcunque habet, magnam est gratiam consecutus. 2. Fam. 16. Effundere gratiam collectam. Pro Dom. 46. Illi, quorum vita remota ab hoc honore populari, et ab hac illustri gratia est. Qu. de Pet. 15. Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. I. P. 4. Ego illos, nulla Senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi. 1. de Nat. 45. Neque ira, neque gratia teneri. 10. Fam. 12. Efficere aliquid gratia. 5. 12. Flecti a gratia, vel a voluptate. *Ibid.* Nec Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi voluit. Pro Milon. 42. Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela occidere? De Fat. 7. Sed Possidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. 1. Attic. 1. 11. Si non ineunda, sed referenda sit gratia. 8. 9. Inire summam gratiam cum omnibus. Ver. 4. 143. Inire gratiam ab aliquo. 2. 113. Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. Pro Dom. 81. Ferre legem alicui per gratiam. Pro Milon. 76. Appius homo mihi conjunctus fidelissima gratia. Ver. 3. 115. Beneficii gratiæque causa concedere aliquid. *Ibid.* 189. In beneficii gratiæque loco petere, ut, &c. De Amic. 30. Liberales sumus non ut exigamus gratiam: non enim bene-

ficium fœneramur, &c. 2. de Fin. 117. Tollitur beneficium et gratia. 2. Fam. 6. Cum præsertim considerem, nullam esse gratiam quam non vel capere animus meus accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare posset. De Provinc. 29. Eum ad equestris ordinis gratiam devocant. Frag. ep. Monumentum ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam.

Autoritas, ἀξίωμα. 1. Fam. 1. Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio.

Causa, ἕνεκα, χάριν, ὑπέρ. 1. de Fin. 36. Dolorum effugiendorum gratia. 1. de Nat. 158. Tantumque abest, ut hæc bestiarum causa parata sint, ut ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus.

Adjunc. *Æquabilis, bona, multa, plurima, excellens, fidelissima, mutua, illustris, immortalis, incredibilis, mirifica, singularis, non invidiosa, justa, et debita, justissima, merita, magna, major, mala, maxima, præsens, merita debitaque, muliebris, nimia, par, permagna, popularis, preclara, subita, summa, vetus.*

Syntaxis. *Ad prædicandam et habendam gratiam satisfacere. De illo gratias et ago et habeo. Amplissimis, singularibus verbis, per literas gratias agere. Apud illum tibi is gratias egit. Habere gratiam, commemorare, debitam persolvere. Pro eo tibi ac mereris gratiam habebo. Referre parem, mutuam gratiam. Debere, et persolvere gratiam, tribuere. Gratiam sibi alicujus aucupari, conciliare, inire. Redeamus in gratiam cum illo. Redire in gratiam qui prius inimici erant. Tecum non sum in gratia. Mihi tecum est magna gratia. Ponere aliquem in gratia apud aliquem, et restituere in gratiam. Reducere in gratiam cum aliquo quempiam. Ex inimicitiis aliquem in gratiam recipere. Acquirere, colligere, retinere omnes gratias, consequi, effundere collectas gratias. Vir excellenti gratia ad suadendum. Id facias gratia, vel gratiæ causa. Cum bona gratia dimittere. Gratiam inire ab aliquo, et cum. Alicui per gratiam legem ferre. Beneficii et gratiæ causa petere. Conjunctus fidissima gratia. In beneficii gratiæque loco petere, ut. Extinguitur injuria pravitatis bonorum gratia. Gratiam exigere, et beneficium fænerari.*

Gratificandi. 2. Off. 52. In utroque inest gratificandi liberalis voluntas. Pro C. Corn. 1. Homo nimis in gratificando jure liber.

Gratificans, tis. 1. de N. 124. Deus nihil cuiquam tribuens, nihil gratificans, omnino nihil curans.

Gratificatio, onis, *gratia, beneficium*, χάρισμα. 3. cont. Rull. 6. Conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria. 1. de Nat. 123. Cum imbecillitatem, gratificationem et benevolentiam ponitis. Pro Mur. 42.

Gratificor, aris, *beneficium do, gratum facio*, χαρίζομαι, εὐποιέομαι. 1. Off. 42. Qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi, &c. 5. de Fin. 42. Deque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. 1. Fam. 1. Quod Pompeio se gratificari putant. 3. de Leg. 39. Honeste gratificari cuipiam. 8. Fam. 6. In hanc partem porro tutum tibi erit, si quid volueris gratificari. 1. 10. Cur tibi hoc non gratificer nescio. Pro Cornel. 14. Gratificatur mihi gestu accusator, nescientem Cn. Pompeium fecisse significat. *Ibid.* 1. Num alicui gratificabantur aut homini, aut ordini? Hortens. Gratificari Reipubl.

Gratiosus, a, um, *qui apud omnes plurimum gratia potest*, χαρίεις. Pro Pl. 47. Jam doceo, gratiosum esse suis tribulibus Plancium. Ver. 3. 37. Splendidi homines, et aliis Prætoribus gratiosi. Pro Cæl. 21. Homo potens, gratiosus, disertus. De Pet. Con. 16. Vir ad ambitionem gratiosus. Pro Mur. 47. et Qu. de Pet. 20. Homines in suis civitatibus et municipiis gratiosi. 15. Att. 4. Gratiosum esse apud aliquem. Pro Mur. 73. L. Natta in equitum centuriis voluit esse, et ad hoc officium necessitudinis, et ad reliquum tempus gratiosus. 3. Off. 58. Tum Pythius, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus, &c. 16. Att. 11. Syracusas commodius epistolas mittere potero, si Valerius Mitres ad me nomina gratiosorum scripserit. Pro Planc. 46. Ego Plancium et ipsum gratiosum esse dico, et habuisse in petitione multos cupidos sui et gratiosos. De Clar. 289. Gratiosi scribæ sint in dando et cedendo loco. 1. Fam. 3. Is vehementer confidit, his meis literis se apud te gratiosum fore. 2. 6. Habemus juventutis et gratiosorum in suffragiis studia propter ipsius excellentem in eo genere gratiam: nostram suffragationem, si minus potentem, at probatam tamen, et justam, et debitam, et propterea fortasse etiam gratiosam. 5. Fam. 20. Cum de Logio parum gratiosum est. *Alii al. legunt.*

Syntaxis. *Gratificari alicui de re aliqua, et gratificari aliquid. Gratificari alicui*, absolute. *Gratiosus alicui, et apud aliquem. Ad ambitionem gratiosus, ad officium necessitudinis, ad reliquum tempus. Gratiosus apud omnes ordines. De illo parum gratiosum est.*

Gratis, *gratuito*, ἀμισθὶ, μάτην. Ver. 1. 118. Ne gratis in provincia male audires. *Ibidem*. 101. Is repente, ut Romam venit, gratis Prætor factus est. 2. de Fin. 83. Virtutes omnes gratis per se diligant. Ver. 5. 48. Navis mihi constat gratis. Pro Cl. 71. Servire gratis alicui. 3. Qu. Fr. 1. Id me scis ante gratis tibi esse pollicitum. Pro Qu. R. 27. Communem esse factum gratis, qui pretio proprius fuisset. 2. Off. 83. Habitare gratis in alieno.

Gratuito, *gratis*, προῖκα. Pro Arc. 10. Multis gratuito civitatem impartiebantur. 2. Off. 66. Multorum causas non gravate, et gratuito defendere.

Gratuitus, a, um, *sine præmio et mercede*, προίκιος. 2. Qu. Fr. 14. Comitia, si gratuita fuerint, plus unus Cato fuerit, quam omnes leges. 4. At. 15. Tu ne gratuita quidem eorum suffragia tulisti. 1. de Leg. 48. Quid fi-

beralitas? gratuitane est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta. 1. de Nat. 123. Hominum charitas et amicitia gratuita est. 2. de Fin. 99.] Innatam esse homini probitatem gratuitam, non mutuatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus evocatam. Pro Mur. 69. Gratuita frequentia.

SYNTAXIS. *Gratis hoc mihi constat. Gratis hoc tibi recepi: id est,* sponte. *Liberalitas gratuita, non mercenaria.*

Gratulans, tis. 8. Att. 9. Cum vos non modo frequentes, sed læto vultu gratulantes viderit.

Gratulatio, onis, *communis gaudii demonstratio, lætitia publica, σύγχαρμα, ἐπίχαρμα.* 1. Att. 14. Fuit enim sæpe et laudis nostræ gratulatio tua jucunda, et timoris consolatio grata. *Ibid.* Mihi facta statim est gratulatio. Act. 1. Ver. 21. Nunciatur mihi, maximam gratulationem huic esse factam. 4. 74. Diana summa cum gratulatione civium et lætitia reponitur. I. P. 7. Mihi pop. Rom. non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit. Pro Mur. 12. Hic parenti suo gratulationi in victoria fuit. Pro Dom. 62. Consules epulabantur, et in conjuratorum gratulatione versabantur. Pro Milo. 99. Nos in hominum cœtu gratiis agendis, et gratulationibus habendis, et omni sermone celebramur. Pro Mar. 11. Hunc igitur diem tuis maximis et innumerabilibus gratulationibus jure antepones. 9. Att. 4. Quidquam tu illa fuisse putas præ iis gratulationibus? *Ibid.* Ne gratulationibus nos obtulisse videamur. De Provinc. 29. Eum ad gratulationem devocant.

Supplicatio ad fana, δέησις. 11. Fam. 18. Gratulationem tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. De Pro. 26. Gratulatio diis immortalibus: *id est, supplicatio.* 4. C. 20. Cæteris semper bene gestæ, mihi uni conservatæ reip. gratulationem decrevistis.

ADJUNCT. *Celeberrima, grata, exigua, exoptatissima, summa, jucunda, maxima, multa, nova, præpostera, probatissima, recens, sera.*

SYNTAXIS. *Facta illi est gratulatio. Gratulatio et lætitia populi. Esse alicui gratulationi. Gratiis agendis, et gratulationibus habendis celebrari. Gratulationem facere nomine alicujus ad templa Deorum. Gratulationem rei bene gestæ decernere alicui.*

Gratulator, oris, *συγχαίρων.* 2. de Fin. 108. Ita fit ut gratulator lætior sit, quam is, cui gratuletur.

Gratulor, aris, *congratulor, lætor, gratulationem facio, gratulationem habeo, συγχαίρω, συνήδομαι.* 1. Fam. 7. Quod mihi de filia et de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam. 14. Att. 1. Ut tibi de reditu nostro gratularer. 1. Fam. 7. Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de levitate et imbecillitate Clodii gratularis, minime miramur, te, &c. 3. 12. Gratulor tibi de judicio ambitus. 8. 13. Gratulor tibi affinitate viri optimi. 5. Att. 20. Qui mihi gratulatus es illius diei celebritate. Ad Brut. 7. De Cassio lætor, et reip. gratulor, mihi etiam, qui, &c. 3. Fam. 11. Complexus igitur sum cogitatione te absentem: epistolam vero osculatus, et ipse mihi gratulatus sum. 2. A. 28. Recuperatam libertatem alicni gratulari. Act. 1. Ver. 19. Ei voce maxima victoriam gratulatur. 15. Fam. 2. Cum ei ego gratulatus essem, idque me gaudere dixissem, discessit, &c. 2. 5. Unum illud nescio, gratulerne tibi, an timeam. 15. 14. Alter fructus gratulationis est, et is quidem exilior, quam si tibi, te ipsum intuens, gratularer; sed tamen et feci ante, et facio nunc, tibique cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de provincia decedentem summa laus, et summa gratia provinciæ prosecuta est. 2. 5. Tamen quod abes, gratulor. Pro Dom. 22. Gratulor tibi, quod, &c. Pro Pl. 91. Ego tibi in hoc gratulor. I. P. 91. Omnes publice ad me venerunt gratulatum. 1. A. 30. Mihi et gratias agebant boni viri, et nomine tuo gratulabantur. 12. 18. Illi alacres et læti inter se, quasi vicissent, gratulabantur. 16. Att. 5. Magis est quod gratuler tibi, quam quod te rogem.

ADVERB. *Brevi, vehementer, vere, publice, serius, tardius, valde, verecunde nimis.*

SYNTAXIS. *Ipse mihi gratulor. Hanc rem tibi gratulor, hac re, et de hac re. In hoc tibi gratulor. Gratulatum ire. Alacres et læti inter se grutulantur. Gratulor tibi, quod abes.*

Gratus, a, um, *qui meritam alicui gratiam memori mente persolvit, qui beneficia accepta meminit, ἀνταποδῶν, εὐγνώμων.* 1. de Leg. 49. Gratus est, qui in referenda gratia non commodum, sed eum ipsum, cui refert gratiam, cernit. 5. Fam. 5. Tu quam gratus erga me fueris, ipse existimare potes. Postq. in Senat. 22. Ut erga autores salutis meæ satis gratus judicarer. *Ibid.* Nemo gratiarum immemor est gratus inventus. 10. A. 7. Laus Bruti, quæ gratissima memoria omnium civium inclusa, nondum autoritate publica testata est. Pro Planc. 91. Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati. 9. Att. 13. Ut tuo beneficio vir gratus et pius esse in maximi beneficii memoria possim. Ad Brut. 15. Facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperimur. 1. Fam. 5. Ut quam gratissimus erga te esse cognoscerer. 11. 10. Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sint in me, exploratum habes. 2. cont. Rull. 21. Gratus ac memor beneficii. Ad Brut. 4. Gratus animus et liberalis. 10. Fam. 19. Re ipsa atque animo gratissimus. 13. 25. In magnis meis beneficiis ornatus, in Consulatu meo memor et gratus fuit. 14. A. 30. Alicujus virtutem grata memoria prosequi. 4. 3. Grato animo prosequi nomen alicujus.

Jucundus, acceptus, optatus, ἡδὺς, εὐάρεστος,

φίλος. 5. Tusc. 45. Quod approbaris, id gratum acceptumque habendum. Div. 7. Quid est, quod omnibus gratius, optatius, aut magis accommodatum esse possit? 1. Fam. 9. Cujus officia jucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt, nunquam gratiora. 3. Att. 24. Ista veritas etiamsi jucunda non est, mihi tamen grata est. 5. Fam. 15. Amor tuus non ille quidem mihi ignotus, sed tamen gratus et optatus: dicerem, jucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. 13. Fam. 44. 1. Att. 14. Tale enim tuum judicium non potest mihi non summe esse jucundum: quod cum ita sit, esse gratum necesse est. 3. Qu. Frat. 1. Id mihi pergratum, perque jucundum erit. 13. Att. 45. Me et Cæsari, et sibi vehementer gratum esse facturum. 2. de Leg. 41. Velim hoc, quod loquar, tibi gratum videri potius, quam grave.

Adverb. *Admodum, æque, vehementer, vehementissime, egregie, mirabiliter, parum, plane, valde.*

Syntaxis. *Virtutem alicujus grata memoria prosequi. Grato animo prosequi. Gratus et memor. Quid gratius, quid acceptius? Id licet jucundum non sit, gratum tamen est. Quod jucundum est, gratum etiam erit. Pergratum perque jucundum. Facere alicui vehementer gratum. Gratum se præbere. Reipsa atque animo gratus. Gratum acceptumque habere.*

Gravate, *difficulter, ægre, βαρέως, χαλεπῶς.* 1. de Orat. 208. Meam facilitatem laudatote, cum vobis non meo judicio, sed vestro inductus, non gravate respondero. 3. Off. 59. Gravate ille primo. quid multa? impetrat. 2. 66. Multorum causas non gravate et gratuito defendere. Pro Cor. 36. Benigne, non gravate, comiter, &c.

Gravedinosus, a, um, *ad gravedinem proclivis, κορυζώδης.* 4. Tusc. 27. Sunt alii ad alios morbos procliviores: itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos: non quia jam sint, sed quia sæpe sint. *In vetustis libris reperitur*, Gravidinosus.

Gravedo, inis, Græce *κόρυζα dicitur.* 10. Att. 18. Tu quoniam quartana cares, et non modo morbum removisti, sed etiam gravedinem. 16. 11. Gravedo tua mihi molesta est. *Ibid.* 13. Gravedini quæso omni ratione subveni.

Gravidinosus. *Vide* Gravedinosus.

Graviditas, tis, *βαρύτης.* 2. de N. 119. Luna a sole illuminata graviditates et partus affert.

Gravidatus, a, um, *gravidus factus, ἔγκυος.* *Ib.* 83. Terra gravidata seminibus omnia parit, et fundit ex sese.

Gravidus, a, um, *prægnans, plenus, fœtus, ἔγκυος, ἐγκύμων.* Pro Cluent. 31. Cum mulier esset gravida, et jam appropinquare partus videretur. Ver. 1. 48. Latona gravida, et jam ad pariendum vicina. 1. de Div. 20. Ubera gravida vitali rore. *Ib.* 18.

Aut cum se gravido tremefecit corpore tellus.

Gravis, e, *ponderosus, βαρὺς, φορτικός.* 2. de Nat. 83. Atque in eo cavillatus est, æstate grave esse aureum amiculum. 2. de Nat. 24. Cibus gravis: *id est, difficilis ad concoquendum.*

Arduus, difficilis, molestus, χαλεπός. 1. C. 3. Senatusconsultum vehemens et grave in aliquem. Pro Flac. 16. Hoc perquam grave est dictu. *Ib.* Quod mihi gravissimum esset dicere. Pro Corn. 24. Est enim id pop. Rom. grave, non posse, &c. 2. de Inv. 130. Nec fuisse ei grave, nec difficile, eam causam excipere, quæ, &c. 2. Fam. 6. Grave est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. 1. Att. 4. Non mihi grave duxi rescribere ad te. 13. Fam. 73. Si tibi grave non erit. *Ib.* 76. Nunquam gravis tibi esse volui. Topic. 4. Vereor, ne tibi gravis sim. De Sen. 4. Quod senectutem tuam nunquam tibi gravem esse, senserim. Ver. 3. 134. Eam ne verbo quidem graviore appellasses. 2. de Leg. 41. Velim hoc, quod loquar, tibi gratum videri potius, quam grave. 2. Qu. Frat. 15. Atque id anni tempore gravissimo, et caloribus maximis. 5. Fam. 16. Hoc gravissimo et pestilentissimo anno. 14. Att. 12. Quod reipub. defuerit tam gravi tempore.

Magnæ autoritatis, dignitatis, ponderis, ἀξιόπιστος, κύδιμος, ἔνδοξος. 3. Off. 35. Honestas omni pondere gravior est habenda, quam cætera omnia. 1. 103. Cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. 1. de Orat. 38. Homo prudens et gravis. 2. 155. Vir autoritate gravis. Pro Deiot. 5. Quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis gravissima sunt. Pro S. R. 112. Hoc minime videtur grave iis, qui minime ipsi leves sunt. Pro Q. R. 6. Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud judicem grave et sanctum esse ducetur? Postq. ad Quir. 18. Numen vestrum mihi grave et sanctum est. Pro Cl. 16. Statuit sibi nihil gravius faciendum, quam, ut, &c. 2. de Or. 227. Oratio gravior. De Cla. 325. Sententiis non tam gravibus et severis, quam concinnis et venustis.

Severus, ἀυστηρός, αἰνὸς, σεμνός. De Clar. 66. Cato gravis in laudando. 2. de Orat. 228. Omnium gravissimum et severissimum esse. De Cl. 281. Gravis sine arrogantia. Pro L. Varen. L. Septimius est ad L. Crassi eloquentiam gravis, et vehemens, et volubilis.

Humilis, μαλλος. 3. de Or. 225. Est quiddam in remissione gravissimum, quo tanquam sonorum gradibus descenditur. 1. 251. Vocem ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipere.

Adverb. *Æque, imprimis, quam maxime, sane, vehementer.*

Gravitas, tis, *habes et synonyma et homonyma in vocabulo præcedenti* Gravis, *βαρύτης, ἀξίωμα, σεμνότης.* 9. Att. 22. Et gravitatem in congressu nostro tenui. 5. Fam. 16. Tu-

studia est tibi gravitas. 10. At. 1. Tu eum Sexto servasti gravitatem eandem, quam mihi præcipis. De Cl. 326. Hæc genera dicendi in senibus gravitatem non habent. 9. At. 11. Illud me præclare admones, ut, cum illum videro, non nimis indulgenter, et ut cum gravitate potius loquar. 2. de Orat. 73. Sententiarum gravitate, verborum ponderibus est utendum. Off. 136. Verborum gravitas. De Amic. 96. Quanta illi fuit gravitas, quanta in oratione majestas! 1. Off. 112. Catoni incredibilem tribuit natura gravitatem. Pro Cæl. 63. Homo gravitati deditus. 2. Tusc. 49. Personæ gravitas. 11. Attic. 25. Corpore vix sustineo gravitatem cœli hujus. *Ibidem*. Gravitas loci. 3. de Nat. 76. Gravitas morbi. 2. 116. Tanta contentio gravitatis et ponderum. De Fat. 24. Atomos gravitate et pondere moveri. 1. de Inv. 25. Exordium sententiarum gravitatis plurimum debet habere. *Ibid.* 110. In quo gravitas et autoritas est, plus proficit ad misericordiam commovendam. 5. Tusc. 34. Hujus sententiæ gravitas a Platonis autoritate repetatur. Hort. Vitæ gravitate præstitit. De suis cons. Tarditate modorum, et gravitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.

Adjunct. *Acrior, incredibilis, admirabilis, ampla, censoria, digna, plena antiquitatis, incredibilis, et inaudita, magna, major, naturalis ac necessaria, paterna, perpetua, singularis, ac pene divina, summa, vetus.*

Syntaxis. *Perquam grave dictu est. Si tibi grave non erit. Ne ego tibi gravis sim. Gravis et pestilens annus. Vir auctoritate gravis. Gravitatem tenere, tueri, servare, præcipere alicui, habere. Cum gravitate loqui. Sententiarum gravitate uti. Homo gravitati deditus. Personæ gravitas. Gravitas cœli, loci, morbi. Atomos gravitate et pondere moveri. Vitæ gravitate præstare.*

Graviter, *ægre, moleste, severe, non leviter*, δυσχερῶς, δεινῶς, βαρέως. De Ar. 47. Id graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam. 2. de Or. 211. Graviter accipere aliquid. 12. A. 27. Cives inter se gravissime dissentientes. 5. Fam. 15. Graviter accusare aliquem. 1. C. 17. Si me meis civibus suspectum tam graviter atque infensum viderem. 1. Fam. 9. Graviter inimicus. 13. Att. 2. Dionysius graviter queritur. Pro Clu. 16. et pro S. R. 9. Gravissime conqueri de aliqua re cum aliquo. 1. Off. 32. Graviter ægrotare. Orat. 30. Thucydides res gestas narrat, graviter sane et probe. Pro Cœl. 33. Graviter, severe, prisce agere cum aliquo. De Som. 11. Natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent.

Syntaxis. *Graviter accipere, ferre, narrare, conqueri, agere. Graviter, severe, prisce agere. Graviter ægrotare.*

Gravatus, a, um, *onustus, gravis.* 1. de Div. 15.

Jam vero semper viridis semperque gravata Lentiscus, triplici solito grandescere fœtu.

Gravor, aris, *gravate aliquid facio, grave mihi duco*, δυσχεραίνομαι. Pro Mur. 69. In ea non esse gravatos homines prodire hora tertia in campum. 1. de Orat. 107. Ego vero, inquit, istis obsequi studeo, neque gravabor breviter, meo more, quid quaque de re sentiam, dicere. *Ibid.* 164. Te rogo ne gravere exædificare id opus, quod instituisti. Pro Cl. 69. Is primo gravari cœpit, quod, &c. De Amic. 17. Ego vero non gravarer, si mihi ipse confiderem. 7. Fa. 14. Qui gravere literas ad me dare. Topic. 4. Ne si ego gravarer, &c. 2. de Orat. 365. Non essem tam inhumanus, uti eo gravarer, quod vos cupere sentirem.

Gregalis, le, *sodalis, ex eodem grege*, ἀγελαῖος. Pro Dom. 75. Quod vos gregales Catilinæ de me dicere solebatis. De Arus. 53. Nec Clodius, nec quisquam de gregalibus ejus, aut consiliariis, &c. 2. de Orat. 253. Gregales eum in campum non venisse requirebant. 7. Fam. 33. Nos enim nobis quidem ipsi displicemus, gregalibus illis, quibus, te plaudente, vigebamus, amissis.

Gregarius, a, um, *collectitius, vulgaris*, εὐτελής, ἰδιώτης. Pro Plan. 72. Gregarii milites.

Gregatim, *per greges*, ἀγεληδόν. Ver. 5. 147. Videtis cives Romanos gregatim conjectos in latumias.

Gremium, mii, *sinus, complexus*, κόλπος. De Cla. 211. Filius in gremio matris sedens, mammam appetens. 4. ad Her. 52. Liberi e gremiis parentum diripiuntur. 2. de Leg. 63. Ut sinus et gremium quasi matris mortuo tribueretur. Pro Clu. 13. Soror in amantissimi sui fratris manibus et gremio consenescebat. I. P. 10. Hæc sunt in gremio sepulta Consulatus tui. Pro Cæl. 59. Cum Qu. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriæ. I. P. 91. Ætolia procul a barbaris disjuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur. De Sen. 51. Terra gremio mollito et subacto semen sparsum excipit. 13. A. 24. Cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres.

Syntaxis. *Sinus et gremium matris. In manibus et gremio. Consulatus gremium. Patriæ sinus et gremium. In sinu pacis, medioque Italiæ gremio continetur hic locus. Terræ gremium molitum et subactum. E gremiis parentum diripi.*

Gressus, us, *incessus, ingressus*, βάδισμα. 1. Off. 131. Cavendum est, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus: *alias*, ingressu.

Grex, gis, *congregatio, cœtus, turba*, ἀγέλη, ποίμνη. 7. Att. 7. Pecudes, quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges. 3. A. 31. Antonius cædit greges armentorum, reliquique pecoris quodcunque nactus est. Pro S.

R. 89. Verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege annumerer. Pro Syl. 77. In hunc igitur gregem P. Sullam ex his honestissimorum hominum gregibus rejicietis? 1. Att. 15. 1. de Fin. 65. Greges amicorum. 1. de Orat. 42. Philosophorum greges.

Adverb. *Flagitiosus, impurissimus, magnus, medius, sordidissimus, vetus.*

Syntaxis. *In grege annumerari. Rejicere in gregem. Amicorum, Philosophorum greges.*

Grunitus, us, *vox est porcorum, γρυλλισμός.* 5. Tuscul. 116. Nec grunitum audiunt, cum jugulatur sus.

Grus, is, *γέρανος.* 2. de Nat. 125. Grues, cum loca calidiora petentes mare transmittunt, trianguli formam efficere. *Ibid.* Grues in tergo prævolantium capita reponunt.

GU

Gubernaculum, li, *clavus, administratio, munus, officium, πηδάλιον, διοίκησις.* 2. de Inv. 154. Hic iste naufragus ad gubernaculum accessit. Pro Sest. 20. Clavum tanti imperii tenere, et gubernacula reip. tractare. Pro Dom. 24. Cum Senatum a gubernaculis dejecisses, populum e navi exturbasses. Pro S. R. 51. Qui omni tempore ad gubernacula reip. sedere debebant. Ad Br. 7. Ut gubernacula reip. prehenderem. 1. de Orat. 46. Oratorem repelli a gubernaculis civitatum. 2. Att. 7. Non abjectis, sed ereptis gubernaculis. 1. de Orat. 214. Gubernacula civitatum regendarum. 16. Fa. 27. Qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab universo naufragio periculum est.

Syntaxis. *Clavum imperii tenere, et gubernaculum reip. tractare. Dejicere Senatum a gubernaculis. Accedere, sedere ad gubernacula. Prehendere gubernaculum. Repelli a gubernaculis, recedere.*

Gubernatio, onis, *administratio, procuratio, ἀρχὴ, ἐπιμέλεια, διοίκησις.* 3. de Orat. 129. Orbis terræ gubernatio, et summi imperii procuratio. In Vat. 36. Populus nunquam hæc a summi consilii gubernatione auferre conatus est. 3. de Fin. 24. Non enim gubernationi, aut medicinæ similem sapientiam arbitramur. Ad Bru. 14. Magnam gubernationem tui consilii res desiderat. 3. C. 18. Vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse. Pro Dom. 130. Tempus illud erat in gubernatione positum Senatus. 2. de Inv. 164. Cupiditas consilii gubernatione regitur.

Syntaxis. *Gubernatio et procuratio. Consilii tui gubernationem res desiderat. Consilii gubernatione cupiditas regitur. Hoc positum est in gubernatione Senatus.*

Gubernator, oris, *rector, moderator, auctor, κυβερνήτης, πρύτανις, διοικητής.* De Senec. 17. Gubernator clavum tenens sedet in puppi. 1. de In. 58. Navis quæ scientissimo gubernatore utitur. Par. 2. Si navem auri evertat gubernator. 7. A. 27. Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam a vectoribus admoneri solent. Pro Rab. 26. Custos gubernatorque reip. 4. Acad. 100. Si jam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo navigio, bono gubernatore, hac tranquillitate, &c.

Adjunct. *Bonus, magnus, optimus, scientissimus, summus.*

Syntaxis. *Navis utitur gubernatore scientissimo. Evertit gubernator navem. Custos gubernatorque reip. Proficisci bono gubernatore.*

Gubernatrix, cis, *regina, κυβερνήτειρα.* 1. de Orat. 38. Eloquentia gubernatrix civitatum.

Gubernatus, a, um. Ad Br. 10. Cæsarem meis consiliis adhuc gubernatum quidam corruperunt.

Guberno, as, *administro, procuro, rego, gero, moderor, clavum teneo, gubernacula tracto, vel teneo, ad gubernacula sedeo, κυβερνάω, διοικέω, πρυτανεύω, λειτουργέω.* 2. Fam. 7. Teque hortor, ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. 13. Att. 25. Velim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla commodum Bruti impediamus. Pro S. R. 131. Cum solus remp. gereret, orbemque terrarum gubernaret. Pro Mil. 25. Clodius contulit se ad Milonis competitores: sed ita, totam ut petitionem ipse solus, etiam invitis illis, gubernaret, tota ut comitia suis (ut dictitabat) humeris sustineret. 2. Fam. 17. Sed tamen iter meum resp. et rerum urbanarum ratio gubernabit. Pro Sul. 78. Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusque &c. 16. Att. 2. Gerere, regere, gubernare. Par. 1. Gubernare, regere, moderari. 2. de Fin. 43. Gubernare vitam. 4. Acad. 66. Eoque directius gubernant: *id est, naves.* 1. Off. 87. Ut si nautæ certarent, quis eorum potissimum navem gubernaret. 6. Att. 3. Sed hæc deus aliquis gubernabit. 14. 11. Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. 1. de N. 52. Sive in ipso mundo deus est aliquis, qui regat, qui gubernet, qui omnia conservet. 8. Att. 4. Fortunæ motum ratione quadam gubernare.

Gubernor, aris. Pro S. R. 112. Commune commodum mutuis officiis gubernatur. Pro Rab. 5. Dii, quorum ope et auxilio hæc resp. gubernatur.

Adverb. *Bene, directius, pulcherrime.*

Syntaxis. *Gubernare ac moderari prudentia. Totam petitionem gubernare. Tormenta gubernat dolor. Gubernare vitam. Fortunæ motum ratione gubernare. Commune commodum mutuis officiis gubernatur. Suis consiliis gubernare aliquem.*

Gula, læ, *collum, guttur, fistula per quam cibus potusque in stomachum descendit, λαιμός.* Ver. 4. 24. Quem obtorta gula in vincula abripi jussit. 13. Att. 31. O gulam insulsam! Pro M. Scau. Duobus digitulis gulam oblisit.

Gumia, æ, 2. de Fin. 24. *Compellans gumias ex ordine nostros.*

Gurges, itis, *vorago, helluo, δίνη.* Ver. 3.

23. Immensa aliqua vorago aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium. Pro Dom. 124. Ille gurges belluatus est simul tecum reip. sanguinem. De Ar. 59. Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit? 2. de Orat. 224. Pater notat hunc gurgitem. I. P. 41. Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. 11. A. 10. Habet secum L. fratrem: quem gurgitem? quam voraginem? Pro Sest. 111. Gurges et vorago patrimonii. *Ibidem* 93. Profundissimus libidinum gurges. I. P. 81. Rheni fossa gurgitibus illis redundans. 2. de N. 106.

——*Rapido cum gurgite flumen*. 1. de Div. 14.

——*Fulix fugiens e gurgite ponti.*

Hortens. Quis tantus est gurges, qui dies et noctes sine ulla minimi temporis intermissione velit ita moveri suos sensus? Prognost.

——*De gurgite vasto.*

Adjuncta. *Immensus, profundissimus, rapidus.*

Syntaxis. *Gurges et helluo natus abdomini. Ille gurges et vorago.*

Gurgustium, stii, *taberna obscura et angusta, καπηλεῖον.* 1. de Na. 22. Ante videlicet in tenebris, tanquam in gurgustio, habitaverat. I. P. 15. E gurgustio prodire.

Gustatus, us, *gustus, γεῦσις.* 2. de N. 141. Gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis et poculentis iter natura patefecit. *Ibid.* 145. Gustatus ore continetur. 3. de Orat. 99. Gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, et qui dulcitudine præter cæteros sensus commovetur. 2. de N. 158. Pomorum jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus. 4. Acad. 20. Nihil necesse est de odoratu et gustatu dicere.

Gusto, as, *degusto, libo, attingo, γεύομαι, ἅπτομαι.* 8. Fam. 26. Cum quidem biduum ita jejunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. 2. de Nat. 126. Capræ dictamum quærunt; quam cum gustaverunt, sagittæ, quibus confixæ sunt, excidunt. Pro Mur. 74. Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans. 2. A. 71. Gustaras civilem sanguinem, vel potius exsorbueras. 1. de N. 20. Primis, ut dicitur, labris gustare physiologiam, et attingere. *Lege*, Labrum. 1. de Orat. 145. Quædam de actione brevia, sed magna cum exercitatione præcepta gustaram. 2. de Orat. 153. Istorum omnium summatim causas et genera ipsa gustaram. I. P. 51. Pompeius non gustarat istam tuam Philosophiam. 12. Fam. 23. Nullam partem reip. gustare potuisti. 1. de Fin. 58. Gustare partem aliquam voluptatis. Pro Arch. 17. Sed ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus. Pro Cæl. 28. Qui primoribus labris aliquid gustant, et extremis, ut dicitur, digitis attingunt.

Adverb. *Paulum, perpaulum, summatim.*

Gustus, us, *gustatus.* De Sen. 53. Uva et succo terræ et calore solis augescens, primo est peracerba gustui. 2. A. 115. Libidinosi, avari, facinorosi veræ laudis gustum non habent.

Syntaxis. *Labris primoribus gustare. Habere pietatis gustum. Reipubl. partem gustare. Gustare civilem sanguinem. Primis labris gustare aliquid, vel primoribus labris.*

Gutta, æ, *σταγὼν, σταχτὴ.* 3. de Or. 184. Numerum in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus. 2. Tusc. 25. Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ. 2. de Na. 14. Guttæ imbrium quasi cruentæ.

Guttur, uris, *gula, λάρυγξ.* 1. de Div. 14.

Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.

Pro Cæl. 44. Vitium ventris et gutturis.

GY

Gyarus, *insula.* 4. Att. 12. De Gyaro dedi literas.

Gyges, gis, *Rex Lydiæ.* 3. Off. 78. Gygis annulus.

Gymnasiarchus, chi, *gymnasii præfectus, γυμνασιάρχης.* Ver 4. 92. Demetrius gymnasiarchus, qui eo loco præerat.

Gymnasium, sii, *locus ad exercendum, ut palæstra, schola, γυμνάσιον, σχολή.* 1. de Or. 56. Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. 1. de Or. 98. Magnam habeo huic palæstræ et Tusculano tuo gratiam, et longe Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. 1. de Div. 8. Cum ambulandi causa in Lycæum venissemus (nam id superiori gymnasio nomen est.) Par. 1. Quæ vix in gymnasiis et in otio Stoici probant. 9. A. 4. Is Laodiceæ in gymnasio a quodam Leptine est interfectus. 4. Fa. 12. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locum delegimus. 5. de Fin. 1. Gymnasium, quod Ptolemæum vocatur. 2. de Or. 21. Sæculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his Philosophi garrire cœperunt: et hoc ipso tempore cum omnia gymnasia Philosophi teneant, &c. 2. de Leg. Græcia Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecravit.

Adjuncta. *Amplissimum, nobilissimum, suburbanum, superius.*

Gymnicus, a, um, *γυμνικός.* 2. de Inv. 2. Gymnicum certamen. 2. Tusc. 62. Ludi gymnici.

Gynæceum, cei, *locus in ædibus sepositus, ubi solæ mulieres versantur, γυναικεῖον.* 2. A. 95. Syngrapha sestertii centies, &c. facta in gynæceo.

Gypsatissimus, a, um, *candidissimus, tenacissimus, quale gypsum est*, γυψωδὴς. 5. Fam. 6. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeæ, quæ Corinthi arcem altam habebant, matronæ opulentæ, optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent, &c.

Gyrus, ri, *circulus, ambitus*, κύκλος, γῦρος. 3. de Or. 70. Ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. 1. Off. 90. Homines secundis rebus effrenatos sibique præfidentes tanquam in gyrum rationis et doctrinæ duci oportet.

Gytheus, ei, *fluvius Laconum, qui in Argolicum sinum fluit*. 3. Off. 49. Huic ille, classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse: quo facto frangi Lacedæmoniorum opes necesse esse. Quod Aristides cum audisset, in concionem magna expectatione venit, dixitque perutile esse consilium quod Themistocles afferret, sed minime honestum.

DE LITERA H.

H Aspiratio Latinorum. Ora. 160. Majores nusquam, nisi in vocali, aspiratione utebantur. loquebantur enim sic, ut dicerent, pulcros, Cetegos, triumfos, Cartaginem. *et infra*, Orcivios tamen, et Matones, Otones, sepulcra, coronas, lacrymas dicimus: quia per aurium judicium semper licet.

HA

Habenæ, arum, *lora sunt, quæ freno utrinque adligantur ad equum regendum*, ἡνίαι. 2. de Or. 226. Cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas tradidit. De Ami. 45. Commodissimum est quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas.

Habendus, a, um. De Sen. 71. Omnia, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. 1. de Fin. 12. An partus ancillæ in fructu sit habendus. Pro Mur. 61. Quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agrestium.

Habeo, es, *possideo, utor, mihi non deest, penes me est, particeps sum*, ἔχω. 2. de Div. 95. Eodem temporis puncto nati dissimiles et naturas et vitas et casus habent. *Ibidem*. 96. Dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habet. *Ibid*. 67. Dionysii equus habuit apes in juba. 1. de Div. 70. Pars animi, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet. 1. de Or. 89. Demosthenes summam prudentiam summamque vim habuit dicendi. 2. 122. Neminem omnium tot ac tanta, quanta essent in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. *Ibidem*. Itemque illa, &c. excogitationem non habent difficilem. 10. Fam. 3. Habere rem communem cum aliquo. 2. de Leg. 19. Separatim nemo habessit deos. *id est, nemo habeat*. Ver. 5. 18. Habere animos aliquorum inimicos. 1. Fam. 9. Habere provinciam, vel imperium. Ver. 5. 37. Habere multum negotii atque oneris. 3. de Or. 140. Habere sapientiam junctam eloquentiæ. 2. 257. Cum ille haberet filium delicatiorem. Pro S. R. 147. Fœmina, quæ patrem habuit clarissimum virum. 16. Att. 4. Hæc navigatio habet quasdam suspiciones periculi. Or. 13. Eloquentia forensis jactationem habuit in populo. 8. Att. 17. Domitius suas XII. cohortes tribus in oppidis distributas habet. 13. 45. Omisi ea, quæ in manibus habebam. 6. 2. Phliasios dici sciebam, et ita fac, ut habeas: nos quidem sic habemus: *id est, sic in nostro Codice scriptum est*. De Cl. 326. Hæc genera dicendi in senibus gravitatem non habent. Orat. 108. Eaque hanc habent, quam probo, varietatem. 1. Qu. Fr. 2. Magnum fac animum habeas, et spem bonam. Ver. 5. 188. Diis bellum iste semper habuit indictum. 1. de N. 15. Lucilius, qui magnos progressus habebat in Stoicis. Pro Lig. 4. Profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatem honestam. 2. de Leg. 57. Nam priusquam injecta gleba est, locus ille nihil habet religionis. 9. A. 4. Ut Antiochus classes habere prohiberet. 2. Off. 45. Tua ætas incidit in id prælium, cujus altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum. Pro Sestio. 69. Eos voluntatem semper eandem, libertatem eandem non semper habuisse. Pro Dom. 83. In illo pœna legitima turpitudinem non habuit. 4. C. 7. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: difficultatem, si rogare. Pro Pl. 39. Habere magnas necessitudines in aliqua tribu. Pro Dom. 125. Domus tua, et quidquid habes aliud, est Cereri consecratum. 2. Off. 51. Habere aliquid religioni. 1. Att. 14. Habeo in animo Consulatum statim petere. 10. Fam. 18. Quid in animo habuerim, cum Lernus discessit a me, ex eo potuisti cognoscere. 5. 16. Illa consolatio, quam semper in ore atque in animo habere debemus. 3. Off. 85. Hunc quas tu conscientiæ labes in animo censes habuisse? Ver. 2. 47. Clamare cœperunt, sibi ut haberet hæreditatem. 2. A. 69. Illam suam suas res sibi habere jussit. Ver. 2. 77. Habeatis sane vobiscum istum, &c. 2. de Or. 244. Ne quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Ver. 5. 103. Qui naves habuerunt. Pro M. Tull. Fundum habet in agro Tigurino paternum. Pro Qu. Gal. Multos condiscipulos habet in theatro? Pro M. Scau. Albanas habeo columnas. *Ibid*. Domus tibi deerat? At habebas. Pro M. Fon. Mater tua, dum vixit, ludum, postquam mortua est, magistros habuit. Frag. ep. Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc auto-

rem habebamus. Oeconom. 3. Oleum, ficus, poma non habet. Hortens. Quod in primoribus habent, ut aiunt, labris. De Consolat. Quorum ingeniis et inventis omnem vitam legibus institutis excultam constitutamque habemus. 3. de Na. Materiam habere et habuisse vim et naturam suam. *Ibid.* Isti providentiæ divinæ materiam præsto esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. Incert. Utraque earum sententiarum doctissimos habuit autores. *Ibid.* Illa æquabilitas vitæ non tantum habet sensum. *Ibid.* Quæ fœminæ duplices pupillas habent, &c.

Scio, nescio, possum, δύναμαι, ἔχω. 2. Att. 22. De rep. nihil habeo ad te scribere. 3. de N. 94. Hæc fere objicere habui de natura deorum. De Am. 104. Hæc habui de amicitia, quæ dicerem. Pro Corn. 33. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere ejusmodi? 4. Acad. 84. Quid enim dicere habeant? Par. 47. Non habebimus necesse semper concludere. 10. Att. 1. Eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus. 1. Fa. 5. De causa regia tantum habeo polliceri, me tibi absenti cumulate satisfacturum.

Facio, tracto, ποιῶ. 5. Att. 5. et 2. 9. Habere dialogum. De Cl. 161. 2. de Ora. 196. Habere verba. *Lege*, Verbum. Habere sermonem. *Lege*, Sermo. I. V. *sæpe.* Habere censum, et habere æstimationem. *Lege*, Census.

Judico, dico, νομίζω. 1. de N. 45. Natura insculpsit mentibus nostris, ut deos æternos et beatos haberemus. 3. 86. Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, prosperitatem vitæ a diis se habere. 1. de Fin. 37. Maximam illam voluptatem habemus. De Cla. 61. Eum nos ut perveterem habemus. 5. Att. 5. Hoc velim in maximis rebus et maxime necessariis habeas. 6. 2. Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominem putares? 12. 23. Habe tuum negotium: *id est, tanquam tuum negotium.* 13. 1. Jam istud pro facto habeo. 5. Fam. 20. Nisi in provincia relictas rationes pro latis haberem. 1. de N. 36. Habere aliquem in numero sapientum. 2. Off. 39. Ille habet opinionem justitiæ: *id est, habetur justus.*

Ratione status rerum. 13. Att. 35. Scire igitur aveo, quomodo res se habeat. 2. de Or. 271. Sic profecto res se habet, ut, &c. 3. Fa. 5. Ea res sic se habet. Pro Qu. 2. Verum ita se res habet, ut, &c. Ver. 2. 124. Quæ cum ita se res haberet, tamen, &c. *Ibid.* 15. Ut se tota res habeat, demonstrabitur. 1. de Or. 114. Præclare enim se res habeat, si &c. Ver. 2. 149. Omnino præclare te habes, cum, &c. De Fat. 9. Nam nihil esset in potestate nostra, si res ita se haberet. 3. Fam. 13. Rem vides, quomodo se habet. 8. 15. Domitii se male habent. 4. Att. 11. Cum ego me non belle haberem. 2. Off. 21. Male enim se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. 2. de Or. 313. Male se res habet, quæ, &c. *Ibid.* 140. Quomodo nunc se istorum artes habent. 8. Att. 8. Bene habemus nos.

Scio, certum habeo, εἴδω, ἴσημι, ἐπίσταμαι. Sic habeto, &c. pro sic tibi persuade: vel hoc scito. Pro Cæl. 31. Hi sic habeant, quæcunque in equite Rom. dignitas esse potest, eam semper in M. Cælio habitam esse summam, hodieque haberi ab omnibus. 13. Fam. 29. Id primum ergo habeto, me, &c. 3. 13. Illud velim sic habeas, quod intelliges, &c. 2. 6. Unum hoc sic habeto, &c. *Ibid.* 10. Atqui sic habeto, *Ibid.* 8. Tantum habeto civem egregium esse Pompeium. 7. Att. 18. Nec de me laboro: de pueris quid agam, non habeo. 2. Fa. 8. Neque tamen adhuc habeo, quod te accusem. Pro Mur. 26. Quid huic responderet, non habebat. 3. de Nat. 64. De quibus habeo ipse, quid sentiam: non habeo autem, quid tibi assentiar. Ver. 4. 51. Nec quid facerem, habebam.

Sustineo, incido in, ὑπομένω. 2. Or. 283. Scaurus nonnullam habet invidiam, ex eo quod aliorum bona sine testamento possidet.

Tracto, πράττω. Act. 1. Ver. 36. Habere de rep. cum aliquo: *id est, agere.* Ver. 5. 69. Ut is victu cæterisque rebus quam liberalissime commodissimeque habeatur. 1. de Div. 95. Nostri nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis domi habent.

Habito, νέμομαι, οἰκέω. Pro S. R. 133. Qui in Salentinis aut in Brutiis habent, unde vix ter in anno audire nuncium possunt. 7. Fa. 6. Quæ Corinthum, arcem altam habebant matronæ. 2. Att. 9. Video jam quo invidia transeat, et ubi sit habitura: *alias*, habitatura.

Affero, φέρω. De Prov. 9. Deinde adventus in Syriam primus, equitatus habuit interitum.

Cum adjectivis, vel potius participiis patientibus. 15. Fa. 20. Quantum ex tuis literis habeo cognitum. 13. 17. Eum nondum habes satis cognitum. Ver. 5. 63. Hodie omnes sic habent persuasum, istum, &c. 10. Fam. 35. Habere vitam alicujus perspectam. 15. 13. Habere procurationem rerum alicujus suspectam. Div. 11. Siculi ad meam fidem, quam habent spectatam jam et diu cognitam, confugiunt. 3. 36. Ut omnes ante Calend. Sext. decumas ad aquam deportatas haberent. 4. 132. Itaque hi conversam jam habent demonstrationem suam. De Clar. 147. Satis mihi videbar habere cognitum Scævolam ex iis rebus, quas, &c. Orat. 118. Orator habeat omnes philosophiæ notos et tractatos locos. 1. de Orat. 194. Docemur autoritate legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. 1. Q. Fr. 1. 16. Ex quibus nonnullas simultates susceptas habemus. 8. Att. 2. In eo positas omnes nostras spes habemus. 11. Fam. 11. Non habeo ambiguum. 10. 24. Habeo expertum. 2. de Orat. 152. Ut habeant paratum, quid qua-

que de re dicant. 8. Att. 22. Et boni cives mare infestum habebimus. De Cl. 163. Scævolæ dicendi elegantiam ex iis orationibus, quas reliquit, habemus cognitam. 6. Fam. 2. Ita statutum habeas, me, &c. Ad Brut. 1. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, judicatum. 3. de Natur. 56. Mercurius, quem Ægyptii nefas habent nominare. Ad Brut. 4. Cum exploratum habere cœpero, Cæsarem, &c. Pro Qu. R. 9. Cur hoc nomen in adversariis scriptum habebas? Orat. 112. Qui ea multo, quam nos, habes notiora. 3. Q. Fr. 9. Quod me hortaris, ut absolvam, habeo absolutum. 2. de Natur. 5. Habere aliquid cognitum comprehensumque animo. 4. Acad. 100. Aliquid comprehensum animo habere atque perceptum. Ver. 5. 167. Habuisse aliquem vinctum clausumque custodiis. 4. 21. Habere aliquid reconditum: *id est, tenere.* Act. 1. Ver. 40. Habere tempus distributum, ut prima pars, &c. 1. 57. Diligentius habere dico Servilium prædam populi Rom. quam te tua facta notata atque descripta. 2. 106. Ita in tabulis scriptum habes. 5. Att. 21. Hoc quid intersit, certe habes subductum. 13. A. 13. Quorum habetis cognitam voluntatem in rempubl. 5. Philip. 50. Omnes habeo cognitos sensus adolescentis; nihil est illi republ. charius. 2. de Div. 145. Hæc, et innumerabilia, quæ collecta habent Stoici. Pro Clu. 179. Eum habere spe testamenti devinctum. 2. con. Rul. 14. Non enim bellum habet susceptum consulatus cum tribunatu. Pro Pomp. 18. Pecunias contulerunt. *Ibidem.* Pecunias collatas habent. Qu. de Pet. 23. Omnes centurias multis et variis amicitiis cura ut confirmatas habeas. *Ibid.* 24. Postremo totam Italiam fac ut in animo ac memoria tibi distributam comprehensamque habeas. 3. A. 32. De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo: *id est, de Cæsare satis dixi.* 10. Fa. 3. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra. 12. Att. Consuetudinem habere cum aliquo. Ver. 2. 72. Habere [illegible] pretio addictam. *Ibid.* Habere [illegible] pecuniam. 3. Fa. 12. [illegible] 4. 6. [illegible] dis immortalibus [illegible] 2. Fa. 16. [illegible] 6. 13. [illegible]

Promiscuæ formulæ. 2. Att. 5. Nunc vero cum omnibus Musis rationem habere cogito. 2. A. 78. Habebat hoc omnino Cæsar, &c. *id est, hoc erat proprium Cæsaris: vel, hic erat mos et consuetudo Cæsaris.* 1. de Nat. 56. Quanquam non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quam audiendi. De Amic. 91. Omnis hac in re habenda ratio et diligentia est: primum, ut, &c. 2. de Leg. 31. Habere consilium, habere comitia. Pro Cl. 96. Habere modum. Ad Br. 5. Habere rationem absentis. Ver. 5. 70. Habere rationem dierum.

Adverb. *Accurate, copiose, memoriter, acerrime, amplius, graviter, angustius, belle, bene, vulgo, brevi, commodius, copiose, et diligenter, optime, coram, diutius, opportune, deterius, diligenter, diligentius, diligentissime, extrinsecus, generatim, præclare, prorsus, publice, undique, jampridem, liberius, magnopere, omnino nihil, male, vere, melius, necessario, nimium, omnino, præcipue, palam, recte, plane, proprie, vitiose, satis superque, ultro citroque, usque eo.*

Habeor, eris. 1. Qu. Fr. 1. Statius intervenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. 2. de In. 51. Quo in numero hoc, et quo in loco illud haberi conveniat. Ver. 3. 132. Romæ querimoniæ de tuis injuriis, conventusque habebantur.

Adverb. *Commodissime, quam liberalissime, libere, graviter, rite, tantummodo.*

Habiturus, a, um. Orat. 11. Hæc ingressio mea aut reprehensionis aliquid, aut certe admirationis habitura est. 3. A. 27. Is dixit, se usque ad cal. Maias ad urbem exercitum habiturum. 16. Att. 18. Octavius omnes bonos secum habiturus est.

Habitus, a, um. De Cl. 95. Tum ejus elegans est habitum orationis genus. 5. Fam. 11. Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi. 4. 9. Tempori cedere, id est, necessitati parere, sapientis semper est habitum. De Clar. 63. Eodemque in genere est habitus M. Octavius. *Ibid.* 100. Fannius in mediocribus Oratoribus habitus est. *Ibid.* 78. Hic oratorum in numero est habitus. 1. Tusc. 4. Themistocles, cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Pro Arc. 31. Isque est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti, atque dicti. De Cl. 164. Nulla est altercatio clamoribus unquam habita majoribus. Pro Mur. 72. Quæstiones in Senatu habitæ.

Syntaxis. *Id in bonis est habendum, in* [illegible] *habet omnium bonorum interitum:* [illegible] [illegible]

distributum comprehensumque. Hoc habeo, quod affirmem. Ille habet opinionem pietatis: id est, pius censetur. *Habere aliquem in numero amicorum. Male ille se habet, et bene habet. De filio quid agam, non habeo. Fac ille benigne habeatur:* id est, excipiatur, tractetur. *Habere nefas, fallere. Ego multo, quam tu, habeo id notius. Quorsum me vis habere sollicitum? id est,* angere. *Habebat hoc ille: id est,* ea erat ejus consuetudo. *Habere modum. Querelæ de illo apud Consules habentur. Id facere sapientis est semper habitum. Sanctus est habitus Cæs. atque dictus. Habita altercatio magnis clamoribus. Quæstiones in Senatu habentur. Haberi oratorem, in oratoribus, in numero oratorum.*

Habessit, pro, Habet. *vetustum verbum.* 2. Leg. 19. Separatim nemo habessit deos.

Habilis, le, *ἐπιτήδειος, εὔεξος.* 1. de Orat. 115. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. 1. de Leg. 26. Natura homini figuram corporis habilem et aptam humano ingenio dedit. 4. de Fin. 56. Res aptæ, habiles, et accommodatæ ad naturam. 1. de Orat. 231. Calceis Sicyoniis non uterer, quamvis essent habiles, et apti ad pedem.

Habilitas, tis, *agilitas, εὐεξία, δεξιότης.* 1. de Leg. 27. Omitto habilitates opportunitatesque reliqui corporis.

Syntaxis. *Habilis et aptus in saltu. Habilis,* absolute. *Habilis, aptus, accommodatus ad. Habilis ad pedem calceus.*

Habitabilis, le, *οἰκητός.* 1. Tusc. 45. Regio habitabilis. De Som. 15. Duo sunt habitabiles, quorum australis, &c.

Habitandi. De Sen. 84. Commorandi natura diversorium nobis, non habitandi dedit.

Habitandum. Pro Dom. 100. Demigrandum potius aliquo, quam habitandum in hac urbe.

Habitans, tis. 2. Att. 7. Deinde sine te natura castellum munitum habitanti mihi prodesset: transeunti non est necessarium.

Habitatio, onis, *usus domicilii, οἴκησις.* 13. Fam. 2. Peto a te, ut ei de habitatione accommodes. Pro Cæl. 17. Sumptus objectus est habitationis.

Habitator, oris, *incola, οἰκήτωρ.* 2. Q. Fr. 3. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. 2. de Na. 140. Homines incolæ atque habitatores, &c. *Ibid.* 90. Habitator in hac divina domo.

Habito, as, *colo, domicilium habeo, sum, οἰκέω, νέμω, ναίω, κατοικέω.* Ver. 4. 38. Is Lilybæi multos jam annos habitat. 9. Fa. 15. Habitare apud aliquem. 4. Aca. 115. Diodorus, quem a puero audivi, qui mecum vivit tot annos, qui habitat apud me. De Cl. 309. et pro Cæl. 51. Diodorus habitavit apud me, vixitque. 2. de Fin. 92. Qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus? Pro Clu. 33. Apud Dineam habitaret. Orat. 49. Alioqui quonam modo ille in bonis hærebit et habitabit suis! 2. de Orat. 160. Illi autem, qui hoc solum colendum putabant, habitarunt in hac una ratione tractanda. Pro Mur. 21. Abfueris tamdiu, ut, cum longo intervallo veneris, cum iis, qui in foro habitarunt, de dignitate contendas. De Clar. 305. Diserti quidem Q. Varius, C. Carbo: et ii quidem habitabant in rostris. 12. A. 2. Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam. 2. 106. Stulte Aquinates, sed tamen in via habitabant. Pro Dom. 115. Iste habitare laxe et magnifice voluit. Corn. in vita Attici. Neque tamen non in primis bene habitavit. 5. Tusc. 69. Habitare et pernoctare cum aliquo. Ver. 1. 64. Filia cum patre habitat. 2. 83. Cum apud eum non modo Thermis sæpenumero fuisset, sed etiam habitasset. 2. de Nat. 95. Si essent, qui sub terra habitarent bonis et illustribus domiciliis. Pro Cæl. 19. Cujus in ædiculis habitat. Ver. 3. 95. Omnes qui habitarent in Sicilia. 2. con. Rul. 100. Habitare in carcere. 1. de N. 22. Habitare in in gurgustio.

Adverb. *Gratis, laxe, magnifice, melius, plane.*

Habitor, aris. De Somn. 14. Vides habitari in terra raris et angustis in locis. 4. Aca. 123. Habitari, ait Xenophanes, in Luna. Ver. 4. 119. Coliturque ea pars urbis, et habitatur frequentissime.

Syntaxis. *Terra habitatur. Homo incola, et habitator. In ampla domo habitatur. Mecum ille vivit, atque apud me habitat. In vultu illius oculi mei habitant. Habitare laxe. Habitare illustri domicilio. In Germania habitare, in carcere. Habitatur angustis in locis. Colitur hæc urbs, et habitatur frequentissime. Habitari in Luna: idest,* esse habitatores.

Habitudo, inis, *habitus, constitutio, κατάστασις, διάθεσις.* 4. ad Her. 16. Corporis bonam habitudinem tumor imitatur.

Habitus, *affectio manens, consuetudo, exercitatio, ἕξις, φύσις.* 2. de Inv. 30. Habitus in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistit: quo in genere virtus, scientia, &c. 1. de In. 36. Habitus est animi aut corporis constans et absoluta aliqua in re perfectio: ut virtutis aut artis perceptio alicujus, aut quævis scientia. 1. de In. 36. Quæ industria comparantur, ad habitum pertinent. 1. Ac. 27. Habitus virtutis, et usus virtutis. Top. 62. Habitus, ut facile et cito irascatur. 2. de Inv. 160. Justitia est habitus animi, &c. 4. de Finib. 37. Cum eum ad rationis habitum perduxerit. 1. de Leg. 45. Prudens ex ipsius habitu, non ex aliqua re externa judicandus est. 4. de Fin. 32. Natura nunquam se deserit, aut partem aliquam sui, aut ejus partis habitum, aut vim. Pro Arch. 15. Quosdam sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino per seipsos moderatos et graves extitisse. 5. de Fin. 35. Moderati æquabilesque habitus.

Forma, figura, habitudo, ratio corporis, σχῆ-

μα, κατάστασις. Pro Cæl. 59. Qu. Metellus cum floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, ereptus est universæ civitati. De Clar. 64. Qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectentur. *Ib.* 313. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus, et quæ figura non procul abest a vitæ periculo. 2. de Div. 30. Habitu extorum et colore declarari futura. 1. 131. Exta, quorum ex habitu et colore futura percipiuntur. 2. 30. Cum pecudum exta in eundem habitum se coloremque converterint. Ver. 2. 87. Himera in muliebrem figuram habitumque formata. 4. 5. Virginalis habitus, atque vestitus. De Clar. 316. Corporis mediocris habitus. 1. de Nat. 100. Habitus oris: *id est, figura, vel forma.* 3. de Fin. 56. Habitus oris et vultus. 3. de Orat. 197. Si habitum orationis, et quasi colorem aliquem requiritis. De Cla. 228. Orationis ejus tanquam habitus erat non inurbanus.

Adjunct. *Consentaneus, moderatus, æquabilisque, prope divinus, non inurbanus, mediocris, muliebris, optimus, præclarus, solidus, virginalis.*

Syntaxis. *Naturæ ipsius habitu aliquid facere. Moderatus et æquabilis habitus. Habitus et color extorum. In muliebrem figuram habitumque formari. Habitus oris et vultus. Orationis habitus. Habitu esse bono, vel malo.*

Hactenus, *ad hunc diem, idcirco,* μέχρι τοῦδε. 4. Att. 13. Sed hæc hactenus. *Ib.* Ergo hæc quoque hactenus: redeo ad urbana. 13. 21. et 16. 6. Sed hactenus. 4. Fa. 3. Hactenus existimo, nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus levari possent molestiæ tuæ. 2. de Orat. 119. Hæc artem quidem et præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. 1. de Div. 13. Qui hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret. Pro Fla. 36. Nisi vero hactenus ista formula testimonii tui describi ac distingui potest, ut Flacco absenti aliquid civitates tribuisse dicantur, Lælio præsenti nihil tribuisse videantur.

Hædinus, a, um, ἐρίφειος. Pro Mur. 75. Pelliculis hædinis lectulos stravit.

Hædus, di, *capræ fœtus,* ἔριφος. De Sen. 56. Villa abundat porco, hædo, agno, &c. 2. de N. 110. et in Arato.

Hæmus, *Lege,* Æmus.

Hæreditarius, a, um, ἐπίκληρος. Pro Cæc. 13. Cum esset hæc auctio hæreditaria constituta. Ad Brut. 6. Controversia hæreditaria. De Ar. 14. Multæ domus sunt jure hæreditario.

Hæreditas, tis, *patrimonium, bona hæreditaria,* κλῆρος, κληρονομία. 1. de Inv. 84. Hæreditate venire bona dicuntur, quæ jure hæreditario alicui obveniunt. Top. 29. Hæreditas est pecunia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure: nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. Pro. Fl. 89. Communis hæreditas, quæ ad utrunque æqualiter lege veniebat. Pro Q. R. 55. et 2. A. 42. Cum ipse hæreditatem patris non adisses. Pro Ar. 11. Is adiit hæreditates civium Rom. 11. At. 2. Eo die ex testamento crevi hæreditatem. *Ibidem.* 12. Galeonis hæreditatem crevi. 6. 1. Aufidius fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate crevit. 2. Offi. 28. Rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hæreditas. Ver. 1. 27. Mihi hæreditas a propinquo venit. 2. de Inv. 62. Hæreditas, quæ pupillo venit. 13. Att. 46. Lepta veretur, ne non liceat tenere hæreditatem. Pro Cæc. 12. In partem hæreditatis mulieres vocatæ sunt. *Ib.* 102. Ariminenses a populo Rom. hæreditates capere potuisse. 1. con. Rul. 8. Hæreditatum obeundarum causa quibus vos legationes dedistis. 2. 41. Auctoritatem Senatus extare aditæ hæreditatis sentio. 3. de Nat. 84. Eamque potestatem, hæreditatis loco, filio tradidit. 1. Offic. 78. Ad quem hæreditas hujus gloriæ pertinet. Pro Dom. 35. Quas adoptationes, hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum secutæ sunt. 1. Off. 121. Optima hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis rerumque gestarum. 1. de Or. 175. Cum miles domum revenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. 2. de Fin. 58. Reddere hæreditatem. 10. A. 11. Hæreditates caducæ.

Adjunct. *Caduca, communis, falsa, fraterna, non honesta, magna, permagna, major, paterna, privata, reliqua, vera.*

Syntaxis. *Bona hæreditate veniunt. Hæreditatem patris adire. Ad illum venit hæreditas, vel obvenit. In partem hæreditatis vocari. Ad illum pertinet hæreditas. Agere in hæreditatem paternam. Hæreditatem tradere, capere, adire, obire, cernere, obtinere, avertere, tenere. Hæreditate aliquem excludere.*

Hærens, tis. 3. de Fin. 15. In cæteris subvenies, si me hærentem videris. 6. Fam. 7. Male hærentes scalarum gradus. 2. de N. 135. Stomachus ad radices linguæ hærens. De Arusp. 37. Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia.

Hæreo, *adhæreo, adhæresco, defixus sum, habito,* ἐνείρομαι, ἅπτομαι, ἔχομαι. *Multa quæ hoc verbo significarunt veteres, hodie ignoratione obscurata sunt, ut peccatum, crimen, &c. hærere in aliquo, pro eo quod nostri dicunt, obnoxium aliquem esse peccato, quo modo Cicero non est locutus. Pro dubitare, et impediri, quo minus progredi possis, hærere in visceribus, pro quo recentiores, non oblivisci.* De Somn. 12. Terra immobilis manens, ima sede semper hæret. 4. Acad. 122. Ut videamus, terrane penitus defixa sit, et quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat? Pro Deiot. 28. Vix hærere in equo senex poterat. 1. de Div. 30. Ut peccatum hæreat, non in eo,

qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperavit. 6. Attic. 1. Aliquid alicui in visceribus hærere. 15. Fam. 16. Aliquem alicui hærere in medullis. 1. A. 36. Aliquem in medullis alicujus ac visceribus hærere. 4. Acad. 2. Aliquid hærere in memoria. Pro Cœl. 14. Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. *Ibid.* 15. In quo non modo crimen non hærebat, sed vix, &c. *Ibid.* 75. Fama adolescentis paulum hæsit ad metas. Att. 12. Hoc mihi plane hæsit. Pro Qu. R. 17. Potest homini huic hærere peccatum? 6. Fam. 5. Non potest hærere in tam bonis civibus tam acerba injuria. 2. de Fin. 106. Tu totus hæres in corpore. 4. C. 22. Memoria tantorum periculorum in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hærebit. De Or. 49. Alioqui quonam modo ille in bonis habitabit et hærebit suis? Orat. 137. Hærere in eadem commorarique sententia. 2. de Orat. 219. Facete dictum statim ut emissum est, hærere debet. Ver. 5. 23. Cogitate in his iniquitatibus unum hæsisse Apollonium: cæteros ex his incommodis pecunia se liberasse. Pro Mil. 57. Hærere in pœnis. 13. A. 5. Hi in oculis hærebunt, et, cum licebit, in faucibus. Pro Clu. 86. Hærebant in publicis tabulis reus et accusator. 3. Tusc. 69. Neque tamen, cum se in media stultitia, quo nihil est pejus, hærere intelligunt, ægritudine premuntur. 2. A. 64. Tamen infixus animo hæret dolor.

Dubito, *ἀπορέω*, *διστάζω*. 3. de Nat. 62. In multis enim nominibus hærebitis. 8. Att. 19. Hærebis. 2. de Or. 163. Hærere in aliqua re. 3. Q. Fr. 2. Hærere in re. 1. de Orat. 173. Hærere in jure. 4. Acad. 14. Philosophi cum hærent aliquo loco. 1. de Fin. 20. In quo etiam Democritus hæret. 2. A. 74. Hærebat nebulo: quo se verteret, non habebat. De Un. 27. Incurrere in aliquam rem, et in ea hærere, atque impediri. 8. Att. 19. Cavendum enim puto esse, ne implicatus hæream. 13. 38. Valde in scribendo hæreo. 1. Qu. Fr. 2. In hac causa mihi aqua hæret. 3. Off. 118. Sed aqua hæret, ut aiunt. 5. de Fin. 84. Venit ad extremum, hæret in salebra.

Titubo, lædor. 2. de Nat. 11. Vir sapiens confiteri peccatum suum maluit, quam hærere in rep. religionem.

Non cedo. Pro Qu. 69. Quem tu a puero sic instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem hæreret. *alias*, cederet.

Syntaxis. *Gradus male hærentes. Vitia defixa, et hærentia. Immobilis maneus, ima sede hærens. Id mihi hæret. Id mihi in visceribus hæret. Ille hæret in visceribus. Illi hæret peccatum hoc. In illo hæret injuria. In suis habitare bonis, et hærere. Hærere, et commorari in eadem sententia. In oculis hærere alicujus. Hærere in media stultitia. Implicatus hærens. Id in omnium sermonibus ac mentibus hæret. Infixus animo hæret dolor. Hærere atque impediri in re aliqua. In hac causa mihi aqua hæret. Hærere in salebra.*

Hæres, dis, *bonorum dominus ab alicujus morte*, *κληρονόμος*, *διάδοχος*. 13. Fam. 6. Lucius hæres est Marco fratri suo. *Ibid.* 29. Hæres ex parte dimidia, et tertia est Capito. 12. 26. Qu. Turius hæredes fecit similes sui, Cn. Saturnium, et Sex. Aufidium. 13. 61. Instituere aliquem secundum hæredem filio suo. 3. Offic. 73. Scripserunt hæredes secum M. Crassum, et Quin. Hortensium. 2. A. 62. Antonius in Cn. Pompeii locum successit hæres. *Ibid.* 41. Quem palam hæredem semper factitarat. *Ibid.* Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. Pro Cl. 32. Mulier ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegit. Pro Cæc. 17. Testamento facto, mulier moritur: facit hæredem ex deunce et semuncia Cæcinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam adspergit. Pro Mil. 49. Cyrus testamentum palam fecit, et illum, et me hæredem scripsit. 3. Offic. 93. Scribere aliquem hæredem. 1. de Orat. 175. Possetne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim. *Ibid.* 180. Qui esset secundum posthumum hæres institutus. Pro Clu. 22. Instituere aliquem hæredem. Pro Quint. 14. Relinquere aliquem hæredem testamento. Ver. 1. 111. Facere aliquem hæredem testamento. 2. de Inv. 62. Possessio hæredum secundorum est. *Ibid.* Qui patris pupilli hæredes secundi sunt. Pro Cl. 40. Avia tua, cui tu es hæres. De Cl. 332. Quid illa vetus Academia, atque ejus hæres Aristus?

Adjunct. *Proximus, extraordinarius, repentinus, secundus, verus.*

Syntaxis. *Is illi hæres est. Hæres ex parte dimidia. Facere hæredem, instituere, scribere in testamento, relinquere. Hæredem alicujus succedere.*

Hæresis, sis, *secta*, *αἵρεσις*. Parad. 1. Cato in ea hæresi est, quæ nullum sequitur florem orationis. 14. Att. 15. De hæresi Vectoriana, et Perionum, more Puteolano, risi satis. 15. Famil. 16. Postulabimusque, ex qua hæresi vi, hominibus armatis, dejectus sis, in eam restituere. *Ibid.* In ista ipsa *αἱρέσει*.

Hæsitantia, æ, *titubatio, hæsitatio, ἀπορία, ἀμηχανία*. 3. A. 16. Qui propter hæsitantiam linguæ, cognomen ex ignominia traxerit.

Hæsitatio, onis, *dubitatio*, *ἐνδοίασις*. 3. Fam. 12. Noli ignoscere hæsitationi meæ. 2. de Orat. 202. Quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractusque verborum?

Hæsitans, tis. 1. Acad. 4. Itaque non multum hæsitans respondebo. 1. de Orat. 40. Carbo hæsitans in majorum institutis, rudis in jure civili. Pro Domo. 134. Hæsitantibus verbis dicere aliquid. 1. de Orat. 115. Quidam lingua hæsitans, et voce absonus.

Hæsito, as, *dubito, timeo, titubo, ἀπορέω, ἐνδοιάζω, ἴσχομαι*. 2. de Fin. 18. Aperiendum

est igitur, quid sit voluptas: quam si explicavisset, non tam hæsitaret. 4. Acad. 15. Illi tum in novis rebus quam modo nascentes hæsitaverunt. *Ibid.* 52. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum. 2. C. 13. Cum hæsitaret, cum teneretur, quæsivi, &c. 1. de Orat. 220. Quis enim unquam, &c. hæsitavit ob eam causam, quod, &c. Pro C. Cor. 2. Num in eo, qui sint hi testes, hæsitatis?

SYNTAXIS. *Hæsitantia verba. Hæsitans lingua, et voce absonus. Dubitare, hæsitare, se revocare.*

Halesa, *urbs.* Ver. 2. 19. et 185.

Halesinus. Pro Font. 31.

Halethes, *fluvius apud Veliam.* 7. Fam. 20. Has paternas possessiones tenebis: neque Halethen nobilem amnem relinques.

Halicarnasseus. 2. de Div. 88. Scylax Halicarnasseus.

Halicarnassus, *urbs Cariæ.* 1. Qu. Fr. 1. 3. Tusc. 75.

Halicienses, *populi.* Ver. 2. 68.

Halis, *fluvius.* 2. de Div. 115.

Halitus, us, *spiritus, πνεῦμα.* 2. Tusc. 22. Efflare extremum halitum.

Hallucinor, aris, *aut* Allucinor, *aberro, παραβλέπω, ἁμαρτάνω, σκοτοδινιάω.* 2. Qu. Fr. 10. Epistolæ nostræ debent interdum hallucinari. 15. Att. 28. Ego tamen suspicor, hunc, ut solet, hallucinari. 1. de Nat. 72. Ista enim a vobis tanquam dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est.

SYNTAXIS. *Epistola hallucinatur. Hæc ille oscitans hallucinatur.*

Haluntinus. Ver. 3. 101. Haluntina civitas.

Haluntium, *oppidum Siciliæ.* 4. 62.

Hamatus, a, um, *aduncus, ἀγκιστρωτός, ἀγκιστροειδής.* 4. Ac. 122. Hamatis uncinatisque corporibus.

Hamus, mi, *ἄγκιστρον.* De Sen. 44. Plato escam malorum, voluptatem appellat: quod ea videlicet capiantur, ut hamo pisces.

Hara, æ, *stabulum porcorum, συφεὸν, συφεός.* I. P. 37. Epicure noster, ex hara producte, non ex schola, &c.

Hariolus, *χρησμολόγος.* Haruspex, et alia. *Lege,* Ariolus, et Aruspex.

Harmonia, æ, *concentus, ἁρμονία.* 1. Tusc. 20. Velut in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur. *Ibid.* 41. Harmoniam autem intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures. 3. de N. 27. Nisi putamus ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat.

Hasta, æ, *telum, ἔγχος, δόρυ, λόγχη.* 9. de Fin. 97. Evelli jussit eam, qua erat transfixus, hastam. 1. de Orat. 242. Amentatas hastas torquere. 2. 316. Jactare hastas leniter. De Senect. 19. Eminus hasta, cominus gladio uti. Pro Mur. 45. Abjicere hastas. 2. Off. 27. Est enim ausus dicere, hasta posita, quum bona in foro venderet et bonorum virorum, et locupletum, et certe civium, prædam suam vendere. 2. A. 64. Hasta posita pro æde Jovis Statoris, bona Cn. Pompeii voci acerbissimæ subjecta præconis. 2. Off. 83. Hastam in foro ponere, et bona civium voci subjicere præconis. 2. cont. Rul. 62. Rullus in ponto, hasta posita, cum suis formosis finitoribus auctionem. 1. 6. Num obscure videantur prope hasta præconis insectari Cn. Pompeii exercitum? 4. A. 9. Quos non illa infinita Pompeii hasta satiavit. 2. A. 103. Quis hastam illius venditionis vidit? 12. Att. 3. Tres habet conditiones, aut emptionem ob hastam, &c. 2. de Orat. 325. Qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur.

SYNTAXIS. *Hastam jactare, torquere, abjicere. Hastam ponere. Hasta, pro auctione. Vibrare hastam.*

Hastatus, a, um, *hasta armatus, αἰχμητής, δορατοφόρος.* 2. de Div. 67. Quod evelli primi hastati signum non potuerit. 1. 77. Cum signifer primi hastati signum non posset movere loco, &c.

Hastile, lis, *ἀκοντίς.* Pro Rab. 21. Q. Scævola confectus senectute, præpeditus morbo, hastili nixus, &c.

Haud, *non, οὐ, οὐκ, οὐχί.* 5. de Fin. 7. Quem haud scio, an recte dixerim principem Philosophorum. Pro Cl. 165. Haud hæres est Cluentius. 1. Off. 72. Haud scio an magis etiam, &c. De Amic. 51. Atque haud scio, an ne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. 3. de Nat. 69. Haud scio, an melius fuerit. De Ar. 2. Haud potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam &c. De Sen. 83. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit. 13. Att. 20. Vide quam Philosophos haud nos frustra existimas.

Haudquaquam, *nequaquam, οὐδαμῶς, μηδαμῶς.* 1. de Orat. 38. Quorum pater homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, saluti reipublicæ fuit. 2. 143. Haudquaquam id est difficile Crasso. De Am. 68. Suavitas sermonum atque morum haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ. De Un. 35. Haudquaquam boni est, ratione vinctum velle dissolvere.

Have, *pro Salve, χαῖρε.* 8. Fam. 16. Ac simulatque have mihi dixit, statim, quid de te audisset, exposuit.

Hauriendum. De Clar. 287. Qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet. *sc. vinum.*

Haurio, is, *traho, ἀρύω, ἀντλέω.* Pro Cæc. 78. Quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. Pro Ar. 13. Illa quidem certe, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. 1. Off. 6. E fontibus Stoicorum, judicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus. 1. de Orat. 203. Equidem vobis fontes, unde hauriretis, putavi esse demonstrandos. 1. Acad. 7. Ut ea e fontibus potius hauriant, quam rivulos consectentur. De Cl. 244. Tum Atticus, Tu quidem de fæce, inquit, hauris, idque jamdudum. 2. con. Rul. 32.

Sumptum haurit ex aerario, suppeditat sociis. 5. Tusc. 16. Quoque affluentius voluptates undique hauriat. De Clar. 332. Artes, quas cum domo haurire non posses, accersivisti ex urbe Athenarum. Pro Mil. 10. et Orat. 165. Hanc legem a natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.

Voro, ἀντλάω, λαφύσσω. De Ar. 59. Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exsorbuit? 11. A. 10. Quid eum non sorbere animo, non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis.

Accipio, sumo, sentio, patior, fero, ὑποφέρω, ὑπομένω. Pro Cœl. 59. Vidi enim, vidi, et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum, &c. 1. Tuscul. 86. In propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates? Pro Do. 30. Unus pro omnibus hausi indignissimam calamitatem. Pro Sest. 63. Luctum nos hausimus majorem.

Haurior, iris. 1. de Orat. 12. Cæterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur.

Hausturus, a, um. 6. Fam. 6. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leviter adspersus.

Haustus, a, um. 2. de Div. 26. Divinitus, unde animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. 1. de Fin. 71. Omnia dixi hausta e fonte naturæ. 2. de Div. 31. Aqua ex puteo hausta. 1. de Nat. 70. Animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et haustos.

Adverb. *Affluentius, promiscue, extrinsecus.*

Syntaxis. *E fontibus haurire. De fæce haurire. Arripere, haurire, exprimere a natura vim. Cogitatione haurire. Dolorem, calamitatem, luctum haurire. Ex divinitate hausti, accepti, libati animi. Haustus a. Extrinsecus animi tracti sunt, et hausti.*

Haustus, us, *hauriendi actus*, ἄρυσις, ῥόφησις. Pro Cæc. 74. Aquæductus, haustus, iter, actus, &c.

HE

Hebdomas, dis, *septem dies, vel septenarius*, ἑβδομάς. 16. Fam. 9. Symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartam hebdomada incideres.

Hebes, tis, *tardus, pinguis, natura tardior, obtusus, retusus*, ἀμαυρός, ἀμβλύς, ἀμβλυωπός, ἀνόητος, ἄπειρος.). (. *Acutus.* 2. de Div. 103. Epicurus, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici. 2. de Fin. 67. Epicurus paulo hebetior. 9. Att. 20. Tu cogita, quid deinde: nam me hebetem molestiæ reddiderunt. 1. Acad. 31. Sensus hebetes, tardi, et pingues. Pro Pl. 66. Populum Rom. aures hebetiores, oculos acres et acutos habere. De Arusp. 2. Non dubito, quin ea tela leviora atque hebetiora sint, quam, &c. Orat. 216. Spondeus, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior. 2. de Nat. 17. Hebetiora sunt hominum ingenia propter cœli pleniorem naturam. 8. Att. 3. Bonorum erat aliquis dolor, sed hebes. 1. de Orat. 248. In communi vita non hebetem esse, nec rudem. 8. Famil. 13. Hebes ad intelligendum. 1. de Div. 45. Hebes æque ac pecus. 2. Acad. Cur ejus *Lunæ* nascentis alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua. Acad. Mihi non modo ad sapientiam cæci videmur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes et obtusi.

Syntaxis. *Hebes ac rudis. Hebetes, tardi, et pingues sensus. Telum leve et hebes. Æque ac pecus hebes. Hebes ad intelligendum. Hebes ingenium, dolor, cornu.*

Hebesco, scis, *obtundor, retundor*, ἀμβλύνομαι, ἀμαυροῦμαι, ἀμβλύω. 1. C. 4. At nos vigesimum jam diem patimur hebescere aciem horum autoritatis. 1. Tusc. 73. Sic mentis acies se ipsam intuens, nonnunquam hebescit. 4. Acad. 6. Hebescere et languere in otio. Hortens. Ne quando illa mentis acies hebescat.

Hecate, tes. 3. de Nat. 46. Hecate, quæ matre Asteria est, sorore Latonæ.

Hectoreus. 2. de Glor. *Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.*

Hecuba, *Priami uxor*. 3. Tusc. 93.

Hedui, *populi*. 1. Att. 16.

Helenus, *vates*. 1. de Div. 89.

Heletes, *fluvius*. 7. Fam. 20. 10. Att. 13.

Helice, ces, *altera arctos, major ursa, septentrio: duæ enim ἄρκτοι sunt*. 4. Acad. 66. Ego vero ipse et magnus quidem sum opinator, (non enim sum sapiens) et meas cogitationes dirigo, non ad illam parvulam Cynosuram.

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto.

ut ait Aratus: eoque directius gubernant, quod eam tenent.

Quæ cursu interiore brevi convertitur orbe:

sed ad Helicem, et clarissimos septentriones: id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas: eo fit, ut errem et vager latius. 3. de Nat. 57.

Heliopolis, *urbs Ægypti*. *Ibid.* 54.

Hellespontus, ti, *primæ maris angustiæ ex Ægeo navigantibus, quibus Asia ab Europa disjungitur: relinquiturque Abydos, urbs Asiæ, Sestos Europæ*. Orat. 163. Qua pontus Helles, &c. 2. de Fin. 112. Hellesponto juncto Athoque perfosso.

Hellespontius. 13. Fam. 53.

Hellis, *urbs*. 11. A. 26.

Helluatio, onis, λαφυγμός, γαστριμαργία. Postquam in Senat. 13. Cur in lustris et helluationibus hujus saltatoris virtus tamdiu cessavit?

Helluo, onis, *ganeo, gurges*, γαστρίμαργος, λαίμαργος, πολυφάγος, λαφύστιος. I. P. 41. Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. 1. cont. Rul. 2. Impurus helluo turbat Rempub. Postquam in Senat. 13. Helluo immanis. Pro Dom. 25. Hel-

luo spurcissimus. 16. Fam. 18. Helluo nequissimus. Pro Sest. 26. Helluo patriæ, helluo patrimonii. 3. de Fin. 8. Helluo librorum M. Cato.

Adjuncta. *Concinnus, et musicus, immanis, impurus, nequissimus, spurcissimus et nequissimus.*

Helluor, aris, *λαιμάζω, λαιμάσσω, λαφύσσω.* Pro Dom. 124. Ille gurges helluatus est simul tecum reipub. sanguinem. Pro Sest. 111. Quid tu, meo periculo, gurges ac vorago patrimonii helluabare? De Pro. 14. *Lege,* Siparium.

Helvellæ, larum, *herbæ latæ quædam, λαχανάρια.* 7. Famil. 26. Nam dum volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere: fungos, helvellas, herbas omneis ita condiunt, ut nihil possit esse suavius.

Helvetii, *populi.* Pro Cor. 32. et de Prov. 33.

Hem, *indignationis vox, ἰδού, φεῦ.* 14. Fam. 2. Hem mea lux, meum desiderium. 4. 5. Hem nos homunculi indignamur, si, &c. Pro R. P. 45. Hem Posthume, tune es Curii filius? 5. A. 33. Hem, ad quem legatos mittamus.

Hemicyclus, cli, *sedes, solium, ἡμικύκλιον.* De Am. 2. Augur domi in hemicyclo sedens.

Hera, æ, *fortuna, domina, δέσποινα.* 1. Off. 38.

Vos ne velit an me regnare hera, quidve ferat
sors,
Virtute experiamur.—

Ibid. Hera mea. Pro Cœl. 18. Nunquam hera errans hanc molestiam nobis exhiberet. *Ennii.*

Heraclea, *urbs.* Ver. 2. 125. Pro Archia 6.

Heracliensis. Ver. 3. 103. Pro Ar. 6.

Heracleotæ, *populi.* 13. Fam. 56. Heracleotæ et Bargiletæ, qui item debent, &c.

Heracleotes Zeuxis, *nomen pictoris clarissimi.* 2. de Inv. 1. *Est etiam cujusdam philosophi, Dionysii nomine, cognomen.* 4. Ac. 4.

Heraclea *pocula.* Ver. 4. 32. *Lege,* Toreuma.

Heraclides. Att. lib. 13. ep. 19. Hoc in antiquis personis suaviter fit, ut et Heraclides ille in multis, et nos sex de Repub. libris fecimus. 5. Tuscul. 8. Auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus imprimis. 1. de Div. 46. Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor et discipulus Platonis. 3. de Leg. 14. Post Aristoteles illustravit omnem hunc civilem in disputando locum, Heraclidesque Ponticus, profectus ab eodem Platone. Ad Quint. Frat. l. 3. ep. 5. Admonitus sum ab illo, multo majore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de Repub., præsertim cum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis. 1. de Nat. 34. Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros: et tamen modo mundum, tum mentem divinam esse putat: errantibus etiam stellis divinitatem tribuit, sensuque Deum privat, et ejus formam mutabilem esse vult: eodemque in libro rursus terram et cœlum refert in Deos.

Heraclitus, ti, *Philosophus quidam, qui cognomento Σκοτεινὸς perhibetur.* 2. de Fin. 15. 1. de Nat. 74. Nec consulto dicis occulte, ut Heraclitus. 3. de N. 35. Heraclitus quid diceret, intelligi noluit.

Herba, æ, *stirpium infimum genus, βοτάνη, βλάστημα, χόρτος.* 2. de N. 161. Quædam stirpes et herbæ, quarum utilitates longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. 2. de Orat. 287. Lepidus in herba recumbebat. De Amic. 70. Ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. 1. de Div. 75. Corona ex asperis herbis et agrestibus. 2. de Divin. 68. Herbam asperam credo avium congestu, non humano satu. Oec. 1. Nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere et interfici, &c.

Adjunct. *Aspera, et agrestis, fallax, inimicissima.*

Herbesco, scis, *χλοάω, χλοάζω, χλοηφορέω.* De Sen. 51. Terra semen tepefactum vapore et compressu suo diffindit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem. *Vulgata lectio* complexu.

Herbigrada, *cochlea.* 2. de Div. 133.

Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.

Pacuvii. *alias,* tardigradam.

Herbita, *urbs.* Pro Cæc.

Herbitensis. Ver. 47. Herbitensis ager.

Herbitenses, *populi.* Act. 1. Ver. 156.

Herciscundus, a, um, *vel* Erciscundus, *partiendus, dividendus, διανέμω.* 1. de Orat. 237. Qui quibus verbis hercisci oporteat nescit, idem herciscundæ familiæ causam agere non potest. Pro Cæc. 19. Ebutius nomine hæredis arbitrum familiæ herciscundæ postulavit. *Lege,* Familia.

Herele, *hercule, νὴ τὸν Ἡρακλέα.* 2. Fam. 18. Et herele sine dubio erit ignominia. 1. de Orat. 237. Nam hercle, inquit Antonius, &c. 15. Att. 1. Hercle dederam ad te literas exiens e Puteolano. 3. de Legib. 1. Bene hercle faciunt. 2. C. 7. Mehercle.

Herculanea, *via.* 2. con. Rul. 36. Adjungitur etiam illa via vendibilis Herculanea.

Herculanensis. 9. Fam. 25. Fundus Herculanensis.

Hercule, *jurandi vox, νὴ τὸν Θεόν.* De Am. 37. Et hercule ita feci. Ver. 2. 52. Nam hercule, inquit, &c. 2. Att. 7. Hercule verum ut loquar. 8. Fam. 7. Et hercule confecta omnia. 16. Att. 18. Sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. 5. 16. Mehercule etiam adventu tuo reviviscunt justitia, abstinentia, &c. 2. Fa. 11. Mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. Orat. 157. Libentius dixerim mehercule, quam mehercules.

Hercules, lis. 3. de N. 42. Plures Hercules tradunt nobis ii, qui interiores scrutan-

tur litteras. 2. de Orat. 71. Polycletus Herculem finxit cum pelle et hydra. Frag. ep. Ut hercules Antianus in alium locum transferretur.

Hercules, *hercle*, *hercule*, *val.* Pro Pl. 64. Vere mehercules dicam, sic tum, &c. De Cl. 61. Et hercules hæ quidem extant. 2. C. 16. Sic mehercules hoc, &c. 10. Fam. 11. Cupio mehercules, &c. 8. 4. Et hercules, nisi, &c.

Heri, *hesterno die*, χθὲς. 11. Fam. 1. Heri vesperi apud me Hirtius fuit. 7. Att. 3. Heri aliquot adolescentuli coivimus in Piræeum. Tusc. Rationes, quibus heri usus. 13. Att. 47. Lepidus ad me heri vesperi literas misit.

Herillus, li, *philosophus, qui in cognitione et scientia summum bonum posuit.* 2. Acad. 2. Fin. 4. et 5. 1. Off. 6. 5. Tusc. 85.

Herillii, *ab Herillo dicti.* 3. de Orat. 59.

Hermagoras, ræ. De Cl. 270. 1. de Inv. 8.

Hermathena, næ, *ex Mercurio et Minerva compacta statua.* 1. Att. 3. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, et ornamentum Academiæ proprium meæ, quod et Hermes commune omnium, et Minerva singulare est insigne ejus gymnasii.

Hermæ, *Mercurii statuæ.* 1. Att. 7. Hermas, de quibus ad me scripsisti, vehementer expecto. 2. de Legib. 65. Nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi. 1. Att. 6. Hermæ tui Pentelici, cum capitibus æneis, me admodum delectant.

Hermeraclæ, *statuæ ex Mercurii et Herculis formis compactæ. Ibid.* 8. Signa nostra, et Hermeraclas, ut scribis, cum commodissime poteris, velim imponas. *alias.* Hermerotas: *id est, ex Mercurii et Cupidinis formis conjunctas statuas: nam* ἔρως, *Cupido, seu Amor dicitur.*

Hermes, *Mercurius. Lege,* Hermathena.

Hermodorus, ri. 13. Att. 21. Hermodorus, qui Platonis libros solitus est divulgare.

Hermici, *populi.* Pro Corn. 31. 1. Off. 35.

Herodotus, ti. 1. de Leg. 5. Herodotus, pater Historiæ. 2. de Orat. 55. Herodotus, qui princeps genus hoc ornavit: id est, scribendæ historiæ.

Heroicus, a, um, *herous*, ἡρωϊκός. 5. Tusc. 7. Heroicis ætatibus Ulysses et Nestor habiti fuerunt sapientes. 3. de N. 54. Quartus sol, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi reperisse dicitur, &c. *Ibid.* 71. Medea et Atreus heroicæ personæ. 1. de Div. 1. Vetus opinio est jam usque ab heroicis ducta temporibus. 2. de Leg. 68. Quatuor heroici versus, quos longos appellat Ennius. 14. Att. 16. Quid quæris? heroica. 3. de Orat. 180. Heroici pedes treis, dactylus, anapæstus, et spondæus.

Heros, *princeps, divus*, ἥρως, ἀντίθεος. 13. Att. 6. Colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. 2. de Orat. 194. Heroum veteres casus fictosque luctus imitari atque adumbrare dicendo. 4. 3. Ignari, quantum in illo heroe esset animi. 1. 14. Heros ille noster Cato. 15. 12. Octavius videtur erga nostros ἥρωας ita fore, ut nos velimus, animatus.

Herous, a, um, *heroicus.* Orat. 192. Qui judicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio. 3. de Orat. 180. Herous pes.

Herus, ri, *dominus*, δεσπότης, κοίρανος. 2. Off. 24. Sed heris sit sane adhibenda sævitia in famulos, si, &c. Pro Corn. 50.

Hesiodius, a, um. Ad Brut. 15. Illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere jubet, quæ acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis.

Hesiodus, di, *poeta Græcus.* 1. Off. 48. Ea, quæ acceperis utenda, majore mensura (si modo possis) jubet reddere Hesiodus.

Hesperides, dum. 3. de N. 44. Hesperides Erebo et Nocte natæ.

Hesperos, *Veneris stella.* 2. de Nat. 54. Infima est quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur solem: cum subsequitur autem, hesperos.

Hesternus, a, um, χθεσινός, χθιζός. 2. de N. 73. Ut a teipso hesterno die dictum est. 4. Acad. 18. Jam enim hoc verbum satis hesterno sermone trivimus. 3. de Orat. 78. Disputatio hesterni et hodierni diei. 2. C. 7. Patefeci in Senatu hesterna die. 4. Acad. 10. Hesterno sermone labefactata causa.

Hetruria, *Italiæ regio florentissima.* De Ar. 15. Aruspices ex Hetruria accipiendos puto. 1. de Divin. 92. Hetruria scientissime interpretatur, quid quibusque ostendatur portentis. 2. C. 6. et 10. Fam. 30.

Hetruscus, a, um, *Thuscus, ex Hetruria, quod Hetruscorum est.* De Ar. 20. Hetruscorum disciplina. *Ibid.* 53. Hetrusci libri. 1. de D. 93. Hetrusci religione imbuti studiosius et crebrius hostias immolabant. Hetrusci prædones.

Heu, *eheu*, οἴ, ἆ, *al.* 7. A. 13. Heu me miserum! 4. Tusc. 72. Heu me infelicem! 1. Off. 139. O domus antiqua, heu quam dispari dominaris domino!

Heus, *o, vocandi, seu attentionem postulandi vox*, ὦ. 15. Att. 11. et 4. 17. Sed heus tu, scripseramne tibi, me esse legatum Pompeio? 7. Fam. 11. Sed heus tu, quid agis? 16. 17. Sed heus tu, qui κακὸν esse soles, &c. 1. Att. 13. Sed heus tu, videsne, &c. 2. Qu. Fr. 16. Sed heus tu, celari videor a te, quomodonam, mi frater, de nostris versibus Cæsar? Pro Mil. 60. Heus Ruscio cave mentiaris. 4. ad Her. 15. Heus adolescens.

Hexameter, tri, *sex pedum versus, qui et senarius dicitur, præsertim in lyricis*, ἑξάμετρος. Orat. 222. E quatuor igitur, quasi hexametrorum instar versuum quod fit, constat fere plena comprehensio.

HI

Hiatus, us, *eluvio*, χάσμα. 2. de N. 122. Quædam animalia cibum oris hiatu et denti-

que de re dicant. 8. Att. 22. Et boni cives mare infestum habebimus. De Cl. 163. Scævolæ dicendi elegantiam ex iis orationibus, quas reliquit, habemus cognitam. 6. Fam. 2. Ita statutum habeas, me, &c. Ad Brut. 1. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, judicatum. 3. de Natur. 56. Mercurius, quem Ægyptii nefas habent nominare. Ad Brut. 4. Cum exploratum habere cœpero, Cæsarem, &c. Pro Qu. R. 9. Cur hoc nomen in adversariis scriptum habebas? Orat. 112. Qui ea multo, quam nos, habes notiora. 3. Q. Fr. 9. Quod me hortaris, ut absolvam, habeo absolutum. 2. de Natur. 5. Habere aliquid cognitum comprehensumque animo. 4. Acad. 100. Aliquid comprehensum animo habere atque perceptum. Ver. 5. 167. Habuisse aliquem vinctum clausumque custodiis. 4. 21. Habere aliquid reconditum: *id est, tenere.* Act. 1. Ver. 40. Habere tempus distributum, ut prima pars, &c. 1. 57. Diligentius habere dico Servilium prædam populi Rom. quam te tua facta notata atque descripta. 2. 106. Ita in tabulis scriptum habes. 5. Att. 21. Hoc quid intersit, certe habes subductum. 13. A. 13. Quorum habetis cognitam voluntatem in rempubl. 5. Philip. 50. Omnes habeo cognitos sensus adolescentis; nihil est illi republ. charius. 2. de Div. 145. Hæc, et innumerabilia, quæ collecta habent Stoici. Pro Clu. 179. Eum habere spe testamenti devinctum. 2. con. Rul. 14. Non enim bellum habet susceptum consulatus cum tribunatu. Pro Pomp. 18. Pecunias contulerunt. *Ibidem.* Pecunias collatas habent. Qu. de Pet. 23. Omnes centurias multis et variis amicitiis cura ut confirmatas habeas. *Ibid.* 24. Postremo totam Italiam fac ut in animo ac memoria tibi distributam comprehensamque habeas. 5. A. 52. De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo: *id est, de Cæsare satis dixi.* 10. Fa. 3. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra. 12. Att. Constitutum habere cum aliquo. Ver. 2. 78. Habere fidem pretio addictam. *Ibid.* Habere fidem alteri addictam pecunia. 5. Fa. 12. Quæ habes instituta, perpolies. Ver. 4. 6. Dum forum habuit diis immortalibus ornatum. 2. Fa. 16. Quæ non animum meum magis sollicitum habent, quam tuam. 6. 13. Cæsar diutius velle videtur eos habere sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse molestiis conflictatum. 7. 3. Sollicitum autem te habebat cogitatio tum officii, tum etiam periculi. Pro Flac. 71. Cur unus tu Apollonienses miseriores habes, quam aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam. Ver. 3. 144. Quæ ipse semper habuit venalia, fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem. *Ibid.* Vicisse Verrem: emptos habere judices, &c. Frag. ep. Bellum ex consensu civitatis confectum jam habere-mus. Incert. Gladiatores invisos habemus, si omni modo vitam impetrare cupiunt: favemus, si, &c.

Promiscua formulæ. 2. Att. 5. Nunc vero cum omnibus Musis rationem habere cogito. 2. A. 78. Habebat hoc omnino Cæsar, &c. *id est, hoc erat proprium Cæsaris: vel, hic erat mos et consuetudo Cæsaris.* 1. de Nat. 56. Quanquam non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quam audiendi. De Amic. 91. Omnis hac in re habenda ratio et diligentia est: primum, ut, &c. 2. de Leg. 31. Habere consilium, habere comitia. Pro Cl. 96. Habere modum. Ad Br. 5. Habere rationem absentis. Ver. 5. 70. Habere rationem dierum.

Adverb. *Accurate, copiose, memoriter, acerrime, amplius, graviter, angustius, belle, bene, vulgo, brevi, commodius, copiose, et diligenter, optime, coram, diutius, opportune, deterius, diligenter, diligentius, diligentissime, extrinsecus, generatim, præclare, prorsus, publice, undique, jampridem, liberius, magnopere, omnino nihil, male, vere, melius, necessario, nimium, omnino, præcipue, palam, recte, plane, proprie, vitiose, satis superque, ultro citroque, usque eo.*

Habeor, eris. 1. Qu. Fr. 1. Statius intervenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. 2. de In. 51. Quo in numero hoc, et quo in loco illud haberi conveniat. Ver. 3. 132. Romæ querimoniæ de tuis injuriis, conventusque habebantur.

Adverb. *Commodissime, quam liberalissime, libere, graviter, rite, tantummodo.*

Habiturus, a, um. Orat. 11. Hæc ingressio mea aut reprehensionis aliquid, aut certe admirationis habitura est. 3. A. 27. Is dixit, se usque ad cal. Maias ad urbem exercitum habiturum. 16. Att. 18. Octavius omnes bonos secum habiturus est.

Habitus, a, um. De Cl. 95. Tum ejus elegans est habitum orationis genus. 5. Fam. 11. Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi. 4. 9. Tempori cedere, id est, necessitati parere, sapientis semper est habitum. De Clar. 65. Eodemque in genere est habitus M. Octavius. *Ibid.* 100. Fannius in mediocribus Oratoribus habitus est. *Ibid.* 78. Hic oratorum in numero est habitus. 1. Tusc. 4. Themistocles, cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Pro Att. 31. Isque est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti, atque dicti. De Cl. 164. Nulla est altercatio clamoribus unquam habita majoribus. Pro Mur. 72. Quæstiones in Senatu habitæ.

Syntaxis. *Id in bonis est habendum, in fructu. Id habet omnium bonorum interitum:* id est, affert. *Id excogitationem habet difficilem. Habere censum. Id jactationem habet in populo. Habere magnum animum, et spem bonam. Profectio voluntatem non habens. Habere in animo. Labes conscientiæ in animo habere. Petit, ut sibi habeat hæreditatem. Necesse habeo dicere. Nihil habeo dicere. De te satis dictum habeo. Habere fidem pretio addictam. Habere aliquem sollicitum. Habere aliquid venale:* idest ducere. *Habere aliquid in memoria sibi*

distributum comprehensumque. Hoc habeo, quod affirmem. Ille habet opinionem pietatis: id est, pius censetur. *Habere aliquem in numero amicorum. Male ille se habet, et bene habet. De filio quid agam, non habeo. Fac ille benigne habeatur:* id est, excipiatur, tractetur. *Habere nefas, fallere. Ego multo, quam tu, habeo id notius. Quorsum me vis habere sollicitum?* id est, angere. *Habebat hoc ille:* id est, ea erat ejus consuetudo. *Habere modum. Querelæ de illo apud Consules habentur. Id facere sapientis est semper habitum. Sanctus est habitus Cæs. atque dictus. Habitu altercatio magnis clamoribus. Quæstiones in Senatu habentur. Haberi oratorem, in oratoribus, in numero oratorum.*

Habessit, pro, Habet. *vetustum verbum.* 2. Leg. 19. Separatim nemo habessit deos.

Habilis, le, *ἐπιτήδειος, εὔεργος.* 1. de Orat. 115. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. 1. de Leg. 26. Natura homini figuram corporis habilem et aptam humano ingenio dedit. 4. de Fin. 56. Res aptæ, habiles, et accommodatæ ad naturam. 1. de Orat. 231. Calceis Sicyoniis non uterer, quamvis essent habiles, et apti ad pedem.

Habilitas, tis, *agilitas, εὐεξία, δεξιότης.* 1. de Leg. 27. Omitto habilitates opportunitatesque reliqui corporis.

Syntaxis. *Habilis et aptus in saltu. Habilis,* absolute. *Habilis, aptus, accommodatus ad. Habilis ad pedem calceus.*

Habitabilis, le, *οἰκητός.* 1. Tusc. 45. Regio habitabilis. De Som. 15. Duo sunt habitabiles, quorum australis, &c.

Habitandi. De Sen. 84. Commorandi natura diversorium nobis, non habitandi dedit.

Habitandum. Pro Dom. 100. Demigrandum potius aliquo, quam habitandum in hac urbe.

Habitans, tis. 2. Att. 7. Deinde sine te natura castellum munitum habitanti mihi prodesset: transeunti non est necessarium.

Habitatio, onis, *usus domicilii, οἴκησις.* 13. Fam. 2. Peto a te, ut ei de habitatione accommodes. Pro Cæl. 17. Sumptus objectus est habitationis.

Habitator, oris, *incola, οἰκήτωρ.* 2. Q. Fr. 3. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. 2. de Na. 140. Homines incolæ atque habitatores, &c. *Ibid.* 90. Habitator in hac divina domo.

Habito, as, *colo, domicilium habeo, sum, οἰκέω, νέμω, ναίω, κατοικέω.* Ver. 4. 38. Is Lilybæi multos jam annos habitat. 9. Fa. 15. Habitare apud aliquem. 4. Aca. 115. Diodorus, quem a puero audivi, qui mecum vivit tot annos, qui habitat apud me. De Cl. 309. et pro Cæl. 51. Diodorus habitavit apud me, vixitque. 2. de Fin. 92. Qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus? Pro Clu. 33. Apud Dineam habitaret. Orat. 49. Alioqui quonam modo ille in bonis hærebit et habitabit suis! 2. de Orat. 160. Illi autem, qui hoc solum colendum putabant, habitarunt in hac una ratione tractanda. Pro Mur. 21. Abfueris tamdiu, ut, cum longo intervallo veneris, cum iis, qui in foro habitarunt, de dignitate contendas. De Clar. 305. Diserti quidem Q. Varius, C. Carbo: et ii quidem habitabant in rostris. 12. A. 2. Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam. 2. 106. Stulte Aquinates, sed tamen in via habitabant. Pro Dom. 115. Iste habitare laxe et magnifice voluit. Corn. in vita Attici. Neque tamen non in primis bene habitavit. 5. Tusc. 69. Habitare et pernoctare cum aliquo. Ver. 1. 64. Filia cum patre habitat. 2. 83. Cum apud eum non modo Thermis sæpenumero fuisset, sed etiam habitasset. 2. de Nat. 95. Si essent, qui sub terra habitarent bonis et illustribus domiciliis. Pro Cæl. 19. Cujus in ædiculis habitat. Ver. 3. 95. Omnes qui habitarent in Sicilia. 2. con. Rul. 100. Habitare in carcere. 1. de N. 22. Habitare iu in gurgustio.

Adverb. *Gratis, laxe, magnifice, melius, plane.*

Habitor, aris. De Somn. 14. Vides habitari in terra raris et angustis in locis. 4. Aca. 123. Habitari, ait Xenophanes, in Luna. Ver. 4. 119. Coliturque ea pars urbis, et habitatur frequentissime.

Syntaxis. *Terra habitatur. Homo incola, et habitator. In ampla domo habitatur. Mecum ille vivit, atque apud me habitat. In vultu illius oculi mei habitant. Habitare laxe. Habitare illustri domicilio. In Germania habitare, in carcere. Habitatur angustis in locis. Colitur hæc urbs, et habitatur frequentissime. Habitari in Luna: idest,* esse habitatores.

Habitudo, inis, *habitus, constitutio, κατάστασις, διάθεσις.* 4. ad Her. 16. Corporis bonam habitudinem tumor imitatur.

Habitus, *affectio manens, consuetudo, exercitatio, ἕξις, φύσις.* 2. de Inv. 30. Habitus in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistit: quo in genere virtus, scientia, &c. 1. de In. 36. Habitus est animi aut corporis constans et absoluta aliqua in re perfectio: ut virtutis aut artis perceptio alicujus, aut quævis scientia. 1. de In. 36. Quæ industria comparantur, ad habitum pertinent. 1. Ac. 27. Habitus virtutis, et usus virtutis. Top. 62. Habitus, ut facile et cito irascatur. 2. de Inv. 160. Justitia est habitus animi, &c. 4. de Finib. 37. Cum eum ad rationis habitum perduxerit. 1. de Leg. 45. Prudens ex ipsius habitu, non ex aliqua re externa judicandus est. 4. de Fin. 32. Natura nunquam se deserit, aut partem aliquam sui, aut ejus partis habitum, aut vim. Pro Arch. 15. Quosdam sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino per seipsos moderatos et graves extitisse. 5. de Fin. 35. Moderati æquabilesque habitus.

Forma, figura, habitudo, ratio corporis, σχῆ-

μα, κατάστασις. Pro Cæl. 59. Qu. Metellus cum floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, ereptus est universæ civitati. De Clar. 64. Qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectentur. *Ib.* 313. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus, et quæ figura non procul abest a vitæ periculo. 2. de Div. 30. Habitu extorum et colore declarari futura. 1. 131. Exta, quorum ex habitu et colore futura percipiuntur. 2. 30. Cum pecudum exta in eundem habitum se coloremque converterint. Ver. 2. 87. Himera in muliebrem figuram habitumque formata. 4. 5. Virginalis habitus, atque vestitus. De Clar. 316. Corporis mediocris habitus. 1. de Nat. 100. Habitus oris: *id est, figura, vel forma.* 3. de Fin. 56. Habitus oris et vultus. 3. de Orat. 197. Si habitum orationis, et quasi colorem aliquem requiritis. De Cla. 228. Orationis ejus tanquam habitus erat non inurbanus.

Adjunct. *Consentaneus, moderatus, æquabilisque, prope divinus, non inurbanus, mediocris, muliebris, optimus, præclarus, solidus, virginalis.*

Syntaxis. *Naturæ ipsius habitu aliquid facere. Moderatus et æquabilis habitus. Habitus et color extorum. In muliebrem figuram habitumque formari. Habitus oris et vultus. Orationis habitus. Habitu esse bono, vel malo.*

Hactenus, *ad hunc diem, idcirco, μέχρι τοῦδε.* 4. Att. 13. Sed hæc hactenus. *Ib.* Ergo hæc quoque hactenus: redeo ad urbana. 13. 21. et 16. 6. Sed hactenus. 4. Fa. 8. Hactenus existimo, nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus levari possent molestiæ tuæ. 2. de Orat. 119. Hæc artem quidem et præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. 1. de Div. 13. Qui hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret. Pro Fla. 36. Nisi vero hactenus ista formula testimonii tui describi ac distingui potest, ut Flacco absenti aliquid civitates tribuisse dicantur, Lælio præsenti nihil tribuisse videantur.

Hædinus, a, um, ἐρίφειος. Pro Mur. 75. Pelliculis hædinis lectulos stravit.

Hædus, di, *capræ fœtus*, ἔριφος. De Sen. 56. Villa abundat porco, hædo, agno, &c. 2. de N. 110. et in Arato.

Hæmus, *Lege*, Æmus.

Hæreditarius, a, um, ἐπίκληρος. Pro Cæc. 13. Cum esset hæc auctio hæreditaria constituta. Ad Brut. 6. Controversia hæreditaria. De Ar. 14. Multæ domus sunt jure hæreditario.

Hæreditas, tis, *patrimonium, bona hæreditaria*, κλῆρος, κληρονομία. 1. de Inv. 84. Hæreditate venire bona dicuntur, quæ jure hæreditario alicui obveniunt. Top. 29. Hæreditas est pecunia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure: nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. Pro. Fl. 89. Communis hæreditas, quæ ad utrunque æqualiter lege veniebat. Pro Q. R. 55. et 2. A. 42. Cum ipse hæreditatem patris non adisses. Pro Ar. 11. Is adiit hæreditates civium Rom. 11. At. 2. Eo die ex testamento crevi hæreditatem. *Ibidem.* 12. Galeonis hæreditatem crevi. 6. 1. Aufidius fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate crevit. 2. Offi. 28. Rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hæreditas. Ver. 1. 27. Mihi hæreditas a propinquo venit. 2. de Inv. 62. Hæreditas, quæ pupillo venit. 13. Att. 46. Lepta veretur, ne non liceat tenere hæreditatem. Pro Cæc. 12. In partem hæreditatis mulieres vocatæ sunt. *Ib.* 102. Ariminenses a populo Rom. hæreditates capere potuisse. 1. con. Rul. 8. Hæreditatum obeundarum causa quibus vos legationes dedistis. 2. 41. Auctoritatem Senatus extare aditæ hæreditatis sentio. 3. de Nat. 84. Eamque potestatem, hæreditatis loco, filio tradidit. 1. Offic. 78. Ad quem hæreditas hujus gloriæ pertinet. Pro Dom. 35. Quas adoptationes, hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum secutæ sunt. 1. Off. 121. Optima hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis rerumque gestarum. 1. de Or. 175. Cum miles domum revenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. 2. de Fin. 58. Reddere hæreditatem. 10. A. 11. Hæreditates caducæ.

Adjunct. *Caduca, communis, falsa, fraterna, non honesta, magna, permagna, major, paterna, privata, reliqua, vera.*

Syntaxis. *Bona hæreditate veniunt. Hæreditatem patris adire. Ad illum venit hæreditas, vel obvenit. In partem hæreditatis vocari. Ad illum pertinet hæreditas. Agere in hæreditatem paternam. Hæreditatem tradere, capere, adire, obire, cernere, obtinere, avertere, tenere. Hæreditate aliquem excludere.*

Hærens, tis. 3. de Fin. 15. In cæteris subvenies, si me hærentem videris. 6. Fam. 7. Male hærentes scalarum gradus. 2. de N. 135. Stomachus ad radices linguæ hærens. De Arusp. 37. Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia.

Hæreo, *adhæreo, adhæresco, defixus sum, habito,* ἐνέχομαι, ἅπτομαι, ἔχομαι. *Multa quæ hoc verbo significarunt veteres, hodie ignoratione obscurata sunt, ut peccatum, crimen, &c. hærere in aliquo, pro eo quod nostri dicunt, obnoxium aliquem esse peccato, quo modo Cicero non est locutus. Pro dubitare, et impediri, quo minus progredi possis, hærere in visceribus, pro quo recentiores, non oblivisci.* De Somn. 12. Terra immobilis manens, ima sede semper hæret. 4. Acad. 122. Ut videamus, terrane penitus defixa sit, et quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat? Pro Deiot. 28. Vix hærere in equo senex poterat. 1. de Div. 30. Ut peccatum hæreat, non in eo,

qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperavit. 6. Attic. 1. Aliquid alicui in visceribus hærere. 15. Fam. 16. Aliquem alicui hærere in medullis. 1. A. 36. Aliquem in medullis alicujus ac visceribus hærere. 4. Acad. 2. Aliquid hærere in memoria. Pro Cœl. 14. Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. *Ibid.* 15. In quo non modo crimen non hærebat, sed vix, &c. *Ibid.* 75. Fama adolescentis paulum hæsit ad metas. Att. 12. Hoc mihi plane hæsit. Pro Qu. R. 17. Potest homini huic hærere peccatum? 6. Fam. 5. Non potest hærere in tam bonis civibus tam acerba injuria. 2. de Fin. 106. Tu totus hæres in corpore. 4. C. 22. Memoria tantorum periculorum in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hærebit. De Or. 49. Alioqui quonam modo ille in bonis habitabit et hærebit suis? Orat. 137. Hærere in eadem commorarique sententia. 2. de Orat. 219. Facete dictum statim ut emissum est, hærere debet. Ver. 5. 23. Cogitate in his iniquitatibus unum hæsisse Apollonium: cæteros ex his incommodis pecunia se liberasse. Pro Mil. 57. Hærere in pœnis. 13. A. 5. Hi in oculis hærebunt, et, cum licebit, in faucibus. Pro Clu. 86. Hærebant in publicis tabulis reus et accusator. 3. Tusc. 69. Neque tamen, cum se in media stultitia, quo nihil est pejus, hærere intelligunt, ægritudine premuntur. 2. A. 64. Tamen infixus animo hæret dolor.

Dubito, ἀπορέω, διστάζω. 3. de Nat. 62. In multis enim nominibus hærebitis. 8. Att. 19. Hærebis. 2. de Or. 163. Hærere in aliqua re. 3. Q. Fr. 2. Hærere in re. 1. de Orat. 173. Hærere in jure. 4. Acad. 14. Philosophi cum hærent aliquo loco. 1. de Fin. 20. In quo etiam Democritus hæret. 2. A. 74. Hærebat nebulo: quo se verteret, non habebat. De Un. 27. Incurrere in aliquam rem, et in ea hærere, atque impediri. 8. Att. 19. Cavendum enim puto esse, ne implicatus hæream. 13. 38. Valde in scribendo hæreo. 1. Qu. Fr. 2. In hac causa mihi aqua hæret. 3. Off. 118. Sed aqua hæret, ut aiunt. 5. de Fin. 84. Venit ad extremum, hæret in salebra.

Titubo, lædor. 2. de Nat. 11. Vir sapiens confiteri peccatum suum maluit, quam hærere in rep. religionem.

Non cedo. Pro Qu. 69. Quem tu a puero sic instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem hæreret. *alias,* cederet.

Syntaxis. *Gradus male hærentes. Vitia defixa, et hærentia. Immobilis maneus, ima sede hærens. Id mihi hæret. Id mihi in visceribus hæret. Ille hæret in visceribus. Illi hæret peccatum hoc. In illo hæret injuria. In suis habitare bonis, et hærere. Hærere, et commorari in eadem sententia. In oculis hærere alicujus. Hærere in media stultitia. Implicatus hærens. Id in omnium sermonibus ac mentibus hæret. Infixus animo hæret dolor. Hærere atque impediri in re aliqua. In hac causa mihi aqua hæret. Hærere in salebra.*

Hæres, dis, *bonorum dominus ab alicujus morte, κληρονόμος, διάδοχος.* 13. Fam. 6. Lucius hæres est Marco fratri suo. *Ibid.* 29. Hæres ex parte dimidia, et tertia est Capito. 12. 26. Qu. Turius hæredes fecit similes sui, Cn. Saturnium, et Sex. Aufidium. 13. 61. Instituere aliquem secundum hæredem filio suo. 3. Offic. 73. Scripserunt hæredes secum M. Crassum, et Quin. Hortensium. 2. A. 62. Antonius in Cn. Pompeii locum successit hæres. *Ibid.* 41. Quem palam hæredem semper factitarat. *Ibid.* Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. Pro Cl. 32. Mulier ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegit. Pro Cæc. 17. Testamento facto, mulier moritur: facit hæredem ex deunce et semuncia Cæcinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam adspergit. Pro Mil. 49. Cyrus testamentum palam fecit, et illum, et me hæredem scripsit. 3. Offic. 93. Scribere aliquem hæredem. 1. de Orat. 175. Possetne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim. *Ibid.* 180. Qui esset secundum posthumum hæres institutus. Pro Clu. 22. Instituere aliquem hæredem. Pro Quint. 14. Relinquere aliquem hæredem testamento. Ver. 1. 111. Facere aliquem hæredem testamento. 2. de Inv. 62. Possessio hæredum secundorum est. *Ibid.* Qui patris pupilli hæredes secundi sunt. Pro Cl. 40. Avia tua, cui tu es hæres. De Cl. 332. Quid illa vetus Academia, atque ejus hæres Aristus?

Adjunct. *Proximus, extraordinarius, repentinus, secundus, verus.*

Syntaxis. *Is illi hæres est. Hæres ex parte dimidia. Facere hæredem, instituere, scribere in testamento, relinquere. Hæredem alicujus succedere.*

Hæresis, sis, *secta, αἵρεσις.* Parad. 1. Cato in ea hæresi est, quæ nullum sequitur florem orationis. 14. Att. 15. De hæresi Vectoriana, et Perionum, more Puteolano, risi satis. 15. Famil. 16. Postulabimusque, ex qua hæresi vi, hominibus armatis, dejectus sis, in eam restituere. *Ibid.* In ista ipsa αἱρέσει.

Hæsitantia, æ, *titubatio, hæsitatio, ἀπορία, ἀμηχανία.* 3. A. 16. Qui propter hæsitantiam linguæ, cognomen ex ignominia traxerit.

Hæsitatio, onis, *dubitatio, ἐνδοιασις.* 3. Fam. 12. Noli ignoscere hæsitationi meæ. 2. de Orat. 202. Quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractusque verborum?

Hæsitans, tis. 1. Acad. 4. Itaque non multum hæsitans respondebo. 1. de Orat. 40. Carbo hæsitans in majorum institutis, rudis in jure civili. Pro Domo. 134. Hæsitantibus verbis dicere aliquid. 1. de Orat. 115. Quidam lingua hæsitans, et voce absonus.

Hæsito, as, *dubito, timeo, titubo, ἀπορέω, ἐνδοιάζω, ἴσχομαι.* 2. de Fin. 18. Aperiendum

est igitur, quid sit voluptas: quam si explicavisset, non tam hæsitaret. 4. Acad. 15. Illi tam in novis rebus quam modo nascentes hæsitaverunt. *Ibid.* 52. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum. 2. C. 13. Cum hæsitaret, cum teneretur, quæsivi, &c. 1. de Orat. 220. Quis enim unquam, &c. hæsitavit ob eam causam, quod, &c. Pro C. Cor. 2. Num in eo, qui sint hi testes, hæsitatis?

Syntaxis. *Hæsitantia verba. Hæsitans lingua, et vox absona. Dubitare, hæsitare, se revocare.*

Halesa, *urbs.* Ver. 2. 19. et 185.

Halesinus. Pro Font. 31.

Halethes, *fluvius apud Veliam.* 7. Fam. 20. Has paternas possessiones tenebis: neque Halethen nobilem amnem relinques.

Halicarnasseus. 2. de Div. 88. Scylax Halicarnasseus.

Halicarnassus, *urbs Cariæ.* 1. Qu. Fr. 1. 3. Tusc. 75.

Halicienses, *populi.* Ver. 2. 68.

Halis, *fluvius.* 2. de Div. 115.

Halitus, us, *spiritus, πνεῦμα.* 2. Tusc. 22. Efflare extremum halitum.

Hallucinor, aris, *aut* Allucinor, *aberro, παραβλέπω, ἁμαρτάνω, σκοτοδινιάω.* 2. Qu. Fr. 10. Epistolæ nostræ debent interdum hallucinari. 15. Att. 28. Ego tamen suspicor, hunc, ut solet, hallucinari. 1. de Nat. 72. Ista enim a vobis tanquam dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est.

Syntaxis. *Epistola hallucinatur. Hæc ille oscitans hallucinatur.*

Haluntinus. Ver. 3. 101. Haluntina civitas.

Haluntium, *oppidum Siciliæ.* 4. 62.

Hamatus, a, um, *aduncus, ἀγκιστρωτὸς, ἀγκιστροειδής.* 4. Ac. 122. Hamatis uncinatisque corporibus.

Hamus, mi, *ἄγκιστρον.* De Sen. 44. Plato escam malorum, voluptatem appellat: quod ea videlicet capiantur, ut hamo pisces.

Hara, æ, *stabulum porcorum, συφεὸν, συφός.* I. P. 37. Epicure noster, ex ara producte, non ex schola, &c.

Hariolus, *χρησμολόγος.* Haruspex, et alia. *Lege,* Ariolus, et Aruspex.

Harmonia, æ, *concentus, ἁρμονία.* 1. Tusc. 20. Velut in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur. *Ibid.* 41. Harmoniam autem intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures. 3. de N. 27. Nisi putamus ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat.

Hasta, æ, *telum, ἔγχος, δόρυ, λόγχη.* 9. de Fin. 97. Evelli jussit eam, qua erat transfixus, hastam. 1. de Orat. 242. Amentatas hastas torquere. 2. 316. Jactare hastas leniter. De Senect. 19. Eminus hasta, cominus gladio uti. Pro Mur. 45. Abjicere hastas. 2. Off. 27. Est enim ausus dicere, hasta posita, quum bona in foro venderet et bonorum virorum, et locupletum, et certe civium, prædam suam vendere. 2. A. 64. Hasta posita pro æde Jovis Statoris, bona Cn. Pompeii voci acerbissimæ subjecta præconis. 3. Off. 83. Hastam in foro ponere, et bona civium voci subjicere præconis. 2. cont. Rul. 62. Rullus in ponto, hasta posita, cum suis formosis finitoribus auctionans. 1. 6. Num obscure videatur prope hasta præconis insectari Cn. Pompeii exercitum? 4. A. 9. Quos non illa infinita Pompeii hasta satiavit. 2. A. 103. Quis hastam illius venditionis vidit? 12. Att. 3. Tres habet conditiones, aut emptionem ob hastam, &c. 2. de Orat. 325. Qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur.

Syntaxis. *Hastam jactare, torquere, abjicere. Hastam ponere. Hasta, pro auctione. Vibrare hastam.*

Hastatus, a, um, *hasta armatus, αἰχμητὴς, δορατοφόρος.* 2. de Div. 67. Quod evelli primi hastati signum non potuerit. 1. 77. Cum signifer primi hastati signum non posset movere loco, &c.

Hastile, lis, *ἐνδορατίς.* Pro Rab. 21. Q. Scævola confectus senectute, præpeditus morbo, hastili nixus, &c.

Haud, *non, οὐ, οὐκ, οὐχί.* 5. de Fin. 7. Quem haud scio, an recte dixerim principem Philosophorum. Pro Cl. 165. Haud hæres est Cluentius. 1. Off. 72. Haud scio an magis etiam, &c. De Amic. 51. Atque haud scio, an ne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. 3. de Nat. 69. Haud scio, an melius fuerit. De Ar. 2. Haud potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam &c. De Sen. 83. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit. 13. Att. 20. Vide quam Philosophos haud nos frustra existimas.

Haudquaquam, *nequaquam, οὐδαμῶς, μηδαμῶς.* 1. de Orat. 38. Quorum pater homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, saluti reipublicæ fuit. 2. 143. Haudquaquam id est difficile Crasso. De Am. 68. Suavitas sermonum atque morum haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ. De Un. 35. Haudquaquam boni est, ratione vinctum velle dissolvere.

Have, *pro Salve, χαῖρε.* 8. Fam. 16. Ac simulatque have mihi dixit, statim, quid de te audisset, exposuit.

Hauriendum. De Clar. 287. Qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet. *sc. vinum.*

Haurio, is, *traho, ἀρύω, ἀντλέω.* Pro Cæc. 78. Quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. Pro Ar. 18. Illa quidem certe, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. 1. Off. 6. E fontibus Stoicorum, judicio arbitrioque nostro, quantum quoquo modo videbitur, hauriemus. 1. de Orat. 203. Equidem vobis fontes, unde hauriretis, putavi esse demonstrandos. 1. Acad. 7. Ut ea e fontibus potius hauriant, quam rivulos consectentur. De Cl. 244. Tum Atticus, Tu quidem de fæce, inquit, hauris, idque jamdudum. 2. con. Rul. 32.

Sumptum haurit ex somnio, suppeditat secTis. 5. Tusc. 16. Quoque affluentius voluptates undique hauriat. De Clar. 332. Artes, quas cum domo haurire non posses, accersivisti ex urbe Athenarum. Pro Mil. 10. et Orat. 165. Hanc legem a natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.

Voro, ἀντλέω, λαφύσσω. De Ar. 59. Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exsorbuit? 11. A. 10. Quid eum non sorbere animo, non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis.

Accipio, sumo, sentio, patior, fero, ὑποφέρω, ὑπομένω. Pro Cœl. 59. Vidi enim, vidi, et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum, &c. 1. Tuscul. 86. In propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates? Pro Do. 30. Unus pro omnibus hausi indignissimam calamitatem. Pro Sest. 63. Luctum nos hausimus majorem.

Haurior, iris. 1. de Orat. 12. Cæterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur.

Hausturus, a, um. 6. Fam. 6. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leviter adspersus.

Haustus, a, um. 2. de Div. 26. Divinitas, unde animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. 1. de Fin. 71. Omnia dixi hausta e fonte naturæ. 2. de Div. 31. Aqua ex puteo hausta. 1. de Nat. 70. Animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et haustos.

Adverb. *Affluentius, promiscue, extrinsecus.*

Syntaxis. *E fontibus haurire. De fæce haurire. Arripere, haurire, exprimere a natura vim. Cogitatione haurire. Dolorem, calamitatem, luctum haurire. Ex divinitate hausti, accepti, libati animi. Haustus a. Extrinsecus animi tracti sunt, et hausti.*

Haustus, us, *hauriendi actus, ἄρυσις, ῥόφησις.* Pro Cæc. 74. Aquæductus, haustus, iter, actus, &c.

HE

Hebdomas, dis, *septem dies, vel septenarius, ἑβδομάς.* 16. Fam. 9. Symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartam hebdomada incideres.

Hebes, tis, *tardus, pinguis, natura tardior, obtusus, retusus, ἀμαυρός, ἀμβλύς, ἀμβλυωπός, ἀνόητος, ἄνωφος* .)(. *Acutus.* 2. de Div. 103. Epicurus, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici. 2. de Fin. 67. Epicurus paulo hebetior. 9. Att. 20. Tu cogita, quid deinde: nam me hebetem molestiæ reddiderunt. 1. Acad. 31. Sensus hebetes, tardi, et pingues. Pro Pl. 66. Populum Rom. aures hebetiores, oculos acres et acutos habere. De Arusp. 2. Non dubito, quin ea tela leviora atque hebetiora sint, quam, &c. Orat. 216. Spondeus, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior. 2. de Nat. 17. Hebetiora sunt hominum ingenia propter cœli pleniorem naturam. 8. Att. 3. Bonorum erat aliquis dolor, sed hebes. 1. de Orat. 248. In communi vita non hebetem esse, nec rudem. 8. Famil. 13. Hebes ad intelligendum. 1. de Div. 45. Hebes æque ac pecus. 2. Acad. Cur ejus *Lunæ* nascentis alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua. Acad. Mihi non modo ad sapientiam cæci videmur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes et obtusi.

Syntaxis. *Hebes ac rudis. Hebetes, tardi, et pingues sensus. Telum leve et hebes. Æque ac pecus hebes. Hebes ad intelligendum. Hebes ingenium, dolor, cornu.*

Hebesco, scis, *obtundor, retundor, ἀμβλύνομαι, ἀμαυρόομαι, ἀμβλύω.* 1. C. 4. At nos vigesimum jam diem patimur hebescere aciem horum autoritatis. 1. Tusc. 73. Sic mentis acies se ipsam intuens, nonnunquam hebescit. 4. Acad. 6. Hebescere et languere in otio. Hortens. Ne quando illa *mentis acies* hebescat.

Hecate, tes. 3. de Nat. 46. Hecate, quæ matre Asteria est, sorore Latona.

Hectoreus. 2. de Glor. *Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.*

Hecuba, *Priami uxor.* 3. Tusc. 93.

Hedui, *populi.* 1. Att. 16.

Helenus, *vates.* 1. de Div. 89.

Heletes, *fluvius.* 7. Fam. 20. 10. Att. 13.

Helice, ces, *altera arctos, major ursa, septentrio: duæ enim ἄρκτοι sunt.* 4. Acad. 66. Ego vero ipse et magnus quidem sum opinator, (non enim sum sapiens) et meas cogitationes dirigo, non ad illam parvulam Cynosuram.

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto.

ut ait Aratus: eoque directius gubernant, quod eam tenent.

Quæ cursu interiore brevi convertitur orbe:

sed ad Helicem, et clarissimos septentriones: id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas: eo fit, ut errem et vager latius. 3. de Nat. 57.

Heliopolis, *urbs Ægypti. Ibid.* 54.

Hellespontus, ti, *primæ maris angustiæ ex Ægeo navigantibus, quibus Asia ab Europa disjungitur: relinquiturque Abydos, urbs Asiæ, Sestos Europæ.* Orat. 163. Qua pontus Hellea, &c. 2. de Fin. 112. Hellesponto juncto Athoque perfosso.

Hellespontius. 13. Fam. 53.

Hellis, *urbs.* 11. A. 26.

Helluatio, onis, *λαφυγμός, γαστριμαργία.* Postquam in Senat. 13. Cur in lustris et helluationibus hujus saltatoris virtus tamdiu cessavit?

Helluo, onis, *ganeo, gurges, γαστρίμαργος, λαίμαργος, πολυφάγος, λαφύστης.* I. P. 41. Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. 1. cont. Rul. 2. Impurus helluo turbat Rempub. Postquam in Senat. 13. Helluo immanis. Pro Dom. 25. Hel-

luo spurcissimus. 16. Fam. 18. Helluo nequissimus. Pro Sest. 26. Helluo patriæ, helluo patrimonii. 3. de Fin. 8. Helluo librorum M. Cato.

Adjuncta. *Concinnus, et musicus, immanis, impurus, nequissimus, spurcissimus et nequissimus.*

Helluor, aris, *λαιμάζω, λαιμάσσω, λαφύσσω.* Pro Dom. 124. Ille gurges helluatus est simul tecum reipub. sanguinem. Pro Sest. 111. Quid tu, meo periculo, gurges ac vorago patrimonii helluabare? De Pro. 14. *Lege*, Siparium.

Helvellæ, larum, *herbæ latæ quædam, λαχανάρια.* 7. Famil. 26. Nam dum volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere: fungos, helvellas, herbas omneis ita condiunt, ut nihil possit esse suavius.

Helvetii, *populi.* Pro Cor. 32. et de Prov. 33.

Hem, *indignationis vox, ἰδού, φεῦ.* 14. Fam. 2. Hem mea lux, meum desiderium. 4. 5. Hem nos homunculi indignamur, si, &c. Pro R. P. 45. Hem Posthume, tune es Curii filius? 5. A. 33. Hem, ad quem legatos mittamus.

Hemicyclus, cli, *sedes, solium, ἡμικύκλιον.* De Am. 2. Augur domi in hemicyclo sedens.

Hera, æ, *fortuna, domina, δέσποινα.* 1. Off. 38.

Vos ne velit an me regnare hera, quidve ferat sors,
Virtute experiamur.—

Ibid. Hera mea. Pro Cœl. 18. Nunquam hera errans hanc molestiam nobis exhiberet. *Ennii.*

Heraclea, *urbs.* Ver. 2. 125. Pro Archia 6.

Heracliensis. Ver. 3. 103. Pro Ar. 6.

Heracleotæ, *populi.* 13. Fam. 56. Heracleotæ et Bargiletæ, qui item debent, &c.

Heracleotes Zeuxis, *nomen pictoris clarissimi.* 2. de Inv. 1. *Est etiam cujusdam philosophi, Dionysii nomine, cognomen.* 4. Ac. 4.

Heraclea *pocula.* Ver. 4. 32. *Lege*, Toreuma.

Heraclides. Att. lib. 13. ep. 19. Hoc in antiquis personis suaviter fit, ut et Heraclides ille in multis, et nos sex de Repub. libris fecimus. 5. Tuscul. 8. Auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus imprimis. 1. de Div. 46. Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor et discipulus Platonis. 3. de Leg. 14. Post Aristoteles illustravit omnem hunc civilem in disputando locum, Heraclidesque Ponticus, profectus ab eodem Platone. Ad Quint. Frat. l. 3. ep. 5. Admonitus sum ab illo, multo majore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de Repub., præsertim cum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis. 1. de Nat. 34. Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros: et tamen modo mundum, tum mentem divinam esse putat: errantibus etiam stellis divinitatem tribuit, sensuque Deum privat, et ejus formam mutabilem esse vult: eodemque in libro rursus terram et cœlum refert in Deos.

Heraclitus, ti, *Philosophus quidam, qui cognomento Σκοτεινὸς perhibetur.* 2. de Fin. 15. 1. de Nat. 74. Nec consulto dicis occulte, ut Heraclitus. 3. de N. 35. Heraclitus quid diceret, intelligi noluit.

Herba, æ, *stirpium infimum genus, βοτάνη, βλάστημα, χόρτος.* 2. de N. 161. Quædam stirpes et herbæ, quarum utilitates longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. 2. de Orat. 287. Lepidus in herba recumbebat. De Amic. 70. Ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. 1. de Div. 75. Corona ex asperis herbis et agrestibus. 2. de Divin. 68. Herbam asperam credo avium congestu, non humano satu. Oec. 1. Nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere et interfici, &c.

Adjunct. *Aspera, et agrestis, fallax, inimicissima.*

Herbesco, scis, *χλοάω, χλοάζω, χλοασμόω.* De Sen. 51. Terra semen tepefactum vapore et compressu suo diffindit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem. *Vulgata lectio* complexu.

Herbigrada, *cochlea.* 2. de Div. 133.

Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.

Pacuvii. *alias*, tardigradam.

Herbita, *urbs.* Pro Cæc.

Herbitensis. Ver. 47. Herbitensis ager.

Herbitenses, *populi.* Act. 1. Ver. 156.

Herciscundus, a, um, *vel* Erciscundus, *partiendus, dividendus, διανέμω.* 1. de Orat. 237. Qui quibus verbis hercisci oporteat nescit, idem herciscundæ familiæ causam agere non potest. Pro Cæc. 19. Ebutius nomine hæredis arbitrum familiæ herciscundæ postulavit. *Lege*, Familia.

Herele, *hercule, νὴ τὸν Ἡρακλέα.* 2. Fam. 18. Et herele sine dubio erit ignominia. 1. de Orat. 237. Nam hercle, inquit Antonius, &c. 15. Att. 1. Hercle dederam ad te literas exiens e Puteolano. 3. de Legib. 1. Bene hercle faciunt. 2. C. 7. Mehercle.

Herculanea, *via.* 2. con. Rul. 36. Adjungitur etiam illa via vendibilis Herculanea.

Herculanensis. 9. Fam. 25. Fundus Herculanensis.

Hercule, *jurandi vox, νὴ τὸν θεόν.* De Am. 37. Et hercule ita feci. Ver. 2. 52. Nam hercule, inquit, &c. 2. Att. 7. Hercule verum ut loquar. 8. Fam. 7. Et hercule confecta omnia. 16. Att. 18. Sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. 5. 16. Mehercule etiam adventu tuo reviviscunt justitia, abstinentia, &c. 2. Fa. 11. Mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. Orat. 157. Libentius dixerim mehercule, quam mehercules.

Hercules, lis. 3. de N. 42. Plures Hercules tradunt nobis ii, qui interiores scrutan-

tur litteras. 2. de Orat. 71. Polycletus Herculem finxit cum pelle et hydra. Frag. ep. Ut hercules Antianus in alium locum transferretur.

Hercules, *hercle, herculé, ναί*. Pro Pl. 64. Vere mehercules dicam, sic tum, &c. De Cl. 61. Et hercules hæ quidem extant. 2. C. 16. Sic mehercules hoc, &c. 10. Fam. 11. Cupio mehercules, &c. 8. 4. Et hercules, nisi, &c.

Heri, *hesterno die*, χθές. 11. Fam. 1. Heri vesperi apud me Hirtius fuit. 7. Att. 3. Heri aliquot adolescentuli coivimus in Piræeum. Tusc. Rationes, quibus heri usus. 13. Att. 47. Lepidus ad me heri vesperi literas misit.

Herillus, li, *philosophus, qui in cognitione et scientia summum bonum posuit*. 2. Acad. 2. Fin. 4. et 5. 1. Off. 6. 5. Tusc. 85.

Herillii, *ab Herillo dicti*. 3. de Orat. 59.

Hermagoras, ræ. De Cl. 270. 1. de Inv. 8.

Hermathena, næ, *ex Mercurio et Minerva compacta statua*. 1. Att. 3. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, et ornamentum Academiæ proprium meæ, quod et Hermes commune omnium, et Minerva singulare est insigne ejus gymnasii.

Hermæ, *Mercurii statuæ*. 1. Att. 7. Hermas, de quibus ad me scripsisti, vehementer expecto. 2. de Legib. 65. Nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi. 1. Att. 6. Hermæ tui Pentelici, cum capitibus æneis, me admodum delectant.

Hermeraclæ, *statuæ ex Mercurii et Herculis formis compactæ. Ibid.* 8. Signa nostra, et Hermeraclas, ut scribis, cum commodissime poteris, velim imponas. *alias*. Hermerotas: *id est, ex Mercurii et Cupidinis formis conjunctas statuas: nam* ἔρως, *Cupido, seu Amor dicitur*.

Hermes, *Mercurius. Lege*, Hermathena.

Hermodorus, ri. 13. Att. 21. Hermodorus, qui Platonis libros solitus est divulgare.

Hermici, *populi*. Pro Corn. 31. 1. Off. 35.

Herodotus, ti. 1. de Leg. 5. Herodotus, pater Historiæ. 2. de Orat. 55. Herodotus, qui princeps genus hoc ornavit: id est, scribendæ historiæ.

Heroicus, a, um, *herous*, ἡρωϊκός. 5. Tusc. 7. Heroicis ætatibus Ulysses et Nestor habiti fuerunt sapientes. 3. de N. 54. Quartus sol, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi reperisse dicitur, &c. *Ibid.* 71. Medea et Atreus heroicæ personæ. 1. de Div. 1. Vetus opinio est jam usque ab heroicis ducta temporibus. 2. de Leg. 68. Quatuor heroici versus, quos longos appellat Ennius. 14. Att. 16. Quid quæris? heroica. 3. de Orat. 180. Heroici pedes treis, dactylus, anapæstus, et spondæus.

Heros, *princeps, divus*, ἥρως, ἀντίθεος. 13. Att. 6. Colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. 2. de Orat. 194. Heroum veteres casus fictosque luctus imitari atque adumbrare dicendo. 4. 3. Ignari, quantum in illo heroe esset animi. 1. 14. Heros ille noster Cato. 15. 12. Octavius videtur erga nostros ἥρωας ita fore, ut nos velimus, animatus.

Herous, a, um, *heroicus*. Orat. 192. Qui judicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio. 3. de Orat. 180. Herous pes.

Herus, ri, *dominus*, δεσπότης, κοίρανος. 2. Off. 24. Sed heris sit sane adhibenda sævitia in famulos, si, &c. Pro Corn. 50.

Hesiodius, a, um. Ad Brut. 15. Illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere jubet, quæ acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis.

Hesiodus, di, *poeta Græcus*. 1. Off. 48. Ea, quæ acceperis utenda, majore mensura (si modo possis) jubet reddere Hesiodus.

Hesperides, dum. 3. de N. 44. Hesperides Erebo et Nocte natæ.

Hesperos, *Veneris stella*. 2. de Nat. 54. Infima est quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur solem: cum subsequitur autem, hesperos.

Hesternus, a, um, χθεσινός, χθιζός. 2. de N. 73. Ut a teipso hesterno die dictum est. 4. Acad. 18. Jam enim hoc verbum satis hesterno sermone trivimus. 3. de Orat. 78. Disputatio hesterni et hodierni diei. 2. C. 7. Patefeci in Senatu hesterna die. 4. Acad. 10. Hesterno sermone labefactata causa.

Hetruria, *Italiæ regio florentissima*. De Ar. 15. Aruspices ex Hetruria accipiendos puto. 1. de Divin. 92. Hetruria scientissime interpretatur, quid quibusque ostendatur portentis. 2. C. 6. et 10. Fam. 30.

Hetruscus, a, um, *Thuscus, ex Hetruria, quod Hetruscorum est*. De Ar. 20. Hetruscorum disciplina. *Ibid.* 53. Hetrusci libri. 1. de D. 93. Hetrusci religione imbuti studiosius et crebrius hostias immolabant. Hetrusci prædones.

Heu, *eheu*, οἴ, ἆ, *aï*. 7. A. 13. Heu me miserum! 4. Tusc. 72. Heu me infelicem! 1. Off. 139. O domus antiqua, heu quam dispari dominaris domino!

Heus, *o, vocandi, seu attentionem postulandi vox*, ὦ. 15. Att. 11. et 4. 17. Sed heus tu, scripseramne tibi, me esse legatum Pompeio? 7. Fam. 11. Sed heus tu, quid agis? 16. 17. Sed heus tu, qui κενὸν esse soles, &c. 1. Att. 13. Sed heus tu, videsne, &c. 2. Qu. Fr. 16. Sed heus tu, celari videor a te, quomodonam, mi frater, de nostris versibus Cæsar? Pro Mil. 60. Heus Ruscio cave mentiaris. 4. ad Her. 15. Heus adolescens.

Hexameter, tri, *sex pedum versus, qui et senarius dicitur, præsertim in lyricis*, ἑξάμετρος. Orat. 222. E quatuor igitur, quasi hexametrorum instar versuum quod fit, constat fere plena comprehensio.

HI

Hiatus, us, *eluvio*, χάσμα. 2. de N. 122. Quædam animalia cibum oris hiatu et denti-

bus ipsis capessunt. *Ibid.* 14. Repentini terrarum hiatus. 3. Off. 38. Ille Gyges, qui, cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, &c.

Præterea per translationem est in orationis compositione vocalium quarundam vastior concursus, ex quo tum hians, tum hiulca dicitur oratio: ut, In Actæo Aracyntho, et Neptuno Ægeo. Orat. 77. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, *Lege,* Hio, et Hiulcus.

Hic, *pronomen,* οὗτος. Pro Flac. 48. Cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est. Pro Dom. 12. Hunc istum otii et pacis hostem, &c. Pro Fl. 52. Huic illi legato. 12. Fam. Hoc libertatis. 2. Hoc literarum. 1. Att. Est in lege hoc, ut qui, &c. 6. Fa. Sive hoc, sive illud. De Un. Hoc posito, quod sequitur videndum est. 2. de Leg. Atque etiam hoc, quod est partitio, dant Scævolæ. Ver. 2. Jucunda suburbanitas hujusce provinciæ. 10. Fam. 10. Cum hæc leges: *id est, quæ scribo.* Hoc est, ἀντὶ τουτέστι. *Lege,* Hoc est.

Hic, *adverbium,* ἐνταῦθα, ἐν τῷδε τῷ καιρῷ. 2. Fam. 8. Hic ego multa simul cogitavi. 5. 15. Hic tu miraris? &c. Pro Cl. 59. Hic tum Fabricius, &c. I. P. Hic vos etiam crudeliores, &c. 2. Qu. Fr. Hic o Dii.

Hiccine, *pro hicne?* μῶν οὗτος. 2. Fam. 10. Hiccine est ille, qui &c. Ver. 5. 62. Hunccine hominem? hanccine impudentiam judices? hanccine audaciam? Pro Mil. 105. Hiccine vir? &c.

Hierosolyma, mæ, *urbs Judæorum quondam, totius Orientis lumen.* Pro Flac. 67. Cum aurum Judæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret.

Hierosolyma, orum, *pl. nu. idem.* Pro Flac. 67. Cn. Pompeius, captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil attigit.

Hierosolymarius, a, um. 2. Att. 9. Hic Hierosolymarius traductor ad plebem.

Hilare, *hilariter,* ἱλαρῶς, φαιδρῶς. 2. de Orat. 290. Ego hilare a te acceptus sum. 5. de Fin. 92. 1. Fam. 9. Hilare vivere.

Hilaris, re, *lætus, promptus,* ἱλαρός, φαιδρός, ἕτοιμος. 2. Quin. Fr. 12. Te hilari animo et prompto ad jocandum esse, valde gaudeo. 1. Tusc. 100. Hilaris et lætus vultus. Pro Cl. 72. Hilari vultu.

Hilaritas, tis, *festivitas, jucunditas,* ἀγάπησις, ἱλαρία, ἱλαρότης. X *mæstitia, tristitia.* 1. de Orat. 243. Itaque hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit. 12. Att. 39. Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. 9. Fam. 11. Sed tamen hilaritas illa nostra et suavitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis est. 1. Off. 108. Erat in C. Lælio multa hilaritas. *Ibid.* 46. Superciliorum remissio, aut contractio, mœstitia, hilaritas, &c.

Adjunc. *Multa, profusa, perpetua, summa.*

Hilariter, *hilare,* ἱλαρῶς. 3. ad Her. 24. Deinde modo acriter, tum clementer, mœste, hilariter in omnes partes commutabimus pronunciationem.

Hilaratus, a, um, *exhilaratus.* De Clar. 44. Periclis suavitate maxime hilaratæ sunt Athenæ. 2. de Nat. 102. Accessus solis lætificat terram, ut cum cœlo hilarata videatur.

Hilaror, aris, φαιδρύνομαι, ἱλαίνομαι. 2. de Fin. 8. Omnes enim jucundum motum, quo sensus hilarentur, Græce ἡδονὴν, Latine voluptatem vocant.

Hilarulus, a, um, *hilarus,* ἱλαρώτερος. 16. Att. 11. Attica hilarula est.

Hilarus, a, um, *hilaris,* ἱλαρός. 5. 20. Hilara sane Saturnalia. 5. de Fin. 92. Hilara vita. 16. Att. 3. Hunc tu lege arcano convivis tuis: sed si me amas, hilaris et bene acceptis, ne in me stomachum erumpant, cum sint irati tibi. 7. Att. 24. Literæ hilariores. I. P. 11. Hilarioribus oculis intueri, &c.

Hilum, li, *exigua res, vel nihil potius, uti niger in faba oculus,* γρῦ, ἐλαχίον. 1. Tusc. 10.

Sudans nitendo, nec proficit hilum. Poetæ.

Himera, *urbs.* Ver. 2. 86. et 4. 73.

Hinc, *ex hac parte,* ἔνθεν, ἐντεῦθεν. 7. Att. 20. De malis nostris tu prius audis, quam nos: hinc enim emanant, boni autem hinc quod expectes, nihil est. 2. C. 25. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum. 3. de Fin. 45. Via, quæ est hinc in Indiam. Ver. 1. 17. Ex Sicilia testes erant ii, qui, &c. Hinc homines illustres. 4. C. 16. Quidam hinc nati, &c. 2. de Or. 13. Scævolam hinc euntem conveni. 2. cont. Rull. 94. Nos hinc Roma qui veneramus. 1. de Nat. 65. Hinc omnia effingis: *id est, ex atomis.* Pro Cl. 191. Hinc illæ infinitæ quæstiones. 3. Off. 36. Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur, hinc expilationes direptionesque sociorum.

Hinnitus, us, χρεμετισμός. 1. de Div. 73. Equi exaudivit hinnitum.

Hians, tis. Ver. 2. 134. Verres avaritia hiante atque imminenti fuit. 2. ad Her. 19. Crebræ vocalium concursiones, quæ vastam et hiantem orationem reddunt, Orat. 32. Mutila quædam et hiantia loqui. Part. 21. Disjuncti atque hiantes concursus literarum.

Hio, as, *hiare, est apertum esse, maleque hærere, et disjunctum esse,* χάζω, χαίνω. 2. de Fin. 8. Omnes jucundum motum, quo sensus hiarent, Græce ἡδονὴν, Latine voluptatem vocant, *aliter,* Hilarentur. Ver. 3. 8. Huic homini si cujus domus patet, utrum ea patere, an hiare ac poscere aliquid videtur? Orat. 152. Poetæ, qui ut versus facerent, sæpe hiabant, ut Nævius.

Hippocentaurus, ri, *monstrum poeticum.* 1. de Nat. 106. Quid interest, ut de Hippocentauro, an de Deo cogitemus? 2. de D. 48. Hippocentaurus, qui nunquam fuit.

Hippocrates, tis. 3. de Orat. 130. Hippocrates ille Cous. 16. Att. 14. Desperatis vetat Hippocrates adhibere medicinam. Incer.

Hippocrates nobilissimus medicus scriptum reliquit, &c.

Hipponacteus, a, um. 8. Fam. 24. Præconium Hipponacteum. Orat. 189. Hipponacteos *versus* effugere vix possumus.

Hirpinus, a, um. 2. cont. Rul. 8. Ager Hirpinus. 1. de Div. 79.

Hirsutus, a, um, *horridus, asper*, λάσιος, δασύς. 2. de Natu. 121. Animantes quædam spinis hirsutæ.

Hirudo, inis, *sanguisugam vulgus vocat*, βδέλλα. 1. Att. 13. Illa ærarii hirudo.

Hirundo, inis, *avis*, χελιδών. 4. ad Her. 62. Hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt.

Hisara, æ, *fluvius*. 10. Fa. 15. In Hisara flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum &c. 11. 13. Si quo etiam casu Hisaram se trajecerint. *Alii*, Isara scribunt.

Hisco, is, *aperio*, χάσκω. 2. A. 111. Responderene ad hæc, aut omnino hiscere audebis?

Hispalis, *urbs*. 13. Att. 20. 10. Fam. 32.

Hispania, æ. 15. Fam. 19. Quid in Hispania geratur, rescribe. 16. Att. 2. Ulterior Hispania. Pro Cor. 34. Et duæ Hispaniæ.

Hispaniensis, se. 2. Fam. 16. Neque ego hunc Hispaniensem casum expecto, de quo mihi exploratum est. 3. de Nat. 24. Æstus maritimi Hispanienses, vel Britannici. Pro Pomp. 28. Hispaniense bellum. Con. C. Ant. Hispaniensis pugiunculus.

Hispanus, a, um. 4. A. 3. Cæsar exercitum invictum ex Hispanis militibus conduxit. De Ar. 19. Nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superamus.

Hister, ri, *vel* Ister, *Danubius*. Orat. 152.

Historia, æ, *annales, memoria publica, memoria rerum veterum, commemoratio antiquitatis, monumenta rerum veterum, monumenta temporum, locorum, hominum, rerum gestarum, seculorum memoria*, ἱστορία, συγγραφή. 2. de Orat. 62. Prima est historiæ lex, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid vere non audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. *Ibid.* 36. Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis. Orat. 66. Historia, in qua et narratur ornate, et regio sæpe aut pugna describitur: interponuntur etiam conciones et hortationes: sed in his tracta quædam et fluens expetitur, non hæc contorta et acris oratio. De Cl. 262. Nihil est in historia pura et illustri brevitate dulcius. *Ibid.* 62. Quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior: multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt. 2. de D. 69. Simiæ Dodoneæ improbitatem historiis Græcis mandatam esse demiror. 2. de Orat. 51. Summi Oratoris est scribere historiam. *Ibid.* 52. Historia nihil aliud erat, nisi annalium confectio. 5. Fam. 12. Videbam Italici belli historiam jam pæne a te esse perfectam. 1. de L. 5. Herodotus pater historiæ. *et ibidem de historia multa.*

Adjunct. *Finitima, mendacior, pura, plena exemplorum, testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia veritatis, perpetua.*

Historicus, ci, *rerum gestarum atque memorabilium scriptor*, ἱστορικός. Top. 78. Philosophi, Poetæ, et Historici. Pro Mur. 16. Homines literati et historici.

Histrio, onis, *veritatis imitator, comædus, tragœdus, scenicus*, ὑποκριτής. 1. de Orat. 18. Actio sola per se quanta sit, histrionum levis ars et scena declarat. Parad. 3. Histrio si paulo se moveat extra numerum, aut versus pronunciatus est una syllaba longior, aut brevior, exsibilatur. 3. de Finib. 24. Histrioni actio, saltatori motus est certus datus. De Senect. 69. Nec histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur. Pro Q. R. 30. Qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenerat comœdos. 2. de Or. 193. Oculi hominis histrionis. 1. 258. Roscius et Æsopus histriones clari.

Adjuncta. *Deterior, exercitatus, novissimus, pessimus, vetus.*

Hiulce, διεσχασμένως. 3. de Or. 42. Aspere, vaste, rustice, hiulce loqui.

Hiulcus, a, um, *hians*, κεχηνώς. Orat. 150. Ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. 3. de Orat. 169. Ne asper verborum concursus sit, neve hiulcus. *Lege*, Hiatus.

HO

Hoc, *eo*, διὰ τοῦτο, τοσούτῳ. 3. de Orat. 141. Sin eos disjungunt, hoc erunt inferiores, quod, &c. 1. Att. 13. Atque etiam hoc magis, quod, &c. 9. 8. Consilio tuo utar libenter, et hoc libentius, quod, &c. 10. Fam. 9. Certe hoc majus habes testimonium amoris mei, quo maturius, &c. 4. 4. Atque hoc ipso melior est tua, quam nostra conditio, quod, &c. *Ibid.* 13. Hoc scribo parcius, quod, &c. *Lege*, Eo.

Hoc est, *id est*, δηλαδή. Pro Cæc. 19. Fundus, quem quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus veniit, possedi. Pro Milo. 24. Ad præturam gerendam, hoc est, ad Remp. evertendam. Pro Cæc. 74. Usucapio fundi, hoc est, finis sollicitudinis. *Ibid.* 100. In exilium, hoc est, in aliam civitatem. Pro Sull. 49. Honos amplissimus familiæ vestræ, hoc est, Consulatus parentis tui. 2. A. 70. At quam crebro usurpat, et Consul et Antonius? hoc est dicere, et Consul, et impudicissimus. 5. Fam. 12. Quod si a te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit. Div. 11. et pro Quin. 76.

Hodie, *hoc die, hodierno die, nunc, hoc tempore*, τήμερον. Act. 1. Ver. 31. Nonæ sunt hodie Sextiles. 14. A. 14. Per idus Quin-

tiles, qui dies hodie est. 4. Acad. 3. Ut hodie stet Asia Luculli institutis servandis. 9. Fam. 22. At hodie penis est in obscœnis. Pro Flac. 72. et pro Cœl. 3. Hodie: *pro*, nunc.

Hodiernus, a, um, ἡ τήμερον ἡμέρα. 3. de Orat. 78. Disputatio hesterni et hodierni diei. 4. A. 7. Quod ex hodierno ejus edicto perspicere potuistis. 3. C. 20. Neque a nobis ante hodiernum diem collocatum est.

Homericus, a, um. 3. Tusc. 62. Agamemnon Homericus. 2. de Div. 81. Homericus Ajax. 1. de Div. 52. Homericus versus.

Homerus, ri, *poeta, qui Lycurgi temporibus fuit*. 5. Tuscul. 114. Traditum est, Homerum cæcum fuisse. 3. Off. 97. Homerus optimus author. De Clar. 40. Homerus, cujus etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum. 3. de Orat. 135. Pisistratus Homeri libros antea confusos sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Pro Arch. 19. Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi suum esse confirmant: itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. 2. de Fin. 115. Non existimes, non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, sed Phidiam, Polycletum, Zeuxin, ad voluptates artes suas direxisse. 2. de Nat. 166. Quæ ratio poetas, maximeque Homerum impulit, ut principibus heroum, Ulyssi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos deos discriminum et periculorum comites adjungeret. 1. Tusc. 3. Siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam. 3. de Nat. 41. Non video, quo pacto ille, cui in monte Oetæo illatæ lampades fuerint, ut ait Accius, in domum æternam patris ex illo ardore pervenerit; quem tamen Homerus conveniri apud inferos facit ab Ulysse, sicut cæteros, qui excesserant vita. 5. Tuscul. 7. Qui a Græcis σοφοὶ, sapientes a nostris et habebantur et nominabantur, et multis ante sæculis Lycurgum, cujus temporibus Homerus etiam fuisse ante hanc urbem conditam traditur, etiam heroicis ætatibus Ulyssem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos sapientes. De Sen. 54. De qua (*Agricultura*) doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante seculis fuit, Laertem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, et eum stercorantem facit. 2. de Div. 132. Ille vero nimis etiam obscurus Euphorion, at non Homerus. uter igitur melior? *Ibid.* 25. Hoc sentit Homerus, cum querentem Jovem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset. 5. de Fin. 49. Mihi quidem Homerus hujusmodi quiddam vidisse videtur in iis, quæ de Sirenum cantibus finxerit; neque enim vocum suavitate videntur aut novitate quadam, et varietate cantandi revocare eos solitæ, qui prætervehebantur, sed quia multa se scire profitebantur, &c. 2. de Div. 97. At certe nemo similis Homeri. 3. Tus. 65. *Homeri versus. Ibid.* 18. Itaque non inscite Heracleotes Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homerum Achilles queritur. 8. de Rep. In frag. *Ex D. August.* Ex quo intelligi potest, permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum, ut jam doctis hominibus, ac temporibus ipsis eruditis ad fingendum vix quidquam esset loci. 4. *teste Nonio.* Ego vero eodem, quo ille Homerum redimitum coronis, et delibutum unguentis, emittit ex ea urbe, quam ipse sibi fingit. Pro Arch. 24. O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris. De Cla. 40. Neque enim jam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulyssi tribuisset Homerus et Nestori, (quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem) nisi jam tum esset honos eloquentiæ; neque ipse poeta hic tam idem ornatus in dicendo, ac plane Orator fuisset. Orat. 109. An ego Homero, Ennio, reliquis Poetis, et maxime tragicis concederem; ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur, crebroque mutarent &c. De Cla. 71. Nec dubitari debet, quin fuerint ante Homerum Poetæ: quod ex iis carminibus intelligi potest quæ apud illum et in Phæacum, et in procorum epulis canuntur. 13. Fam. 15. Itaque ab Homeri magna loquentia confero me ad vera præcepta, &c. 9. Att. 8. Hic ego vellem habere Homeri illam Minervam simulatam Mentori, cui dicerem: *Μέντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ' προσπτύξομαι αὐτόν.* 1. Tusc. 79. Credamus Panætio a Platone suo dissentienti; quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum Philosophorum appellat, hujus hanc unam sententiam, de immortalitate animorum, non probat. 3. Fa. 11. Ut enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat: sic tu (libet enim mihi jocari) quod disertum non erit, ne putaris meum.

Homicida, æ, *sicarius*, ἀνδροφόνος. 2. A. 31. Fateor, eos plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse.

Homicidium, dii, *cædes*, ἀνδροφονία, μιαιφονία. 2. A. 30. Statue, utrum illi, qui, &c. homicidii rei sint, an vindices libertatis.

Homo, inis, *mortalis, persona, vir*, ἄνθρωπος, θνητὸς, ἀνὴρ, φώς. 3. de Rep. *teste Augustino, lib. 4. contra Pelagium.* Homo non ut a matre, sed ut a noverca natura editur in vitam corpore nudo et fragili et infirmo: animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tamen inest tanquam obrutus quidam divinus ignis ingenii et mentis. In Hortensio, *teste Augustino, lib. 4. contra Pelagium.* Ex humanæ vitæ erroribus et ærumnis fit, ut interdum veteres illi sive vates, sive in sacris initiisque tradendis divinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur; verumque sit illud, quod est apud Aristotelem, si-

mili nos affectos esse supplicio, atque eos, qui quondam, quum in prædonum Hetruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur; quorum corpora viva cum mortuis, adversa adversis accommodata, quam aptissime colligabantur: sic animos nostros cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis esse conjunctos. 1. de Leg. 23.*Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem. 1. Off. 11. Homo, qui rationis est particeps. 1. de Leg. 26. Natura cum cæteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad cœlique quasi cognationis et domicilii pristini conspectum excitavit. 2. de Nat. 37. Homo ortus est ad mundum contemplandum et mirandum. *Ibid.* 140. Deus homines humo excitatos, celsos et erectos constituit, ut deorum cognitionem, cælum intuentes, capere possent. De Univers. 36. Homines deorum immortalium quasi gentiles sunt, et divini generis appellantur, et omnium animantium tenent principatum. 1. Off. 22. Homines hominum causa generati sunt, ut ipsi inter se, alii aliis prodesse possent. 2. Tusc. 53. Ita et tulit dolorem ut vir, et ut homo majorem ferre sine causa necessaria noluit. Pro Rab. 26. An non intelligis, quos homines, et quales viros arguas? 4. Fam. 5. Quoniam homo nata fuerat. Pro Cluent. 199. Mater, cujus ea stultitia est, ut eam nemo hominem appellare possit. Pro Domo, 97. An poteram inficiari, me esse hominem, et communem naturæ sensum repudiare? 3. Off. 26. Quid cum eo disseras, qui hominem ex homine tollat? 13. A. 1. Eumque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. 2. Off. 50. Diri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. 1. Quint. Frat. 2. Hominum ingenia ad fallendum parata. De Arat. 5. Stipes ille, qui quorum hominum esset, nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. 3. Att. 7. Aveo scire, quid hominis sit. 6. 2. Nescio quid sit hominis. 3. Fa. 7. Homo summa prudentia, multa etiam doctrina. 2. de Orat. 271. P. Mummium cuivis tempori hominem esse. 2. Fa. 15. Homo adolescens. 1. de Leg. 61. Homo se non unis mœnibus circundatum, popularem alicujus definiti loci, sed civem totius mundi, quasi unius urbis, agnoscat. 10. Att. 13. Quoniam homo est. *id est, erravit ut homo, et nihil novi ei accidit.* 3. 14. Si homo vis esse, recipe te ad nos. 1. de Nat. 16. Homo in primis acutus. 4. Acad. 61. Homo amicissimus. 3. Off. 52. Homo apertus, simplex, ingenuus, justus. 2. de Finib. 102. Homo bellus et humanus. 4. Acad. 75. Homo clarus, nobilis. 1. 21. Homo cum hominibus humana societate conjunctus. *Ibid.* 1. Homo et studiis iisdem, et vetustate amicitiæ cum aliquo conjunctus. 1. Tuscul. 69. Homo quasi et contemplator cœli ac deorum, ipsorumque cultor. 1. Fam. 5. et 413. Contemptus et abjectus homo. 1. Div. 68. Homo cum primis prudens atque doctus. 4. Acad. 14. Homo doctus et copiosus, et paratus. 1. de Finib. 12. Democritus homo eruditus, in Geometriaque perfectus. *Ibid.* 13. Homo omni doctrina eruditus. 4. Tuscul. 36. Homo frugi omnia recte facit. De Petit. Cons. 6. Homo gratiosus apud aliquem. *Ibid.* 24. Homo gratiosus in foro, navusque. *Ibid.* 14. Homo illustris honore ac nomine. 3. Off. 31. Homo iners atque inutilis. 1. de Finib. 52. Homo infans atque impotens. 9. Att. 17. Homo non infans. 3. de Finib. 57. Homo ingenuus et liberaliter educatus. 1. Tuscul. 15. Homo insulsus. 4. Acad. 11. Homo natura lenissimus. Læli. 93. Homo levis atque fallax. 3. Tusc. 18. Homo moderatus et temperans. 2. de Fin. 39. Homo ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intelligendum et agendum est natus, quasi mortalis deus. 1. de L. 62. Homo ad civilem societatem natus. 3. de Finib. 68. Homo ad tuendos conservandosque homines natus. 1. de Natur. 79. Est enim vis tanta naturæ, ut homo nemo velit nisi hominis similis esse. 1. Tuscul. 4. Homo nobilissimus. De Petit. Cons. 4. Homo novus. De Univers. 38. Homo qui recte et honeste curriculum vivendi a natura datum confecerit, ad illum astrum, quo, quum aptus fuerit, revertetur. Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet. *Ibid.* 39. Et si ne tum quidem finem vitiorum faciet, gravius etiam jactabitur, et suis moribus in simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur: neque malorum terminum prius aspiciet, quam illam sequi cœperit conversionem, quam habebat in se ipse, ejusdem et unius, simul innatam et insitam. 1. de Leg. 59. Homo, qui se ipse norit, aliquid sentiet se habere divinum, ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit, tantoque munere deorum semper dignum aliquid et faciet et sentiet. *Ibid.* 41. Homo qui nihil timet, nisi vel testem, vel judicem, quid faciet in tenebris? quid in deserto loco nactus quem multo auro spoliare possit imbecillum atque solum? 9. Att. 6. Quid homo quisquam possit? vix jam deus. 4. Acad. 143. Homo opiniosissimus. 2. de Nat. 37. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum, et imitandum deum. 1. Acad. 21. Homo quasi pars quædam civitatis et universi generis humani. 2. de Nat. 18. Homo est mundi pars. *Ibid.* 37. Homo nullo modo perfectus, sed quædam particula perfecti. 4. Acad. 38. Homo valde studiosus et diligens. 3. Tuscul. 21. Homo summa potentia, summaque fortuna. 1. Off. 127. Summissus et abjectus homo. 3. 57. Homo versutus, obscurus, astutus, fallax, malitiosus, callidus, veterator, vafer. 2. Tuscul. 18. Homo voluptuarius. 3. Off. 30. Homo ad nullam partem utilis. 1. Att. 15. Non homo,

sed litus, atque aer, et solitudo mera. 5. Tuscul. 47. Qualis homo ipse, talis est ejus oratio. 1. Nihil minus hominis, quam non respondere in amore iis, a quibus provocere. 5. Att. 16. Quædam non hominis, sed feræ nescio cujus immanis monstra. 4. Fam. 4. Repente Cæsar præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa, negaturum. 1. de Leg. 29. Hominis quæcunque est definitio, una in in omnes valet. 1. de Natur. 48. Hominis figura omnium animantium formam vincit. 1. Off. 13. Hominis in primis propria est veri inquisitio atque investigatio. 1. de Leg. 17. Ab hominis natura repetenda est juris natura. 1. Off. 13. Hominis naturæ aptissimum, quod verum, simplex, sincerumque est. 2. ad Her. 4. Hominis vitam, cum conjecturis res agitur, quomodo spectare oporteat. 1. Tuscul. 69. Hominis utilitati agri omnes et maria parentia. 2. 47. Homini nihil tam tetrum, nihil tam aspernandum, quam quod est turpe. 2. de Natur. 18. Homini rationem addidit natura, qua regerentur animi appetitus. Læl. 8. Homini constanti nullo casu contingere potest, ut ulla intermissio fiat officii. 2. de Legib. 19. Homini datur ascensus in cœlum ob mentem, virtutem, pietatem, fidem. 1. de Nat. 77. Homini homine nihil pulchrius videtur. Pro Sull. 25. Nisi forte regium tibi videtur ita vivere, ut non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli servias. 1. Off. 66. Quum persuasum sit, nihil hominem aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nullique neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ succumbere &c. 3. 24. Hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor. 5. Famil. 17. Hominem te et virum esse meminisses. De Univer. 6. Æquum est meminisse, et me, qui disseram, hominem esse; et vos, qui judicatis: ut si probabilia decentur, nihil ultra requiratis. 5. de Finib. 35. Hominem ex homine exuere. 1. Off. 11. Inter Hominem et belluam quid intersit. 8. Att. 11. Hominem certum de comitibus meis misi. 2. de Legib. 16. Hominem hunc omnino numerare non decet, quem astrorum ordines, quem dierum noctiumque vicissitudines, quem mensium temperatio, quemque ea, quæ gignuntur nobis ad fruendum, non gratum esse cogunt. 2. Fam. 14. Hominem occiderit oportet, qui vestra opera uti velit. 1. de Leg. 26. Hominem natura non solum celeritate mentis ornavit, sed etiam sensus tanquam satellites attribuit, ac nuncios: et rerum plurimarum obscuras ac necessarias intelligentias enudavit, quasi fundamenta quædam scientiæ, figuramque corporis habilem et aptam humano ingenio dedit. 15. Famil. 17. Hominem se præbuit in his malis. 7. 5. Hominem probiorem, meliorem virum, pudentiorem esse neminem. 11. 29. Quod tuum judicium nisi mea summa benevolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. 2. Qu. Fr. 10. Hominem te non putabo, si hoc feceris. 2. de Legib. 58. Hominem mortuum, inquit lex in duodecim tabulis in urbe ne sepelito, neve urito. 1. 27. Hominem principium reliquarum rerum esse voluit deus. 7. Att. 13, L. Cæsarem vidi Minturnis ad VIII. Calend. Febr. mane cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, &c. 3. de Legib. 35. Ab homine ignoto et sordido Gabinio lata lex tabellaria. 5. Tuscul. 111. Loquor autem de docto homine et erudito, cui vivere est cogitare. 1. de Finib. 15. Quot homines, tot sententiæ. 1. Off. 105. Sunt enim quidam, homines non re, sed nomine. 1. de Inv. Homines a bestiis quid differant. 1. de Orat. 32. Homines a feris sermone potissimum differunt. 1. de Leg. 24. Perpetuis cursibus, conversionibus cælestibus extitisse quandam maturitatem serendi generis humani: quod sparsum in terras atque satum, divino auctum sit animorum munere. Cumque alia, quibus cohærent homines, e mortali genere sumpserint, quæ fragilia essent et caduca; animum esse ingeneratum a Deo. Parti. 56. Homines, quibus rebus maxime moveantur. 1. de Legib. 33. Homines si, quo modo est natura, sic judicio, humani nihil a se alienum putarent, coleretur jus æque ab omnibus. 13. Att. 50. Homines visi sumus. *Ibid.* 24. Homines deorum agnatione et gente tenentur. *Ibidem.* 23. Homines cum diis lege consociati putandi sumus. Inter quos enim est communio legis, inter eos communio juris est: quibus autem hæc sunt inter eos communia, et civitatis ejusdem habendi sunt. 2. de Nat. 99. Homines quasi cultores terræ constituti. De Petit. Cons. 15. Homines excellenti gratia. 1. de Leg. 39. Homines sibi indulgentes, atque omnia, quæ sequantur in vita, quæque fugiant, voluptatibus et doloribus ponderantes, ab omni societate Reipub. cujus partem nec norunt ullam, nec unquam nosse voluerunt, facessant. Partit. 91. Homines multo magis mala fugiunt, quam bona sequuntur. 3. de Na. 49. Immortales esse ullos negabant, qui homines aliquando fuissent. Som. Scip. 6. Homines hac lege sunt generati, qui tuerentur terram. 9. Att. 10. Balbi, et Oppii, homines humiles, et amplissimi viri. 1. de Leg. 32. Homines justi natura tacti, ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes. 1. de Na. 87. Homines mediocres his non ita valde moventur. De Pet. Cons. 25. Homines municipales et rusticani. 2. Tusc. 41. Homines perditi. 1. Off. 46. Homines perfecti, pleneque sapientes. 2. de Fi. 51. Homines præstantissimis ingeniis. 2. Div. 54. Homines probi non solent amicis impendentes calamitates prædicere, quas illi effugere nullo modo possint. 5. Fi. 35. Homines protervi ac molles. 1. Off. 69. Homines severi et gra-

vea. 5. Tusc. 102. Homines tenues. 5. de Fi. 52. Homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum. 1. de Leg. 25. Ad hominum commoditates, ad usus, tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea, quæ gignuntur, donata consulto nobis, non fortuito nata videantur. *Ibid.* 16. Hominum conjunctio, et naturalis societas inter ipsos. Part. 91. Hominum genus ad honestatem natum malo cultu, pravisque opinionibus corruptum est. 1. de Leg. 52. Hominum genus omne inter se sociatum. Part. 90. Hominum duo genera. 1. de N. 11. Hominum interitu sententiæ quoque non occidunt. Brut. 84. Hominum mos est, ut nolint eundem hominem pluribus excellere. Pro Deiot. 33. Hominum more inimicitias gerere. 14. Att. 15. Non hominum vitia collegi, sed rerum. 2. Off. 17. Homines plurimum hominibus et prodesse et obesse. 1. de Leg. 32. Homines meliores efficit recte vivendi ratio. *Ibidem.* 28. Homines ad justitiam esse natos, neque in opinione, sed natura constitutum esse jus. 5. Fa. 16. Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut, &c. 1. Div. 64. Homines tribus modis deorum appulsu somniare. 16. Att. 21. Homo familiarissimus, et mihi omnibus rebus conjunctissimus. Ver 2. 192. At hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimumque defendit. Horten. Homo ditissimus, amœnissimus, delicatissimus. 1. de Leg. in Frag. Omnes homines inter se natura confusi, pravitate dissentiunt, nec se intelligunt esse consanguineos, et subjectos sub unam eandemque tutelam. Quod si teneretur, Deorum profecto vitam omnes viverent. 3. Acad. In tanta animalium varietate homini soli cupiditas ingeneratur cognitionis et scientiæ. In L. Pison. Quæ te belluam ex utero, non hominem fudit. Pro C. Corn. 1. Prospectat Cominius, quid agatur: Videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos. Hortens. Quantum inter se homines studiis, moribus, omni vitæ ratione differant.

Adjuncta. *Abjectus, et semivivus, austerus et gravis, incolumis, amplissimus, atque ornatissimus, eruditus, prudens, abundans consilio, facetus, perfectus, et politus, constans, facilis, et valde venustus, pugnax, impurus, indignissimus, infirmissimus ac desperatissimus, ingeniosus, atque eruditus, perditus et furiosus, perpolitus, promptissimus, religiosus, et sanctus, timidus ac tremens, turpissimus, non vecors, non furiosus, non mente captus, abjectus, et perditus, clarus, obscurus, fortis, et animosus, carus, conjunctus, demens, ignarus atque expers, effœminatus, injustus, otiosus, paratissimus, sapiens, et alta quadam mente præditus, stultissimus, valens, absolutus, et perfectus, ingenuus, gravis, dignus familiaritate, mitior, et illustrior, horridior, et asperior, durior et oratione, et moribus, abundans doctrina, admirabilis, callidus, et nulla re tyro, et rudis, peregrinus, atque hospes, consularis, dives, elegans, et ornatus, doctus et deditus Philosophiæ, eloquens, jurisperitus, eloquentissimus, inconcinnus, mediocris, nec omnino rudis, hæsitans lingua, absonus voce, agrestis vultu motuque corporis, habilis, hebes, ac rudis, ingeniosissimus, et otiosissimus, litigiosus, ornatus, et gravis, perfacilis, perpugnax, perfectus, et perpolitus, præstantissimus, prudens et gravis, remotus a dialecticis, satis exercitatus, socius consiliorum, et summa familiaritate conjunctus, stultus, sapiens, a juris studio non abhorrens, suavis, et ornatus, fœdus, abundans otio, collega et familiaris, cupidus et locuples, doctus et perurbanus, eloquentior, et disertior, fortior, non hebes, neque inexercitatus, neque expers communium literarum, ingeniosus, ac memor, literatus, nobilissimus et eloquentissimus, peritus, sanus, vehemens, et disertus, et imprimis fortis, idoneus, egentissimus, humilis, infans, pudens, acerbior, acutior, æquissimus, et remotissimus a cupiditate, alienus a literis, certus, diligens, clarissimus, probatissimus, ornatissimus, contumacior, crudelior, crudelissimus, frugalissimus, atque integerrimus, gravior atque honestior, honestus et nobilis, certissimus, honestissimus, locupletissimus, ingeniosus, et peracutus, inhumanior, insidiosior, liberalis, locuples, miser, innocens, nefarius, pauperrimus, præditus amentia, et audacia, studiosissimus, cupidissimusque existimationis, superbior, acerrimus, avarus, et furax, neque carus, neque calamitosus, carissimus, et amicissimus, censorius, disertus, atque eruditus, ingenio affluens, et acutus, expeditus, eruditissimus, acutissimus, maxime limatus, atque subtilis, juris peritissimus, expers veritatis, facetus, et dicax, facetus, atque salsus, venustissimus, et urbanissimus, gravissimus, et severissimus, festivus, humanissimus, improbus et perfidiosus, impudens, non impudens, nec inverecundus, ineptus, instructissimus, inurbanus, minime malus, melior, nobilis, sed admodum stultus, patiens, et lenis, politus, et eruditus, et urbanus, ridiculus, seditiosus, furiosusque, suavis, subtilis et acutus, magis abundans verbis, quam sententiis, promptus, paratus, liber, præditus divina mente, privatus, popularis, singularis, ingeniosus.* ✕. *tardus, acerrimus, et fortissimus, alacris, atque lætus, humilis, atque demissus, amens, et perditus, arrogans, avarissimus, et libidinosissimus, audax, obscurus, desperatus, nimium diligens, expectatus, cognitus, idoneus, litigiosus, nocentissimus, pecuniosissimus, paratior, vigilantior, compositior, perditissimus, atque alienissimus, perniciosus, prætorius, sapientissimus, atque amplissimus, disertissimus, frigidus, nugax, occupatus et celerrimus, imbecillus, infirmus, insolentissimus, ineptior, temperatior, tardus, et parum efficax, audacissimus, detestabilis, expers humanitatis, ferreus, impius, diis hominibusque hostis, indoctus rerum, luxuriosus, nequam audaxque, nequissimus, fidelis, constans, et gravis, ineruditus, malevolus, invidus, difficilis, maledicus, monstrosus, amator, petu-*

lans, ignavus, valde pertinax, sceleratior, acutus, et exercitatus, acutior, expeditus, inops, abjectus, acutissimus, ambitiosus, auguralis, consularis, creber, debilis, elinguis, doctus, excultus atque expolitus, facetus, effervescens, humilior, ignotus, repentinus, peracutus, et callidus, ridiculus, impurus, indoctus et rudis, inscius, et rudis, literatus, bene peritus, loquax, et acutus, solutus, et mollis, ornatus, atque elegans, ornatior, acriorque, peracutus, et abundans verbis, perargutus, et disertus, perfectus literis Græcis, fastidiosus Latinorum, peringeniosus, religiosissimus, sapiens et rectus, severus, ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus, simplex, studiosus literarum, et non imperitus, solutus, atque expeditus, subtilior, jejunior, turbulentus, vehemens, et acer, acutus magis quam eruditus, felicissimus, valde idoneus, mirus, loquacissimus, minime aptus, municipalis.)(.rusticanus, vigilans et industrius, valde acutus et multum providens, familiarissimus, gravis, et certus, mitior, peritissimus, sapientissimus, atque amicissimus, acutissimus, impudentissimus, acerrimus, ærumnosissimus, alienissimus, sordidissimus, et turpissimus, avarus, amplissimus, et nobilissimus, cautus, clarissimus et potentissimus, constantior, cupidior, sumptuosus, callidus, perfidiosus, miserrimus, invictissimus, eloquentissimus, et sapientissimus, exercitatus, honestus, prudensque, honestus et ornatus, præditus summo splendore, honestissimus, et sapientissimus, infamis, ingeniosus et exercitatus, integer, nequam et improbus, et contaminatus, nocentissimus, popularis atque turbulentus, potens et gratiosus, præposterus atque perversus, præstantior, prudentior, peritior, diligentior, sanctior, prudentissimus, sanctus, et diligens, sanctus, et probus, tristis, atque oscitans, turpissimus, vehemens, et calidus, affabilis, et jucundus, honoratus, versutissimus et patientissimus, fortis et temperans, perfectus, et sapiens, adversarius, æger, affinis, amens, ac perditus, petulans, libidinosus, calamitosus, ferus, ac perinhumanus, improbus, supplex, inconstans et levis, lenissimus, misericors, ac mitis, necessarius, robustus, vehemens, atque fortis, et inexorabilis, amicissimus, et gravissimus, amplissimus, asperior, astutus, et levis, comis, constans, eruditissimus, et pene divinus, excellens in omni virtute, fortunatus, gravior, gravissimus, honestus et integer, non infimus, ingeniosissimus et copiosissimus, non inops, neque infirmus, integerrimus, lætissimus, literatus, et historicus, magnus, et excelsus, miser, moderatus et temperatus, occupatus, prudentissimus, summa honestate, ac dignitate præditus, sapientissimus atque ornatissimus, sceleratissimus, sordidus, confectus morbo, amans, amantissimus, doctus, doctior, dulcis, durior, edax, facilis, familiarissimus, valde honoratus, pernecessarius, ridiculus, non satis animosus, sed prudens, appetens, atque avidus, avarissimus atque audacissimus, exercitatissimus paratissimusque, moderatus, gnavus et industrius, peritissimus exercitatissimusque, appositus, asper, comis, justus, liberalis, abstinens, comes, sociusque, inexorabilis, et inhumanus, et crudelis, potentissimus, restrictus, et tenax, sceleratissimus ac nefarius, severissimus et gravissimus, splendidissimus, summus et ornatissimus, alienus, alienigena, charissimus, et familiarissimus, castus, moderatus, sanctus, benignus, facilis, idoneus, non imperitus, non rudis, non ignarus, innocentissimus, ignobilis, novus, libertinus, natus ad singularem quandam facultatem, præstans gravitate, prudentia, minime ambitiosus, bonus, et amicus, conjunctissimus, frugi, et modestus, probatus, gratus, memor, gratissimus, jucundissimusque, honestissimus atque gratissimus, innocens, intimus, maximeque necessarius, modestus et prudens, perdignus, politissimus, pudens, et officiosus, aptissimus, arrogantissimus atque inimicissimus, carus et maxime jucundus, castus ac non cupidus, despectus, et perditus, desperatus, desperatissimus, nimium ferox vehemensque, flagrans, florens, furibundus ac perditus, gravis, et honestus, gravis, et magnus, imperitissimus, impurus, infimus, ac tenuissimus, infamis, intemperans, integer, et sanus, et bene constitutus, improbus, furiosus, sapiens et sanctus, et severus, supplex, abjectusque, teter, truculentus, terribilis, tristis, taciturnus, subhorridus, atque invictus, avidissimus laudis, vitiosus, iners, somni plenus, imperitus, tardior, claudus, lentus, perversus, barbarus ac dissolutus, deterrimus, et impudentissimus, bellus, clemens popularisque, confidens et impotens, conscius, cupidus, consideratus, rectus, prudens, frugi, justus, magnanimus, largus, beneficus, facinorosus, contumeliosus, deditus religioni, gentilis, deformis, dissimilis, ejectus, litigiosus, negligens, dissolutus, ebriosus, et mulierosus, effrænatus, et pene demens, elegans, flagitiosissimus, infestus, fœdus et flagitiosus, gladiator, formosus, gratiosus, importunus, inconsideratus, infelicior, inquinatus, luculentus, operarius, procax, profligatus, propensus, prolixior, propinquus, proscriptus, quietus .)(. insanus, pecuniosus .)(. tenuis, rudis, sagax, solers, sordidatus, minime vafer, verecundus, violentus, volubilis, voluntarius, urbanus, utilis.

Syntaxis. *Quorum hominum ille sit, ignoramus. Quid hominis ille est? Homo cum hominibus humana societate conjunctus. Homo in geometria perfectus. Mortuus est, quia homo natus fuerat. Quid homo quisquam potest? Homo nemo. Hominem certum de meis mittam. Hominem te non putabo, si, &c. Homo hac lege generatus, qui tueretur terram. Homo homini Deus, homo homini lupus.*

Homologia. *Lege*, Convenientia.

Homulus, ἀνθρωπάριον. I. P. 59. Hic homulus ex argilla et luto fictus.

Homuncio, onis, ἀνθρώπιον. 4. Acad. 134. Deus ille, &c. homuncio hic, &c.

Homunculus, li, ἀνθρωπίσκος. 1. Tusc. 17. Homunculus unus e multis. 1. de N. 123. Homunculis similem Deum fingere. 4. Fa.

5. Hem nos homunculi indignamur. 5. Tusc. 64. Ex eadem urbe humilem homunculum a pulvere et radio excitabo, qui multis annis post fuit, Archimedem.

Honestas, tis, *honestum, dignitas, decus, laus, καλὸν, καλοκἀγαθία, κόσμιον* .)(. *Turpitudo.* 3. Off. 35. Honestas omni pondere gravior est habenda, quam cætera omnia. 1. 4. In officio colendo sita est vitæ honestas omnis, et in negligendo turpitudo. 3. Off. 191. Nusquam possumus nisi in laude, decore, et honestate utilia reperire. 7. Att. 11. O hominem amentem et miserum, qui ne umbram quidem nunquam τοῦ καλοῦ viderit! ubi enim est dignitas, nisi ubi honestas? 1. Off. 17. Honestatem et decus conservare. Pro Qu. 99. Quam existimationem, quam honestatem in judicium attuli, &c. Pro R. P. 44. Aliquis honestate spoliatus. *Ib.* 24. Virtus et honestas et pudor cum Coss. esse cogebat. Pro Sest. 109. Causa, in qua omnes honestates civitatis, omnes ordines una consentiunt. 7. A. 14. Autoritas Senatus decus, honestatem, laudem, dignitatem desiderat. 2. de Finib. 35. Finis expers honestatis. 2. Tuscul. 58. *De honestate pulchra.* 2. de Inven. 156. Honestas cum utilitate in deliberativo genere finis est. *Ibidem.* Honestas in demonstrativo causæ genere finis est. Top. 91. et Partit. 71. Honestas laudationum finis. 4. Acad. 139. Honestas in voluptate contemnenda consistit. 1. Off. 152. Omnis honestas manat a partibus quatuor: quarum una est cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis. 3. 35. Pro Arch. 24. Honestas sola in vita expetenda, ut Zenoni visum est. 2. de Finib. 47. Honestas dictorum atque factorum. Pro Flac. 48. Honestas hominis. 3. Qu. Fr. 1. Honestas testudinis. 2. Tusc. 58. Honestatis si quasi lumen aliquod aspexerimus, nihil est, quod, ut eo potiamur, non parati simus et ferre et perpeti. *Ibid.* Honestatis natura sumus studiosissimi, appetentissimique. Pro Rosc. Amer. 114. Honestatem amittere. 7. Fa. 11. Honestatem et facultates tuas augeas: *id est, dignitatem.* 1. Off. 17. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quendam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus. 4. Aca. 140. Honestatem cum voluptate, tanquam hominem cum bellua copulare. *Ibid.* 138. Qui honestatem cum primis naturæ commodis conjunctam, summum bonum ponunt, invidiosum voluptatis nomen fugiunt: sed in vicinitate versantur. 5. Tusc. 44. Honestate una vitam contineri beatam. Pro Mur. 87. Nolite per deos, &c. eum etiam cæteris ante partis honestatibus atque omni dignitate, fortunaque privare. Acad. Hominem natum ad nihil esse aliud, quam honestatem: ipsam suo splendore in se animos ducere.

Adjunc. *Gravior, simplex, perfecta undique et absoluta, summa, vera.*

Syntaxis. *Honestatem conservare, amittere. Honestate spoliare, privare. Vitæ honestas sita est in officio colendo. Honestas dictorum atque factorum. Honestatis studiosum esse. Honestatibus ante partis privari.*

Honeste, *decore, κοσμίως.* 6. Att. 1. Illi valde honeste se gerunt. 3. Qu. Fr. 1. Id tectum nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus. 3. Off. 9. Honestius hic quam Qu. Pompeius.

Honestandus, a, um. 2. Off. 21. Quæcunque homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum. 1. 139. Non domo dominus, sed domino domus honestanda est. 2. ad Her. 28. Rei honestandæ, et collocupletandæ causa.

Honestatus, a, um. Postq. in Senat. 2. Senatus, a quo sæpe magnificentissimis decretis sumus honestati.

Honesto, as, *decoro, orno, κοσμέω, τιμάω, καλλύνω* .)(. *Contamino.* Pro Dom. 81. Ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes. Pro Rab. 24. Imagine mortem alicujus honestare. 4. C. 20. Tanta laus, quanta vos me vestris decretis honestavistis. *Ibid.* et 1. de Invent. 112. Honestare beneficium. 1. C. 29. Qui Saturnini sanguine non modo se non contaminaverunt, sed etiam honestaverunt. Incert. Cæsar cum quosdam ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit. Postqu. in Sen. 22. Quemadmodum calamitatem meam non modo levaret, sed etiam honestaret.

Honestor, aris. Pro Mur. 70. Si interdum ad forum deducimur, si uno spatio honestamur.

Syntaxis. *Hominem augere, et honestare. Rem honestare, et locupletare. Honestare beneficium, mortem.*

Honestus, a, um, *decorus, honoratus, κόσμιος, εὐπρεπής, καλός* .)(. *Inhonestus.* De Clar. 280. Qui honorem sententiis et suffragiis adeptus est, is mihi et honestus et honoratus videtur. Ver. 3. 156. Conventus honestus Syracusis. Pro Mur. 73. Q. Tubero honestus homo et nobilis. 12. Fa. 25. Honestus vir. Ver. 3. 67. Honesta civitas. Pro Mur. 115. Ampla et honesta familia. 13. Fam. 4. Honestum municipium. 3. ad Her. 3. Honestæ utilitatis species. 2. Fam. 15. Cæsarem honestum esse cupio. 11. 3. Cupimus in libera repub. magnum atque honestum te esse. *id est, tueri dignitatem tuam.* 16. 9. Si minus cum honesto aliquo homine, cujus autoritate navicularius moveatur, &c. 2. Tuscul. Qui quum esset bonis parentibus, atque honesto loco natus, &c. Pro Cæc. 71. Honesto et probabili nomine errorem objici. 8. Att. 11. Moderatori reip. beata civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. 3. Off. 95. Multa, quæ honesta natura videntur esse, temporibus fiunt non honesta. Postq. in Sen. 24. Cujus discessus omnibus honestis luctuosus tandem visus est. 1. Fa. 2. Post tuum discessum is dies primus nobis honestissimus fuerat in senatu.

Modestus, moderatus, σπουδαῖος, καλὸς καὶ ἀγαθὸς, μέτριος. Pro S. R. 16. Is pro eorum honestate pugnabat, propter quos honestissimus ipse inter suos numerabatur. *Ibid.* 49. Vir honestissimus, vita rustica honestissima. De Arusp. 56. Optimi et honestissimi cives. Ver. 1. 128. Quid est aliud omnibus omnia peccata et maleficia concedere, nisi hoc, hominum honestissimorum testimoniis, et virorum bonorum tabulis non credere? Pro Mur. 13. Convivium moderatum atque honestum. 1. ad Her. 5. Honestum genus causæ.

Justus, conveniens, decens, dignus, δίκαιος, ἴσιος. Pro S. R. 7. Æqua et honesta postulatio. 3. ad Her. 3. Honesta utilitas.

Adverb. *Mirifice, sane, vere.*

Syntaxis. *Bonis parentibus, et honesto loco natus. Honestus, et nobilis. Convivium moderatum et honestum, genus causæ honestum, honesta postulatio.*

Honestum, *decens, fas, æquum, rectum, decorum, καλὸν, πρέπον, εὔσχημον.* 2. de Inven. 158. Quod autem totum, aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabimus. 5. Fin. 66. Honestum aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute. 3. 45. Honestum id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate, sine ullis præmii fructibus, per seipsum possit jure laudari. 1. Off. 14. Honestum etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit: quodque vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, laudabile esse natura. *Ibid.* 79. Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificoque quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. 1. de Leg. 48. Honestum omne sua sponte est expetendum. 1. Off. 62. Nihil honestum esse potest, quod justitia vacat. 10. Att. 4. Nihil bonum, nisi quod honestum. 5. Fam. 19. Nihil utile, nisi quod rectum honestumque sit. De Ami. 84. Neque quidquam nisi honestum et rectum alter ab altero postulabit. 14. Att. 6. Quid honestum mihi sit, quid liceat, quid expediat. 3. Off. 11. Quidquid honestum est, id utile censuerunt Stoici. 5. Tusc. 45. Parad. 1. Quod honestum, id solum bonum. 1. Off. 94. Quod honestum est, decet. 4. Acad. 131. Honestum, quod ducatur a conciliatione naturæ, Zeno statuit finem esse bonorum. 5. Finib. 64. Honestum, quod ex virtutibus exoritur, et in his hæret, per se expetendum. 3. Off. 33. Quod honestum est, id est maxime propter se expetendum. 2. 10. Quod honestum, id justum. *Ibid.* 32. Quod decorum, honestumque est, id per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commovet. 1. 14. Omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua &c. 3. 13. Honestum quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis, neque a virtute divelli unquam potest. 1. 55. Honestum, etiamsi in alio cernimus, tamen nos movet, atque illi, in quo inesse videtur, amicos facit. 16. Att. 11. Honestum et utile pugnare aliquando videntur. 1. Off. 14. Honesti forma si oculis cerneretur, ut ait Plato, mirabiles amores excitaret sapientiæ. 2. 47. Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. 4. Fin. Honesto nihil honestius. 5. Tusc. 45. Honesto detracto, quid poterit beatum intelligi? 1. Fin. 25. Recta et honesta quæ sint. 1. de Leg. 44. Honesta in virtute ponenda, in vitiis turpia. *Ibid.* 46. Honesta et turpia ad naturam sunt referenda. 4. Acad. 50. Honestis similia sunt quædam non honesta, et bonis non bona, et artificiosis minime artificiosa.

Honor, oris, et Honos, *ornamentum, gloria, laus, decus, amplitudo, dignitas, honestas, τιμὴ, δόξα, κλέος.* 2. de Leg. 58. Nostis extra portam Collinam ædem Honoris: aram in eo loco fuisse, memoriæ proditum est. ad eam cum lamina esset inventa, et in ea scriptum: Lamina Honoris: ea causa fuit ædis hujus dedicandæ. De Cl. 280. Honos est præmium virtutis, judicio studioque civium delatus ad aliquem. 1. Tuscul. 4. Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria: jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur. 1. Att. 1. Partit. 87. Laus, honor, gloria. 1. Qu. Frat. 1. Semper putavi honores, si vulgares essent, viles: si temporis causa constituerentur, leves. 10. Famil. 10. Is, qui vere appellari potest honos, non invitamentum ad tempus, sed pepetuæ virtutis est præmium. 15. 4. Mores atque vitam spectari solere in honoribus habendis, vel non habendis. Pro Dom. 46. Illi, quorum vita remota ab hoc honore populari, ab hac illustri gratia est. 5. Famil. 20. Habere honorem alicui. Pro Flac. 45. Cui nullus honos in sua civitate habitus est unquam. Pro Cæl. 5. Nemini unquam præsenti Puteolani majores honores habuerunt, quam M. Cælio. 3. A. 39. Ut pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur, et gratiæ referantur. Pro S. R. 137. Viris fortibus honos habitus est. 3. de N. 46. Vide ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus. 7. Att. 2. Chrysippum libenter vidi, et in honore habui. 11. Vereor, ne Cæsari nullus honos a Senatu habeatur. Ad Brut. 15. Huic habiti a me honores nulli quidem, Brute, nisi debiti, nulli nisi necessarii. 1. Q. Fr. 1. Aliquem esse diligentem, ut sibi honores habeantur. 16. Fam. 9. Curio misi, ut medico honos haberetur. De Clar. 32. Amplissimos vel maximos honores alicui rei esse habitos. 3. de Fin. 73. Tribuere honorem alicui. 1. Q. Fr. 1. Tribuere honores meritis alicujus. Pro Planc. 64. S. R. 136. Suum cuique honorem et gradum redditum esse gaudeo. Ver. 5. 35. Mihi honorem illum non solum datum, sed etiam creditum et commissum puto. 4. 81. Mandare honores hominibus novis. 2. A. 110. Cur honorem Cæsari tua lege datum deseri patimur? 10. Fam. 10. Is enim honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris

viris defertur et datur. Pro S. R. 77. Servi apud eum sunt in honore et pretio. 1. de Orat. 235. Hæc ars summo in honore semper fuit. 1. Tusc. 4. In summo apud Græcos honore geometria fuit. De Cl. 127. Hic epilogus tanto in honore pueris nobis erat, ut eum etiam edisceremus. 1. de N. 16. Philosophiæ, quæ in honore sunt. De Clar. 30. Gorgias magno in honore fuit. Pro S. R. 6. Qui apud vos in honore tanto sunt. 3. C. 2. Hic dies apud vos in honore esse debet. 1. Tusc. 3. Honorem Poetis non esse. De Cl. 40. Jam tum honos erat eloquentiæ. 2. Off. 58. Honori summo nuper nostro Miloni fuit, quod, &c. Pro Milon. 97. Beatos esse, quibus ea res honori fuerit a suis civibus. 8. Fam. 26. Adducere aliquid in honorem. 5. Att. 21. Ob hæc beneficia nullos honores mihi nisi verborum decerni sino. Ad Brut. 15. Decernere honores alicui. *Ibid.* 4. Accipere honores extraordinarios. 9. Att. 1. Recipere honorem ab aliquo. 1. de Orat. 232. Amplissimis honoribus et præmiis decorari. Ver. 4. 137. Qui honos apud Syracusios est amplissimus. 1. de Orat. 232. Qui honos apud Græcos maximus haberetur. Ora. 125. Ornatus ille, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. De Clar. 241. Ascendere ad honores. Pro Sul. 82. Nemo ex illo honoris gradu, &c. 7. Att. 2. Honore augeri aliquem. 3. de N. 87. Honoribus aucti, aut re familiari. De Ar. 56. Honorem augeri cuipiam. Pro Flacc. 52. Homo sine honore, sine existimatione, sine censu. 1. de Invent. 103. Homines honore usi. *id est, qui magistratum gesserunt.* 8. A. 32. Quanquam hoc honore usi, togati esse solent, cum est in sagis civitas. 1. Fa. 8. Cum honoribus amplissimis perfuncti essemus. 3. 11. Cursus honorum. Pro Deiot. 14. Cæsar Deiotarum amplissimo regis honore et nomine affecit. *Ibid.* 15. Deiotarus honore amplissimo ornatus. Pro S. R. 147. Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. 1. de N. 38. Res sordidas deorum honore afficere. 9. A. 8. Honorem mortuo, cui injuriam vivo fecimus, faciamus. 10. Famil. 10. Sit modo aliqua resp. in qua honos elucere possit, omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. 9. 22. Præfari honorem. *Ibid.* Nos autem ridicule si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est. Pro Q. R. 18. Hunc virum bonum esse dixisti, et honoris causa appellasti, quod nemo nisi aut honestissimo, aut amicissimo facere consuevit. Pro S. R. 6. Vir fortissimus et clarissimus L. Sulla, quem honoris causa nomino. 2. A. 30. Qui stillantem præ se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur. *Ibid.* 31. Cur honoris causa a te sunt appellati? Act. 1. Ver. 18. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam ignominiæ causa nominatum volo. 1. cont. Rull. 27. Turbulenta ratione honori velificari suo. *Ibid.* Quæ vitæ via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducat. De Provinc. 29. Eum ad summum honorem devocant. Postquam ad Quir. 16. Qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati. 3. de Nat. 49. Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam: Pro P. Opp. Honori multis fuit. Pro M. Scau. Iisdem honoribus usus. Frag. ep. Quæ es ab Senatu summo cum honore consecutus, De Consolat. Huic idem honos certe dicandus est. 2. Acad. Qui serius honores adamaverunt, vix admittuntur ad eos.

Adjunct. *Ambitiosus, eximius et prope singularis, amplior, et robustior, amplissimus, summus, communis, pristinus, contumeliosus, justus, continuus, debitus, divinus immortalisque, diuturnus, jucundus, extraordinarius, falsus, necessarius, honestissimus, incredibilis, infimus, jucundissimus, levis, vilis, vulgaris, magnus, major, maximus, meritus et debitus, novus, et singularis, paternus, et avitus, popularis, senatorius, superior, utilior, usitatus, pervulgatusque.*

Syntaxis. *Honorem vel honores alicui habere. In honore aliquem habere. Honorem alicui tribuere. Honorem et gratiam alicui reddere, dare, committere, credere, mandare, deferre. Esse in honore. Magnus divitiis honor est. Honori hoc tibi erit a tuis. Honores accipere, recipere. In honorem, ad honores ascendere. Summum honoris gradum assequi. Honore despoliari. Vita remota ab honore populari. Adducere aliquid in honorem. Honores alicui decernere. Honoribus decorari, augeri. Honoribus uti, perfungi. Honore affici, ornari. Abundare honoribus. Præfari honorem. Honoris causa appellare aliquem. Sulla, quem honoris causa nomino. Alicujus memoriam honore Deorum immortalium consecrare.*

Honorabilis, le, *honorificus*, ἔντιμος, τιμητός. De Sen. 62. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia, salutari, appeti, deduci.

Honorarium, rii, *munus, quod honoris causa datur*, γέρας, τίμιον. I. P. 86. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? aut honorarii? si quidem potest vi et metu extortum honorarium nominari.

Honorabile, ἄξιον τῆς τιμῆς. De Opt. 3. Docere, debitum est, delectare, honorarium, permovere, necessarium.

Honorarius, a, um, *arbitri proprius*, τιμητικός. Pro Cæc. 6. Hoc non honorariam operam amici, sed severitatem judicis requirit. 5. Tusc. 120. Quorum controversias solebat tanquam honorarius arbiter judicare Carneades.

Honorate, *honorifice*, ἐνδόξως. 11. A. 33. Multa et honorate et honorifice de aliquo prædicare. *aliter*, ornate, *non*, honorate: *et melius.*

Honoratus, a, um, *qui in honore et pretio est*, ὁ ἐν τιμῇ, ἔντιμος. 3. de N. 87. Dives, honoratus, incolumis.)(. *Inglorius.* 9. Att.

14. Dionysius apud me honoratior fuit, quam apud Scipionem Panætius. 1. Off. 138. Homo honoratus et princeps. Pro Plan. 19. Præfectura honorata et suberbana. De Cl. 280. Qui honorem sententiis et suffragiis adeptus est, is mihi et honestus, et honoratus videtur. Ora. 32. Thucydides fuit honoratus et nobilis. De Senect. 22. Clarus et honoratus vir.

Honorifice, *honorate*, *καλῶς*, *ἐνδόξως*. 7. A. 23. Respondendum honorifice est Marrucinis. 11. A. 33. Multa et ornate et honorifice de aliquo prædicare. Qu. de Pet. 34. Large ac honorifice promittere aliquid. 12. Att. 19. Non potuit honorificentius a me fieri de nepote. 13. Fam. 27. Nec liberalius, nec honorificentius tractari potuisse. 6. 6. Cæsar nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. 14. Att. 14. Ut me a te, cum his verbis scripseris, liberalissime atque honorificentissime tractatum existimem.

Honorificus, a, um, *decorus*, *dignus*, *ἔνδοξος*. Ad Brut. 15. Quod imperium videbatur illi ætati honorificum. 2. A. 39. Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica. 14. 29. Verbum honorificum. 1. Att. 10. Honorificus in aliquem. 5. Fam. 2. Oratio honorifica.

Honorandus, a, um. 5. A. 45. Eundem ordinem tenebo in viris fortibus honorandis. 9. 5. Mortem ejus non luctu publico solum, sed etiam monumentis esse honorandam puto.

Honoratus, a, um, *honore affectus*. 1. de Leg. 32. Beati, qui honorati sunt, videntur, miseri autem, qui inglorii.

Honoro, as, *honorem habeo*, *honorem adhibeo*, *honesto*, *in honore habeo*, *honorem facio*, *honorem debitum præsto*, *honore afficio*, *honorem tribuo*, *apud me in honore et pretio est*, *honore augeo*, *honore amplissimo orno*, *honorificis verbis prosequor*, *κοσμέω*, *τιμάω*, *πρεσβεύω*, *θεραπεύω*. 1. de Div. 88. Amphiaraum sic honoravit fama Græciæ, Deus ut haberetur. 2. A. 25. Hic me non solum meis laudibus ornat, sed etiam honorat alienis. 9. A. 4. Nemo tum virtutem non honorabat.

Hora, æ, *ὥρα*. 2. Qu. Fr. 3. Ea res acta est, cum hora sexta vix Pompeius perorasset, usque ad horam octavam. *Ibid.* Hora fere nona Clodiam consputare cœperunt. 2. A. 77. Cum hora diei decima fere ad Saxa rubra venisset. Pro Mil. 29. Fit obviam ei Clodius hora fere undecima, aut non multo secus. Act. 1. Ver. 31. Nonæ sunt hodie Sextiles, hora nona convenire cœpistis. I. P. 13. Cum ad te quinta fere hora venissem. Pro Qu. 25. Ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. 11. Fam. 13. Hora ante præsidium meum Pollentiam veni. 12. Att. 5. Neque enim illa hora tui mihi est operis ignota. 9. Fam. 27. Hora nona accubueram. 6. P. 7. Horam eximere. 5. 25. In horam vivere. Ver. 1. 25. Ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. 2. A. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. Ver. 4. 95. Hora amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. 15. Fam. In horas ternas epistolas dare. 12. Att. 5. Horæ, quibus expectabam, longæ videbantur. 4. 2. Cum horas tres fere dixisset, coactus est aliquando perorare. 10. Ad horas tres dormit. Ver. 1. Quum horis nostris non essemus usi.

Adjunc. *Antecedens*, *consequens*, *calamitosior*, *legitima*, *longa*, *nocturna*.

Syntaxis. *Horam eximere*, *remittere*. *In horam vivere*. *Hora amplius jam ludunt*. *In hora ternas dedi literas*. *Suis horis uti*. *Ad horas tres dormire*.

Horatius Cocles. 2. de Leg. 20.

Horizon, tis, *finiens*. 2. de Div. 92. Illi orbes, qui cœlum quasi medium dividunt, et aspectum nostrum definiunt, qui a Græcis *ὁρίζοντες* nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt, varietatem maximam habent, aliique in aliis locis sunt.

Hornotinus, a, um, *hujus anni*, *τητινός*. Ver. 3. 18. Hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exaraverunt.

Horologium, gii, *solarium*, *ὡρολόγιον*. 16. Fam. 18. Horologium mittam et libros, si erit sudum.

Horrendus, a, um, *horrificus*, *horribilis*, *δεινός*. 2. Tusc. 2. Nihil habet mors, quod sit horrendum.

Horreo, es, *cohorreo*, *formido*, *timeo*, *φρίττω*, *ὀῤῥωδέω*. Ver. 5. 73. Cum esses in imperio, jam tum judicium et crimen horrebas. 9. Att. 2. Ingrati animi crimen horreo. 2. de Orat. 188. Quæ ego cum a te tractantur in causis, horrere soleo. 5. Tusc. 85. Horrere et reformidare dolorem. 8. Att. 25. Horrere minas alicujus. De Arusp. 37. Quod sacrificium nemo unquam vir aspicere non horruit. 2. Att. 21. Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus. Pro Dom. 140. Horrere animo. 7. Fam. 3. Ut ipsam victoriam horrerem. 1. Qu. Frat. 1. Quare nomen publicani neque ii debent horrere, qui semper vectigales fuerunt. 7. A. 8. Periculose dico : quemadmodum accepturi sitis, horreo. 1. de Fin. 51. Quod si qui satis sibi contra hominum conscientiam septi esse et muniti videntur, deorum tamen numina horrent. 2. de Nat. 19. Uno tempore florere, deinde vicissim horrere terram.

Syntaxis. *Horrere et reformidare*. *Horreo illud aspicere*. *Horreo, quorsum id evadat*. *Animo horreo*.

Horresco, scis, *perhorresco*. 5. de Fin. 31. Qui sibi injecto terrore mortis horrescunt.

Horreum, rei, *cella*, *ἀποθήκη*, *σιτοβολὼν*, *σιτοβόλιον*. Ver. 3. 20. Neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis. 2. con. Rull. 88. Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse voluerunt.

Horribilis, le, *horrendus*, *horrificus*, *formidabilis*, *σμερδαλέος*, *φοβερός*, *δεινός*. 6. Att. 8. Hæc spero falsa, sed certe horribilia. 1. de

Orat. 258. Illud vero horribile, quod, &c. De Ar. 20. Exauditus est strepitus quidam reconditus, et horribilis fremitus armorum. 5. Att. 9. Cæsar monstrum horribili vigilantia, celeritate, diligentia. 1. de Fin. 63. Horribilis formido. 1. C. 11. Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam reipub. pestem effugimus. Pro Font. 26. Iratus animus, atque horribilis impetus cujuspiam. 5. Fam. 21. Horribile ac pertimescendum. 3. de Orat. 11. Horribiles et miseri casus aliquorum. 14. Att. 4. Horribile est, quæ loquantur, quæ minitentur. Pro Qu. 95. Horribile est causam capitis dicere. De Somn. 9. Tum rutilus horribilisque terris Mars.

Syntaxis. *Tetrum, horribile, cunctis infestum. Horribile ac pertimescendum. Horribile ac miserum. Horribile est audire, quæ dicas:* i. gravissimum.

Horride, *aspere, duriter, δασέως.* Orat. 28. Inculte et horride dicere, vel vivere. Pro Qu. 59.

Horridulus, a, um. 2. Att. 1. Quanquam illa tua mihi horridula et incompta visa sunt. Orat. 152. Orationes horridulæ.

Horridus, a, um, *incultus, asper, durus, φρικώδης, σκληρός.* Pro Qu. 93. Vita horrida atque arida mihi cordi est. Postq. in Senat. 12. Cum eum incultum, horridum, mœstumque vidisses. De Cl. 117. Vir ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. *Ibid.* 68. Antiquior est ejus sermo, et quædam horridiora verba. Orat. 20. Aspera, tristis, et horrida oratio. 3. de Orat. 48. Oratio de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova. 2. de D. 30. Jecur horridum et exile. Pro Cœl. 33. Barba horrida. Pro Mur. 30. Horridus miles.

Syntaxis. *Vita horrida et arida. Incultus, horridus, mœstus. Durus, incultus, horridus vita et oratione. Aspera, tristis, horrida oratio, horrida barba, miles horridus.*

Horrifer, a, um, *horrificus.* Orat. 155. Horriferum portentum. *Poetæ.*

Horrificus, a, um. Pro Dom. 60. Horrificum bellum. et in Arat.

Horrisonus, a, um, *ἐρίγδουπος.* In Arat. *Et magis horrisonis Aquilonis tangitur alis.* 2. Tusc. 23. Horrisonum fretum.

Horror, oris; *metus, frigus, ut in febri, φρίξ, φρίκη.* 8. Att. 6. Dii immortales, quis me horror perfudit? 12. 7. Atticam doleo tamdiu: sed quoniam sine horrore est, spero esse, ut volumus.

Hortensius, sii, *orator Ciceronis æqualis.* Orat. 132. Dicebat melius, quam scripsit Hortensius. De Clar. 301. Hortensius igitur cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad majores causas adhiberi cœptus est: quanquam inciderat in Cottæ et Sulpitii ætatem, qui annis decem major, excellente tum Crasso et Antonio, deinde Philippo, post Julio, cum iis ipsis dicendi gloria comparabatur. Primum tanta memoria, quantam in ullo cognovisse me arbitror, &c. *et deinceps multa de Hortensio. Ibidem.* 325. Sed si quærimus, cur adolescens magis floruit dicendo, quam senior Hortensius, causas reperiemus verissimas duas: &c. *Ibid.* 326. Hortensius in utroque genere florens clamores faciebat adolescens. *Ibidem.* 324. Ut qui non satis diu vixerit Hortensius, tamen hunc cursum confecerit. Annis ante decem causas agere cœpit, quam tu es natus: idem quarto et sexagesimo anno perpaucis ante mortem diebus una tecum socerum tuum defendit Appium. 3. de Orat. 226. Me (*loquitur Catulus*) quidem istius sermonis participem factum esse gaudeo; ac vellem, ut meus gener Hortensius interesset. Orat. 106. Atqui si Antonio Crassus eloquens visus non est, aut sibi ipse: nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpitius, nunquam Hortensius. De Clar. 327. Hortensius facile primas tenebat adolescens. *Ibid.* 323. Itaque cum jam pene evanuisset Hortensius, et ego anno meo, sexto autem post illum, Cos. factus essem, revocare se ad industriam cœpit. Pro Quint. 72. Dicet Hortensius excellens ingenio, nobilitate, existimatione. *Ibid.* 35. Faciam quod te sæpe animadverti facere, Hortensi, totam causæ meæ dictionem certas in partes dividam. Tu id semper facis, quia semper potes, ego in hac causa faciam, propterea quod in hac videor posse facere. Cornel. in vita Attici. Utebatur autem intime (*Atticus*) Qu. Hortensio, qui his temporibus principatum eloquentiæ tenebat: ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero, an Hortensius, et id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio. 8. Fam. 2. Hoc magis animadversum est, quod intactus a sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem. 2. Att. 25. Hortensius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci prætura, et de illo tempore Allobrogum diceret? 1. Qu. Fr. 3. Quantum Hortensio credendum sit, nescio. 4. Acad. 2. Habuit divinam quandam memoriam rerum (*Themistocles.*) Verborum majorem Hortensius. In Hortensio ex frag. Quis te, Hortensi, aut est, aut fuit unquam in partiundis rebus, in definiendis, in explanandis pressior? *Ib.* Eloquentiam tueri, quam tu in cœlum, Hortensi, credo, ut ipse cum ea simul ascenderes, sustulisses. 3. Off. 73. Scripserunt heredes secum M. Crassum, et Qu. Hortensium, homines ejusdem civitatis potentissimos, qui cum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscii culpæ, alieni facinoris munusculum non repudiaverunt. Quid ergo? Satisne hoc est, ut non deliquisse videantur? mihi quidem non videtur; quanquam alterum amavi vivum, alterum non odi mortuum. De Clar. 328. Hortensium magnum Oratorem semper putavi, maximeque probavi pro Messala dicentem, cum tu (*Cicero*) abfuisti. Sic ferunt, inquam, idque declarat totidem quot dixit

(ut aiunt) scripta verbis oratio. Orat. 129. Nobis pro familiari reo summus orator Hortensius non respondit. 6. Att. 6. et de Clar. 1. *De Hortensii morte dolet Cicero.* Pro Pomp. 52. Nam tu idem, Quin. Hortensi, multa pro tuâ summa copia, ac singulari facultate dicendi, et in Senatu, contra virum fortem A. Gabinium graviter ornateque dixisti, cum is de uno Imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset. 3. de Orat. 227. Hortensius pro Bythiniæ rege dixit. De Clar. 328. Hortensii vox extincta fato suo est: nostra publico. *Ib.* 4. Sed quoniam perpetua quadam felicitate usus ille (Hortensius) cessit e vitâ, suo magis, quam suorum civium tempore, et tum occidit, cum lugere facilius Remp. posset, si viveret, quam juvare; vixitque tamdiu, quam licuit in civitate bene beateque vivere: nostro incommodo detrimentoque, si est ita necesse, doleamus; illius vero mortis opportunitatem benevolentia potius, quam misericordia prosequamur. 4. Acad. 9. Hortensii villa ad Baulos. 6. Att. 3. Hortensius filius fuit Laodiceæ e gladiatoribus flagitiose, et turpiter. 10. 4. Hæc Curionem, hæc Hortensii filium, non patrum culpa corrupit. Div. 42. Magnum te fecisse arbitrabere, si pluris vendideris, quam L. Hortensius, pater istius Qu. Hortensii, quam Cn. Pompeius, quam M. Marcellus, qui ab æquitate, ab lege, ab institutis non recesserunt. *Hi prætores erant in Sicilia ante Verrem.*

Hortensianus, a, um. 4. Att. 6. Quod me admones, ut scribam illa Hortensiana, &c. *Consolationem Philosophiæ intelligit: quod opus* Hortensium *appellavit.*

Hortandi. 15. Fa. 21. Consilium quod hortandi causa laudavi.

Hortatio, onis, *cohortatio*, παράκλησις, κέλευσμα. 1. Qu. Fr. 1. Non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago. 9. Fam. 14. Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est.

Adjuncta. *Grata, maximè, necessaria.*

Hortator, oris, *suasor, consuasor, autor*, συμβουλευτὴς, παραινέτης. 1. de Orat. 234. Cum ejus studii tibi et hortator et magister esset domi. 7. A. 31. Quanquam hortatore non egetis: ipsi enim vestrâ sponte exarsistis ad libertatis recuperandæ cupiditatem. Postq. ad Quir. 9. Adjutor, autor, hortator ad aliquid agendum. Pro S. R. 110. Hortator, autor, intercessor non faciendi aliquid.

Hortatus, us, *hortatio*, παραίνεσις. 13. Fam. 29. Id feci aliorum consilio, hortatu, autoritate.

Syntaxis. *Aliorum consilio, hortatu, autoritate. Hortatore egere. Hortator ad agendum. Hortator, autor, intercessor agendi.*

Hortor, aris, *adhortor, suadeo, sum autor, cohortor, excito, impello, acuo*, παραινέω, παρακαλέω, παροξύνω, συμβουλεύω, παρακελεύομαι. 13. Fam. 4. Hæc eo spectant, ut te horter et suadeam: reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum. De Pro. 9. Hortari milites ad laudem. 8. Att. 14. 1. Off. 3. Magnopère te hortor, ut, &c. 7. Att. 14. Pacem quidem hortari non desino. 1. Qu. Fr. 1. Sed quid ego te hæc hortor? *aliter deest*, hæc. 1. C. 12. Sin exieris (quod te jamdiu hortor) exhaurietur, &c. 4. Fam. 9. Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam te hortor, quibus superioribus literis hortatus sum. 5. de Fin. 6. Te hortor, currentem quidem, ut spero. 16. Fam. 21. In excitando et acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere. 9. 14. Quare quid est, quod ego te horter, ut dignitati et gloriæ servias? proponam tibi claros viros: quod facere solent, qui hortantur. Pro C. Corn. 1. Legem dedit, an tulit, an rogavit, an hortatus est?

Adverb. *Amice, etiam atque etiam, jamdudum, magnopere, separatim, vehementer.*

Syntaxis. *Ut te horter et suadeam. Pacem hortari, et de pace.*

Hortulus, li, κηπίδιον. 1. de Nat. 121. Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit. Pro Clu. 37. Asinius autem brevi illo tempore quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur. 5. de Fin. 2. Cujus etiam (scil. Platonis) illi hortuli propinqui non memoriam solum mihi afferunt; sed ipsum videntur in conspectu meo hic ponere. Ac. in Fr. Convocata de hortulis in auxilium quasi libera turba temulentorum.

Hortus, ti, et Horti, orum, κῆπος, ἄλσος. 16. Fam. 18. Phædram excitâ, ut hortum ipse conducat; sic olitorem commovebis. De Sen. 56. Jam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. 3. Off. 58. Dictitabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Pro R. P. 26. Deliciarum causa et voluptatis quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mitella sæpe vidennus. 3. Qu. Fr. 1. Nunc domus suppeditat mihi hortorum amœnitatem. 12. Att. 20. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. 5. de Fin. 3. In hortis Epicuri, quos modo præteribamus. Pro Cœl. 36. Nonnunquam in iisdem hortis visa nobis mulier. *Ib.* Habes hortos ad Tyberim, ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus natandi causa venit. 16. Fam. 18. Helico nequissimus sestertia ducenta dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. 3. Off. 58. Et simul ad cœnam hominem in hortos invitavit. 13. A. 34. Nam paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrabit. 2. de Nat. 11. Ex provincia literas ad collegium misit, se, cum legeret libros, recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse in hortis Scipionis. 12. Att. 23. Eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui præfuerit hortis, qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illustres, &c. 1. de Nat. 94. Sed cum tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ.

ADJUNCTA. *Apricus, paternus, pretiosissimus, venalis.*

Hospes, itis, *is, apud quem alius diversatur, aut qui diversatur*, ξένος, καταλύτης, ξενοδόκος. *Non tamen omnis, apud quem quis diversatur,* hospes *est, sed is, qui beneficio tantum hospites recipit; qui autem pretio,* Caupo *dicitur.* 2. de Div. 79. Deiotarus Cæsarem eodem tempore et hostem et hospitem vidit. 3. Off. 121. Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hospites erunt recipiendi. Pro Mil. 33. An vero tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe versaris? Pro Rab. 28. Adeone hospes hujus urbis? adeone ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ, ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere videare? 6. Att. 3. Est enim aliquid, advenientem non esse peregrinum atque hospitem. 2. cont. Rull. 93. Nos autem jam non hospites, sed peregrini atque advenæ nominabamur. 1. de Orat. 218. Fateor, Oratorem nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem esse debere. *Ib.* 85. Qui nuper Romæ fuit Menedemus hospes meus. Pro Deiot. 8. Per istam dexteram, quam hospes hospiti porrexisti. 1. Off. 139. Domus, in quam et hospites multi recipiendi, et admittenda hominum cujusque generis multitudo. 9. Fam. 20. Habuisses non hospitem, sed contubernalem. 6. 6. Ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia venerunt, audivi te, &c. 1. de D. 57. Divertere ad hospitem. 5. de Finib. 4. Non ante ad hospitem diverti, quam, &c. 4. ad Her. 65. Habere hospites domi. 9. Fam. 26. Accipere hospitem. Ver. 1. 64. Recipere hospites. 4. ad Her. [illegible] Deinde casu veniunt hospites homini. Pro Cl. 163. A. Binnius quidam caupo multorum hospitum. 13. Att. 52. Hospes tamen non is, cui diceres, amabo te, eodem ad me cum revertere. 1. Acad. 9. Nos in nostra urbe peregrinantes, errantesque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt.

ADJUNCT. *Antiquissimus, amicus, edax, splendidissimus, atque ornatissimus, minime edax, gravis, illustris, nobilis, nobilissimus, et sanctissimus, vetus.*

SYNTAXIS. *Hospes urbis, et in urbe. Hospes et peregrinus in Philosophia. Divertere ad hospitem. Habere, accipere, recipere hospites.*

Hospita, æ, ξένισσα. Ver. 2. 24. Servilia Dionis hospita. 5. Att. 1. At illa, Ego ipsa sum, inquit, hospita. Ver. 2. 89. Contemnere etiam signum illud Himeræ jam videbatur, quod eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delectabant.

Hospitalis, le, *qui libenter hospites recipit*, ξενοδόκος, ξενοδοχίαν. 2. Off. 64. Cimon in suos curiales Laciadas hospitalis fuit. 2. cont. Rull. 45. Illa ipsa sedes hospitalis, in quam erit deductus. Ver. 4. 48. Non dubitavit illud insigne penatium, hospitaliumque deorum, ex hospitali mensa tollere. Pro Cæl. 52. Tua hospitalis illa Venus. Ver. 1. 65. Homo, qui semper hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominum fuisset. 4. 3. Domus omnibus apertissima et perhospitalis. 2. Q. Fr. 11. Sed non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Jovis hospitalis. Pro Deiot. 18. Si te palam interemisset, Jovis quidem illius hospitalis numen nunquam celare potuisset. 3. de Fin. 66. Jupiter hospitalis.

Hospitalitas, tis, ξενία. 2. Off. 64. Recte a Theophrasto est laudata hospitalitas: est enim valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus.

SYNTAXIS. *Homo hospitalis, sedes, deus. Bonorum virorum amicissimus et hospitalissimus.*

Hospitium, tii, *diversorium, familiaritas, amicitia, domus, quæ gratis et libenter amicis patet, sedes hospitalis*, ξενοδοχεῖον, ξενισμός, ξένισις. 13. Fam. 19. Cum Lysone est mihi hospitium vetus. 14. Att. 2. Pyliæ paratum est hospitium. 1. Qu. Fr. 1. Optimum quemque hospitio amicitiaque conjungi dico oportere. Pro Corn. 41. Gaditani cum L. Cornelio publice hospitium fecerunt. Ver. 4. 145. Decernunt statim, ut L. Fratri hospitium publice fieret. Pro S. R. 15. S. Roscius florens gratia atque hospitiis nobilissimorum hominum: nam cum Scipionibus erat ei non modo hospitium, sed etiam domesticus usus et consuetudo. 4. C. 22. Pro clientelis hospitiisque provincialibus. 2. de D. 79. Cæsar a Deiotaro magnificentissimo hospitio acceptus est. 12. A. 23. Tota familia occurret, hospitio invitabit. Pro Deiot. 8. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renovare voluisti. *Idid.* 39. Deiotarus, quocum mihi amicitiam resp. conciliavit, hospitium voluntas utriusque conjunxit. Ver. 2. 89. Renunciare hospitium alicui, et domo emigrare. 2. de Or. 234. Atqui non nimium liberale hospitium meum dices: nam te simulac, &c. extrudam et ejiciam. 2. Att. 16. Te hospitio agresti accipiemus. Div. 23. Pro hospitio, quod mihi cum eo est. De Sene. 84. Ex vita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit.

ADJUNCT. *Agreste, maritimum, avitum, vetus, vestustum, liberale, magnificentissimum, provinciale, publicum.*

SYNTAXIS. *Conjungere sibi aliquem hospitio. Facere cum aliquo hospitium. Florere hospitiis principum virorum. Hospitio accipere, invitare. Est mihi hospitium cum illo.*

Hostia, æ, *victima*, θυσία. 2. de L. 29. Quibus hostiis immolandum cuique deo. 2. cont. Rull. 82. Erant hostiæ majores in foro constitutæ, quæ iis prætoribus de tribunali, sicut a nobis Consulibus de consilii sententia probatis, ad præconem et tibicinem immolabantur. 2. de L. 20. Quæ cuique

Divo decoræ gratæque sint hostiæ, providendum. 1. de D. 93. Hetrusci religione imbuti, studiosius et crebrius hostias immolabant. *Ibid.* 102. Cum censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. Pro Font. 21. Humanis hostiis deos placare. Pro Cluent. 194. Hostiæ cæsæ ad scelus perficiendum. 2. de Invént. 97. Præbere hostias ad sacrificium. 1. Att. 2. Adducere hostias ad montem Albanum.

ADJUNCT. *Hostiæ decoræ gratæque, humanæ, majores, maximæ.*

SYNTAXIS. *Hostiæ decoræ grateque Deo. Hostias adducere, ducere, præbere, cædere, immolare. Hostiis Deos placare.*

Hostiensis, se. Pro Pomp. 33. Nam quid ego Hostiense incommodum querar? 12. Att. 24. Pro Mur. 18.

Hostilia, curia Romæ. 5. de Fin. 2.

Hostilis, le, *inimicus, infestus, πολέμιος.* 1. de Invent. 108. Hostili in terra turpiter jacuit insepultus. Ad Brut. 4. Hostilis animus in remp. Pro Cluent. 12. Ea in hunc hostili odio est. Pro R. 24. Homo hostilem in modum seditiosus. 3. Off. 108. Pactiones bellicas et hostiles perturbare. De Pro. 5. Hostilem in modum vexari.

Hostiliter, *hostilem in modum, inimice, infeste, iniquo animo, πολεμίως.* 5. A. 25. Quid ille fecit hostiliter, quod hic non faciat?

SYNTAXIS. *Esse in aliquem odio hostili. Hostilem in modum seditiosus.*

Hostis, is, *perduellis, inimicus, qui contra arma fert, qui bellum patriæ indicit, πολέμιος, ἐχθρός.* 1. Off. 37. Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam mitigante: hostis enim apud majores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. 4. C. 17. Verres communis hostis omnium prædoque fuit. 14. A. 27. Hircius hostes prostravit, fudit, occidit. Pro Dom. 66. Iste non hominibus, sed virtutibus hostis semper fuit. 2. A. 64. Quis tam diis hominibusque hostis? qui auderet, &c. 2. Off. 63. Eumque cui faciat, communem hostem tenuiorum putant. 5. de Fin. 29. Quotiescunque dicetur male de se quis mereri, sibique esse inimicus atque hostis. Ver. 2. 58. Ille aspicere te non posset, qui inimicus et hostis esset. 1. de Inv. 105. Inimicis atque hostibus ea displicent. Pro Mil. 39. Cn. Pompeius Clodii hostis. 15. Att. 21. Ex eo sibi illum hostem habuit. 3. Fam. 10. Si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen, &c. Ver. 2. 51. Hostis nimis ferus et immanis. 2. C. 3. Hostis tam capitalis. De Amic. 37. Conferre se ad hostes.

ADJUNCT. *Acerbissimus, acerrimus, amentissimus, et profligatissimus, sceleratus, acerrimus atque infestissimus, antiquus, antiquissimus, apertus, domesticus, nefarius, armatus, barbarus, communis, capitalis, impurus, atque impius, crudelis, crudelissimus, externus, fœdissimus, teterrimus, exterus, atque longinquus, ferus, et immanis, importunus et sceleratus, justus et legitimus, perpetuus, potens, præsens, sempiternus, teterrimus, et crudelissimus, vetus.*

SYNTAXIS. *Hostis omnium, omnibus. Inimicus et hostis. Hostis Clodii Pompeius. Hostis capitalis. Hostis ferus et immanis.*

HU

Huc, *ad hæc, ad hanc rem, δεῦρο, ὧδε.* 1. Fam. 7. Huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas.

Horsum. 1. Offic. 101. Pars, quæ hominem huc et illuc rapit. 1. de Orat. 184. Aliquem erectum et celsum huc atque illuc intueri. 9. Attic. 11. Ne cursem et huc et illuc deterrima via.

Ad hunc terminum. 2. C. 4. Rem huc adduxi, ut, &c.

Huccine. Ver. 5. 162. Huccine tandem omnia reciderunt?

Hui, *admirantis et optantis interjectio, πάπαι, φεῦ.* 6. Attic. 6. Hui fratrem reliquit. 4. 11. Hui totiesne me literas dedisse Romam, cum ad te nullas darem? 13. 35. Hui si scias, quanto periculo tuo, &c. *Ibid.* Sed quis hui non dicat? 8. Famil. 15. Hui vereor ne, &c. 15. 19. Hui quam velim scire, utrum, &c.

Hujusmodi, *id genus, hujus exempli, τοιοῦτος, τοιόσδε.* 14. Fam. 2. Nec miror, sed mœreo casum hujusmodi.

Humane, *humaniter, benigne, ἀνθρωπικῶς, φιλανθρώπως.* 15. 26. Sestius quod Puteolis prosequitur, humane: quod queritur, injuste. 13. A. 36. 12. Attic. 45. Fecisti humane. 13. 22.

Uti humana postulat sors. 2. Tusc. 65. Morbos toleranter atque humane ferunt.

Humanitas, tis, *humana natura ingeniumque, ἀνθρωπότης.* Pro S. R. 63. Magna est enim vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura, &c. Pro Flac. 24. Tamen civis a civibus communis humanitatis jure ac misericordia deprecarer, ne, &c. Pro Syll. 64. Peterem veniam errato meo ex intimis vestris cogitationibus, et ex humanitate communi. Pro Qu. 51. Hæc in homines alienissimos, denique inimicissimos, viri boni faciunt, et hominum existimationis, et communis humanitatis causa: ut, cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis jure incommodi cadere possit. Pro Dom. 98. Tam amans tuorum ac tui, quam communis humanitas postulat. 1. de Orat. 53. Quæ nisi qui naturas hominum, vimque omnem humanitatis, causasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet, perficere non poterit. 13. Att. 2. Ad ista obduruimus, et humanitatem omnem exuimus. Pro Ligar. 14. Nonne omnem humanitatem exuisses?

Ad hæc, facilitas, lenitas, placabilitas, man-

suetudo, comitas, urbanitas, suavissimi mores, benignitas, mansuetudo morum ac facilitas, suavitas, sermonum, atque morum lepos, φιλανθρωπία, ἐπιείκεια. 5. Fam. 2. Cognosce nunc humanitatem meam: si humanitas appellanda est, in acerbissima injuria remissio animi ac dissolutio. 4. 13. Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem. 7. Att. 5. Tyronem propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum. 5. 1. Humanitas in meo judicio illo die defuit. 1. de Orat. 27. Tanta in Crasso humanitas fuit, &c. 1. Qu. Frat. 1. Clementia, mansuetudo, humanitas. Pro S. R. 46. Natura tibi dedit, ut humanitatis non parum haberes. 1. Qu. Fr. 1. Nos ei generi hominum præsumus, non modo in quo ipsa sit, sed etiam a quo ad alios pervenisse putatur, humanitas. *Ibid.* Tribuere humanitatem alicui. 16. At. 16. Tua singularis humanitas, suavissimique mores. 2. Off. 18. Tantaque pœna eos afficiamus, quantum æquitas humanitasque patitur. 2. de Or. 171. Nullum est vitæ tempus, in quo non deceat leporem humanitatemque versari. Pro Mur. 66. Nemo Catone proavo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. Pro Sul. 81. Tamen humanitate adductus eum defendit. *Ibid.* 92. In vestra mansuetudine atque humanitate totam causam repono. 3. de Leg. 1. Difficillima illa societas gravitatis cum humanitate. 12. Fam. 27. Ut summa severitas summa cum humanitate jungatur. 13. 24. Facilitas et humanitas tua. 1. Off. 62. Non modo id virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis. 2. de Or. 86. Quorum alterum divinitatis mihi cujusdam videtur, alterum humanitatis. 2. de Div. 81. Placet igitur humanitatis expertes, habere divinitatis autores. 16. At. 21. Novi humanitatem tuam. 2. de Or. 86.

Eruditio, doctrina: παιδείαν Græci dicunt. 2. de Orat. 72. Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum, et politioris humanitatis expers. 1. Qu. Fr. 1. In virtute atque humanitate percipienda. Pro Ar. 2. Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione quadam inter se continentur. Pro Ar. 1. Artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. Qu. de Pet. 26. Deinde habebis tecum ex juventute optimum quenque et studiosissimum humanitatis. 16. Fam. 14. Literæ et humanitas. 2. de Orat. 72. Vir humanitate politus. 1. de Orat. 256. In omni recto studio atque humanitate versari. Ver. 4. 98. Tu sine ulla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis solus judicas? Pro Mur. 61. De studiis humanitatis. Pro. Cæl. 24. Studium doctrinæ atque humanitatis. *Ibidem.* 25. Qui in hac suavitate humanitatis, qua prope jam delectantur homines, versari perjucunde solet.

Adjunct. *Communis, excellentior, mira, multa, politior, singularis, summa.*

Syntaxis. *Ex communi humanitate veniam petere suo errato. Humanitas et modestia. Humanitas et suavissimi mores. Lepor et humanitas. Humanitatem habere, obtinere, tribuere, exuere, abjicere, extirpare. Humanitate comprehendere. Humanitatis immemorem esse. Humanitatis sensum amittere. Doctrinæ et humanitatis studia. Homo politioris humanitatis expers, humanitate politus, in omni studio atque humanitate versatus, ad humanitatem informatus.*

Humaniter, *humane, benigne*, φιλανθρώπως. 2. Qu. Fr. 1. Sed fecit humaniter Licinius, qui ad me venit.

Ut hominum conditio poscit, ἀνθρωπικῶς, ἀνθρωπίνως. 7. Fa. 1. Humaniter vivere. 1. Att. 2. Sin aliter acciderit, humaniter feremus. 14. 13. Si humaniter, et sapienter, et amabiliter in me cogitare vis.

Humanitus, *humano more, ut solet, ut fere fit*, ἀνθρωπίνως. 1. At. 10. Si quid mihi humanitus accidisset, multa autem impendere videbantur præter naturam, præterque fatum.

Humanus, a, um, *ad hominem pertinens*, ἀνθρώπειος, ἀνθρώπινος. De Somn. 12. Qui in vita humana divina studia coluerunt. *Ibid.* 7. Ne munus humanum assignatum a Deo defugisse videamini. 1. de Orat. 33. Homines a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducere. Pro S. R. 63. Aliquis humana specie ac figura, qui immanitate bestias vicerit. 15. Att. 20. Sed humana ferenda. *Ibid.* 13. Sed hæc quidem humana. 12. 11. Tuus dolor humanus is quidem est. 2. Off. 11. Humanum genus. et 4. de Fin. 4. *item.* 5. Tusc. 17.

Affabilis, benignus, comis, blandus, facilis, urbanus, φιλάνθρωπος, ἐπιεικής. 1. de D. 2. Gens humana atque docta. 16. Att. 18. Vir facillimus atque humanissimus. De Senect. 59. Comes, benigni, faciles, suaves homines, qui, &c. *Ibid.* Cyrum omnibus in rebus comem erga Lysandrum, et humanum fuisse. Ver. 4. 98. Homo doctissimus atque humanissimus. Par. 22. Animus humanus ac liberalis.

Homo mortalis, θνητός. 13. Attic. 21. Possum falli, ut humanus.

Humatio, onis, *sepultura*, ἐντάφιον, ἐνταφιασμός. 1. Tuscul. 102. Aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimo.

Humatus, a, um, *sepultus*, ἐνταφιασθείς. 2. de L. 57. Et quod nunc communiter in omnibus sepultis est, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret. 3. de Nat. 57. Is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. 1. de Div. 88. Locus in quo quis humatus est.

Humerus, ri, *suprema brachii sedes*, ὦμος. 2. de Nat. 159. In bobus vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda. 2. Tusc. 37. Nam scutum, galeam, gladium in onere

nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Ver. 4. 74. Sagittæ pendebant ab humero. 1. de Orat. 228. Cum Galbam pupillum pene in humeros extulisset. De Senect. 33. Cum humeris bovem sustineret vivum. Pro Mil. 25. Clodius totam petitionem solus gubernat, et humeris suis sustinet. De Ar. 60. Vix hæc innixa in nostris humeris cohærebunt. Pro Flac. 94. Resp. quam vos universam in hoc judicio vestris humeris, vestris, inquam, humeris, judices, sustinetis.

Syntaxis. *Humeris reportare. In humeros efferre. Innixum in humeris. Judices humeris Remp. sustinent. Pendent sagittæ ab humero.*

Humidus, a, um, *humorem habens, aereus,* διερὸς, ὑγρὸς, δίυδρος. 1 Tusc. 40. Terrena et humida suopte nutu in terram et in mare feruntur. 3. de Nat. 34. Natura animantis vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. Ver. 1. 45. Ignem ex lignis viridibus atque humidis fieri jussit. In Arat. Humida aurora.

Humifer, a, um, ὑγροφόρος. 1. de D. 15. *Naribus humiferum duxere ex aere succum.* Poetæ.

Humilis, le, *demissus, loci ratione abjectus, jacens,* πεδανὸς, πρόσγειος, ταπεινός. 5. Tusc. 37. Vites, et ea, quæ sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt.

Conditione, statu, fortuna demissus, εὐτελὴς, μικρὸς, κατεῤῥιμμένος. 1. de L. 14. Quæ et conscripta sunt a multis, et sunt humiliora, quam ea, quæ a nobis expectari puto. De Am. 31. Qui suas cogitationes omnes abjecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Postquam in Senat. 9. Aliquorum mentes angustæ et humiles. De Am. 29. Humilis sane, et minime generosus, ut ita dicam, ortus amicitiæ. Pro Arch. 10. Homo mediocris, et aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. 14. At. 14. Semper statui, non esse insectandos inimicorum amicos, præsertim humiliores. 2. A. 82. Quis unquam apparitor tam humilis, tam abjectus? De Clar. 273. Verbum durum, insolens, et humile. Or. 192. Oratio humilis, abjecta .X. *Alta et exaggerata.* De Clar. 24. Nemo est tam humilis, quin, &c. 8. At. 4. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam alieno, tam præciso negavi. 1. de Fin. 49. Humilis et imbecillus animus. 1. de D. 88. Humilis et obscurus vir .X. *Clarus et præstans.* 1. de Inv. 5. Humilis et infirmus homo. 5. de Fin. 57. Qui altiore animo sunt, nihil abjectum, nihil humile cogitant. Pro Qu. 95. Indignum est vinci ab inferiore atque humiliore. De Amic. 72. Qui parentibus nati sunt humilibus.

Judicio, arbitrio, voluntate, consilio abjectus, ταπεινὸς, ταπεινόφρων, ὀλίγος. *Neque putandum est, significare animi virtutem, et modestum, (quod plerique arbitrantur) sed potius in vitio est, et abjectum et fractum animum notat.* 2. Att. 21. Ut ille tamen humilis, ut demissus erat! Pro Pl. 50. Fracto animo atque humili supplicare alicui. 1. de Inv. 22. Humilis ac supplex precatio. *Ibid.* 107. et 110. Orat. 196. Iambus frequentissimus est in iis, quæ demisso atque humili sermone dicuntur. Pro Fon. 23. et Act 1. Ver. 17. Animus demissus atque humilis. Orat. 72. Summissus et humilis. 9. Att. 10. Vir humilis.

Syntaxis. *Mens angusta et humilis. Fractus et humilis animus. Humilis et supplex precatio.*

Humilitas, tis, ταπεινότης .X. *Altitudo, sublimitas.* 5. Tusc. 69. Sidera inter se altitudine, et humilitate distantia. 2. de Div. 91. Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram prope contingens. 2. de N. 192. Atque etiam aliorum ea humilitas est, ut cibum terrestrem rostris facile contingant, quæ ante, &c.

Abjectio, ignobilitas, contemptio, ἀδοξία, ταπεινοφροσύνη. 5. Tusc. 29. Aderit paupertas, ignobilitas, humilitas. Pro Clu. 112. Humilitas hominis: *id est, ignobilitas.* 3. Tusc. 27. Habet ardorem libido, humilitatem metus. Pro S. R. 136. Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. 13. A. 23. Despicere humilitatem alicujus. Pro Qu. 5. Nihil humilitatem cujusquam virtus judicis consoletur. 1. de Orat. 228. Hæc Rutilius valde vituperabat, et huic humilitati dicebat mortem anteponendam. 2. Off. 45. Quorum prima ætas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur.

Ratione modestiæ. 1. de Inv. 110. Humilitas et obsecratio.

Humiliter, *demisse, summisse, humili animo imbecilloque,* ταπεινῶς. 5. Tusc. 24. Non est ausus elate et ample loqui, cum humiliter demisseque sentiret.

Syntaxis. *Humilitas generis. Humilitas et obscuritas. Despicere humilitatem alicujus.*

Humo, as, *sepelio,* ἐνταφιάζω. 5. de D. 56. Simonides quendam mortuum vidit, eumque humavit. 1. Tusc. 108. Magorum mos est, non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata. *Lege,* Cecrops. 2. de Orat. 153. Quos cum humare vellent, non potuerunt obtritos internoscere.

Humor, aris. 1. Tusc. 36. Corporibus in terram cadentibus, iisque humo tectis: ex quo dictum est humari.

Humor, oris, *aqua, liquor,* ὑγρότης, ἰκμάς. 3. de Nat. 31. Humor ita mollis est, ut facile comprimi collidique possit. 2. 59. Neque dii his escis potionibusque fruuntur, ut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant. 2. de D. 78. Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus austro, potest sudorem imitari. 2. de Nat. 43. Astra terrenis marinisque humoribus longo intervallo extenuatis ali. *Ibid.* 18. Humor et calor, qui est infusus in corpore. *Ibidem.* Aliud ab humore sumpsimus. *Ibid.* 26. Frigoribus durescit humor. *Ibid.* 145. Nares habent humorem.

Adjunct. *Concretus, non inutilis, mollis, terrenus, marinus.*

Syntaxis. *Humor mollis colliditur, comprimitur. Colligere humores. Humor infusus in corpore. Habere humorem.*

Humus, mi, *terra, gleba, tellus*, γῆ, χθὼν, χοῦς. De Sen. 59. Humus subacta atque pura. 2. de Legib. 57. Quos humus injecta contegit. Corpora humo tegere. *Lege*, Humo. 3. de Orat. 22. Hoc videtur esse altius, quam ut id nos humi strati suspicere possimus. 1. C. 26. Jacere humi. Pro Qu. Gal. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, et spinis cooperta piscium.

Adjunct. *Subacta atque pura, immunda, lutulenta.*

HY

Hyades, dum, *quinque stellæ in capite tauri.* 2. de N. 111. Has Græci stellas hyadas vocitare sueverunt.

Hyberna, orum, *loca in quibus milites hyemare solent*, χειμάδιον. De Pro. 5. Quo ille cohortes in hyberna misit. I. P. 86. Cum hyberna legato præfectoque tradidisses, evertisti miseras civitates. 15. Fam. 4. 7. 10. Exercitum in hyberna admisi.

Hyberno, as, *hyemo*, χειμάζω. Pro Pomp. 39. Jam vero quomodo milites hybernent, quotidie sermones proferuntur. 7. Fam. 17. Ubi sis hybernaturus, et qua spe aut conditione, scire velim.

Hybernus, a, um, *hyemalis*, χειμάδιος. Ver 5. 26. Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium comparat. 15. Att. 24. Hyberna navigatio odiosa est. Ver. 5. 26. Hyberni menses. In Arat. Hyberna nox. De Sen. 46. Ignis hybernus.

Hyblenses, *populi*. Ver. 3. 102. Jam vero ex Hyblensium pactionibus intelligetis, &c.

Hydra, æ, *excetra, anguis*, ὕδρα. In Arat.

Hydra tenet flexu, Cratera et Corvus adhæret.

2. de N. 114.

Hic sese infernis e partibus erigit hydra.

2. de Orat. 70. Hercules cum pelle et hydra.

Ὑδραύλις, *musicum instrumentum, quod organon vocant, ut Athenæus docet.* 3. Tuscul. 43. ὑδραύλεως hortabere ut audiat voces potius, quam Platonis.

Hydria, æ, *urna*, ὑδρία, κάλπα. Ver. 2. 47. Hydriæ argenteæ, sciphi complures. *Ibid.* 127. Ut quot essent renunciati, tot in hydriam sortes conjicerentur. 4. 97. Hydriæ grandes in fano positæ. *Ibid.* 32. Cum iste ab sese hydriam Boeti manu factam per potestatem abstulisset.

Hydrus, *oppidum in extrema Apulia.* 15. Att. 21. 16. Fam. 9.

Hyemalis, le, *hybernus*, χειμέριος. 2. de D. 33. Arboresque, ut hyemali tempore, &c. tempestive cædi putant. 6. Fam. 20. Navigatio hyemalis, et minime portuosa. 5. Tusc. 77. Nudi hyemalem vim perferunt.

Hyemo, as, *hyberno*, χειμερίζω. 7. Fam. 9. Cupio scire, ubi sis hyematurus. Ver. 4. 104. Ubi piratæ quotannis hyemare solent. 5. Att. 21. Non spero te istic libenter hyemare. Pro Fon. 6. Cn. Pomp. hyemavit in Gallia. 3. Att. 21. Hostes hyemant in Chiréstica. 16. 2. Quoniam scribis hyematurum te in Epiro. 6. 1. Facies me certiorem, quomodo hyemaris.

Hyems, mis, *hybernum tempus, hyemale tempus, durum anni tempus*, χεῖμα, χειμὼν. Ver. 4. 86. Erat hyems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. 9. A. 2. Non illum vis hyemis retardavit, quominus, &c. Pro Rab. 42. Hanc vim frigorum hyememque, quam nos vix hujus urbis textis sustinemus, excipere. De Sen. 46. Refrigeratio in æstate, et vicissim in hyeme aut sol, aut ignis hybernus. Pro Pl. 96. Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo. 1. de Div. 94. Arabes campos et montes hyeme et æstate peragrant. 2. Qu. Fr. 3. Nunc est hyems. Pro R. P. 44. Hyeme omnia bella jure gentium conquiescunt.

Adjunct. *Extrema, maxima, summa, teterrima.*

Syntaxis. *Vis frigorum hyemsque. Nunc est hyems. Hyemem excipere, sustinere.*

Hymettius, a, um. Hortens. Alterius ingenium sic acre, ut mel Hymettium dicimus.

Hymettus, *mons in Attica.* 2. de Fin. 112. Vel se ex Hymetto afferre voluisse diceret.

Hymnis, dis, *poeta. Ibid.* 22. Ut illud in ore habeant ex Hymnide.

Hypallage, ges, *metonymia*, ὑπαλλαγή. Orat. 93. Hypallagen Rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant.

Hypanis, *fluvius qui ab Europa parte in pontum Euxinum influit.* 1. Tusc. 94. Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in pontum influit.

Hyperatticus, *Valde Atticus, nimis Atticus, et* ἀττικώτατος, *id est, Atticissimus, ut ita dicam.* 15. Att. 1. Quamquam vereor ne cognomine tuo lapsus, hyperatticus in judicando, &c.

Hyperbole, les, *superlatio*, ὑπερβολή. Topic. 45. In hoc genere concessum est, ut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ, quæ hyperbole dicitur. 5. Att. 21. ὑπερβολικῶς. 2. Qu. Fr. 14. Non dico ὑπερβολικῶς.

Hyperborei, *populi in extrema Scythia.* 3. de N. 57. Apollinem ex Hyperboreis ferunt advenisse.

Hyperides, dis, *acumine in dicendo insignis.* 3. de Orat. 25. et 1. 58. et in Bruto, 36.

Hyperion, onis, *pater solis.* 3. de Nat. 54. Alter *Sol* Hyperione *natus.*

Sol ipse Prognost.

Ut cum Luna means Hyperionis officit orbi.
Stinguuntur radii cæca caligine tecti.

Hypodidascalus, *qui sub primario magistro secundo loco in schola docet, quem coadjutorem vulgo vocant*, ὑποδιδάσκαλος. 9. Famil.

18. Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo proxima.

Hypomnema, *commentarium*, *ὑπόμνημα*. 16. Famil. 21. Multum mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis.

Hypomnematismos. *Lege*, Monimentum.

Hyponacteus, a, um, *ut hyponacteus senarius, ab Hyponacte inventore*. Orat. 189.

Hypotheca, cæ, *pignus*, *ὑποθήκη*. 13. Famil. 56. Præterea Philotes Alabandensis *ὑποθήκας* Cluvio dedit. *et paulo infra*. De hypothecis decedat, et eas alteri tradat, aut pecuniam solvat.

Hypothesis, sis, *materia*, *argumentum*, *genus quæstionis*, *ὑπόθεσις*. Top. 79. Quod Græci *ὑπόθεσιν* vocant, nos causam. 14. Attic. 24. *ὑπόθεσιν* hanc habent, eamque præ se ferunt: clarissimum virum interfectum, rempublicam perturbatam. 1. Att. 11. *ὑπόθεσις* et materia idem. *Lege*, Causa et Quæstio.

Hyrcania, æ, *regio*. 1. Tusc. 108. In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos; sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur: eamque optimam illi censent sepulturam.

Hysteron Proteron, *converso ordine*. *Lege*, Respondeo.

DE LITERA I.

I Litera Græcis est Iota. 3. de Orat. 46. Quare Cotta noster, cujus tu illa lata, Sulpiti, nonnunquam imitaris, ut Iota literam tollas, et E plenissimum dicas, non mihi Oratores antiquos, sed messores videris imitari.

JA

Iacchus, chi, *Bacchus*. Ver. 4. 135. Ut ex marmore Iacchum, aut Paralum pictum, aut ex ære Myronis buculam. 2. de Legib. Iacchus quid aget.

Jacens, tis, *cubans*, *abjectus*. 12. A. 4. Si jacens id nobiscum ageret, audirem fortasse. 3. de Orat. 175. Cum verba jacentia sustulimus e medio. De Ar. 50. Homo afflictus et jacens. De Am. 59. Animum abjectum et jacentem erigere. 2. Q. Frat. 5. M. Furius ad pedes uniuscujusque jacens. Pro M. Scau. Depressa, cæca, jacens domus.

Jaceo, es, *procumbo*, *κεῖμαι*, *ἔρριμμαι*.)(*Vigeo*, *floreo*. Ver. 5. 128. Mater mihi ad pedes misere jacuit. Pro Quint. 96. Illi, quorum sæpe ac diu ad pedes jacui stratus, obsecrans, &c. 2. A. 45. Cum pater Curio mœrens jacebat in lecto. 1. C. 26. Jacere humi. De Consol. In cœno jacere. Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram jacent.

Negligor, *ὀλιγωρέομαι*, *ἀποβλέπομαι*. 10. A. 14. Qui in pace jacere, quam in bello vigere maluit. 3. Off. 79. Cum C. Marius septimum annum post præturam jaceret. Ver. 1. 101. Absens non in oblivione jacuisset. 2. de Orat. 64. Eodem silentio multa alia officia Oratorum jacuerunt. 5. Fam. 17. Quod priora tempora in ruidis reip. nostræ jacuerunt. 1. Tusc. 4. Jacent ea semper, quæ apud quosque improbantur. Pro Mur. 17. Multi viri his recentibus Mariis commemorandis jacebant. 7. Att. 20. Cn. autem noster (o rem miseram!) ut totus jacet! 10. 4. Jacet in mœrore meus frater. I. P. 88. Jacere in sordibus ac luctu. Pro Qu. R. 33. Nunc jacent pretia prædiorum. Parad. 4. Cum leges in civitate nihil valebant, cum judicia jacebant. 2. de D. 106. Jacet igitur tota conclusio. 7. Att. 22. Quod quæris, quid hic agatur, tota Capua et omnis hic delectus jacet. Pro Q. R. 8. Cur tamdiu jacet hoc nomen in adversariis? *Ibidem*. 4. Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem jacet?

Adverb. *In perpetuum*, *longe*, *obscure*, *sæpe*, *et diu*, *sigillatim*, *tamdiu*, *turpiter*, *valde*.

Syntaxis. *Jacere ad pedes alicui*, *et ad pedes alicujus*. *Jacere in lecto*. *Jacere humi*, *in cœno*, *ad terram*. *Jacere*, absolute. *Homo afflictus et jacens*. *Depressa*, *cæca*, *jacens domus*. *Jacere in oblivione*. *Jacere silentio*. *Jacere in ruinis*. *Jacere in mœrore*. *Ut totus jaces!* *Jacere in sordibus ac luctu*. *Jacent pretia prædiorum*. *Jacent judicia*.

Jacio, is, *immitto*, *objicio*, *βάλλω*, *ἀφίημι*, *ῥίπτω*. Pro Qu. 8. Cum etiam adversarius telum nullum jecerit. Pro Cæc. 60. Jacere saxa. Pro Milo. 42. Jacere lapides. 9. Att. 17. Ab utroque portus cornu moles jacimus. Pro Sull. 23. Jacere contumeliam in aliquem. Part. 4. Jacere et immittere injuriam in aliquem. Pro Plan. 30. Jacis adulteria. Orat. 87. Jacere ac mittere ridicula. Par. 46. Deinde id, quod proponendum fuit, jacit ad extremum. Pro Sest. 45. Jecissem me potius in profundum, quam, &c. 2. de D. 45. Jupiter in medium mare fulmen jecit. 2. Att. 23. Jacere atque denunciare non mediocres terrores. 15. 25. Sed tamen nonnullos interdum jacit igniculos viriles. 1. Fam. 9. Casus quidam jecit caput meum in mediam contentionem dissensionemque civilem.

Jacior, eris. Pro Flac. 4. Nisi forte cui causæ fundamenta jaciuntur non videtis.

Syntaxis. *Jacere telum*, *saxa*, *moles*, *contumeliam in aliquem*. *Jacere et immittere injuriam in aliquem*. *Jacere adulteria*. *Jacere et immittere ridicula*. *Jacere et denunciare terrores*. *Jacere fundamenta*, *suspicionem*, *gradum*, *et aditum ad gloriam*. *Jacere se in profundum*. *Jacere aliquid ad extremum*. *Jacere fulmen*, *terrores*, *igniculos*.

Jactans, tis, *glorians*. Frag. ep. Insolens, arrogans, jactans.

Jactatio, onis, *favor*, *aura*, *δόξα*, *εὖχος*, *ἔνδειξις*. Orat. 13. Eloquentia forensis jactationem habuit in populo. Pro Clu. 95. Cum homines se non jactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur. De Ar. 43. Atque hic est primus aditus ad jactationem popularem. De Pro. 38. Si ex illa jactatione cursuque populari, bene gesta rep. referunt aspectum in curiam.

Ostentatio, ἀλαζόνευμα, γαυρίαμα. 4. Tusc. 20. Jactatio est voluptas gestiens, et se efferens insolentius. 11. Famil. 20. Jactatione verborum, et denunciatione periculi terrere aliquem.

Concitatio, κίνησις. Pro Mur. 4. Ex magna jactatione maris terram intuens. Orat. 86. Actio modica jactatione corporis.

Adjunc. *Magna, modica, multa, popularis.*

Jactatus, a, um, *exercitatus, versatus, agitatus.* 1. de Orat. 73. Declaratur, utrum in hoc declamatorio sit opere jactatus. Pro Qu. 10. Æquitas multis injuriis jactata atque agitata. *Ibid.* 98. Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis.

Habitus. Pro Mur. 26. Res pervulgata, atque in manibus jactata et excussa.

Rejectus. 1. Fa. 5. Pompeius clamore convicioque jactatus est.

Jactaturus, a, um. Ver. 3. 49. Ne putemus, patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum, et populo se ad coronam daturum.

Syntaxis. *Eloquentia habet jactationem in populo. Tueri se jactatione populari, non dignitate, aut innocentia. Ex jactatione cursuque populari referre aspectum in curiam. Jactatione verborum terrere aliquem. Jactatio maris. Jactatus in opere declamatorio. Æquitas injuriis jactata atque agitata.*

Jacto, as, *magnifice loquor, glorior, verbis me magnum facio, gloria me et prædicatione effero, me ostento, de me prædico, ἀλαζονεύομαι, καλλωπίζομαι, μεγαλαυχέομαι, καυχάομαι.* 2. C. 20. Qui se insperatis pecuniis sumptuosius insolentiusque jactant. 2. de Orat. 209. Superioribus invidetur sæpe vehementer, et eo magis, si intolerantius se jactant. 2. de Orat. 237. Miseros illudi nolunt, nisi si se forte jactant. Ver. 4. 46. Jactare se de aliqua re. 4. ad Her. 30. Hic qui se magnifice jactat, atque ostentat. 2. Att. 1. In eoque se in concione jactavit, nihil ei novi accidisse. Pro Flac. 48. Cum ipse se in illa oratione jactaret. 1. de Orat. 173. Jactare se in causis Centumviralibus. 1. Att. 9. Jactat ille quidem illud suum arbitrium.

Jacio, βάλλω. De Ar. 39. Cum ardentes faces in vicinorum tecta jactas. 2. de Orat. 316. Jactare hastas leniter.

Agito, commoveo, κινέω. De Clar. 217. Jactare se. *id est, frequenter movere et agitare.*

Inficio, infero, εἰσφέρω, εἰσβάλλω. Pro Sest. 52. Jactare et opponere terrorem alicui. Pro Quin. 47. Minas jactare, pericula intendere, formidines opponere. 2. Fam. 6. Legem Viariam Alimentariamque jactavit.

Adverb. *Gravissime, vehementissime, insolentius, sumptuosius, intolerantius, leniter, magnificentissime, diu, turbide, valde, vehementius.*

Jactor, aris, *jacior, emittor.* 4. C. 14. Jactantur enim voces, quæ perveniunt ad aures meas.

Concitor, perturbor, affligor. 2. de Inv. 95. Cum nautæ adversa tempestate in alto jactarentur. Pro Planc. 17. Si quando jactor in turba, non illum accuso, qui, &c. Pro S. R. 72. Jactari fluctibus. Pro Planc. 11. Qui in hac tempestate populi jactamur et fluctibus. 3. Qu. Fr. 5. Forensi labore jactor.

Rejicior. 3. Off. 80. Jactabatur enim temporibus illis nummus.

Commoveor, gestio. 1. Div. 60. Exultare, immoderateque jactari.

Adverb. *Facetius, petulantius, gravius, immoderate, scelerate, vere, vulgo.*

Syntaxis. *Jactare se insolentius, sumptuosius, intolerantius. Jactare se de re aliqua, et in re aliqua. Magnifice se jactare atque ostentare. Jactare faces in vicinorum tecta, h. e. jacere. Jactare et opponere terrorem alicui. Jactare minas, legem, voces. In alto tempestate jactari. Jactari in turba. Jactari fluctibus. Jactari forensi labore. Exultare immoderateque jactari.*

Jactura, æ, *damnum, βλάβη, ζημία, ὄλεθρος.* 12. At. 21. Si qua etiam jactura facienda sit in repræsentando. 6. 1. Provincia sumptibus et jacturis exhausta. 13. 13. Tu illam jacturam feres æquo animo. Pro Flac. 13. Quæ jactura, qui sumptus? 2. Att. 1. Fuit tamen retinendi ordinis causa facienda jactura. 6. 2. Cum tanta sit nobis jactura facta juris. 4. Fam. 5. In unius mulierculæ animula jactura facta est. 2. de Fin. 79. Facere jacturam rei familiaris. Pro Planc. 6. Non solum hujus dignitatis jactura facienda est, sed, &c. *Ibid.* 54. Quos dicis jacturam suarum tribuum fecisse &c. 2. de D. 34. Concedam hoc ipsum, si vis, etsi magnam jacturam causæ fecero. 3. Off. 89. Equi pretiosi jacturam facere.

Adjunct. *Immanis, turpis, magna, tolerabilis, mediocris, minima.*

Syntaxis. *Jacturam facere rei familiaris. Jactura facta in pecunia, et pecuniæ. Sumptibus et jacturis exhauriri.*

Jactus, a, um. Pro Flac. 7. Quæ est unquam jacta non suspicio rerum, sed iracundiæ vox aut doloris? 2. contra Rull. 38. Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera jactum videtis.

Jactus, us, *conjectus, βολὴ, ἐμβολή.* 3. C. 18. Fulminum jactus. 2. de Div. 42.

Jaculando, *torquendo, conjiciendo.* 1. Off. 45. Quo in bello magnam laudem consequebare equitando, jaculando, omnia tolerando.

Jaculans, tis. 2. de D. 121. Quis est enim, qui totum diem jaculans non aliquando collineet?

Jaculum, li, *telum, ὀϊστὸς, ἀκόντιον, βέλος.* 1. Tusc. 101. Solem præ jaculorum multitudine et sagittarum non videbitis. 4. de Finib. 22. Si Annibal ad portas venisset, murumque jaculo trajecisset.

Jalysus, si, *Sol apud Rhodios, qui et Camirus, et Lindus dictus est,* 3. de N. 54. Ver. 4. 135. Orat. 5. 2. At. 21.

Jam, *vi temporis elapsi, ἤδη.* 1. B. Nuper,

quidem cum te jam adventare arbitraremur, repente abs te in mensem Quintilem rejecti sumus. *Ibid.* 5. Domum Rabirianam Neapoli, quam tu jam dimensam et exædificatam animo habebas, M. Fonteius emit H-S. CCCXCIII. 1. de Div. 26. Jam quid ego commemorem, &c. Ver. 1. 15. Jam illo tempore, cum, &c. 2. Fa. 16. Jam ab illo tempore cum venisti in Italiam. Orat. 201. Jam a principio videndum est, &c. Pro Corn. 31. Jam a principio Romani nominis. 1. de Orat. 42. Jam ab illo fonte et capite Socrate. 1. Fam. 9. Jam a prima adolescentia. 1. de Orat. 199. Jam inde ab adolescentia. De Pro 33. Jam inde a principio hujus imperii. 2. de N. 123. Jam inde ab ortu. Orat. 127. Exercitatio jam inde ab Aristotele constituta. Pro Flac. 52. Patronus alicujus jam inde a patre atque majoribus. In Vat. 13. Ac tibi jam inde præscribo, ne, &c. 1. de Div. 1. Jam usque ab heroicis temporibus. Pro Mur. 81. Omnia, quæ per hoc biennium agitata sunt, jam ab eo tempore, quo L. Catilina consilium inivit, &c. in hoc tempus erumpunt.

Jam antea, ἤδη πρότερον. 16. Att. 17. Jam antea petivi abs te, &c. 2. Off. 27. Jam antea, &c.)(. *Post vero, &c.*

Nunc, νῦν, νυνί. 4. Fam. 5. et 5. 2. Jam illud, &c. 2. A. 19. Jam illud cujus est non dico audaciæ, sed stultitiæ, clivi Capitolini mentionem facere? 2. de Inv. 68. Jam jura legitima ex legibus cognoscere oportebit.

Jam jamque, ratione instantis temporis. 7. Att. 19. Illum ruere nunciant, jam jamque adesse. 16. 7. Jam jamque video bellum. 1. Tusc. 14. Cogitandum est, jam jamque esse moriendum. 8. de Fin. 48. Jam jamque possint emergere. 12. Att. 26. Eadem quotidie, quæ jam jamque contrita sunt.

Jam nunc. 1. 6. Hermæ tui Pentelici, cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, jam nunc admodum me delectant. Div. 42. *bis.*

Jam tum, *cum etiam adhuc.* 1. At. 9. Quæ jam tum, cum aderas, offendere ejus animum intelligebam. Pro Cl. 107. Qui omnes in judiciis publicis jam tum florente rep. floruerunt.

Jam vero, πρὸς δὲ τούτοις, ἔπειτα. 2. de Orat. 13. Jam vero narrationem quod jubent verisimilem esse, recte nos admonent. Pro Pomp. 29. Jam vero virtus Cn. Pompeii, &c. De Cl. 263. Orator probabilis, jam vero etiam probatus, &c. Ver. 2. 120. Jam vero privatim plurimi, &c. De Cla. 66. Jam vero origines ejus, &c. et 2. 12.

Syntaxis. *Jam illo tempore cum; et, ab illo. Jam a principio belli. Jam ab illo fonte Socrate. Jam ab adolescentia; et jam inde. Jam inde a Platone. Jam usque ab heroicis temporibus. Jam ab eo tempore quo. Jam jamque pluit. Jam nunc delector.*

Jamdiu, *jampridem, aliquot jam per annos, multorum jam dierum intervallo,* ἐκ πολλοῦ. Ver. 4. 105. Per eos ipsos deos, de quorum religione jam diu dicimus 1. Att. 16. Conventus, qui initio celebrabantur, jamdiu fieri desierunt. Pro Flac. 54. Solvere pecuniam alicui jamdiu debitam. 1. de Inv. 39. Res jamdiu gestæ, et a memoria nostra remotæ. 2. Fam. 14. Nam jamdiu nihil novi ad nos afferebatur. 4. 13. Quærenti mihi jamdiu, quid ad te potissimum scriberem, &c. 15. 14. Ego te jamdiu plurimi facio. Pro Cæc. 13. Ebutius iste, qui jamdiu Cæsenniæ viduitate aleretur, &c. 2. de Div. 117. Cur isto modo oracula Delphis non eduntur, non modo nostra ætate, sed jamdiu? 1. de Leg. 5. Postulatur a te jamdiu historia. 1. C. 21. Quorum ego vix a te jamdiu manus contineo. 7. Fam. 9. Jamdiu ignoro, quid agas. 13. 55. Nam cum jamdiu diligerem M. Anneum, tum vero posteaquam mecum fuit, neminem pluris facio. 3. Qu. Fr. 3. Dierum jam amplius L. intervallo. 3. de Fin. 26. Sentis enim credo, me jamdiu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere extremum, &c. Act. 1. Ver. 15. et 1. C. 21.

Jamdudum, πολὺν ἤδη χρόνον. 7. Att. 7. Ἐμπολιτεύσομαί σοι jamdudum: et facerem diutius, nisi me lucerna deficeret. Pro Cl. 63. Par. 48. 2. de Orat. 26. 3. Fam. 12. Vides sudare me jamdudum. De Am. 82. Ea, quam jamdudum tractabamus, stabilitas amicitiæ confirmari potest.

Jampridem, *jamdiu.* 11. Att. 13. De fundo Frunsinati redimendo jampridem intellexisti voluntatem meam. 3. Fam. 12. Nihil jam sum pridem admiratus magis. 2. Att. 5. Cupio equidem, et jampridem cupio, Alexandriam visere. 1. Acad. 2. Jampridem institui, &c. Orat. 110. Nam in me quidem jampridem effectum est quod futurum fuit. 3. Fam. 11. Alter jampridem princeps juventutis, celeriter, ut spero, civitatis. Act. 1. Ver. 10. Jampridem, *de tempore non ita remoto. Ibidem.* 50. *De brevi tempore.*

Iambus, *pes in carmine, constans brevi et longa,* ἴαμβος. 3. de Orat. 180. Nam cum sint numeri plures, Iambum et Trochæum frequentem segregat ab Oratore Arist. 3. de N. 91. Hipponactis Iambus. Orat. 188. Iambus pes duplex. *Ibid.* 192. Iambus pes nimis e vulgari est sermone. *Ibid.* 194. Iambus pes in versum maxime cadit. *Ibidem.* Iambus in oratione vitiosus, si extremus ponatur. 16. Att. 11. Iambus Archilochi. Orat. 196. Iambus enim frequentissimus est in iis, quæ demisso atque humili sermone dicuntur.

Iambicus, ἰαμβικός. Orat. 191. Iambicus versus orationi simillimus.

Janiculum, *oppidum.* 1. cont. Rull. 16. et 2. 73.

Janitor, oris, *januæ custos, seu præfectus,* θυρωρός, πυλωρός. Ver. 3. 8. Hunc janitores, hunc cubicularii diligunt. 2. cont. Rull. 32. Janitores ducentos in annos singulos constituit, eosdem ministros et satellites potestatis. Ver. 4. 117. Aderat janitor carceris.

Janua, æ, *ostium, aditus*, θύρα, πυλὼν, εἴσοδος. Ver. 1. 66. Servis suis imperat Rubrius, ut januam clauderent, et ipsi ad fores assisterent. 1. de Orat. 200. Qu. Mutii janua atque vestibulum, quod quotidie frequentia hominum celebratur. 2. de N. 67. Fores in liminibus profanarum ædium, januæ nominantur. 2. de Div. 67. Janua clausa subito se aperuit. Pro Planc. 8. Qua nolui janua, sum ingressus in causam. Pro Mur. 33. Eam urbem sibi Mithridates Asiæ januam fore putavit, qua effracta et revulsa, tota pateret provincia. 1. de Orat. 204. Ab hoc aditu januaque patefacta.

Syntaxis. *Januam claudere. Causæ janua. Aditus et janua. Januam patefacere.*

Januarius, a, um. Pro Fl. 98. Calendis Januariis.

Januarius, rii, *mensis primus*, Ἰανουάριος. 1. cont. Rull. 4. Mensis Januarii.

Janundæ, *augures*. 1. de D. 91.

Janus, ni. 2. de N. 67. Janum in sacrificando principem esse voluerunt, quod ab eundo nomen est ductum. 7. A. 16. L. Antonius patronus Jani medii. 6. 15.

Japides, dum, *populi*. Pro Cor. 32. Japi dum fœdere olim cautum, ne quis eorum civis Rom. fieret.

IB

Ibi, *in eo loco*, ἐκεῖ, ἐνταῦθα. Pro Pomp. 33. Qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat. 6. Fam. 1. Nemoque est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit. 1. 9. Ut ibi esse malis, ubi, &c. 13. A. 19. Rediit ad milites, ibi illa pestifera concio Tyburi. Pro Dom. 121. Ibi enim postis est, ubi templi aditus est. Pro Cæc. 27. Illos armatos ibi fuisse. 2. A. 77. Atque ibi perpotavit usque ad vesperum. 5. Tusc. 109. Demaratus fugit Tarquinios Corintho, et ibi suas fortunas constituit.

Cum potestate occasionis et opportunitatis, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. Pro Cæc. Ibi tum Cæcinna postulavit, &c.

Ibidem, *in eodem loco*, ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ. Pro Quint. 84. Quod ibidem recte custodire poterunt, id ibidem custodiant. 2. de Inv. 14. Quare cum in quamdam tabernam divertissent, simul cœnare et in eodem loco somnum capere voluerunt, cœnati discubuerunt ibidem, &c. 2. 134. In navi ibidem. 1. de Inven. Ibidem operiar. Pro S. R. 13. Hic ibidem, &c. 2. Att. 8. Ibidem illico puer ad te venit cum epistolis. Pro Cæc. 23. Læsit in eo Cæcinnam, sublevavit ibidem. *id est, in eodem*. 1. de Finib. 10. Deinde ibidem homo acutus, &c. 5. Tusc. 1. 17. Mors ibidem est.

Ibis, is, *avis Ægyptia, ciconiæ similis*, ἶβις. 1. de Nat. 102. Ibes maximam vim serpentum conficiunt, cum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro. *Ibid.* 83. et 5. Tusc. 78. Crocodilum, et ibim, et felem non violari ab Ægypto. 2. 126. Ibes Ægyptiæ.

IC

Iccirco, vel Idcirco, *ideo, ob eam rem, vel ea re*, διὰ τοῦτο. Ver. 4. 7. Iccirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret? de Inv. 90. Iccirco judices, quia veram causam habebam, brevi peroravi.

Ichneumon, onis, *murem Indicum hodie vocant*, ἰχνεύμων. 1. de N. 102. Possum de Ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere.

Icilienses, *populi*. Ver. 3. 103. Iciliensium incommoda.

Ico, is, *ferio, ictum facio*, πλήττω, τύπτω. Pro Cornel. 31. L. Martius cum Gaditanis fœdus icisse dicitur. I. P. 28. Tu scilicet, homo religiosus, fœdus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti.

Iconium, *oppidum*. 5. Att. 20. 3. Fam. 5.

Ictus, a, um, *percussus, confectus*. 2. Off. 19. A bestiis ictus, morsus, impetitus. Pro Sest. 24. Id enim fœdus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant. 2. de Div. 135. Cum Ptolemæus telo venenato ictus esset. De Arusp. 25. Vos me primum ictum pro vobis fumantemque vidistis.

Ictus, us, *percussio, petitio*, πληγή, πλῆγμα. 2. de Fin. 32. Nec ullum habet ictum, quo pellat animi statum. Pro Cæc. 43. Ictu cominus et conjectione telorum magnas copias pulsas esse. 3. ad Her. 21. Ictus enim fit, et vulnerantur arteriæ. 2. cont. Rull. 8. Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novæ calamitatis, sed, &c. 2. Tusc. 20. Centaurus ictus corpori inflixit meo. Postquam in Sen. 16. Cum ego una cum repub. consulari ictu concidissem. Pro Milo. 65. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. 3. Off. 94. Phaethon ictu fulminis deflagravit.

Adjuncta. *Contrarius, horrificus, validus, levis, tribunitius, consularis.*

Syntaxis. *Ictu cominus pugnatur. Calamitatis ictus. Ictus infigere corpori. Ictu concidere. Ictu fulminis deflagrare.*

ID

Id, *hoc, istud*, τοῦτο. 1. de Orat. 265. Et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini operam demus. 13. A. 33. Is venit ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset. 1. C. 10. Quos ego ad me venturos id temporis esse prædixeram. 5. de Fin. 1. Maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Pro Mil. 28. Milo profectus est id temporis, cum jam Clodius Romam redire potuisset. Pro Dom. 118. Etsi id est ætatis, ut nondum scientiam consecutus sit. 1. de Orat. 207. Hominibus id ætatis tantum onus imponere, &c. 15. Fa. 13. Cum id ætatis sim. Pro S. R. 64. Duo filii

id ætatis. 6. Fam. 20. Id ætatis jam sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. 1. de D. 30. Aut si valuit, id valuit, ut peccatum in eo hæreat. 1. de Orat. 210. Epaminondam, et Annibalem, et ejus generis homines. 4. Att. 1. Postridie S. C. factum est: id quod ad te misi. 3. de Orat. 5. Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. 1. Fam. 2. Diem consumi volebant: id quod factum est. 9. 18. Demus modo operam, ne tam necesse nobis sit, quam illi fuit, id quod agimus. 1. de Orat. 89. Sive, id quod constat, Platonis audiendi studiosus fuit. *Ibidem*. 261. Id quod ejus scripta declarant. 8. Att. 19. Id quod neutrum nobis hoc tempore contigit. 3. de Orat. 94. Pro Sull. 4. et pro Cluen. 141. Eorum initia cum recitarentur, ea quæ vobis nota esse arbitror, &c. 2. de Div. 108. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici. 4. Tusc. 56. Quod id: *pro, id quod*. Pro Planc. 4. Vel quod, pro, *id quod*. 11. A. 5. Idque per biduum. 1. Off. 1. Idque Athenis. Orat. 3. Quæris igitur, idque jam sæpius. 2. Qu. Frat. 15. Atque id anni tempore gravissimo. 3. de Orat. 110. Alterum genus obtinent, atque id ipsum lacinia. Pro Cluent. 12. Neque id ipsum diu continebatur. De Fat. 25. Motus voluntarius est in nostra potestate: nec id sine causa, &c. 1. Orat. 161. Imo id mehercule, inquit, ipsum attendo. 1. Fam. 2. Atque id ipsum consulibus invitis. 2. de Div. 86. Fani pulchritudo Prænestinarum etiam nunc sortium retinet nomen, atque id in vulgus. De Cl. 244. Tu quidem de fæce hauris, idque jamdudum.

Syntaxis. *Id temporis est. Id temporis venit ad me. Ille id est ætatis. Hoc id valet, ut. Id quod: pro* quod.

Idæi digiti, *ii sunt, qui et Idæi dactyli in Creta et Corybantes vocantur, sacerdotes magnæ matris Idææ, quæ Cybele dicta est*. 3. de N. 42. Tertius Hercules est ex Idæis digitis natus, cui inferias afferunt.

Idæus, a, um. 1. Att. 15. Pastor Idæus: *id est, Paris*. De Senect. 45. Sacra Idæa magnæ matris: *id est, Cybelis*. Idæa mater. 2. de Leg. 22.

Idcirco, vel Iccirco, *ideo*, διό. 8. Att. Sin autem id actum est, et idcirco arma sumpta sunt, ut, &c. tum vero, &c. *Ibid*. 17. Ego quod existimabam dispersos nos, &c. idcirco ad L. Domitium literas misi.

Idea, æ, *forma, species, species rerum, prima et inchoata intelligentia*, ἰδέα. Top. 30. In divisione formæ sunt, quas Græci ἰδέας vocant: nostri, si qui hæc forte tractant, species appellant, &c. Orat. 10. Has rerum formas Plato appellat ideas, easque gigni negat: et ait semper esse, ac ratione et intelligentia contineri: cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu. 1. Acad. 30. et 1. Tuscul. 58. Mens sola cernit quod semper est simplex, et uniusmodi, et tale quale est: hanc Græci ideam vocant: nos recte speciem possumus dicere.

Idem, *hic, ipse, is ipse, unus, par, perpetuus*, ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτό. De Un. 32. Unum quod semper esset in eodem æque, et idem in omnibus, atque uno modo celeraret. 9. Fam. 2. Caninius idem tuus, et idem noster. Pro Dom. 19. Eadem Asia, atque idem iste Mithridates vos docuit, &c. De Ami. 82. Amicus est tanquam alter idem. Pro Dom. 51. Hoc unum et idem videtur esse atque illud, quod de me ipso nominatim tulisti. *Ibid*. 52. Tam hercule est unum, quam quod idem tu lege una tulisti. *Ibid*. 70. Lex, quam idem iste tulerat. *Ibid*. 92. Tu jure eandem sororem et uxorem appellare potes. 2. Off. 55. Nemo potest, qui non idem prudens sit, justus esse. De Ar. 23. Tua tum eadem virtus fuit, quæ in privato quondam tuo proavo. Pro Sest. 108. Cedo nunc ejusdem illius inimici mei de me eodem concionem. 2. de D. 77. M. Marcellus ille quinquies Consul, idem Imperator, idem augur optimus. 2. A. 40. Idem mœstitiam meam reprehendit, idem locum. 5. Philip. 13. Ut ei cum M. Curio, consessore eodem et collusore, facillime convenire possit. Pro Cœl. 67. Non idem judicum comessatorumque conspectus. De Pro 33. Imperii nostri terrarumque illarum idem est extremum. 1. de Inv. 19. In conjecturali constitutione quæstio eadem est et judicatio. Ver. 3. 62. Servi eisdem moribus sunt, quibus et dominus. Ora. 188. Eosdem esse oratorios numeros, qui sunt poetici. Ver. 5. 38. Idem, qui semper fueris, inventus es. De Or. 82. et 83. Ego idem, &c. 2. de N. 68. Dianam et Lunam eandem esse putant. Ver. 4. 106. Libera, quam eandem Proserpinam vocant. 2. de N. 62. Romulus, quem quidem eundem esse Quirinum putant. Orat. 10. Nec diutius esse uno et eodem statu. Ver. 4. 93. Uno eodem tempore. 10. Att. 6. Nec tuam rationem eandem esse duco quam meam. Ver. 4. 90. Ei te eundem vinctum dedamus. 3. Tusc. 7. Hos eosdem motus, &c. 1. de Orat. 53. Ab hisce iisdem permotionibus. Ver. 2. 68. Huic eidem Sopatro iidem inimici. *Ibid*. Idem hic Sopater. 1. 56. In iisdem illis locis. 13. At. 16. Eosdem illos sermones ad Varronem traduximus. Act. 1. Ver. 23. Eadem ille nocte. 3. 88. Eidem illi Decimo. 1. Att. 13. Idem ego ille, &c. Idem inquam ego, &c. Postquam in Sen. 33. Ipse ille animus idem meus, &c. 4. Att. 1. Te, &c. eundem te, &c. Top. 87. Si quæratur, idemne sit pertinacia et perseverantia. 9. Att. 11. Iste omnium turpissimus est idem, qui semper in republica fuit. 3. C. 27. Earum rerum, quas gessi, non est eadem conditio et illarum, &c. Pro Clu. 80. Non quod res alia esset, imo eadem. Pro Cæc. 59. Quod etiam si verbo differat, re tamen est unum, et in omnibus causis idem valet. *Ibid*. 58. Non idem est Servulus, quod fa-

sitia. Pro Sul. 19. Hoc idem valere debet, ac si pater judicaret. Pro Quin. 10. Cum adhuc ei non jus par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuit. Pro Mur. 21. Utriusque dignitatem pari, atque eadem in laude pono. Orat. 22. Fuerunt quidam, qui iidem ornate et graviter, iidem versute ac subtiliter dicerent. De Clar. 324. Causæ simillimæ inter se, vel potius eædem. *Ibidem.* 272. Oratio splendida et grandis, et eadem in primis faceta. Pro Mur. 20. Asia ista referta, et eadem delicata. De Cl. 84. Est mos hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. 2. de N. 1. Næ ego incautus, qui cum Academico, et eodem rhetore congredi conatus sum. 6 Att. 2. Nunc ista habet juris idem quod cæteræ. 3. de N. 56. Mercurius is, qui sub terris habetur, idem Trophonius. 7. Att. 13. Eadem postulantur a vobis, quæ ab amplissimis civibus. 3. de Nat. 80. Vir innocentissimus idemque doctissimus. *Ibid.* 93. Sed quomodo iidem dicitis, non omnia deos persequi? qui iidem vultis, &c. 1. de Orat. 70. Finitimus Oratori Poeta, multis ornandi generibus socius, ac pene par: in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat, aut definiat jus suum. Pro Sull. 20. Ut me, quem boni constantem semper existimassent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. 1. de Orat. 213. Oratorem equidem non facio eundem, quem Crassus. *Ibidem.* Eadem ratione, *id est, similiter.* 3. *Ibid.* 115. Cum quæritur, idemne sit, an aliquid intersit. *Ibidem.* 172. Musici, qui erant quondam iidem Poetæ, *Ibid.* 221. Nos ejusdem linguæ societate conjuncti sumus: *id est, nos eadem lingua sumus.* Pro Milon. 93. Vultus semper idem, vox, oratio stabilis et non mutata. 1. Off. 90. Præclara est æquabilitas in omni vita, et idem semper vultus eademque frons, ut de Socrate et de C. Lælio accepimus. 3. Tusc. 31. Vultus Socratis semper idem. 2. C. 19. Quibus præcipiendum videtur unum scilicet atque idem, quod cæteris. Orat. 110. In causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione obtinere. 4. Acad. 136. Hos enim quasi eosdem esse vultis. 4. de Fin. 7. Iidem abeunt, qui venerant. Ver. 5. 68. Dari in eandem custodiam. 4. 132. Per eundem me. 1. de Inv. 40. Utrumque genere idem est. De Clar. 100. Unus enim sonus est totius orationis et idem stylus. 1. de Leg. 2. At quam Ulysses Deli se palmam vidisse dicit, hodie monstrant eandem. 1. Off. 20. Beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet. Pro Clu. 100. Hoc dico, eandem fuisse P. Comminio controversiam cum Staleno, quæ nunc mihi est cum Attio. 1. Off. 59. Non iidem erant necessitudinum gradus, qui et temporum. *Ibid.* 63. Itaque viros fortes eosdem bonos esse volumus. 3. Off. 20. Peripatetici nostri, qui quondam iidem erant, qui Academici. *Ibid.* 75. Eadem utilitatis quæ honestatis est regula. 12. Att. 33. Quod idem tibi placet. 3. de Fin. 25. Quod idem in cæteris artibus non contingit. *Ibidem.* 44. Quod idem Peripatetici non tenent. 5. Tusc. 72. Idem iste sapiens. 11. Fam. 21. Iidem illi, qui solent, &c. 2. de Fin. 11. Hoc est idem, quod illud. Att. Hoc est fere idem, quod aliud. 4. Acad. 85. Nihil est idem, quod est aliud. *Ibidem.* 63. Cum idem negares quidquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. Topic. 48. Et cætera generis ejusdem. *Ibid.* 84. Comparatio de eodem et alio. *Ibid.* 23. De eodem et altero.

Syntaxis. *Cæsar idem tuus, et idem meus. Amicus est alter idem. Hoc unum et idem est atque illud. Idem iste. Nemo, qui non idem justus sit, &c. Uno eodem loco. In eodem illo loco. Idem ego ille. Ipse ille animus idem meus. Pari et eadem in dignitate ponere. Vir bonus idemque eruditus. Quod idem raro continget. Hoc est idem quod illud. Idem et aliud. Idem et alterum.*

Identidem, *frequenter,* ἑκάστοτε, θαμινά. Pro S. R. 84. Cassius in causis identidem quærere solebat, cui, &c. 2. de Inv. 78. Appellare nomen alicujus identidem. Pro Dom. 140. Identidem se ipse revocans. 13. Att. 26. Revolvor identidem in Tusculanum. 3. ad Heren. 37. Neque eodem identidem revolvamur. 3. de N. 24. In motu identidem reciprocando. 2. 142. Idque providit natura, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. Pro R. P. 34. Recitabatur identidem Pompeii testimonium. 3. Tusc. 62. Scindens dolore identidem intonsam comam. 2. de Fin. 75. Hoc enim identidem dicitis. 4. ad Her. 69. Nunc identidem nosmetipsi nobis instemus.

Ideo, *idcirco,* διὰ ταῦτα. Ver. 4. 7. Ideo Claudius retulit, ut iste auferret? 1. de Inv. 32. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio, ut possit, &c. 1. Fam. 8. Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quod, &c. Pro Cœl. 21. Non si justa causa est oppugnandi, ideo quoque justum est, vos, &c.

Ideo quod, *propterea quod, idcirco quod,* διὰ ταῦθ' ὅτι. Ver. 3. 192. Pro Cæc. 8. 1. de Inv. 14. 4. ad Her. 41. Mihi tecum præcertatio non est, ideo quod, &c.

Id est, *quod est, hoc est,* τοῦτ' ἔστι, λέγω. 7. Att. 7. Assentiar Cn. Pompeio, id est, T. Pomponio. 4. 15. Senatus hodie futurus erat, id est, Cal. Octob. 1. Off. 41. Duobus modis, id est, aut vi, aut fraude fit injuria. 8. Att. 16. Num cui succenseat, quod dico, num cui, id est, num Pompeio? 2. con. Rull. 74. Maxima multitudo, id est, tota Italia. 1. de Orat. 112. Cum ei ita dicerem, me velle esse ineptum, id erat petere blandius. 2. Off. 53. Qui opera, id est, virtute et industria benefici sunt. *Ibidem.* 1. 157. Virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani. 2. Fam. 17. Præter quæstores urbanos, id est, populum Romanum. 4. 10. Neque solum nobis, id est, tuis,

sed prorsus omnibus. *Ibid.* 4. Post has miserias, id est, postquam armis disceptari cœptum est.

Idiota, æ, *illiteratus, imperitus, ἰδιώτης, ἀγελαῖος.* Ver. 4. 4. Quivis nostrum, quos iste idiotas appellat. I. P. 62. Illi idiotæ, ut tu appellas, &c. *Ibidem.* 65. Sed plane animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet.

Idolum, li, *simulacrum, spectrum, imago, εἴδωλον.* 1. de Fin. 21. Atomi, inane, imagines, quæ idola nominant. *vide* Spectrum.

Idonee, *apto, commode, ἱκανῶς.* 1. de Inv. 20. Exordium est oratio, animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem.

Idoneus, a, um, *aptus, commodus, tempestivus, constitutus, dignus, ἐπιτήδειος.* 2. de Inv. 40. In occasione commoditas ad faciendum idonea. 2. Att. 6. Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. Ver. 3. 41. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. 8. Att. 22. Non mihi satis idonei sunt autores hi, qui a te probantur. 1. de Orat. 154. Cum minus idoneis verbis uti consuescerem. Brut. 7. Res quæ ne laude quidem satis idonea affici possit. Pro S. R. 68. Servi conscii, tempus idoneum. Pro Cl. 17. Non essem ad ullam causam idoneus, judices, si, &c. Pro Cor. 7. Minus idoneum hominem præmio afficere. De Cl. 57. Autor idoneus, Q. Ennius. Pro S. R. 8. Indignissimum est vos idoneos habitos, per quorum sententias, &c. Pro Dom. 132. Nemone horum idoneus tibi visus est, ut cum eo dedicationem communicares? Pro Pomp. 57. Pompeius idoneus non est, qui impetret. 1. Off. 142. Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. 2. 54. Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendum. *Ibid.* 61. In deligendis idoneis judicium et diligentiam adhibere. De Am. 4. Idonea mihi C. Lælii persona visa est, quæ de amicitia loqueretur. 1. de Leg. 23. Quædam ratio, de qua dicitur idoneo loco. 4. Acad. 16. Res est idonea, de qua quæratur. 6. Fam. 19. Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio. 3. ad Her. 5. Hæc res non est idonea dignitate tua. 1. de Inv. 29. Idoneum tempus, locus opportunus. 5. de Fin. 59. Idoneus ad aliquid agendum. 3. ad Heren. 35. Imagines ad monendum idoneæ. 1. 6. Cum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. *Ib.* Idonea verba. 2. de Leg. 8. Lex apta et idonea ad jubendum et vetandum.

Syntaxis. *Commoditas idonea ad faciendum. Hic tibi idoneus est, quem imiteris. Idoneus auctor, idonea verba, idoneus locus, idoneum tempus, apta et idonea lex ad jubendum et vetandum, idoneus animus ad audiendum. Idoneus qui impetret. Res idonea, de qua quæratur. Id non est idoneum dignitate tua. Idoneus ad agendum. Imago ad monendum idonea.*

Idus, *octo dies dicuntur, qui singulis mensibus nonas sequuntur: sic dicti, quod mensem dividant: nam* Iduare, *Hetrusca lingua, dividere fuit, εἰδοί.* 1. Fam. 1. Nam hæc idibus mane scripsi. 14. Att. 4. Idus Martiæ. Ad Brut. 15. Idus Martiæ memorabiles. 15. Att. 4. Iduum Martiarum stulta est jam consolatio. Ad Brut. 14. Idibus Martiis servitutem a suis civibus repulit Brutus. *nimirum interfecto Cæsare.* 14. Att. 22. Modo numeret idibus.

J E

Jecur, oris, *hepar, ex visceribus vegetationis organum, ἧπαρ.* 1. de N. 100. Cerebrum, cor, pulmones, jecur. 2. 137. Quædam a medio intestino usque ad portas jecoris (sic enim appellatæ) ductæ viæ. 1. de D. 118. Singulis jecorum fissis non interesse deum. 2. 32. Caput jecoris. 2. Tusc. 24. Tum jecore opimo farta et satiata affatim.

Adjuncta. *Nitidum atque plenum, horridum atque exile, optimum.*

Jecusculum, li, *parvum jecur, ἡπάτιον.* 2. de D. 33. *Lege,* Musculus.

Jejune, *tenuiter, exiliter, καταξηρῶς.* Orat. 123. Satura jejune dicere. 1. de Orat. 49. Videmus iisdem de rebus jejune quosdam et exiliter disputavisse.)(. *Copiose.* 3. de Fin. 19. Jejunius dicere aliquid. 4. Acad. 112. Jejune agere.

Jejunitas, tis, *tenuitas, ἀπαστία, ἀπορία, ἔνδεια.*)(. *Ubertas et copia.* De Clar. 202. Cavenda est Oratori inopia et jejunitas. 2. de Orat. 10. Jejunitas bonarum artium eorum, qui de dicendi ratione scripserunt. De Cl. 284. Jejunitas, et siccitas, et inopia. Orat. 21. Alii in eadem jejunitate concinniores. 2. Tusc. 3. Verborum jejunitas.

Jejunus, a, um, *qui nihil edit, aridus, tenuis, ἄγευστος, ἄσιτος, ἐνδεὴς, ἄπειρος.* 8. Fam. 26. Cum quidem biduum ita jejunus fuissem, ut &c. De Cl. 48. Theodorus in arte subtilior, in orationibus jejunior. 3. de Orat. 16. Antonium jejuniorem, Crassum pleniorem fuisse. 2. 68. Jejuna concertatio verborum. 1. Att. 13. Misera et jejuna plebecula. Orat. 106. Jejunas igitur hujus orationis aures civitatis accepimus. 1. Off. 157. Solivaga cognitio et jejuna. 14. A. 17. Quidam nimis jejuno animo et angusto.

Syntaxis. *Inopia et jejunitas. Jejunitas, siccitas et inopia. Jejunus homo, orator, emptio. Plebs misera et jejuna. Jejunus animus et angustus. Aures orationis hujus jejunæ. Verborum jejunitas.*

Iens, euntis, *vadens.* 16. Att. 21. Nonis Quint. veni in Tusculanum, iens ad Brutum. 4. 9. Iens in Pompeianum, bene mane hæc scripsi. 2. de Orat. 13. Cæsar dixit mihi, a se Scævolam hinc euntem esse conventum: *id est, venientem.* 7. Att. 6. Tantum illud servemus, ne quem istuc euntem sine literis dimittamus. 13. A. 45. Si me rectis sensibus euntem dii adjuverint. Incer. Ad militiam euntibus dari solebant custodes.

IG

Igitur, *ergo*, οὖν, ἄρα, τοιγαροῦν, τοίνυν. Orat. 106. Jejunas igitur hujus orationis aures civitatis accepimus. Pro Lig. 2. Habes igitur Tubero, &c. 4. Acad. 19. Ordiamur igitur a sensibus. *Ibidem*. 77. Quid ergo esset id? visum credo. quale igitur visum?

Ignarus, a, um, *imprudens, inscius, rudis, imperitus, indoctus*, ἀνεπιστήμων, ἀμαθής. 2. de Nat. 55. Ut plerique dicunt physicæ rationis ignari. Orat. 119. Oratorem ne physicorum quidem esse ignarum volo. Postquam in Senat. 17. Ignarus sum quid agatur. Pro Sest. 60. Ignari, quid virtus valeret. Topic. 75. Pueri sæpe indicarunt aliquid, ad quod pertineret, ignari. 5. Att. 20. Nunquam tandiu ignarus rerum mearum fui. 7. Fa. 23. Ignarus instituti mei. 2. Tusc. 3. Non sum ignarus, quibus ea rebus consequaris. 1. de Orat. 207. Ea requiruntur a me, quorum sum ignarus, &c. De Ar. 2. Attamen ignarus ille, qui Consules essent, æstuans se e curia repente proripuit. 1. de Orat. 63. Homo ignarus faciundæ orationis.

Syntaxis. *Quid agatur, ignarus sum. Ignarus est, qui Consules adsint. Ignarus legendi. Ignarus rerum.*

Ignavia, æ, *inertia*, ῥᾳθυμία, ῥαστώνη .)(. *Fortitudo*. 2. de In. 165. Fortitudini contraria est ignavia, justitiæ injustitia. 3. Tusc. 14. et 2. Fa. 16. Recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam. 2. Qu. Fr. 9. Utinam nihil detis, ut potius vestra injuria quam ignavia mea cessem. Pro Rab. 21. Ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere. 12. Fa. 20. Ne tua ignavia etiam inertiam afferret. 1. ad Her. 8. Inertia, ignavia, desidia, luxuria. 4. Tusc. 41. Moderatam ignaviam approbo.

Ignave, ἀργῶς. 2. Tusc. 55. Ne quid abjecte, neque timide, ne quid ignave, ne quid serviliter, muliebriterve faciamus.

Ignaviter, *ignave*. 15. Att. 6. Quæris, an ego, cum omnes calleant, ignaviter aliquid faciam?

Ignavus, a, um, *iners*, βραδὺς, ἀργὸς, ἄνανδρος .)(. *Fortis*. De Senect. 36. Iners, ignava et somniculosa senectus. Pro Cæc. 46. Pœna ignavis ab imperatoribus constituitur. De Fat. 28. Illa ignava ratio quæ dicitur, appellatur quidem a Philosophis ἀργὸς λόγος. *Ibid*. Recte hoc genus interrogationis ignavum et iners nominatum est.

Syntaxis. *Ignavus homo, ratio, interrogatio, senectus. Ignavum et iners dictum. Ignaviter facere.*

Ignesco, is, *conflagro, ardeo*, πυρόομαι. 2. de Nat. 118. Ad extremum omnis mundus ignescet.

Igneus, a, um, πύρινος, πυρώδης. 4. ad Her. 45. Ardor igneus. 2. de Natur. 25. Genus igneum. *Ibid*. 41. Sol igneus. 1. Tusc. 40. Pars ignea. *Ibid*. 66. In animis nihil est igneum. *Ibid*. 70. Ætherea natura ignea. Top. 16. Igneum fulmen. 2. de Natur. 23. Omne, quod est calidum et igneum, cietur et agitur motu suo. *Ibidem*. 28. Calidum illud atque igneum in omni fusum est natura. 3. 35. Ad igneam vim omnia referebat Heraclitus. 2. 24. Cor animantis evulsum ita mobiliter palpitabat, ut imitaretur igneam celeritatem. *Ibid*. 24. Igneo motu venæ et arteriæ micare non desinunt. *Ibid*. 101. Igneæ formæ in æthere cursus ordinatos definiunt. *Ibidem*. 39. Tota ignea et calida esse sidera, Cleanthes affirmat.

Syntaxis. *Igneus sol. Æthereа natura ignea. Igneo motu arteriæ micare non desinunt. Igneum et calidum in omni fusum natura. Ignea et calida sidera. Ignea celeritas.*

Igniculus, li, *proprie parvus ignis: translatione, facilitas ingenita*, πυρίδιον, ἔγκαυμα. 1. de L. 33. Tanta est corruptela malæ consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur a natura dati. 3. Tusc. 2. Natura parvos nobis dedit igniculos. 5. de Fin. 18. Quasi virtutum igniculi et semina. 15. Att. 25. Sed tamen interdum nonnullos jacit igniculos viriles. 15. Fam. 20. Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui. 12. Att. 1. Igniculus matutinus.

Adjuncta. *Matutinus, parvulus, virilis.*

Syntaxis. *Igniculos nobis dedit cognitionis natura, et quasi semina. Igniculos jacere viriles. Igniculus desiderii.*

Ignifer, πυρφόρος. in Arato.

Ignis, is, *elementum natura calidiss. levissimum*, πῦρ. 2. de N. 25. Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. *Ibid*. 27. Ignis omnibus rebus vitalem impertit calorem. *Ibid*. 118. Quod astrorum ignis et ætheris flamma consumat. Pro Q. R. 17. Ignis in aquam conjectus, continuo extinguitur et refrigeratur. 1. de D. 17. *Æthereo flammatus Jupiter igni*. 2. de Orat. 190. Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest. 1. Off. 52. Pati ab igne, ignem capere. 3. de Nat. 36. Omnem vim esse ignem. *et ibid. de Heraclito, et de calore, et de igne, qui permanere non potest, nisi alatur: et omnem ignem pastu indigere*. 4. Acad. 118. Ignem principium universi esse sensit Parmenides. 3. de N. 81. Ignis et aer omni impulsu facillime pellitur. 1. Tus. 40. Ignis et aer sursum rectis lineis in cœlestem locum subvolant. 2. de Na. 57. Ignis artificiosus. De Senect. 46. Et vicissim aut sol aut ignis hybernus. De Univer. 41. Ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus, se confudit et contulit. 2. Leg. 58. Ob ignis periculum, ne homo in urbe ureretur, vetuit lex XII. tabularum. *Ibid*. Ignem foci publici sempiternum in urbe virgines Vestales custodiunto. De Univ. 11. Ignem et terram jungebat Deus, mundum efficere moliens. Pro Rab. Posth. 13. Cum odium non restingueretis, huic ordini ignem novum subjici non sivistis. De Uni. 11. Igni vacuum videri nihil potest. 1. de Natu. 22. Cœlum, ignes, terra, naturæ omnes parent

divino numini. De Somn. Scip. 6. Animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera et stellas vocat. 2. de Nat. 27. Subditis ignibus effervescunt aquæ. Hortens. Gliscit ignis oleo.

ADJUNCTA. *Æstifer, clarus, exiguus, æthereus, æternus, altissimus, artificiosus, confector, et consumptor omnium, vitalis, et salutaris, funestus ac nefarius, hybernus, novus, perpetuus, et sempiternus, pestifer, religiosissimus.*

SYNTAXIS. *Astrorum ignis. Ignis extinctus, et refrigeratus aqua. Ignem elicere, concipere, capere. Pastu ignis indiget. Oculorum ignis. Ignem alicui subjicere :* id est, ruinam parare. *Sempiterni ignes, quæ sidera dicimus. Subditis ignibus aquæ effervescunt.*

Ignitus, a, um, πυρώδης. Pro Dom. 141. Inflammatus atque ignitus furor. *alii leg.* igneus.

Ignobilis, le, *humilis, ignobili loco natus, infimo loco natus, obscuris ortus parentibus, humili atque obscuro loco natus, inferiore genere ortus, ex infimo genere et fortunæ gradu, homo tenuis, cujus vis et fortunæ conditio infima est, homo ignotus et sordidus, obscurus, abjecta et obscura familia, nulla commendatione majorum, terræ filius, ἀγενὴς, ἄγνωστος, ἀφανής.* Pro Clu. 112. Si quis autem hoc uno nititur, quod sit ignobilis, procedit, &c. 3. Tusc. 57. Inglorius atque ignobilis senex. De Clar. 315. Demetrius non ignobilis dicendi magister. Pro Cæc. 10. Qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. Ver. 5. 28. Mulier ex familia non ignobili.

Ignobilitas, tis, *humilitas, humilitas generis, obscuritas, conditio atque fortuna hominum infimi generis, ἀγένεια .*)(. *Nobilitas.* Pro S. R. 90. Jam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt. 5. Tusc. 29. Aderit enim paupertas, ignobilitas, humilitas, &c. Pro Mur. 17. Objicere ignobilitatem generis alicui. 3. A. 16. et 17. *De ignobilitate et nobilitate generis.*

Ignominia, æ, *infamia, dedecus, contumelia, macula, nota, probrum, labes, ἀδοξία, ἀτιμία, αἰσχύνη.* 7. A. 23. Notare aliquem ignominia. Pro Qu. 64. Omnia alicujus vitæ ornamenta per summum dedecus et ignominiam diripi. 4. Tusc. 44. Ferre ignominiam et infamiam sine dolore. Pro Rab. 27. Labes ignominiaque mortis. Ver. 3. 226. Calamitatem ad quempiam per summam injuriam ignominiamque pervenire. 2. de Div. 22. Cum ignominia et dedecore mori. Pro Q. 96. Imponere injuriam alicui sine ignominia. Pro S. R. 113. Qui ignominia mortuum affecerit. Pro Qu. 98. Ignominiis omnibus appetitus.

ADJUNCTA. *Censoria, gravis, gravissima, insignis, levior, nova, magna, maxima, minor, misera, privata, propria, sempiterna, summa, turpissima.*

Ignominiosus, a, um, ἄδοξος, ἀπρεπής. 3. A. 34. Dominatio ignominiosa.

SYNTAXIS. *Ignominia notatus. Per dedecus et ignominiam. Cum ignominia et dedecore mori. Appetitus ignominiis omnibus.*

Ignorabilis, le, *quod ignorari potest, ut ignoratus, ἄγνωστος.* 2. de Inv. 99. Quod non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit.

Ignorans, tis, *ignarus, ἀνεπιστήμων.* Ad Brut. 16. Juvat enim magnifice loqui, et certe decet adversus ignorantes, quid pro quoque timendum aut a quoque petendum sit. 1. de Orat. 184. Hæc igitur et horum similia jura ignorantem vagari celsum et erectum, &c. flagitiosum in primis putandum est. De Am. 24. Cum ignorante rege uter eorum esset, Orestes, &c.

Ignorantia, æ, *ignoratio, inscitia, inscientia, ἄγνοια, ἀγνωσία.* Pro Flac. 46. Ubi adolescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum. Pro Sest. 39. Res frumentaria ad M. Scaurum per ignorantiam translata. De Ami. 72. Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis in famulatu fuerunt.

Ignoratio, onis, *ignorantia, ἀγνόημα.*)(. *Scientia.* Pro Sull. 39. Nam cujus scientiam de omnibus constat fuisse, ejus ignoratio de aliquo, purgatio debet videri. 2. de Div. 49. Causarum ignoratio in re nova mirationem fecit: eadem ignoratio si in rebus usitatis sit, non miramur. 1. de Nat. 2. Versari in summa rerum omnium ignoratione. Pro Cluent. 109. Ignoratio sui. 7. Att. 20. Ignoratio suarum copiarum. 3. de Fin. 41. Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta, propter ignorationem dialecticæ. 1. de Leg. 18. Ignoratio juris. Orat. 70. Decori ignoratione in oratione sæpissime peccatur. 1. Acad. 29. Obscuritas et ignoratio causarum. De Consolat. Nescio qui nos teneat error, aut miserabilis ignoratio veri.

ADJUNCTA. *Summa, litigiosa, vitiosa, utilis.*

SYNTAXIS. *In ignoratione versari. Peccare ignoratione decori. Ignoratio veri nos tenet.*

Ignoratus, a, um. De Clar. 176. Octavii eloquentia, quæ fuerat ante consulatum ignorata. 5. Tusc. 64. Cujus ego ignoratum ab Syracusanis indagavi sepulchrum.

Ignoro, as, *sum ignarus, sum nescius, nec usu nec ratione aliquid cognitum habeo, ἀγνοέω.* De Am. 52. Top. 3. Rhetor ille Aristotelica se ignorare respondit. Pro Milon. 32. At vero tu solus ignoras? tu, &c. 4. Att. 13. Scrupulus, quem non ignoras. Orat. 227. Quod quidem tu minime omnium ignoras. Pro Rab. 33. et 4. Acad. 4. Si ita putes, et causam, et me vehementer ignoras. 8. At. 22. Domitius ignorat de filio. 2. de Finib. 7. Quid ergo? istam voluptatem Epicurus ignorat. 3. de Natu. 78. Non enim ignoro, &c.

Ignoror, aris. Oecon. 1. Quia ignoretur ubi projectum jaceat quod desideretur.

Ignoscendi, dum. I. P. 98. Cui maximorum scelerum venia nulla ad ignoscendum dari potest. Par. 131. Ad ejus facti deprecationem ignoscendi petenda venia est.

Ignoscitur. 11. Att. 14. Illi, quibus igno-

tum non est, &c. 2. de Inven. 100. Quibus in simili excusatione non sit ignotum. 9. ad Her. 25. Si tali de causa aliis quoque ignotum sit.

Ignosco, is, *parco, concedo, veniam do, remitto, συγγινώσκω, συγχωρέω, συγγνώμην ἔχω.* 8. Att. 12. Velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. 16. 20. Ignosce mihi, quod, &c. 2. cont. Rull. 48. Et mihi quæso ignoscite, &c. De Ar. 37. Quam Deam iste idcirco bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit. 14. A. 8. Quod nulla barbaries posset ignoscere. *aliter*, agnoscere. Ad Brut. 15. Sceleris pœnam prætermittere : id enim est, quod vocatur ignoscere. 1. A. 13. Sed hoc ignoscant dii immortales velim, &c. 1. Att. 1. Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas. 3. Fam. 12. Si facile inveneris, quid dicas, noli ignoscere hæsitationi meæ. Frag. ep. Et præteritis ignoscis, et concedis futura.

Syntaxis. *Dare veniam ad ignoscendum. Ignoscere alicui, et aliquid alicui. Præteritis ignoscere, concedere futura.*

Ignoturus, a, um, *in Catone majore, teste Prisciano.*

Ignotus, a, um, *qui in hominum ignoratione versatur, obscurus, ἀγνώριστος.* 5. Att. 15. Ille tibi non ignotus cursus animi mei. 1. de Orat. Jus applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum est. 3. C. 22. Res tanta et ignotis et barbaris credita. De Cla. 242. Ignotus homo, &c. Pro Flac. 40. Ignotissimus Phryx. 9. Att. 5. Res in vulgus ignota.

Syntaxis. *Obscurum et ignotum. Id est creditum ignotis et barbaris. Res in vulgus ignota.*

I L

Ilia, orum, ἴξυς, λαγών. In Vat. 10. Cum mihi responderis, &c. ita dolenter, ut aliquando ista ilia quæ sunt inflata, rumpantur.

Ilias, dis, *Homeri de bello Trojano, et Ilii excidio opus, Ἰλιάς.* Pro Arc. 24. Nam nisi Ilias extitisset illa, idem tumulus, qui corpus Achillis contexerat, nomen etiam obruisset. 8. Att. 11. Non multo, inquam, secus possum vaticinari: tanta malorum impendet Ἰλιάς. *Proverbium.* Incer. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum.

Ilium, lii. 1. de Div. 24. Achivi ita profecti sunt ab Ilio, &c.

Illabor, eris, *influo, εἰσπίπτω, εἰσρέω.* 2. de N. 153. In stomachum primo illabuntur ea, quæ accepta sunt ore. 2. de L. 39. Sensim pernicies illapsa in civium animos. 1. de Fin. 39. Voluptas ad sensus affluit et illabitur.

Illacrymans, tis. De Sen. 27. Illacrymansque dixit, &c.

Illacrymo, as. 2. Tusc. 21.

Perge, aude, nate, illacryma patris pestibus.
Poetæ.

Illacrymor, aris, ἐπιδακρύομαι. 3. de Natur. 82. Quid dicam de Socrate? cujus morti illacrymari soleo Platonem legens.

Illaqueatus, a, um, *captus, irretitus, παγιδευθείς.* De Ar. 7. Illaqueatus legum periculis.

Illatus, a, um. Oecon. 1. Qui res illatas custodiret.

Ille, a, ud, ἐκεῖνος. 1. de Or. 45. Qui cum illis una ipsum illum Carneadem diligentius audiverat. *Ibid.* Mnesarchus auditor Panætii illius tui. Pro Pomp. 22. Medea illa ex Ponto quondam profugisse dicitur. 1. de Or. 98. Et longe Academiæ illi tuum hoc Gymnasium antepono. 5. Fa. 12. A qua te flecti non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate. 3. de Orat. 192. Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe meministi, solitus est, &c. 1. Off. 109. Contraque pater ejus, ille qui, &c. 2. de D. 61. Chrysippus ipse, ille divinationis autor. Pro Sest. 37. Habet inimicum C. Marium, sextum jam illum consulatum gerentem. 2. de Orat. 58. Denique a philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, &c. 1. 247. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione juris, &c. scire possumus. Postquam in Senat. 32. Ipse ille animus idem meus, &c. Pro Mar. 7. Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. 9. Att. 9. Qui circum illum sunt. 2. 1. Ego ille ipse vindex æris alieni. 2. de Or. 170. In illo ipso loco comprehensus es. 1. C. 3. Fuit illa ista quondam in hac repub. virtus. 3. Off. 39. Philosophi quidem minime mali illi quidem, sed, &c. 12. Fa. 9. Rumores satis illos quidem constantes, sed, &c. Ad Brut. 15. Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem viris, sed, &c. 2. Fa. 9. Quid quæris? dum illum rideo, pene sum factus ille. *Ibid.* Itaque cum primum audivi, ego ille ipse factus sum : scis quem dico.

Syntaxis. *Pater ejus ille. Ipsum quidem illud. Ego ille ipse. Illa ista virtus. Homines minime mali illi quidem.*

Illecebra, æ, *invitamentum, incitamentum, lenocinium, stimulus, blandimentum, θελκτήριον, θέλγητρον.* 2. C. 8. Juventutis illecebra. 1. de Leg. 31. Voluptas est illecebra turpitudinis. Pro Mil. 34. Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi. Pro Cæl. 12. Erant apud illum illecebræ libidinum. De Sen. 40. Tusc. 6. Illecebræ blandæ voluptatis. 15. Fam. 16. Deliniri illecebris voluptatis. 1. C. 13. Adolescentem corruptelarum illecebris irretire. De Somn. 18. Suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. Pro Sest. 138. Vitiorum illecebræ. Hortens. Voluptates vere et graviter a Platone dictæ sunt illecebræ atque escæ malorum.

Adjuncta. *Blanda, maxima, tanta.*

Syntaxis. *Deliniunt illecebræ, irretiunt. Virtutis illecebræ. Illecebra peccandi. Illecebræ atque escæ malorum.*

Illectus, a, um. 4. Tusc. 11. Libido ad id,

quod videtur bonum, illecta et inflammata rapitur.

Illepidus, a, um, *infacetus, putidus,* ἄκομψος, ἄχαρις. 3. de Nat. 52. Parens avarus, illepidus, in liberos difficilis.

Illibatus, a, um, *intactus, purus,* ἀμίαντος. De Cl. 58. Flos illibatus populi. *alias,* delibatus: *sed rectius,* illibatus. Pro Sest. 93. Ut eorum veteres illibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat.

Illiberalis, le, *ignobilis, sordidus, avarus,* ἀνελεύθερος. 1. Off. 150. Quæstus illiberalis ac sordidus. 1. de Orat. 146. Res ad cognoscendum non illeberalis. 1. Off. 104. Genus jocandi illiberale. 1. de Fin. 3. Sed eum ab illiberali labore deterret. 13. Fam. 1. Illiberalis in aliquem.

Illiberalitas, tis, *sordes, avaritia,* ἀνελευθερία. 8. At. 6. Malo Tyronis verecundiam in culpa esse, quam illiberalitatem Curii.

Illiberaliter, *sordide, avare, ingrate,* ἀνελευθέρως. 16. 3. Nihil ab eo neque indiligenter, neque illiberaliter. 4. Cæteri æstimarunt valde illiberaliter.

Illicio, is, *allicio, allecto, induco,* ἐπάγω, δελεάζω. 3. de Nat. 68. Qui non sat habuit conjugem illexisse in stuprum. De Am. 50. Similitudo illicit ad amicitiam.

Illicitum, ti, *non licitum,* ἀπρεπές. Pro Cl. 130. Multitudinem illicitum est contra dicere.

Illico, *continuo,* αὐτίκα, παραυτίκα. Pro Mur. 22. Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt. Pro Q. 48. Illicone ad prætorem convenit? Pro Cl. 37. Avilius illico convalescit. 8. Fa. 8. Magna illico fama surrexit. De Fat. 28. Nec si omne, &c. sequitur illico, causas, &c.

Illisus, a, um, *contusus, confractus,* προσαραχθείς. De A. 55. Jam ista serpens compressa atque illisa morietur.

Illigatus, a, um, *implicatus, irretitus.* 2. de Orat. 61. Philosophi angustiis et concisis disputationibus illigati.

Illigo, as, *implico, irretio,* προσδέω, συνάπτω. Ver. 4. 54. Simulacra scite in aureis poculis illigabat. 3. de Or. 163. Orator illigat sententiam verbis. 4. Aca. 6. Illigare personas graves. De Univers. 41. Itemque in eo influente atque effluente animo divino, ambitus illigabant.

Illigor, aris. Or. 215. Pæan commodissime in solutam orationem illigatur. *Ibid.* 96. Genus dicendi, in quo omnes illigantur verborum lepores.

Syntaxis. *Illigare in oratione lepores verborum. Illigare sententiam verbis. Scite illigare.*

Illiminatus, a, um. De Cl. 213. In domum multorum insita atque illiminata sapientia.

Illinc, *loci et personæ ratione,* ἐκεῖθεν. 9. Att. 6. Sed cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, &c. 2. A. 77. Omnem amorem abjecit illinc, atque in hanc transfudit. *id est, ab illa.* De Ar. 41. Post exercitu sollicitato fugit illinc. 13. Att. 10. Illinc Spintherem expecto. *Lege,* Hinc.

Illiquefactus, a, um, *liquefactus,* κατατετηγμένος. 4. Tusc. 20. Ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ voluptates.

Illiteratus, a, um, *idiota,* ἀγράμματος, ἄμουσος. 2. de Orat. 25. Vir bonus et non illiteratus. 9. Fa. 16. Incidunt in sermone vario multa, quæ fortasse illis nec illiterata, nec insulsa esse videantur.

Illitus, a, um, *inductus, inunctus.* 3. de Or. 197. His tribus figuris insidere quidem venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color.

Illiusmodi. Div. 68. Non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, &c. 7. Att. 11. Vel potius mori millies, quam semel illiusmodi quidquam cogitare.

Illo. Ad Her. Tu illo plures mittas oportet. At. Illo quum pervenire non liceat, &c.

Illuc. 1. de Or. 184. Huc atque illuc intueri, &c.

Illuceo, es, *eluceo, appareo,* ἔνθα, καὶ ἔνθα ἐκφαίνομαι. 4. de Fin. 4. Eaque in maximis ingeniis maxime illucere. *al. Elucere.*

Illucesco, is, *illuceo, exorior, appareo,* ἐκλάμπομαι. Pro Milo. 70. Erit, erit illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, cum tu, &c. Ad Brut. 15. Cum lætissimus ille civitati dies illuxisset. 2. de Nat. 96. Cum tertio die sol illuxisset. 1. P. 34. Qui dies post occasum nostrum Reipub. primus illuxit. 4. Acad. 69. Quis enim iste dies illuxerit, quæro. 1. de Div. 50. Cum autem is dies illuxisset, magna seditio, &c. 1. con. Rul. 24. Cum populo Romano vox et autoritas Consulis repente in tantis tenebris illuxerit. 1. A. 30. Quem potes recordari in vita tibi illuxisse diem lætiorem? 1. Tusc. 114. Dies qui ut illuxit, &c.

Syntaxis. *Hic lætus tibi dies illuxit. Sol illuxit. Vox et autoritas bonorum aliquando illuxit. Hora illuxit antecedente calamitosior.*

Illudo, is, *ludo, ludificor,* ἐντρυφάω, ἐμπαίζω. 1. de Orat. 87. Carneades rhetorum præcepta illudere solebat. *Ibid.* 243. Cum illud nimium acumen illuderes, et admirarere ingenium Scævolæ. 3. 171. Illudere in aliquem. Pro Do. 104. Hic illudit autoritati vestræ. Pro S. R. 34. Alicujus miseri fortunis, aut alicujus dignitati illudere. 7. Fa. 22. Illuseras heri inter scyphos. Hortens. Tune Pseudomenon, et Soritam, et totam Dialecticam aut illudis aut increpas?

Illudor, eris. 2. de Orat. 237. Miseros illudi nolunt.

Illuminate, *ornate, splendide,* λαμπρῶς. 3. de Orator. 50. *Lege,* Distincte.

Illuminatus, a, um. 2. de Nat. 119. Luna a sole illuminata, graviditates et partus affert. 4. ad Her. 61. Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata. De Clar. 213. Illuminata sapientia.

Illumino, as, *orno, distinguo, lucem vel lumen affero, lumen præfero, collustro, illustro,* διαφωτίζω, ἐναστράπτω. 3. de Orat. 203. Hæc sunt fere, quæ sententiis orationem illuminent. *Ibid.* 169. Quod tanquam stellis quibusdam notat et illuminat orationem. Orat. 83. Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat his luminibus, &c.

Illuminor, aris. 3. de Orat. 25. et 99. Quibus, *sc. luminibus*, orationem ornari et illuminari puto.

Syntaxis. *Illuminata a sole luna, gemmis corona. Notare et illuminare sententiis orationem.*

Illusio, onis, *irrisio*, χλευασμὸς, προσπαλαισμός. 3. de Orat. 200. Et huic adjuncta illusio.

Illustratio, onis, *fulgor, splendor*, καλλώπισμα. 1. de Natu. 88. Solis illustratio. *Item quam Græci* ἐνάργειαν *dicunt, Cic. illustrationem appellavit, teste Quintil. lib.* 6. *cap.* 3. Lege Ἐνάργεια.

Illustratus, a, um. De Clar. 228. Genus hoc scriptionis nondum est satis Latinis literis illustratum.

Illustris, stre, *clarus, nobilis*, κύδιμος, περίβλεπτος, εὐδόκιμος. Ver. 1. 17. Et hinc homines maxime illustres, et qui ipsi noti sunt, et alios optime norunt. De Clar. 74. Homo illustris honore ac nomine. De Clar. 122. Sane illustris orator. Ver. 5. 39. Tam illustre ac nobile domicilium. 1. 82. Tam illustris civitas. 2. de Divin. 87. Quis enim vir illustrior utitur sortibus? 2. de Nat. 95. Bonum et illustre domicilium. 1. Off. 75. Nomen Themistoclis illustrius est, quam Solonis. Pro Dom. 46. Illi, quorum vita remota ab hoc honore populari, et ab hac illustri gratia est. *Ibid.* 87. In ejus vita nihil est ad laudem illustrius, quam calamitas. De Sen. 38. Defendi multas causas illustres. 12. A. 25. Quis audeat luci? quis bene comitatum? quis illustrem aggredi? 1. de Natu. 12. Habere visum quendam insignem et illustrem. 11. Fa. 27. Hæc quæ testata sunt et illustria. 3. ad Her. 32. illustris locus.)(*Obscurus.* 4. Att. 6. Ne illius injuriam faciam illustrem. 1. Fa. 7. Hæc vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint. 4. Acad. 94. Illustribus igitur rebus insistis. 1. de Fin. 36. Facta illustria et gloriosa.

Illustrius, *clarius*, φανερώτερον. 10. Fa. 19. Vidi me a te amari semper quidem, sed nunquam illustrius.

Syntaxis. *Homo illustris honore, ac nomine. Illustris ac nobilis domus. Hoc ad laudem illustre. Testatum et illustre factum. Facere injuriam alicujus illustrem. Illustre ac gloriosum factum.*

Illustro, as, *illumino, collustro*, λαμπρύνω, ἀγάλλω. 1. de Orat. 177. Patefacere et illustrare obscura. De Amic. 97. Patefacere et illustrare veritatem. 2. de Inv. 49. Distinguere et illustrare orationem. 1. de Orat. 61. Illustrare artes oratione. Orato. 92. Translata verba quasi stellæ illustrant orationem. Pro Arch. 21. Qui libri populi Romani nomen illustrent. Pro Domo, 76. In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam. 2. Off. 49. P. Sulpitii eloquentiam accusatio illustravit. 1. Fa. 6. Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum injuria. 5. 14. Illustrare aliquem laudibus. 1. Acad. 3. Illustrare Philosophiam Latinis literis.

Illustror, aris. 1. Tusc. 5. et 3. C. 20. Consilia inita contra nos illustrabuntur, ut ab omnibus perspici possint. Pro Cæl. 66. Signa, quibus veritas illustrari solet, *id est, probari.* Ver. 4. 71.

Syntaxis. *Illustrare obscuram orationem. Distinguere et illustrare. Illustrare laudibus. Illustrantur tandem cuncta: id est,* agnoscuntur, patescunt. *Illustrare philosophiam Latinis litteris.*

Illuvies, ei, *sordes*, λῦμα. 3. Tusc. 26. Pectus illuvie scabrum.

Illyricum, ci, *regio.* 10. Att. 6. Pompeius per Illyricum proficiscitur in Galliam. et ep. 7.

Illyricus, a, um. Pro Pomp. 35. Mare Illyricum. 2. de Off. 40. Bargulus Illyricus latro.

I M

Im, *pro, eum, vetustum est.* 2. de Leg. 60. Quoi auro dentes vincti essent, ast im cum illo sepelire, urereve, se fraude esto. *hic etiam, se, pro, sive, usurpatum est.*

Imacarenses, *non Macarenses, populi.* Ver. 3. 100. Imacarenses jam omni frumento ablato, &c. *alias,* Acharenses.

Imacarensis, e. Ver. 3. 47. Ager Imacarensis.

Imago, inis, *simulacrum, species, exemplar,* ἄγαλμα, εἰκών. 1. de Nat. 107. Fac imagines esse, quibus pulsentur animi: species duntaxat objicitur quædam. 2. de D. 137. Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. *Ibid.* Imagines fluere a corporibus solidis, et a certis figuris. 4. Acad. 125. Imagines extrinsecus in animos nostros irrumpunt. 1. de Fin. 21. Atomi, inane, imagines, quæ idola nominant. Pro S. R. 47. Ut effictos mores nostros in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus. Pro Sest. 30. Se imaginem judiciorum aut simulacrum aliquod in civitate futurum putasse. *Ibid.* 19. Unum te aliquem ex barbatis illis, exemplum veteris imperii, imaginem antiquitatis diceres intueri. Pro Rab. Posthu. 16. Imago ad memoriam posteritatis prodita. 1. cont. Rull. 1. Imagines familiæ. 2. 87. Imaginem nullam Reipublicæ relinquent, et vestigium nullum. 6. Fa. 6. Filius tuus imago animi et corporis tui. 3. de Orat. 219. Imago animi vultus est, indices oculi. 1. de N. 49. Mens intenta in eas imagines. &c. 3. C. 10. Est vero, inquam, notum signum imago avi tui clarissimi viri. De Ami.

102. Memoriam et imaginem patris tui tibi propone. 1. Fa. 6. Recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Orat. 110. Demosthenis imaginem ex ære vidi. 2. de Inv. 1. Muta imago. 2. de Orat. 356. Artis imago quædam et similitudo. 5. Fa. 12. Agesilaus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse. 11. A. 6. Imaginem Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis. 3. Tusc. 3. Gloria virtuti resonat tanquam imago. 3. ad Her. 30. *et deinceps, de memoriæ imaginibus multa.* 2. contr. Rul. 99. Nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. Incer. Comœdia est imago veritatis.

Comparatio, παραβολή. 1. de Inv. 49. Imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem. 4. ad Her. 63. Imago est formæ cum forma cum quadam similitudine collatio.

ADJUNCTA. *Æterna, ingens, simillima, agens, acris, insignita, vera, antiqua, virilis, digna cultu, et religione, domestica, expressa, fumosa, laureata, muta.*

SYNTAXIS. *Imagines rerum pulsantes animum. Imago vitæ, antiquitatis. Imago et vestigium. Imago animi vultus. Imago ex ære. Imago et similitudo. Picta et ficta imago. Imagines fluunt a corporibus. Expressa quotidianæ vitæ imago.*

Imbecillis, le, *imbecillus, infirmus, debilis,* ἀσθενής, ἄναλκις. 9. Fa. 16. Fortunam, quam existimo levem et imbecillem, ab animo firmo et gravi, tanquam fluctum a saxo frangi oportere. De Senect. 35. Quam fuit imbecillis P. Africani filius? De Amic. 47. 1. de Inv. 35. Valens, an imbecillis.

Imbecillitas, tis, *infirmitas, debilitas, defatigatio,* ἀσθένεια, ἀῤῥωστία. 11. Att. 6. Tulliæ meæ morbus, et imbecillitas corporis me exanimat. De Cla. 202. Infirmitas laterum, et virium imbecillitas. Ad. Brut. 10. Imbecillitas ætatis non potest gravitatem rerum sustinere. *Ibid.* 16. Ista vero imbecillitas et desperatio Cæsarem in cupiditatem regni impulit. 12. Att. 25. Nosti Niceæ nostri imbecillitatem, mollitiem, et consuetudinem victus. 5. Tusc. 3. Imbecillitas fragilitasque humani generis. 7. Fam. 1. Imbecillitas valetudinis. 1. 4. In hac præsertim imbecillitate magistratuum. Pro S. R. 10. Susceptum onus propter imbecillitatem animi deponere.

ADJUNCT. *Humana, maxima.*

SYNTAXIS. *Imbecillitas corporis, virium, ætatis. Imbecillitas fragilitasque. Valetudinis imbecillitas, animi.*

Imbecillius. 5. Tusc. 85. Qui imbecillius horrent dolorem, et reformidant.

Imbecillus, a, um, *imbecillis, infirmus, debilis, enervatus, exsanguis, parum firmamenti ac virium habens, tenui et nulla valetudine,* ἀδύνατος .)(. *Valens.* 7. Att. 3. Nunc in uno cive Resp. ad resistendum imbecilla est. 7. Fa. 1. Cum homo imbecillus a valentissima fera laniatur &c. 16. 5. Malo te paullo post valentem, quam statim imbecillum videre. 2. Qu. Fr. 4. Quum neque hoc tempore, neque ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari. *Ibid.* 9. Marius et valetudine est, et natura imbecillior. 2. de Divi. 81. Imbecillus animus facile superstitiosa ista concipit. *Ibid.* 125. Omnem superstitionem imbecilli animi atque anilis esse. Hortens. Imbecillus est pudoris magister timor.

SYNTAXIS. *Imbecilla Respub. ad pugnandum. Valetudine et natura imbecillior. Imbecillus animus atque anilis.*

Imbellis, le, *ignavus,* ἄνανδρος. 1. Off. 82. Nunquam periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur.

Imber, bris, *pluvia vehemens ac repentina,* ὄμβρος, ὑετός. Ver. 4. 86. Erat hiems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. 7. Att. 20. Maximo imbri Capuam veni. 13. 16. Magnos et assiduos imbres habuimus. 1. Tuscul. 43. Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. 1. de Div. 98. Sæpe lapidum, sanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber effluxit. 2. 60. Imber lapideus, aut sanguineus. Incer. Quædam terræ imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre pulverem, proditum est.

ADJUNC. *Assiduus et magnus, lapideus, sanguineus, magnus, maximus.*

SYNTAXIS. *Magno imbri ambulare. Imbres habere. Effluit lapidum imber, sanguineus.*

Imberbis, be, *imberbus,* ἀγένειος. 3. de Nat. 83. Apollo semper imberbis adolescentulus.

Imberbus, *imberbis.* De Lege agraria. Imberba juventus.

Imbibo, bis, *haurio, concipio,* εἰσδέχομαι. Act. 1. Ver. 42. Imbibere animo malam opinionem de aliquo.

Imbuendus, a, um, 2. de Orat. 289. Itaque puer is imbuendus est bonis moribus.

Imbuo, is, *instituo, inficio, tingo, combibo,* ἐμβάπτω. Pro Deiot. 28. Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat. 5. Att. 20. Cum autem semel gaudium scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio attulisset. 1. Tusc. 30. Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio. 14. Att. 14. Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere.

Imbuor, eris, *ornor, instituor, impleor.* 3. de Fin. 9. Imbui bonis moribus. 3. Tus. 3. Imbui opinionum pravitate. *Ibid.* 2. Imbui erroribus. 1. de Na. 55. et 1. de Fin. 60. Tanta imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, ut aruspices nobis essent colendi. Hort. Literis talibusque doctrinis ante excoli animos, et ad sapientiam concipiendam imbui et præparari decet.

Imbutus, a, um, *instructus, præditus, plenus.* 1. de Div. 93. Hetrusci religione imbuti studiosius et crebrius hostias immolabant. 10. A. 20. Nos a majoribus sic instituti atque imbuti sumus, ut, &c. 1. Off. 118. Plerunque parentum præceptis imbuti, ad eo-

rum consuetudinem moremque deducimur. 1. de Nat. 84. Animi consuetudine imbuti. 2. de Orat. 162. Aliquis doctrina liberaliter institutus, atque aliquo jam imbutus usu. Orat. 165. et pro Milon. 10. Ad hanc legem non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. 2. de Fin. 16. Cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. Pro Dom. 60. Bellum nefarium, et omni odio imbutum. Pro Font. 31. Cujus sanguine totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est. et *Ibidem*. Manus imbutæ sanguine. 3. A. 4. Hac ille crudelitate imbutus, nemini pepercisset. Pro Milo. 18. Via Appia latronis sanguine imbuta est. 14. A. 6. Imbuti sanguine gladii militum nostrorum, vel madefacti potius. 1. Tusc. 14. Imbutus dialecticis. 2. de Leg. 15. His rebus imbutæ mentes. 1. de Fin. 60. Tum superstitio, qua qui est imbutus &c. 2. 94. et 2. Tusc. 19. Venæ viscerum veneno imbutæ. *Poetæ*.

Syntaxis. *Bonis moribus imbuere. Imbuere se studiis. Gaudium scelere imbuere. Imbuit mentes deorum opinio. Imbui erroribus. Institutus et imbutus a magistris. Usu imbutus. Non institutus, sed imbutus ad. Bellum odio imbutum. Manus imbutæ sanguine. Imbuti gladii sanguine, vel madefacti potius. Imbutus dialecticis.*

Imitabilis, le, *qui imitatione aliquid assequi potest*, μιμητός. Orat. 76. Orationis subtilitas videtur esse imitabilis existimanti, sed nihil est experienti minus.

Imitandus, a, um. 1. de Orat. 90. Vitiosa consectari imitando. 2. de Na. 88. Archimedem arbitrantur plus valuisse in imitandis sphæræ conversionibus, quam naturam in efficiendis. *Ibid.* 94. Sunt tamen omnes in eodem imitandæ veritatis genere versati. 2. A. 114. Hoc factum est expositum ad imitandum. 2. de Orat. 34. Qui actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate jucundior? 3. Off. 10. Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat. 1. 83. In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui, &c. 2. Acad. Vitam suam exponere ad imitandum juventuti.

Imitatio, onis, *æmulatio*, μίμησις. 14. A. 17. Excellentium hominum virtutem imitatione, non invidia dignam esse. 1. Off. 78. Ad quem et hujus gloriæ hæreditas, et factorum imitatio pertinet. Pro Flacc. 24. Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. 3. Off. 1. Hanc ingenii præstantiam si minus imitatione consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. 3. de Orat. 213. In omni re vincit imitationem veritas. *Ibid.* 44. Vitium imitatione ex aliquo expressum. 2. 189. In eo nihil est nisi falsum, et imitatione simulatum. *Ibid.* 242. Ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione sumi solet. 1. de Invent. 28. Multos imitatio decipit brevitatis, ut, cum se breves putent esse, longissimi sint. 1. ad Her. 3. Imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum similes in dicendo velimus esse. 2. de Orat. 90. *De imitatione multa et pulchra.* Verba novata imitatione. Part. 16. Hortens. Ad imitationem quasi nostri generis contendisse. Incer. Comœdia est imitatio vitae.

Adjunct. *Fallax, nimia, periculosa.*

Imitator, oris, *æmulator, æmulus*, μιμητὴς, ζηλωτής. 3. de Leg. 31. Non tantum mali est peccare principes, quantum illud, quod permulti imitatores principum existunt. Pro Mar. 2. Ille æmulus et imitator studiorum meorum. Orat. 171. Quorum se isti imitatores esse dicunt. In Vat. 22. Veterum facinorum imitator. 3. A. 8. Imitator majorum suorum. 2. de Orat. 90. Ut multos sæpe imitatores vidi. *Ibid.* 219. Natura fingit homines, et creat imitatores, et narratores facetos. Hortens. Deinde imitator, ut sibi quidem videtur, naturæ mos indicat.

Imitatrix, cis, *æmula*, μιμουμένη. 1. de Leg. 47. Vel ab ea, quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas. 3. Tuscul. 4. Gloriæ imitatrix, temeraria atque inconsiderata, fama popularis.

Adjunct. *Prava, temeraria, atque inconsiderata.*

Imitor, aris, *quasi fingo, simulo, adumbro, exprimo, imitatione exprimo, exemplum ab aliquo transfero, sequor, exequor*, μιμέομαι, ζηλόομαι, ἐκμιμέομαι. S. de N. 74. Imitari chirographum alicujus. 1. de Leg. 7. Sisenna Clitarchum imitatur: quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset. 2. de D. 58. Et humor allapsus, &c. potest sudorem imitari. Pro Q. R. 20. Imitari aliquem in persona alicujus. 9. Fam. 20. In cœna coquus meus præter jus ardens, nihil potuit imitari. 1. de Inv. 83. Hoc imitatur illud sed non est ejusmodi. *Ibid.* 54. Taciturnitas imitatur confessionem. 3. Fam. 8. Ne in quo te objurgem, id ipsum videar imitari. 2. 10. Eos ego fortasse nunc imitor. 1. Acad. 10. Imitari Aristotelem, aut Demosthenem. 2. de Orat. 194. Heroum veteres casus imitari. De Cl. 70. Canachi signa rigidiora sunt, quam ut imitentur veritatem. *Ibid.* 137. L. Cotta cum verbis, tum sono ipso subrustico persequebatur atque imitabatur antiquitatem. Orat. 5. Qui Coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt. *Ibid.* Imitatus est homo Romanus illum Socratem, &c. 2. de Div. 48. Casus potest imitari veritatem. Orat. 177. Tu ipse tibi imitandus es. *Ibid.* 19. Quem imitari atque exprimere non possumus. *Ibid.* 74. Pictor, cum summum illum luctum penicillo non posset imitari, &c. Pro Qu. 16. Credidit, eum, qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum. Pro M. Scau. Factum alicujus imitari.

Syntaxis. *Imitando vitiosa consectari. Imitandæ sunt virtutes. Expositum factum ad imitandum. Id imitatione simulatum. Æmulus et imitator. Imitari et exprimere.*

Immanis, ne, *importunus, ingens, ferus*, *ἄγριος, θηριώδης, σφοδρός*.)(. *Mitis, mansuetus.* Par. 81. Patientiam duritia immanis imitatur. Ver. 1. 8. Istius immanis atque importuna natura. 2. 51. Hostis ferus et immanis. 2. de Nat. 161. 4. Acad. 108. Fera et immanis bellua. 4. Tusc. 44. Tetra et immanis bellua. Pro Font. 21. Immanis ac barbara consuetudo. 1. Q. Fr. 1. Immanes et barbaræ nationes. 3. de Fin. 63. et pro S. R. 71. Immanes quædam bestiæ. Part. 90. Voluptatem immanissimus quisque maxime sequitur. De Ar. 4. Immanis audacia. 2. A. 63. Immanes populi. Ver. 3. 110. Ingens immanisque præda. 2. At. 9. et Pro Q. R. 23. Immanis pecunia. Pro S. R. 68. Immane facinus.

Syntaxis. *Duritia, natura, hostis, bellua, consuetudo, natio, audacia, præda, pecunia, facinus, immania.*

Immanitas, tis, *feritas, diritas, ἀγριότης, ὠμότης, ἀπήνεια*. 1. C. 14. Immanitas facinoris. In Vat. 9. Omni diritate atque immanitate teterrimus. 1. de Div. 60. Feritas, atque agrestis immanitas. 1. Off. 157. Feritas quædam et immanitas. 2. de Nat. 99. Immanitas ferarum. Part. 81. Temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis imitatur. 1. de Nat. 62. Esse gentes immanitate sic efferatas, ut, &c. 10. Fa. 1. Cujus tanta non insolentia, sed immanitas, &c. 3. Tuscu. 12. Immanitas in animo. Pro Cæl. 14. Nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam virtutis radicibus niteretur.

Adjunct. *Agrestis, barbara, detestabilis, nefaria, nova, singularis, tanta, vetus.*

Syntaxis. *Homo teter immanitate ac diritate. Feritas et agrestis immanitas. Immanitate efferatus.*

Immansuetus, a, um, *ἀπηνής*. 1. de Leg. 24. Gens immansueta atque fera.

Immaturitas, tis, *nimia celeritas, acerbitas, importunitas. ἀωρία*. Pro Quin. 82. Quid hæc festinatio? quid hæc immaturitas tanta significat?

Immaturus, a, um, *crudus, peracerbus, acerbitate permixtus.* De Cl. 125. Gracchi immaturus interitus. 2. A. 119. et 4. C. 3. Seni mors immatura esse non potest.

Immemor, is, *oblitus, ἀμνήμων*. 4. Att. 6. Immemor mandati. 5. 16. Tamen surripiendum aliquid putavi spatii, ne me immemorem mandati tui putares. 2. A. 54. Hujus rei posteritas quidem omnium seculorum immemor erit. De Clar. 174. Nec Romanorum immemor. *Ibidem.* Magna hæc immemoris ingenii signa. Pro Sul. 83. Adeone vobis oblitus constantiæ meæ, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor?

Immensitas, tis, *infinitas, ἀμετρία*. 1. de Nat. 54. Immensitas latitudinum, longitudinum, altitudinum. 2. 98. Immensitates camporum.

Immensus, a, um, *profundus, infinitus, ἄμετρος, ἀπείρων*. 1. Tusc. 73. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. 2. ad Her. 34. Immensa, infinita, immoderata cupiditas. 3. de Orat. 68. Ex ingenti immensoque campo. 1. 214. Ingenii fines pene immensi. 2. 84. In tanta re, tamque immensa. 3. 122. 1. de D. 12. Observata sunt hæc tempore immenso. 1. de N. 26. et 1. de Orat. 21. Aer immensus et infinitus. Ver. 3. 23. Immensa vorago vitiorum.

Syntaxis. *Cupiditas immensa, infinita, immoderata. Immensa vitiorum vorago, immensi fines, immensum tempus, mare, immensus aer, campus.*

Immergo, is, *ingurgito, καταδύνω*. Pro Clu. 36. Is se blanditiis in illius consuetudinem penitus immersit.

Immersus, a, um. De Univ. 41. In flumen immersus.

Immerito, *ἀναξίως*. 2. de Orat. 209. Si immerito, &c.

Immigro, as, *migro, commigro, μετοικίζομαι, ἀποικέω*. De Clar. 273. Sic tamen, ut non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres. Pro Dom. 141. Ex suis templis in ejus sedes immigrare nolebant. 1. Tusc. 58. Cum animus repente in tam insolitum domicilium immigravit. 13. A. 35. Paucis diebus in domum paternam immigrabit. Pro Do. 107. Deos in domum immigrare voluisse.

Imminens, tis, *paratus, promptus, ἐπικείμενος*. Pro Domo, 14. Homo ad cædem imminens. Ver. 2. 134. Aliquem avaritia hiante atque imminenti esse. 2. de Orat. 225. Conjectis oculis, gestu omni imminenti dixit.

Immineo, es, *impendeo, ὑπέρκειμαι, ἐφίσταμαι, ἐπίκειμαι*. Pro Dom. 25. Impendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. 3. Off. 46. Nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Pyræo. Pro Cor. 34. Cum præpotens Carthago huic imperio immineret. 1. Tusc. 91. Mors propter incertos casus quotidie imminet. 5. Att. 20. Certior sum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longe abesse, Ciliciæ magis imminere. 14. 17. Ipse autem eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam. Pro Dom. 47. Qui imminere jam cupiditate videtur in tribunitiam potestatem. 5. A. 20. Hujus mendicitas aviditate conjuncta in fortunas nostras imminebat. Brut. 7. Templis deorum immortalium imminet egentium et perditorum spes. Ver. 5. 144. Iste infestus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. Pro Pomp. 12. Imminent duo reges toti Asiæ. 2. con. Rul. 86. Carthago excurrere ex Africa et imminere populo Rom. videtur. 1. C. 30. Nonnulli sunt, qui ea, quæ imminent, non videant.

Syntaxis. *Homo ad cædem imminens, Italiæ hostis imminens. Res ista imminet: id est,* coram, palam, ante oculos est. *Imminere fortunis alicujus. Mors quotidie imminet. Præpotens Carthago imminet imperio nostro. Imminere cupiditate in Tribunitiam potestatem,*

in fortunas alterius. Homo hianti atque imminenti avaritia.

Imminuo, is, *diminuo, attenuo, σμικρύνω, διαφθείρω.* 1. de Orat. 259. Imminuere aliquid de voluptate alicujus. Pro S. R. 109. Violare atque imminuere jus et officium. 13. Fam. 3. Si copias quam minimum imminueris. 2. con. Rul. 19. Quod nemo imminuit, nemo immutavit.

Imminutio, onis, *diminutio, καθαίρεσις.* 3. Fam. 8. Ut sumptus egentissimarum civitatum minuerem sine ulla imminutione dignitatis tuæ. 5. de Fin. 37. Si parvitatem imminutionemque corporis propter se fugiendam putamus. *Alii,* munitionemque, *legunt.*

Imminutus, a, um. 12. A. 7. Acerrima illa et fortissima cupiditas, &c. imminuta ac debilitata est. Pro Pomp. 30. Bellum expectatione Pompeii attenuatum atque imminutum est. In Clod. Virtus non est imminuta. Ver. 4. 60.

Immisericors, dis, *ἀνελεήμων, δύσοικτος.*) (.*Misericors.* 2. de Inv. 108. Ipsum immisericordem, superbum fuisse: et si poterit, ostendet semper inimicum fuisse.

Immissio, onis, *ἄφεσις.* De Sen. 53. Sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, et aliorum immissio.

Immissus, a, um, *missus.* 14. Att. 10. Servi cum facibus in tecta nostra immissi. 3. de Nat. 91. Is non immissum a Deo dolorem, sed conceptum a seipso continebat. Pro Dom. 39. Tela, quæ ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. De Arusp. 22.

Immitto, is, *mitto, jacio, impello, inculco, ἐφίημι, εἰσβάλλω, ἐμβάλλω.* Ver. 4. 101. Eone tu servos ad spoliandum fanum immittere ausus es? De Ar. 26. In alteram caveam servos immisisti, ex altera liberos ejecisti. Para. 1. Quæ vis Decium devovit, et immisit in armatas hostium copias? Pro Font. 38. Immittere se armatum in hostium manus. 1. Tusc. 116. Immittere se in hostes. 10. Fam. 30. Immittere equum ad legionem. Orat. 190. Sed tamen in eo ipso loco immittit imprudens ipse senarium. Par. 4. Jacere et immittere injuriam in aliquem. 8. Fa. 10. Immitto gladiatorem.

Immittor, eris. Ver. 1. 78. Immittentur homines? expugnabuntur domus?

Syntaxis. *Immissus a Deo dolor. Immittere tela in aliquem. Immittere se in hostes. Immittere equum ad legionem. Jacere et immittere injuriam in aliquem.*

Immo, *quin etiam, jam vero etiam, μᾶλλον δὲ, ἀλλά.* 9. Att. 6. Causa igitur non bona est? immo optima. Pro Cl. 80. Non quod res alia esset, immo eadem. 2. con. Rul. 96. Immo vero etiam hoc magis, &c. Off. Non igitur patria præstat omnibus officiis: immo vero: sed ipsi patriæ conducit pios habere cives. *Ibid.* Immo vero obsecrabit patrem, ne, &c. 9. Fam. 17.

Immobilis, le, *torpens, ἀκίνητος.* De Som. 12. Terra immobilis manens, ima sede semper hæret. De Univ. 32.

Immoderate, *non moderate, extra modum, immodeste, immodice, ἀμέτρως, ἀκολάστως.* 1. Off. 90. Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. 2. de Nat. 149. Lingua vocem immoderate profusam fingit ac terminat. 12. Fa. 1. Immoderate abuti aliqua re. De Un. 38. Immoderate et intemperate vivere. 1. de Di. 60. Exultare, immoderateque jactari. De Univ. 7. Immoderate agitatus et fluctuans.

Immoderatio, onis, *petulantia, procacitas, ἀταξία.* Pro Sul. 30. Efferri immoderatione verborum.

Immoderatus, a, um, *immodestus, intemperans, nimius, ἄτακτος, πλημμελής.* 13. Att. 28. Alexandrum, postquam rex appellatus est, superbum, crudelem, immoderatum fuisse. 1. Qu. Fr. 1. 10. A. 23. Immoderata libertas, infinita hominum licentia. Orat. 198. Immoderata oratio. Pro S. R. 131. Ventus vehemens, immoderata tempestas. 1. de D. 60. Ea pars animi immoderato obstupefacta potu, &c. Pro Cæl. 53. Immoderata mulier. 1. Acad. 37. Immoderata intemperantia. 2. ad Her. 34. Immensa, infinita, immoderata cupiditas.

Syntaxis. *Superbus, crudelis, immoderatus. Immoderata tempestas. Immoderata intemperantia. Immensa, infinita, immoderata cupiditas. Immoderate vivere, exultare, jactari, res secundas ferre.*

Immodeste, *immoderate.* Ad Her.

Immodestus, a, um, *immoderatus, ἀκόλαστος, ἄφρων.* 1. Off. 104. Genus jocandi nec profusum, nec immodestum esse debet, sed ingenuum et facetum.

Immodice, *immoderate, ἀμέτρως.* 4. Tusc. 40. Immodice ferre aliquem casum.

Immodicus, a, um. De nat.

Immolandus, a, um. Pro Fon. 21. Consuetudo hominum immolandorum apud Gallos. 2. de L. 29. Quibus hostiis immolandum cuique deo, cui majoribus, cui lactentibus, cui maribus, cui fœminis.

Immolator, oris. 2. de D. 36. Ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent.

Immolo, as, *sacrifico, θύω, ἐπισφάττω.* 2. de Inv. 95. Lex erat, ne quis Dianæ vitulum immolaret. 1. de D. 73. Cum Sulla in agro Nolano immolaret ante prætorium. 3. Tusc. 63. Immolare hostias. 6. Fam. 7. Nemo nostrum est, ut opinor, quin vota victoriæ suæ fecerit: nemo quinetiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quam primum Cæsar superaretur, optaret. 3. de Nat. 88. Pythagoras Musis bovem immolasse dicitur.

Immolor, aris. 2. con. Rul. 92. Majores hostias a consulibus ad præconem et ad tibicinem immolari. 2. de Div. 38. Cum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur?

Immortalis, le, *indissolubilis, sempiternus,*

ἀθάνατος, ἄφθαρτος.)(.*Mortalis.* 3. de Nat. 29. Si omne mortale est, nullum est immortale. 1. Off. 120. Ut fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur. 2. de Orat. 8. Reddere memoriam alicujus immortalem. Pro Cornel. 40. Nostri imperatores mortui, quorum vivit immortalis memoria et gloria. I. P. 27. Immortalem quæstum fieri. *Ibid.* 31. Immortalem fructum capere. De Sen. 82. Optimi cujusque animus maxime ad immortalem gloriam nititur. 2. de Leg. 27. Omnium quidem animi immortales sunt, sed fortium bonorumque divini.

Syntaxis. *Immortalis animus, natura, gloria, quæstus, fructus. Reddere memoriam alicujus immortalem.*

Immortalitas, tis, *memoria nominis sempiterna, immortalis gloria, perpetuitas, immortalis conditio vitæ, memoria æternitatis,* ἀθανασία.)(.*Mortalitas.* 4. A. 3. Sunt enim facta ejus immortalitatis, non ætatis. *sive, ut ego legendum censeo,* nomen ætatis. 3. de Orat. 57. Socratis sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. Pro Do. 76. Id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri possit, mandandum. I. P. 7. Mihi populus Romanus non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit. 2. de Or. 36. Historia qua voce alia, nisi Oratoris, immortalitati commendatur? 2. de Nat. 153. Vita beata nulla re nisi immortalitate cedens cœlestibus. 2. A. 33. Quæ tam immemor posteritas? quæ tam ingratæ literæ reperientur? quæ eorum memoriam non immortalitatis memoria prosequantur? De Senect. 73. Non est lugenda mors, quam immortalitas consequatur. *Ibid.* 78. Cum de immortalitate animorum disseruisset, &c.

Syntaxis. *Immortalitati tradere, mandare, commendare. Immortalitatem donare alicui. Mortem immortalitas consequitur.*

Immortaliter, *maximopere, incredibiliter,* ἀθανάτως. 3. Q. Fr. 1. Quod scribis, te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immortuus, a, um, *plane mortuus,* ἀποθανών. 1. Att. 11. De immortuis reliquiis conjurationis.

Immundus, a, um. Pro Qu. Gall. Humus erat immunda.

Immunis, *vacuus a munere, qui vacat muneribus,* ἀτελής. Ver. 2. 166. Qui agros immunes liberosque arant. 3. 13. Civitates sine fœdere immunes ac liberæ. Pro Font. 7. Falsum est ob vacationem pretium datum, cum immunis nemo fuerit. 3. con. Rull. 9. Immunia communiore conditione sunt, quam ea, quæ pensitant. 3. A. 22. Is campi Leontini duo millia jugerum immunia possidet. Ver. 5. 57. 8. Fam. 9. Agros fructuarios vult immunes esse. Ver. 3. 92. Ad immunem civitatem immitti.

Immunitas, tis, *vacatio, libertas,* ἀτέλεια. Pro Font. 17. Immunitas ac libertas alicujus provinciæ. 12. Fa. 1. Dare alicui immunitatem munerum. 1. A. 3. Immunitates dantur.

Immunitus, a, um, *apertus, non septus,* ἄφρακτος. Pro Cæc. 54. Si via sit immunita, jubet, qua velis, agere jumentum.

Immûtabilis, le, *immobilis, perennis,* ἀμετάβλητος, ἀμετακίνητος. 2. de Nat. 49. Stellæ spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeant. De Un. 5. Immutabilis æternitas. De Fat. 28. Causæ immutabiles et æternæ. De Fat. 14. Omnia vero in præteritis necessaria sunt, quia sunt immutabilia. *Ibid.* 18. Hoc est immutabile ex vero in falsum. *Ibid.* 20. Immutabilia esse, quæ futura sunt. De Un. 5. Res stabilis et immutabilis. 4. Acad. 23. Comprehensio stabilis et immutabilis.

Immutabilitas, tis, *necessitas,* ἀμεταβλησία. De Fat. 17. In factis immutabilitas apparet, in futuris non item.

Immutatio, onis, *metonymia, hypallage, traductio,* ὑπαλλαγή. Orat. 94. Et quanquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores; ut cum ponimus Africam pro Afris.

Adjunct. *Crebra, parva, crebrior.*

Immutatus, a, um. 1. Fa. 9. Conversis rebus ac bonorum voluntatibus immutatis.

Immuto, as, *muto,* ὑπαλλάττω, μεταλλάττω. Pro Flac. 33. Cum successor aliquid immutat de institutis priorum. 2. de Div. 89. Signiferi orbis unamquanque partem aliam alio modo movere, atque immutare cœlum. 1. Fa. 9. Si quibusdam in sententiis paulum me immutassem. 5. 8. Qui et te nonnunquam a me alienarunt, et me immutarunt. *Ibid.* et Orat. 93. Ennius pro Afris immutat Africam. Orat. 214. Verborum ordinem immuta, fac sic, comprobavit filii temeritas.

Syntaxis. *Immutare aliquid de priorum institutis. Se in sententiis paulum immutare. Ille me tibi immutavit. Ordinem immutare.*

Impactus, a, um, ἐμπαγείς. 1. A. 4. Uncus impactus est fugitivo illi, &c.

Impar, ris, *dispar,* ἄνισος. 4. Acad. 32. Stellarum numerus par, an impar sit, nescitur. De Som. 11. Sonus intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis.

Imparatus, a, um, *incautus, immunitus, non paratus,* ἀπαράσκευος.)(.*Paratus.* Pro Sest. 79. Inermem atque imparatum Tribunum gladiis adoriuntur. 3. Tusc. 29. Ne me imparatum cura laceraret repens. 3. A. 2. Breve tempus longum est imparatis. 7. Att. 15. Sumus enim flagitiose imparati cum a militibus, tum a pecunia. De Cl. 139. M. Antonius imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. 2. Fa. 3. Imparatum te offendam. 9. Att. 7. Nec ero, ut in malis, imparatus. Pro Mil. 56. Imparatus in paratos inciderat.

Syntaxis. *Flagitiose imparatus a pecunia, a militibus. Offendere aliquem imparatum.*

Impartio, tis, *impertio, impertior, do, tri-*

buo, κοινωνέω, κοινόω, μεταδίδωμι. Ver. 2. 84. Cogitationes, quæ mihi nullam partem neque nocturnæ neque diurnæ quietis impartiunt. Pro S. R. 131. Commoda, quibus utimur, a Deo nobis dari atque impartiri videmus. De Ami. 72. Ut, si quam præstantiam virtutis consecuti sunt, impartiant eam suis, communicentque cum proximis.

Syntaxis. *Nullam tibi partem quietis impartio. Nobis dantur et impartiuntur a Deo commoda.*

Impatibilis, le, *qui ferri tolerarique non potest*, δυσάνεκτος .)(. *Patibilis, tolerabilis.* 2. de Fin. 57. Quem quidem dolorem vos impatibilem improbis facitis, bonis tolerabilem.

Impedimentum, ti, *impeditio, mora*, κώλυμα, συμποδισμός. 2. de Di. 96. 1. de Orat 206. Demosthenes impedimenta naturæ diligentia industriaque superavit. Pro S. R. 9. et 149. Nam commoditati ingenium est impedimento. Pro Milon. 28. Obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. *Ibid.* Cum Milo cum uxore veheretur in rheda magno impedimento. 5. Att. 9. Patras accedere sine his impedimentis non satis visum est decorum. 16. 8. Impedimenta expectanda sunt, quæ, &c. 1. de In. 12. Inferre moram et impedimentum alicui. 11. Fam. 2. Quem enim impedimento futurum putas?

Adjunc. *Legitimum, magnum, majus.*

Syntaxis. *Inferre moram et impedimentum. Impedimenta naturæ superare. Esse impedimento alicui.*

Impedio, is, *impedimento sum, impedimentum infero, obsto, excludo*, κωλύω, ἐμποδίζω. 9. Fam. 19. Me quotidie aliud ex alio impedit: sed si me expediero, &c. 7. 5. Ea mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare. 13. Att. 45. Tu velim sis (nisi te impedivisti) apud nos pridie Calendarum. 4. Aca. 19. Removere omnia quæ obstant et impediunt. Pro Cæl. 60. Sed hæc illius clarissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit, et mentem dolore impedivit. De Pro. 35. Rem prope jam explicatam perturbare atque impedire. De Fat. 2. Id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem, impedivit. De Ar. 1. Cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret. Pro C. Cor. 1. Quæ leges rem militarem impedirent. Cont. C. Anton. Conans legem impedire. 3. Fa. 7. Quod eorum ædificationem literis meis impedissem. 15. 15. Erotis dispensatio impedit.

Impedior, iris. 4. de Fin. 2. Sed pudore impedior. Pro Mur. 39. Nos qui ab delectatione omni negotiis impedimur. Brut. 3. Alterum ab altero adjuvari vel impediri. 8. Att. 25. Cedendum enim celeriter est, ne forte qua in re impediar atque alliger. 1. de Fin. 59. Quod si corporis gravioribus morbis vitæ jucunditas impeditur, quanto magis animi morbis impediri necesse est.

Impeditio, onis, *impedimentum*, κώλυσις. 1. de Div. 115. Animus liber sensibus ab omni impeditione curarum.

Impeditus, a, um, *præpeditus, irretitus, constrictus, difficilis.* De Arusp. 22. Cum ille servorum multitudini S. P. Qu. R. vinctum ipso consessu, et constrictum spectaculis, atque impeditum turba et angustiis tradisset. Pro Cæl. 45. Animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate impeditus. *Ibid.* Amores hunc occupatum impeditumque tenent. Pro Sest. 97. Impeditus domesticis malis. I. P. 3. Impeditis reipublicæ temporibus. Pro Pom. 19. Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Ver. 3. 63. Is ætate et morbo impeditus venire non potuit. *Lege*, Præpeditus. Pro R. P. 24. Sero sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se expedire. 15. At. 15. Te nolo impeditum impedire.

Syntaxis. *Aliud ex alio impedit. Impedita mens dolore. Explicata perturbare, atque impedire. Impedire caussam. Impeditum impedire. Impediri negotiis ab delectatione. Impediri atque alligari in re aliqua. Vitæ jucunditas morbis impedita. Impeditus turba, angustiis, cupiditate. Tenere aliquem occupatum impeditumque. Impeditus domesticis malis, ætate, morbo, stultitia sua. Impedita reip. tempora. Impedita solutio.*

Impello, is, *urgeo, adduco, induco, jacto, incito*, ἐπάγω, διώκω, ὠθέω .)(. *Retardo, revoco.* 1. de D. 122. Pro Clu. 70. Præcipitantem igitur impellamus, et perditum prosternamus. Pro Flacc. 85. Non igitur secures ad injuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Pro Sul. 36. Qui Barbaros ad bellum impelleret. Pro Flacc. 20. Qui nullo impellente fallebant, eos urgente Lælio religiosos fuisse putatis? I. P. 1. Hic in fraudem homines impulit. 1. de Nat. 7. Quæ causa te impulit, ut ita faceres? 2. 166. Quæ ratio poetas, maximeque Homerum impulit, ut, &c. 1. de Orat. 126. Impellere atque hortari aliquem ad aliquam artem. 2. A. 26. Si autores ad patriam liberandam desiderarentur illis autoribus, Brutos ego impellerem. De Sen. 77. Nec me solum ratio impulit ut ita crederem, sed etiam autoritas, &c. De Un. 7. Quæramus igitur causam, quæ cum impulerit, ut, &c. 2. ad Her. 34. Avaritia hominem ad quodvis maleficium impellit. 1. de Orat. 30. Voluntates impellere quo velis: unde autem velis, deducere. 1. Fam. 9. Gravissime autem me in hanc mentem impulit Pompeii fides. Pro M. Scau. Me in spem impulit, posse, &c.

Impellor, eris. 2. de Orat. 312. Loci, quibus impetus animorum aut impellantur, aut reflectantur. De Cl. 19. Impelli atque incendi ad aliquid faciendum. 3. de Fin. 65. Impelli natura, ut, &c. Pro Deiot. 32. Promissis in fraudem impelli.

Impendens, tis. 8. Att. 3. Propter suspicionem hujus impendentis tempestatis, vel

ruinæ. 2. de Natu. 98. Impendentium montium altitudines.

Impendeo, es, *immineo, jam jam adsum, insto, appropinquo, ἐπίκειμαι, ἐπικρέμαμαι, ἐπείγω*. 4. Tusc. 35. et 1. de Fin. 60. Poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt. 6. Att. 2. Magnum bellum impendet a Parthis. *Ib.* 6. Dum impendere Parthi videbantur, statueram fratrem relinquere. 1. de Orat. 26. Nihil incidit postea mali, quod non impendere illi tanto ante vidissent. Pro S. R. 31. Omnes in me terrores, periculaque impendent omnia. 4. Tuscul. 35. Semper aliquid, aliis dolor, aliis terror impendet. Brut. 18. Impendent infiniti sumptus in hos exercitus, quibus defendimur. Pro Qu. 47. Quæ mala jam adesse atque impendere videntur. Ver. 5. 156. Mercatoribus formidines a vestris magistratibus impendent. De Pro. 42. Tantum Reip. sceleris impendere a consulibus non suspicabar. 1. C. 22. Quanta tempestas invidiæ nobis impendet! 5. Tusc. 62. Gladium demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. 4. Att. 16. Judicia reliqua impendent. Pro Mil. 77. Quæ aderant jam et impendebant, quonam modo ea depellere potuissetis? 1. C. 14. 8. Att. 11. Tanta malorum impendet Ἰλιάς. 14. 22. Sed seponi et occultari possunt, ut extra ruinam sint eam, quæ impendet. 2. Fam. 16. Nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur. 1. de Natur. 45. Nullos a superis impendere metus. 2. Fam. 11. Belli magni timor impendet. 4. 14. Ut ea, quæ partim adsunt, partim impendent, moderate feramus. 6. 4. Nullum est tantum malum, quod non putem impendere. 8. 14. Video magnas impendere discordias. 2. Catil. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, aut instare jam plane, aut certe jam appropinquare. Pro Dom. 25. Impendebat fames, incendia, cædes, direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. De Ar. 4. Tum, inquam, tum vidi, et multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella Reipublicæ. 1. A. 10. Si quid mihi humanitus accidisset, multa enim impendere videbantur præter naturam præterque fatum. Pro Cluent. 66. Ex eo, quod aliis accidit, quid mihi impendeat, suspicor. 2. Att. 22. Ea contentio quæ impendet. *id est, futura est. Ibidem.* Impendet negotium, ad quod tu scilicet advolabis. 7. 1. Plane opus fuit, si hoc impendebat, &c.

Syntaxis. *Impendet bellum ab hostibus. Impendent hostes. Terrores et pericula in me impendent. Terror mihi impendet. Jam adsunt et impendent mala. Impendent nobis formidines a Magistratibus. Iis impendet fatum aliquod, aut instat jam plane, aut certe jam appropinquat. Impendet procella, fames, cædes, &c.*

Impendio, *multo*, πολύ. 12. At. 4. At ille impendio nunc magis odit Senatum.

Impendium, dii, *impensa*, ἀνάλωμα, δαπάνη. Pro Quint. 12. Is quæstum sibi instituit sine impendio.

Usura, id est, pecunia, quæ sorti accedit, ut Varro ait, τόκος. 6. Att. 1. Itaque cogito fœnus et impendium recusare. De Clar. 16. Solum ita diligenter colemus, ut impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris.

Impendo, is, *insumo, impensam ago vel facio, pecuniam in aliquam rem conjicio, consumo*, ἀναλίσκω, δαπανάω. Pro Qu. 12. Posteaquam nescio quid impendit, et in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. Ver. 4. 68. Impendere pecunias in res vanas. 3. 121. Illi intelligebant sese Verri serere, impendere, laborare.

Impendor, eris. *Ibid.* 227. Ad incertum casum et eventum certus quotannis labor, et certus sumptus impenditur.

Impensa, æ, *impendium, sumptus, jactura*, ἀνάλωσις, χορηγία, τέλος. 6. A. 14. Possessores nullam impensam fecerant. Ver. 3. 53. Arationes magna impensa, magnoque instrumento tueri. 2. Off. 60. Atque etiam illæ impensæ meliores sunt, &c. Ver. 1. 145. Columnæ, machina apposita, nulla impensa eisdem lapidibus repositæ sunt. 13. Ant. 25. Impensam facimus in Macrocola. Pro R. 43. Turpes impensæ cupiditatum atque jacturæ. 8. Fa. 1. Ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam. 16. 18. Iste nos tanta impensa derideat? calface hominem. 1. de Fin. 45. Necessariæ cupiditates, nec opera multa, nec impensa explentur.

Adjunct. *Magna, major*)(. *minor, melior, multa, tanta, turpis.*

Syntaxis. *Impendere pecuniam in libros. Labores impendere, ac sumptus. Impensam facere. Impendere alicui, id est,* ad alicujus utilitatem. *Facere aliquid magna impensa. Turpes impensæ cupiditatum. Molestiam alicui exhibere cum sua impensa. Instituere sibi quæstum sine impendio.*

Impense, *vehementer*, σφόδρα, ὑπεράγαν. 5. At impense rogare aliquem. 13. Fa. 64. Nunc eo facio id impensius, quod ejus causam Nero suscepit.

Impensus, a, um, *non solutus*. 14. Att. 12. Vel impenso pretio.

Erogatus. Ver. 5. 46. Ubi tandem istud latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum.

Imperator, oris, *dux, qui exercitui præpositus est*, στρατηγός, ἡγεμών. De Orat. 210. Imperator est administrator belli gerendi. 1. de Inv. 58. Callidus et sapiens imperator. *Ibidem.* Exercitus, cui præpositus est sapiens imperator. 2. de Or. 187. Imperator bonus et fortis. *Ibid.* 268. Egregie fortis et bonus imperator. Pro Pomp. 28. In summo imperatore quatuor has res inesse oportet, scientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, felicitatem. De Clar. 281. Is imperator esse cupiebat, cui muneri mos majorum ætatem certam, sortem incertam reliquit. Pro Dom. 90. Populus Romanus dominus regum, victor atque imperator omnium gentium. De

Clar. 256. Orator præstat minutis imperatoribus. 1. C. 5. Imperator eorum castrorum, duxque hostium. Ver. 4. 82. Nomen invictissimi imperatoris incidatur. 4. 129. Imperatoris Jovis tria olim signa in orbe terrarum pulcherrima. 2. Tusc. 62. In primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse æque graves imperatori et militi: quod ipse honos laborem leviorem faceret imperatorium. 8. Att. 11. Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori Reipublicæ beata civium vita proposita est. Pro S. R. 151. Solent hoc boni imperatores facere, quum prælium committunt, ut in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent. 14. Philip. 11. Sed hoc primum faciam, ut imperatores appellem eos, quorum virtute, et consilii felicitate, maximis periculis servitutis atque interitus liberati sunt. 5. Att. 20. Imperatores appellati sumus. 3. de Nat. 15. Imperatores, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent. 2. 10. Quidam imperatores etiam seipsos diis immortalibus pro Repub. devoverunt, &c. 4. Phil. Faciam igitur, ut imperatores instructa acie solent, &c. 3. Qu. Fr. 1. Imperatorum alter excercitum perdidisset, alter vendidisset. 1. de Nat. 77. Animos imperatorum a vitæ pravitate ad deorum cultum convertere. 3. 15. Imperatorum illud consilium fuit, quod Græci *στρατήγημα* appellant. Pro Ligar. 7. 13. Att. 6. Imperatorum necessarii in decem non soliti ligari. 1. de Orat. 7. Imperatorum numerus major, quam oratorum. 15. Fam. 4. Imperatorum non tam res gestas, quam mores, instituta, atque vitam spectare in habendis honoribus.

Adjunct. *Absens, clarissimus, et summus, nobilis, præposterus, acutus, ambitiosus, et invidus, rudis, bonus, optimus, bonus, et felix, bonus, et fortis, egregie fortis, et bonus, callidus, et sapiens, certus, magnus, novus, summus, atque perfectus, clarissimus, invictissimus, dignus, gravis, ignavior, infelicissimus, et teterrimus, præclarus, liberalissimus, melior, minutus, præstantissimus, severus, singularis, vetus.*

Syntaxis. *Regum dominus, victor, et Imperator omnium gentium. Appellare aliquem imperatorem.*

Imperatorius, a, um, *ἡγεμονικός*. Pro Corn. 44. Ille imperatorius ardor oculorum. Ver. 3. 187. Imperatoria donatio. 2. Tusc. 62. Imperatorius labor. 4. Acad. 2. Imperatoria laus. Ver. 1. 57. Imperatorium jus. 3. de Orat. 10. Rostra imperatoriis manubiis ornata. 11. Fa. 4. Nomen imperatorium.

Imperatrix, cis, *βασίλισσα, ἡγεμονίς*. Pro Cœl. 67. Fortes viri ab imperatrice in insidiis atque in præsidio balnearum locati.

Imperfectus, a, um, *inchoatus, mancus, non absolutus, præcisus, impolitus, adumbratus, acerbus, ἀτελής, ἐνδεής*. 9. Fam. 9. Nunc ut Apelles Veneris caput, &c. reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solum elaboraverunt, reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt. De Univ. 8. Omnia animantia sunt inchoata, nulla ex parte perfecta: imperfecto autem nec absoluto simile pulchrum nihil est.

Syntaxis. *Imperfectum, ac rude. Omni ex parte imperfectum.*

Imperiosus, a, um, *superbus, δυναστευτικός*. Postquam in Sen. 11. Eum consul imperiosus exire urbe jussit. 2. de Fin. 60. Imperiosus ille Torquatus. *Ibid.* 105. Nimis imperiosi Philosophi est vetare meminisse. Par 5. Cupiditas honoris quam dura est domina! quam imperiosa! quam vehemens!

Magno imperio, εὐγυμίδων. Orat. 120. Imperiosi populi, et reges illustres. *id est, qui multum imperarunt.*

Syntaxis. *Honoris cupiditas dura domina, imperiosa, vehemens.*

Imperite, *inscite, indocte, imprudenter, ἀπείρως, ἀπλῶς*. 2. A. 81. Est hoc imperite factum. Pro Corn. 27. Aliquid imperitissime dictum. Horten. Nec enim imperite exorsus es.

Imperitus, a, um, *inscius, rudis, ignarus, indoctus, barbarus. ἀδαήμων, ἀπαίδευτος, ἄπειρος*. Par. 92. Si apud indoctos imperitosque dicemus. Pro Fl. 16. et Ver. 1. 133. Homines imperiti rerum omnium, rudes ignarique. 3. de Orat. 173. Imperitus dicendi et ignarus. Pro S. R. 143. Homo imperitus morum, agricola rusticus. 3. de Fin. 74. Quæ irrideri ab imperitis solent. Pro Corn. 47. Marius non imperitus fœderis, non ignarus belli, non rudis exemplorum. 4. ad Her. 14. Imperitus rerum. *Ibid.* 15. Adolescens imperitus conviciorum. 1. de Orat. 238. Homo eloquens, juris imperitus.

Syntaxis. *Imperitus, indoctusque. Rerum omnium imperitus, rudis, ignarus. Imperitus dicendi, et ignarus. Imperitus convitiorum, juris, fœderis, morum. Imperite dictum.*

Imperium, ii, *potestas, ditio, publica dignitas, magistratus, provincia, ἀρχὴ, δυναστεία, βασιλεία, ἡγεμονία*. Ad Br. 15. Decrevi etiam Imperium: quod quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. quid enim est sine imperio exercitus? L. P. 38. Quas res gessisti in imperio et provincia consulari? *Ibidem.* Ex Macedonia aliquot prætorio imperio, consulari quidem nemo rediit, qui non triumpharit. Pro Font. 2. Galli sub populi Romani imperium ditionemque ceciderunt. 14. Att. 5. Vides tyranni satellites in imperiis. 1. Off. 68. Nec vero imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. 3. Fa. 9. Cepi et gessi maxima imperia. 1. 1. Esse cum imperio. 11. A. 25. Dare imperium alicui extraordinarium, vel extra ordinem. 5. 45. Demus igitur imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari non potest. 1. Qu. Fr. 1. Illi quidem imperium ita datum est, ut redde-

ret. De Sen. 37. Appius tenebat non modo autoritatem, sed etiam imperium in suos. Pro Cæc. 52. et 2. de Inv. 140. Imperium domesticum in servos. 4. Tusc. 42. Imperium severum. 2. de Fin. 105. Imperia Manliana. De Sen. 51. Terra nunquam recusat imperium. 1. Qu. Fr. 1. Ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adjungere. 1. de D. 68. Cum C. Coponius prætorio imperio classi Rhodiæ præesset. De Ar. 37. Sacrificium, quod fit in eo domo, quæ est in imperio. *id est, in domo Consulis.* Pro Flac. 18. Is qui nuper summo cum imperio fuerit.

Adjuncta. *Annuum, clarissimum, consulare, cruentum, atque funestum, diligens, ac moderatum, divinum, domesticum, extraordinarium atque ventosum, legitimum, honorificum, necessarium, gratum, illustre, novum, iniquum, magnum, majus, maritimum, maximum, militare, severum, molestum, præclarum, prætorium, regium, justum, reliquum, severius, summum, vetus.*

Syntaxis. *Cecidere Galli sub imperium et ditionem Romanorum. Tenere imperium in suos. Terra non recusat imperium. Decernere alicui imperium. Imperium expetere, accipere, deponere, capere, gerere. Dare alicui imperium extra ordinem. Imperium domesticum in servos. Præesse classi Prætorio imperio. Esse cum imperio, vel summo cum imperio.*

Imperandus, a, um. Pro Flac. 32. Illam rationem in imperando sumptu Flaccus secutus est. Ver. 2. 38. In tributis imperandis.

Imperatus, a, um, *injunctus.* 4. 137. Singulis censoribus denarii trecenti ad statuam prætoris imperati sunt. 14. Att. 9. Germani legatos miserunt, sese, quod imperatum esset, esse facturos. I. P. 90. Mitto rationem exacti imperatique frumenti. 11. Fa. 3. Imperatæ pecuniæ.

Adverb. *Nominatim, plane, recte.*

Impero, as, *leges alicui impono, præscribo,* βασιλεύω, ἄρχομαι, ἀνάσσω, κελεύω, προστάττω, παραινέω. 3. de Leg. 5. Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: et qui modeste paret, videtur qui aliquando imperet, dignus esse. *Ibid.* 61. Quodque is, qui bellum geret, imperasset, jus, ratumque esto. Pro Flac. 32. Prætor pecuniam in remiges imperavit. 2. Tusc. 47. Ut alter imperet, alter pareat. Pro Pomp. 56. Omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. Div. 30. Cum frumentum sibi in cellam imperavisset. De Am. 84. Cupiditatibus, quibus cæteri serviunt, imperare. Pro S. R. 59. Nonnunquam etiam puerum vocabat, credo, cui cœnam imperaret. 11. Fam. 3. Ut iis imperet, &c.

Adverb. *Gratis, publice, juste, late.*

Syntaxis. *Exactum imperatumque frumentum. Imperare pecuniam in remiges. Terra marique imperare. Imperare cupiditatibus.*

Impertiendum, *communicandum.* 2. Off. 54. Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum.

Impertio, tis, *impartio, do, tribuo, præbeo,* διανέμω, κοινωνέω, διαδίδωμι. 2. Nat. 27. Ignis omnibus rebus vitalem impertit calorem. 2. de Orat. 16. Et te exorabo profecto, ut mihi quoque tuæ suavitatis aliquid impertias. 3. Att. 15. Nil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam. 2. Div. Illius deus non potest hominibus divinationem impertire. 2. Att. 23. Ver. 2. 84. Ille dolorem suum nemini impertiebat. 4. S. R. 51. Impertire diem festum alicui. Pro S. R. 11. Te rogo, ut qualem te antea populo Romano præbuisti, talem te nobis hoc tempore impertias. 9. Att. 13. Quamobrem te rogo, ut in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. Pro Corn. 3. Qui tantum potuit impertire huic studio temporis, quantum, &c. Pro Mur. 8. Meum laborem hominum periculis sublevandis impertio. Pro Sul. 10. Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. 5. de Fin. 6. Ut aliquid suorum studiorum Philosophiæ impertiat. 5. Fa. 2. Sin aliquid impertivit tibi sui consilii, debeo. Frag. ep. Nihil habeo, patriæ quod impertiam.

Impertior, iris, *exhibeor.* 2. Att. 18. Huic multa signa benevolentiæ a nobis impertiuntur. 3. C. 14. Deinde collegæ meo laus impertitur, quod, &c.

Tribuor. 1. de Div. 28. Nam ut nunc extis, sic tum avibus magnæ res impertiri solebant.

Syntaxis. *Impertire alicui aliquid. Impertire dolorem suum alicui, se alicui. Impertire studiis tempus. Studium suum Medicinæ impertire. Impertire aliquid suæ auctoritatis ad salutem alterius. Talem se alicui impertire, qualem, &c. Impertire aliquid temporis alicui cogitationi. Impertire laudem alicui, laborem periculis hominum sublevandis, gloriæ partem bonis omnibus, oneris nemini.*

Impertior, iris, *impertio.* Pro Pomp. 20. Lucullo tantum impertior laudis, quantum viro forti debetur. Pro Arch. 10. Multis gratuito civitatem in Græcia homines impertiebantur. Ad Br. 12. Cum rogamur, ut misericordiam liberis ejus impertiamur.

Impetrandus, a, um. 1. de Div. 3. In impetrandis consulendisque rebus magna vis est in aruspicum disciplina.

Impetratio, onis, καταδυσώπησις. 11. Att. 25. Impetrationes nostras nihil valere.

Impetro, as, *exoro, exigo, aufero, induco, ut facias aliquid,* τυγχάνω, καταδυσωπέω, ἀποφέρομαι. 9. Att. 2. Impetrabis igitur a Cæsare, ut tibi abesse liceat. Quin. de Pet. 21. A quo facile, si contendes, impetrare poteris, ut, &c. 4. Acad. 97. A me istam exceptionem non impetrabunt. 13. Fam. 36. Dolabella rogatu meo civitatem a Cæsare impetravit. *Ibid.* 29. Omnia, quæ potuissem in hac summa gratia tua ac potentia a te impetrare, ultro te ad me detulisse putabo, si

hanc rem impetravero. 5. 12. Neque enim fas esse arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare. 4. 12. Ab Atheniensibus impetrare non potui, ut, &c. 15. Att. 8. Brutus et Cassius utinam quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod callidius ineant consilium. 4. Fa. 13. Impetrare ab aliquo de aliqua re. 7. 16. Minus honeste nunc quidem, quam si olim de ratione habenda impetrasset. Ad Brut. 16. Impetrare salutem alicui. Incer. Si omni modo vitam impetrare cupiunt *gladiatores.*

Adverb. *Libenter, facile, minus honeste.*

Syntaxis. *Impetrandum et consulendum hoc erit. Impetrare ab aliquo de aliqua re. Impetrare civitatem a Cæsare. Impetrare salutem alicujus. Impetrare, ut liceat, &c.*

Impetus, us, *impressio, vis, violentia, incursio, incursus, ferocia, conatus, ὁρμὴ, εἰσπομπὴ, εἰσβολὴ, βία.* De Ar. 1. Omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. Pro Dom. 64. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. 4. Tusc. 49. An fortitudo, nisi insanire cœperit, impetus suos non habebit? Pro Cæc. 44. Incursio atque impetus armorum. Pro Font. 26. Iratos animos atque horribiles impetus hostium deprecari. Orat. 229. Aliter in oratione nec impetus ullus, nec vis esse potest. Pro Deiot. 5. Impetus contentioque dicendi. Brut. 7. Repressi impetum, ardoremque restinxi. 1. Fam. 6. Frangere impetum alicujus. 2. de Orat. 312. Loci, quibus impetus animorum aut impellantur, aut reflectantur. Div. 33. Animos et impetus alicujus retardare. 2. de Inv. 17. Impetu quodam animi potius, quam cogitatione facere aliquid. *Ibid.* 19. Impetus et quasi quædam commotio animi affectioque. 11. Att. 5. et 3. de Orat. 53. Impetu quodam mentis et voluntate. 2. de Inv. 164. Libido est impetus quidam animi non rectus. 1. de Orat. 42. et 2. Att. 24. Facere impetum in aliquem. 10. 7. Impetus in privatorum pecunias. Pro Dom. 106. Impetu aliquem percellere. 4. Fam. 7. Tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. 8. Att. 3. Impetus illius erit in nos fortunasque nostras acrior, quam in cæterorum. 1. Off. 105. Bestiæ nihil sentiunt nisi voluptatem; ad eam feruntur omni impetu. 2. 11. Animalia quæ habent suos impetus. 1. de Fin. 44. Incurrere in aliquem cæco impetu. 8. Fa. 2. Impetus Marcelli resederunt. Pro Cæcin. 22. Impetum illius, cæterorumque tela atque incursus refugit. De Ar. 7. Sed si feretur hæsitans, et impetum in me facere conabitur, resistam, et ejus conatum refutabo. *Ibid.* 46. Furentes ac violenti impetus. Pro Cæl. 14. Nunquam ex illo delendi hujus imperii tam sceleratus impetus extitisset, nisi, &c. 1. Off. 49. Multi multa faciunt temeritate quadam, sine judicio, vel morbo, in omnes, vel repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati. Pro Dom. 13. Cum tu in annonæ caritate in Consules, in Senatum, in bona fortunasque locupletum repentinos impetus comparares.

Afflatus. 1. de Div. 111. Horum sunt auguria non divini impetus, sed rationis humanæ.

Moles, corpus, orbis, 2. de N. 97. Cum impetum cœli admirabili cum celeritate moveri vertique videmus.

Adjuncta. *Acerrimus, acrior, cæcus, crudelis, ac furibundus, crudelissimus, fortissimus, similis, furens, ac violentus, horribilis, hostilis, immanis, nocturnus, inanis, inconsideratus, injustus, justus, magnus, nefarius, novus, singularis, subitus, par, perceler, repentinus, vehemensque, sceleratus, tribunitius, popularis, quotidianus, regius, repentinus, rectus, totus, vehementior.*

Syntaxis. *Comprimere impetum ac ferociam. Infractus furor facit impetus inanes. Incursio et impetus armorum. Impetus deprecari. Orationis impetus et vis. Impetus contentioque dicendi. Reprimere impetum, ardoremque restinguere, frangere, impellere, reflectere. Animos et impetus retardare. Impetus, commotio, affectioque. Impetu mentis, et voluntate. Impetu aliquem percellere. Fertur impetus in, &c. Ferri ad voluptatem omni impetu. Suos quodque animal impetus habet. Incurrere cæco impetu in aliquem. Impetus divinus: id est, afflatus. Cœli impetus fertur, movetur. Impetu animi incitatus. Impetum facere in aliquem.*

Impie, *scelerate, nefarie, ἀσεβῶς, ἀνοσίως.* 2. de Nat. 44. Quæ qui videat, non solum indocte, sed etiam impie faciat, si deos esse neget.

Impietas, tis, *impia fraus, ἀσέβημα.* 4. de Fin. 66. Sed nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas et scelus. De Amic. 41. Qui fuerint impietatis duces.

Impiger, ra, um, *diligens, σπουδαῖος, ἄοκνος.* 2. Fam. 1. Quis est tam in scribendo impiger quam ego? Ver. 5. 27. Is se patientem atque impigrum præbebat. Pro Font. 33. Impiger ad labores belli.

Impigritas, tis, *diligentia, σπουδή.* 3. de Rep. teste Nonio.

Impingendus, a, um, *obtrudendus.* 3. Tusc. 44. Quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat?

Impingo, is, *jacio, impello, objicio, obtrudo, προσβάλλω, προσπήγνυμι,* 6. Att. 1. Atque hoc tempore impingit mihi epistolam Scaptius. 8. Fam. 8. Quid, si filius meus fustem mihi impingere volet?

Impius, a, um, *a pietate remotus, consceleratus, ἀσεβὴς, ἀνόσιος, ἄθεος.* Pro Qu. 26. Si pietate propinquitas colitur, qui affinitatem prodit, impius sit necesse est. Pro S. R. 67. Hæ sunt impiis assiduæ furiæ. 2. de L. 22. Impius ne audeto placare donis iram deorum. 1. de D. 7. Est enim periculum, ne aut his neglectis impia fraude, aut susceptis, anili superstitione obligemur. I. P. 46. Me fugerat, deorum immortalium has esse in im-

pios et consceleratos pœnas certissimas constitutas. 2. de Leg. 15. Deos piorum et impiorum habere rationem.

Syntaxis. *Impius homo, fraus. Impius ac sceleratus. Deus piorum et impiorum rationem habet.*

Implacabilis, le, *inexorabilis*, ἀντιθάσσιντος. ἀκαταπραΰντος. 1. Qu. Fr. 1. Implacabilis iracundia. 3. Fa. 10. Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem? cum, &c. I. P. 81. Præbere se implacabilem atque inexorabilem alicui. 2. Tusc. 20. Implacabilis terror.

Impleo, es, *compleo, expleo, augeo*, πλήθω, μεστόω, πίμπλημι. 2. de Div. 115. Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit. 9. Fam. 18. Implere ollam denariorum. 2. con. Rul. 46. Cum sese regum sanguine implerint. 2. A. 63. Is vomens frustis esculentis totum tribunal implevit. Orat. 104. Demosthenes non semper implet aures meas.

Præsto, πληρόω, πελέω. Pro Clu. 51. Profiteri, quod non possis implere, impudentiæ est.

Impletus, a, um. 4. Acad. 87. De quibus rebus volumina sunt impleta a Chrysippo.

Syntaxis. *Implere se inimicorum sanguine. Implere aures: id est*, satisfacere. *Id implere non possum.*

Implicatio, onis, περιπλοκή. 2. de Inv. 100. Ac si qua necessitudo turpitudinem videbitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonstrare, &c. 2. de Nat. 139. Huic adde nervos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem toto corpore pertinentem, qui, &c.

Implicatus, a, um, *confusus, permixtus, illaqueatus, irretitus, circumretitus*, μεμιγμένος. 1. de Leg. 47. Voluptas penitus in omni sensu implicata insidet. I. P. 85. et 5. Tusc. 31. Avaritiæ summa, quæ criminibus implicata est. 6. Fam. 12. Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine et benevolentia. I. P. 70. Familiaritate implicatus. In Vat. 3. Inconstantia cum lenitate, tum etiam perjurio implicata. De Arusp. 7. Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, implicatus expectatione supplicii. 5. Tusc. 3. Animi suis angoribus et molestiis implicati. 1. Acad. 11. Dum me reip. procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat. 2. A. 81. Verum implicata inscitia impudentia est. De Amic. 87. Nam implicati ultro et citro, vel usu diuturno, vel etiam officiis, &c. Pro Cæl. 71. Eo maleficio tamen erant implicati. 1. Attic. 11. Atque ita tamen novis amicitiis implicati sumus, ut, &c. 1. de Nat. 51. Deus nullis occupationibus est implicatus. *Ib.* 52. Næ ille est implicatus molestis operosisque negotiis. Ver. 5. 149. Implicatus severitate judicum.

Facilis et promptus, ἕτοιμος. Pro S. R. 85. Is non tam propensus ad misericordiam, quam implicatus ad severitatem videbatur.

Contextus, σύνθεσις. Orat. 187. Intervalla longa, brevia, quibus implicata et permixta oratio est.

Implicite, *abscondite*, ἀφανῶς, ἀδήλως. .X. *Patentius, expeditius.* 2. de Inv. 69. Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negotialis implicite et abscondite, sed patentius et expeditius recti et non recti quæstionem continet.

Implicitus, a, um. Pro Pomp. 19. Hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ versatur, implicita est cum illis Asiaticis, et cohæret. 1. Offic. 16. Quæ quatuor inter se colligata atque implicita sunt.

Implico, as, *illaqueo, irretio, circumretio*, περιπλέττω, ἐμπλέκω. 8. Att. 20. Quod præmonui, fit, ut Cæsar te implicet. Pro Dom. 105. Nisi etiam muliebribus regionibus te implicuisses. 2. de Fin. 45. Ut profectus, &c. currat longius, et se implicet primum civium, deinde omnium mortalium societate. *Alii*, Societati, *legunt*. Hortens. Quo minus se admiscuerint atque implicuerint *animi* vitiis atque erroribus.

Commisceo, μίγνυμι. 1. de Div. 79. Dii vim suam cum terræ cavernis includunt, tum hominum naturis implicant.

Implicor, aris. Pro Ligar. 3. Is nullo se implicari negotio passus est. 2. Off. 39. Qui contrahendis negotiis implicantur. 1. 107. Implicari aliquo certo genere cursuque vivendi. Pro Cor. 60. Quod omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utile est. 4. Tusc. 58. Neglecta ratio multis implicatur erroribus. 1. de Inv. 32. Permixte cum aliis implicari. De Clar. 174. Atque ita vixit, ut multarum ætatum Oratoribus implicaretur.

Syntaxis. *Voluptas in sensibus implicata. Avaritia criminibus omnibus implicata. Implicare aliquem consuetudine et benevolentia. Implicatus expectatione supplicii. Angoribus implicari. Reip. procuratione implicari et constringi. Implicatus ad iram. Implicite et abscondite. Inter se colligata et implicita hæc sunt. Permixte implicari cum aliquo. Implicare se bonis viris. Implicari certo aliquo vivendi genere. Implicari multarum ætatum oratoribus. Oratio multis implicata erroribus.*

Implorandus, a, um. Pro Qu. 94. Qui deus appellandus est? cujus hominis fides imploranda?

Implorans, tis. 4. Ac. 11. At ille Heracliti memoriam implorans, &c. Ver. 5. 128. Mater filii nomen implorans, mihi ad pedes misera jacuit. 2. 129. Itaque si fit omnibus recusantibus et implorantibus. 8. Att. 3. Turpe erit Domitium deserere, implorantem ejus auxilium. Ver. 1. 153. Illa deos hominesque implorante.

Gemens. 10. Fam. 18. Et Laterensis prope implorans obtestaretur.

Imploratio, onis, ἐπίκλησις. Ver. 5. 162. Si te illius acerba imploratio, et vox miserabilis non inhibebat, ne civium quidem Romanorum fletu commovebare? 2. de Orat.

196. Omnium deorum, et hominum, et civium, et sociorum imploratio.

Imploro, as, *invoco, exposco, testor, appello, obtestor, opem alicujus peto, ἐπικαλέω, προσκαλέω, μαρτύρομαι.* Ver. 1. 25. Hic tu fortasse querere, deum atque hominum fidem implorabis. Pro Flac. 4. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? Senatumne, &c. Ver. 5. 187. Vos etiam atque etiam imploro atque appello. Sanctissimæ Deæ. *Ib.* Deos omnes imploro atque obtestor. Pro Mur. 86. Fidem vestram obtestor, misericordiam imploro. Pro Milon. 86. Vos enim Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro et obtestor, vestræ tum aræ, vestræ religiones viguerunt, &c. 2. C. 29. Deos immortales precari, venerari, atque implorare debetis, ut hanc urbem defendant. Pro Dom. 12. et pro Rab. 9. Illa altera pars Consulis auxilium implorat et flagitat. I. P. 12. Implorare præsidium alicujus. Pro Milon. 93. Misericordiam ipse non implorat: ego autem, repugnante hoc, imploro et exposco. Postquam in Sen. 38. Cum me respub. imploraret. 1. de Orat. 230. Nemo est questus, nemo rempub. imploravit, nemo supplicavit. Ver. 1. 7. Implorare jura libertatis et civitatis. Pro Sul. 64. Implorarem sensus vestros, uniuscujusque indulgentiam testarer in suos. Ver. 3. 140. Vestram in hoc fidem, dignitatem, religionem in judicando non imploro.

Imploror, aris. 2. de Orat. 144. Neque ipse auxilium suum a bonis viris frustra implorari patietur.

Syntaxis. *Implorare Deos hominesque. Implorare auxilium, præsidium, misericordiam, rempublicam, jura libertatis et civitatis, fidem religionemque judicum. Implorat et obtestatur. Implorat et flagitat. Implorat et exposcit.*

Impluvium, vii, *locus sine tecto in ædibus, quo impluere imber in domum possit, αὐλή.* Ver. 1. 61. Hæc duo signa, quæ nunc ad impluvium stant. Ver. 1. 147. Ostendam, in ædificiis privatis, longa difficilique vectura columnas singulas ad impluvium H-S. XLM. non minus magnas, locatas.

Impolite, *inornate, inculte, ἀκόσμως.* 1. de Orat. 214. Tibi Senatus breviter impoliteque dicenti maximis de rebus est assensus.

Impolitus, a, um, *rudis, ἀκατέργαστος, ἄκομψος.* De Clar. 293. Forma admodum impolita atque rudis. 2. de Or. 133. Genus hominum rude, hebes, et impolitum. *Ibid.* 58. Timæus ipsa compositione verborum non impolitus. De Prov. 34. Impolitæ res et acerbæ, si erunt relictæ, offerrent se aliquando, &c.

Syntaxis. *Impolitus ac rudis. Rudis, hebes, impolitus. Impolitæ res, et acerbæ. Orator compositione verborum impolitus.*

Imponendus, a, um. Ver. 4. 23. Per istos, quæ volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat.

Impono, is, *superpono, ἐπιτίθημι, καθίστημι, τίθημι.* 5. Fa. 12. Qui cæteris coronas imposuerunt victoribus. Pro Flac. 76. Imponere auream coronam alicui. 3. A. 12. Antonius collegæ diadema imposuit. 2. de Or. 18. Ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. 3. Off. 33. Imponere fastigium operi inchoato. 1. Tusc. 85. Metellum multi filii in rogum imposuerunt. 1. de Nat. 54. Itaque imposuistis in cervicibus nostris sempiternum dominium. 15. Att. 25. Ego autem, si mihi imposuisset aliquid. 1. de Orat. 256. Imponere nimis duras leges cuipiam. 7. A. 15. Is leges civitati per vim imposuit. 12. A. 2. Imponere leges reip. Acad. Quibus rebus hæc nomina imponam.

Injungo, ἐπιτάττω. 13. Att. 11. Et ne magnum onus observantiæ Bruto nostro imponerem. 6. Fam. 7. Nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis imprudenter tibi onus impono. 2. con. Rul. 48. Vos mihi personam hanc imposuistis, ut eum tuerer. 4. Att. 5. Ego mihi necessitatem imponere nolui hujus novæ conjunctionis. Pro Mur. 38. Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit. 15. Att. 25. Si Casselius mihi imposuisset aliquid, &c. 9. 6. Ne Pompeio quid oneris imponam. 10. 12. Partes has mihi Cæsar imposuit, ne, &c.

Decerno, mando, impero, προστάττω. 15. 10. Frumentum imponere, quæ est alia Dionis legatio? 1. con. Rul. 10. Agris publicis pergrande vectigal imponere.

Adjungo, adhibeo, adjicio, ἐπιβάλλω. 3. Qu. Fr. 1. Imponere servitutem fundo.

Præficio, προΐσταμαι. Pro Pl. 62. Sin autem eminus, quem villicum imponeremus, quem pecori præficeremus, non curamus, &c.

Injicio, εἰσβάλλω, καθίστημι. 8. Fam. 17. Cujus amicitia me in hanc perditam causam imposuit.

Infero, εἰσφέρω. Pro Qu. 96. Aut injuriam sine ignominia sibi imponerent. Ver. 4. 20. Quibus tu privatim injurias plurimas contumeliasque imposuisti. 2. 148. Mihi impone istam vim, ut omnino ne liceat polliceri. 4. de Finib. 66. Imponere vulnus alicui. Pro Sest. 44. Imponere plagam mortiferam reipubl.

Accommodo. 2. de Div. 84. Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret. 1. Att. 8. Si Lentuli navis non erit, quo tibi placebit, imponito. De Un. 37. Atque ita quasi in currum universitatis imposuit.

Decipio, ἐξαπατάω. 2. Qu. Fr. 5. Catoni egregie imposuit Milo noster.

Imponor, eris. 12. Fam. 14. Naves onerariæ amplius quam centum, in quas exercitus ejus imponi posset. 13. 56. Quando mihi ab amico onus imponitur, ego quoque tibi imponam.

ADVERB. *Egregie, impudenter, stulte, paulatim, privatim.*

SYNTAXIS. *Imponere alicui coronam, nomen, fastigium operi. Imponere dominium in cervicibus alicujus. Imponere leges civitati, onus alicui, personam, necessitatem, plurimum laboris. Imponere servitutem fundo. Imponere alicui injuriam* (h. e. inferre), *vulnus, plagam, vim. Imponere exercitum in naves. Imponere alicui* absolute, *idest* decipere.

Importaturus, a, um. Pro Deiot. 43. Hodierno die sententia tua aut cum summo dedecore pestem importatura est regibus, aut incolumem famam cum salute.

Importatus, a, um, *illatus.* De Or. 38. Plura detrimenta publicis rebus, quam adjumenta per homines eloquentissimos importata. Postquam in Sen. 35. Nam calamitas importata est, quia defenderam civitatem.

Adductus. 2. de Orat. 53. Modo enim hæc ista sunt importata.

Importo, as, *infero, affero, præbeo, exhibeo,* εἰσάγω, εἰσκομίζω. Pro Sest. 146. Importare calamitatem alicui. Ver. 3. 125. Plus Verres Siciliæ calamitatis importavit, quam Hasdrubal cum exercitu. 16. Fam. 21. Tergiversari volui, ne mea nimia σπουδὴ suspicionem ei aliquam importaret. 5. Tusc. 29. Nam hæc mala casus importat, qui in sapientem potest incurrere. 4. 34. Motus aversi a ratione importunt ægritudines anxias.

Importor, aris, *immittor.* 1. de Fin. 51. Eas sollicitudines a diis immortalibus importari putant.

Adducor, afferor. 2. Off. 18. Per eos denique si quid importetur nobis incommodi, propulsemus.

SYNTAXIS. *Importare famam, pestem, detrimentum. Importare adjumentum, calamitatem, suspicionem. Casus malum importat. Ærumnas importari a Diis, vel per Deos.*

Importune, *moleste,* φορτικῶς. 4. Acad. 80. Insistere importune.

Importunitas, tatis, *immanitas,* ἐνόχλησις, ἀτοπον. Ver. 2. 74. Vir incredibili importunitate et audacia. Pro Cl. 170. Quem propter importunitatem animi nemo recipere tecto vellet. I. P. 21. Animal ex omnium scelerum importunitate, et omnium flagitiorum impunitate concretum. Pro Sull. 75. Tanta importunitas inauditi sceleris.

ADJUNCTA. *Incredibilis, molesta, tanta.*

Importunus, a, um, *immanis, infestus, molestus,* φορτικός, ἄτοπος, ἀδιαίτητος. De Ar. 4. Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis. Postq. in Sen. 14. Hic vultum importunum in forum detulit. Pro Cl. 177. Furore crudelis atque importuna mulier. *Ib.* 12. Mulieris importunæ nefaria libido. 2. C. 12. Importunissimus hostis. 1. de Fin. 35. Homo importunus et crudelis. 3. de Natur. 81. Varius, homo importunissimus, summo cruciatu periit. Ver. 1. 8. Istius immanis atque importuna natura. 3. 125. Importunissima pestis.

Incommodus, ἀλιτήριος. De Cl. 332. Hæc importuna clades civitatis. 2. de Orat. 20. Importunum tempus.

SYNTAXIS. *Importunitas et audacia. Animi importunitas. Sceleris importunitas. Ex omnium scelerum importunitate concretus. Importunum scelus, vultus, hostis, clades, pestis, tempus. Importunus et crudelis.*

Impositus, a, um, *imperatus, injectus, traditus.* Pro Font. 10. Vectigal esse impositum fructibus nostris dicitur. 2. con. Rul. 48. Ut meminissem, quam personam a vobis impositam sustinerem. 10. Att. 8. Duriores partes mihi impositæ sunt ab offensione nostra. Pro Sull. 35. Mihi de me ipso multa dicenti necessitas quædam imposita est ab illo, &c. Pro S. R. 10. Opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. 1. Att. 15. Consul est impositus nobis, quem nemo præter nos aspicere posset. Pro Cornel. 41. Nobis iniquissimæ leges impositæ sunt a vobis. Pro S. R. 112. Audacia, cujus partes Rosciis impositæ sunt. 5. Tusc. 13. Velut iste chorus virtutum in eculeum impositus. 5. Att. 15. Clitellæ bovi sunt impositæ. *proverbium. Lege,* Clitellæ. Frag. ep. In singulas tegulas impositis sexcentis sexcenties confici posse.

Inflictus. 1. Att. 13. Non ita, ut sperarent mali, tanto imposito reip. vulnere, &c.

SYNTAXIS. *Impositus Consul, vectigal, lex, partes, persona. Sustinere personam impositam.*

Impotens, tis, *effrænatus, qui in sua potestate non est, qui dolori vel iracundiæ paret,* ἀκρατὴς, δεινός. 4. Fam. 4. Victoria, quæ etiamsi ad meliores venit, tamen eos ferociores impotentioresque reddit. Part. 119. Aut nullos nimi motus, aut non tam impotentes fuisse. 10. Fam. 27. Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est, &c. 5. Tusc. 17. Qui nulla impotenti lætitia efferuntur. 5. A. 22. Effrænatio impotentis animi. 5. A. 24. Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus. *Ibid.* 42. Advolat ad urbem homo impotentissimus, ardens odio, &c. 11. A. 16. Dolabella habet sceleratam impiorum manum, est ipse confidens, impotens, &c. De Arusp. 3. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo.

Tenuis, infirmus, ἀδύνατος, ἀσθενής. Pro Mur. 49. Valeant hæc omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium. 1. de Fin. 52. Neque homini infanti atque impotenti injuste facta conducunt.

Impotentia, æ, *animi effrænatio,* ἀκράτεια, προπέτεια. 4. Tusc. 35. Quam vim signifi-

cantes mali Poetæ, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera, animique impotentiam et superbiloquentiam. *Ib.* 34. Iidem inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi a temperantia et moderatione plurimum discedentem. 4. *Ib.* 51. Irati color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictorum atque factorum, quam partem habent sanitatis?

SYNTAXIS. *Impotens homo, animi motus, dominatus, lætitia. Ferox ac impotens. Impotentis effrænatio. Impotens, iracundus, superbus. Confidens, impotens. Iratus, impotenti animo. Dictorum et factorum impotentia.*

Impressio, onis, *efficientia, effectus, vis, ἐπισήμασμα.* 3. de Orat. 183. Numerosum est id quod habet quasdam impressiones, &c.

Notio, εἴδωλον. 4. Acad. 58. Inter ipsas impressiones nihil interesse, sed inter species.

Expressio, ἐντύπωσις. 1. Acad. 19. In pedibus celeritatem ponebant, vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impressionem.

Violentia, incursio, impetus, εἰσβολὴ, εἰσδρομή. Pro Flac. 85. Non igitur impressio, non occasio, &c. 5. Fam. 2. Non judicio neque disceptatione, sed vi atque impressione evertere aliquem.

Impressus, a, um, *expressus, signatus.* Orat. 12. Illa enim sunt curricula, in quibus Platonis primum sunt impressa vestigia. 2. de Div. 50. Cum terra araretur, et sulcus altius esset impressus. 4. Acad. 34. Visum impressum in animo atque mente. 2. de Or. 189. Nisi omnes motus in ipso Oratore impressi atque inusti esse videbuntur, &c. 2. Att. 21. Orbis reipub. sic est conversus, ut vix impressam orbitam possimus videre. Pro Mil. 74. Memoria publica recensionis publicis tabulis impressa. 5. Fam. 20. Quæ cum viderem tot vestigiis impressa, &c. Pro Corn. 13. Nullus est locus, in quo non extent hujus fortitudinis impressa vestigia. 4. Acad. 53. Signa in annulis impressa.

Imprimo, is, *quasi informo, signo, inscribo, ἐντυπόω, χαράττω.* 1. de Div. 23. Sus rostro humi A literam impressit. 4. Acad. 85. Quid, si in ejusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero? Pro Cæcin. 76. In aliquo loco vestigium imprimere. 13. A. 30. Tu extra munitiones tuas vestigium ubi imprimas, non habes. 1. de Nat. 43. In omnium animis deorum notitiam impressit ipsa natura. De Fat. 43. Visum objectum imprimit, et quasi signat in animo suam speciem. 2. A. 58. Horum flagitiorum iste vestigiis totam Italiam impressit.

Imprimor, eris. 1. Tusc. 61. An imprimi quasi ceram animum putamus? Part. 26. Ut literatura constat ex notis literarum, et ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ: sic confectio memoriæ, tanquam cera, locis utitur, et in his imagines, ut literas, collocat. 4. Acad. 58. Cum visa in animos imprimuntur. 1. de Leg. 30. Quæ in animis imprimuntur inchoatæ intelligentiæ, similiter in omnibus intelliguntur. 4. Acad. 21. Quo e genere nobis notitiæ rerum imprimuntur.

Inferor, inuror. 5. A. 16. Ut horum *judicum* lectione duplex imprimeretur reipub. dedecus.

SYNTAXIS. *Explanata vocum impressio. Vi et impressione evertere aliquem. Impressa vestigia. Motus in Oratore impressi et inusti. Impressum vestigiis factum. Imprimere sigilla annulo in cera. Visum objectum in animo suam speciem imprimit. Imprimere vestigiis facinorum totam urbem. Imprimere in animum. Imprimere alicui dedecus. Inchoatæ intelligentiæ in animis impressæ. Imprimere animum quasi ceram. Natura impressit in animis Deorum notitiam. Visum impressum effectumque ex eo &c. Habere impressiones quasdam, signa impressa annulis, vel in annulis.*

Improbabilis, le, *non probabilis, ἀδοκίμαστος.* 2. Off. 7. Nos alia probabilia, contra alia improbabilia esse dicimus. 4. Acad. 33. Sive tu probabilem visionem, sive improbabilem, et quæ non impediatur, proferas, &c.

Improbatio, onis.)(. *Approbatio, ἀδοκιμασία, ἀθέτησις.* 2. ad Here. 9. Hæc et ad improbationem et approbationem testium pertinebunt. Ver. 3. 172. Dubiumne est, quin ista omnis improbatio cogendæ pecuniæ causa nata sit?

Improbe, *injuste, perverse, inique, nequiter, πονηρῶς, φαύλως.* Pro Cæc. 23. Improbissime facere. Pro S. R. 104. Multa improbe fecisti. Pro Sul. 30. 1. de Fin. 51. Præda improbe parta. 2. Off. 79. Plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus injuste ademptum est. 16. Att. 14. Ego, si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitassem fortasse, &c.

Improbitas, tis, *perversitas, κακία, ἀσέλγεια, μοχθηρία.* 1. Q. Fr. 1. Cum te alicujus improbitas perversitasque commoverit. Pro Mur. 9. Amicorum neglectio improbitatem coarguit. 6. Fa. 12. Mirifica est improbitas in quibusdam. 2. de Div. 69. Simiæ Dodonææ improbitatem historiis Græcis mandatam esse demiror. De Clar. 224. Atheniensis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. 1. Att. 13. Sed tamen non ita, ut sperarant mali, tanto imposito reip. vulnere, alacris exultat improbitas in victoria. Frag. epist. Debes odisse improbitatem ejus.

ADJUNC. *Alacris, aperta, singularis, insignis, mirifica, perspicua, robustior, similis, summa, varia.*

SYNTAXIS. *Improbitas, perversitasque.*

Improbatus, a, um. Pro Font. 7. Falsum est ob probationem pretium datum, cum multa improbata sint.

Improbo, as, *rejicio, vitupero, damno, ἐκφαυ-*

λίζω, ἀποδοκιμάζω, ψέγω.)(. *Approbo.* 2. de Orat. 156. Ego ista studia non improbo, moderata modo sint. 4. Acad. 96. Hoc negas te posse nec approbare, nec improbare.

Improbor, aris, *damnor.* 1. Tusc. 4. Jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur. 1. Off. 150. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt. 1. de Div. 72. Hæc improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur.

ADVERB. *Rectissime, vehementer, vulgo.*

Improbus, a, um, *impurus, sceleratus, perfidiosus, facinorosus, nequam,* κακός, πονηρός, κακοῦργος, μοχθηρός.)(. *Bonus vir.* De Clar. 224. Vir longe post natos homines improbissimus. Ad Brut. 11. Homo nequissimus et improbissimus. Pro Deiot. 21. Homo nequam et improbus. 2. de Orat. 297. Improbus homo et perfidiosus. Pro Sull. 30. Si quid ab improbis de me improbe dicitur. 9. Att. 18. Hic, qui in me tam improbus fuit. 1. de Orat. 202. Populum inflammare in improbos, et concitatum in bonos viros mitigare. 1. de Fin. 50. Improborum facta suspicio insequitur. Ver. 2. 30. Prætor improbus.

ADVERB. *Callide, insignite, longe, omnino.*

SYNTAXIS. *Vir longe improbissimus. Homo nequissimus et improbissimus. Improbus et perfidiosus. Improbus in aliquem.*

Improvidus, a, um, *incautus,* ἀπρονόητος. Pro Lig. 17. Necessitas quædam fatalis improvidas hominum mentes occupavit. 7. At. 19. Improvidi et negligentes duces. De Ami. 99. Credulus atque improvidus senex. 2. Fam. 16. Illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, ut existimares, aut me tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam et prope jacentem desciscerem: aut tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem. 6. Tuscul. 62. Improvida ætas.

Improviso, *ex improviso, ex inopinato, de improviso, subito, repente, repentino,* ἀπροόπτως, ἀπροσδοκήτως. 15. Att. 1. Cum hominem temperantem, summum medicum, tantus improviso morbus oppresserit. 1. de Div. 53. Syracusani improviso in castra Hamilcaris irrumpunt. Ver. 2. 182. Sane ei præter opinionem improviso incidi. 2. Off. 81. Aratus tyrannum Metoclem improviso oppressit. Ver. 1. 112. Ex improviso si quæ res natæ essent. 4. Tusc. 67. De improviso Chrysis ubi me aspexerit, &c. Pro S. R. 151. Collocare milites, in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso incidant. Pro Mur. 36. Nam ut tempestates sæpe, &c. improviso commoventur &c.

Improvisus, a, um, *inopinatus, subitus, novus, repentinus,* ἀπροσδόκητος, ἀπρόοπτος, ἄβουλος. 4. Tusc. 37. Sapiens, cui nihil improvisum atque repentinum accidere potest, cui nihil subitum est, quod homini evenire possit. 1. Acad. 29. Fortuna efficit multa improvisa nobis. 3. Tusc. 30. Omnia, quæ mala putantur, sunt improvisa graviora. Ver. 2. 69. Cum hoc illi improvisum inopinatumque accidisset. 1. de Orat. 103. Nulla res neque tanta, neque tam improvisa, neque tam nova est, de qua non se profiteantur esse dicturos. 2. con. Rull. 59. Unde iste amor tam improvisus, ac tam repentinus? Pro Mur. 55. In his L. Murenæ tantis tamque improvisis periculis. Pro Font. 32. Cum bella subito et improvisa nascantur. 4. Att. 3. Et hæc improvisa omnia. 2. Fam. 10. Improvisus adventus hostium.

SYNTAXIS. *Improvisum et repentinum. Malum improvisum gravius est. Improvisum et inopinatum. Bellum subito et improvisum nascitur.*

Imprudens, tis, *insciens, inscius, ignarus, errans per imprudentiam,* λαθὼν, ἀνόητος, ἄκων.)(. *Sciens.* 1. de Orat. 94. Scripsi etiam illud in quodam libello, qui me imprudente et invito excidit, et pervenit in manus hominum. Pro S. R. 21. Hæc omnia imprudente L. Sulla facta sunt. 2. de Fin. 5. Qua tu etiam imprudens utebare nonnunquam. 4. Acad. 18. Imprudens eo, quo minime vult, revolvitur. Orat. 190. Sed idem imprudens ipse facit. 4. Tusc. 41. In altumque provehitur imprudens. De Clar. 268. Tu mihi imprudens M. Servilium præteriisse videris. Pro S. R. 91. Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli molitur.

Ignarus. 2. de Inv. 95. Nautæ imprudentes legis, cum exissent, vitulum immolaverunt.

Imprudenter, *per imprudentiam, per ignorantiam, inscienter,* ἀπρονοήτως. 1. de Inv. 46. Imprudenter lædere aliquem. 1. Ac. 22. Illud imprudenter, si arbitrantur, &c.

Imprudentia, æ, *inscitia, inscientia,* ἄγνοια, ἀφροσύνη. 2. de In 95. Imprudentia est, cum scisse aliquid is, qui arguitur, negat. De Ar. 37. Sacrificium tam occultum, quod non modo curiosos oculos excludit, sed etiam errantes: quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare. Pro A. Gabin. Officium prætermissum imprudentiæ, vel negligentiæ excusatione defenditur. *Ibid.* Id non imprudentiæ, sed perfidiæ assignari solet.

Error, ἀβουλία, ἁμαρτία. Ver. 2. 57. Quod sæpe per imprudentiam fit. 3. de Orat. 156. Imprudentia teli emissi. *id est, cum telum manu fugit.* 1. de Inv. 41. Modi partes sunt prudentia et imprudentia. *Ibid.* Imprudentia in purgationem confertur, cujus partes sunt inscitia, casus, necessitas. Orat. 189. Versus in oratione sæpe per imprudentiam dicimus.

SYNTAXIS. *Imprudens et invitus. Legum imprudens. Id factum est per imprudentiam. Emissi teli imprudentia.*

Impuber, ris, *adolescentulus,* ἄνηβος. 4. C. 13. Cum filium ejus impuberem necandum esse dixit.

Impudens, tis, *inverecundus, exhausto rubore, os durum,* ἀναιδὴς, ἀναίσχυντος. 5. Fam.

12. Qui verecundiæ fines semel transierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem. Pro Qu. R. 21. Pudens impudentem fraudasse dicitur. Ver. 2. 191. Ut cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. Frag. ep. Impudentissimum nomen delegerit.

Adverb. *Bene, naviter, insigniter.*

Impudenter, *confidenter, audacter,* τολμηρῶς. Ver. 2. 134. Quamvis audacter, quamvis impudenter. Pro Flac. 56. 5. Fam. 12. Impudenter facit.

Impudentia, æ, *confidentia, audacia,* ἀναίδεια, ἀναισχυντία. Orat. 238. Verecundia negandi, scribendi impudentiam suscepi. Pro Fl. 35. Audacia et impudentia fretus. Pro Dom. 101. An ego tantam oculorum impudentiam habere possim, ut videam, &c. De Ar. 1. Impudicam alicujus impudentiam reprimere. 1. de Orat. 172. Cæteros non dubitabo primum inertiæ condemnare, post etiam impudentiæ. *Ibidem.* 173. Nescire, &c. insignis est impudentiæ. Cont. C. Anton. Impudentiæ locum reliquisti.

Adjunct. *Admirabilis, impudica, mira, incredibilis, varia, nova, tanta, insignis, non minor, perspicua, similis, singularis, summa.*

Impudentiusculus, a, um. 7. Fam. 5. Sumus enim impudentiusculi, quam per te vix licet. *alias,* putidiusculi.

Syntaxis. *Audacia et impudentia. Impudentiam suscipere, habere, reprimere. Impudenter facere.*

Impudicitia, æ, ἀσέλγεια. Incert. Cui forma per dedecus pecuniam et nomen nobile consceleratum impudicitiæ dedisset.

Impudicus, a, um, *impurus,* ἀσελγής. 3. A. 12. et 2. de Orat. 156. De Ar. 1. Impudicam alicujus impudentiam reprimere. 2. C. 10. Complexi mulieres impudicas. *Ibid.* 23. Omnes impuri impudicique. 1. de Leg. 50. Impudica loqui.

Syntaxis. *Impurus, impudicus. Impudica dicta.*

Impugnatio, onis, *oppugnatio,* ἐπίθεσις. 4. Att. 2. Ipse domum P. Sullæ pro castris sibi ad eam oppugnationem sumserat.

Impugno, as, ἐπιτίθημι. Pro Quin. 8. Illis autem id tempus impugnandi detur, cum vitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit. Ad Brut. 15. Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrere. Frag. epist. Quod eam *dignitatem* multi impugnarint.

Impulsio, onis, *impulsus, commotio, affectus: ad animum referas,* πλῆξις, ὦσις, ἔλασις. 2. de Inv. 17. Causa dividitur in impulsionem, et ratiocinationem. Impulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, &c. *Ibidem.* 20. Cum impulsione aliquem commisisse quid dicet. De Univ. 14. Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur.

Impulsor, oris, κινητής, ὀτρυντής. 16. Att. 7. Et si quamvis non fueris suasor et impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti. I. V. 24. Autor et impulsor, et socius sceleris. De Pro. 18. Omnis illa tempestas Cæsare impulsore et autore excitata est.

Impulsurus, a, um. Ad Brut. 6. Præterea est modestus homo frugi, quem ne utilitas videatur impulsura fuisse ad facinus, &c.

Impulsus, us, *inductus, impulsio,* ὠθισμὸς, ὦθησις. 2. de Inv. 19. Qui si mihi impulsu aliquid commiserint. Pro Domo. 52. Ver. 2. 161. et pro S. R. 107. Hoc P. Clodii impulsu factum est. 2. de Nat. 31. et de Somn. 20. Non alieno impulsu, sed sua sponte moveri.

Impetus. De Somn. 11. Sonus, qui impulsu et motu ipsorum orbium efficitur.

Concursus. Pro Cæcin. 43. Impulsus scutorum, conflictus corporum.

Adjuncta. *Alienus, externus, primus, similis, summus.*

Impulsus, a, um, *coactus, adactus.* 2. de Inven. 19. Ex aliqua causa, qua impulsum aliquem id fecisse, dicet. Pro C. Corn. 1. Aliis ille in illum furorem magnis hominibus autoribus impulsus est.

Syntaxis. *Impulsione facere aliquid. Impulsione labefactari. Suasor et impulsor. Impulsor et autor. Non aliquo impulsore, sed sua sponte. Cœlestium orbium impulsus, scutorum impulsus.*

Impune, *sine pœna, vel periculo, tuto, tranquille,* ἀτιμωρητί. 13. Fam. 77. Dionysius cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. 1. Att. 13. Qui nummos in tribu pronunciaverit, si non dederit, impune sit. 11. 22. Mihi ne dolere quidem impune licet. Pro S. R. 80. et 93. Homines vulgo impune occiduntur. Pro Quint. 11. Libertate usus est, quo impunius dicax esset. 1. de Leg. 42. Ut dictator, quem vellet, indicta causa, impune possit occidere. 2. de Inven. 36. Potestas impune aliquid faciendi. 1. A. 35. Qui non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. 2. de Div. 58. Hæc in metu et periculo cum creduntur facilius, tum finguntur impunius. Parad. 3. Cum lucrari impune posset auri pondo decem. Pro Deiot. 30. Ubi id, quod intus est, impune evolare potest. Pro Clu. 79. Licet impune confiteri. 2. contra Rull. 9. Ut impune in otio esse possemus. 3. de Orat. 182. In quo impune progredi licet duos duntaxat pedes.

Impunitas, tis, *licentia, venia,* ἄδεια. Pro Mil. 85. Quem si vi vicisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam. Pro Pl. 23. 1. Fam. 9. Non mihi tantum arrogo, ut C. Plancium suis erga me meritis impunitatem asseculurum putem. 8. A. 33. Cæteris autem, si errorem suum deposuerint, veniam et impunitatem dandam puto. 4. Tusc. 44. Dare impunitatem peccatorum alicui. 1. A. 27. Cum tanta gladiorum impunitas sit. Pro

Sest. 82. Quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna. I. P. 21. Animal ex omnium scelerum importunitate, et omnium flagitiorum impunitate concretum. 3. Off. 39. Pro Rab. P. 27. Quorum impunitas fuit non modo a judicio, sed etiam a sermone. Pro Mil. 44. Impunitatis spes maxime est illecebra peccandi. 3. Qu. Fr. 9. Gabinii absolutio lex impunitatis putatur. De Clar. 316. Juvenilis quædam impunitas et licentia dicendi. 1. de N. 109. Tanta est impunitas garriendi. Pro Dom. 17. Impunitas scelerum.

ADJUNCT. *Diuturna, juvenilis, summa, tanta.*

Impunitus, a, um, *inultus, ἀτιμώρητος, ἀζήμιος.* Ver. 5. 148. Possumus hanc injuriam inultam impunitamque dimittere. Div. 53. Ut cæterorum quoque injuriæ sint impunitæ atque inultæ. 1. C. 18. Tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. Ver. 4. 68. Si istius hæc tanta injuria impunita discesserit. 2. Off. 28. Nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad unum tanta pervenisset licentia.

Absolutus, integer. 1. de Orat. 226. Virtus tamen jus suum et impunitam omnium rerum libertatem tenere debet.

SYNTAXIS. *Impune ferre. Si quis, &c. impune sit. Vulgo impune occisi homines. Impunitatem et licentiam habere sempiternam. Dare veniam et impunitatem suum errorem deponentibus. Dare peccati impunitatem. Gladiorum impunitas. Juvenilis impunitas et licentia dicendi. Inultam et impunitam injuriam dimittere. Scelera impunita ferre.*

Impure, *spurce, ἀκαθάρτως.* 2. A. 50. Impure et intemperanter facere aliquid. 1. de D. 60. Facere multa impure, atque tetre. 3. de Fin. 38. Impure et flagitiose vivere.

Impuritas, tis, *flagitium, turpitudo, ἀκαθαρσία.* 2. A. 6. Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes.

Impurus, a, um, *contaminatissimus, lutulentus, spurcus, improbus, sceleratus, ἀκάθαρτος, βδελυκτός, μιαρός.* X. *Purus.* 9. Att. 18. Ego hunc impurum et sceleratum puto. Pro Dom. 48. Omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimus. Pro Q. R. 20. Persona illa lutulenta, impura, invisa. De Ar. 24. Ut eos ludos hæc lues impura pollueret. 2. C. 23. Omnes impuri impudicique. Ver. 4. 115. Impura cohors. 3. A. 35. Impurus aleator.

SYNTAXIS. *Impure, intemperanterque. Impure et tetre. Impure et flagitiose. Impurus et sceleratus. Persona lutulenta, impura. Impurus, impudicusque. Suscipere impuritates pudica in domo.*

Imus, a, um, *infimus, ὕστατος.* Pro Q. R. 20. Ab imis unguibus usque ad verticem summum. De Somn. 12. Nam terra immobilis manens ima sede semper hæret. Ad Brut. 6. Ex castris ad imam Candaviam. 3. ad Heren. 25. In distributione vocem ab imis faucibus adhibere oportet. *Ibid.* 30. A summo, a medio, ab imo.

I N

In, *præpositio multas habens vires: præcipua est, et peculiaris inhærentiæ, vel rationis loci, vel personæ, vel rei alterius, necnon termini ad quem, ut aiunt, εἰς, ἐν, ἐπί.* 2. Att. 5. Quis in ejus locum paretur. 5. de Inv. 56. Quare non in omnem causam, sed in omne genus causæ incidunt. 15. Fam. 16. In hoc interdicto non solet addi, in hoc anno. Pro Corn. 53. Multi in civitatem recepti ex liberis populis. *Ib.* 54. Cum præsertim in genus ipsum accusationis, et nomen ejusmodi præmium nemini jucundum esse possit. 11. A. 26. Ni Brutum colligassemus in Græciam. 2. A. 26. Is hanc rem in Ciliciam ad ostium fluminis Cydani confecisset. *Ibid.* 94. In ejus tetrarchiam ex Græcis comitibus suis collocarat. *Ibid.* 32. In hujus me consilii societatem, tanquam in equum Trojanum, cum principibus includi non recuso. De Pro. 6. Omitto juridictionem in libera civitate contra leges. 4. ad Her. 68. Si quæ ante, et post, et in ipsa re facta erunt, comprehendemus. Orat. 215. Pæan commode in solutam orationem illigatur. Pro Qu. 1. Hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore. Pro Q. R. 4. Quod in codicem injuratus referre noluit, id in litem jurare non dubitet? 11. Att. 7. Non possum præ fletu diutius in hoc loco commorari. Pro Cluent. 78. Qui tam prope in occulto stetissent. Pro Rab. 21. Inclusum atque abditum latere in occulto. Orat. 237. Veritas in occulto latet. 4. ad Heren. 44. Cum dictis quibusdam, reliquum relinquitur in audientium judicium. *Ibid.* 66. Illi gladium in latere defixit. Pro Sest. 128. Quis est Italiæ locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ? Qu. Fr. 2. Tradere aliquem in custodiam, vel in pistrinum. Pro Quin. 92. Versari in discrimen. 2. C. 4. Quorum æs alienum contractum in popinam non potest &c. Ver. 1. 57. Ea in tabulas publicas ad ærarium perscribenda curavit. De Somn. 7. Pietas in parentibus, et propinquis magna est. 4. Att. 6. In hoc thecam nummariam ne retexeris. *id est, ob hoc.* 2. de Inv. 57. In nostra consuetudine multis de causis fit, ut rarius incidant translationes. 3. de Leg. 61. Minores magistratus plures in prælia sunto. *Ibid.* Ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio. De Un. 4. Et cum inveneris, indicare in vulgus, nefas. 7. Att. 14. Si quid offendimus in genere nostro, id fit majus, quam, &c. Ver. 5. 143. Includere aliquem in custodias. 1. de Nat. 88. Solem in deorum natura ponere. 2. 124. Aves, quæ se in mari mergunt. 11. Att. 25. Cæsar itinera ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. 11. A. 11. Qui se consulatum in Bruti locum petere

profitetur. 6. Fam. 6. Quid? tu in lictoribus, in toga prætexta esse consulatum putas? 2. de Div. 110. Hoc si est in libris, in quem hominem, et in quod tempus est? Con. C. Anton. Atque ut istum omittam in exercitu Sullano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. 1. de Glor. In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorii sibili. 1. de Fin. 22. In altera Philosophiæ parte iste vester *Epicurus* plane inermis ac nudus est. 1. Att. 10. In illam orationem Metellinam addidi quædam.

In perpetuum, *id est, perpetuo, temporis, εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.* Pro Cl. 189. In perpetuum.)(. *Ad quoddam tempus.* 5. Att. 16. Eversam in perpetuum provinciam nos invenisse scito. 2. de Orat. 118. Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet. 1. C. 30. Hæc reip. pestis paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi potest. 2. cont. Rull. 54. Res vestras in perpetuum alienari. Ad Brut. 1. Eum in perpetuum alienari. *Ibid.* Eum in perpetuum modestiorem spero fore.

In promptu, *facilitatis, ῥᾳδίως, εὔκολον.* 2. Off. 68. Jam illud non sunt admonendi (est enim in promptu) ut animadvertant, &c. 2. de Div. 123. Sed hæc quoque in promptu, nunc interiora videamus. 1. Off. 6. Hæc ita sunt in promptu, ut res disputatione non egeat. *Ibid.* 105. Habere aliquid semper in promptu. *id est, quasi in animo vel memoria. Ibid.* 61. Itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest. *Ibid.* 95. Hoc, quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. 1. de Orat. 23. Cum illa pateant, in promptuque sint omnibus. 1. Acad. 4. Sed ea dicam, quæ mihi sunt in promptu. 4. 46. Oportet igitur ea, quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. 1. Off. 126. Natura formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesti, eam posuit in promptu.

Vis voculæ. In ratione consilii, finis, propositi. Pro Cluen. 188. Mulier in familiæ luctum atque in privignorum funus nupsit. 2. de Orat. 1. Patris studium in filiis erudiendis. 8. Att. 6. In sumptum mutuari ab aliquo. Pro Q. R. 12. Quis in hanc rem fuit arbiter? 1. Att. 6. Nec id satis efficitur in usuram menstruam. 3. de Nat. 8. Quod perspicuum est in istam partem. 16. Att. 1. Hæc scripsi in eam partem, ne, &c. Pro Cæc. 23. In eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumpsit. 1. de Orat. 117. Neque hæc in eam sententiam disputo, ut, &c. 8. Att. 1. Id ego in eam partem accepi, &c. 1. de Or. 175. Agere lege in hæreditatem paternam. Pro R. P. 34. Nulla pecunia Gabinio nisi in rem militarem data est. Ver. 4. 26. Committere se in conspectum alicujus. *Ibid.* 22. Magnum sumptum in Timarchidis prandium feci. *Ibid.* 147. Cum ad prætorem in jus adissemus. Ver. 5. 47. Pecuniæ erogatæ in operum locationes falsas. 2. de Or. 200. Tum omnem orationem converti in increpandam Cæpionis fugam. *Ibidem.* In deplorandum interitum exercitus. Ver. 2. 146. In hanc rem testem totam Siciliam citabo. De Pro. 5. Is Imperator in pœnam exercitus expetitus esse videtur. 3. A. 3. Cæsar patrimonium suum in salutem reipubl. collocavit. Pro Flac. 32. Prætor pecuniam in remiges imperavit. *Ibid.* 44. Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribunt. *Ibid.* 30. Pecunia in classem est erogata. *Ib.* Nos hic in mare superum, et inferum sestertium ter et quadragies rogabamus. In P. 64. Plebs, in cujus tu infamiam ea, quæ per latrones de me egeras, contulisti. Ver. 1. 92. In codicis extrema cera nomen infimum fecit. De Fat. 17. Hæc commutari ex veris in falsa non possunt. 2. de Inv. 103. In concessionem præcepta dedimus. *Ibidem.* In id quoque præcepta posuimus. *Ibid.* 11. Tradere locos in singula causarum genera. *Ibid.* Inventa unamquanque in rem exponentur. Pro Cluen. 91. In legem jurare. 2. de Inv. 113. Insumere laborem in aliquam rem. 1. cont. Rull. 4. Auctio constituta in mensem Januarii. Act. 1. Ver. 6. Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem. 1. cont. Rull. 12. Aurum consumptum in monumento. 2. de Inv. 16. Non omnes loci in omnem causam conveniunt. *Ibid.* 123. Hoc in omne factum, et in omne tempus idem valet. *Ibid.* 146. Lex scripta communiter in plures res, vel in aliquam certam rem. 2. Off. 46. Facillime et in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui, &c.

Contra, κατὰ, cum gen. ἐπί. 1. Off. 28. Id quod apud Platonem est in Philosophos dictum. 1. de Orat. 202. Inflammare populum in improbos. Pro S. R. 56. In eam partem potius peccant, quæ est cautior. 2. Qu. Fr. 5. In eam tabulam magni risus consequebantur. 3. Off. 82. Id quam injustum in patriam esset, non videbat. 2. de Orat. 246. Hoc conveniret in omnes luscos. Pro Corn. 62. Suscipere odium infinitum in aliquos. De Pro. 7. De pecuniis creditis dicere jus in liberos populos contra leges. Pro R. P. 46. Quærere invidiam in aliquem. 3. de Nat. 84. Impietas in deos, injuria in homines. *id est, contra.* Pro Cor. 24. Est enim in populum Romanum grave, non posse, &c. *Ibid.* In socios vero injuriosum et contumeliosum, iis præmiis exclusos esse, &c. 3. Att. 15. In aliquem, vel in se ipsum peccare. De Am. 42. In Rempub. in magna aliqua re peccare. *Ibid.* In aliquem aliquid efficere. De Arus. 30. Id totum in istius ludos prædictum atque responsum est. Pro Rab. 19. Quod crimen in hunc majus expectas?

Juxta, κατὰ, cum acc. 3. C. 10. Recitatæ sunt tabellæ in eamdem fere sententiam. Pro Qu. 63. In ea ipsa verba, quæ adversarius ediderit, judicium accipere. 2. Qu. Fr. 8. S. C. factum est in Africani sententiam. Ver. 5. 80. Versus, qui in istius cupidita-

tem facti sunt. *Ibid.* 72. Hostilem in modum sævire. 5. Att. 16. Incredibilem in modum concursus fiunt ex agris. Pro Qu. R. 15. In hanc formulam omnia judicia conclusa et comprehensa sunt.

De, περὶ, ὑπὲρ. I. Att. 10. In illam orationem addidi quædam. 1. de Div. 3. Cum magna vis videretur esse in monstris interpretandis, in aruspicum disciplina. 2. de Orat. 222. Sed ut in Scævolam continuit ea dicta Crassus, sic in Bruto utroque genere pugnavit. *Ibid.* 248. Quod idem in bono servo dici solet. *Ibid.* Ridiculum illud vetus in furace servo. 2. de Inv. 116. Uti aliquo verbo uno pluribusve in ea sententia, in qua is, qui dicet, accipiendum esse demonstrabit. 2. Att. 22. In eam sententiam multa dixit. 1. 9. Duæ epistolæ in eandem rationem scriptæ. Ver. 1. 69. Cum in eam rationem pro suo quisque sensu loqueretur. 3. de Orat. 50. In quo igitur homines exhorrescunt? in quo exclamant? 4. Att. 14. Si humaniter et amabiliter in me cogitare vis. Pro Qu. R. 54. Nisi te in suam litem dedisset cognitorem. *Ibid.* 32. In hanc rem me cognitorem dedisti. Pro Clu. 29. Auditis de eo, in quem judices non estis. *Ibid.* 199. Judex in aliquem.

Supra, πρός. 1. de Orat. 228. Cum Galba pupillum pene in humeros suos extulisset. Pro S. R. 78. Aliquem esse dominum in suos. 2. de Inv. 52. Pater habet potestatem in filios.

Sub. 2. de Orat. 60. Ambulare in sole. Div. 66. Nationes, quæ in amicitiam populi Romani ditionemque essent. Pro Pomp. 33. Portus vestros in hostium fuisse potestatem. Pro Cl. 152. Redigere aliquem in potestatem suam.

Ante, ἀντὶ, πρό. De Uni. 7. Quod in cernendi sensum caderet. Act. 1. Ver. 5. Defigere furta alterius in oculis omnium. 8. A. 19. Committere legiones in conspectum hostium.

Inter, *numeri ratione*, ἐν. 10. 8. Reponere aliquem in suis. 11. 20. Melius in pessimis nihil fuit. De Sen. 71. Quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. De Cl. 100. Fannius in mediocribus Oratoribus habitus est. Pro S. R. 26. Capito, qui in decem legatis erat. 2. de Nat. 68. Diana anni-vaga, quod in septem numeratur, tanquam vagantibus: *id est, inter septem stellas errantes*. 6. Att. 3. Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominem putares? 1. de L. 31. Dolor in maximis malis ducitur. Pro Flac. 45. Utrum in clarissimis civibus est is, qui, &c. 1. Off. 65. Hic in magnis viris non est habendus. 13. Famil. 56. In perditis ac desperatis aliquid habere. Pro S. R. 8. Qui ex civitate in Senatum delecti estis.

Cum, μετά. Pro Flac. 18. Qui nuper summo cum imperio fuerit, summo in amore esse propter nomen ipsum imperii non potuit. Pro S. R. 148. Summa reip. in hujus periculo tentatur. 2. de Inv. 110. Alius in alium implicatus. Illiberalis in aliquem, et negligens in amicos, et intolerabilis in omnes.

Pro, ὑπέρ. 2. Fa. 17. Legiones quæ decretæ sunt in Syriam. Pro Font. 9. Titurius quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit. 3. Qu. Fr. 1. Is se ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat. 8. Att. 3. Quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. 2. Qu. Fr. 2. Pecunia Pompeio decreta in rem frumentariam. 2. de Orat. 215. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iisdem suppeditatur locis. 1. 183. Mulier quæ in concubinæ locum duceretur. 1. de Nat. 80. Epigramma Catuli in Roscium. 2. de Orat. 352. Scribere carmen in aliquem. 4. Att. 16. Est pondus apud rusticos in memoriam patris. Pro Cor. 48. Ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset. Ver. 3. 114. Minus tribus medimnis in jugerum nemo dedit. *Ibid.* 163. In frumentum imperatum H-S. bis et tricies in annos singulos Verri decernebatur. 3. 173. In medimna singula H-S. quinos denos dedisti. 2. contra Rull. 84. Duodena describit in singulos homines jugera.

Per, εἰς. Postquam in Senat. 32. Erat alius ad portas in multos annos. Pro Flac. 62. Athenienses, unde fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putabantur. 2. de Div. 57. In omne corpus diviso et multiplicato cibo. 2. de Orat. 322. Est id in totam orationem confundendum. 2. de N. 137. Sanguis a corde in totum corpus distribuitur. *Ibid.* Quæ confecta in reliquum corpus dividantur.

Erga, πρὸς, εἰς. 1. de Leg. 43. Obsequia in homines. *Ibid.* Cerimoniæ religionesque in deos. 2. 36. Athenæ multa utilia in vitam hominum attulere. 1. de Orat. 196. Magno amore inflammatum esse in patriam. 5. A. 46. Summo studio optimoque in remp. consensu. Pro Mur. 42. Nostra in aliquem studia minui. 1. de Orat. 196. Amor in patriam. De Orat. 133. De suis in rempublicam meritis dicere. Ad Brut. In duces vehemens, in milites liberalis. 2. de Orat. 198. Indulgentia in liberos nostros.

Promiscuæ potestates: *cum primis ratione certi temporis*. 2. A. 76. Qui in proximum annum consulatum peteres. 1. contra Rull. 13. In reliquum tempus aliquid sancire. Ver. 2. 128. Ei bonos ille in illum annum deberi putabatur. 3. contra Rull. 4. Concordiæ patronum me in hunc annum reip. professus sum. 6. Att. 3. Scaptius centesimis, renovato in singulos annos fœnore, contentus non fuit. Pro Cluen. 182. In suspicionem vocatus est. 14. Att. 22. Consilia in horas mutari vides. 2. de Orat. 218. Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum, &c. Pro Clu. 173. Venenum abditum in aliqua parte panis. De Cl. 326. Genus di-

cendi verbis incitatam, in quo fuit Æschylus. *Ibid.* 332. Turba patronorum, quam congessi in hunc sermonem. 13. Att. 23. Da te in sermonem. De Clar. 160. Extat in eam legem oratio. Pro Qu. R. 50. Si H-S. millies in judicium haberes. 5. Tusc. 33. Vivere in diem .)(. *In sempiternum tempus spectare.* 3. Off. 38. Et simul ad cœnam invitavit in posterum diem. 2. de Div. 17. Solis defectiones, itemque Lunæ, prædicuntur in multos annos. Pro Sest. 20. Habebit Senatus in hunc annum, quem sequatur. Pro Cœl. 59. Dii nunquam præsentis fraudis pœnas in diem reservant. Pro Sest. 20. Alter multos plane in omnes partes fefellit. 1. Tusc. 91. Itaque non deterret sapientem mors, quo minus in omne tempus reip. consulat. De Cl. 325. In hoc spatio, et in his post ædilitatem annis. Pro Qu. R. 9. Hoc nomen in codicem acceptum et expensum esse debuit. *Ibid.* Nomina in codicem digesta habes. 2. contra Rull. 32. Janitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit. Pro Sul. 42. Divisi eas tabulas toti Italiæ, divisi in omnes provincias. De Cl. 273. Verbum in longius ductum. 15. Att. 6. Præsidia sunt in multos annos provisa. 4. 11. Sed ego hanc ἀνέξιαν in unum annum meditatus sum. 14. A. 2. Quæ autem est ista sententia, ut in hodiernum diem vestitus mutetur? 2. de Orat. 193. Puer qui tibi in tutelam est traditus. 12. Att. 48. Horti quam in diem proscripti sint, velim scire. Ver. 2. 52. Locare aliquid in multos annos.

Syntaxis. *Includi in consilii societate. Illigare fabulam in carmina. Relinquere omnia in judicium bonorum. In controversia, in discrimine versari. Contrahere æs alienum in popinam. Solem in deorum natura ponere. In aqua se mergere. Ponere in iter multos dies. In bonorum luctum dicere. In aliquid, et aliquem judex. In hanc partem hoc perspicuum est. In eam disputo sententiam. In hanc rem te cito testem. In remiges erogata pecunia. In infamiam conferre. In extremam chartam nomen scribere. Id non convenit in tuam causam: id est,* pro. *In hæc verba judicat ille. In eandem dicere sententiam multa. In aliam loqui rationem pro suo sensu. Esse in amicitiam, et in ditionem, ac potestatem. In potestatem redigere. In suis aliquem reponere. In mediocribus Oratoribus haberi. Dolor in malis est. Hoc in perditis ac desperatis habendum. Pater in amore summo. Ille in illo implicatus amico. In memoriam alicujus facere. In omnes partes fallere. In hoc volumen quid addes? In omne corpus divisus cibus, et multiplicatus. Fundere æquabiliter facetias in tota oratione. Dare se in sermonem. In diem reservare pœnam. Verba in longius ducta. In annum proximum Consulatum petere. In horas mutari. In diem vivere. In multos annos locare aliquid. In hodiernum diem mutatur vestitus.*

In ante diem. 1. C. 7. Dixi in ante diem quintum calendarum Novembris. 2. Att. 20. In ante diem XV. Cal. distulit.

In diem et in horam. *Lege,* Vivo.

In dies. *Lege,* Indies, *suo loco.*

Inædificatus, a, um, *ædificatus.* De Ar. 31. In domo tua est inædificatum sacellum. *Ibid.* 32.

Inæquabilis, le, ἄνισος. Part. 12. Inæquabilis varietas.

Inæstimabilis, le, ἀτίμητος. 3. de Fin. 2.

Inalpini, orum, *Alpium incolæ.* 11. Fam. 4. Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu. *alias,* Transalpini.

Inambulans, tis. 1. de Leg. 3. Romulus non longe a tuis ædibus inambulans dixit, &c. 1. Acad. 17. Quia disputabant inambulantes in Lycio. 1. de Orat. 261. Neque is consistens in loco, sed inambulans.

Inambulatio, onis, περίπατος. 3. ad Her. 27.

Inambulo, as, *deambulo,* περιπατέω. *Est animi, aut colloquendi causa cum aliquo spatia facere.* 2. de Orat. 12. Cum etiam tum in lecto Crassus esset, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu. Ver. 4. 32. Prætor quiescebat, illi inambulabant. 6. Att. 2. 10. Fa. 32. Ante lucem inambulabam domi. 1. de L. 15. In viridi opacaque ripa inambulare.

Inanimatus, a, um, *inanimis, muta et expers animi res,* ἄψυχος, ἄλογος. 1. de N. 36. 3. 40. et de Ami. 70. Res inanimatæ atque mutæ. 2. Off. 11. Inanimata, ut aurum, argentum, &c.

Inanimus, a, um, *inanimatus,* ἄψυχος. 4. Acad. 37. Cum inter inanimum et animal hoc maxime intersit: quod inanimum nihil agit. 2. de Div. 98. Ver. 5. 170. Omnia muta atque inanima commoverentur. 2. de N. 76. Inanima natura. 1. Tus. 54. Inanimum enim est omne quod pulsu agitatur externo: quod autem est animatum, id pulsu cietur interiore.

Inanis, ne, *vacuus, supervacuus, sine causa, cassus, vanus,* κενός, ἀβέλτερος, μάταιος.) (*Plenus.* 1. de Nat. 93. Quid reliqua descriptio omnium corporis partium? in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil supervacuum est. *Ibidem.* 65. Nihil est, quod vacet corpore: corporibus omnis obsidetur locus: ita nullum inane esse potest. De Fat. 24. Cum vas inane dicimus, non ita loquimur, ut physici, quibus inane esse nihil placet: sed ita, ut verbi causa, sine aqua vas esse dicamus. 4. Acad. 125. Tune inane quidquam putes esse, cum ita completa et conferta sint omnia, ut et quod movebitur corporum cedat, et qua quidque cesserit, aliud illico subsequatur? 1. de Finib. 17. Infinitum inane, in quo nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum sit. 14. Att. 3. Structores ad frumentum profecti inanes redierunt. 3. Off. 6. Ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est. 5. Tuscul. 19. Quod nos honestum dicimus, id illi cassum quiddam et inanis

vocis sono decoratum esse dicunt. 6. Fam. 22. Inanes literæ. 8. Att. 22. Mittere tabellarium cum inanibus epistolis. Ver. 2. 160. Equus inanis, *cui nemo insidet*. 1. de Orat. 37. Sed deinceps omnia plena consiliorum, inania verborum videmus. Pro Mur. 26. Hæc inanissima prudentiæ reperta sunt. 1. C. 16. Omnes consulares, simul atque assedisti, partem illam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt. 2. Att. 8. Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili et suavi venerat. Ver. 3. 121. Ager Agyrinensis septuaginta aratoribus inanior est. 3. Tus. 42. Nisi vellent voces inanes fundere. 1. de Orat. 20. Inanis elocutio, ac pene puerilis. 2 de D. 127. Falsa et inania somnia humana esse. Ad Brut. 2. Inanis species clementiæ. Pro Q. R. 43. Inani et tenui spe te consolaris. Pro Mil. 95. O spes fallaces, o cogitationes inanes meæ! 1. de Fin. 45. Inanium cupiditatum nec modus ullus, nec finis inveniri potest. Pro Cl. 70. Miserrimus et inanissimus. Ver. 5. 103. Naves inanes. 2. Fam. 17. Illud vero pusilli animi, et ipsa malevolentia jejuni, atque inanis, quod Ariobarzanem, &c. Ver. 2. 84. Angebatur tamen animus dolore necessario, quod domum ejus exornatam atque instructam, fere jam iste reddiderat nudam et inanem. Pro Pl. 7. Quid? tu non inanem dignitatis judicem putas esse populum? 10. Fam. 20. Quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris, sed minus audes fortasse propter inanem lætitiam literarum superiorum. Ver. 5. 95. Quem posteaquam inanem locum offenderunt, et prætorem commovisse ex eo loco castra senserunt, statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Ad Brut. 3. Nihil est in me inane, neque enim debet, &c. Ver. 2. 177. Crimen hujusmodi, nisi literis confirmetur, inane esse dicet? 4. Acad. 71. Honesti inane nomen esse, voluptatem esse summum bonum. 1. de Nat. 106. Omnem talem conformationem animi, Philosophi motum inanem vocant. *id est, cum de Hippocentauro cogitamus.* Ver. 1. 37. Quod si illinc inanis profugisses, tamen &c. 2. 25. Vicerunt Agyrinenses fratres, ita, ut egentes, inanesque discederent. 1. de Nat. 54. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quæ interjecto inani cohærescunt tamen inter se. 6. Fam. 4. Quod etsi casu, non divinatione mea factum est, tamen hac inani prudentiæ laude delector. 15. Fam. 17. Etsi quid ego me tibi purgo, cum tui ad me inanes veniant; ad te cum epistolis revertantur? 16. 26. Lagenæ inanes. *Lege*, Lagena. 6. 6. Accedit quod mirifice ingeniis excellentibus, quale est tuum, delectatur (*Cæsar*) præterea cedit multorum justis et officio incensis, non inanibus aut ambitiosis voluntatibus. 12. Att. 41. Itaque accepi VI. Idus literas tuas inanes.

Inanitas, tis, *inane, vanitas*, κενότης, ματαιότης. De Fat. 18. Cum duo individua per inanitatem ferantur, &c. 3. Tuscul. 3. In summa inanitate versamur. 1. de Fin. 44. Ut sapiens solum amputata et circuncisa inanitate omni, et errore, naturæ finibus contentus sine ægritudine possit, et sine metu vivere.

Inaniter, *falso*, ψευδῶς, τηνάλλως. 4. Aca. 34. Cum sit incertum, vere inaniterve moveatur. 4. Tuscul. 13. Cum et inaniter et effuse animus exultat. 4. Academ. 47. Cum animi inaniter moveantur.

SYNTAXIS. *Inane, supervacuum. Inanis rediit ille: id est,* sine re, quam expetivit. *Inanes epistolæ: id est,* leves. *Inanis errabat equus. Id pietatis est inane. Sedes nudæ et inanes. Inanis pietate oratio. Falsum et inane. In inanitate versari. Amputare et circumcidere inanitatem et errorem. Inaniter exultare.*

Inapparatio, onis, *nullus apparatus*, ἀσκευασία. 2. ad Her. 7.)(. *Apparatio.*

Inardens, tis. 2. de Orat. 222. Dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. *alii*, ore in ardente, *divisim.*

Inaudibilis, le, *qui non est audiendus, insolens, perditus*, ἀλαζών. 15. Att. 25. An fidem infirmet Silio inaudibili. *Alii aliter.*

Inaudio, is, *audio, exaudio: dicitur de rebus occultis*, εἰσακούω, ἐπακούω. 9. Fam. 24. Aquini consilia sunt inita de me, quæ te video inaudisse. 6. Att. 1. Nunquid de quo inaudisti? In Fr. Ep. *teste Nonio.* Quorum erupit illa vox, de qua ex te primum quiddam inaudieram.

Inauditus, a, um, *inusitatus*, ἀνήκουστος. 1. de Orat. 137. Nihil dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. *Ibid.* 148. Quanquam ea sunt nobis quoque non inaudita. In Vat. 33. Res in omni memoria omnino inaudita. De Ar. 57. Sacra maribus invisa et inaudita. Pro Rab. 13. Stultitia inusitata, crudelitas inaudita. Pro Qu. 33. Inaudita criminatio. Pro Cæc. 36. Unde vi prohibiturus sis, nemo unquam interdixit, novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum. 2. de Div. 116. Primum, Latine Apollo nunquam locutus est, deinde ista sors inaudita Græcis est. 3. de Fin. 14. Si enim Zenoni licuit, cum rem aliquam invenisset inusitatum, inauditum quoque ei rei nomen imponere; cur non liceat Catoni? 1. Acad. 24. Dabitis enim profecto, ut in rebus inusitatis, quod Græci ipsi faciunt, a quibus hæc jamdiu tractantur, utamur verbis interdum inauditis.

SYNTAXIS. *In omni memoria inauditum. Omnino ante hoc tempus inauditum.*

Inauguratus, a, um, αἰσιωθείς. De Cl. 1. Et inauguratum ab eodem me recordabor. Pro Domo. 137. Templum inauguratum.

Inauguro, as, *initior, consecro, dedico*, αἰσιόω, μυέω. 2. A. 110. Cur non inaugurare? *Ibid.* Vide, qui te inauguret, &c.

Inauratus, a, um, *auratus*, ἔγχρυσος. 3. C.

19. Romulus inauratus in Capitolio. Ver. 2. 50. Statuam inauratam ponere. 1. Tus. 45. Pellis inaurata arietis. 1. de D. 48. Columna extrinsecus inaurata. 3. de Or. 127. et Ver. 2. 114. Non inaurata statua decorari, sed aurea. 4. ad Her. 61. Palla inaurata indutus. 6. A. 1. Turmæ inauratorum equestrium.

Inauror, aris, *auro tegor*, ἐπιχρυσόομαι. 7. Fam. 13. Moriar, ni (quæ tua gloria est) puto, te malle a Cæsare consuli, quam inaurari.

Inauspicato, *vitio, auspicio non captato, malis ominibus*, ἀπαισίως. 1. de D. 33. T. Gracchus tabernaculum vitio cepit imprudens, quod inauspicato pomerium transgressus est.

Incallide, *incaute*, ἀσυνέτως. 3. Off. 118. Non incallide tergiversari.

Incallidus, a, um, *simplex, antiquus, incautus*, ἀσύνετος.)(*Callidus*. Pro Cl. 47. Servus non incallidus, sed frugi atque integer. 3. Fam. 8. Quod si quis me astutiorem fingit, quid potest esse incallidius, quam nunc committere, &c. 1. de Inv. 4. Non incallidi homines.

Incaute, *incallide*, σκαιῶς. 8. Att. 10. Stulte omnia et incaute agi judico.

Incautus, a, um, *improvidus*, ἀφύλακτος, ἁπλοῦς. 11. A. 5. Trebonius oppressus est ab hoste incautus. 9. Fam. 24. Incautior fuissem. 2. de Nat. 1. et pro S. R. 20. Næ ego incautus, qui cum Academico, et eodem rhetore congredi conatus sum. Pro Pl. 53. Qui te incautum nunc tuo loco dimovere potuerunt. De Cl. 246. M. Messala prudens, acutus, minime incautus.

Incedens, tis. Or. 26. A primo summissius, deinde pressius, post sensim incedens, exultavit audacius.

Incedo, dis, *ingredior, ambulo*, βαδίζω, βαίνω, περιπατέω. 2. de Inv. 45. Facilius autem ad inventionem animus incedet, si pertractabit, &c. 1. de D. 49. Tum visam belluam, quacunque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta pervertere. Pro Sest. 19. Alter, o dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu! 8. Fam. 9. Pudeat te, ausum illum unquam esse incedere tanquam tuum competitorem. 2. 9. Repente vero incessi omnibus lætitiis.

Incendium, dii, *ardor, flamma*, ἔμπρησις, ἐμπύρωσις. Parad. 4. Qui incendium fecerit? ædes nympharum manu tua deflagraverunt. 2. C. 10. Cædes, incendia, rapinæ, &c. Pro Mur. 51. Respondit, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. 1. C. 29. An te non existimas invidiæ incendio conflagraturum. Leg. 61. Incendium acerbum. In Clod. Quo ex judicio, velut ex incendio nudus effugit. De Consol. Mori et tanquam ex incendio effugere fortunæ. 10. Fa. 33. Res, enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique populi Romani salvum esse volunt. 4. 13. Sed etiam idipsum video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas dissipari, quibus nos olim adjutoribus illud incendium extinximus. 9. 3. Etsi vide, quæso, satisne rectum sit, nos, hoc tanto incendio civitatis, in istis locis esse. Pro Dom. 62. Domus ardebat in palatio, non fortuito, sed oblato incendio. 4. Tus. 69. Hic amor Medeæ quanta miseriarum incendia excitavit!

ADJUNCT. *Acerbium, acerrimum, commune, domesticum, fortissimum, non fortuitum, sed oblatum, impium, majus, maximum, præsens, tantum, universum.*

SYNTAXIS. *Incendium facere, excitare, restinguere. Ab incendio et flamma urbem liberare. Invidiæ incendio conflagrare. Ex incendio effugere. Tamquam ex incendio fortunæ effugere. Incendio succurrere. Ardere non fortuito, sed oblato incendio.*

Incendo, is, *inflammo, incendium facio, ignem vel faces infero vel subjicio, comburo, cremo*, ἐμπίμπρημι, ἐμπρήθω, καίω. 9. Att. 4. Naves, quibus usus non est, omnes aut præcidisse, aut incendisse dicunt. 3. Tusc. 43. Incendere odores. Ver. 4. 77. Incendere thura et odores. 3. de Nat. 74. Qui tabularium incenderit. 3. Tusc. 45. Incendere cedrum.

Hortor, incito, excito, παραθαῤῥύνω, παροξύνω. 2. de Or. 188. Incendere judices. 15. Fam. 21. Cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendæ nostræ. 5. 12. Meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem, &c. 2. Att. 16. Præterea si ulla res est, quæ bonorum animos, quos jam video esse commotos, vehementius possit incendere &c. Ad Brut. 4. Multo quidem honestius judico magisque quod concedere possit Resp. miserorum fortunam non insectari, quam infinita tribuere potentibus, quæ cupiditatem et arrogantiam incendere possint. 13. Fa. 15. Et jam hominem perustum etiamnum gloria volunt incendere. 2. Att. 7. Incende hominem, amabo te, quoad potes. 9. 1. Bellum Italiæ terra marique inferamus; et odia improborum rursum in nos, quæ jam extincta erant, incendamus. *id est, concitemus in nos aliorum inimicitias.* 5. Tus. 70. Ipsa enim cogitatio de vi et natura deorum studium incendit illius æternitatis imitandæ.

Incendor, eris, *inflammor*. 3. C. 10. Quod Saturnalibus urbem incendi placeret. 2. de Orat. 190. Nulla mens potest incendi, nisi inflammatus ipse ad eam et ardens accesseris. 3. de Leg. 24. Et aliquando incenditur, et quidem sæpe sedatur. De Fat. 3. Oratoria studia, quibus etiam te incendi quanquam flagrantissimum acceperam. 1. Tusc. 44. Corporis facibus inflammari et incendi ad cupiditates. *Ibidem*. 4. Omnes incenduntur ad studia gloria. *Ibidem*. Incendi ira. Orat. 33. Incendor porro quotidie magis, non desiderio solum (quo quidem conficior) congressus nostros, consuetudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam admirabili fama virtutum incredibilium, &c. Ver. 5. 90. Classem pulcherrimam populi Romani, in litus expulsam, et ejectam, cum primum advesperasceret, in-

flammari incendique jussit. 1. Fa. 9. Incendi in aliquem.

Incensio, onis, *incendium*, ἐμπρησμός. 3. C. 9. Annus post Capitolii incensionem vigesimus. Pro Sul. 33. Incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu rempublicam liberavi.

Incensus, a, um, *combustus*. Ver. 5. 136. Classis populi Rom. capta atque incensa est. 2. de Leg. 57. Nec ante sepulchrum est, quam justa facta, et corpus incensum. Pro Flac. 79. Ad hæc prædia incensa dedicavisti. Ver. 4. 77. Segestanas matronas et virgines convenisse, cum Diana exportaretur ex oppido, unxisse unguentis, complesse coronis et floribus, thure odoribusque incensis, usque ad agri fines prosecutas esse.

Irritatus. De Opt. 22. Inimicitiis incensa contentio. Pro Clu. 181. Mulier incensa odio pristino. 1. Fa. 9. Cæsar a Crasso in me est incensus.

Accensus. 6. 6. Voluntas officio incensa. 1. de N. 88. Hujus hanc illustrationem ejusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet.

Affectus. 1. de Orat. 97. Cum ab ineunte ætate incensus essem studio utriusque vestrum. Pro S. R. Permultos et ego novi, et (nisi me fallit animus) unusquisque vestrum, qui et ipsi incensi sunt studio, quod ad agrum colendum attinet: vitamque hanc rusticam, quam tu probro et crimini putas esse oportere, et honestissimam et suavissimam esse arbitrantur.

Iratus. Ver. 2. 89. Iste vehementer Sthenio incensus, hospitium ei renunciat. Pro S. R. Incensus pater, &c.

Benè animatus. De Prov. 35. Nec imperatorem incensum ad rempublicam bene gerendam revocare.

Non census. Pro Cæcin. 99. Quum autem incensum vendit, hoc judicat; quum is, qui in servitute justa fuerit, censu liberetur, eum, qui, quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse.

SYNTAXIS. *Incendere thura et odores. Animum ad studia. Incensus ad Remp. administrandam. Incendere aliquem in adversarios. Incendere judices. Incendere animos. Incendere cupiditatem et arrogantiam. Incendere in se improborum odia. Incendi Oratoriis studiis. Incendi ad cupiditates. Incendi ira, desiderio, odio, studio.*

Incertus, a, um, *obscurus, fallax, opinabilis, in opinione dubia positus, non constans*, ἄδηλος, ἀγνώριστος, ἀμφισβήτητος, σφαλερός. 2. Off. 7. Qui alia certa, alia incerta esse dicunt. Pro Mur. 36. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. *Ibid.* 68. Ridiculum est, quod est dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium potest esse, id judicare. Ad Brut. 14. Non ignoras, quam sint incerti animi hominum et exitus præliorum. Pro Mar. 15. Incertus exitus belli est. Pro Mil. 57. Incerti exitus pugnarum, Marsque communis. Pro Qu. 83. Incertus futuri temporis eventus. 7. Att. 2. Armorum exitus semper incerti. Ver. 5. 136. Ætas puerilis maxime lubrica atque incerta. Orat. 98. Dicendi ancipites incertique casus. 4. Acad. 54. Ea dico incerta, quæ ἄδηλα Græci. 2. con. Rull. 65. Suspensus et incertus obscura spe pendeo. Pro Cæc. 76. Omnia in dubium incertumque revocari. *Ibid.* 38. Ad incertum revocari possessiones omnium. 16. Att. 11. Quis incertis in rebus offendet Antonium? De Sen. 68. Quid enim est stultius, quam incerta pro certis habere? 1. Att. 7. Incertus eram, ubi esset. 12. 19. Non incertum puto de sorte mea.

SYNTAXIS. *Incerti pugnarum exitus, Marsque communis. Ætas puerilis lubrica et incerta. Anceps et incertus casus. Suspensus et incertus, obscura spe pendeo. In dubium et incertum revocare. Ad incertum revocare possessiones. Incertum esse de. Incerta pro certis habere. Incertus sum de reditu.*

Incessio, onis, *reprehensio, aculeus, morsus, ab Incesso. est enim Incessere, jactu verbisve aliquem petere, figere, et reprehendere*, κατηγορία. 12. Att. 5. Calendæ vitandæ fuerunt, incessionumque ἀρχέτυπα fugienda. *Sic legit Paulus Aldi F. In Colinæi codice legitur*, mearumque actionum ἀρχέτυπα.

Incessus, us, *ingressus, gressus*, ἴχνος, βῆμα, βάδισις. Orat. 59. Status erectus et celsus, rarus incessus, nec ita longus. 2. de Fi. 77. Fingere sibi vultum et incessum, ut gravior videatur. 1. Q. Fr. 2. Homo levis ac sordidus, sed tamen equestri incessu. 1. de Off. 129. Status, incessus, sessio, accubatio. I. P. 24. At fuit incessus saltem Capua dignus. Pro Cæl. 49. Non solum incessu, sed ornatu atque comitatu. In Clod. Quem decet mulieris ornatus, quem incessus psaltriæ.

ADJUNCTA. *Gravis, rarus, longus.*

Inceste, *fœde, turpiter*, ἀσελγῶς, βδελυρῶς. Pro Cæl. 34. Ideo aquam adduxit, ut ea tu inceste uterere?

Incestum, ti, et Incestus, us, *flagitium incestum, et incestum stuprum*, φθορὰ, ἀνόμιμος γάμος. I. P. 95. Quis eum inceste liberatum, non eos, qui ita judicarunt, pari scelere adstrictos arbitratur? 4. Tusc. 75. Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique. 2. de L. 22. Incestum pontifices supremo supplicio sarciunto. *Ibid.* 41. De perjuriis et incestis. 1. de Inv. 73. Peperit; fecit igitur incestum.

Incestus, a, um, ἀσελγής, βδελυρός. Pro Dom. 105. Iste qui non solum aspectu, sed incesto flagitio et stupro polluit ceremonias. De Ar. 4. Clodius ex incesto stupro emissus. 11. A. 5. Cum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset.

SYNTAXIS. *Stupra, corruptelæ, adulteria, incestus tandem. Incestum sarcire. Incestum facere. Incestum flagitium ac stuprum. Incesto ore lacerare aliquem.*

Inchoatus, a, um, *imperfectus*, ἠργμένος, ἀτελής .X. *Perfectus*. 3. Off. 33. Operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam fas-

tigium imponimus. Top. 69. Perfecta anteponuntur inchoatis. De Cl. 126. Præclara inchoata multa, perfecta non plane. 1. de Or. 5. Quæ pueris nobis inchoata atque rudia exciderunt. 13. Att. 22. Tantum nolebam, aut non absolutum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. 1. Off. 154. Cognitio contemplatioque naturæ manca atque inchoata est, si, &c. 4. de Fin. 15. Hoc autem inchoati cujusdam officii est, non perfecti. 1. de L. 27. Prima et inchoata intelligentia. 3. Off. 10. Nemo pictor est inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolveret. 1. de Div. 118. Sed ita a principio inchoatum esse mundum, ut, &c. Pro Sul. 73. Quæ ita a fortuna deformata sunt, ut tamen a natura inchoata compareant. 1. de N. 56. Difficile erit rem tantam inchoatam relinquere.

Inchoo, as, *incipio, exordior, attingo, informo, ἄρχομαι, ἐξάρχομαι.*)(*Finio, perficio.* De Prov. 19. Si idem extrema persequitur, qui inchoavit, jam omnia perfecta videbimus. Pro Arch. 28. Nam quas res nos gessimus, &c. attigit hic versibus et inchoavit. 1. Acad. 9. Philosophiam multis locis inchoavi. De Cl. 20. Quod mihi nuper in Tusculano inchoasti de Oratoribus, quando, &c. *Ibid.* Meos libros, quos expectas, inchoavi: sed conficere non possum his diebus. Pro Dom. 132. Cum novum delubrum in urbis clarissimo loco nefando quodam instituto inchoares. Orat. 33. Inchoare et informare Oratorem perfectum. 1. de Leg. 44. Communis intelligentia nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoavit, ut, &c. 4. de Fin. 34. Natura hominem inchoat, sapientia perficit.

Syntaxis. *Prælara inchoata multa. Inchoatum ac rude. Mancum et inchoatum. Inchoatum officium. Prima et inchoata intelligentia rerum. Philosophiam inchoare. Inchoare et informare Oratorem.*

Incido, is, *accido, contingo, evenio, ἐντυγχάνω, προσπίπτω, συμβαίνω.* Orat. 39. Quorum ætas in eorum tempora, quos nominavi, incidit. 1. Fa. 21. Si casus inciderit, pro vobis mori non recusabo. 5. 17. Cogita, tales casus incidisse multis viris fortissimis. *Ibid.* 8. Incidere fortuito ad aliquid agendum. 1. Off. 31. Sed incidunt sæpe tempora, cum ea, quæ, &c. 2. de Inv. 67. In nostra consuetudine rarius incidunt translationes. *Ibid.* In ipsis judiciis rarius incidunt. 2. de Or. 147. Nihil te effugiet, et omne, quod erit in re, occurret atque incidet. 1. Off. 152. Eorum autem ipsorum, quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio. 1. de Ora. 26. Nihil incidit postea civitati mali, quod non impendere illi tanto ante viderint. Pro M. Scaur. Quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint.

Incurro, ἐμπίπτω. 6. Att. 1. Vedius cum omnia obsignaret, in Vedianas res incidit. Top. 79. Non omnes loci incidunt in omnem quæstionem. De Fat. 6. Saxum ex spelunca in crura ejus incidit. Pro Cl. 21. M. Aurius captus in Quin. Sergii manus incidit. Pro S. R. 151. Milites alicubi collocare, in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso incidant. 1. Off. 29. Dum alterum justitiæ genus assequuntur, &c. in alterum incidant. Pro Pl. 17. Sed eum accuso, qui in me incurrit atque incidit. 1. Off. 26. Cum in imperiorum, honorum, gloriæve cupiditatem inciderint. Pro L. Varen. In familiam Ancharianam incidisse dixerunt. Pro M. Scau. Ne in manus incideret inimicorum. De Consol. In hos scopulos incidere vitæ.

Venio. Div. 50. Non consulto, sed casu in eorem mentionem incidi. 1. de Ora. 111. Incidere in aliquem sermonem. Pro Cæl. 16. Quoniam huc incidi. 9. Fam. 16. Incidunt in sermone vario multa. De Am. 2. Tum memini, in eum sermonem illum incidere, qui tum, &c. 16. Atti. 2. Ego enim in varios sermones incidebam. De Cl. 9. Cum in eam recordationem, nuper ex sermone quodam incidissemus. 3. Q. Fr. 1. Hisce literis nihil fere scribo, quod, si in alicujus manus inciderit, moleste ferendum sit. 4. de Fin. 43. Quod cuique in mentem incidit. 6. Attic. 1. Faciesque me, in quem diem Romana incidunt mysteria, certiorem. I. P. 8. Cum in calendas Januarias compitalitiorum dies incidissent. 9. Att. 3. Si recte is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. *id est, in tuum diem natalem.*

Obviam fio, ἀπαντάω. Pro Plan. 99. Cum hic in me incidit, complexus est. Ver. 4. 182.

Cado, πίπτω. 10. Fa. 21. Ex labore incidere in febriculam. I. P. 46. Incidere in furorem et insaniam. 12. Fa. 30. Incidere in morbum. 4. de Fin. 43. Incidere aliquid in mentem. 4. Att. 12. Bellua, quæ quoniam incidit in foveam, obruatur.

Adverb. *Consulto, deintegro, divinitus, fortuito, improviso, plane.*

Incido, dis, *cædo, reseco, securim injicio, præcido, elido, ἀποτέμνω, κατακόπτω, ἐγκολάπτω.* 4. Att. 2. Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci. 6. Fa. 7. Si gradus scalarum incidas. 3. Q. Fr. 1. Poema ad Cæsarem quod composueram, incidi. 2. At. 47. Tametsi oportet incidamus media, ne nimis sero ad extrema veniamus. Orat. 205. In omnibus ne numeris æqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores. 1. Acad. 35. Incidere nervos virtutis. 2. con. Rul. 46. Incidere nervos populi Romani. 3. C. 10. Literas proferri jussimus, linum incidimus, legimus. 1. A. 16. Quæ ille in æs incidit. Con. C. Anton. Illo Hispaniensi pugiunculo nervos incidere civium Rom. non potuerunt.

Adverb. *Æqualiter, crudelissime, fœdissime.*

Incidor, eris. Pro Mil. 88. Incidebantur domi leges, quæ, &c. I. P. 92. Ut esset, quod in basi trophæorum incidi inscribique posset. 2. de Orat. 336. Inciditur enim omnis jam deliberatio, si intelligitur, non posse fieri.

Incinctus, a, um. 4. Acad. 89. Cæruleæ incinctæ igni incedunt. *Poetæ*.

Incipiendi. 1. Off. 135. Ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

Incipiens, tis. 7. Atti. 8. Epistola, quam, incipiente febricula, scripseras.

Incipio, is, *cœpi, instituo, ingredior, initium facio, principium capio, exordior, aggredior, ordior, inchoo, informo, fundamenta jacio, rudimentum pono,* ἄρχω, ἄρχομαι, καθίστημι, ἐπιχειρέω. *Tribuit semper huic verbo Cicero præteritum Cœpi, uno tantum loco epistolarum ad Atticum, eoque suspecto,* Incepi, *invenitur,* 2. de Nat. 9. Tum enim bella gerere nostri duces incipiunt, cum auspicia posuerunt. 2. Att. 1. Vincere incipit timorem dolor. Tusc. 117. Homines mortem optare incipiant, vel certe timere desistant. 5. 3. Huic incipio sententiæ diffidere. Pro Planc. 48. Quod (ut opinio mea fert) ne incipies quidem. 4. Acad. 17. Sed quod nos facere nunc ingredimur, ut contra Academicos disseramus, id, &c. Suscipere, incipere, ordiri. *Lege*, Ordior. Incipio sperare, ingredior in spem.

Incise, κομματικῶς. Orat. 212. Incise membratimve dicere.

Incisim, *cæsim, incise*. Orat. 225. Incisim, et membratim tractata oratio. *Ibid*. 213.

Incisio, onis, τμῆσις, κόμμα. Orat. 206. De circuituum particulis, et tanquam incisionibus disserendum est. *Ibid*. 216. De membris et incisis, vel incisionibus.

Incisum, si, *incisio*, κόμμα. Orat. 211. Quæ Græci κόμματα et κῶλα nominant, nos recte incisa et membra dicimus. *Ibid*. 216. Exemplum incisi et membri.

Incisus, a, um, *inscriptus, insculptus, insignitus*, ἐγγεγραμμένος, ἐγκολαφθείς. De Sen. 61. Notum est ejus carmen incisum in sepulchro. Pro Corn. 53. Quod nuper in columna aenea meminimus post rostra incisum et perscriptum fuisse. Ver. 4. 74. In qua basi grandibus literis nomen Africani erat incisum. 2. 154. Videmus in basi statuarum maximis literis incisum, A communi Siciliæ datas. Pro Font. 31. Quod in monumentis rerum gestarum incisum ac notatum videmus. I. P. 72. Elogium in sepulchro incisum. Ver. 4. 145. Id non modo tum scripserunt, verum etiam in ære incisum nobis tradiderunt. 13. Fam. 36. Tabula, in qua nomina civium incisa essent. 1. de Div. 85. Pulmo incisus, in extis profert diem.

Syntaxis. *Incise membratimque dicere. Incisum in sepulchro carmen. Incisum in ære, in æs. Inciditur lingua ad deplorandum. Incisum et notatum in monumentis. Incidere poema confectum.*

Incitametum, ti, *invitamentum, illecebra*, θελκτήριον. Pro Arch. 23. Hoc hominibus maximum et periculorum incitamentum est, et laborum.

Incitandus, a, um. 1. de Orat. 262. His ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos juvenes puto.

Incitatio, onis, ὅρμησις, ὁρμή. 1. de Orat. 161. Sic evolavit oratio, ut ejus vim et incitationem aspexerim, vestigia ingressumque non viderim. 4. Acad. 82. Sed qui tanta incitatione fertur &c. 1. de D. 89. Incitatio mentis divina. 2. de Orat. 35. Languentis populi incitatio, et effrænati moderatio. *Ibid*. 183. Acri et vehementi quadam incitatione inflammari animum.

Adjuncta. *Acris et vehemens, divina, tanta.*

Incitatius. X. *Tardius*. ὁρμητικώτερον. Orat. 212. Fluit omnino numerus a primo tum incitatius, brevitate pedum, tum proceritate tardius. cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum, tarditatem. *Ibidem*. 67. Incitatius ferri.

Incitatus, a, um. De Som. 13. Totius mundi incitatissima conversio. De Un. 18. Cælum volubile et in orbem incitatum. Orat. 39. Thucydides incitatior fertur. 3. de Nat. 15. Equo incitato se in hostes immittere. 1. de Orat. 202. Populum inflammare in improbos, vel incitatum in bonos mitigare. Pro Dom. 86. Populus Romanus incitatus iracundia, &c. 1. Att. Odia, quæ erant in me incitata, mitigata sunt. De Senect. 41. Aliquis maxima incitatus voluptate corporis. 5. Tuscul. 68. Studium incitatum ad investigandam veritatem. 1. Fa. 7. Te vero moneo, cum beneficiis tuis, tum amore incitatus meo, ut, &c. Orat. 201. Incitatior cursus.

Incito, as, *impello, exacuo, excito, suscito, acuo, incendo, cohortor, irrito, stimulos admoveo,* ὁρμαίνω, κατερεθίζω, παροξύνω. 1. de Orat. 90. Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. Orat. 63. Philosophi sedare animos malunt, quam incitare. Pro Flac. 66. Nec desunt qui istos in me et in optimum quemque incitent. 2. Att. 16. Quod si in eam me partem incitarem, profecto, &c. 12. Fa. 2. Incitare milites in aliquem. 2. de Orat. 186. Facilius est currentem (ut aiunt) incitare, quam commovere languentem. De Cl. 317. Incitare aliquem cupiditate faciendi aliquid. 2. de Orat. 147. Ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat.

Incitor, aris. 4. Acad. 144. Incitari contra aliquem. 3. de Orat. 226. Quanquam ea tela texitur, et ea incitatur in civitate ratio vivendi, et posteritati ostenditur, ut &c. De Sen. 39. Voluptatis avidæ libidines temere ad potiundum incitantur. 12. Fa. 16. Ne putes, in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. 3. de Fin. 66. Incitari natura ad agendum aliquid. 1. de Orat. 53. Causæ quibus mentes incitantur aut reflectuntur. 1. Q. Fr. 1. Aliquem sic animo incitari, ut ab omnibus ejus desideretur humanitas. 2. de N. 103. Stellarum motus tum incitatur, tum retardatur. De Som. 11. Nec enim silentio tanti motus incitari possunt.

Syntaxis. *Mentis divina incitatio. Incitatione ferri. Mentis incitatione divinare. Incitatione animum inflammari. Equo incitato se*

in hostes immittere. Incitatus iracundia, amore, voluptate corporis. Volubile cœlum, et in orbem incitatum. Incitatus ad odium, ad studia. Mentem alicujus incitare. Incitari contra aliquem. Silentio cœlorum motus incitatur. Animo incitari.

Inclamo, as, *altiore voce clamo, voco, φωνέω, ἐπιβοάω*. 2. Att. 18. Sed ita te para, ut, si inclamaro, advoles. *Ibidem*. 20. Expeditus facito ut sis, si inclamavero, ut accurras. 2. de Inv. 15. Comitem illum suum inclamavit semel ac sæpius. 1. de Orat. 230. Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit.

Inclinans, tis. 2. de Orat. 187. Inclinantem erigere. ✕. *Stantem inclinare*. 4. Tusc. 51. Ajax Danais inclinantibus prælium restituit.

Inclinatio, onis, *conversio status, mutatio, permutatio, conatus, flexio, inflexio, ἔγκλισις, μετάκλισις*. Ver. 5. 176. In repub. permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum. Pro Sest. 67. Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio visa est. 6. Fam. 10. Quæ quando in temporum inclinationibus sæpe parvis posita sunt, omnia momenta observabimus. Pro Corn. 58. Fuit hoc meum fatum, ut in me unum omnis inclinatio communium temporum incumberet. 5. A. 26. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. 5. de Fin. 11. Theophrastus scripsit, quis esset optimus reipublicæ status, quæ essent in rep. inclinationes rerum et momenta temporum. 2. con. Rull. 80. An ignoratis, cætera vectigalia, perlevi sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? Pro Dom. 46. Mihi nihil oberat præter conversionem status, et inclinationem communium temporum. Pro Planc. 94. Reip. status, inclinatio temporum, ratio concordiæ. Pro Mur. 53. Magna est comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio. 2. de Orat. 129. Inclinatione voluntatis propendere in aliquem. 1. de N. 95. Accubatio, inclinatio, sessio.

Adjuncta. *Divina, magna, repentina, maxima, parva, tanta.*

Inclinatus, a, um, *propendens*. In Arat.

Inferior paulo est Aries, et flamen ad Austri
Inclinatior——Ibidem.
Et clinata magis paulo est Aquilonis ad auras.

Orat. 27. Inclinata ululantique voce canere. Brut. 18. Ferre præsidium labenti atque inclinatæ Reip. 2. Tusc. 39. Nostra acies inclinata, &c. 2. de Orat. 324. Sed tantum impelli primo judicem leviter, ut jam inclinato reliqua incumbat oratio. De Cl. 55. Appius Claudius Senatum jam inclinatum a Pyrrhi pace revocavit. 1. Fa. 1. Laboratur vehementer, inclinata res est. *id est, quasi ruinam minatur*. 2. 16. Qui ab excitata fortuna ad inclinatam, et prope jacentem desciscerem. 9. 9. Ut te in otium referres, præcipue nunc jam inclinata victoria. 3. Tusc. 7. et 3. de Orat. 17. Inclinato jam in postmeridianum tempus die.

Inclino, as, *propendeo, vergo, ἐγκλίνω, ἐπινεύω, ῥέπω*. 2. de Orat. 187. Si se dant, et sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur. 3. Att. 14. Qui ut me paulum inclinare viderunt, ut, &c. De Sen. 16. Cum sententia Senatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. 4. C. 6. Nunc quidquid est, quocunque vestræ mentes inclinant, atque sententiæ, statuendum vobis ante noctem est. 12. Att. 28. Denique intelliges, ecquid inclinent ad hoc meum consilium adjuvandum.

Flecto, καταστρέφω. 3. de Fin. 10. Quam vellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinasses. 1. de Inv. Inclinare omnia ad suæ causæ commodum.

Syntaxis. *Inclinatio temporum, rerum, voluntatum. Fit ad meliorem spem inclinatio. Omnis inclinatio communium temporum in nos incumbit. Minimis momentis maximas inclinationes fieri. Temporis inclinatione pendere. Inclinatione voluntatis propendere in aliquem. Inclinata vox. Labens et inclinata respublica. Inclinata et prope jacens fortuna. Inclinata victoria. Dies in postmeridianum tempus inclinatus. Sua sponte propendere et inclinare aliquo. Inclinari timore. Sententia Senatus inclinat ad pacem. Quocunque mens inclinet atque sententia. Inclinare se ad alios. Inclinare omnia ad suæ causæ commodum.*

Includo, is, *claudo, comprehendo, κατακλείω, ἐγκλείω*. 1. Att. 3. 1. Tusc. 34. Phidias sui similem imaginem inclusit in clypeo. Ver. 4. 54. Tu illa, ex thuribulis quæ vellerat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut, &c. 2. Att. 10. τυποθεσίαν quam postulas, includam orationi meæ. 1. de Div. 79. Dii vim suam terræ cavernis includunt. De Cla. 329. Hoc autem loco volumus ætatem in disparem Oratorum ætatem includere. 4. Tusc. 15. Quam opinionem in omnes definitiones superiores inclusimus. 1. Att. 13. Pæne orationem in epistolam inclusi. 3. A. 31. Antonius armatos in cella Concordiæ inclusit. De Un. 30. Deus omnia animalia in mundo intus inclusit. Orat. 19. et 133. Eos in eam formam non poterat includere. 7. 143. Includere aliquem in custodias. Hortens. Primus balneolas suspendit, inclusit pisces.

Profero. 3. de Or. 182. Verba versu includere.

Prohibeo, κωλύω. Pro R. P. 48. Sed me dolor debilitat, includitque vocem.

Includor, eris. De Sen. 51. Viriditas herbescens vaginis jam quasi pubescens includitur. De Clar. 274. Quod multis locis in Jurisconsultorum includitur formulis. 2. A. 32. In hujus me consilii societatem, tanquam in equum Trojanum, includi cum principibus non recuso.

Inclusio, onis, *obsessio, ἔγκλεισις*. In Vat. 24. M. Bibulus, cujus inclusione contentus non eras.

Inclusus, a, um, *conclusus, clausus*. Pro

R. 21. Aliquem, inclusum atque abditum latere in occulto. 1. C. 4. S. C. inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum. I. P. 16. Odium inclusum nefariis sensibus impiorum. De Arusp. 25. Populus Rom. septus et inclusus. 2. C. 11. Intus inclusum periculum est. Pro Syl. 76. Illis inclusis in republica pestibus. De Sen. 77. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis. Pro Deiot. 11. In salute reipublicæ salus omnium inclusa est. De Som. 21. Si jam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras. 6. Att. 1. Scaptius inclusum in curia Senatum Salamine obsederat. 2. cont. Rul. 40. Agri eodem capite inclusi continentur. 2. Att. 1. Consule in carcere incluso. 2. de N. 63. Physica ratio inclusa in impias fabulas. 15. Att. 4. Illa de Buthrotiis, quæ mihi sunt inclusa medullis. 2. Nat. Omnia quæ intus inclusa sunt. 1. de Div. 17. *Ætheris æterni septa atque inclusa cavernis.* Top. 8. Loci, in quibus argumenta inclusa sunt. 2. de Div. 73. Avis inclusa in cavea. Incer. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membra scriptum.

Adverb. *Argute, breviterque, divinitus, diutius, peritius.*

Syntaxis. *Includere in epistola, et, epistola. Includere orationi suæ. Includere orationem in epistolam. Includere aliquem in custodias. Includere in eam formam. Inclusum atque abditum latere in occulto. Septus et inclusus. Intus inclusum periculum. Inclusus compagibus corporis. Salus omnium inclusa in salute reip. Aliquid contineri eodem capite inclusum. Ratio inclusa in fabulas. Hæc mihi sunt inclusa medullis. In locis argumenta inclusa. Inclusæ in rep. pestes. Verba versu inclusa.*

Inclytus, a, um, *clarus, nobilis, insignis, εὐκλεὴς, αἰνετός.* 1. de Div. 114. Paris judicavit judicium inclytum. Orat. 159. Inclytus, dicimus, brevi prima litera.

Incœptio, onis, *initium, principium, ἀρχή.* 4. Acad. 119. Tam præclari operis incœptio.

Incœptum, pti, *cœptus, ἐπιχείρημα.* 2. C. 27. Si cujus non modo factum, sed incœptum ullum conatumve contra remp. deprehendero, senties, &c. 5. Fam. 14. Cupio deterrere te, ne permaneas in incœpto.

Incœptus, a, um, *institutus.* De Ar. 1. Duobus incœptis verbis omnem illius impetum compressi.

Incognitus, a, um, *ignotus, ἀγνώριστος.*) (. *Cognitus, notus.* 4. Acad. 114. Cum tum me incognita assentiri vetes. 1. Acad. 44. Cum aut falsa, aut incognita res approbatur. 2. de Leg. 20. Fatidicorum effata incognita interpretari. Postquam ad Quir. 5. Illi fratrem mihi incognitum, qualis futurus esset, dederunt. 1. Off. 18. In hoc genere duo vitia vitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamur &c. Pro Cæc. 29. Dum incognita re judicare voluit. 1. de Or. 48. Natura rerum incognita. 4. A. 3. Hoc insperatum omnibus consilium, incognitum certe cepit. 2. con. Rul. 25. Incognitam legem accipere. 2. de N. 73. Condemnare aliquem causa incognita.

Incola, æ, *habitator, ἔνοικος, πάροικος, οἰκήτωρ.* 1. Off. 125. Peregrini autem et incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere. De Sen. 78. Audiebam Pythagoram Pythagoricosque incolas pene nostros, &c. 2. de Nat. 140. Sunt enim in terra, non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores rerum cœlestium. 5. de Fin. 3. Coloneus ille locus, cujus incola Sophocles fuit. 5. Tusc. 108. Socrates totius mundi se incolam et civem arbitrabatur. *Ibidem.* 38. Bestiæ nantes aquarum incolæ. Ver. 4. 26. Quam vos crucem incolis vestris civibus Romanis ostendere soletis, quo minus sibi arrogent.

Incolo, lis, *habito, incola sum, ἐνοικέω, νέμομαι.* Ver. 1. 46. Cum spoliatum fanum viderent hi, qui Delum incolebant, graviter ferebant. 4. 21. Illam urbem Græci incolebant. 4. Ac. 137. 1. Tusc. 11. Ubi sunt ergo hi, quos miseros dicis, aut quem locum incolunt. 2. de Nat. 42. Qui terras incolunt, in quibus aer crassus est. 1. Q. Fr. 1. Qui earum civitatum fines incolunt.

Incolor, eris. 2. de Div. 92. Omnis terra quæ incolitur. 1. 93. Loca quæ a quibusque incoluntur.

Syntaxis. *Incola et habitator. Bestia aquarum incola. Terra quæ incolitur. Incolere civitatum fines, terras, urbes.*

Incolumis, me, *salvus, integer, σῶος, ὑγιὴς, ἀβλαβής.* Div. 72. Ut hæc, quæ dixi, retinere incolumia ac salva possimus. Pro Planc. 12. Qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate judicii retinere potuit. 4. de Fin. 19. Ut se et salvum in suo genere incolumemque vellet. 3. C. 25. Cives integros incolumesque servavi. Pro Syl. 61. Si eum in omni fortuna atque omni errore incolumem habere non poterunt &c. 1. de Inv. 48. Incolumis et beatus. 2. ad Her. 29. *bis.* De Gloria. 2. *teste Charisio,* Quo stante et incolumi. Pro Mil. 98.

Incolumitas, tis, *salus, ἀσφάλεια, σωτηρία.* 2. de Inv. 269. Incolumitas est salutis tuta atque integra conservatio. *Ibid.* 168. Quibus rebus incolumitatem et libertatem retinent civitates. Ad Brut. 16. Habere incolumitatem ab aliquo. 2. de Nat. 119. Incolumitas mundi.

Syntaxis. *Incolume et salvum. Integer et incolumis a. Incolumis et beatus. A Deo incolumitas habita.*

Incomitatus, a, um, *sine comite, solus, μόνος.* 1. de Orat. 234. Cujus artem cum indotatam esse atque incomitatam et incomptam videres, verborum eam dote locupletasti.

Syntaxis. *Ars indotata, incomitata, incompta.*

Incommodatio, onis, *incommodum, δυσχέρημα.* 1. Att. 14. Atque in ista incommodatione inest illud commodi &c.

Incommode, *moleste, ἀσυμφόρως, ἀλυσιτε-*

λῶς. 7. 8. Animadverteram, posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire. *Ibidem*. 14. Ut in his pro re nata non incommode possint esse. 1. Qu. Fr. 2. Id mihi non incommode visum est accidisse. 6. Att. 9. Ille se ita audisse ut nihil esset incommode. De Am. 15. Cum illo actum optime est, mecum autem incommodius. 5. Att. 9. Incommodissime navigare.

Incommoditas, tis, *incommodum*, *ἀσύμφορον*. 1. 14. Atque in ista incommoditate alieni illius animi et offensæ illud inest tamen commodi, &c.

Incommodo, as, *officio*, *incommodum fero*, *incommodo afficio*, *βλάπτω*, *ζημιόω*. Pro Qu. 51. Qui nihil alteri scientes incommodant, nihil ipsis jure incommodi cadere potest.

Incommodum, di, *damnum*, *detrimentum*, *βλάβη*. 1. de N. 23. Incommoda vitæ sapientes commodorum compensatione leniunt. 7. Att. 7. Sed prorsus te commoveri incommodo valetudinis tuæ nolo. 2. de Ora. 102. Qui locus talis est, ut plus habeat adjumenti, quam incommodi, hunc judico esse dicendum. De Cl. 4. Nostro incommodo detrimentoque doleamus. 1. Div. 8. Tametsi multis incommodis difficultatibusque affectus est. 12. Att. 46. Nec id incommodo tuo feceris. Pro Qu. 3. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod, &c. Pro Mur. 47. Quibus incommodo morbi etiam cæteri vitæ fructus relinquendi sunt. 1. Qu. Fr. 2. Ferre incommodum alicui. 1. Off. 24. Ne ipse aliquo afficiatur incommodo. 2. de Or. 304. Vitia aut incommoda, quæ sunt in aliquo. 2. de In. 18. Rejiciendi, diminuendi, devitandive incommodi causa. 5. de Fin. 50. Atque ipsa scientia, etiamsi incommoda datura sit, gaudent.

Adjuncta. *Alienum*, *civile*, *commune*, *domesticum*, *insperatum*, *maximum*, *extremum*, *frequentissimum*, *injustissimum*, *atque acerbissimum*, *magnum*, *minus*, *parvum*, *privatum*, *privatum et domesticum*, *præcipuum*, *publicum*.

Incommodus, a, um, *inutilis*, *adversus*, *alienus*, *ἀλυσιτελής*, *ἄκαιρος*. 14. Att. 16. Antonii colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. Pro Clu. 161. In rebus ejus incommodis sublevare aliquem. 1. de Inv. 57. Eorum controversiam non incommodum videtur cum utrorumque ratione exponere. 3. de Nat. 73. Facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio. De Cla. 130. Is incommoda valetudine fuit.

Syntaxis. *Nihil est incommode. Incommode navigare. Cum illo igitur incommodius. Sublevare aliquem in rebus incommodis. Homo incommodus. Valetudine incommoda esse. Incommoda lenire commodorum compensatione. Habere plus incommodi, quam commodi. Suo incommodo detrimentoque dolere. Incommodis ac difficultatibus affici. Ne id incommodo tuo facias. Ferre alicui incommodum.*

Incomprehensus, a, um, *non perceptus*, *incognitus*, *ἄδηλος*. 4. Acad. 95. Illa, quæ nos incomprehensa et non percepta dicimus.

Incomptus, a, um, *inornatus*, *incultus*, *ἄκομψος*, *ἀκόσμος*. 2. Att. 1. Quanquam illa tua horridula mihi incompta visa sunt. Orat. 78. Ut mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas idipsum deceat: sic hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. 1. de Orat. 234. Cujus artem cum indotatam esse atque incomitatam et incomptam videres &c. Ac. 2. Quem incomptis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant.

Inconcinnus, a, um, *molestus*, *inurbanus*, *præposterus*, *absurdus*, *ἄμουσος*, *ἀνάρμοστος*. 2. de Or. 17. Qui in aliquo genere inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur.

Incondite, *insulse*, *ἀτάκτως*. 3. de Or. 173. Ille rudis incondite fundit, quantum potest. 2. de Div. 146. Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstruose dici potest, quod non possimus somniare.

Inconditus, a, um, *inconcinnus*, *insulsus*, *non compositus*, *ἄτακτος*, *ἐκμελής*, *ἄκοσμος*. 1. de Or. 197. Omne jus civile præter hoc nostrum inconditum est, ac pene ridiculum. Or. 233. Si inconditi alicujus Oratoris arripias sententiam aliquam dissipatam. *Ibid.* 150. Sententiam inconditis verbis afferre. 3. de Or. 173. Incondita antiquorum dicendi consuetudo. De Cl. 242. Inconditum genus dicendi.

Inconsiderans, tis, *inconsideratus*, *ἀφροντιστῶν*. 2. de Div. 59. Nos autem ita leves atque inconsiderantes sumus, &c.

Inconsiderantia, æ, *inconsulta ratio*, *temeritas*, *ἀφροντιστία*, *ἄνοια*. 3. Qu. Fr. 9. Cujus in hoc uno inconsiderantiam et ego sustinebo, ut potero: et tu ut possis, est tuorum nervorum: *aliter*, considerantia.

Inconsiderate, *inconsulte*, *temere*, *inconsulto*, *ἀσκέπτως*, *ἀφροντίστως*. 1. Off. 103. Temere, fortuito, inconsiderate, negligenter facere aliquid. De Fat. 31. et 1. Tusc. 6. et *Ibid.* 12.

Inconsideratus, a, um, *inconsiderans*, *inconsultus*, *amentissimus*, *temerarius*, *omnibus conciliis præceps ac devius*, *præceps*, *cæcus*, *ἀφρόντιστος*, *προπετής* .)(. *Consideratus*. De Ar. 55. Inconsideratissima et dementissima temeritas. 3. Tusc. 4. Temerarius et inconsideratus. Pro Qu. 80. O cupiditatem inconsideratam! 4. Acad. 132. Nihil potest dici inconsideratius.

Syntaxis. *Temere, fortuito, inconsiderate, negligenter facere. Temerarius et inconsideratus.*

Inconstans, tis, *levis*, *mobilis*, *volubilis*, *qui a se ipso desciscit*, *qui tum hoc*, *tum illud dicit*, *levissimus transfuga*, *neque in hac neque in illa parte fidem habens*, *ἀβέβαιος*, *ἄστατος*. Pro Qu. R. 19. Qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem et læderes, et laudares. 2. de Div. 127. Nam si ea quoque divina sunt, quid inconstantius Deo?

Inconstanter, *leviter*, *ἀβεβαίως*. 2. de Fin.

88. Hæc dicuntur inconstantissime. 4. Aca. 53. Inconstanter loqui. 4. Tusc. 24. Inconstanter et turbide jactari.

Inconstantia, æ, *levitas, mutabilitas, mobilitas, μετάνοια, ἀστασία* .)(. *Constans et perpetua ratio vitæ.* 3. de Nat. 61. Fortuna ab inconstantia et temeritate sejungi non potest. 16. Att. 7. Nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiam dixit esse. 1. de Nat. 30. Jam de Platonis inconstantia longum est dicere. 4. Tusc. 76. Inconstantia, mutabilitasque mentis. 7. A. 9. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate turpius? Pro Dom. 4. et 1. Fam. 9. Varietas, et inconstantia, et crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. In Vat. 3. In altera inconstantiam tuam cum levitate, tum etiam perjurio implicatam refellisti. 1. de Nat. 43.

Adjunc. *Maxima, tanta, et tam turpis.*

Syntaxis. *Inconstantia et mutabilitas. Inconstantia et temeritas. Inconstantia, mobilitas, levitas. Varietas et inconstantia. Inconstantia cum levitate.*

Inconsulte, *inconsulto, inconsiderate, ἀβούλως.* 1. de N. 43. Inconsulte ac temere dicere aliquid. 2. Off. 54. Inconsulte largiri.

Inconsulto, *inconsulte.* 3. ad Her. 8.

Inconsultus, a, um, *inconsideratus, ἄβουλος, ἀπερίσκεπτος.* Pro Deiot. 16. At credo, hæc homo inconsultus et temerarius non videbat. Pro R. P. 2. Illa Poshumi sive inanis spes, sive inconsulta ratio, sive, ut gravissimo verbo utar, temeritas.

Syntaxis. *Inconsulte ac temere. Inconsultus et temerarius. Ratio inconsulta, temeritas.*

Incontentus, a, um, *remissus, ἀσύντονος.* 4. de Fin. 75. Ut in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes æque incontentæ sint, sic &c. *Ibid.* Æque enim contingit omnibus fidibus, ut incontentæ sint: illud non continuo, ut æque incontentæ.

Incontinenter, *intemperanter, dissolute, ἀκρατῶς.* 3. Off. 37. Nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.

Incontinentia, æ, *intemperantia, ἀκράτεια.* Pro Cæl. 25. Is multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. 1. ad Heren. 8. In invidiam trahemus, &c. si adversariorum incontinentiam proferemus. Ver. 4. 34. Est boni judicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque et cupiditatis et incontinentiæ.

Inconveniens, tis, *intemperans, ἀπρεπής.* 12. Fam. 13.

Incorrupte, *caste, integre, ἀκιβδήλως, ἀφθάρτως.* Pro Mar. 30. Qui multis post seculis de te judicabunt, et quidem fortasse incorruptius, quam nos. 1. de Fin. 30. Natura incorrupte atque integre judicante.

Incorruptus, a, um, *integer, purus, inviolatus, sanus, saluber, sincerus, castus, religiosus, naturalis, non fucatus, ἄφθιτος, ἀκίβδηλος, ἀφθαρτος* .)(. *Vitiosus, corruptus, fucatus.* De Cl. 36. Succus ille et sanguis incorruptus. De Opt. 8. Incorrupta sanitas. Pro Mil. 61. Quid hac quæstione dici potest integrius? quid incorruptius? De Cl. 132. Incorrupta quædam Latini sermonis integritas. 1. de Fin. 71. Testis incorruptus atque integer. 4. Ac. 19. Integri atque incorrupti sensus. 1. Tus. 43. Animus permanet incorruptus. Orat. 64. Virgo incorrupta. De Cl. 261. Purus, incorruptus. Hortens. Incorruptum testimonium.

Syntaxis. *Incorrupte atque integre judicare. Incorrupta sanitas, succus, sanguis. Integrum et incorruptum. Integritas linguæ incorrupta. Incoruptus testis, et integer. Purus et incorruptus.*

Increbresco, is, *percrebresco, pervagor, καταπυκνόομαι.* Orat. 66. Nunc apud Oratores ipse numerus increbuit. 1. de Orat. 82. Cum hoc nescio quomodo apud eos increbuisset, me, &c. De Opt. 11. Nonnullorum sermo jam increbuit, se, &c. Orat. 23. Hi, quorum sermo imperitus increbuit. 14. A. 12. Hæc consuetudo quæ increbuit. 2. de Leg. 66. Sed ait rursus idem, increbuisse eam funerum magnificentiam, quæ nunc fere Romæ est. 7. Fa. 20. Ventus increbrescit.

Syntaxis. *Increbrescunt rumor, fama, sermo, ventus, numerus.*

Incredibilis, le, *inauditus, absurdus, monstri vel portenti similis, singularis, ἄπιστος.* 2. de In. 42. Quæ rem credibilem aut incredibilem facere possunt. Pro Cor. 3. Ut mihi jam verum videatur illud esse, quod nonnulli quasi quiddam incredibile dicere putabantur. Pro Pom. 41. Hoc omnibus incredibile, et falso memoriæ proditum videbatur. 1. Fa. 7. Incredibilis hominum perversitas. 11. Att. 8. Nihil mihi unquam tam incredibile accidit, quam, &c. Par. 11. Nihil est tam incredibile quod non dicendo fiat probabile. 7. A. 8. Si, quod dixero, erit vel acerbum auditu, vel incredibile, a M. Cicerone esse dictum &c. 2. 66. Incredibile, et simile portenti est, quonam modo, &c. 13. Att. 23. Incredibile est, quam ego ista non curem. 15. 1. Incredibile est, quanta me molestia affecerit, &c. 6. 2. Hac re incredibile est quantum civitates emerserint. 16. 5. Incredibile est, quam me omni genere delectarit. 15. 16. Singularis et incredibilis virtus. 1. de Orat. 172. Antonii incredibilis quædam et prope singularis et divina vis ingenii. 2. 1. Sic homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti. Orat. 53. Admirabilis fama virtutum incredibilium alicujus. Pro Sul. 75. Incredibilis fuit et singularis furor. 13. Fam. 54. Singularis et prope incredibilis fides. *Ibid.* 27. Agere incredibiles gratias alicui. In Verr. Incredibilis audacia. 1. de Orat. 197. et pro Dom. 59.

Incredibiliter, *summopere, immortaliter, ἀπίστως, ἀπιθάνως.* De Sen. 51. Incredibiliter

delector, &c. 2. Qu. Fr. 14. Literæ Cæsaris incredibiliter me delectarunt. 8. Att. 7. Domitius de se incredibiliter pertimuit. 2. de Orat. 22. Eos incredibiliter repuerascere esse solitos. Ad Brut. 7. Incredibiliter gaudeo, &c. 1. A. 36.

Syntaxis. *Incredibile accidit. Incredibile est, quam ego non curem. Incredibiles agere gratias.*

Incrementum, ti, *accessio, αὔξησις, ἐπίδοσις.* De Sen. 52. Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? 2. de Finib. 88. Negat enim, summo bono afferre incrementum diem.

Increpandus, a, um. 2. de Orat. 200. Tum omnem orationem converti in increpandam Cæpionis fugam.

Increpans, tis. Pro Do. 56. Cur me flentes potius prosecuti sunt, quam aut increpantes retinuerunt, aut ita reliquerunt?

Increpo, as, *redarguo, accuso, λοιδορέω, μέμφομαι, ἐπιπλήσσω.* 2. Qu. Fr. 3. Cum illius in me perfidiam increparet. 2. de Orat. 21. Discus increpuit. 1. C. 18. Quidquid increpuerit, Catilinam timeri, non est ferendum. I. P. 99. Quidquid increpuerit pertimescens. Pro Mur. 22. Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt. Hortens. Tune Pseudomenon et Soritam et totam Dialecticam aut illudis, aut increpas? 4. Ac. 75. Illis versibus increpant eorum arrogantiam quasi irati.

Incubo, as, *quasi inhio, καταπλίνομαι.* Pro Clu. 72. Hic ille Plancus improbissimus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe jam atque animo incubaret, contrahit frontem.

Inculcans, tis. 1. Off. 111. Ne, ut quidam Græca verba inculcantes, jure optimo rideamur.

Inculcatus, a, um. 16. Att. 3. Ἀρχέτυπον ipsum tibi misi crebris locis inculcatum et refectum. Ad Brut. 16. Libertas alicui tradita atque inculcata. Ver. 3. 156. Inculcatum est Metello, te aratores evertisse. 1. de Nat. 109. Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis. 1. Att. 14. Valuit plus, quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum. Orat. 230. Apud alios inculcata reperias multa. 3. Att. 23. Tertium caput a quo sit inculcatum, vides.

Inculco, as, *infercio, ingero, moleste objicio seu offero, impello, ἐμβάλλω, ἐντίθημι, ταυτολογέω.* De Fat. 6. Quid igitur attinet inculcare fatum? 2. de Orat. 19. Græci qui se inculcant auribus nostris. In Vat. 26. Inculcasti etiam, ut se Pisonem nominaret. Orat. 189. Inculcamus sæpe per imprudentiam etiam minus usitatos versus. *Ibid.* 50. De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora.

Inculcor, aris. 1. de Orat. 127. Id quod tradatur, vel etiam inculcetur, si quis sit tardior, posse percipere.

Syntaxis. *Archetypus inculcatus, et refectus pluribus locis.*

Inculte, *inornate, ἀκοσμήτως.* De Cl. 107. D. Brutus dicere non inculte solebat. Orat. 28. Inculte et horride dicere. Pro Quint. 59. Inculte vivere.

Incultus, a, um, *horridus, incomptus, inornatus, ἀκοσμος, ἄμουσος.* 1. de N. 24. Terræ regio inhabitabilis atque inculta. De Cl. 16. Serere in inculto et derelicto solo. Pro Qu. R. 33. Ager incultus. 3. Off. 5. Nulla pars Philosophiæ inculta ac deserta. De Clar. 117. Vir ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. *Ibid.* 259. Cotta alia quidem inculta et sylvestri via ad eandem laudem pervenerat. 3. de Orat. 95. Oratio exilis et inculta. 2. con. Rull. 13. Corpus incultum et horridum. Pro Sest. 21. Vir subhorridus et incultus. Postquam in Sen. 12. Cum eum incultum, horridum, mœstumque vidisses. 1. de Fin. 8. Inculta quædam et horrida de malis Græcis Latine scripta deterius. Orat. 36. Pictura inculta, horrida .)(. *Nitida.*

Syntaxis. *Inculte et horride dicere. Inhabitabilis terræ regio, et inculta. Solum incultum et derelictum. Incultum et desertum. Durus, incultus, horridus. Inculta et sylvestris via laudis. Incultus, horridus, mœstus.*

Incumbens, tis. 1. Fam. 9. Cum me universa respublica, &c. cunctis ordinibus hominibusque incumbentibus, omnibus denique suis viribus recuperasset. Pro Mur. 59. M. Cato incumbens ad illius perniciem.

Incumbo, is, *innitor, inhæreo, elaboro, enixe operam do, ἐπίκειμαι, ἔγκειμαι, ἐπιγίνομαι.* 2. de Inv. 154. In gladium in navi ibidem incumbere. 1. ad Her. 18. Ajax incubuit gladio. 2. de Orat. 324. Impelli primo leviter judex debet, ut jam inclinato reliqua incumbat oratio. 3. de Orat. 55. Ut eos qui audiunt, quocunque incubuerit, possit impellere. Pro Plan. 17. Et ab eo, qui hos demovit, potius quam ab iis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Pro Mur. 53. Magna est comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum. Pro Corn. 58. Fuit hoc meum fatum, ut in me unum omnis inclinatio communium temporum incumberet. 4. A. 12. Incumbite in causam, Quirites, ut facitis. 1. Qu. Fr. 1. Præsertim cum ii mores tantum jam ad nimiam levitatem et ambitionem incubuerint. 6. A. 2. Quo omnes acrius graviusque incumberent ad ulciscendas reipub. injurias. Pro Pom. 19. Quare omni studio ad id bellum incumbamus. 16. Att. 10. Nunc tota mente incumbe in hanc curam. 1. Qu. Fr. 1. Incumbe toto animo et studio omni in eam rationem, qua adhuc usus es. 10. Fam. 10. Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem. *Ibid.* 1. Ut in rempub. omni cogitatione curaque incumberes. *Ibid.* 3. Incumbe per deos immortales in eam curam et cogitationem, &c. 3. Att. 20. Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. Pro Syl. 82. Nemo fuit ex eis, qui non incubuerit ad rempub. liberandam. 1. de

Orat. 34. Quamobrem pergite ut facitis, adolescentes, et in id studium, in quo estis, incumbite. 4. Acad. 77. Incubuit autem in eas disputationes, ut doceret, &c. 4. C. 4. Quare P. C. incumbite ad salutem reipublicæ, circumspicite omnes procellas, quæ, &c. 3. Att. 15. Atque utinam ipse Varro incumbat in causam. 6. A. 18. Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia. Pro Planc. 45. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. 11. A. 23. Facis tu id quidem, et eo maxime incumbis. 4. Att. 11. Ergo Græcus incumbet: *id est, urgebit propositum.* 3. Q. Fr. 8. Pompeius Miloni nihil tribuit, omnia Guttæ, dicitque se perfecturum, ut in illo Cæsar incumbat. 8. Fam. 11. De provinciis incubuisse cum Senatu Pompeius videtur, ut &c. 1. Att. 16. Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. 5. 13. Cum in cupiditatem incubui, &c. 2. 16. Incumbamus, o noster Tite, ad studia.

Adverb. *Acrius, gravius, maxime.*

Syntaxis. *Incumbere ad studia, ad perniciem, in gladium, gladio, in curam et cogitationem. Inclinatio voluntatum incubuit ad illum. Incumbe in eam rationem, qua adhuc usus es. Eo incumbunt omnes boni. In illo (homine) Cæsar incumbit.*

Incunabula, orum, *cunabula, cunæ, rudimenta, σπάργανα.* Ver. 4. 107. In his locis vestigia ac prope incunabula reperiuntur deorum. Orat. 42. Non alienum fuit de Oratoris quasi incunabulis dicere. 2. At. 15. Ego vero ad montes patrios et ad incunabula nostra pergam. 1. de Orat. 23. et 5. de Fin. 55. Ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ.

Incuria, æ, *negligentia, ἀμέλεια, ἀφροντισία.* De Am. 87. Quo magis vituperanda est rei tam maxime necessariæ tanta incuria. De Prov. 5. Incuria, fame, morbo consumi.

Incurrens, tis. 3. Qu. Fr. 5. Ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam &c.

Incurro, is, *incido, εἰσπίπτω, προσπίπτω, ἐμπίπτω.* 3. de Orat. 180. Iambus et trochæus natura incurrunt in orationem. De Cl. 244. Sed ordinem sequens, in memoriam notam incurro. 2. de Orat. 152. Sive tu similitudine illius divini ingenii in eadem incurris vestigia. *Ibid.* 180. In ea casu incurro. De Cla. 331. In cujus adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transversa incurrit misera fortuna reipub. 1. de Leg. 8. Incurreret enim in illum memorabilem annum suum. 3. Off. 68. In eam aliquis incurrat imprudens. 3. de Nat. 69. Incurrere in apertam perniciem. Orat. 224. Incurristi amens in columnas. 3. Off. 55. Per errorem in maximam fraudem incurrere. De Cl. 251. Incurro in memoriam communium miseriarum. 7. At. 7. Tua λῆψις quem in diem incurrat, nescio. 12. 22. In oculos incurrunt ii, quos videre non possum. 2. Fam. 16. Sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed etiam in voculas malevolorum. Pro Pl. 17. 1. Off. 150. Quæstus qui in odia hominum incurrunt, ut fœneratorum. 4. Fam. 2. Nihil constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. 2. con. Rul. 81. Agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemit. Pro Cæc. 84. Hic est mucro defensionis tuæ, in quem incurras, necesse est. Pro Planc. 91. Incurro in crimen hominis nimium grati. Pro Cæl. 42. Incurrere in alterius damnum atque famam. De Univ. 27. Incurrere in aliquem, et in eo hærere et impediri. Pro Sest. 14. Ut in eum non invasisse, sed incurrisse videamini. 1. de Fin. 44. Incurrere in alium cæco impetu. *Ibid.* 1. Incurrere in varias reprehensiones. 5. Tus. 29. Casus in sapientem potest incurrere. Pro Mur. 57. Qui mihi videtur candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum, incurrere. Top. 79. Nulla est disputatio, in quam non aliquis locus incurrat. 11. Fa. 10. Antonius decursionibus vastat ea loca, quæ incurrit. 9. 2. Quis est, qui nihil offendat, nusquam incurrat? Pro Planc. 17. Sed eum accuso, qui in me incurrit atque incidit. Acad. In quorum rixam si Academicus incurrerit, &c.

Incursio, onis, *excursio, incursus.* Pro Cæc. 44. Incursio atque impetus armorum. Pro Cl. 102. Incursio seditionis, vis multitudinis. 1. de N. 115. et 1. de Fi. 17. Deum agitari incursione atomorum.

Incurso, as, *incurro, excurro, invado, προσπίπτω, ἐπιτίθημι.* 12. Att. 40. Audeo hoc dicere, incursabit in te dolor meus, non jure ille quidem, sed, &c. 4. ad Heren. 52. Incursare in fortunas omnium.

Incursurus, a, um. Pro Sest. 46. Cum in hanc navim armatæ tot classes incursuræ viderentur.

Incursus, us, *incursio, ἐπέμβασις.* Pro Cæc. 22. Impetum armati Antiochi, cæterorumque tela atque incursus refugit.

Incurvatus, a, um, *incurvus, καταχαμφθείς.* 2. de Fin. 33. Ut bacillum aliud est inflexum et incurvatum de industria, aliud ita natum &c.

Incurvesco, is, *κατακάμπτομαι.* 1. Tusc. 69. et 3. de Orat. 152. Hic rami non intermittunt suo tempore baccarum ubertate incurvescere. *Poeta.*

Incurvus, a, um, *incurvatus, καμψὸς, κυφός.* 1. de Div. 30. Bacillum incurvum, et leviter a summo inflexum. 4. ad Her. 64. Hunc dico rubrum, incurvum, cavum, &c. Ver. 2. 87. Incurva statua.

Incus, dis, *fabrorum ferrea moles, quam malleis assiduis tundunt, ἄκμων.* 1. de Nat. 54. Formæ, quas vos effici posse sine follibus et incudibus non putatis. 2. de Orat. 162. Assiduus eodem opere eandem incudem noctem diemque tundens.

Incusatio, onis, *μεμψιμοιρία.* 3. 104. Loci

communes partim habent incusationem aut querelam, &c.

Incutio, is, *injicio*, κατασφέρω, ἐμβάλλω. De Un. 33. Quibusque temporibus stellæ emersæ errorem incutiant rationis expertibus. 1. At. 13. Incutere dolorem alicui. 8. Fam. 4. Incutere metum alicui.

Incutior, eris, *inferor*. 2. de Orat. 209. Timor incutitur ex periculis, &c.

Indagandum. 2. de Fin. 39. Canis natus ad indagandum.

Indagatio, onis, *investigatio*, *inquisitio*, ἐξέτασις, ζήτησις. 1. Off. 16. Indagatio atque inventio veri. 5. Tusc. 69. Inde est indagatio nata initiorum.

Indagatrix, cis, θηρευτική. *Ibid.* 5. Philosophia virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

Indagatus, a, um. 2. Att. 7. Eaque omnibus vestigiis indagata ad me afferas.

Indago, as, ἐρευνάω, ἀναζητέω, *vestigo*, *investigo*, *inquiro*. 2. Att. 4. Tu quid indagaris de republica, facito ut sciam. Pro Milo. 104. Initia communis exitii indagavi, patefeci, protuli. Orat. 11. Inusitatas vias indagare, tritas relinquere. 1. con. Rull. 3. Aliquid indagare, invenire, e tenebris eruere. 6. At. 5. Hoc tu indaga, ut soles. 5. Tus. 64. Cujus septum undique dumis indagavit sepulchrum. Ver. 2. 135. Acutissime indagare, et odorari omnia.

Syntaxis. *Indagare, patefacere, proferre. Acute indagare et odorari.*

Inde, *procul inde*, ἐνθεῦ. 9. Att. 20. Qui autem veniunt inde, id modo nunciant. *Ibid.* Abeamus igitur inde. 17. 20. Eo die mansi Calibus, inde has literas dedi. Pro Milo. 33. Librarium illud eripuisti e domo, ut præclarum inde munus ad aliquem deferre posses. 2. de Leg. 39. Lacedæmon jussit nervos inde demi. *id est, ex fidibus Timothei.* 1. ad Her. 14. Si inde incipiemus narrare, unde necesse erit &c. De Clar. 312. Deinceps inde multi. Pro Mur. 26. Quid tum inde? De Prov. 33. Jam inde a principio hujus imperii. 2. de Nat. 123. Jam inde ab ortu. Pro Arch. 1. Inde usque repetens. *id est, a pueritia.* Inde loci. In Arato.

Syntaxis. *Deinceps inde multi. Jam inde ab ortu. Inde usque repetens. Inde loci.*

Indecore, *præter decorum*, ἀπρεπῶς. 1. Off. 114. Ut ea, si non decore, at quam minime indecore facere possimus. *Ibid.* 14. Caveteque, nequid indecore effœminateve faciat.

Indecorus, a, um, *quod non decet*, ἀπρεπής, ἀσχήμων. 1. Off. 94. Quod animo magno fit, id decorum videtur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum. 3. de Fin. 13. Turpe, inhonestum, indecorum, pravum. Orat. 72. Indecorum est, de parvis rebus, amplissimis verbis dicere. Orat. 82. Itaque illud indecorum, quod, &c.

Indemnatus, a, um, *non damnatus*, ἄκριτος, ἀδίκαστος. 2. de In. 79. et Ver. 5. 12. et 1. ad Her. 26. Tamen a fratre indemnatum occidi non oportuit. 2. con. Rull. 55. Cum Sulla bona indemnatorum civium venderet. 2. C. 14. et pro Dom. 9. Aliquis indemnatus, innocens in exilium ejectus. Pro Corn. 28. Indemnatus et incolumis. In Pison. 30. Lex quæ erat contra omnes leges indemnati civis, atque integri capitis.

Syntaxis. *Indemnatus, innocens. Indemnatus et incolumis.*

Index, cis, *aliquid indicans*, ἐνδείκτης, μηνυτής. 4. C. 5. Hæc omnia indices detulerunt. *Ibid.* 10. Cæsar indices maximis præmiis affecit. Pro Cl. 21. Interim venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nunciaret ei, filium, &c. 2. Qu. Fr. 3. 11. A. 5. Complexus summæ benevolentiæ falsi indices extiterunt in amore simulato. 1. de Div. 54. Fanum indicis Herculis. Pro Rab. 18. Vox index stultitiæ vestræ. 2. con. Rull. 4. Tabella index tacitæ libertatis, et vox index vestrarum erga me voluntatum et studiorum. 1. Off. 133. Orationis indicem vocem habemus. Orat. 60. Imago animi vultus est, indices oculi.

Index librorum, ἔλεγχος, πίναξ. 2. de Orat. 61. In Philosophos vestros si quando incido, deceptus indicibus librorum, qui sunt fere inscripti de rebus notis, &c. verbum prorsus nullum intelligo. 4. Att. 4. Iisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci συλλάβους appellatis. Hortens. Dari mihi jubeas indicem tragicorum, ut sumam, si qui forte mihi desunt.

Digitus, qui pollicem sequitur, quod eo indicare et ostendere aliquid soleamus, δεικτικός. 13. Att. 44. Pollex quidem, ut dixerat, præsto fuit: sed plane pollex, non index.

Adjunct. *Falsus, neque obscurus, neque incertus, verissimus.*

India, *regio*. 3. de Fin. 45. Via quæ est hinc in Indiam. 5. Tusc. 77. Quæ barbaria India vastior aut agrestior? Ver. 5. 165. 3. de Nat. 42.

Indus, a, um, *populi*. 1. de Div. 47. et 2. 96.

Indicium, cii, *signum*, *argumentum*, *documentum*, *vestigium*, *nota*, *specimen*, *insigne*, δεῖγμα, τεκμήριον. Pro Clu. 30. Omnia, quæ solent esse indicia et vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. 5. de Fin. 48. Quæ quo sunt excelsiores, eo dant clariora indicia naturæ. Pro Flacc. 40. Sed tamen indicium fieri videatur, cum tabulæ illæ ipsæ, cujusque modi sunt, proferuntur. 3. C. 13. Certissima argumenta atque indicia sceleris. Pro Dom. 103. Hanc porticum esse patiemini furoris tribunitii, et doloris mei indicium, ad memoriam omnium gentium sempiternam? De Arusp. 24. Hoc nobis et scelerum indicia ostendit, et periculorum signa patefecit. 2. de Div. 46. Eo die quo indicium fieret conjurationis. I. P. 92. Noster hic præposterus imperator amissorum oppidorum, cæsarum legionum, provinciæ præsidio et reliquis militibus orbatæ, ad sempi-

ternum dedecus sui generis ac nominis indicia constituit. Pro Dom. 134. Viderat ille, Murænam ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia afferre. Pro Sull. 76. Quas notas scelerum? quæ indicia parricidiorum reperietis? Pro Dom. 110. Quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatus. Postq. in Sen. 7. P. Lentulus hoc specimen virtutis, hoc indicium animi sui fore non putavit, si me, &c. De Cl. 176. Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones rem manifestam deferunt. 7. Fa. 6. Sed cum aliquo insigni indicio tuæ erga me benevolentiæ. 5. de Fin. 48. Videamus animi partes, quarum est aspectus illustrior; quæ quo sunt excelsiores, eo dant clariora indicia naturæ.

Adjunct. *Certum, certissimum, clarius, plane perspicuum, insigne, majus, magnum, maximum, necessarium, pertenue, solidum, expressum.*

Syntaxis. *Indicium et vestigium. Argumentum et indicium. Indicia dare. Indicium fieri. Scelerum indicia ostendere. Indicia constituere. Indicia scelerum reperire. Id indicio est.*

Indicatus, a, um. Pro Cluent. 183. At is et ex serrula insimulatus, et a puero conscio indicatus est. Pro Sulla 41. Vidi ego fore, ut aliquando aliquis aliter indicata hæc esse diceret.

Indico, as, *indicium facio, indicium do, indicio sum, ostendo, indicia ostendo, signa patefacio, monstro, coarguo, innuo, loquor, indicia affero, defero, δείκνυμι, μηνύω, κατηγορέω.* Pro Cluent. 180. Puer rem omnem dominæ indicavit. De Un. 4. Aliquid indicare in vulgus. Ad Brut. 5. Quæ verba aperte indicant, posse rationem haberi etiam non petentis. 3. de Orat. 195. Ut epularum solennium fides ac tibiæ indicant. De Cl. 324. Dicendi autem genus, quod fuerit in utroque, orationes utriusque etiam posteris indicabunt. 3. de Legib. 25. Atque hoc rei exitus indicavit. 1. 27. Vultus indicat mores. 10. Famil. 21. Zeno perpessus est omnia potius, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret. 1. de Fin. 50. Multi, te Consule, ipsi se indicaverunt. Pro Flac. 92. Sed tamen quis tibi de epistolis istis indicavit? Pro Mur. 51. Atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque innuit. 3. Qu. Fr. 5. Sed tamen indicabo tibi, quod in primis te celatum volebam. 10. Famil. 21. Indicabo temerarium meum consilium tibi. 9. 7. Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. Pro Arch. 28. Jam me vobis, judices, indicabo. De Cl. 112. Ut me tibi indicem.

Indicor, aris. 2. de Div. 47. Eodem tempore signum Jovis collocabatur, quo conjuratio indicabatur.

Æstimor. 3. Off. 62. Qu. Scævola postulavit, ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur.

Indicendus, a, um. Pro Pom. Cum omnes adessent, cœptum est referri de indicendo Senatusconsulto. *id est, promulgando.*

Indico, is, *denuntio, promulgo, ἐπαγγέλλω, καταγγέλλω.* Pro Dom. 42. Funestum funus te indixisse reipublicæ. 2. C. 14. Qui bellum populo Romano indixit. 5. de Fin. 29. Indicere bellum hostibus. 2. de Orat. 155. Mirer, cur Philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. Ver. 3. 1. Legem innocentiæ sibi ipsi indicunt, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.

Indicor, eris. 5. A. 31. Justitium indici dico oportere.

Indictus, a, um, *promulgatus, denunciatus.* 1. Off. 36. Nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit et indictum. Pro Dom. 42. Tamen id funus jure indictum esse dicebant.

Non judicatus, ἄκριτος, ἄρρητος. 1. de Leg. 42. Ut dictator quem velit, indicta causa, impune posset occidere. Pro Dom. 45. Ne pro indicta die quis accusetur. 5. Fam 2. Ei, qui in alios animadvertisset indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. Pro Rab. 12. Indicta causa civem Romanum capitis condemnari. Ver. 2. 43. Exeo indicta causa. 2. A. 56. Rem indicta causa judicare. Ver. 5. 181. Etenim tacitæ magis et occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ et apertæ.

Indidem, *inde, ex eodem loco, αὐτόθεν.* 3. de Orat. 159. Unde simile duci potest, indidem verbum unum translatum lumen afferet orationi. Pro S. R. 74. Quos homines? indidemne Ameria?

Indies, *in singulos dies, quotidie, quotidie magis, quotidie plus, καθ' ἡμέραν, καθ' ἑκάστην.* 5. Att. 7. Quotidie, vel potius in dies singulos breviores literas ad te mitto: quotidie enim magis ac magis suspicor, te in Epirum profectum. 12. 14. Sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos. *Ibid.* 16. Quoniam in perpetuum non placet, in dies singulos videbis. 2. Fam. 18. Mihi in dies singulos majori curæ est tua dignitas. 5. 2. Hujus mei consilii majorem in dies singulos fructum capio. 2. de Div. 15. Vehementius in dies incitor. Ad Brut. 10. Ingravescit in dies intestinum malum. 10. Att. 4. Ista ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit. 14. Simulatio desiderii, adhuc quæ fervebat in dies. Pro Milon. 25. Hic magis in dies convalescit. 10. Fam. 35. In dies singulos ejus copiæ minuuntur. 6. Att. 2. Pompeium mehercule plus plusque in dies diligo. 4. de Fin. 65. Hi curatione adhibita levantur in dies: alter valet plus quotidie, alter videt. De Senect. 50. Solon dicebat, senescere se multa in dies addiscentem. 16. Fa. 21. Præstaboque et enitar, ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio.

Syntaxis. *Quotidie, vel potius in dies singulos. Plus plusque in dies. In dies magis, magisque.*

Indifferens, tis, ἀδιάφορος. 3. de Fin. 53. Quod enim Græci ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem.

Indigenitalis, le, *nativus, proprius, non alienigena*, αὐτόχθων. 3. de Orat. 152. Sæpe sine conjunctione verba novantur, ut ille: Sensus disertus, indigenitalis. *Poeta*.

Indigens, tis, *egens*, ἐνδεής. De Amic. 30. Quid enim ille erat indigens mei? 2. Off. 52. Benigne facere indigentibus. 2. de Fin. 118. Ferre opem indigentibus.

Indigentia, æ, *egestas*, ἔνδεια, ἀπορία. 4. Tusc. 21. Indigentia est libido inexplebilis. De Amic. 29. A natura, non ab indigentia ortam esse amicitiam.

Indigeo, es, *indigens sum, egeo*, ἀπορέω, δέομαι, προσδέομαι. 1. de Orat. 156. Jam illa non tam artis indigent, quam laboris. 6. Fam. 4. Quæ ad consolandum majoris ingenii indigent. 4. ad Her. 13. Quia vos mei non indigetis. 1. de Inv. 34. Partes, quarum indigemus ad hanc præceptionem. 12. Att. 34. Tamen indigeo tui consilii. De Am. 51. Qui minime alterius indigent. 6. A. 7. Hoc bellum indiget celeritatis. Pro Qu. R. 44. Mea adolescentia indiget illorum bona existimatione. 12. Fam. 11. Nunc te cohortatione non puto indigere. 4. 5. Ut magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere. 1. Qu. Frat. 3. Nunc commisi, ut, me vivo, aliis indigeres. Oecon. 1. Et fruges et cætera alimenta terrestria indigebant tecto. *Ibidem*. Alterum alterius indigere voluit natura. Hortens. Nec enim fortitudinis indigeremus, nec justitiæ, nec temperantiæ.

Indiges, gis, *pro*. Indigens. 2. de Orat. 193. Indigem liberum lacerasti. *id est, indigentem liberorum. Pacuvii*.

Indignandi. 2. de Inv. 56. Loci, qui aut misericordiæ captandæ, aut facti indignandi causa sumuntur.

Indignatio, onis, *stomachus, ira*, νέμεσις, ἀγανάκτησις. 1. de Inv. 100. Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur.

Indigne, *miserabiliter*, ἀναξίως. Incert. Quondam felix, nunc eget indigne.

Inique, ἀνομίως. Ver. 5. 146. Cervices in carcere frangebantur indignissime. Pro Cæl. 59. Cum Qu. Metellus indignissime eriperetur universæ civitati.

Ægre, moleste, χαλεπῶς, δυσχερῶς. Ver. 5. 31. Indigne pati. 2. de Inv. 78. Indigne passus.

Indignitas, tis, *impietas, turpitudo, atrocitas*, ἀναξία. 2. de Inv. 53. Facti alicujus atrocitatem, aut indignitatem, aut omnino culpam augere. Pro Mur. 51. Neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit. 6. Fam. 14. Adeundi atque conveniendi illius indignitatem ac molestiam pertulissem. In Vat. 15. Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. *Ibid*. 1. Si tua quod indignitas postularet, spectare voluissem. I. P. 99. Si id tardius eveniet, fruar tamen tua indignitate. 2. de Orat. 138. Ac si quid affert præterea hominis dignitas aut indignitas, extra causam est. Protag. Quæ potest esse indignitas ad molestiam, nisi in magnitudine aut longitudine alterius utrius posita? Div. 63. Quorum nemo propter indignitatem repudiatus est. 2. Fam. 16. Oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium.

Indignor, aris, *graviter fero, stomachor, mihi indignum videtur*, ἀγανακτέω, νεμεσάω, δυσχεραίνομαι. 2. de Inv. 56. Locus communis erit defensoris, per quem indignabitur, accusatorem conari, &c. 4. Fam. 5. Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est. 11. Atque eum, quem dilexi, periisse indignor. 1. de Inv. 24. Dicere ea, quæ indignantur adversarii, &c. Pro Qu. R. 5. Nimium cito ait me indignari de tabulis. *alias*, indagare.

Indignus, a, um, *non dignus, alienus, iniquus, scelestus, turpis*, ἀνάξιος. 9. Att. 4. Hoc turpe, et me indignum puto. 5. de Fin. 47. Nihilne est in his rebus, quod dignum libero aut indignum esse ducamus? Ver. 4. 78. et 1. Off. 137. Res indigna atque intoleranda videbatur omnibus. 2. de Inv. 60. Ejusmodi injuriæ sunt, ut de his indignum sit non primo quoque tempore judicari. Pro Sest. 2. In quo cum multa sunt indigna, tum nihil minus est ferendum, &c. Pro S. R. 8. Cum multa indigna, tum vel hoc indignissimum est, vos, &c. 1. de Inv. 24. Hoc mihi indignum videtur. De Arusp. 34. Quod non minus, quam de Alexandrinis, indignnm diis immortalibus est visum. Pro Qu. 8. Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici aut commemorari potest? Pro S. R. 24. Quod Amerinis usque eo visum est indignum, ut omnes, &c. *Ib*. Filii egestas indignissima. 2. ad Her. 28. Indigna mors Palamedis. Pro Qu. 95. Indignum est, a pari vinci, aut superiore: indignius, ab inferiore. Pro S. R. 119. An qui petebant, indigni erant, qui impetrarent? Pro Corn. 36. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione. Pro Planc. 9. Qui te indignum ædilitate judicaverunt. In Vat. 39. Cæsar te omni honore indignissimum judicat. 2. Orat. 286. Aliquem esse indignum suis majoribus. 4. Tuscul. 45. Misericordiam utilem esse dicunt ad opem ferendam, et calamitates hominum indignorum sublevandas. *Ibid*. 46. Divitias quivis quamvis indignus habere potest.

Syntaxis. *Hoc te indignum est. Indignum est vinci. Indignus qui vivat. Res indigna, atque intoleranda.*

Indiligenter, *negligenter*, ἀμελῶς, ὀλιγώρως .X. *Diligenter*. 2. de Inv. 11. Non indiligenter exposui, &c. 16. Att. 3. Nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum.

Indiligentia, æ, *negligentia*, ὀλιγωρία. 1. Qu. Fr. 2. Literarum missarum indiligentiam reprehendi.

Indiserte, *inornate*, ἀτέχνως. 2. 1. Severus orationem meam laudavit, non mehercule indiserte.

Indisertus, a, um, *inornatus*, *parum eloquens*; ἀφραδὴς, ἄγλωσσος. 2. de Nat. 1. Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, neque sine ista philosophia rhetorem quamvis eloquentem. De Clar. 79. 2. Fam. 18. Vir non indisertus. 3. de Fin. 15. Indisertus interpres. 3. de Orat. 140. Indiserta prudentia.

Indissolubilis, le, ἄλυτος. De Un. 35. Immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissolvemini.

Individuus, a, um, *simplex*, ἀδιαίρετος, ἀμέριστος .)(. *Dividuus*. De Un. 19. Idque interjecit inter individuum, et id quod dividuum esset in corpore. 3. de Nat. 29. Individuum corpus, quod dirimi distrahique non potest. De Un. 19. Materia est individua atque simplex. 1. de Nat. 65. Ita nihil esse individuum potest. *Ib.* 66. Individua corpuscula. 1. de Fin. 17. Atomi, id est, individua corpora. 3. de Nat. 29.

Individuum, dui, *individuum corpus*, *atomus*, ἄτομος. De Fat. 24. Individui hæc est natura, ut pondere et gravitate moveatur. *Ib.* 18. Cum duo individua per inanitatem ferantur, &c. De N. 49. Species ex individuis innumerabilibus existens. 4. Acad. 55. Ex illis individuis, unde omnia gignuntur. 2. de Fin. 75. Individua, et intermundia, quæ nec sunt ulla, nec esse possunt, intelligimus.

Indocilis, le, *tardus*, *hebes*, δυσμαθὴς, ἀδίδακτος. 1. de Nat. 12. Quidam nimis indociles tardique sunt. 4. Ac. 2. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo non desideravit indocilem usus disciplinam.

Indocte, *inscite*, *imperite*, ἀμαθῶς. 2. de Nat. 44. Non solum indocte, sed etiam impie facere,

Indoctus, a, um, *ineruditus*, *imperitus*, ἀδίδακτος, ἀπαίδευτος, ἄμουσος. De Clar. 178. T. Juventius in capiendo adversario versutus, et præterea non indoctus. Part. 90. Genus hominum indoctum et agreste. 2. de Div. 129. Ex levissimo enim et indoctissimo genere constat. Part. 92. Si apud indoctos imperitosque dicemus. De Clar. 180. Rabula indoctus, inurbanus, rusticus. 3. de Orat. 183. Rudis et indocta oratio. 1. de Fin. 72. Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui, &c.

Syntaxis. *Indocte et impie facere. Indoctus et agrestis. Indoctus et imperitus. Rudis et indocta oratio.*

Indolentia, æ, *vacuitas doloris*, ἀναλγησία. 2. de Fin. 11. Num voluptas idem est, quod, ut ita dicam, indolentia? *Ib.* 19. Neque Hieronymus voluptatis nomine unquam utitur pro illa indolentia. 3. Off. 12. Qui res expetendas vel voluptate vel indolentia metiuntur.

Indoleo, les, *doleo*, ἄχθομαι, ἀλγέω. 2. A. 61. Quis non indoluit, te tam sero a se esse cognitum?

Indoles, lis, *indicium animi*, *specimen futuræ virtutis*, *eximia spes summæ virtutis*, *optima spes*, φύσις, ἦθος. Ad Brut. 3. Cæsaris vero pueri mirifica indoles virtutis. 1. de Orat. 131. In vobis egregiam quandam et præclaram indolem esse cognovi. 5. A. 47. Ita sæpe magna indoles virtutis priusquam reipublicæ prodesse potuisset, extincta fuit. 11. 33. Summa in filio spes, summa ingenii indoles, summaque virtus. 2. de Fin. 17. In adolescentibus bonam spem esse dicimus, et magnam indolem. De Sen. 26. Adolescentes bona indole præditi. Ad Brut. 18. Videtur in eo esse indoles: sed flexibilis ætas. 3. Off. 16. Itaque omnes, in quibus est virtutis indoles, commoventur. Orat. 41. Præterea ad virtutem major indoles. Pro Cæl. 39. Si quis hac indole virtutis ac continentiæ fuit, ut respueret omnes voluptates, &c. Orat. 108. Ab hac indole jam illa matura; uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. 15. Att. 12. Bona indoles,

Adjunct. *Bona*, *egregia*, *ac præclara*, *magna*, *major*, *mirifica*, *præclara*, *optima*, *summa*.

Syntaxis. *Virtutis indoles. Bona spes et magna indoles in aliquo. Summa ingenii indoles, et summa virtus.*

Indomitus, a, um, *qui imperium recusat*, *intractatus et novus*, *ferocitate exultans*, ἀδάμαστος. Pro Clu. 15. O libidinem effrænatam et indomitam! De Ar. 52. Indomitus atque effrænatus furor. Ver. 1. 62. et pro R. S. 39. Indomitæ atque effrænatæ cupiditates. 4. ad Her. 60. Equus indomitus.

Syntaxis. *Effrænata et indomita libido, cupiditas, furor, equus.*

Indormiens, tis. 2. A. 30. An faces admovendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?

Indormio, is, ἐγκαθεύδω. 2. Qu. Fr. 14. Ego qui in isto homine colendo tam indormivi diu.

Indotatus, a, um, *sine dote*, *sine ornatu*, ἄπροικος. 1. de Orat. 234. Cujus artem cum indotatam esse atque incomitatam et incomptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti.

Induciæ, arum, *belli ad tempus cessatio*, σπονδὴ, ἀνακωχή. 7. Att. 16. Tum ad te scribam plura, si erit bellum: sin autem induciæ, te ipsum videbo. 1. Off. 33. Cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ. 8. A. 20. Quid? ille faceret inducias? 15. Att. 13. Inducias fieri posse.

Induciomarus, *Gallus testis in M. Fonteium*. Pro Font. 26.

Inducendus, a, um. 2. de Invent. 48. Loci communes raro inducendi.

Induco, is, *impello*, *adigo*, *adduco*, ἄγω. 2. de N. 45. Ea difficultas induxit imperitos ut errarent. De Am. 59. Inducere animum jacentem amici in spem cogitationemque me-

liorem. Pro S. R. 76. Inducere aliquem ad faciendum aliquid gratia, spe, pretio, promissis. Pro Qu. R. 46. Quem ego, ut mentiatur, inducere possum: ut pejeret, exorare non potero. 3. Att. 10. Pro Rab. 33 Induxit eum L. Saturnini familiaritas, ut, &c. 2. ad Her. 29. Multos induxit in peccatum pecuniæ spes. 3. Off. 55. Per errorem alterum inducere. I. P. 1. Hic nos decepit, fefellit, induxit. Pro S. R. 117. Socios inducere, decipere, destituere. 2. Off. 53. Quæ te, malum, inquit, ratio in istam spem induxit?

Affero, infero, introduco, εἰσάγω, ἐπεισάγω. De Fat. 23. Hanc rationem Epicurus induxit, ob eam rem, quod, &c. 2. de Div. 41. Cur igitur eos inducitis in captiones, quas nunquam explicetis? 5. de Fin. 59. Natura quasi instituit docere, et induxit in ea, quæ inerant tanquam elementa virtutis. 2. de Orat. 122. Qui hoc primus in nostros mores induxit. Pro Rab. 19. Inducere novum morem in Remp. 15. A. 43. Inducere novum verbum in linguam Latinam. 2. de Leg. 61. Inducere funus. *id est, deducere.* 3. cont. Rul. 10. Sed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit. 3. Qu. Fr. 1. Itaque mirificum ἐμβόλιον cogito in secundum meorum librorum inducere. De Un. 23. Seseque ipse versans sempiternæ vitæ induxit exordium. 1. Att. 14. Inducere controversiam de musica. 2. cont. Rul. 98. Ut agros a vobismetipsis emptos, quanti velletis, populo Romano induceretis. Ver. 1. 145. Inducere tectorium. *id est, addere, allinere.* 2. de Div. 40. Epicurus jocandi causa deos induxit perlucidos et perflabiles. *Ib.* 109. Qua ratione hæc duo divinandi genera inducis, eadem illa possunt esse, quæ tollis. 3. Off. 118. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, sed, &c. 1. 85. Rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam. 3. Qu. Fr. 3. Puerum in hanc nostram rationem consuetudinemque inducemus. 2. de Nat. 2. Quæ eloquentia falsos deos sustulit, eadem veros inducat. 1. 42. Poetæ deos libidine furentes induxerunt. Pro Cæl. 35. Sed quid ego, judices, ita gravem personam induxi? Pro Dom. 92. Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum. Orat. 138. Muta quædam eloquentia inducere. 5. Tusc. 115. Tiresiam Poetæ nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam. 2. 27. Inducere fortissimum virum lamentantem.

Applico, adhibeo, accommodo, decerno, ἐμαυτὸν πείθω, αἱρέομαι, προαιρέομαι. Quint. de Pet. 32. Deinde induc in animum, ita simulandum esse. 1. Att. 4. Animum inducere non potui, ut viderem, &c. Pro S. R. 53. Qui potuit animum inducere, ut filium exhæredaret. 14. Att. 12. Antonius induxit animum, sibi licere, quod vellet. 1. de Div. 22. Tu igitur animum poteris inducere contra ea dicere, quæ, &c. 2. 46. Tu igitur animum induces causam hanc defendere? 5. Tusc. 30. Inducant animum divitias contemnere Pro Syl. 83. Induxi in animum defendere aliquem. 1. C. 22. Si ire in exilium animum induxeris. Pro Cluent. 45. Neque enim legare ejusmodi matri poterat in animum inducere. 7. Att. 3. Id, quod animum induxerat, paulisper non tenuit.

Deleo, ἐξαλείφω. 4. Att. 17. Inducere nomina. 1. 14. Ut induceretur locatio, postulatum est.

Inducor, eris, *deleor.* 13. 14. Et si nomina facta sunt, vel induci, vel mutari possunt.

Adducor, impellor. De Clar. 292. Induci in errorem. 2. ad Her. 29. Induci aliquo emolumento ad agendum aliquid. 1. de Orat. 208. Studio alicujus induci ad aliquid faciendum. Pro S. R. 39. Ab hominibus nequam induci ad facinus consciscendum. 5. Fa. 6. Adduci voluntate, induci odio ad aliquid agendum. Pro Planc. 104. Quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem, vos, &c. De Cl. 188. Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. 2. de Leg. 2. Idque ut facerem, orationibus inducebar tuis. 2. cont. Rull. 69. Hic ager quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia nobis inducetur. 4. Att. 15. Varro inducetur in aliquem locum, si modo erit locus.

Introducor. 13. Att. 19. Puero me hic sermo inducitur. 1. de Fin. 62. Sapiens ab Epicuro beatus semper inducitur. 3. Off. 38. Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui, &c. 7. Fam. 11. Mira enim persona induci potest Britannici jurisconsulti. 1. A. 3. Ne inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur. De Opt. 17. A me gladiatorum par nobilissimum inducitur.

Inductio, onis, *derivatio, ἀγωγή.* 2. de Nat. 152. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.

Introductio, εἰσαγωγή. 3. de Orat. 205 Personarum ficta inductio, et erroris inductio.

Applicatio, deliberatio, suasio, αἵρεσις. 1. Qu. Fr. 1. Hoc non est positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi atque voluntate. 1. de Inv. 51. Inductio est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus, quicum instituta est, &c. 1. Fa. 9. Tantum enim animi inductio, et mehercule amor erga Pompeium apud me valet, ut, &c.

Inductus, a, um, *impositus.* 2. de Invent. 149. Soleæ igneæ in pedes inductæ sunt. 1. ad Her. 23. Pedibus inductæ sunt.

Adductus. 1. Tuscu. 65. Quinta quædam natura ab Aristotele inducta. 1. Fa. 4. A tuis invidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. Pro Cæl. 25. Illa subtiliter ad criminandum inducta oratio. Pro Mur. 62. Hæc M. Cato autoribus eruditissimis inductus arripuit. 2. A. 79. Dolabella tum est impulsus, elisus, inductus. Pro Cæl. 38. Is nulla cupiditate inductus de via decessit. Pro Planc. 101. Cum tibi vana quædam falsa spe inductus pollicebar. Pro

Quint. 12. Tamen inductus familiaritate id fecit. Con. C. Anton. Qua amentia inductus sit.

Adverb. *Divinitus, recte, subtiliter.*

Syntaxis. *Inducere animum in spem cogitationemque meliorem. Inducere aliquem promissis ad aliquid faciendum. Spes pecuniæ inducit in peccatum. Per errorem inducere alterum. Socios inducere, decipere, destituere. Inducere aliquem in captiones. Inducere novum verbum in linguam Latinam, novos mores in remp. Inducere tectorium. Inducere virum aliquem lamentantem. Inducere animum dicere. Inducere animum, ut; et in animum. Induci spe, odio, familiaritate. Induci in errorem, ad misericordiam. Ager ingenti pecunia nobis inducitur. Sermo inducitur. Persona inducitur. Personarum ficta inductio. Inductio animi, atque voluntas. Subtiliter inducta oratio. Inductus magnis auctoribus.*

Inductus, us, ἐπαγωγή. 2. ad Her. 26. Quod alieno inductu fecerit. *id est, impulsu.* Pro L. Varen. Utrum velitis, casu illo itinere Varenum esse usum, an hujus persuasu et inductu.

Indulgens, tis, *facilis*, φιλόστοργος.)(. *Difficilis, severus, acerbus.* 3. Off. 112. Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus et severus in filium. Pro Cluent. 12. Quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum, hoc &c. 3. Tusc. 13. Sed vide, ne hæc oratio sit hominum assentantium nostræ imbecillitati, et indulgentium mollitudini. Orat. 157. Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. 1. de Legib. 39. Epicurei sibi indulgentes, et corporibus deservientes, &c. De Am. 91. Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.

Indulgenter, *familiariter, leviter, molliter*, φιλοστόργως. 9. Att. 11. Illud præclare admones, cum illum videro, ne nimis indulgenter, at cum gravitate potius loquar. 2. de Fin. 109. Facere aliquid indulgenter, vel cum labore.

Indulgentia, æ, *obsequium, patientia, lenitas, præsertim in filios*, ἄνεσις, φιλοστοργία. 10. Att. 4. Indulgentia videlicet nostra depravatus. *Ibid.* 11. Non facit indulgentia mendacem. *Ibid.* Itaque hæc quoque nascuntur ex indulgentia. Postquam ad Quir. 2. Mihi liberi mei propter indulgentiam meam vita sunt mea chariores. Pro Sest. 8. Indulgentia alicujus in aliquem. Pro Sull. 64. Uniuscujusque indulgentiam testarer in suos. 10. Fam. 23. Nimia indulgentia in aliquem. Ver. 1. 112. Qui simili sensu atque indulgentia filiorum commovemini. Ad Brut. 17. Tribuere indulgentiam alicui. 9. Att. 10. Et hæc Cæsar pro sua in nos indulgentia probabit. 2. de Orat. 168. Si feræ partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus? 1. de Leg. 35. Homines inter se naturali quadam indulgentia et benevolentia contineri. *Ibidem.* 60. Cum animus cognitis virtutibus a corporis obsequio indulgentiaque discesserit.

Adjunct. *Maxima, naturalis, nimia, similis.*

Indulgeo, es, *obsequor, in aliquem sum ambitiosus, indulgentiam tribuo, assentor*, χαρίζομαι, καταχαρίζομαι. Ver. 3. 59. Is cives Romanos coluit, iis indulsit, eorum voluntati et gratiæ deditus fuit. De Am. 54. Spernere veteres amicitias, et indulgere novis. 1. Qu. Fr. 2. At enim Græcis solis indulgeo, quod, &c. 16. Fam. 18. Sed utut est, indulge valetudini tuæ. 1. de Inv. 27. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur potat? cur his rebus sumptus suggeris? vestitu nimio indulges, nimium ineptus es. 4. Tusc. 41. Ipsaque sibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur imprudens. 10. Att. 4. Indulsit illi quidem pater.

Syntaxis. *Consuetudo auribus indulgens. Homo sibi indulgens. Indulgens in aliquem. Amans et indulgens. Facere aliquid indulgenter. Aliena indulgentia depravari. Indulgentia alicujus in aliquem. Indulgentia filiorum commoveri. Tribuere alicui indulgentiam. Homines inter se naturali quadam indulgentia continentur. Animus a corporis indulgentia discedens. Indulgere novis amicitiis. Indulgere valetudini suæ.*

Indumentum, ti, *vestimentum*, ἐσθής, ἱμάτιον. 1. de Nat. 68. Quod cum efficere vultis, indumenta tamen corripitis.

Induo, is, *vestio, induco*, ἀμφιέννυμι, ἐνδύω, ἀμπέχομαι. 3. Off. 38. Is annulum ei vidit in digito: quem ut detraxit, ipse induit. 2. de Fin. 73. Ex ejus spoliis sibi et torquem et cognomen induit. 14. Att. 23. Quare talaria induamus. 5. Tusc. 73. Epicurus, qui tantummodo induit personam Philosophi, sibi ipse hoc nomen inscripsit. 2. 20. Qui cum Deianiræ sanguine Centauri tinctam tunicam induisset, ait ille, &c. 3. Off. 43. Ponit enim personam amici, cum induit judicis. 4. Acad. 18. Antiochus in idipsum se induit quod timebat. Ver. 2. 101. Hic videte, in quos laqueos se induerit.)(. *Expedire se ex laqueis. Ibid.* 105. Videte, ut, dum expedire se vult, induat. 5. 72. Ipse sese induit. 2. de Div. 44. Cum autem ii anhelitus se in nubem induerint, &c. *id est, converterint.* 1. Tuscul. 92. Habes somnum imaginem mortis, eamque quotidie induis.

Induor, eris. Ver. 5. 165. Sua confessione induatur ac juguletur necesse est.

Indutus, a, um. 1. Off. 107. Intelligendum est, duabus quasi nos indutos esse personis: quarum una, &c. altera, &c. Pro Sull. 76. Feræ quædam illæ forma hominum indutæ extiterunt. 2. de Nat. 63. Dii induti specie humana. 1. Att. 10. Vir indutus muliebri vestitu. 3. de Orat. 125. Pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset. 4. ad Her. 61. Cum citharœdus prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, &c.

Induperator, oris, *Imperator*, ἡγεμών. 1. de Div. 107.
Omnis cura viris uter esset induperator. Ennii.

Induror, aris, σκληρύνομαι. Incer. Reatinis tantum paludibus ungulas jumentorum indurari.

Indus, di, *fluvius Indiæ omnium maximus*. 2. de Nat. 130.

Industria, æ, *ars, ingenium, solertia, diligentia, sedulitas, labor*, φιλοπονία, σπουδή. 6. Att. 1. Quare non οἴχεται tua industria, sed præclare ponitur. De Clar. 22. Tua exquisita doctrina, et singularis industria. 5. Tuscul. 66. Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione industriæ, qui est unus suavissimus pastus animorum. Ad Brut. 15. Messala tanta est industria, tantumque evigilat in studio, ut, &c. Pro Pomp. 29. Industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo. 13. Fam. 10. Quod versabatur in hoc nostro studio, et cum ingenio, ut nosti, nec sine industria. Pro Cæl. 45. Ingenium industria alitur. Postquam ad Quir. 24. Mihi in labore perferendo industria non deerit. De Senect. 22. Maneant ingenia senibus, modo permaneant studium et industria. Pro Pomp. 1. Perfectum ingenio, elaboratum industria. 3. Fam. 9. Qui in scribendo tantum industriæ ponam, &c. Orat. 151. Ubi etiam de industria id faciendum fuit. *Ibid.* 164. Etiam si nihil est factum de industria. *Ibid.* 166. 'Αντίθετα numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, et eum sine industria. Orat. 231. Neque verbum ita trajiciat, ut id de industria factum esse videatur. 1. de Inven. 102. 2. 45. Act. 1. Ver. 35. et 3. de Orat. 38. Incurvatum de industria. 1. Off. 24. Injuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur. *Ibidem.* 108. Erat in L. Crasso multus lepos, major etiam, magisque de industria in C. Cæsare L. filio. De Clar. 283. Exilitatem de industria consequi. 8. Att. 14. Vibulliique virtutem et industriam libenter agnovi. 15. 13. Enitar igitur, ne desideres aut industriam meam, aut diligentiam. De Clar. 279. Industriam non sum expertus. 2. de Fin. 33.

Adjunct. *Aliena, antelucana, aperta, forensis, illustris, incredibilis, major, multa, probabilis, singularis, summa, par, superior, tanta.*

Industrius, *adverbium, artificiosius, diligentius*, ἐπιμελέστερον. Pro Dom. 27. Quis de illius dignitate industrius dixit? *alii*, Illustrius, *legunt*.

Industrius, a, um, *ingeniosus, solers, laboriosus*, φιλόπονος, δεινός. Pro Cæl. 74. Quæ nisi vigilantes, nisi sobrii, nisi industrii, consequi non possent. Ver. 3. 53. et pro Pomp. 18. Homo navus et industrius, experientissimus et diligentissimus. 8. Att. 14. Homo vigilans et industrius. 5. Tusc. 57. In rebus gerendis vir acer et industrius, et lib. 2. 35.

Syntaxis. *Vigilans, sobrius, industrius. Navus, industrius, experientissimus, diligentissimus. Acer et industrius in rebus. Ingenium industria elaboratum. De industria. h. e.* data opera. *Ponere multum industriæ in re aliqua.*

Inedia, æ, *fames, esuries*, ἀσιτία. Pro Planc. 26. Minturnenses C. Marium fessum inedia fluctibusque recrearunt. 16. Fam. 10. Inedia et purgationibus consumi. 1. Tusc. 84. A vita quidam per inediam discedens, revocatur ab amicis. 5. de Fin. 82. Inedia necatus est Regulus.

Inelegans, tis, *impolitus, inconcinnus*, ἀπειρόκαλος, ἄμουσος. De Clar. 281. Orationis non inelegans copia. 2. de Nat. 63. Physica ratio non inelegans.

Inelegánter, *impolite, indiscrete*, ἀπειροκάλως. 2. de Fin. 26. Primum divisit ineleganter, &c. De Clar. 101. Oratio non ineleganter scripta.

Inenodabilis, le, *inexplicabilis, inextricabilis*, ἄπορος. De Fat. 18.

Ineo, is, *adeo, ingredior*, εἰσέρχομαι. Pro Deiot. 8. Tu illius domum inire voluisti. De Ar. 39. Cum, quod ineas, cubile non sentis. Pro S. R. 52. Filius convivia cum patre non inibat.

Incipio. Off. 37. Inire prælium.

Invenio, capio, εὑρίσκω. De Arusp. 48. Inire gratiam ab aliquo. Ver. 4. 143. et pro Cæc. 79. Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. 4. de Fin. 31. Magnam ineat gratiam.

Suscipio, aggredior, ἐπιχειρέω, ἐνίσταμαι. 3. A. 2. Cum Consules magistratum inierint. Ver. 1. 125. Inire magistratum. Pro S. R. 96. Inire consilia cum aliquo contra aliquem. Pro Deiot. 4. Inire consilium facinoris contra vitam alicujus. Ad Brut. 15. Consilia inire cœpit reipubl. liberandæ. 5. A. 53. Cum Consules inirent rationem de commodis militum augendis. 13. Fam. 28. Inire rationem, quemadmodum aliquid fiat. 3. Att. 10. Inire consilia de pernicie alicujus. Pro Mur. 80. Inire consilium faciendi aliquid.

Conflo. 8. Att. 9. Inire summam gratiam cum bonis omnibus. 2. de Nat. 123. Pinna cum squilla quasi societatem init comparandi cibi.

Ineor, iris. 2. con. Rull. 66. Inietur ratio quæstus de pecunia vestra: *alias*, invenietur. De Clar. 209. Plures ineuntur gratiæ, si uno tempore dicas pro pluribus. 14. Att. 9. Ea ratio ædificandi initur consiliario quidem et autore Vestorio. Pro Do. 129. De Pompeio interficiendo consilia inibantur. Oecon. 1. Ut vitæ societas iniretur.

Ineundus, a, um. 12. Att. 20. Ineunda est nobis ratio, quemadmodum, &c. Ver. 3. 110. Mihimet ineunda ratio, et reperienda via est. Hortens. Ineundis subducendisque rationibus.

Syntaxis. *Inire prælium, amicitiam, societatem, gratiam, viam. Inire ac subducere rationes. Inire convivia. Inire consilia de re aliqua facienda, vel alicujus rei faciendæ.*

Inire rationem, quemadmodum aliquid fiat, vel de re aliqua facienda.

Inepte, *insulse*, ἀτόπως. De Clar. 283. Inepte, odiose, putide dicere. 1. Att. 13. Facere inepte. 6. Fam. 7. et 1. Tuscul. 11.

Ineptiæ, arum, *nugæ*, λῆροι, ἀπειροκαλία. 1. de Orat. 111. Peto a vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis. 2. 18. Omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio an ulla sit major, quam, ut illi solent, quocunque in loco, quoscunque inter homines visum est, de rebus difficillimis, aut non necessariis argutissime disputare. 1. Tusc. 93. Pellantur ergo istæ ineptiæ pene aniles. Pro S. R. 46. Quid ad istas ineptias abis, inquies? 2. Fam. 9. Partim etiam ineptiarum pœniteret.

Ineptus, a, um, φλυαρὸς, μάταιος. De Orat. 17. Nam qui aut tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus est, aut multus, is ineptus dicitur. *Ibid.* Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus. 1. de Orat. 112. Dimittebam a me Scævolam, cum ei ita dicerem, me velle esse ineptum: id erat petere blandius: quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri. 1. Tuscul. 86. Ineptum sane negotium et Græculum. 1. de Orat. 221. Aliquem ineptum aut Græculum putare. 1. de Legibus 7. Aliquis in loquendo multus et ineptus, ad summam impudentiam. 4. Att. 14. Sed hoc ne curaris: ego ineptus, qui scripserim. Orat. 29. Nihil insolens atque ineptum.

Syntaxis. *Inepte, odiose, putide dicere. Ineptum negotium. In loquendo multus et ineptus, ad summam impudentiam.*

Inermis, me, ἄνοπλος, ἄσκευος.)(. *armatus.* Ad Brut. 10. Perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti. Pro S. R. 142. Pro Cæc. 60. Arma qui non habuerint, inermes fuisse vinces. Pro Dom. 76. Cedam inermis armatis. 11. Fam. 10. Manus peditum inermium. 1. de Fin. 22. In altera Philosophiæ parte iste vester *Epicurus* plane inermis ac nudus est.

Inermus, a, um. 10. Fam. 35. Multitudo inermorum. 11. 12. Cum paucis inermis perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. Ad Br. 10. Perterritos, inermos, saucios non sunt nostri duces persecuti: *alias*, inermes.

Inerrans, tis, ἀπλάνητος.)(. *errans, vagus, ut, Stellæ errantes.* 2. de Nat. 35. et 3. 51.

Iners, tis, *ignavus, desidiosus, somniculosus, languidus*, ἀργὸς, εὐτελὴς, ῥᾴθυμος.)(. *operosus.* 2. cont. Rul. 90. Inertissimum et desidiosissimum otium. De Sen. 36. Iners, ignava et somniculosa senectus. 1. de Fin. 3. Inertissima segnitia. De Fat. 26. Recte hoc genus interrogationis ignavum atque iners nominatum est. 2. de Or. 360. Neque verum est, quod ab inertibus dicitur, &c. De Clar. 237. Censoriatus iners, et inimicus fori. 2. de Fin. 115. Artes, quibus qui carebant, inertes á majoribus nominabantur.

Inertia, æ, *ignavia, desidia, segnities, nequitia, negligentia, pigritia*, ἀργία, ῥᾳθυμία. Pro Mur. 96. Fuga laboris inertiam coarguit et desidiam. 1. C. 4. Jam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno. *Ibid.* 29. Inertia ac nequitia. Pro Q. R. 24. Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiavit. 1. de Orat. 68. Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ nostræ. *Ibid.* 172. Condemnare aliquem inertiæ. 12. Fam. 20. Nec tua ignavia etiam inertiam afferat. 1. ad Her. 8. Inertia, ignavia, desidia, luxuria. Part. 35. Animi affecti virtutibus, vitiis, artibus, inertiis.

Syntaxis. *Otium iners et desidiosum. Iners, somniculosa, et ignava senectus. Inertissima segnitia. Interrogatio iners et ignava. Inertia, ignavia, desidia.*

Ineruditus, a, um, *indoctus, rudis*, ἀπαίδευτος. Pro Dom. 92. Non sum tam ineruditus, qui Minervam Jovis sororem, meam esse sororem existimem. 4. Acad. 132. Modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat. 1. de Fin. 72. Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui, &c.

Inexercitatus, a, um, *qui usum non habet, tyro*, ἀγύμναστος. 2. de Orat. 72. Hoc, mihi crede, ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, &c. 2. Tuscul. 38. Rudis ille et inexercitatus miles. De Clar. 136. M. Marcellus promptus, et non inexercitatus ad dicendum fuit. De Senect. 64. Inexercitatus histrio.

Inexercitus, a, um. 5. Tusc. 113. Asclepiades non ignobilis, vel inexercitus Philosophus; *alias*, non ignobilis Eretricus Philosophus: *et rectius.*

Inexhaustus, a, um, ἀκόρεστος. 3. de Fin. 7. Erat enim, ut scis, in eo inexhausta aviditas legendi, nec satiari poterat.

Inexorabilis, le, *implacabilis, inexpugnabilis, inexpiabilis.*)(. *placabilis, exorabilis*, ἀδυσώπητος. Pro Sul. 87. Qui vehemens in alios, inexorabilis in ceteros esse visus sum. 1. Qu. Frat. 2. In literis mittendis nimium te inexorabilem præbuisti.

Inexpectatus, a, um, *insperatus*, ἀπροσδόκητος. 2. de Orat. 225. Quæ fuit illa, quanta vis? quam inexpectata, quam repentina?

Inexpiabilis, le, *implacabilis, quod expiari purgarique non potest*, ἀκάθαρτος. De Ar. 4. Cum his inexpiabile bellum mihi susceptum est. *Ibid.* 57. Inexpiabile scelus. 11. A. 29. In Pis. 81. Præbere se implacabilem, inexpiabilemque alicui. 1. A. 13. Ne inexpiabiles religiones in rempubl. inducerentur. 1. Tusc. 72. Qui in republ. violanda fraudes inexpiabiles concepissent. *Ibid.* 27. Inexpiabilis religio.

Syntaxis. *Implacabilis et inexpiabilis. Fraus inexpiabilis, religio.*

Inexplebilis, le, *insatiabilis*, *insaturabilis*, ἄπληστος. 5. Tusc. 16. Inexplebilis cupiditas.

Inexplicabilis, le, *inenodabilis*, ἀδιάληπτος, ἀνεξερεύνητος. 8. Att. 3. O rem difficilem et inexplicabilem! 10. 2. Res sunt inexplicabiles. 4. Acad. 97. Hæc scilicet inexplicabilia esse dicitis. 15. Att. 10. Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, vehementer expecto: est enim inexplicabilis.

Inexpugnabilis, le, ἄμαχος, δυσμάχητος. 5. Tusc. 41. Volumus enim eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum, &c.

Inextricabilis, le, *inexplicabilis*, ἀδιάλυτος. 4. Acad. 97. Hæc scilicet inextricabilia esse dicitis: *alias*, inexplicabilia.

Infacetus, a, um, *inurbanus*, *inconcinnus*, ἄχαρις. Pro Cæl. 69. Non infacetum mendacium. 3. Off. 58. Homo non infacetus, et satis literatus.

Infamia, æ, *nota*, *macula*, *probrum*, *nota turpitudinis*, *ignominia*, *dedecus*, *contumelia*, ἀδοξία, αἰσχύνη. Pro Flac. 95. Esto: habuit quandam ille infamiam suam. Pro Cæl. 42. Inferre infamiam alicui. 4. Att. 17. Consules flagrant infamia. Pro Cluent. 4. Negem, fuisse infamiam judicii corrupti. 1. C. 13. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est, quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? 2. con. Rul. 90. Effugere infamiam crudelitatis. 1. Fam. 1. Ut magnam infamiam fugiat. 4. Tusc. 44. Ferre ignominiam et infamiam sine dolore. Pro Clu. 61. Judicia vera atque insigni turpitudine notata, atque oppressa dedecore et infamia. Part. 92. Ignominia, infamia, contumelia, dedecus. Ver. 2. 192. An ab hac ejus infamia et nequitia vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat?

Infamis, is, *turpis*, *habens infamiam*, *famosus*, *contaminatissimus*, *omnium scelerum libidinumque maculis notissimus*, *sceleribus notatus*, ἄδοξος, ἄτιμος. Pro Dom. 71. Pro Font. 24. Turpis adolescentia, vita infamis. Pro Clu. 130. Homines omnibus vitiis atque omni dedecore infames. 2. C. 7. Mulier infamis. Pro S. R. 99. Infamis palma. I. P. 53. Mortuus infamis, &c. Ver. 4. 20. Multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris flagitiisque fecisti.

Infamo, as, *noto*, *ignominiam*, *notam*, *maculam inuro*, *ignominia noto*, ἀτιμόω, ἀτιμάζω. 9. Fa. 12. Ut tua maceratio aliorum infamet injuriam.

Syntaxis. *Infamiam habere*, *inferre*. *Infamia flagrare*. *Infamiæ dedecus*. *Infamiam ferre*, *effugere*. *Dedecore et infamia opprimi*. *Omni dedecore infamis*. *Infamare aliquem*.

Infandus, a, um, *nefandus*, *execrandus*, ἄρρητος, ἀθέμιτος. 2. de Or. 322. Ex re, si crudelis, si infanda, si præter opinionem. Pro Sest. 117. Vix homines odium suum a corpore ejus impuro atque infando represserunt.

Infans, tis, *puer*, *infans*, *parvus*, νήπιος, βρέφος. 2. de Or. 152. Omnia mansa, ut nutrices pueris infantibus, in os inserere. Pro Cluent. 28. et Or. 131. Cum haberet ex Nævia infantem filium. Pro S. R. 153. Infantium puerorum incunabula. 1. de Div. 121. Scribit Herodotus, Crœsi filium, cum esset infans, locutum. 2. de Fin. 33. Nec vero, ut voluptatem expetat, natura movet infantem. 5. Tusc. 55. 1. de Fin. 7. Si infantes pueri, si mutæ etiam bestiæ pene loquuntur.

Infans, *indisertus*, ἄφωνος.)(. *eloquens*, *disertus*. De Clar. 77. Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. 1. de Invent. 4. Infans et insipiens homo. 1. de Fin. 52. Homo infans atque impotens. 2. ad Her. 16. Dialectici infantissimi. De Clar. 101. C. Fannii in historia oratio neque nimis infans, neque perfecte diserta. 3. Qu. Frat. 4. Omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusque ejus infantius, nihil illo consilio sordidius.

Infantia, æ, *jejunitas*, *orationis inopia*, νηπιότης, ἀφραδία.)(. *eloquentia*. 3. de Or. 140. Nec infantia ejus, qui rem novit, sed eam explicare dicendo non potest: nec inscitia illius, cui res non suppetit, verba non desunt, est laudanda. 2. ad Her. 16. Ut hujus infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. *Dialecticam intelligit*. 4. Att. 16. Incredibilis infantia accusatorum.

Syntaxis. *Puer infans*. *Infans filius*. *Infans*. *Infantissimus dialecticus*. *Infantia accusatorum*.

Infatuo, as, *fatuum stultumque reddo*, μωραίνω. Pro Flac. 47. Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. 3. A. 22. Ut hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica.

Infector, oris, βαφεύς. 2. Fa. 16. Curtius noster dibaphum cogitat: sed eum infector moratur.

Infectus, a, um, ἀπέρακτος. 2. de Leg. 21. Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita infectaque sunto. 2. de Inv. 80. Habere aliquid factum pro infecto. Top. 22.

Vitiatus, ἐφθαρμένος. Ad Brut. 14. Animi hominum infecti partibus. 1. Att. 10. Vereor, ne, quod infectum est, serpat longius.

Infelicitas, tis, *adversa vel incommoda fortuna*, *incommoda res*, *calamitas*, δυσπραξία, δυσποτμία. I. P. 47. Amisisti exercitum: sit hoc infelicitatis tuæ. 2. de Div. 62. Nec enim tanta est infelicitas aruspicum, ut ne casu quidem unquam fiat, quod futurum illi esse dixerunt. 2. de Fin. 68. Beate vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis: item contra, omnem infelicitatem in dolore.

Infelix, cis, *miser*, *calamitosus*, *ærumnosus*, *dejectus ad calamitatem*, ἀτυχής, πονηρός, ἄνολβος. 2. I. A. 64. Si quis reip. sit infelix, is felix esse non potest. Pro Planc. 101. O custodiam mei capitis infelicem. Pro Rab.

13. Caput obnubito, infelici arbori suspendito. Ver. 5. 161. Infelix et ærumnosus. Pro Qu. 94. Miser et infelix. Orat. 159. Inhumanus prima litera brevi, infelix longa, dicimus.

SYNTAXIS. *Infelix et ærumnosus. Miser et infelix.*

Infensius, *adverbium*, ἐχθρότερον. Orat. 172. Quis porro Isocrati est adversatus infensius?

Infensus, a, um, *inimicus*, ἐχθρὸς, δυσμενής. Div. 42. Homines qui illi inimici infensique sunt. 1. 93. In te concitati infensique sunt. Pro Cluen. 75. Judices infensi reo. 1. C. 17. Si me meis civibus suspectum tam graviter atque infensum viderem &c. Ver. 2. 149. Infenso animo atque inimico. 4. Tusc. 58. Nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura &c. 10. Fam. 3. Pertinaciter cuipiam infensus. Pro Sest. 39. Aliquem esse infensum fortunis alicujus.

SYNTAXIS. *Inimicus et infensus. Incitatus et infensus. Suspectus et infensus. Infensus fortunis alicujus.*

Infercio, is, *inculco*, ἐπισάττω. Orat. 231. Neque inferciens verba, quasi rimas expleat.

Inferi, orum, *dii manes, inferorum animæ, subterranei*, ᾅδης. 2. de Inv. 46. Impiis apud inferos pœnas esse præparatas. 1. Tusc. 10. Triceps apud inferos Cerberus. 3. de Nat. 50. Hercules apud inferos. 1. Tusc. 36. Permanere animos arbitramur consensu nationum omnium: quali in sede maneant, qualesque sint, ratione discendum est: cujus ignoratio finxit inferos, easque formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare. in terram enim cadentibus corporibus hisque humo tectis sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum. Ver. 5. 128. Excitare aliquem ab inferis. De Clar. 322. Excitare ab inferis locupletissimos testes. Pro Mil. 80. Revocare aliquem ab inferis. Ver. 5. 112. Aliquem fore ab inferis testem. In Vat. 14. Inferorum animas elicere, et puerorum extis deos manes mactare. Orat. 85. Nec ab inferis mortuos excitabit. 14. A. 32. Illi ad inferos pœnas parricidii luent, vos piorum estis sedem et locum consecuti. Pro Clu. 171. Quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut existimemus, illum apud inferos impiorum supplicia perferre: ab uxorum pœnis actum esse præcipitem in sceleratorum sedem atque regionem. Quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris? 4. C. 8. Ut aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos ejusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt: quod videlicet intelligebant, his remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam.

Inferiæ, arum, *denicales, justa, feralia, mortuorum sacra*, ἐναγίσματα. 3. de N. 42. Tertius Hercules est ex Idæis digitis, cui inferias afferunt.

SYNTAXIS. *Excitatus ab inferis. Revocare, elicere ab inferis. Ad inferos luere pœnas, perferre supplicia apud inferos.*

Inferior, oris, κατώτερος, ἥττων. 1. Qu. Fr. 1. Quem ego intelligo prudentia non esse inferiorem quam me, usu etiam superiorem. 1. Off. 116. Timotheus belli laude non inferior fuit, quam pater. De Clar. 179. Is in jure civili non inferior quam magister fuit. *Ibid.* 228. Inferior ætas, &c.)(. *superior ætas. Ibid.* 182. Ætate inferior paulo. Pro Qu. 95. Indignum est vinci ab inferiore atque humiliore. De Cl. 30. Causam inferiorem dicendo fieri superiorem posse. De Ar. 61. Inferior gradus. 13. Fam. 5. Superior ordine, inferior fortuna. 1. de Orat. 182. Similique in genere, inferiore ordine. Parad. 5. Qui infimum locum civitatis tenent. Pro Cor. 35. Illud autem quod adjunctum est, ut majestatem populi Rom. conservent; id habet hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior. De Am. 7. Qui omnia sua in se posita esse ducit, et humanos casus virtute inferiores putat &c. 4. ad Her. 52. In inferiores crudelis, in superiores contumax, in æquos et pares fastidiosus.

Infernus, a, um, *inferus*, ὑποχθόνιος. 2. de Nat. 114.

Hic sese infernis e partibus erigit hydra.

et in Arat.

—Subiens inferna leonis: id est, *inferiores partes.*

Inferendus, a, um. Pro Mil. 75. Castris, exercitu, signis inferendis fundos alienos petere. De Am. 66. Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis.

Infero, fers, *inveho, importo, induco, affero, offero, intrudo*, εἰσφέρω, εἰσβάλλω, ἐπάγω. 2. Off. 76. Paulus nihil in domum suam intulit, præter memoriam nominis sempiternam. Pro Do. 104. Qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit. Pro Cæc. 39. Cum pedem intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar. 14. A. 27. Cum Hircius aquilam quartæ legionis inferret. 9. Att. 1. Bellum Italiæ terra marique inferamus. 1. Off. 79. Inferre bellum alicui. Pro Flac. 5. 5. A. 23. Ille furens infesta jam patriæ signa inferebat. Pro Milo. 52. Inferre vim.)(. *repellere vim.* Pro Deiot. 2. Inferre terrorem alicui. Ver. 5. 105. Inferre crimen proditionis alicui. 14. A. 9. Inferre turpitudinem alicui. De Ar. 8. Qui pulvinaribus Bonæ deæ stuprum intulit. 1. C. 21. Inferre vim et manus alicui. Pro Sest. 2. Inferre periculum alicui. Pro Planc. 87. Inferre metum mortis alicui. 2. Off. 50. Inferre periculum capitis alicui. Pro Corn. 25. Inferre se in discrimen vitæ pro patria. Pro Cœl. 42. Inferre infamiam bonis, probrum castis, labem integris. 1. de Inv. 12. Inferre moram et impedimentum alicui. 4. ad Her. 48. Inferre crimina.)(. *diluere crimina.* De Arusp. 38. Inferre injuriam stupri in ali-

quem. 3. C. 22. Inferre ignes templis deorum. 9. Att. 19. Discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent. 1. Tuscul. 106. Mœstitiam theatris inferre. Pro Clu. 95. Multum mali, multum periculi unicuique nostrum inferre potest vis tribunitia. Pro Fl. 45. Is ultro suis civibus sumptum intulit. Pro Cæc. 13. Atque etiam se ipse inferebat et intrudebat. Pro Fl. 20. Inferre rationes falsas, et referre in tabulas quodcunque commodum est. Pro Mil. 17. Inferre mortem alicui per scelus. I. P. 55. Inferre se in urbem. Pro Fon. 33. Age vero, nunc inferte oculos in curiam, introspicite penitus in omnes reipub. partes, utrum, &c. Orat. 214. Iracundiam simulatque intuleris, non statim possis commovere. De Ar. 3. Qui supplicia neque a sociorum mœnibus prohibere, neque sociorum urbibus inferre potuerunt, excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem meis omnibus tectis atque agris intulerunt. In Vat. 31. Cum in templum Castoris te cum tuis furiis funestum intulisti. *Ibid.* 4. Repente enim te tanquam serpens e latibulis intulisti. 9. Att. 12. Inferre famem suis civibus, et vastitatem Italiæ. Pro Cœl. 54. Inferre facinus in famam atque in fortunas alicujus. 1. de Orat. 29. Crassus sermonem de studio dicendi intulit. 1. Off. 144. In re severa delicatum aliquem inferre sermonem. 2. de Leg. 64. Neve alienum inferat in sepulchrum. Hortens. Ceteris in rebus noxias inferunt.

Inferor, ris. Pro Font. 34. Infestis prope signis inferuntur Galli in Fonteium. 1. Off. 24. Qui ab iis, quibus infertur, si possint, non propulsant injuriam. Pro Cœl. 20. Cum hoc genus oppugnationis inferretur, &c. 2. de Leg. 55. Jam tanta religio est sepulchrorum, ut extra sacra et gentem inferri fas negent esse.

Adverb. *Mature, posterius, ultro.*

Syntaxis. *Inferre pedem in possessionem. Inferre patriæ signa, alicui injuriam, terrorem, turpitudinem, periculum, impedimentum, arma, mortem, bellum, vim, manus. Inferre sermonem. Inferre famem urbi. Inferre se in aliquem locum. Inferre oculos in curiam. Facinus inferre in famam et fortunas alicujus. Infertur hostis in, &c.*

Inferus, a, um. 1. de Div. 108.·

Interea sol albu' recessit in infera noctis. I. A. *Lege,* Superus. 1. Tusc. 94. Ut omnia supera, infera, media videremus. 9. Att. 3. Inferum mare.)(.*superum mare.*

Infestissime. Pro Qu. 66. Inimicissime atque infestissime contendere cum aliquo.

Infestus, a, um, *infensus, inimicus, adversus, molestus,* δυσμενής, σχέτλιος, ἀπεχθής.) (.*propitius.* Pro Quin. 10. Mihi summam per injuriam omnia inimica et infesta sunt. 10. A. 21. Gallia, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit. Ver. 1. 12. Clamore alicujus infesto atque inimico excitari. 5. 143. Iniquo infestoque animo intueri aliquem. Ad Brut. 16. Infesto animo reprehendere aliquem. 1. C. 17. Infestis oculis omnium conspici. Pro Font. 34. Infestis signis inferri in hostem. Pro S. R. 88. Qui ardens avaritia fertur infestus in omnes. 4. ad Her. 53. Infestus in cognatos. Ver. 5. 145. In omnia maria infestus. 10. Att. 4. Indulgentia ferocem, arrogantem, infestum facit. Pro Lig. 24. Africa huic victoriæ maxime infesta. 1. de Inv. 21. Si non omnino infesti auditores erunt: *id est, animo a nobis prorsus alieno.* Pro Cœl. 10. Ætas, quæ ipsa sua sponte infirma aliorum libidine infesta est. Pro Pl. 1. Hujus salus ob eam ipsam causam est infestior, quod, &c.

Plenus discriminis, χαλεπός. De Pro. 4. Viæ excursionibus infestæ. 2. contra Rull. 80. Vectigal bellis infestum. Pro Rab. 10. Libertas suppliciis infesta. 2. de Inv. 10. Reddere provinciam infestam excursionibus et latrociniis. 10. Fam. 31. Saltus Castulonensis nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est. Pro S. R. 30. Vita filii infesta. 2. Fa. 10. Ad infestissimam Ciliciæ partem. Et 3. de Rep. *teste Nonio.* Nam cum quæreretur ex eo, quo scelere compulsus mare haberet infestum uno myoparone: Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. *Alexandro Magno ita respondit pirata quidam.* 12. A. 25. Infestum et periculosum iter. Pro Cluen. 188. Infestum et immane scelus.

Syntaxis. *Summam per injuriam infestus et inimicus. Iniquus et infestus. Infesti oculi, signa. Infestus in aliquem, et alicui. Infestus auditor. Viæ excursionibus infestæ. Iter infestum et periculosum. Infestum et immane scelus.*

Inficialis, aut conjecturalis quæstio. Topic. 92.

Inficiando. Par. 50. Mori maluit falsum fatendo, quam inficiando dolere. 2. de Fin. 54. In fœdere Numantino inficiando. *Lege,* Veneficium. Part. 102. Resistat oportet aliquo statu, aut inficiando, aut definiendo &c.

Inficiatio, onis, *negatio, depulsio,* ἄρνησις. Part. 102. Primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem inficiationemque facti. 1. ad Her. 27. Intentio, Occidisti hominem: Inficiatio, Non occidi. 2. de Orat. 105. Ac nostræ fere causæ, quæ quidem sunt criminum, plerunque inficiatione defenduntur.

Inficiator, oris, ἄρνος, ἔξαρνος. Pro Flac. 48. Una et eadem est omnibus in locis fraudatorum et inficiatorum impudentia. 1. de Orat. 168. Ut si ille inficiator, &c. 2. C. 21.

Inficio, is, *imbuo,* βάπτω. 1. de Leg. 47. Qui teneros et rudes cum acceperunt, inficiunt ac flectunt, &c.

Corrumpo vitio, φθείρω. 5. Tusc. 78. Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus.

Inficior, eris, *corrumpor.* 3. 3. Tum plane inficimur opinionum pravitate. 3. de Leg. 30. Cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas.

Imbuor. 3. de Fin. 9. Puer infici debet bo-

tis artibus: quas si, dum tener est, combiberit, ad majora veniet paratior.

Syntaxis. *Inficere animum otio, desidia, languore. Infici opinionum pravitate. Infici cupiditatibus et vitiis. Infici bonis artibus.*

Inficior, aris, *nego*, ἀρνέομαι, ἐξαρνέομαι. Pro Sest. 49. Neque enim in hoc hominem esse me inficiabor unquam. 3. Off. 65. Quæ qui inficiatus esset, duplicem pœnam subibat. Pro Qu. 75. A me nominis ejus, quod inficiatus esset, diem petivit. Pro Cl. 162. Florio legatum ex testamento inficiatus es. Ver. 4. 104. Sibi iste neque inficiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit. 1. de Orat. 182. Præsertim cum non in crimine aliquo quod ille possit inficiari, sed in jure consistat. 3. C. 11. Cum id posset inficiari, repente confessus est. 1. Q. Fr. 2. Quid, si inficiatur? quid, si omnino non debetur? 4. Att. 3. Id poterat inficiari, poterat in alios derivare.

Infidelis, is, *infidus*, ἄπιστος. 3. Off. 102. Neque do, neque dedi infideli cuiquam fidem. *Ibid.* 106. Nullam esse fidem, quæ infideli data sit. *Ibidem.* 84. Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni. 1. Qu. Frat. 4. Infidelis amicus. 15. Fam. 4. Ut ex alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem.

Infidelitas, tis, *perfidia*, ἀπιστία, ἀπιστοσύνη. Pro Font. 5. Quibus propter infidelitatem credere non debetis. De Amic. 66. Pro Mil. 70. Quantæ infidelitates in amicis! 10. Fam. 18. Infidelitas exercitus. 5. Tusc. 63. Dionysius infidelitatem amicitiarum extimescebat.

Infideliter, *perfidiose*, ἀπίστως. Ad Brut. 7. Infideliter aliquid cuipiam suadere.

Infidus, a, um, *infidelis*, ἄπιστος. De Am. 66. Nihil enim stabile est, quod infidum est. De Prov. 33. Gentes infidæ et barbaræ. De Am. 53. Infidus amicus.

Syntaxis. *Multi iniqui et infideles regno. Amicitiarum infidelitates.*

Infigo, is, *impingo*, ἐμπήγνυμι. 2. de D. 67. Timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat. 4. Tusc. 45. Cum Africanus gladium hosti in pectus infixit.

Infimus, a, um, *imus*, κατώτατος, ταπεινότατος.)(*summus*. 2. de Nat. 17. Terra est infima. *Ibid.* 53. 5. Tusc. 69. Medius mundi locus, qui est idem infimus in rotundo. 1. de Div. 73. Ab infima ara subito anguis emersit. 3. Qu. Fr. 1. Cum scripsissem hæc infima, quæ sunt mea manu. 2. 14. Auricula infima mollior. 3. de Leg. 19. Omnia infima summis paria fecit. 2. de Off. 41. Qui summos cum infimis pari jure retinebat. Part. 5. Qui locum civitatis infimum tenent. 1. de Orat. 198. Infimi homines mercedula adducti. Pro Mur. 69. Infimorum hominum filii. 2. Qu. Fr. 5. Infima fæx populi. 1. Off. 41. Est autem infima conditio et fortuna servorum.

Syntaxis. *Locus infimus in rotundo, est locus mundi medius. Locum civitatis infimum tenere. Infima populi fæx. Infima servi conditio et fortuna. Infima summis paria facere.*

Infinitas, tis, *immensitas, infinitio, innumerabilitas*, ἀπειρία. 4. Acad. 118. Anaximander infinitatem materiæ dixit esse. 5. Tuscul. 114. Democritus infinitatem omnem peregrinabatur. *Ibid.* 105. Infinitas rerum atque naturæ. 1. de Nat. 50. De infinitate autem vehementius. *Ibid.* Summa vis infinitatis. 1. Off. 53. Ut ab illa discedatur infinitate. 1. de Natur. 73. Infinitas locorum.

Infinite, *sine modo et fine*, ἀπείρως. Parad. 6. Ille divitias infinite concupiscit. Orat. 228. Ne infinite feratur ut flumen oratio. 1. Acad. 27. Materia infinite secari ac dividi potest.

Infinitio, onis, *infinitas*. 1. de Fin. 21. Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν, vocant, tota ab illo est.

Infinitus, a, um, *cujus nulla est ora, nulla extremitas, immensus, innumerabilis, inexhaustus, interminatus*, ἄπειρος, ἀπείρων, ἀπερίστος .)(. *definitus*. 4. Acad. 118. 2. de D. 103. Quod finitum est, habet extremum: quod non habet extremum, infinitum sit, necesse est. 2. de D. 91. Reliqua vero tria intervallo infinita et immensa. 4. Acad. 118. Infinitus aer, infinita materia. 1. Fam. 9. Sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. 2. ad Her. 34. Immensa, infinita, immoderata cupiditas. 1. de Orat. 65. Si cuipiam hoc nimis infinitum videatur, 12. Att. 20. Innumerabiles domini fieri possunt in infinita posteritate. 2. cont. Rul. 33. Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ. 1. Off. 52. Infinita multitudo eorum, qui his egent. 4. Ac. 117. Infinitæ quæstiones. Orat. 104. Aures semper aliquid infinitum immensumque desiderant. Postq. in Senat. 2. Immensum quiddam et infinitum est, quod vobis debemus. Pro Corn. 62. Si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quos semel susceptum sit. Ver. 4. 107. Spelunca conversa ad Aquilonem infinita altitudine. 1. de Or. 1. Infinitus forensium rerum labor. Ad Brut. 4. Infinita tribuere potentibus. 1. de Nat. 2. Ad infinitum tempus. *Ibid.* 21. Ab infinito tempore. *Ibid.* 22. Infinito tempore cessare. 2. de Orat. 145. Quoniam intelligitur, non in hominum innumerabilibus personis, neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse. *Ibid.* 41. Genus quæstionum infinitum. 1. 138. Infinitæ rei quæstio. Top. 33. Partium distributio sæpe est infinitior.

Syntaxis. *Infinite fluens oratio. Infinitum et immensum. Omnes nominare infinitum est. Immensa, infinita, immoderata libido. Nimis infinitum. Infinita posteritas, potestas, multitudo, odium, altitudo. Infinita tribuuntur potentibus. Ab infinito tempore. Ad infinitum tempus.*

Infirmandus, a, um.)(. *confirmandus*. 1. de

Orat. 143. Quæ pro adversariis sunt, infirmanda esse atque frangenda. 2. 331. Contrariis infirmandis, et tuis confirmandis.

Infirmatio, nis, *debilitatio, confutatio, refutatio, ἀντιλογία, ταπείνωσις*. 2. cont. Rull. 8. Infirmatio rerum judicatarum. 1. de Inv. 16. Cum aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. *Hanc Cicero pro firmamento constitutionis capere videtur.* 2. 64. *Lege*, Indicatio.

Infirmatus, a, um, *debilitatus*. I. P. 44. Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum suorum, ut, &c. Pro Cæc. 38. Si sententia hujus interdicti diminuta aut infirmata sit.

Infirme, *parum, μικρόν*. 15. Fam. 1. Etsi intelligebam, socios infirme animatos esse.

Infirmitas, tis, *imbecillitas, ἀσθένεια, ἀῤῥωστία*. De Clar. 313. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis. *Ibid.* 202. Infirmitas laterum, et imbecillitas virium. 11. Att. 44, Me conficit sollicitudo, ex qua etiam infirmitas corporis: qua levata, ero una cum eo. Pro S. R. 10. Susceptum onus propter infirmitatem animi deponeres. De Sen. 33. Infirmitas est puerorum, ferocia juvenum. 16. Att. 5. Propter infirmitatem ætatis. Pro Rab. 21. Animi vim, et infirmitatem corporis ostendebat. Pro Syl. 34. Infirmitatem corporis animi virtute superavit. 7. A. 12. Sed animi vires corporis infirmitas non retardavit. 7. Fam. 1. Infirmitas valetudinis. 1. de Inven. 106. Considerare suam infirmitatem in alieno malo. 6. Fam. 7. De quo quidquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut invidiæ assignetur. 4. Acad. 7. Obscuritas in rebus, infirmitas in judiciis nostris.

Syntaxis. *Infirmare ac frangere. Diminuere atque infirmare. Conscientia scelerum infirmatus. Gracilitas et infirmitas corporis. Animi, ætatis, valetudinis, judiciorum infirmitas.*

Infirmo, as, *infirmum facio, debilito, frango, ἀσθενέω, ἀκυρόω, καταλύω* .)(. *confirmo*. 2. de N. 148. Quanta vero illa sunt, quæ vos Academici infirmatis et tollitis! 4. Acad. 18. Hoc infirmat tollitque Philo. Pro S. R. 42. Ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam, non reperio. Pro Dom. 126. Quod in Gabinio fateris, id in me infirmas, et grave esse dicis. Orat. 10. Infirmare et excludere. Pro Qu. R. 45. Infirmare fidem alicujus. 15. Att. 25. Ille tamen dolet, dubitans utrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio. Pro Cæc. 51. Infirmare atque convellere pacta.

Syntaxis. *Aliqua infirmare ac tollere. Infirmare ac diluere. Infirmare pacta et convellere. In aliquo quippiam infirmare. Infirmare et excludere. Infirmare alicui fidem.*

Infirmus, a, um, *imbecillus, enervatus, carens viribus, ἀσθενὴς, ἀγενὴς, ἀπάλαμνος*. 2. Qu. Frat. 9. Sed hominem infirmum in villam apertam invitare nolui. Ver. 4. 95. Homo ætate affecta, et viribus infirmis. 1. de Orat. 200. In ejus infirmissima valetudine, affectaque jam ætate. De Cl. 180. Is semper infirma atque etiam ægra valetudine fuit. *Ibid.* 236. Is corpore erat infirmo. 1. Acad. 14. Sum enim admodum infirmus. 1. de N. 99. Corpus caducum et infirmum. I. P. 82. Afflictus, infirmus, enervatus. De Sen. 15. Senectus facit corpus infirmum. 7. Fam. 18. Vestræ cautiones infirmæ sunt. 2. Qu. Frat. Quæ quo majore conatu aguntur, eo leviora infirmioraque existimo. Pro Qu. R. 6. Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud judicem grave et sanctum esse ducetur. Pro Cæc. 64. Ad probandum utraque res infirma nugatoriaque est. Ver. 5. 85. Classis inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum. 10. Fam. 31. Quanto pro Rep. infirmior futurus fuerim, quis ignorat?

Adverb. *Admodum, omnino.*

Syntaxis. *Infirma atque etiam ægra valetudo. Caducum et infirmum corpus. Afflictus, infirmus, enervatus. Opes tenues et infirmæ. Leve atque infirmum. Infirmum et nugatorium ad probandum.*

Infixus, a, um, *defixus, insitus, inustus, hærens in alieno, penitus insidens, nullo ut evelli modo possit, πηκτὸς, ἐμπεπηγώς*. 4. C. 22. Dum memoria mei consulatus vestris erit infixa mentibus. Postq. ad Quir. 24. Hæc cura erit infixa animo meo sempiterna. 2. A. 64. Tamen infixus animo hæret dolor. De Un. 32. Sidera infixa cœlo. 5. Tusc. 69. Sidera certis infixa sedibus. 1. de N. 28. Deus aut infixus, aut infusus esset in mundo. 3. de Orat. 195. Ea sunt in communibus infixa sensibus. Ad Bru. 15. Animus infixus in patriæ charitate. 5. de Fin. 27. Est enim infixum in ipsa natura. 1. de Nat. 49. In eas imagines mentem intentam, infixamque nostram intelligentiam capere, quæ sit et beata natura et æterna. 2. 26. Quæ ipsa ex se generata, stipibus infixa continentur. De Somn. 9. Orbis extimus, in quo infixi sunt illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni. Pro Clu. 17. Hoc quod in communibus hominum sensibus atque in ipsa natura positum atque infixum est.

Syntaxis. *Infixum menti, animo. Infixum, hærens. Infixum sensibus communibus. Infixus in patriæ charitate animus. In imagines infixa et intenta mens. In orbe sunt infixi, qui volvuntur æterni cursus. Positum et infixum in natura.*

Inflammandus, a, um. 8. Att. 2. Patriam non servandam ad reditum nostrum, sed diripiendam inflammandamque relinquimus. 2. Fam. 4. Et hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

Inflammatio, onis, *ardor, φλόγωσις*. 2. de Or. 194. Inflammatio animi, et quidam afflatus quasi furoris.

Inflammatus, a, um. 1. 219. Eorum mentes, qui audiunt, inflammare, aut inflammatas restinguere. *Ibidem.* 196. Magno amore inflammatum esse in patriam. Pro Dom. 61.

In quos propter eorum crudelitatem mentes nostræ inflammatæ fuerunt. 1. Fam. 7. Inflammatus ad gloriam. 1. Tusc. 16. Inflammatus et furens libidinibus. Ver. 5. 160. Inflammatus scelere et surore. 1. de Finib. 60. Nullas consequuntur voluptates, quarum potiendi spe inflammati multos labores magnosque susceperant. 2. de Orat. 190. Inflammatum accedere.

Inflammo, as, *incendo, inflammationem infero*, διακαίω, φλέγω, ἐκπυρόω. 8. Att. 2. Cum eadem lucerna epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam. De Arusp. 57. Qui templum earum inflammavit Dearum, quarum ope aliis incendiis subvenitur. Ver. 4. 106. Ceres dicitur inflammasse tædas ex ignibus Ætnæ. De Clar. 37.

Hortor, incito, excito, confirmo, παρακαλέω, παροξύνω. De Ar. 41. Excitare et inflammare animos. Pro Pomp. 6. Genus belli est hujusmodi, quod maxime nostros animos excitare atque inflammare debet. 1. de Orat. 202. Inflammare populum in improbos. *Ibidem*. 60. Animorum motus inflammare vel extinguere. Pro Mar. 32. Qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. 1. de Fin. 51. Quas *cupiditates* nulla præda unquam improbe parta minuit, sed auget potius atque inflammat.

Inflammor, aris. 1. Tuscul. 44. Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates, eoque magis incendi, quod, &c.

Syntaxis. *Inflammare aliquem, animos. Inflammatio, et quasi furoris afflatus. Amore inflammatus ad, in. Scelere, libidinibus, furore inflammatus. Inflammare fanum, tædas. Animorum inflammare motus, ac restinguere. Inflammari et exardescere in dicendo. Inflammari ad cupiditates.*

Inflatio, onis, *tumor*, οἴδησις. 1. de Div. 62. A fabis abstinendum esse, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis contrariam.

Inflatus, a, um, *tumidus*, οἰδαίνων. In Vat. 4. Serpens inflato collo, tumidis cervicibus. 2. de D. 33. Inflatas rumpi vesiculas. De Clar. 192. Si tibi inflatæ non referant sonum, &c.

Superbus, elatus, ὑπέρογκος, ὑπερήφανος. 2. cont. Rul. 96. Quibus illi rebus elati et inflati non continebuntur. 4. Acad. 116. Estne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit? 1. Off. 91. Cum homines opinionibus inflati turpiter irridentur. Pro Mur. 33. Cum hostium classis spe atque animis inflata Italiam peteret. *Ibid.* 49. Inflatus cum spe militum, tum promissis collegæ mei. 14. A. 15. Inflatus lætitia atque insolens. 1. de Div. 114. Inflatæ mentes. 3. de Orat. 38. Verba inflata atque anhelata gravius. 4. ad Her. 16. Oratio, quæ turget et inflata est. In Vat. 10. Ut aliquando ista, quæ sunt inflata, rumpantur. Pro Sest. 18.

Inflatus, us, *spiratio*, ἔμπνοια. 4. Aca. 20. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt. De Clar. 192. Aures tanquam tibiæ sunt: eæ si inflatum non recipiunt, &c.

Afflatus, οἶστρος. 1. de D. 12. Aliquo instinctu inflatuque divino futura prænunciare.

Syntaxis. *Inflatus, et elatus. Opinione, errore, spe, animis inflatus. Lætitia inflatus atque insolens. Inflatæ mentes. Verba inflata atque anhelata gravius. Oratio turgens et inflata. Instinctu inflatuque divino futura prænunciare.*

Inflectendus, a, um. Pro Mur. 60. Ut leviter inflectendus potius, quam corrigendus esse videaris.

Inflecto, is, *flecto*, κάμπτω. 1. Fam. 7. Magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cujusquam injuria. De Clar. 38. Demetrius Phalereus primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit. 2. de Natu. 49. Stellæ nunquam cursus sui vestigium inflectunt. Postq. ad Quir. 8. Qui suo squalore oculos vestros inflecteret.

Inflector, eris. Ver. 5. 30. Ubi primum ex alto sinus ad urbem ab littore inflectitur. Pro Cæcin. 73. Jus civile neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia potest.

Inflexio, onis, *flexio*, κάμψις. 3. de Orat. 218. Inflexio laterum. De Un. 27.

Inflexus, a, um, *flexus*. Orat. 52. Vox inflexa, miserabilis, inclinata. 1. de Div. 30. Bacillum incurvum, et leviter a summo inflexum. 2. de Orat. 193. Vox ad miserabilem sonum inflexa.

Adverb. *Leviter, oblique.*

Syntaxis. *Inflectere potius, quam castigare. Animum inflectere, orationem, animi magnitudinem. Inflexa, mollis, ac tenera oratio. Inflectere vestigium sui cursus. Inflectere gratia jus. Ad miserabilem sonum inflectere vocem. A loco ad locum aliquid inflectere.*

Infligo, is, *infero*, ἐπιτίθημι, ἐμφορέω, ἐμποιῶ. In Vat. 20. Si ad cætera vulnera, quibus putasti remp. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses consulatus tui &c. 2. A. 52. Tum illud tibi vulnus inflictum. Pro Pl. 70. Quam enim illi judices graviorem poterunt reip. infligere securim? I. P. 32. Quæ meus discessus reip. vulnera inflixit? I. P. 63. Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt.

Infligor, eris. 2. de Orat. 155. Et ex eo in eum ipsum, qui lacessivit, aliquid infligitur. 2. A. 101. Magnum infligi Reip. vulnus putabatur.

Syntaxis. *Infligere vulnus, hastam, turpitudinem.*

Inflo, as, *inflationem habeo*, φυσάω. 4. Acad. 86. Simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur. 3. de Orat. 223. Servus cum eburneola fistula, qui inflaret eum sonum, quo, &c. 1. de Leg. 6. Paulo inflavit vehementius. I. P. 89. Cum tibi spe falsa animos rumor inflasset, quod putasses, &c.

Inflor, aris. De D. 119. Faba venter inflatur. 3. de Orat. 100.

Syntaxis. *Tibi spe sunt inflati animi. Inflare fistula sonum. Venter faba inflatur.*

Influens, tis. De Prov. 32. C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias repressit. De Un. 41. Influente atque effluente animo.

Influo, is, *illabor, redundo, εἰσρέω, ἐπιῤῥέω.* 1. Tusc. 94. Apud Hipanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit. 1. de D. 78. Atque in amnes mare influxit. 2. de N. 138. Alter ventriculus cordis, in quem sanguis per venam illam cavam influit. 2. Off. 31. Ut in universorum animos tanquam influere possimus. De Am. 95. Quibus blanditiis C. Papyrius nuper influebat in aures concionis, cum &c. 2. de Leg. 38. Nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos. 2. de Orat. 212. Ex illa lenitate ad hanc vim influat aliquid oportet et ex hac vi aliquid influendum est illi lenitati.

Syntaxis. *Influunt in urbem hostes. Influere in aures concionis.*

Informandus, a, um. Orat. 33. Referamus nos igitur ad eum, quem nos volumus inchoandum, et eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognovit Antonius.

Informatio, onis, *notio, conformatio, ὑποτύπωσις, φαντασία.* 1. de Natur. 101. Habeo in animo insitam informationem quandam Dei. 2. de Orat. 358. Unius verbi imagine totius sententiæ informatio. Part. 102. Definitio atque descriptio aut informatio verbi. 1. de Nat. 43. Antecepta animo rei quædam informatio.

Informatus, a, um, *institutus.* 1. Off. 13. Nemini parere animus bene informatus a natura vult, nisi, &c. 5. de Fin. 36. Quibus quasi informatum est, quod hominis natura postulet. 1. de Nat. 76. Ita est informatum anticipatumque mentibus nostris. 2. 13. In animis nostris informatas deorum esse notiones.

Indicatus. 1. Att. 1. Petitorum hæc est informata adhuc cogitatio. Pro Quin. 34. Ab illo, qui antea dixit, informata jam causa est. 11. Att. 6. Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata.

Adverb. *Bene, generatim, nominatim.*

Informis, me, *ἄμορφος.* 4. ad Her. 67. Cum res muta aut informis fit eloquens et formata.

Informo, as, *conformo, formo, adumbro, instituo, μορφόω, ἀπομόργνυμι, εἰδοποιέω. quasi rudem rei alicujus formam totam ut pictores primo solent, lineis comprehendo et effingo.* Orat. 7. Atque ego in summo Oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Orat. 37. Is Orator, quem informare volumus &c. Pro Sul. 52. Cornelius etiam nunc de indicando dubitat, informat ad hoc adumbratum indicium, filium. 1. de N. 39. Deos ne conjectura quidem informare possumus.

Informor, aris, *fingor.* 4. Acad. 51. Sive illa inania visa cogitatione informantur, sive in quiete, sive per vinum, sive per insaniam.

Imbuor. Pro Arch. 4. Artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.

Describor, διαγράφομαι. 4. de Fin. 45. Informari virtus non potest, si quidquam relinquatur. 1. de Orat. 264. Non arbitrabar, a me informari oportere, qualis esset Orator, &c.

Syntaxis. *Inchoare et informare Oratorem. Informatum et anticipatum mentibus. In animo informata notio. Informare judicium. Deos conjectura informare. Visum cogitatione informare. Artibus informari ad humanitatem. Informare virtutem. id est* describere.

Infra, *sub, κάτω, νέρθεν.* 9. Fam. 26. Supra me Atticus, infra Verrius. *Ibid.* Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. 2. de N. 135. Stomachi partes, quæ sunt infra id, quod devoratur, dilatantur: quæ autem supra, contrahuntur. 2. de Natur. 53. Infra Saturnum Jovis stella fertur. De Somn. 10. Infra autem jam nihil est nisi mortale. 8. Att. 6. et 6. Fam. 8. Earum literarum exemplum infra scriptum est. Ver. 4. 51. Ipse ad mare infra oppidum expectabat. Orat. 4. Nec his solum locus est, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. De Cl. 40. Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit. Tusc. 15. Humanas res despicere, atque infra se positas arbitrari. 3. de Fi. 25. Ut omnia, quæ homini accidant, infra se esse judicet. *Ibid.* 29. Infra se omnia humana ducens. Postq. ad Quir. 10. Is infra omnes mortuos amandandus esset. Pro Qu. 49. Infra mortuos amandari.

Syntaxis. *Infra scribam. Infra te ille est* : *id est,* minus dignus. *Infra mortuos amandari. Infra aliquem accumbere.*

Infractio, onis, *abjectio, ταπεινοφροσύνη.* 3. Tuscul. 14. Infractio quædam animi et demissio.

Infractus, a, um, *fractus, demissus, θραυστός.* Pro Dom. 64. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. 4. Acad. 79. Tu autem te negas infracto remo commoveri. Postq. ad Quir. 19. Non modo non infracto animo erat, sed etiam confirmato et renovato. Orat. 170. Infracta et amputata loqui.

Infrequens, tis, *parum frequens, rarus, σπάνιος.* 2. Qu. Fr. 11. Cum Appius Senatum infrequentem coegisset, &c. 3. 9. Sum et Romæ et in prædiis infrequens. 4. ad Her. 38. Rei militari te infrequentem dedisti.

Infrequentia, æ, *paucitas, solitudo, ὀλιγανθρωπία.* 3. Qu. Fra. 1. Summa infrequentia, &c.

Infringo, is, *frango, concido, delumbo, ἄγνυμι.* 7. Att. 2. Esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, et propemodum infringat. Pro Mil. 5. Infringere gloriam alicujus. Orat. 230. Infringere et concidere numeros. Pro Corn. 15. Ipsum florem dignitatis infringere.

Infringor, eris. 3. de Orat. 184. Quæ si

breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus. Orat. 6. Spem infringi, et elanguescere industriam. 1. de Orat. 24. Cum Drusi tribunatus infringi jam et debilitari videretur.

SYNTAXIS. *Infringere hominem, gloriam, orationis numeros, florem dignitatis, spem. Infringi, et elanguescere. Infringi ac debilitari.*

Infucatus, a, um, *fucatus, coloratus, φυκωθείς*. 3. de Orat. 98. Sed animi judicio etiam magis infucata vitia noscuntur.

Infugio, is, *confugio*. Pro Sestio 18. Ne in tribunatus portum infugeret. *Alias*, perfugeret.

Infula, *mitra, diadema, διάδημα, μίτρα*. Ver. 4. 110. Sacerdotes cum infulis et verbenis. 1. cont. Rull. 6. His insignibus atque infulis imperii venditis, &c. 3. de Orat. 78. Pamphilus in infulis tantam rem tanquam pueriles delicias aliquas depingit.

Infundo, is, *fundo, instillo, εἰσχέω, ἐπιχέω*. 2. de Orat. 355. Ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. 3. de Leg. 32. Vitiosi principes non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem. 11. A. 13. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit.

Infundor, eris. De Cl. 62. Cum homines humiliores in alienum ejusdem nominis infunderentur genus. 1. Tuscul. 61. Quo tanquam in aliquod vas ea, quæ meminimus, infundantur.

Infusco, as, *inficio, ἀμαυρόω*. De Cl. 258. Ii quos aliqua barbaries domestica infuscaverat. 3. Tusc. 26. Situ nidoris barba pædore horrida atque intonsa infuscat pectus illuvie scabrum. *Poeta*.

Infuscatus, a, um. Pro Planc. 22. Vicinitas non infuscata malevolentia, non assueta mendaciis.

Infusus, a, um. 2. Qu. Fr. 10. Sed mea factum est infusa verecundia, ut te proficiscens non tollerem. *aliter*, invisa. 9. Fa. 15. Tunc cum in urbem nostram est infusa peregrinitas. 2. de Orat. 300. Quod semel esset infusum, nunquam effluere posse.

SYNTAXIS. *Infundere orationem in aures, vitia in civitatem, alicui venenum. In genus alienum infundi. Infusa in urbem barbaries, peregrinitas.*

Ingemisco, is, *gemo, ἀναμύζω, στεναχίζω*. 13. A. 23. Quid ingemiscis hostem Dolabellam judicatum? 7. Att. 22. In quo tu quoque ingemiscis. Pro Sest. 146. Quotiescunque me viderit, ingemiscet. 5. Tusc. 77. Pueri Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati. 2. A. 64. Una illa in re civitas servitutis oblita ingemuit. De Somn. 4. Hic cum ingemuissent cæteri vehementius, leniter arridens Scipio: Quæso, inquit, &c. 7. Att. 1. Ingemuit nostra cohors. 8. Fam. 33. Si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus.

Ingeneratus, a, um, *ἐγγενόμενος*. Pro Sest. 21. Ut ingenerata ei familiæ frugalitas videretur. 2. de Div. 96. Quod si hæc astro ingenerata et tradita essent, nulla res ea mutare posset. 1. de Leg. 24. Animus est ingeneratus à Deo.

Ingenero, as, *ingigno, ἐντίκτω*. 1. Off. 12. Natura ingenerat præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt.

Ingeneror, aris. 2. contra Rull. 95. Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipsa natura loci, et vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus. In Acad. In tanta animalium varietate homini ut soli ingeneretur cupiditas cognitionis et scientiæ.

SYNTAXIS. *Ingeneratus animus a Deo. Homini ingenerata cupiditas.*

Ingeniose, *solerter, acute, εὐφυῶς*. 4. Acad. 86. Tractantur ista ingeniose. 1. de Inven. 8. Ingeniose et diligenter lectas res collocare.

Ingeniosus, a, um, *habens ingenii multum, acutus, solers, eximio vir ingenio, εὐφυής, δαίδαλος*.)(. *Hebes, tardus*. 5. de Fin. 36. Eas virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. .*id est, docilitatem et memoriam*. Pro Pl. 59. Quæ scripsit gravis ille et ingeniosus Poeta. 1. Tuscul. 80. Aristoteles ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego, me tardiorem esse, non moleste feram. 14. Att. 22. Quid tu Bruto, et ingenioso, et erudito putas? Pro Q. R. 31. Quo quisque est ingeniosior et solertior, hoc docet iracundius et laboriosius. 4. Tusc. 32. Ingeniosus, acutus. Pro Font. 29. Ingeniosi homines.

SYNTAXIS. *Ingeniosi melancholici. Ingeniosus et solers. Tractare aliquid ingeniose.*

Ingenitus, a, um, *ingeneratus, innatus, insitus*. 1. de Leg. 46. Ingenita naturæ virtus.

Ingenium, nii, *industria, solertia, ἀγχίνοια, φύσις*. 3. de Ora. 20. Ingeniorum acies. 1. 93. Ingenium tuum admirans. De Cl. 59. Ut hominis decus est ingenium, sic ingenii lumen est eloquentia. Pro Cœl. 45. Atque in eo ingenium ejus elucere videbatis: quod sæpe, etiamsi industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus. 5. de Fin. 36. Docilitas et memoria, quæ fere appellantur uno ingenii nomine. Pro Arch. 17. Animorum incredibiles motus, celeritasque ingeniorum. 1. de Ora. 113. Nam et animi et ingenii celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque sint uberes, et ad memoriam firmi atque diuturni. 5. A. 49. Cæsar omnem vim ingenii, quæ summa fuit in illo, in populari levitate consumpsit. De Clar. 110. Scauro et Rutilio non omnino ingenium, sed oratorium ingenium defuit. 1. Qu. Fr. 2. Hominum ingenia ad fallendum parata. 13. Fam. 10. Versatur in hoc studio nostro, et cum ingenio, ut nosti, nec sine industria. 2. de D. 55. Omnis conjectura ingeniis hominum in contrarias partes sæpe deducitur. Pro Font. 30. Habere multum ingenii ad fingendum. Pro Pomp. 1. Perfectum ingenio, elaboratum industria. 4. Acad. 1. Magnum ingenium

Luculli. *Ibid.* 2. Magnitudo ingenii. Pro Cœl. 1. Adolescens illustri ingenio et industria. 2. de Orat. 298. Crassi responsum excellentis cujusdam ingenii et singularis. 1. Off. 71. Qui excellenti ingenio doctrinæ sese dediderunt. 2. de Fin. 40. et 6. Fam. 6. Ratio excellens ingenii. Orat. 18. Vir acerrimo ingenio. 2. de Orat. 117. et 3. cont. Rull. 6. Tardum ingenium. 1. de D. 79. Ingenia acuta .)(. *obtusa.* 5. Tusc. 68. Eximium ingenium. 2. de Fi. 51. Præstans ingenium. 4. Fa. 8. Favere ingeniis. 5. 12. Suavitas ingenii tui. 6. 6. Opinio ingenii. 2. de Or. 147. Non possum equidem non ingenio primas concedere, sed tamen ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat. *Ibidem* 150. Inter ingenium et diligentiam perpaulum loci reliquum est arti. De Cl. 104. Sed et breve tempus ingenii augendi et declarandi fuit. *Ibid.* 126. Non solum acuere, sed etiam alere ingenium potest. *C. Gracchus.* 1. de Fin. 70. Si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem. 6. Fam. 5. Accedunt tua præcipua ornamenta propter eximium ingenium. 4. 8. Abundare ingenio. Pro Cornel. 2. O ingenia metuenda! Fra. ep. Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse. Hortens. Alterius ingenium sic dulce, ut acetum Ægyptium: alterius sic acre, ut mel Hymettium dicimus. De Consolat. Quorum ingeniis et inventis omnem vitam legibus et institutis excultam constitutamque habemus. Acad. Contra eos potissimum Academicorum exarsit ingenium.

Natura, mores, ἦθος, φυή. 1. Off. 114. Suum igitur quisque noscat ingenium. *Ibid.* Ea quæ nostri ingenii non sunt. De Clar. 277. Ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querelas solet. 1. de Inv. 84. Sin inverecundum animi ingenium possidet, tamen accuses.

Adjunc. *Acre, acutum, acre et non inelegans, acutissimum, excellens et singulare, acrius, acerrimum, retusum, acutum atque acre, excellentissimum, liberrimum, acutius, aptius, hebetius, bonum, præclarum, peracre, divinum* .)(. *humanum, elegans, immemor, levissimum, oratorium, parvum, excellens, exiguum, eximium, hebes atque nullum, fidum, tardum, hebes, præstantissimum, illustre, inverecundum, optimum, splendidissimum, magnum, majus, maximum, mediocre, paratum, mirum, miserum, muliebre, multiplex, multiplex et tortuosum, optimum splendidissimumque, par, præstans, probum, singulare, summum, varium.*

Syntaxis. *Animi et ingenii motus. Habere ingenii multum. Illustre ingenium et industria. Ingenii ratio excellens. Ingenii acies, vis, celeritas. Opinio ingenii. Ingenium habere, alere, acuere. Ingenio abundare, valere, florere, plenum esse. Ingenium alicujus in re aliqua elucere.*

Ingens, tis, *immanis, immensus,* μέγας, εὐμεγέθης. Ver. 3. 110. Ingens immanisque præda. 3. de Orat. 67. Ex ingenti immensoque campo in exiguum gyrum compelli. Act. 1. Ver. 3. Ingentes divitiæ. De Pro. 5. Achæi ingentem pecuniam pendunt L. Pisoni quotannis.

Ingenue, *candide, libere, sincere, vere,* ἐλευθέρως. 5. Fa. 2. Me abs te cupisse laudari, aperte et ingenue confitebar. 13. Att. 27. Isti autem ingenue, &c.

Ingenuitas, tis, *liberalitas, honestas, probitas,* ἐλευθερία, εὐγένεια. 2. de Ora. 242. Præstare ingenuitatem et ruborem suum, verborum turpitudine vitanda. 1. Ac. 33. Præ se ferre probitatem quandam et ingenuitatem. Ver. 1. 113. Ornamenta non solum fortunæ, sed etiam ingenuitatis.

Ingenuus, a, um, *liberalis, liber, honestus,* ἐλεύθερος, εὐγενής. 3. A. 28. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. 1. Off. 150. Nec vero quidquam ingenuum potest habere officina. De Am. 67. Aperte vel odisse magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam. 4. ad Her. 13. Violare ingenuam puellam. 4. C. 15. Omnis ingenuorum adest multitudo. Pro Flac. 84. Quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non veniunt? De Clar. 261. Si sis ingenuus civis Romanus. 2. A. 105. Ingenui pueri cum meritoriis versabantur. 1. de Ora. 137. et 3. de Fin. 57. Homo ingenuus, liberaliterque educatus. 2. 10. Tu pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti. De Clar. 236. Ingenuo liberoque fastidio. 10. A. 18. Qui ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur. 5. de Fin. 48. Qui ingenuis studiis artibusque delectantur. 3. de Ora. 21. Omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri. *Ibid.* 125. Hæ artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur. 1. de Ora. 73. 4. Fam. 4. Omnibus ingenuis artibus instructum accedere ad dicendum. 2. de Fin. 68. Ingenuæ disciplinæ. 5. Fam. 21. Vita ingenua. 2. 6. Animus ingenuus.

Syntaxis. *Ingenuitatem et ruborem suum præstare, præseferre. Probitas, et ingenuitas. Ingenuum liberumque fastidium, dolor, studium, ars. Artes, quibus liberales et ingenuæ doctrinæ continentur. Ingenuæ disciplinæ, vita, animus. A dicendo timiditate ingenua refugere.*

Ingero, is, *infero, intrudo,* ἐπεμβάλλω. 11. Att. 6. Sed ingero præterita.

Ingigno, is, *ingenero,* ἐμφύω. 2. de Fin. 46. Natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi. 2. de Natur. 124. Tantam ingenuit in animantibus conservandi sui naturæ cupiditatem.

Inglorius, a, um, *inhonoratus,* ἄδοξος, ἄτιμος. 1. de Leg. 32. Beati, qui honorati sunt, videntur: miseri autem, qui inglorii. 3. Tusc. 81. Vita inhonorata et ingloria. *Ibidem* 57. Inglorius atque ignobilis senex.

Ingrate, *animo ingrato, illiberaliter,* ἀχαρίστως .)(. *grate.* Pro Deiot. 30. Quamvis ingrate et impie necessitudinis nomen repu-

diaverit. 12. Fam. 1. Sed immoderate quidam et ingrate nostra facilitate abutuntur.

Ingratificus, a, um, ἀχαριστέων. Pro Sest. 121. O ingratifici Argivi, inanes Graii, immemores beneficii! *Accii.*

Ingratis, *invite, cum mala gratia,* ἀκοντί, ἀκουσίως .)(. *cum bona gratia.* Pro Qu. 47. Extorquendum est invito atque ingratis, quod non debet.

Ingratus, a, um, *immemor beneficii,* ἀχάριστος. 8. Att. 4. Nihil cognovi ingratius, in quo vitio nihil mali non inest. Postq. ad Qu. 13. Non solum ingratus, quod ipsum grave est, sed etiam impius appellatur. Pro Pl. 80. Nulla amicitia potest esse inter ingratos. 9. Att. 2. Ego ingrati animi crimen horreo. 8. 10. Dimisi a me ut hominem ingratum non invitus. 2. A. 6. Ne in te ingratus viderer. 4. ad Her. 53. Ingratus in amicos.

Molestus, χαλεπός. 5. Fam. 5. Quæ ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo: sin ingrata esse sentiam, non committam, ut tibi insanire videar.

Syntaxis. *In vitio ingrati nihil non mali inest. Non modo ingratus, sed et impius. Ingratus crudeliter. Ingrati animi crimen horrere.*

Ingravescens, tis. 2. de Div. 15. et 9. A. 2. Medicus morbum ingravescentem ratione providet. 2. Fam. 1. Ætas nostra jam ingravescens.

Ingravesco, is, *glisco, cresco, gravior fio,* βαρύνομαι, αὐξάνομαι .)(. *levor.* 10. Att. 14. Iste ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit. Ad Brut. 10. Ingravescit in dies intestinum malum. 1. C. 31. Sic hic morbus vehementius vivis ingravescet. De Sen. 36. Et corpora quidem defatigatione et exercitatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur. Pro Domo, 11. Cum ingravesceret annona, ut jam fames timeretur &c. 4. Fam. 4. Nam si a prima ætate me omnis doctrina liberalis delectavit, tamen hoc studium quotidie ingravescit. Incer. Eorum morbus eodem tempore ingravesceret, eodem levaretur.

Syntaxis. *Providere ingravescentem morbum. Ille non remittit, sed ingravescit. Ingravescere de defatigatione. Ingravescunt studia, ætates. Ingravescit annona. Ingravescit in dies malum.*

Ingrediendus, a, um. De Sen. 6. Via, qua nobis quoque ingrediendum est. Pro Arch. 1. Hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse.

Ingrediens, tis, *gradiens.* 1. de Orat. 261. Neque is consistens in loco, sed inambulans, et ascensu ingrediens arduo. Orat. 75. Sequitur magnum opus et arduum: sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus.

Ingredior, eris, *intro, introeo, adeo, me infero, ineo, pedem pono, pedem infero, accedo, invehor,* εἰσέρχομαι, εἰσδύω, εἰσβαίνω. 2. A. 68. Tu ingredi illam domum ausus es? 5. de Fin. 5. Quacunque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus. 3. C. 6. Cum jam pontem ingredi inciperent. Pro Mur. 4. Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. 3. Off. 6. Quod omnibus est sciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant. 4. Aca. 114. Ut, quam vitam ingrediar, definias. De Sen. 34. Ingredi iter pedibus. De Cla. 330. In vitam paulo serius tanquam in viam ingressus sum. Pro Pl. 8. Qua volui janua ingressus sum in causam. Pro Cæc. 22. Ingredi intra finem ejus loci, quem, &c. 7. A. 8. Magna spe ingredior in reliquam orationem. 12. Fam. 25. Quo die primum in spem libertatis ingressus sum. 2. C. 14. In exilium ejiciebam, quem jam ingressum in bellum esse videbam. 3. de Orat. 23. Eloquentia, quocunque ingredior, eodem est instructa comitatu. 213. Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendum est. 1. 94. Nos qui antequam ad dicendum ingressi sumus, obruimur ambitione. 2. Fam. 3. Qui ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. 1. de Orat. 147. Ii qui ingrediuntur ad studium. *id est, qui discere incipiunt.* 3. 142. Et erat ipse jam ingressus. *id est, ad dicendum.* De Fat. 4. Pro Cæc. 21. Ingredi in antiquum fundum. *Ibid.* Timide ingredior ad hoc genus disputandi. *Ibid.* 79. Cum istam disputationem mecum ingressus esset, dicebat &c. 15. Att. 11. Quam orationem cum ingressus essem, Cassius intervenit. 1. Off. 118. Quam quisque viam vivendi sit ingressurus.

Aggredior, incipio, ἐπιχειρέω. Pro R. P. 5. Difficile est, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi usque ad extremum. 4, Acad. 17. Quod facere nunc ingredimur. 1. 3. Ingressus sum facere: *id est, cœpi.* 2. de Div. 2. De divinatione ingressi sumus dicere, &c. Top. 1. Majores nos res scribere ingressos, &c. e cursu ipso revocavit voluntas tua. 15. Att. 11. Ingressus eram dicere quid oportuisset.

Vado, eo, gradior, βαδίζω, βαίνω. 1. Tusc. 75. Qui in compedibus corporis fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur. Pro Rab. 21. M. Æmilius vix ingredi potest. 10. F. 37. Cum primum posse ingredi cœpi. 12. 16. pleno gradu. 2. Att. 23. Si dormis, expergiscere, si stas, ingredere, si ingrederis, curre, si curris, advola. Orat. 77. Ut ingredi libere, non ut licenter errare videatur. Pro Cæl. 41. Via lubrica, qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix possis.

Adverb. *Audacius æquabiliter, constanterque, libere, paulo serius, pedetentim, similiter, penitus, tarde, timide.*

Ingressio, onis, *aggressio, introitus,* εἴσοδος. 5. A. 9. Sic ab ingressione fori populum propulsari videres. Orat. 11. Ac video hanc primam ingressionem meam e media Phi-

losophia repetitam. *Ibid.* 201. Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio.

ADJUNCTA. *Tum antiqua, tum subobscura, moderata.*

Ingressus, *part. et subst. incessus*, εἴσδυσις, πρόοδος. 1. de N. 95. Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, cessio. I. P. 83. Vestigiis odorari ingressus cujuspiam. 1. de Orat. 161. Orationis vestigia ingressumque non vidi. 3. 142. Eras ipse jam ingressus. *Ibid.* 143. Quo cum ingressus esses, repente quasi æstus quidam ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum e conspectu omnium abstraxit.

SYNTAXIS. *Ingredi domum, pericula, vitam honestam, viam, iter, in viam, in causam, in spem, in orationem, in bellum, ad dicendum, ad disputationem. Ingredi iter pedibus. Quocunque, et quacunque ingrederis, pietas, &c. Pleno gradu ingredi, libere, via lubrica.*

Ingurgito, as, *infero, immitto*, ἐμφορέω, καταπίνω .)(. *Observa usum hujus verbi, non enim ingurgitare cibum, potionem, ut nunc vulgus loquitur, apud Ciceronem est: sed se ingurgitare.* 2. A. 65. Cum in ejus copias se ingurgitasset, exultabat gaudio. 2. de Fin. 23. Crudique postridie se rursus ingurgitent: *id est, repleant, ciboque obruant.* I. P. 42. Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses.

Inhabilis, le, ἀνεπιτήδειος. Oecon. 1. Omnibus his rebus fecit inhabilem mulierem.

Inhabitabilis, le, *vastus, desertus*, ἀοίκητος. 1. de Nat. 24. Inhabitabilis, atque inculta terræ pars.

Inhærens, tis. 2. de Nat. 100. Belluæ ad saxa nativis testis inhærentes. 4. Tusc. 26. et 27.

Inhæreo, es, *hæreo, insideo*, ἐπιλαμβάνομαι, ἐμφύομαι. 2. de Orat. 163. Quæ sunt foris, neque inhærent in rei natura. De Un. 32. Sidera quæ suis sedibus inhærent. 1. de Div. 114. Animi qui corporibus non inhærent. 1. Tusc. 33. Inhæret id mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum. 2. Fa. 20. Eaque inhæsit visceribus. 4. 24. Inhæsit in visceribus. 2. de Div. 96. Quorum linguæ sic inhærerent, ut loqui non possent, hæ, &c.

Inhæresco, is, *adhæresco*, ἐνίσχομαι, ἴσχομαι. 2. de Nat. 144. Bestiolæ in sordibus aurium tanquam in visco inhærescunt. 3. Tusc. 3. Poetæ leguntur, ediscuntur, et inhærescunt penitus in mentibus.

SYNTAXIS. *Belluæ ad saxa nativis testis inhærent. Hæc sunt foris, neque inhærent in rei natura. Inhærere visceribus: et, in visceribus. Inhærescunt Poetæ in mentibus.*

Inhalo, as, *exhalo*, ἐμπνέω. I. P. 13. Cum ore fœtido deterrimam nobis popinam inhalasses.

Inhians, tis, *incumbens*. 3. C. 19. Romulus parvus atque lactens uberibus lupinis inhians.

Inhibeo, es, *cohibeo, cæptum impedio*, κωλύω, ἐπέχω, ἐπίσχω. Ver. 5. 162. Si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non inhibebat, ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu et gemitu maximo commovebare? 13. Att. 21. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet, est enim verbum totum nauticum: quanquam id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. id non esse ejusmodi didici heri, cum ad villam nostram navis appelleretur, non enim sustinent, sed alio modo remigant: id ab ἐποχῇ remotissimum est. quare facies, ut ita sit in libro, quemadmodum fuit. 1. de Orat. 153. Ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum, intermisso impetu, pulsuque remorum. Pro Qu. 27. Quod si facere nolit, atque inhibuerit, ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, sese nihil precari, &c.

Adhibeo, προστίθημι. 3. con. Rul. 6. Sed tamen inhibet illis legibus spem nonnullam ille, cui ademptus est: aliquem scrupulum, cui datus est. 13. A. 37. Inhibere supplicium alicui.

Inhibitio, onis, ἐποχή. 13. Fam. 21. Inhibitio remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim.

SYNTAXIS. *Inhibitio remigum. Spem, supplicium alicui inhibere.*

Inhoneste, *turpiter, spurce*, αἰσχρῶς. 2. Att. 1. Accusavit Nasicam inhoneste, at modeste tamen dixit.

Inhonestus, a, um, *turpis*, αἰσχρός, ἄτιμος. Pro S. R. 50. Profecto Attilium illum hominem turpissimum atque inhonestissimum judicares. 8. Fa. 6. Et hercule confecta omnia fœda et inhonesta sunt. Pro Dom. 107. Cum expeti nihil ab iis, quod sit injustum atque inhonestum, arbitrere.

Inhonoratus, a, um, *inglorius*, ἄτιμος. 5. Tusc. 53. Multi inhonorati proferuntur. *Ibid.* 81. Vita inhonorata et ingloria.

Inhorresco, scis, *exhorresco*, ὀρρωδέω. 3. de Orat. 155. et 1. de Div. 24. Inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur. 4. de Rep. *teste Nonio*, Horum in severitatem dicitur inhorruisse primum civitas.

Inhospitalitas, tis, ἀξενία, μισοξενία .)(. *hospitalitas.* 4. Tusc. 27. Inhospitalitas est opinio vehemens, fugiendum esse hospitem.

Inhumane, *inhumaniter*, μισανθρώπως. 3. Off. 30. Si quid ab homine detraxeris utilitatis tuæ causa, inhumane feceris, contraque naturam. De Amic. 46. Alios dicere aiunt etiam multo inhumanius.

Inhumanitas, tis, *immanitas, crudelitas*, ἀπανθρωπία. Pro Deiot. 32. Quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? 1. de Orat. 99. Quod ego non superbia neque inhumanitate faciebam, sed, &c. 2. A. 8. Sit hoc inhumanitatis tuæ. Ver. 5. 114. Mansuetudinem in crudelitatem inhumanitatemque converti. 4. ad Her. 13. O derelictos ab humanitate homines!

ADJUNCTA. *Domestica, molesta, tam impudens, tam crudelis, tam immoderata.*

Inhumaniter, *inhumane*, ἀγρίως. 3. Qu. Fr. 1. Non possum scribere, me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse.

Inhumanus, a, um, *crudelis, humanitatis expers, vitæ communis ignarus, nullius particeps humanitatis, immemor humanitatis, inurbanus, inops humanitatis, difficilis, agrestis*, μισάνθρωπος, ἀπηνὴς, ἄγριος. De Senect. 7. Moderati, nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. 1. de Fin. 3. Ut Terentianus Chremes non inhumanus. 3. 64. Illa vox inhumana et scelerata. Ver. 5. 120. Quis tam fuit illo tempore durus et ferreus? quis tam inhumanus? 12. Att. 45. In isto tuo animo nihil agreste, nihil inhumanum est. Orat. 172. Qui aures tam inhumanas tamque agrestes habent. 2. C. 10. Inhumana audacia. 1. Off. 144. At hoc idem si in convivio faciat, inhumanus videatur. 2. de Orat. 365. Inops humanitatis et inurbanus.

SYNTAXIS. *Inhumane facere, contraque naturam. Impudens, crudelis, immoderata inhumanitas. Facere aliquid superbia et inhumanitate. Crudelitas et inhumanitas. Durus, ferreus, inhumanus. Agrestis et inhumanus. Homo ab humanitate derelictus.*

Inhumatus, a um, *insepultus*, ἄταφος. 1. Tusc. 104. Diogenes projici se jussit inhumatum. 2. de Di. 143. Is cum esset projectus inhumatus, amica corpus ejus texit suo pallio. 14. A. 34. Iique nec inhumati, nec dispersis bustis humili sepultura cremati.

Inibi, *ibidem*, αὐτόθι. 1. con. Rul. 20. Luxuries Annibalem Capuæ corripuit. superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur. 14. A. 5. Quod sperare nos quidem debemus aut inibi esse, aut rem esse confectam.

Iniens, euntis, *primus, incipiens*, ἀρχόμενος. 1. Att. 2. Januario ineunte cura, ut Romæ sis. 4. 2. Ineunte æstate. Pro Pom. 53. Pompeius extrema hyeme bellum apparavit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. 4. de Fin. 31. Sed ut magnum certamen iniens. 1. de Orat. 97. Qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusque vestrum. Pro Pom. 1. Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ. 2. Off. 44. et 1. 122. Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda et regenda prudentiâ est. De Clar. 151. In his exercitationibus ineunte ætate fuimus. 10. Fa. 1. Ab ineunte pueritia. *in correctioribus tamen exemplaribus vox*, ineunte, *desideratur*. 1. Off. 117. Ineunte adolescentia, cui inest, &c. Div. 4. Ab ineunte adolescentia.

Injecturus, a, um. Pro Cæcin. 4. Sperarunt, se injecturos vobis causam deliberandi, et judicandi justam moram et religionem.

Injectus, a, um. 1. de Div. 57. Se interfectum in plaustrum a caupone esse conjectum, et suprà stercus injectum. Ver. 5. 24. Nisi vero existimatis hominem pecuniosissimum sine aliqua causa quæstus injectum, *id est, adductum*, ad tam incredibile crimen. Pro Mur. 48. Atque ex omnibus illa plaga est injecta petitioni tuæ, non tacente me, maxima. 2. Q. Fr. 1. Eo metu injecto. Pro Cl. 106. Suspicionem esse injectam alicui. 2. cont. Rull. 79. Tenuissima suspicione hostium injecta. Pro Mur. 50. De Prov. 43. Timor injectus Cæsari de ejus actis. Pro Cæc. 83. Cui periculum mortis sit injectum. 7. Att. 3. Quod ista nobis cogitatio de triumpho injecta non esset. Pro Clu. 76. Injectus scrupulus. *Vide.* De Arusp. 45. Pro Clu. 79. Ver. 5. 24.

Injicio, is, *objicio, immitto, infero*, ἐμβάλλω, ἐπιῤῥίπτω. 12. Fam. 16. Cum mihi in sermone injecisset, se velle Asiam visere. Pro Quin. 68. Quod Hortensium, quia nuper injecit, et quia Nævius semper id clamitat, dicturum arbitror. Pro Mur. 48. Quam te securim putas injecisse petitioni tuæ? Pro Qu. R. 48. Ipsa mihi veritas manum injecit, et paulisper consistere et commorari coegit. 3. de Fin. 76. Injicere vincula alicui. 3. de Na. 83. Injicere laneum pallium alicui. 1. de Div. 19. Et *Capitolinis injecit sedibus ignes.* 16. Att. 5. Injicere spem alicui de aliqua re. Pro Milo. 85. Clodius, cui deorum ira mentem injecit, ut Milonem lacesseret, eadem hanc ejus satellitibus injecit amentiam, ut, &c. Pro Dom. 14. Is meum nomen operariis ediderat, imperitis injecerat. 5. de Fin. 31. Injicere terrorem mortis alicui. 11. Fam. 10. Injicere cupiditatem alicui et cogitationem. Pro Cæc. 97. Cum Cotta decemviris religionem injecisset. Ver. 3. 68. Formidinem illam suam miseris Agyrinensibus injiciebat.

Injicior, eris. 3. C. 7. Ne temere a me tantus tumultus civitati injiceretur.

SYNTAXIS. *Causam alicui injicere scribendi, plagam, suspicionem, timorem, periculum, spem, tumultum civitati, et religionem. Is mihi in sermone injecit, velle se, &c. Injicere securim alicui rei. Manum alicui injicere. Injicere amentiam.*

Inimice, *infeste, inimico animo*, ἐχθρῶς. Pro Quint. 66. Inimicissime atque infestissime contendere cum aliquo. 1. de Na. 5. Inimice insectari aliquem. 2. A. 34. Vide quam tecum agam non inimice.

Inimicitia, æ, *simultas, alienatio, disjunctio*, ἀπέχθεια, ἔχθος, ἔχθρα. Div. 13. Videto ne nimium familiariter inimicitias exercere videare. *Ibid.* 66. 4. Tusc. 21. Inimicitia ira ulciscendi tempus observans. 2. Fam. 18. Gerere graves inimicitias cum aliquo. *Ibid.* Suscipere graves inimicitias. Pro R. P. 32. Nec me pœnitet, mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. 14. Att. 13. Libentius deponimus inimicitias reipubl. nomine susceptas, quam contumaciæ. Pro Cluent. 190. Deponere inimicitias veteres. Pro Flac. 2. Deponere inimicitias justissimas

enim aliquo. De Pro. 22. Inimicitias in viris fortibus non solum extinxit reip. dignitas et ipsorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit. Pro Fla. 2. Denunciare novas inimicitias alicui nulla accepta injuria. Pro Cl. 190. Novis inter propinquos susceptis inimicitiis. Pro Fon. 23. Insitas inimicitias istæ gentes habent, et gerunt cum populi Rom. nomine. Pro Cæl. 32. Nec enim unquam muliebres inimicitias mihi gerendas putavi. Pro Deio. 30. Tamen inimicitias hominum more gerere poteratis. Pro Sest. 72. Qui cum inimicitias sibi mecum ex reipub. dissensione susceptas esse dixisset, eas se dixit et temporibus et reipub. permissurum. 5. Fa. 4. Ut tuas inimicitias reipub. donares, te vicisti. Pro S. R. 17. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Rosciis. Pro Cæl. 32. Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. 8. Fa. 6. Cavendum tibi erit, ne parum simpliciter et candide posuisse inimicitias videaris. Pro Clu. 169. Inimicitias inter aliquos esse. De Opt. 22. Inimicitiis incensa contentio. 4. ad Her. 26. Eum quare putes inimicitias cum fide habere posse. Ver. 5. 181. Tacitæ et occultæ inimicitiæ .)(. *indictæ, et apertæ*. Pro M. Scau. Eas sibi inimicitias non susceptas, sed relatas. Pro A. Gabin. Amicitiæ ex inimicitiis revocatæ in gratiam.

Adjunct. *Aliena, aperta, audacissima, gravis, gravior, gravissima, insita, justa, justissima, nova, major, non mediocris, mortalis, sempiterna, vetus, justa gravisque, maxima, tolerabilis, muliebris, paterna, periculosa, privata, summa, tacita et occulta* .)(. *indicta et aperta*.

Inimicor, aris. Qu. de Pet. 37. Sin autem neges, abalienant se et inimicantur. *Hæc vox in correctioribus codicibus non invenitur.*

Syntaxis. *Inimicissime contendere. Inimicitias exercere, gerere, suscipere, habere, deponere, extinguere, denunciare. Inimicitias suas alicui donare. Inimicitia est illi cum, &c. Intercedunt inimicitiæ illi cum &c. Ponere inimicitias parum simpliciter et candide. Inimicitiis incendi.*

Inimicus, a, um, *hostis, infestus, infensus, adversus, alienatus, non æquus, iniquus, obtrectator, invidus,* ἐχθρός, ἀλλότριος, ἀπεχθής. 1. de Orat. 227. M. Cato Galbæ gravis et acer inimicus. 1. Fam. 9. Graviter inimicus. 4. Tusc. 34. Motus animi aversi a ratione, inimicissimi mentis vitæque tranquillæ. Ver. 3. 34. Is aratoribus infestus atque inimicus est. Div. 42. Homines qui illi inimici infensique sunt. 4. Tusc. 58. Infensus et inimicus alicui. Ver. 2. 107. Nemo illi inimicior, quam Claudius. 2. de Orat. 72. Ubi judex amicus adversario, et inimicus tibi est? Ver. 2. 58. Qui aspicere te non posset, inimicus, hostis esset. 11. Att. 10. Qui mihi tam crudeliter inimici sunt. 1. Fa. 9. Habere aliquem inimicum. De Fat. 13. Quæ est tota Diodori vobis inimica sententia. 12. A. 23. Cui semper fui amicus, antequam ille reip. tam aperte est factus inimicus. Pro Cæc. 33. Nec juri quidquam tam inimicum, quam vis. De Pro. 19. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? 5. de Fin. 28. Aliquem sibi esse inimicum atque hostem. 1. de In. 105. Inimicis et hostibus ea displicere. De Amic. 60. Nulla vox inimicior amicitiæ potest reperiri, quam ejus, qui, &c. Orat. 194. Nihil inimicius, quam oratio, versibus. 10. A. 21. Gallia, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit. Pro Qu. 10. Mihi summam per injuriam omnia inimica atque infesta sunt. Ver. 1. 12. Clamore alicujus infesto atque inimico excitari. 2. 149. Infenso animo atque inimico. Pro Font. 16. Inimico animo dicere aliquid. De Am. 37. Hostis et inimicus, idem. Pro C. Corn. 2. Inimici tribunitiæ potestatis. Pro M. Scau. P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, seipsum interemisse. *Ibid.* Cum ex multis unus ei restaret paternus inimicus. Vide Ver. 2. 150. 151. 152.

Adjuncta. *Acerbus, acerrimus, gravis, et acer, multo gravior, atque acrior, apertus, prætextatus, audacissimus, communis, crudelissimus, incolumis, innocens, magnus, voluntarius, minax, potentissimus, odiosus, ac molestus, paternus, paratior, valentissimus, satis vehemens, satis perseverans, satis vigilans, verecundus.*

Adverb. *Acrius, aperte, crudeliter, graviter, vehementer, usque eo.*

Inique, *adver. injuste,* ἀδίκως, ἀνίσως. Ad Brut. 4. At hoc ipsum, inquis, inique facis. Pro Do. 87. Qui expulsi sunt inique. Pro Pl. 55. Se inique a tuis jactatum graviter querebatur. Pro Deiot. 31. Etsi inique Castorem Domitio comparo. Pro Cl. 57. Jam hoc quoque prope iniquissime comparatum est.

Iniquitas, tis, *injuria,* ἀδικία, παρανομία. Par. 3. 2. C. 25. Æquitas certat cum iniquitate. Pro Qu. 9. Id accidit prætoris iniquitate et injuria. 4. C. 70. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: difficultatem, si rogare. 1. Fam. 2. In tanta hominum perfidia et iniquitate. Pro S. R. 1. Defendere autem ipsi propter iniquitatem temporum non audent. Ver. 3. 207. Quo non nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.

Iniquus, a, um, *habens iniquitatem, injustus, non habens æquitatem, injurius, inimicus,* ἄδικος, ἄνισος. Pro Plan. 40. Homo natura asper, atque omnibus iniquus. 10. Fam. 12. Servilius Jovi ipsi iniquus. 3. Off. 84. Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni. Pro Qu. 8. Nam quid hoc iniquius aut indignius dici potest? De Ar. 6. Cui præripere destinatam laudem, valde esset iniquum. 6. Att. 1. Credo, Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. Ver. 5. 143. Iniquo infestoque animo intueri aliquem. 2. Tusc. 5. Iniquo animo ferre aliquid.

11. Fa. 27. Scio me a te contra iniquos meos solere defendi. Pro Pl. 40. Iniqui mei et defensorum meorum. Pro R. P. 25. In quo æqui sperasse eum dicunt, peccasse iniqui. 1. Fa. 5. Cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. Ver. 3. 200. Pro Font. 22.

Adverb. *Obscurius, valde.*

Syntaxis. *Inique facere. Inique alterum alteri comparare. Hoc iniquissime comparatum est. Id accidit alterius injuria et iniquitate. Res habet iniquitatem. Hominum perfidia et iniquitas. Iniquitas temporum. Homo natura asper et omnibus iniquus. Quid hoc iniquius aut indignius dici potest? Iniquo infestoque animo intueri aliquem. Iniquo animo ferre aliquid. Iniqui mei. h. e.* inimici.

Initia, orum, *sacra Cereris, μυστήρια, τελέσματα.* 2. de Leg. 36. Athenæ nihil attulere melius illis mysteriis, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus, initiaque ut appellantur, ita revera principia vitæ cognovimus. In Hortensio, *teste August. lib.* 4. *contra Julianum.* Humanæ vitæ erroribus et ærumnis fit, ut interdum veteres illi sive vates, sive in sacris initiisque tradendis divinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid dixisse videantur.

Initiandus, a, um. 4. Att. 9. Scire velim, num censum impediant tribuni diebus initiandis.

Initior, aris, *detoveor, consecror, sacris imbuor, inauguror, μυσταγωγέομαι, μυέομαι.* 1. Tusc. 29. Reminiscere, quoniam initiatus es, quæ tradantur mysteriis. 1. de Nat. 119. Omitto Eleusinam sanctam, ubi initiantur gentes orarum ultimæ. 2. de Leg. 22. Neve initientur, nisi, ut assolet, Cereri Græco sacro. 2. 37. Diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initienturque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur. *Ibid.* Sacra, quibus ipsi initiati sumus. 1. C. 16. Quæ quidem sica, quibus abs te initiata ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas consulis in corpore defigere.

Syntaxis. *Initiari Cereris ritu. Initiari sacris. Dies initiandi. Sica initiata et devota.*

Initium, tii, *principium, fundamentum, elementum, ἀρχὴ, εἴσοδος.* 1. Tusc. 91. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster affert, sic exitum mors. 1. de Orat. 121. Adolescentulus in initio dicendi sic exanimatus sum, ut, &c. Ad Brut. 10. Cui Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. 2. de Orat. 52. Ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium Pont. Maxim. Ad Brut. 10. Hostes qui erant ab initio belli. De Cl. 21. Ab isto initio tractus est sermo. 2. con. Rul. 17. Ducere initium rerum suarum alicunde. 9. Att. 11. Belli initium ducetur a fame. 10. 20. Ut male posuimus initia, sic cætera sequentur. De Clar. 128. L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus. 2. con. Rul. 78. Facere initium ab aliquo. 14. A. 36. Pansa initium cum hostibus confligendi fecit. 12. Fa. 2. 5. A. 20. Is cædis initium a me fecisset. 8. Att. 9. Facere initium armorum. 3. 23. Tu velim, ut se initia dederint, ad me perscribas. 2. de Div. 11. Quæ sint initia rerum, ex quibus nascuntur omnia. 5. Tusc. 69. Initia et tanquam semina, unde sint omnia orta, generata, concreta. 1. Acad. 26. Illa initia, quæ Græce elementa dicuntur. 2. de Legib. 1. Tibi aliud dicendi initium sumendum est. 1. Fam. 7. Quemadmodum Senatus initio censuit. *Ibid.* Redeo ad illud quod initio scripsi. 10. 24. De qua initio scripsi. Pro S. R. 117. Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga. 9. 12. Qua ratione initium fecit.

Adjunct. *Accommodatum, aptum et accommodatum, falsum, bonum, commune, integrum et inviolatum, magnum atque præclarum, primum, satis magnum, satis integrum atque inviolatum.*

Syntaxis. *Initio. In initio dicendi. Ab initio. Ducere initium rerum alicunde. Initium ponere. Facere initium ab aliquo. Ut se initia dederint. Initium dicendi sumere. Bonis initiis ordiri.*

Initus, a, um. 3. de Nat. 71. Inita et subducta ratione nefaria scelera meditari. Pro Dom. 135. Post sacerdotium initum. 3. C. 20. Consilia quæ clam essent inita contra salutem urbis. Pro Syl. 3. Initum est consilium a Catilina inflammandæ civitatis.

Injucunditas, tis, *asperitas, ἀηδία.* 2. de Nat. 138. Ne quid injucunditatis habeat oratio.

Injucundius, *ἀηδῶς, adverb* .X. *jucundius.* 1. Att. 17. In his rebus, quæ mihi asperius a nobis, atque a nostris, et injucundius actæ videbantur.

Injucundus, a, um, *insuavis, acerbus, ἀηδὴς, ἀτερπής.* 3. Qu. Fr. 8. Rumor dictatoris injucundus bonis. 1. de Fin. 3. Minime nobis injucundus labor. 11. Fam. Inanem autem sermonem literarum tibi injucundum esse audiebam.

Injungo, gis, *importo, affero, ἐπιτίθημι.* 11. Fam. 13. Tamen si quo casu Hisaram se trajecerint, ne quid detrimenti reipub. injungant, summa a nobis dabitur opera. *Hoc verbo, quod sciam, Cicero nusquam usus est.*

Injuratus, a, um, *qui non juravit, sine jurejurando, ἀνώμοτος* .X. *juratus.* Pro Sul. 34. Hæc injuratus sum dicturus, quæ juratus in concione dixi. Pro Q. R. 4. Quod in codicem injuratus referre noluit. 3. Off. 108. Juravi lingua, mentem injuratam gero. *Poeta.* Act. 1. Ver. 32. Eo animo esse ut jurato quam injurato tabellas aliorum committere malim.

Injuria, æ, *iniquitas, ἀδικία, αἶσχος, ὕβρις.* 4. ad Her. 36. Injuria est, quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua

turpitudine vitam cujuspiam violat. 1. Off. 41. Injuria duobus modis fit, vi, aut fraude. 10. Att. 8. Pompeius, qui tibi ut beneficium daret, prius injuriam fecit. 9. A. 8. Honorem mortuo, cui injuriam vivo fecimus, faciamus. Pro Fl. 70. Quid tibi tandem Deciane injuriæ factum est? De Amic. 78. Facere injuriam, et pati injuriam. 1. Off. 24. Inferre injuriam alicui, et propulsare injuriam ab aliquo. Ver. 3. 200. Facere magnam injuriam alicui. Div. 54. Facere injurias omnibus. 5. Tusc. 56. Accipere, quam facere, præstat, injuriam. Pro Qu. 4. Accipere insignem injuriam. Top. 82. Div. 60. et 16. Att. 14. Accipere injuriam ab aliquo. Ver. 4. 20. Imponere injuriam alicui. Pro Qu. 96. Imponere injuriam alicui sine ignominia. Ver. 3. 226. Quid est enim in calamitate residui, quod non ad miseros aratores, isto prætore, per summam injuriam ignominiamque pervenerit? De Arusp. 38. Injuriam stupri in aliquem inferre. Pro S. R. 145. Vides, ipsum ab sese tam atrocem injuriam propulsare. 4. Fa. 13. Nulla me ipsum privatim pepulit insignis injuria. 1. 9. Gravissimas injurias voluntaria oblivione contriveram. *Ibidem*. 5. Cæteris injuriis, quæ propositæ sunt a Catone, facile, ut spero, resistemus. Pro Qu. 9. Id accidit prætoris iniquitate et injuria. 2. A. 3. Non venirem contra injuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non jure prætorio? Par. 2. Ut furiæ, sic tuæ tibi occurrunt injuriæ. 12. A. 9. Galliæ æquo animo belli patitur injuriam. Par. 4. Jacere et immittere injuriam in aliquem. Pro Cæc. 35. Actio injuriarum. *Ibidem*. 32. Ut meum jus teneam, et tuas injurias persequar: *id est a te factas.* Pro Qu. R. 32. Judicium damni injuria constitutum. *Ib.* 54. Litem damni injuria cum aliquo contestatam esse. Cont. C. Ant. Me ne aliorum quidem injurias mediocriter posse ferre. 7. Att. 8. Quæ magis a ζηλοτυπία mea, quam ab injuria tua nata est. *Ibid.* 9. Namque et amicitiæ graviorem injuriam feceris. 5. Fam. 10. Cæsar adhuc mihi injuriam facit. 4. 4. Nam etsi nullam potest accipere injuriam, quæ futura perpetua sit, &c. 12. A. 10. Alienati propter multorum annorum injurias. Hortens. Qui cum publicas injurias lente tulisset, suam non tulit.

Non injuria: pro non sine causa, non immerito: hoc est jure ac merito. 3. Qu. Fr. 8. Hoc horret Milo, nec injuria. Pro S. R. 116. Hoc æque turpe est atque illud: nec injuria. 3. de N. 23. Nec mehercule injuria. *Ibid.* 89. Non injuria tibi illud accidit. 1. C. 17. Ego tibi injuria suspectus sum. Pro M. Tull. Si quis furem occiderit, injuria occiderit. Quid si se telo defenderit, haud injuria.

Adjuncta. *Acerba, non diuturna, acerbissima, aliena, indignissima, magna, major, tam atrox, levior, communis, maxima, nova, tanta et acerbissima, falsa, insignis, perpetua, gravis, et non ferenda, publica, gravior, gravissima, minima, illustris, immanis, impunita, notissima, intolerabilis, magna, et gravis, mediocris, privata, nefaria, præterita, similis, summa.*

Syntaxis. *Injuriam facere, fieri, pati, inferre, propulsare, accipere, imponere, conflare, revellere, insectari, ulcisci, ferre. Contra injuriam venire. In aliquem jacere et immittere injuriam. Tuas persequar injurias: id est, a te factas. Injuria et per injuriam suspectus. Injuriis lacerare, affligere, abstinere. Injuriis resistere. Injurias oblivione conterere.*

Injuriose, *per injuriam, contumeliose, injuste,* ὑβριστικῶς. 1. Q. Fr. 1. Quæ in magistratu injuriose decreverant, eodem ipsis privatis erat jure parendum. Br. 13. Temere atque injuriose aliquid de aliquo suspicari. Pro Pomp. 11. Mercatores injuriosius tractati.

Injuriosus, a, um, *injurius,* ὑβριστικὸς, κακοποιός. 1. con. Rul. 14. Ab invito emere, injuriosum est. Pro Cor. 24. In socios vero injuriosum et contumeliosum est, iis præmiis eos exclusos esse, quæ, &c. 4. ad Her. 36. Avaritia est injuriosa appetitio alienorum. 1. de L. 40. Injuriosa et facinorosa vita. 1. Off. 44. Injuriosus in proximos. 2. ad Her. 17. Ratio descriptionis refelletur, si injuriosa fuerit.

Syntaxis. *Id agere, injuriosum et contumeliosum est. Injuriosa et facinorosa vita.*

Injurius, a, um, *injuriosus, iniquus,* ἄδικος, ἄνομος. 3. Off. 89. Extorquebitne eam sapiens, si potuerit? negat, quia sit injurium.

Injussus, us, *sine jussu, autoritate, concessu,* ἄνευ προστάγματος. 1. Tusc. 74. Vetat enim nos Deus injussu suo hinc demigrare. Pro Cor. 34. Populus Romanus non potest injussu suo religione obligari. Pro Quin. 82. Mittis injussu prætoris. Pro Rab. 12. et 1. de Inv. 56. Injussu populi. 13. Att. 21. Placetne tibi primum edere injussu meo?

Injuste, *injuriose, contra fas,* ἀνόμως. Pro Flac. 41. Facis injuste Læli. 1. de Fin. 57. Nec homini infanti injuste facta conducunt. Pro Mur. 87. Is injuste neminem læsit. 1. Off. 23. Injuste impetum in quempiam facere. 3. Off. 84. Qui injuste consecutus sit, &c.

Injustitia, æ, *iniquitas,* παρανομία, κακουργία. 1. 23. Injustitiæ duo sunt genera: unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant injuriam. *Ibid.* 41. Totius injustitiæ nulla capitalior est, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. Qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut si in rem suam aliena convertant. 3. de Nat. 71. Injustitiæ autem, intemperantiæ, timiditatis quæ semina essent, si his vitiis ratio non subesset? 4. Tus. 41. Moderatam injustitiam approbo.

Injustus, a, um, *iniquus, injurius, injurio-*

sus, immeritus, indebitus, ἄκριτος, ἀνόσιος. 2. de Leg. 12. Qui perniciosa et injusta populis justa descripserunt. 5. Tusc. 57. Vir maleficus natura et injustus. Pro Flac. 97. Nemo erit tam injustus, qui, &c. 3. Off. 82. Id quam injustum in patriam esset, non videbat. 2. de Orat. 203. Aliquam iracundiam, non injustam, sed meritam ac debitam fuisse, defendere. Orat. 35. Imponere injustum onus alicui. 12. Att. 30. Quod tum in filium causam conferret, quæ mihi non injusta videtur.

SYNTAXIS. *Natura maleficus et injustus. Injustum id in patriam. In eadem injustitia esse.*

Innascor, eris, *ingignor*, ἐγγίνομαι. 1. Off. 64. In magnitudine animi facillime cupiditas principatus innascitur. 2. de Na. 34. Quibus innascitur ratio recta constansque. 1. Att. 16. Cum hæc domi innascantur.

Innatans, tis. 2. de Nat. 100. Quot genera quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium, et innatantium belluarum?

Innato, as, ἐγκολυμβάω, ἐννέω. *Ibid.* 123. Cum pisciculi parvi in concham hiantem innataverunt.

Innatus, a, um, *insitus, ingenitus, ingeneratus*, ἔμφυτος.)(.*assumptus, adventitius.* 4. de Fi. 4. Insita, vel potius innata cupiditas. 2. de Inv. 161. Non opinio, sed quædam innata vis. 1. de Nat. 44. Insita, vel potius innata cognitio. Ver. 5. 138. Hoc non receptum est, sed innatum. De Univ. 39. Top. 69. Innatus atque insitus. Ver. 4. 106. Id animis eorum insitum atque innatum videtur. 2. de Fin. 99. Innata est homini probitas gratuita, non voluptatibus invitata.

SYNTAXIS. *Insitum, vel potius innatum. Innatum atque insitum.*

Innixus, a, um. De Arusp. 60. Etenim vix hæc, si undique fulciamus jam labefactata, vix inquam innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. 4. Aca. 89. Intendit Apollo arcum luna innixus. *Poetæ.*

Innocens, tis, *integer, qui nemini injuriam facit, qui nihil nocet*, ἀβλαβής, ἄκακος, ἀναίτιος. Pro S. S. R. 56. Innocens si accusatus sit, absolvi potest: nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. 2. C. 14. Aliquis indemnatus, innocens in exilium ejectus. 1. Tusc. 100. Innocens damnatus sum. De Clar. 179. Vir bonus et innocens. Ver. 4. 7. Vir integer, innocens, religiosus. Act. 1. Ver. 12. Innocens prætor. Par. 44. Vita innocentium. 5. Tusc. 41. Innocens dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet. 7. Fam. 18. Epistolam tuam conscidi innocentem: nihil enim habebat, &c.

Innocentia, æ, *integritas vitæ ac morum*, ἀβλάβεια, εὐήθεια. 3. Tusc. 16. Innocentia est affectio talis animi, quæ noceat nemini, Græce ἀβλάβεια. Or. 219. Nam ubi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est. 3. A. 25. Vir summa integritate et innocentia. Div. 27. Integritas atque innocentia singularis. 1. de Orat. 202. Innocentiam judiciorum pœna liberare. Ver. 2. 27. Innocentia Quin. Mutii.

ADJUNCTA. *Par, singularis, summa, vetus ac singularis.*

SYNTAXIS. *Vir bonus et innocens. Integer, innocens, religiosus. Integritas et innocentia. Vir summa innocentia.*

Innovo, as, *renovo, novum facio*, καινίζω, νεόω. I. P. 89. Quo te modo ad tuam intemperantiam scelerate innovasti?

Innumerabilis, le, *infinitus, innumerus*, ἀναρίθμητος, ἀμύθητος. 4. Acad. 55. Democritus ait, innumerabiles esse mundos. 2. de Fin. 29. Reperiam multos, vel potius innumerabiles, quibus, &c. 1. de Nat. 54. Infinita vis innumerabilium atomorum. Pro Qu. 37. Innumerabilis pecunia. Post. in Sen. 11. Innumerabilis multitudo. 2. de Orat. 137. Argumenta si ex rebus numeres, modica sunt: si ex reis, innumerabilia. 1. de Nat. 25. Anaximandri autem opinio est, &c. innumerabiles esse mundos. 2. de Orat. 142. Homines innumerabiles.

Innumerabilitas, tis, *infinitas, ut ita dicam*, ἀπειρία. 1. de Natu. 73. Innumerabilitas mundorum. *Ibid.* 110. Innumerabilitas atomorum.

Innumeri, orum, *innumerabiles.* 2. de Orat. 94. E ludo Isocratis, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt.

Innuo, is, *nutu aliquid significo, nutu capitis loquor*, ἐπινεύω. Pro Mur. 51. Atque ille ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque innuit. 4. ad Her. 37. Quid si iste suos hospites rogasset, imo innuisset modo? 13. Fam. 78. Huic ergo tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio et innuo.

Innuptus, a, um, ἄγαμος. 3. de Orat. 219. Qua tempestate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis. *Poetæ.*

Ino. 1. Tusc. 28. Ino, Cadmi filia, quæ Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a nostris.

Inobscuro, as, *infusco*, ἐπισκοτίω. 9. A. 10. Nulla ejus legationis posteritatem inobscurabit oblivio.

Inofficiosus, a, um, *illiberalis, inhumanus*, ἀχάριτος, ἀπειρόκαλος. 13. Att. 27. Aliter enim fuissemus et in hos inofficiosi, et in nosmetipsos.

Inopia, æ, *egestas, indigentia*, ἀπορία, ἔνδεια, πτωχεία.)(.*copia.* 1. de Inv. 88. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis. De Senect. 8. Nec in summa inopia levis esse senectus potest, ne sapienti quidem: nec insipienti in summa copia non gravis. De Amic. 26. Qui amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt. Pro Dom. 17. Frugum inopia.)(. *frugum copia.* Pro Dom. 11. Ut plane inopia et fames, non caritas timeretur. In A. Rhodiorum inopia, et fames, et summa annonæ caritas. Pro Dom. 11. Inopia rei frumentariæ. 1. C. 26. Inopia

rerum omnium. De Cl. 202. Cavenda est Oratori inopia atque jejunitas, et siccitas. 4. Att. 1. Homines mea opera inopiam frumenti esse clamarunt. 6. 3. Magna igitur, ut vides, sollicitudine afficior, magna consilii inopia. 1. Qu. Fr. 1. Pro Qu. 5. Inopia et sollicitudo alicujus. Pro S. R. 48. Summam laudem inopia criminum alicui vitio dare. Pro Dom. 80. Inopia tecti in foro pernoctare.

Syntaxis. *Inopia et indigentia. Inopia et fames, et summa annonæ caritas. Inopia et egestas. Tecti inopia in foro pernoctare. Criminum inopia, consilii, frugum, rei frumentariæ, tecti.*

Inopinatus, a, um, *nec opinatus, improvisus,* ἄδοξος, ἀπροσδόκητος. Pro Dom. 14. Inopinata utilitas. Ver. 2. 24. Nova tibi hæc sunt et inopinata. *Ibid.* 69. Cum hoc illi improvisum inopinatumque accidisset. 3. Tusc. 76. Nihil inopinati accidit. 4. 37. Cui nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum. 3. 45. Omnia repentina et inopinata graviora. Pro Dom. 9. Neque allata est a me res inopinata et recens. 12. Fam. 5. Res tantæ tamque inopinatæ. Par. 5. Hoc est dictum inopinatum atque mirabile. 2. de Nat. 123. Ut in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ autem ex inopinato observant, et si quid incidit, arripiunt.

Syntaxis. *Novum et inopinatum. Improvisum et inopinatum. Repentinum et inopinatum. Inopinatum ac recens. Inopinatum ac mirabile. Ex inopinato observare, id est,* insidiari.

Inopportunus, a, um, *importunus, alienus, incommodus,* ἄκαιρος. 3. de Orat. 18. Etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni.

Inops, pis, *pauper, nudus, impotens,* ἄπορος, ἄσιτος, πένης. De Clar. 238. Non erat abundans; non inops tamen. Ver. 3. 164. Ærarium inops et exhaustum. Pro Dom. 58. Tam inops eram ab amicis, tam nuda respub. a magistratibus. 1. Att. 1. Qui sic inopes et ab amicis, et ab æstimatione sunt, ut, &c. De Clar. 247. C. Lentulus non tardus sententiis, non inops verbis. 3. de Fin. 51. Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. De Clar. 263. Disciplina Hermagoræ inops ad ornandum, ad inveniendum expedita. 2. de Orat. 40. Inops quidam humanitatis et inurbanus. 1. de Fin. 10. Latinam linguam non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse quam Græcam. De Cl. 246. Nullo modo inops, sed non nimis ornatus.

Syntaxis. *Inops ærarium et exhaustum. Ab amicis inops, et ab æstimatione. Verbis inops. Ad ornandum inops doctrina. Humanitatis inops, et inurbanus. Non abundans, non inops tamen.*

Inoratus, a, um, *re non exposita,* ἄῤῥητος. Pro S. R. 26. Legati Ameriam re inorata reverterunt.

Inordinatus, a, um, *confusus, perturbatus,* ἄτακτος. De Un. 7. Idque ex inordinato in ordinem adduxit.

Inornate, *inculte,* ἀκόσμως. 4. ad Her. 43. Non inornate dicere.

Inornatus, a, um, *inconditus, incomptus, agrestis, horridus, sine nitore,* ἀκαλλώπιστος. Orat. 78. Inornata mulier, incompta oratio. *Ibid.* 29. Tenuis et inornatus. 4. ad Her. 70. Nuda atque inornata inventio.

In præsentia, *in præsenti, in præsens, in præsens tempus, in hoc tempore præsenti,* ἐν τῷ παρόντι.)(. *in posterum.* Ver. 2. 69. Sopater, cum hoc illi improvisum accidisset, commotus est sane, neque in præsentia Timarchidi quid responderet, habuit, nisi se consideraturum, &c. 5. Tusc. 100. Vestræ cœnæ non solum in præsentia, sed etiam postero die jucundæ sunt. 7. Att. 14. Spero etiam in præsentia pacem nos habere. Pro Dom. 11. Periculum in præsentia atque ante oculos propositum est.

In primis, *cum primis. Lege,* Primis, *non in postremis,* ἐν τοῖς μάλιστα. Top. 40. Quod genus argumenti in primis firmum videtur. Ver. 1. 65. Philodamus in primis inter suos copiosus. 2. 23. Homo in primis domi suæ nobilis. De Clar. 325. Quorum orationes sunt in primis in Asiatico genere laudabiles. 2. Off. 10. M. Brutus juris civilis in primis peritus fuit. Pro Font. 31. M. Font. usu bellorum gerendorum in primis eorum, qui nunc sunt, exercitatus. 3. Off. 111. Polybius, bonus auctor in primis, scribit, &c. 2. de Div. 98. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. De Sene. 64. Multa in nostro collegio præclara cognovi, sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, &c. De Fat. 15. Cur idem reliqui facere non possint? medicus in primis. 16. Att. 3. Multa me movent in discessu, in primis quod, &c. 4. Fam. 3. In omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac, &c. 1. 7. Quem in primis amamus, charumque habemus. *Ibid.* 9. In primisque ego, &c. 13. 61. Et, ut audio, in primis volunt ei solvere. 5. Tusc. 8. Ponticus doctus in primis, &c.

Inquam, *dico, ut dico, ut dixi, ut institui dicere,* λέγω, ἔφην. 2. A. 112. Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem defende, si potes. De Am. 3. Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne, Inquit, et Inquam, sæpius interponeretur. 1. Att. 17. Per mihi, per, inquam, mihi gratum feceris &c. 7. 2. Idem non assequi dedecus est nostrum, nostrum, inquam, te conjungens. De Am. 86. Quæ si quos inter societas est, &c. hæc est, inquam, societas, quæ, &c. Ver. 5. 161. Crux, crux, inquam, misero comparabitur. 2. de Fin. 72. Delector enim, quanquam te non possum, ut ais, corrumpere, delector, inquam, familia vestra et nomine. 3. 13. Quonam modo, inquam, si una virtus, &c. id ergo, inquam, si &c. Pro Fl. 94. Resp. quam vos universam vestris humeris, vestris, inquam, humeris sustinetis. De Ar. 61. At-

que ego hanc orationem P. C. tam tristem non suscepissem, non, inquam, nisi, &c. 7. Att. 2. Sed tamen hoc jucundissimum, quod te intellexi ad eum venisse, ut ejus animum erga me perspiceres, hoc mihi, inquam, accidit jucundissimum. 1. 13. Idem ille ego, &c. idem, inquam, ego, &c. *Ibidem*. Multo hæc, inquam, nostra res major.

Inquilinus, *qui in alienis privatus habitat, præsertim conductis*, *ἔνοικος*. 14. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed mures etiam migraverunt. 15. Fa. 18. Ubi igitur, inquies, Philosophia tua, illa quidem inquilina. 1. A. 105. At vero te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum.

Inquinate, *barbare, prave, incompte*, *ἀκαθάρτως*. De Clar. 140. Admodum inquinate loqui. *Ibid.* 258. Confluxerant in hanc urbem multi inquinate loquentes.

Inquinatus, a, um, *turpis, fœdus*, *ἀκάθαρτος, μιαρός*. Pro S. R. 68. Omnibus flagitiis vita inquinata. 3. Off. 60. Cum sit tot vitiis inquinatum. Pro Cæl. 78. Ore, lingua, manu, vita omni inquinatus. Pro. Fl. 53. Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. 4. de Fin. 63. Homines sceleribus et parricidiis inquinati. Pro Cæl. 13. Quis in voluptatibus inquinatior? 2. Off. 21. Quæ sordidissima quidem est ratio et inquinatissima. Ver. 3. 65. Sermo inquinatissimus. De Ar. 51. An ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando fuit? Qu. de Pet. 44. Comitia largitione inquinata. 5. Tusc. 97. Aqua turbida et cadaveribus inquinata. De De Opt. 7. Si in verbis nihil inquinatum est. De Or. 163. Versus inquinatus. De Ar. 25. Ludi deformati, inquinati, perversi, conturbati.

Inquino, as, *contamino, fœdo*, *μολύνω, μιαίνω*. Pro Planc. 46. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas crimininoso. Pro Deiot. 32. Ut domestica tua inhumanitate nostræ civitatis humanitatem inquinares. I. P. 72. Sed idem casus illum ignarum quid profiteretur, cum se philosophum esse diceret, istius impurissimæ pecudis sordibus inquinavit. 5. Tusc. 6. Parricidio se inquinare. 1. 72. Qui libidinibus se inquinassent. 2. A. 43. Quos iste agros ereptos reip. turpissimis possessoribus inquinavit. 1. Tusc. 72. Quibus velut domesticis vitiis atque flagitiis sese inquinassent. 5. de Fin. 22. Inquinare splendorem honestatis.

Syntaxis. *Inquinate loqui. Vita flagitiis inquinata. Homo vitiis inquinatus. Ore, lingua, manu, vita omni inquinatus. Inquinatus sceleribus et parricidiis. Sordidus et inquinatus sermo. Quis in voluptatibus inquinatior? Comitia largitione inquinata. Aqua turbida et cadaveribus inquinata. Inquinare amicitiam, humanitatem, se ipsum, splendorem honestatis. Inquinare se parricidio, libidinibus, vitiis, flagitiis.*

Inquirendi. Act. 1. Ver. 6. Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem. *Ibidem*. In inquirendo alicujus multa furta cognoscere. 4. 145. Quod ad inquirendum in te veniret.

Inquirens, tis. De Clar. 282. Is nimium inquirens in sese, atque ipse sese observans, metuensque, ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem depravabat. Pro M. Scau. Subiit populi judicium, inquirente tribuno plebis.

Inquiro, is, *perquiro, exquiro*, *ζητέω, ἐπιζητέω, δίζημαι*. 1. de Leg. 4. Nimis diligenter inquirere in ea, quæ memoriæ sunt prodita. 3. Tusc. 3. Vera illa honestas, quam unam maxime natura inquirit. 1. Off. 9. Tum autem inquirunt, aut consultant, conducat id necne, &c. Or. 190. et pro Mur. 45. Studiose inquirere in aliquem. 6. Att. 6. Inquirere in competitorem.

Inquiror, eris. 2. Off. 44. Atque in eo quid agat, quemadmodum vivat, inquiritur. 3. de Or. 111.

Inquis, inquit, *cujus verbi prima persona est* Inquam, *dicis*, *λέγεις, ἔφης*. 1. A. 25. Quas tu mihi intercessiones inquis? 5. Att. 1. En, inquit mihi, hæc ego patior quotidie. 1. Qu. Fr. 2. Is mihi inquit, te, &c. Top. 51. Nihil hoc ad jus, ad Ciceronem inquiebat Gallus. 2. de Or. 259. Tu vero, inquisti, molestus non eris? Pro S. R. 46. et 15. Fam. 18. Ubi igitur, inquies, philosophia tua? et quidem in culina mea molesta est. 2. ad Her. 34. Quid amor? inquiet quispiam. Ver. 2. 45. Ergo, inquiet aliquis, &c.

Inquisitio, onis, *disquisitio*, *ἐξέτασις, ζήτησις*. 1. Off. 13. Inquisitio et investigatio veri hominis propria est. Pro Fl. 13. Lege hac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. Pro Mur. 44. Inquisitio candidati, prænuntia repulsæ. Ver. 2. 11. Reus absens contra inquisitionem accusatoris defensus.

Inquisitor, oris, *conquisitor*, *ζητητής, βασανιστής*. Act. 1. Ver. 6. Ille Achaicus inquisitor. Acad. Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem.

Insanabilis, le, *desperatus*, *ἀνίατος, ἀθεράπευτος*. 5. Tuscul. 3. Insanabilis morbus. Pro Sest. 44. Plaga insanabilis illi mortifera. Orat. 92. Vitabit insanabiles contumelias.

Insania, æ, *furor*, *μανία, ἄνοια, βακχεία*. 3. Tusc. 8. Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem et morbum: id est, Insanitatem et ægritudinem animi, quam appellarunt insaniam. *Ibid.* 9. Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademque dementia. *Ibid.* 11. Græci autem *μανίαν* unde appellent, non facile dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quam illi. Hanc enim insaniam, quæ juncta stultitiæ patet latius, a furore distinguimus. I. P. 46. Incidere in insaniam. De Clar. 283. Insulsitatem et insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit, sanitatem autem et inte-

gritatem quasi religionem et verecundiam Oratoris probat. Pro Sul. 70. Quis insaniam libidinum recordatur.

ADJUNCT. *Non mediocris, molesta, ridicula, naturalis, popularis, præsens, tolerabilis.*

SYNTAXIS. *Insania et dementia. Insulsitas et insolentia, tanquam insania orationis.*

Insanio, is, *desipio, mentem amitto, alienus sum a sanitate, sanus non sum, μαίνομαι, ἐξίστημι, μελαγχολάω.* Pro S. R. 33. Homo longe audacissimus, et quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipse quoque insaniunt, insanissimus. 3. Tusc. 8. Qui in morbo sunt, sani non sunt, et omnium insipientium animi in morbo sunt: omnes insipientes igitur insaniunt. 8. Att. 10. Nisi ego insanio, stulte et incaute omnia agi judico. Or. 224. In alieno insanus insanisti. Ver. 4. 39. Insanire ac furere videris. 3. Tusc. 18. Omnes insipientes igitur insaniunt. 9. Fa. 21. Ain tandem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses. Pro Sest. 23. Qui vaticinari atque insanire dicebat.

Insanitas, tis, *ἀφροσύνη.* 3. Tusc. 9. Insipientia autem quasi insanitas quædam. *Ibid.* 8. *Lege,* Insania. 13. Att. 29. Nec tamen illum insaniturum puto.

Insanus, a, um, *non sanus, amens, furens, fanaticus, vesanus, alienus a sanitate, a constantia, a mente atque a se discedens, qui suæ mentis compos non est, cui sanitas non est, cui mens a sua sede et loco dimota est, qui non est in potestate mentis, qui de potestate exivit: id est, de consilio, de ratione, de mente, ἄφρων, μανικός.* 4. Acad. 52. Quod idem contingit insanis, ut et incipientes furere sentiant, et dicant aliquid, quod non sit, id videri sibi, et cum relaxentur, sentiant, &c. Orat. 224. Pro S. R. 33. Homo insanissimus. Pro Mil. 45. Insanissima concio. 2. de Div. 122. Hoc est scriptoris non furentis, non insani, sed diligentiam adhibentis. Pro Sest. 16. Homo fraternis flagitiis, sororis stupris insanus. 2. de Orat. 305. Si quis mihi male dicit, petulans et plane insanus videtur.

Grandis. Pro Mil. 86. Aræ quas ille cæsis lucis substructionum insanis molibus oppresserat.

SYNTAXIS. *In optimos insanus. Insana concio. Insanus stupris. Petulans et insanus.*

Insatiabilis, le, *ἀκόρεστος, ἄπληστος.* 2. de N. 98. Quorum omnium multitudo insatiabili varietate distinguitur. 5. Tusc. 70. Insatiabili gaudio completus. 1. 44. Insatiabilis cupiditas veri videndi. 2. de N. 155. Nulla insatiabilior species. 11. A. 8. Insatiabilis crudelitas. 4. de Fin. 12. Insatiabilis voluptas. 1. de Fin. 44. Cupiditates enim sunt insatiabiles. Hortens. Cæli signorum admirabilem ordinem insatiabilemque pulchritudinem magis spectant.

Insaturabilis, le, *insatiabilis.* Pro Sest. 110. Insaturabile abdomen.

Insaturabiliter, *sine satietate, ἀπλήστως.* 2. de N. 64. Saturnus annis præteritis insaturabiliter expletur.

Insciens, tis, *imprudens, ἀγνοῶν.*)(. *sciens.* 1. Att. 2. Chrysippus discessit a puero insciente me. Pro Cor. 13. Utrum insciens fecit, an sciens? 8. Fam. 23. Illo absente et insciente migrare. 1. de Inv. 48. et 1. Fam. 9. Insciente collega. 3. 12. Ego vero velim mihi Tulliæque meæ, &c. prospere evenire ea, quæ, me insciente, facta sunt a meis.

Inscienter, *imprudenter, ἀμαθῶς.* Top. 33. Inscienter facere aliquid. 4. Acad. 17.

Inscientia, æ, *ipsum non scire, inscitia, ἄγνοια, ἀμαθία.*)(. *scientia.* 3. de Nat. 90. At Deo ne excusatio quidem est inscientiæ. Pro Syl. 40. Vos mihi in tantis tenebris erroris et inscientiæ clarissimum lumen prætulistis. 1. de Orat. 203. Is non solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem mearum magnitudinem perspicit. 4. Acad. 147. Inscientia multa versatur in vita.

SYNTAXIS. *Insciens fecit. Erroris et inscientiæ tenebræ. Inscientia multa versatur in vita.*

Inscite, *imperite, ἀπείρως.*)(. *scite.* 2. de Div. 30. Democritus non inscite nugatur ut physicus. 3. de Fin. 25. Inscite facere aliquid. 2. de Nat. 36. Quid autem est inscitius, quam id non optimum dici? 2. de D. 127. Quid inscitius autem est, quam, &c.

Inscitia, æ, *imprudentia, inscientia, stultitia, ἀμουσία, ἀπαιδευσία.* 1. de Inv. 41. Imprudentia in purgationem confertur: cujus partes sunt inscitia, casus, necessitas. *Ibid.* 2. Propter errorem et inscientiam. 1. Off. 122. Ineuntis ætatis inscitia senum regenda prudentia est. 1. de C. 118. Non rerum vitio, sed interpretum inscitia. De Fat. 38. O miserabilem inscitiam disserendi! De Prov. 11. Inscitia negotii gerendi. 1. Off. 144. Inhumanus videatur temporis inscitia. 1. de Orat. 99. Non superbia neque inhumanitate, sed hujus disputationis insolentia, atque harum rerum inscitia. De Cl. 67. Sed in nostris inscitia est. 3. de Orat. 140. Inscitia loquendi.

ADJUNCTA. *Miserabilis, similis, summa.*

Inscius, a, um, *insciens, rudis, imperitus, ἀγράμματος, ἀνεπιστήμων.* Pro Pl. 40. Tu, me ignaro, nec opinante, inscio, notes et tuos et tuorum necessarios? De Cl. 291. Socrates se omnium rerum inscium fingebat et rudem. 9. A. 10. Quem vos ad mortem inscii misistis. 5. de Fin. 51. Nec vero sum inscius, esse utilitatem in historia. 2. de L. 13. Præcepta quæ inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserunt. De Opt. 11. Aliquem inscium faciendi, cum aliqua solertia judicandi adhiberi ad probandum aliquid.

SYNTAXIS. *Ignarus, nec opinans, et inscius. Inscius, et rudis. Inscius, et imperitus. Faciendi inscius.*

Inscribo, bis, *incido, imprimo, ἐγγράφω, ἐγχαράττω.* 4. Att. 1. Ea inscribam brevi,

quæ te arbitror velle cognoscere: *id est, in epistola scribam.* 15. Fam. 20. Oratorem meum, sic enim inscripsi, &c. 5. Tusc. 73. Epicurus, qui tantummodo induit personam Philosophi, sibi ipse hoc nomen inscripsit. 3. de Orat. 120. Eosque libellos rhetoricos inscribant. Pro Ar. 26. et 1. Tusc. 34. In illis libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. De Arusp. 58. Qui vestris monumentis nomen suum inscripsit. 2. de Orat. 355. Ut tibi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo inscribere videantur. 12. Fam. 3. In statua, quam posuit in Rostris, inscripsit, Parenti Opt. Mer. 5. Tusc. 101. Quid aliud in bovis sepulchro inscriberes? 2. de Div. 86. Qui robur illud cecidit, dolavit, inscripsit.

Inscribor, eris. 2. Off. 87. Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur. De Clar. 205. Oratio Cottæ pro lege Varia, quæ inscribitur. 2. Off. 30. Sed de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. 4. Acad. 12. Antiochus contra suum doctorem librum edidit, qui Sosus inscribitur. Ver. 2. 167. Statuas equestres poni inscribique jussisti. 1. Tusc. 57. In eo libro qui inscribitur, Memnon. I. P. 92. Ut esset quod in basi trophæorum incidi inscribique posset. 2. A. 87. Atque etiam inscribi jussit in fastis, Cæsari Dictatori perpetuo.

Inscriptio, onis, *titulus, ἐπιγραφή, πρόγραμμα.* 16. Att. 11. Quod de inscriptione quæris, non dubito, quin *καθῆκον* officium sit: sed inscriptio plenior de officiis. Topic. 1. Inscriptio libri. 1. Qu. Fratr. 1. Cumque ego egissem de istis operibus et inscriptionibus, perbenigne mihi respondit. Pro Dom. 51. Quid operum publicorum exactio, quid inscriptio nominis tibi? 13. A. 9. Decernere alicui statuam in rostris cum inscriptione præclara. Pro Dom. 81. Inscriptionem statuæ refellere.

Adjuncta. *Falsa, plenior, præclara.*

Inscriptus, a, um, *insignitus.* Pro Dom. 100. Sepulchrum inimico nomine inscriptum. 6. Att. 3. Puer legit epistolam inscriptam patri suo. 8. 5. Tu fasciculum, qui est M. Curio inscriptus, velim cures ad eum perferendum. 2. de Orat. 61. Deceptus indicibus librorum, qui sunt fere inscripti de rebus notis, &c. 2. de Div. 1. In eo libro qui est inscriptus Hortensius. Pro Dom. 68. Nihil esse inscriptum, aut posse valere dixit. *Ibid.* 137. Ut si quæ essent incisæ aut inscriptæ literæ, tollerentur. 6. A. 12. Equestris statua inaurata, in qua inscriptum est, Quinque et triginta tribus. Patrono. 1. C. 32. Sit inscriptum in frontem uniuscujusque, quid de rep. sentiat. 5. Tusc. 64. Versus in monumento inscripti. 2. de Orat. 240. In omnibus parietibus inscriptas fuisse literas, tria LLL. duo MM. Pro Dom. 68. Nihil esse inscriptum de meo nomine.

Syntaxis. *Nomen sibi inscribere. Orator meus, sic enim inscripsi. In libris nomen inscribere. Inscribere nomen monumentis. Inscribere aliquid in statua. Xenophontis liber, qui Œconomicus inscribitur. Inscribere statuas. Incidere et inscribere aliquid in basi alicujus ædificii. Inscribere in fastis. Sepulcrum inimico nomine inscriptum. Epistola inscripta alicui. Liber inscriptus de rebus notis. Versus in monumento inscripti. Statua cum inscriptione præclara.*

Insculpo, is, *imprimo, inscribo, ἐγχαράττω, ἐγκολάπτω.* 1. de Nat. 45. Natura insculpsit in mentibus nostris, ut deos beatos haberemus.

Insculptus, a, um. 2. 12. Omnibus innatum est, et in animo quasi inculptum, esse deos. 2. de D. 85. In robore insculptas fuisse priscarum literarum notas. 4. Acad. 2. Ut literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus: sic ille in animo res insculptas habebat.

Syntaxis. *In animo insculpere. Innatum, et in animo insculptum.*

Inseco, as, *incido, seco; ἐντέμνω.* 4. ad Her. 63. Aliquem ore attingere, et dentibus insecare.

Insectandus, a, um. 14. Att. 14. Semper ita statui, non esse insectandos inimicorum amicos.

Insector, aris, *consector, insequor, peto, agito, exagito, ἐπιδιώκω, ἐμπαίζω.* 2. de D. 144. Aquila insectatur et agitat alias aves. Pro Mur. 21. Servius agitat rem militarem, insectatur totam hanc legionem. 1. de Leg. 40. Furiæ agitant et insectantur impios. 1. Att. 13. Insectari et exagitare aliquem. 1. de Nat. 5. Inimice insectari aliquem. 2. de Fin. 80. Insectari aliquem maledictis. Pro Planc. 48. Etiam atque etiam insto, urgeo, insector. Pro Font. 1. Insector ultro, atque insto accusatori, judices, insector, inquam, et flagito testes. Ad Br. 2. Insectarer Antonios. De Am. 57. Acerbius in aliquem invehi, et eum insectari vehementius. 1. Att. 18. Quomodo sum insectatus levitatem senum. 10. 1. Aut nos temeritatem bonorum sequamur, aut audaciam improborum insectemur. Ad Brut. 4. Miserorum fortunam insectari. 5. Att. 17. Ibi forum agit, cum ego sum in provincia: quam ejus injuriam non insector. Ad Br. 17. Insectari dolores alicujus.

Adverb. *Inimice, insolenter, petulantissime, obscure, vehementius.*

Syntaxis. *Insectari aliquem maledictis. Insectari et agitare. Insectari et exagitare. Instare, urgere, insectari. Invehi in aliquem et insectari eundem.*

Insedatus, a, um, *commotus, ἄστατος.* Part. 77. Grave, insedatum, turbulentum.

Insepultus, a, um, *inhumatus, ἄταφος, ἄθαπτος.* 4. C. 11. Cerno animo miseros atque insepultos acervos civium. 1. de Inv. 108. et 14. A. 33. Vestra virtus nec oblivione eorum qui sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. 1. A. 5. Qui illam insepultam sepulturam effecerant.

Insequens, tis, *consequens*, ἑπόμενος. X. *antecedens.* Orat. 150. Concursus extremorum verborum cum insequentibus primis. Orat. 190. Postremum ad verbum primam rursus syllabam adjunxit insequentis.

Insequor, eris, *sequor, et subsequor, excipio*, ἕπομαι, διώκω, ἀκολουθέω. 7. Att. 23. Ecce Cassii literæ, Vibullium e Piceno currere ad Cn., confestim insequi Cæsarem. De Cl. 41. Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. 14. A. 23. Grave bellum Octavii insecutum est. Ver. 3. 51. Pergam atque insequar longius. 2. de Div. 52. At mors insecuta Gracchum est. 2. de Orat. 10. Nec vero te rhetoricis quibusdam libris insequor, ut erudiam. 9. Fam. 21. Deinde Carbones insequuntur. Orat. 161. Quinetiam postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. 1. de Fin. 50. Suspicio insequitur facta improborum. Con. Qu. Metel. Sic insequar fugientem.

Prosequor. Pro Rab. 21. Insequi aliquem. 2. A. 21. stricto gladio. Pro Sest. 25. irridendo. 15. Att. 15. contumelia. 8. Fa. 4. clamore.

Adverb. *Acriter, longius, necessario, undique.*

Syntaxis. *Insequi aliquem stricto gladio, irridendo, contumelia, clamore.*

Inserendus, a, um, *afferendus.* Pro Cæl. 76. Amputanda plura sunt illi, quam inserenda.

Inserens, tis, *imponens, injiciens.* Ver. 4. 37. Homini jam collum in laqueum inserenti subvenisti.

Insero, is, *impono*, ἐμφυτεύω, ἐντίθημι, ἐντίθημι. 2. de Orat. 162. Omnia minima mansa nutrices infantibus pueris in os inserere. 3. ad Her. 24. Ut eas res inserere atque intersecare videamur in animis auditorum. 2. de Inv. 161. Naturæ jus est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit.

Jungo, συνάπτω. De Univer. 38. Cum animis corpora cum necessitate insevisset.

Inseror, reris. 1. de Orat. 114. Hæc quidem inseri et donari ab arte non possunt.

Insertus, a, um. 6. Fam. 12. Nihil est a me insertum temporis causa. *alias*, inservitum.

Inservio, is, *servio, operam do, navo*, ὑπηρετέω, ὑπουργέω. 1. Off. 49. A quo enim plurimum sperant, ei potissimum inserviunt. Pro Mar. 29. Huic tu inservias, huic te ostentes oportet. 9. Att. 4. Optimatibus tuis nihil inservio. 1. de Orat. 113. Nec dici potest, plures cæteris artibus inservire, aut, &c. Orat. 68. Tum etiam nonnullorum voluptati vocibus magis, quam rebus inserviunt. 2. de Fin. 117. Inservire suis commodis. 11. Fam. 4. Inservire communi commodo. 3. 13. Inservire honori alicujus.

Adverb. *Fideliter, studiose.*

Insidens, tis, *inhærens.* 4. Tusc. 84. His malis insidentibus, beati esse non possumus.

Insideo, es, *hæreo, inhæreo*, ἐγκάθημαι, ἔγκειμαι. 2. de Nat. 128. Cum in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese. 2. de Orat. 122. Nihil unquam audivi, quod non in memoria mea penitus insederit. *Themistoclis dictum.* Pro Cor. 4. Oratio quæ non prætervecta est aures vestras, sed in animis omnium penitus insedit. 2. Tusc. 11. Facile in animo forti contra mortem habita insedit oratio. Pro Pomp. 7. Macula, quæ penitus jam insedit, itaque inveteravit in populi Rom. nomine. Pro Ar. 29. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ, &c. Pro Mil. 69. Si tibi ita penitus jam insedit ista suspicio, nullo ut evelli modo possit. 5. Fam. 13. Hæc cogitatio penitus insederat. 2. de Nat. 68. Dii penates dicti, eo quod penitus insident. 1. Att. 9. Magnum quiddam, quod in animo ejus insederit. Orat. 9. Sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximiæ. *Ibid.* 18. Insidebat videlicet in ejus mente species eloquentiæ. *Ibid.* 14. Insedisse quasdam odiosas suspiciones. Ver. 3. 95. In quibus si ex ipsorum domestico incommodo nullus insedit dolor, tamen, &c. Pro Deiot. 8. In exulcerato animo facile fictum crimen insidet. 1. de L. 47. Voluptas, quæ penitus in omni sensu implicata insidet. 4. Tusc. 24. Cum hic fervor mentis inveteraverit, et tanquam in venis medullisque insederit. De Un. 39. Cum illa, quæ ex elementis turbulenta, et rationis expertia insederint, ratione depulerit. 2. de Orat. 197. His tribus figuris insidere quidam sanguine diffusus debet color.

Syntaxis. *Insidet semen in utero, res in memoria, macula in nomine, in animo dictum, domesticis pax, alicui suspicio. Insidet suspicio, opinio penitus. Ex hac re nullus insidet dolor. Voluptas in sensu implicata insidet. In venis medullisque insidet. Figuris insidet color.*

Insidiæ, arum, *fraus*, ἐνέδρα, λόχος, ἐπιβουλία. Ver. 2. 41. Cum omnes insidias a prætore fortunis meis fieri viderent. Pro Deiot. 21. Quid ille signa ænea in insidiis posuerat? *Ibid.* et pro Mil. 23. Facere insidias alicui. 1. Off. 35. Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. 2. C. 1. Cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus. 1. Off. 109. Qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant. 2. 26. Alexander Pheræus ex insidiis interiit. 13. Att. 10. Marcellinus insidiis interfectus est. 2. cont. Rull. 48. Isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. Pro Plan. 71. Nullas insidias mihi ab illis fuisse dixisti. *Ibidem.* 100. Isque insidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. 3. Off. 99. Ex insidiis capi. Orat. 38. Non ex insidiis, sed aperte ac palam facere aliquid. Pro Dom. 59. Per insidias interficere aliquem. Pro Cæl. 67. Milites ab imperatore in insidiis locati. Pro Qu. R. 46. Tendere insidias alicui. 1. de Leg. 47. Animis omnes tenduntur insidiæ,

Pro Mil. 27. Clodius ante suum fundum Miloni insidias collocavit. 2. C. 6. Qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendiorum depoposcit. Pro S. R. 26. Parare insidias vitæ alicujus. *Ibid.* 98. Ponere insidias. Pro Cluent. 189. Instruere insidias in aliquo loco. *Ibid.* 46. Comparare insidias alicui per aliquem. 1. de Orat. 210. De insidiis faciendis atque vitandis. Orat. 107. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. *Ibid.* 208. Compositæ orationis insidiis fidem auditoris attentare. Pro Cæcin. 84. In iis ipsis intercludere insidiis, quas mihi conaris opponere. Pro Qu. R. 51. et 1. cont. Rull. 25. Fraus et insidiæ. *Lege*, Circumscriptio. 10. Fam. 31. Tutus ab insidiis inimicorum. Incert. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine.

Adjunct. *Clariores, crudeles, tantæ, et tam absconditæ, domesticæ, fictæ, manifestæ, occultæ, urbanæ, multæ, nefariæ, occultiores, quotidianæ, præsentes.*

Syntaxis. *Insidias fieri, facere. Conjicere in insidias. Ponere in insidiis. Ex insidiis agere, interire. Insidiis interfici. Insidias ponere abstrusas contra aliquem, et alicui. Insidiæ sunt bonis viris a pravis. Ex insidiis capi, facere. Necare per insidias. Locare in insidiis. Insidias tendere, collocare, parare, ponere, instruere, comparare, adhibere. Insidiis intercludere.*

Insidiandi. Pro Deiot. 19. Nullus erit alius insidiandi locus. 1. de Orat. 136. Quod neque precibus unquam, nec insidiando, nec speculando assequi potui. 1. C. 26. Vigilare ad insidiandum somno maritorum.

Insidiator, oris, ἐπίβουλος, ἔφεδρος, ἀπατηλός. 2. C. 27. Nullus est portæ custos, nullus insidiator vitæ. Pro Mil. 19. Insidiator erat in foro collocatus. 4. ad Her. 23. Insidiator bonorum.

Insidior, aris, *insidias facio, pono, tendo, periculum intendo, insidias adhibeo, paro, comparo, molior, oppono, instruo, observo*, ἐπιβουλεύω, δολοφονέω. Pro Mil. 38. Hæc sica intentata est nobis, hæc insidiata Pompeio est. 1. C. 11. Mihi Catilina insidiatus est. Orat. 210. Non enim id agit, ut insidietur et observet, sed faveat, &c.

Insidiose, *ex insidiis*, ἐπιβούλως. 1. Qu. Frat. 3. Is me sceleratissime insidiosissimeque tractavit. Pro Mil. 67. Insidiose fingere aliquid. Pro R. 33. Insidiose redire in gratiam cum aliquo.

Insidiosus, a, um, *fraudulentus, dolosus*, ἐπίβουλος, ἔνεδρος. 8. Att. 25. Hujus insidiosa clementia delectantur, illius iracundiam reformidant. 13. Fam. 10. Perfidiosus, insidiosus, fallax. Pro Dom. 29. Apertis inimicis obsistere, insidiosis amicis non credere. 2. C. 28. In tanto ac tam insidioso bello. 2. cont. Rull. 7. Insidiosæ nonnullorum simulationes.

Syntaxis. *Insidiatur Cæsari sica. Insidiari et observare. Sceleratissime, insidiosissimeque tractare aliquem. Perfidiosus, insidiosus, fallax.*

Insigne, gnis, *signum, indicium, nota, monumentum, ornamentum*, σημεῖον, καλλώπισμα, ἐπίσημον. 1. Att. 3. Minerva singulare est insigne ejus gymnasii. Ver. 1. 152. Bulla erat ornamentum pueritiæ, indicium et insigne fortunæ. 1. Qu. Frat. 1. Majora præferant fasces illi et secures dignitatis insignia quam potentiæ. Pro Sest. 17. Qui ad extinguenda omnia jura se illis fascibus cæterisque insignibus summi imperii atque honoris ornatos esse arbitrantur. 10. Fam. 13. Insignibus gloriæ delectari. *Ibid.* 12. Hæc omnia collecta inimicissimis splendoris insignibus. Pro Sul. 26. Sibi habeant honores, imperia, triumphos, et alia præclara laudis insignia. 2. cont. Rul. 32. Insignia videtis potestatis, id est, stipatores, scribas, ministros. Orat. 134. Quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appellantur insignia: non quod sola ornent, sed quod excellant. Pro Syll. 88. Omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta ceciderunt. Pro Sest. 57. Rex sedens cum purpura, et sceptro, et insignibus illis regiis, &c. 1. de Div. 75. Stellæ aureæ insignia Castoris et Pollucis. Pro Sest. 58. Hunc Cn. Pompeius erexit, atque insigne regium, quod ille de suo capite abjecerat, reposuit. I. P. 18. Mœrorem relinquis, mœroris aufers insignia: *id est, vestitum atrum.* 3. Fam. 13. Multi insignia virtutis etiam sine virtute assecuti sunt. I. P. 63. Virtutis insignia contemnere. 1. de Div. 30. Lituus, quod clarissimum est insigne auguratus. 1. cont. Rull. 6. His insignibus atque infulis imperii venditis. *Ibidem.* 19. Magistratus, Senatus, consilium commune, et omnia denique reipub. insignia. I. P. 73. Toga pacis est insigne et otii. 6. A. 2. Si omnia gravissimi belli insignia suscepta a Senatu viderent. 3. A. 12. Si Cæsar ab eo insigne regni accipere voluisset. Pro R. P. 25. Rabirium sæpe palliatum fuisse, et aliqua habuisse non Romani hominis insignia. 2. de Orat. 36. et de Claris. 274. Orationem variare atque distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus. 3. de Orat. 94. Insignia et lumina in oratione disposita, et flores. 3. C. 26. Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo. 2. de Inv. 70. Æterna insignia posteris relinquere. 3. de Orat. 131. Quod erat insigne, eum, qui id faceret, facere copiam, &c. *id est, quod erat signum.* 4. Acad. 36. Ut enim confidant, nullum his esse debebit insigne veri: *id est, signum vel nota.*

Adjunct. *Æternum, amplissimum, bellicum, clarissimum, inane, inimicissimum, majus, obscurum, et vere oppressum, præclarum, regium, singulare.*

Syntaxis. *Indicium et insigne. Stipatores, scribæ, ministri, potestatis insignia. Insigne ac ornamentum. Insigne regium, diadema. Toga pacis insigne et otii. Insignia et lumina*

orationis. Honoris insignia, et laudis petere monumenta. Statuere insignia, assequi, contemnere, suscipere, accipere, habere, disponere.

Insignis, gne, *manifestus, clarus, apertus, nobilis, nobilitatus, conspiciendus, notatus,* ἐπίσημος, γνώριμος, ἐπιφανής. 1. de Nat. 12. Dii, quorum insignem vim et illustrem faciem videmus, solem dico et lunam. *Ibid.* Habere visum quendam insignem et illustrem. De Am. 102. Virtutem alicujus posteris fore claram et insignem. Qu. de Pet. 10. Qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam vitiis nobiles. De Arusp. 36. Maxime insigne atque illustre perjurium. Pro Dom. 43. Acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? Orat. 44. Res insignis ad maximam laudem. 2. de Orat. 259. Hoc insigni aliqua et nota re notari volo. *Ibid.* 273. Nam nec insignis improbitas, nec rursus miseria insignis agitata ridetur. 1. Acad. 44. Insignis temeritas. 2. de Orat. 90. Illa, quæ insignia ac plane vitiosa sunt, consectari imitando. Ver. 4. 66. Os hominis, insignemque impudentiam cognoscite. Pro Cæc. 37. In re tam insigni tamque atroci. Pro Rab. 24. Homo insignis omnibus notis turpitudinis. 1. Att. 10. Literæ insignes amoris notis. 1. Qu. Fr. 1. Caveamus, ne quod in nobis insigne vitium fuisse dicatur. 14. Att. 14. Ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuit unquam. Orat. 218. Numerus apertus et nimis insignis. 3. ad Her. 38. Ita fit in imaginibus, ut quæ nobis diligenter notæ sint, eæ parum videantur insignes aliis. 3. de Fin. 28. Cui contingit ut jure laudetur, habet insigne quiddam ad decus et ad gloriam. *Ibid.* 13. Ut hoc quoque pluribus nominibus insigne faciamus. 4. Acad. 100. Neque tamen habere insignem illam et propriam percipiendi notam. De Prov. 35. In Capitolium cum insigni laurea invehi. 7. Fam. 6. Cum aliquo insigni indicio meæ erga te benevolentiæ.

Syntaxis. *Insignis Dei vis. Visus alicujus insignis et illustris. Vir genere insignis. Insigne ac illustre perjurium. Res ad laudem insignis. Imitari insignia et vitiosa. Res insignis et atrox. Nota turpitudinis insignis. Epistola insignis amoris notis. Habere quiddam insigne ad gloriam. Pluribus nominibus insigne facere. Indicium benevolentiæ insigne.*

Insignite, *insigniter, aperte,* ἐπισήμως. Pro Qu. 73. Nec tamen quisquam inventus tam insignite improbus, qui, &c.

Insigniter, *insignite,* ἐξαιρέτως. 3. A. 10. Quis unquam fuit tam insigniter impudens? Part. 80. Amicos præcipue atque insigniter diligere. 2. de Orat. 349. Insigniter atque aspere vituperari. 3. ad Heren. 29.

Insignitus, a, um. 2. de Orat. 358. Utendum est imaginibus agentibus, acribus, insignitis. 1. de Div. 64. In quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant. Top. 27. Quædam conformatio insignita atque impressa intelligentia. 3. ad Her. 37. Quo magis insignita sit forma.

Syntaxis. *Insignite improbus. Insigniter diligere. Insigniter et aspere vituperare. Imago agens, acris, insignita. Insignita conformatio et impressa intelligentia.*

Insimulatus, a, um, *accusatus.* Pro Clu. 153. At is et ex serrula insimulatus, et a puero conscio indicatus est.

Insimulo, as, *accuso, criminor, arguo,* ἐπικαλέω, ἐγκαλέω, κατηγορέω. Ver. 1. 128. Fannius Verrem insimulabat avaritiæ et audaciæ. 4. Acad. 32. Queruntur etiam, quod eos insimulemus omnia incerta dicere. 1. Tusc. 82. Nemo id quidem dicit, etsi Democritum insimulat Epicurus, Democritici negant. 3. 64. Peccatique se insimulant, quod dolere intermiserint. 2. A. 99. Probri insimulasti pudicissimam fœminam. 10. Att. 19. De diplomate admiraris, quasi nescio cujus te flagitii insimularem. Ver. 5. 106. Insimulare aliquem falso. 3. Off. 97. Insimulant eum tragœdiæ simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. Ver. 5. 152. Malo quod tu defendis, his judicibus, populoque Rom. quam id, quod ego insimulo, probari. Pro Cæc. 3. Quod ego injuratus insimulo.

Insimulor, aris. Ver. 5. 15. Cum magnæ pecuniæ villicus impulsu tuo insimularetur. De Cl. 85. Cum in sylva facta cædes esset, insimulareturque familia. 2. ad. Her. 6. Aut alios quoque id, quod ipse insimuletur, facere potuisse. Ver. 4. 33. Cum Verres cupiditatis insimularetur, &c. 7. Fam. 13. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Pro Cluent. 153.

Syntaxis. *Insimulare aliquem audaciæ, magnæ pecuniæ, cupiditatis. Insimulare falso.*

Insinuatio, onis, *circuitio,* εἰσαγωγή. 1. de Inv. 20. Exordium in duas partes dividitur, in principium, et insinuationem. *Ibid.* Insinuatio est oratio, quadam dissimulatione et circuitione obscure subiens auditoris animum. 2. 20. 1. ad Her. 6. Principium, quod Græce προοίμιον appellatur: insinuatio, quæ ἔφοδος nominatur. 1. ad Her. 11. Insinuatio ejusmodi debet esse, ut occulte per dissimulationem aut benevolum, aut docilem, aut attentum faciamus auditorem.

Insinuo, as, *influo,* δημαγωγέω, καταπραΰνω. 1. de Orat. 90. Ita nati sumus, ut et blandiri et suppliciter insinuare possimus. 2. 149. Ut se penitus insinuet in causam, diligentia est. 1. ad Her. 10. Ergo his rebus nos insinuabimus ad causam. 5. Tusc. 34. Zeno insinuavit se in antiquam Philosophiam. Pro Cæc. 13. et Ver. 3. 157. Insinuare se in familiaritatem alicujus. Pro Cl. 36. Penitus immergere se in consuetudinem alicujus. 2. cont. Rul. 12. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, &c. Ad Br. 16. Futura quoque, nisi ante sit occursum, explores, ne se insinuent. De Am. 99.

Callidus ille et occultus ne se insinuet, studiose cavendum est.

Adverb. *Familiariter, penitus, suppliciter.*

Syntaxis. *Blandiri et suppliciter insinuare. Insinuare se penitus in causam, et ad causam, in Philosophiam, in sermonem. Cave, ne ille se insinuet. Insinuare se in familiaritatem alicujus.*

Insipiens, tis, *stultus, excors, vecors,* ἀγνὼν, ἄφρων, μωρός. 2. de Fin. 50. Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere. De Amic. 54. Nihil insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. De Senect. 80. Nec animum tuum esse insipientem, cùm ex insipienti corpore evasisset. 12. A. 5. Cujusvis hominis est errare, nullius nisi insipientis in errore perseverare. De Senect. 14. Sua enim vitia insipientes, et suam culpam in senectutem conferunt.

Insipienter, *stulte,* ἀνοήτως. De Senect. 68. Insipienter sperare aliquid.

Insipientia, æ, *stultitia, dementia,* ἄνοια, ἀφροσύνη. 3. Tusc. 9. Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi: insipientia autem quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademque dementia. 4. de Fin. 21. 3. Tuscul. 68. Nec insipientia ullum majus malum est.

Insistendum, *quiescendum.* Orat. 221. Ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum.

Insistens, tis. 2. de Div. 128. Naturam eam dico, qua nunquam animus insistens, agitatione ac motu vacuus esse potest.

Adnixus. 1. de Leg. 15. Crebro insistens, interdum acquiescens.

Insisto, stis, *consisto,* ἐνέχω, ὑφισταμένω. 12. A. 8. Exercitus si pacis nomen audierit, ut non referat pedem, insistet certe. Orat. 207. Ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quod insistat in singulis perfectis, absolutisque sententiis. 3. de Orat. 190. Oratio ne insistat interius, ne excurrat longius. Ver. 3. 172. Insistere singulis gradibus. 4. de Fin. 45. A communibus initiis progredientem videre, ubi primum insisteret, et unde causæ controversia nasceretur. 4. Acad. 94. Si negas, te usque ad obscura progredi: illustribus igitur rebus insistis. Orat. 170. Quid est, cur claudicare aut insistere orationem velint? *Ibid.* 187. Circuitus incitatior numero ipso fertur, donec perveniat ad finem, et insistat.

Sum, ἔνειμι. Ver. 4. 110. Insistebat in manu Cereris dextra simulachrum Victoriæ. De So. 15. Cingulus australis, in quo qui insistunt, adversa nobis urgent vestigia. 1. de Nat. 24. In qua non video, ubi beata vita possit insistere. *i. in qua celebritate.* Top. 93. Status, in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.

Urgeo, ἐπείγω. 4. Acad. 80. Confidere suis testibus, et importune insistere. 3. de Orat. 166. Atque imperii insistent jugo. *Ibid.* 174. Quonam igitur modo tantum munus insistemus, ut, &c. Pro Sest. 141. Qui in tanta gloria insistunt, ut eis omnia humana leviora videri debeant.

Maneo, consisto, quiesco. Orat. 222. Si membratim volumus dicere, insistimus. 3. de Orat. 6. Vestigium illud, in quo ille postremum institisset. Pro Cæl. 41. Via lubrica, in qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix possis. 1. de Nat. 54. Animus nullam oram ultimi videt, in qua possit insistere. 2. 54. Ad quoddam tempus insistere. *Ib.* 103. Stellæ sæpe insistunt. 1. Tus. 43. Animus ignibus insistit, &c. 4. 40. Nec cohibere se potest, nec quo loco vult, insistere omnino. 5. de Fin. 75. Quæ cum dixisset, paulumque institisset, Quid est, inquit, &c. 3. de Orat. 30. Quibus vestigiis primum institi, in iis fere soleo perorare.

Syntaxis. *Insistere singulis gradibus, vestigiis. Importune insistere. Stellæ insistunt. Paulum quæso insiste. Pervenire ad finem, et insistere. Oratio, quæ claudicat, aut insistit; quæ insistit interius, aut excurrit longius. Insistere in vestigio, in via lubrica.*

Insitio, onis, ἐμφυτεία. De Sen. 54. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones.

Insitivus, a, um, *non nativus, insitus,* ἔμφυτος. Pro Sest. 101. Cumque insitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ censu prohibuisset. *aliter,* insititius.

Insitus, a, um, *innatus, ingenitus, ingeneratus, inhærens, inustus* .)(. *Assumptus, adventitius,* ἐντεθείς, ἔμφυτος, εἰσηγμένος. Ver. 3. 177. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi. 4. 106. Id animis eorum insitum atque innatum videtur. 1. de Nat. 44. Quoniam insitas deorum vel potius innatas cognitiones habemus. Pro Clu. 4. Evellam ex animis hominum opinionem tam penitus insitam. 1. de Fin. 31. Naturalis atque insita in animis nostris notio. 4. 4. Insita, vel potius innata cupiditas scientiæ. 1. Tusc. 57. Insitæ et quasi consignatæ in animis notiones. Orat. 133. Ea oratio in eam formam, quæ est insita in mentibus nostris, includi potest. Pro S. R. 53. Amorem illum penitus insitum ejicere ex animo. Ver. 5. 138. Hoc in anima sensuque nostro penitus affixum atque insitum est. Pro Font. 23. Insitas inimicitias hæ gentes gerunt cum populi Rom. nomine. 4. Tuscul. 26. Opinio inhærens et penitus insita. De Ar. 55. Inest hoc tempore odium insitum penitus, et inustum animis hominum. 1. de Leg. 18. Lex est ratio insita in natura. 1. Qu. Fr. 1. 31. Quod est penitus insitum moribus, id subito evellere. De Sen. 27. Quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet. I. P. 15. Huic populo est libertas insita.

Insertus. De Claris. 213. O generosam stirpem, et tanquam in unam arborem plura genera, sic in istam domum multorum insitam et illiminatam sapientiam! Pro Sest. 72. Alter in Lælios insitus subito. Orat. 97. Inserere novas opiniones, evellere insitas.

SYNTAXIS. *Insitum in natura malum. Insitum et innatum. Naturale et insitum. Insitæ et consignatæ in animo notiones. Affixum et insitum. Inhærens, et penitus insitum. Insitum et inustum animo. Inserere opiniones, evellere insitas.*

Insolens, tis, *imperitus*, ἀήθης, ἄπειρος. 1. de Orat. 207. Ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens. 2. Att. 21. Insolens infantiæ, insuetus contumeliæ.

Insolitus, σπάνιος. Orat. 26. Is nullum verbum insolens, neque odiosum ponere audebat. *Ib.* 29. Nihil insolens atque ineptum.

Superbus, elatus, ἀλαζονικός, ὑπερήφανος. Pro Mar. 9. Victoria quæ natura insolens et superba est. 2. Fam. 16. Insolens homo. 5. Tusc. 42. Insolens alacritas. Pro Sest. 119. Non sum tam insolens in dicendo, ut, &c. Pro Dom. 92. Non sum tam insolens, qui Jovem esse me dicam.

Cupidus, ἄμετρος. Pro S. R. 23. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena. 2. de Orat. 342. Non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia.

Molestus, ἀπειρόκαλος. *Ib.* 358. Ne in re nota et pervulgata multus et insolens sim.

SYNTAXIS. *Hujus rei ignarus ac insolens. Verbum insolens: id est*, non usitatum. *Insolens in pecunia. Victoria insolens natura. Insolens in dicendo. In re nota multus et insolens.*

Insolenter, *immoderate, arroganter, superbe*, ἀλαζονικῶς. 4. Fam. 3. Nihil faciam insolenter. 4. Tusc. 39. Efferre se insolenter. 1. Att. 13. Gloriari insolenter. 2. C. 20. Insolentius se jactare. 9. A. 7. Is autorem Senatus extinctum læte atque insolenter tulit. Orator. 176. Gorgias his festivitatibus insolentius abutitur. 2. A. 65. Insolenter statim helluo invasit, &c.

Raro, ὀλιγάκις. 1. de Inv. 43. Deinde natura ejus evenire vulgo soleat, an insolenter et raro.

Insolentia, æ, *intolerantia*, ἀλαζονεία, ἀπειροκαλία. Ver. 4. 89. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. 1. de Inv. 42. Ex insolentia arrogantia nascitur. 2. de Orat. 209. Non sunt tanti ulla ejus merita, quanta insolentia hominis, quantumque fastidium. Brut. 1. Is cœperat esse tanta insolentia, ut neminem liberum duceret. I. P. 24. Insolentia rerum secundarum. 10. Fam. 1. M. Antonius, cujus tanta est non insolentia solum (nam id quidem vulgare vitium est) sed immanitas, non modo ut vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cujusquam. 1. cont. Roll. 18. In ea vestri isti satellites modeste insolentiam suam continebunt. Pro Dom. 141. Quanquam et insolentia dominatus extulerat animos, et erat incredibili armatus audacia.

Consuetudo, usus, ἀσυνήθεια. 1. de Inv. 2. Primo propter insolentiam reclamantes. 3. de Orat. 41. Peregrina insolentia. De Clar. 283. Insulsitatem et insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit. 3. de Orat. 50. Tanta est insolentia ac turba verborum. 1. de Orat. 99. Non superbia, sed istius disputationis insolentia, atque harum rerum inscitia. Pro Deiot. 5. Moveor etiam loci insolentia. Pro S. R. 88. An is, qui propter fori judiciorumque insolentiam, non modo subsellia, verum urbem ipsam reformidat?

ADJUNCTA. *Intolerabilis, peregrina, perexigua, singularis, tanta.*

SYNTAXIS. *Facere insolenter. Efferre se insolenter. Insolentius se jactare, gloriari. Læte atque insolenter ferre alicujus interitum. Insolenter et raro. Ex insolentia arrogantia nascitur. Insolentia rerum secundarum. Insolentia verborum, disputationis, loci, fori judiciorumque.*

Insolitus, a, um, *insolens, insuetus*, ἀήθης, 2. de Or. 361. Quæ causa me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulit. 1. Tusc. 55. Insolitum domicilium. Pro Pomp. 3. Hæc insolita mihi ratio dicendi. *Ib.* 45. Mithridates insolita inflammatus gloria. Pro Corn. 36. Quasi vero priscum aliquod, aut insolitum verbum interpretaretur. De Clar. 281. Æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ. Pro Sest. 20. Insolitam lucem aspicere.

Insomnium, mnii, *somnium*, ἐνύπνιον. 7. Att. 22. Hæc metuo ne insomnia sint. De Sen. 44. Caret ergo vinolentia, cruditate, insomniis.

Inspectans, tis. 2. de Orat. 233. Qui agunt in scena gestum inspectante Roscio. 1. Fam. 9. Me inspectante hoc fecisti.

Inspectio, onis, ἐπισκοπή, ἐφορία. 2. A. 81. Nos enim nunciationem solum habemus, Consules etiam inspectionem.

Inspecto, as, *specto, video*, ἐπισκοπέω, ἐφοράω. Ad Brut. 4. Utinam inspectare posses timorem de illo meum.

Inspecturus, a, um. 13. Att. 28. Hortos quoniam hodie eras inspecturus, &c.

Insperans, tis, ἀνέλπιστος. Pro Mar. 22. Quibus tu salutem insperantibus reddidisti. 1. de Orat. 96. Insperanti mihi, &c.

Insperatus, a, um, *improvisus*, ἀπροσδόκητος. 3. Tusc. 28. Insperatum nec opinatum malum. 2. C. 20. Insperatæ repentinæque pecuniæ. 10. A. 24. Insperatum et repentinum præsidium. 4. P. 3. Insperatum consilium. 1. de Inv. 27. 1. ad Her. 13. Insperatum incommodum.

Inspergo, is, *perspergo, respergo*, καταπάσσω. 2. de Div. 37. Cor est in extis, jam abscedet, simul ac molam et vinum insperseris.

Inspiciendus, a, um. 1. de Orat. 249. Num igitur si fundus inspiciendus, aut si, &c. Or. 37. Genus ἐπιδεικτικὸν, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est. Pro Cæc. Tanquam si arma militis inspicienda sint.

Inspicio, is, *aspicio, considero*, ἐφοράω, κα-

ταπεινοῖν, σκέπτομαι. Pro Cor. 32. Reliqueras enim civitatem tuam, neque nostras leges inspicere potuisti. 13. Att. 1. Si hortos inspexeris, dederis mihi quod ad te scribam. 2. Qu. Fratr. 13. Maximæ mihi curæ erit, ut Ciceronem tuum videam, scilicet quotidie, sed inspiciam quid discat quam sæpissime. 2. A. 44. Visne igitur te inspiciamus a puero? sic opinor. Ver. 4. 64. Cupere se dicit inspicere. 3. de Leg. 38. Ne quis inspiciat tabellam. Pro Flac. 36. Nam ut signum publicum inspexit, dixit, &c. Pro Deiot. 19. Negavisti tum te inspicere velle. 9. Fam. 7. Prædium suum non inspexit.

Inspicior, eris. 3. de Fin. 62. In bestiis vis naturæ inspici potest.

Instabilis, le, ἀβέβαιος. 2. ad Her. 36. Instabilis fortuna. *Pacuvii*. 4. 45. Instabilis in istum plurimum fortuna valuit.

Instans, tis, *præsens tempus, punctum temporis*, ἐνεστὼς, ἐνστατός. De Fat. 27. Præterita ea dicimus, quorum superiori tempore vera fuerunt instantia: sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia. 1. Tuscul. 82. Totumque leve est. fit enim ad punctum temporis: id est, quod dicunt, In instanti.

Præsens, παρὼν. 2. ad Her. 8. Instans tempus. X. *Præteritum et consequens*.

Imminens, impendens, μέλλων, ἐπικείμενος. 4. Tuscul. 11. Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. *Ib*. 64. Instantia et sequentia. 3. ad Her. 3. Instans periculum. X. *Consequens*. 2. de Orat. 105. Genus causæ ex controversia facti, vel ex futuri, vel ex instantis. 11. A. 24. Si quidquam aliud vobis nisi de instanti bello cogitatum putabunt.

Instar, *quasi simile*, παραπλησίως, ὁμοιοτρόπως. Ver. 5. 43. Navis maxima triremis instar. *Ib*. 89. Navis quæ urbis instar habere inter alias videretur. 10. Att. 4. Epistola quæ voluminis instar erat. 1. Tuscul. 40. Terra ad universi cœli complexum quasi puncti instar obtinet. 15. Fam. 4. Fugerana, quæ fuit non vici instar, sed urbis.

Fere. 16. Att. 5. Mearum epistolarum nulla est συναγωγὴ, sed habet Tyro instar septuaginta.

Pro, ἀντί. De Clar. 191. Plato mihi unus instar est omnium.

Imago, exemplum. 10. Att. 1. Hæc est ἄλωσις, in qua nunc sumus mortis instar. 5. de Fin. 55. Hoc instar mortis puto. 2. Off. 69. Patrocinio vero se usos, aut clientes appellari, mortis instar putant. 9. Fam. 6. Equidem hos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto. Pro Rab. 24. Latere mortis erat instar turpissimæ. *Ib*. Esse instar furoris et sceleris. I. P. 52. Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii. 3. Qu. Fr. 1. Nemo istorum est, qui non abs te munus fundi suburbani instar expectet. 3. Off. 11. Omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habent. Orat. 44. Hæc magna sunt, et tanquam animi instar in corpore.

Instauratio, onis, *renovatio*, ἀνακαίνωσις. De Arusp. 23. Dii ludorum instauratione placantur.

Instaurativus, a, um. 1. de Div. 55. Itaque ludis intermissis instaurativi constituti sunt.

Instauratus, a, um, *refectus, restitutus, renovatus*. De Arusp. 21. Quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur. De Prov. 19. Ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus. 1. de Div. 55. Ludos illos iterum instauratos, memoriæ proditum est. Pro S. R. 153. Cavete, ne nova, et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur.

Instauro, as, *renovo*, ἀνακαινίζω. Act. 1. Ver. 11. Cum in Cn. Dolabellam scelus suum illud pristinum renovavit et instauravit quæstorium. Pro Dom. 6. Instaurare cædem. 1. Att. 10. Cum id sacrificium virgines instaurassent.

Instauror, aris. 2. Q. Fr. 6. Latinæ instaurantur.

Instigans, tis. I. P. 26. Cum mea domus ardebat ignibus injectis, instigante te.

Instigatio, onis, *permotio, impulsio*, παράκλησις. 2. ad Her. 47. Amplificatio instigationis auditorum causa sumitur.

Instigo, as, *sollicito*, παροξύνω. 3. ad Her. 26. Si eos vehementer instigare velimus.

Instillo, as, ἐνστάζω, καταλείβω. 2. Tusc. 25. Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ, quæ saxa assidue instillant Caucasi. *Poetæ*. De Senect. 36. Nam hæc quoque, nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. 9. Att. 6. Literæ tuæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt.

Instinctus, a, um, *instigatus*. Ver. 5. 187. Iste nefario quodam furore et audacia instinctus. Pro Dom. 141. Iste metus furore instinctus. De suis consil. Cum adolescentes tibiarum cantu instincti fores frangerent.

Instinctus, us, *instigatio, inflatus, afflatus*, ἐνθουσιασμός. 1. Tusc. 1. 61. Poetæ carmina non sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundunt. 1. de Div. 34. Oracula, quæ instinctu divino afflatuque funduntur. *Ibid*. 12. Aliquo instinctu inflatuque divino futura prænunciare. *Ibid*. 66. Cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur, &c.

ADJUNC. *Cœlestis, divinus*.

SYNTAXIS. *Metus furore instinctus. Instinctus, et inflatus. id est*, afflatus. *Cœlesti mentis instinctu carmina fundere. Instinctu inflatuque divino futura prænuntiare. Divino instinctu concitari*.

Institiones, *ab insistendo Cicero vocat, quas stationes stellarum Astrologi nominant*. 1. Tusc. 62. Quis errantium stellarum motus, cursus, progressiones, institiones notavit?

Instituendus, a, um. 5. de Fin. 86. Tecum mihi instituenda oratio est. 1. de Orat. 58. De legibus instituendis.

Instituens, tis. 3. 1. Instituenti mihi referre, &c.

Instituo, is, *constituo, decerno*, *νομίζω, ἀποδείκνυμι*. 6. Att. 8. Cum instituissem ad te scribere, calamumque sumpsissem. Ver. 4. 21. Piratæ aliquos sibi instituunt amicos. Pro Mur. 22. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Pro Clu. 18. Præsto est mulier audax, instituit accusatores, instruit testes. Pro Mur. 60. Iniquam legem et miseram conditionem instituit periculis hominum, si existimat, &c. 2. de Fin. 2. Quem morem Arcesilas revocavit, instituitque, ut hi, qui, &c. 13. Fam. 48. Instituere ea, quæ sequantur alii. Pro Font. 9. Fonteius portorium vini instituit. Pro Dom. 126. Instituere pœnam in alium.

Incipio, ἄρχομαι, ἐπιχειρέω. 7. Fam. 19. Itaque ut primum Velia navigare cœpi, institui Topica Aristotelica conscribere. 10. 16. Flagitare Senatus instituit Cornutum, ut referret, &c. 1. 1. Quod instituit referre de religione, et sæpe jam retulit, ab eo deduci non potest. 16. 20. Si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito firmus eris. 9. Att. 22. Hoc nescio quid nullo argumento proposito scribere institui. 3. Qu. Frat. 5. Libri, quos scribere institui, &c. Quin. de Pet. 52. Perge tenere istam viam, quam instituisti. 2. de Orat. 124. Perge ut instituisti. 1. de Invent. 51. Instituere sermonem vel orationem cum aliquo. Orat. 40. Isocrates primus instituit dilatare verba. Pro Flacc. 33. Cum Prætor sumptus instituit eos, qui antea non erant.

Ordino, compono, dispono, conflo, συνίσταμαι, συντάττω. Pro Qu. R. 6. Codicem instituere, conscribere, ordinem conservare. 5. Fam. 12. Suscipere, instituere, perficere aliquam rem. Pro Dom. 30. Instituere, comparare et perficere aliquam rem. 3. A. 30. Antonius earum rerum omnium domesticum mercatum instituit. Pro Quin. 12. Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituerat sine impendio. 1. de Orat. 86. Instituere civitates, scribere leges. *Ib*. 186. Instituere aliquam artem. Ver. 4. 58. Instituere textrinam alicubi. *Ibid*. 54. Instituere officinam Syracusis. 1. de Orat. Instituere et conservare civitates. 1. Acad. 43. Instituere sibi certamen cum aliquo. 14. Fa. 18. Instituere certos tabellarios. Hortens. Philosophia instituit colere victum lautum et elegantem.

Facio, cieo, γράφω, ποιέω. 13. Fa. 61. Instituere aliquem secundum hæredem filio. 1. de Orat. 228. Instituere tutorem aliquem filiorum orbitati.

Erudio, παιδεύω, διδάσκω. 3. de Orat. 32. Instituere et erudire aliquem. Ver. 3. 161. Instituere et erudire filios ad majorum instituta. Pro Cæl. 39. Dicet aliquis, Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit et tradidit? De Senect. 29. Senectus adolescentulos docet, instituit, ad omne officii munus instruit. 1. Q. Fr. 1. Ea, quæ supra scripta sunt, non ut te instituerem, scripsi. Pro Quint. 84. Alicui quid faciat definire, aliquem instituere, et ei præcepta dare. Oecon. 2. Mercari villicum, an ipse instituere consuevisti?

Instituor, eris. Pro Dom. 37. Non ut ille filius instituatur, sed ut e patriciis exeat. Pro Sul. 53. Cum omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur. Div. 68. Hoc institui, atque adeo institutum referri atque renovari, moleste ferunt. 16. Att. 13. Hæc nec institui, nec effici possunt sine tua ope. 1. de Leg. 9. Historia nec institui potest, nisi præparato otio, nec exiguo tempore absolvi. 2. de Inv. 128. Multa incommoda consequi, si instituatur, ut a scripto recedatur. 2. de Orat. 162. Si quem plane rudem institui ad dicendum velim. Pro C. Corn. 1. Qui aliquod institui exemplum disturbandorum judiciorum perniciosissimum voluerunt.

Institutus, a, um. De Clar. 281. Erat enim cum institutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus. Orat. 165. Ad hanc legem non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. De Clar. 203. Institutus ad scenam. Ver. 1. 47. In pueritia bonis artibus et disciplinis institutus non eras. 1. de Nat. 6. Diodorus et Philo, a quibus instituti fuimus. De Clar. 173. Institutus literis Græcis. 2. de Orat. 162. Doctrina liberaliter institutus. De Clar. 239. M. Glabrio institutus patris diligentia. 4. de Fin. 17. Vita instituta præceptis Philosophorum. 10. A. 20. Non ita a majoribus nostris instituti atque imbuti sumus, ut, &c. 1. de Orat. 180. Qui esset secundum Posthumum hæres institutus. Pro Dom. 1. Multa divinitus a majoribus nostris inventa atque instituta. 6. Att. 1. Hic magistratus multis annis post decemviros institutus est. 1. Qu. Fr. 1. Si omnium nomine, quicunque Romæ ludos facerent, quod erat jam institutum, erogaretur. 5. Fam. 12. Non eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, et jam institutarum. 3. 9. Pro nostra non instituta, sed jam inveterata amicitia. 5. 17. Cum rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset, si affuissem. 3. 12. Expedire exitum institutæ orationis. 2. de Orat. 296. Cum sermo mihi cum eo esset institutus. 2. Tusc. 10. Est igitur ad hunc modum sermo institutus. 2. de D. 5. Si instituta perfecero. 4. de Fin. 34. Rem institutam absolvere. 5. Fa. 12. Quæ habes instituta, perpolies. 1. de Nat. 104. Male instituta ratio exitum reperire non potest.

Propositus. Orat. 162. Hæc dixi longius, quam instituta ratio postulabat. Pro Dom. 141. Nec institutas ceremonias persequi potuit.

Adverb. *Bene, optime, parum, liberaliter, male, perite, temere.*

Syntaxis. *Instituo scribere. Instituere sibi amicos. Instituere actionem. Iniquam le-*

gem instituere periculis hominum. Arcesilas instituit, ut &c. Instituere portorium vini, pœnam in alios, diligentiam, viam. Perge, ut instituisti. Instituere sermonem cum aliquo. Instituere, comparare, perficere aliquam rem. Instituere codicem, mercatum, civitatem, artem, officinam, magistratum. Instituere sibi quæstum sine impendio. Instituere sibi certamen cum aliquo. Instituere hæredem, tutorem. Instituere et erudire aliquem. Ordinare, instituere, parare omnia. Instituere historiam. Instituere aliquem ad dicendum. Optime institutus. Ad aliquam legem institutus. Ad scenam institutus. Institutus disciplinis, artibus, litteris, præceptis. Doctrina liberaliter institutus. Multa inventa atque instituta. Instituta perficere, absolvere, expolire. Ratio male instituta. Amicitia instituta.

Institutio, onis, *institutum, disciplina, educatio, παιδεία, διδαχή.* 1. Off. 7. Officiorum præcepta ad institutionem vitæ communis spectare videntur. 1. de Nat. 8. Multi Græcis institutionibus eruditi. 3. de Orat. 32. Cum ad cujusque naturam institutio doctoris accommodaretur. *Ibid.* 1. L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quam quantum puerili illa institutione potuisset. 3. 34. Iisdem præceptis atque una institutione formari. 1. Qu. Fratr. 1. Hæc institutio atque disciplina potest, &c. 1. Off. 7. Omnis, quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci. 1. Att. 14. Ratio institutioque administrandæ Reip. Ver. 5. 180. Horum nos hominum sectam atque institutionem persequimur.

Adjuncta. *Antiqua, firma, præclara, puerilis.*

Institutum, ti, *instituta ratio, mos, consuetudo, ἦθος, νόμος, τάξις.* Div. 68. 4. Att. 17. Non oblitus consuetudinis atque instituti mei, rarius ad te scribo. De Cla. 268. Is bene juris publici leges et instituta cognoverat. I. P. 30. Qui civitatis vestræ non leges, non instituta, non mores, non jura noritis. De Cl. 119. Quod si omnia a Philosophis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. De Cl. 1. Ex quorum institutis in parentis eum loco colere debebam. *Ibid.* 213. Patrio instituto. Ver. 4. 46. Tenere idem institutum in omnibus. Div. 5. Veteri consuetudine institutoque majorum. Pro Qu. 63. More et instituto. Orat. 159. Quid vero hoc elegantius, quod non sit natura, sed quodam instituto? Pro Mur. 72. Nulla est pœna, quæ possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. Pro Cœl. 50. Si qua mulier sit ejusmodi, qualem paulo ante descripsi, vita institutoque meretricio &c. 4. de Fin. 40. Duarum vitarum nobis instituta capienda. 1. de Orat. 40. C. Carbo hæsitans in majorum institutis. 9. Att. 8. Meo instituto usus sum. 1. Off. 1. Te abundare oportet præceptis institutisque Philosophiæ. De Clar. 101. Is tamen instituto Lælii Panætium audiverat. 5. Fam. 17. Non putavi esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere. 2. 13. Genus institutorum et rationum mearum dissimilitudinem habet cum illius administratione. 16. 6. Instituti mei tenendi causa. 2. de Fin. 1. Hoc institutum postea translatum ad Philosophos nostros est. Hortens. Ejus omne institutum voluntatemque omnem successio prospera consecuta est. 2. de Div. 148. Nam et majorum instituta tueri sacris ceremoniisque retinendis, sapientis est.

Ratio, gravitas, ἀξία. 8. A. 1. Confusius hesterno die est acta res, C. Pansa, quam postulabat institutum consulatus tui.

Consilium, προαίρεσις. 2. de Inv. 164. Quod ad hoc nostrum institutum non pertinet. 2. Off. 1. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto, ac de judicio meo dixero.

Argumentum, ὑπόθεσις. Topic. 28. Sed ad hujus libri institutum illa nil pertinent.

Adjunct. *Agreste, civile, pulcherrimum, domesticum, iniquissimum, nefarium, novum, præclarum, non repentinum, sed certum, melius, meretricium, patricium, nefandum atque inauditum, priscum, novum, nefariumque, patrium, præstantissimum, regium, tyrannicum, vetus.*

Syntaxis. *Institutio vitæ communis. Græcis institutionibus eruditus. Doctoris institutionem ad naturam accommodare. Eadem institutione formari. Suscepta de re aliqua institutio. Ratio atque institutio administrandæ reip. Secta et institutio. Leges et instituta cognoscere. Peripateticorum institutis fingere orationem. Tenere idem institutum. Veteri consuetudine institutoque majorum. More et instituto. Non natura, sed quodam instituto. Vetus institutum officiorum. Vita institutoque meretricio esse. Cupere instituta. Uti instituto suo. Tenere institutum suum. Tueri majorum instituta. Abundare præceptis institutisque philosophiæ. Institutum servare.*

Instans, tis, *impendens.* 4. Tusc. 11. Quæ venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia.

Insto, as, *urgeo, ἐνίσταμαι, ἔγκειμαι.* Pro Qu. 34. Tibi instat Hortensius, ut eas in consilium. 1. de Orat. 99. Tibi cupienti atque instanti sæpissime negavi. Ver. 3. 136. Instat Scandalius, poscere recuperatores. 1. Att. 10. Instat et urget Cato. Pro Font. 34. Galli instant atque urgent summo cum studio. 13. Att. 32. Urge, insta, perfice. 2. de D. 149. Instat enim, et urget, et quocunque te verteris, persequitur. Ver. 2. 188. 3. A. 15. Quod profecto tum sua sponte, tum te instante faciet. Pro Font. 1. Insector ultro, atque insto accusatori, judices, insector, inquam, et flagito testes. Pro Plan. 48. Etiam atque etiam insto, urgeo, insector. Pro Quint. 77. Cupide instare alicui. 2. de Inv. 37. Nunc quod instat, agere oportet. 3. Qu. Fr. 2. Instare de aliqua re. Acad. Instat acriter, ut.

Impendeo, immineo, κατεπείγω. 2. C. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, &c. aut instare jam plane, aut certe jam appropinquare. I. P. 65. Instant magnificentissimi ludi. 14. Att. 9. Ita mihi videtur bellum illud instare. 13. 23. Mihi instat iter longum. 1. de D. 59. Quanquam iter instaret, &c. 1. Att. 15. Instat nunc ille annus egregius. 3. de Orat. 100. Instat enim, o pater! &c. 2. de Inven. 96. Cum sacrificii dies instaret. 11. Fam. 20. Tibi ab iis instat periculum.

Insisto. 2. ad Her. 36. Fortunam saxo instare prædicant volubili.

Syntaxis. *Instare, urgere. Urgere, instare, perficere. Quod instat, agere. Aliquo instante facere aliquid. Instare alicui. Etiam atque etiam insto, urgeo, insector. Cupide instare alicui. Instare de re aliqua. Impendere, instare, aut certe appropinquare. Instat bellum, iter, dies, periculum. Instare saxo, h. e. insistere.*

Instructio, onis, *apparatio, dispositio, κατασκευὴ, παρασκευή.* Pro Cæc. 43. Sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse. 3. ad Her. 18. Hæc autem dispositio locorum, tanquam instructio militum, facile in dicendo, sicut in pugnando, parere poterit victoriam.

Instructor, oris, *structor, qui convivii et mensæ instruendæ curam habet, καταρτύων.* Postq. in Sen. 14. Conditores instructoresque convivii.

Instructus, a, um, *paratus, comparatus, institutus, munitus, ornatus.* Orat. 20. Alii ad permovendos animos instructi et parati. 2. de Fin. 57. Instructus ad mortem contemnendam. 3. de Orat. 28. Instructissimus ad dicendum. Orat. 121. Sic igitur instructus Orator veniet ad causam. 1. de Leg. 39. Hæ rationes, quæ satis scite nobis instructæ et compositæ videntur. Orat. 64. Oratio instructa sententiis et verbis popularibus. Pro Cœl. 39. Hunc divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto. I. P. 5. Provincia, Senatus autoritate, exercitu et pecunia instructa et ornata. Bru. 17. Artes, quibus scio Ciceronem instructissimum esse. 2. de Fin. 26. Instructior doctrinis. 1. de Orat. 256. Cetera vero ab optimo viro, et istis rebus instructissimo familiari nostro Longino mutuabor. 1. de Inv. 58. Omnibus rebus domus instructior et apparatior est. 4. ad Her. 14. Paratior et instructior veniret. 3. Off. 59. Canius emit hortos instructos. Ver. 5. 132. Naves instructæ et paratæ. Pro Cl. 178. Taberna instructa et ornata. 4. Tuscul. 51. Instructus, armatus, paratus. 2. de Orat. 145. Eam materiam orationis, quæ cujusque esset generis, studiosi qui essent dicendi, omnibus locis descriptam, instructam ornatamque comprehenderent, rebus dico et sententiis. De Cl. 161. Qui a Philosophia, a jure civili, ab historia esset instructior. *Ibid.* 233. Mediocriter a doctrina instructus, angustius etiam a natura. Act. 1. Ver. 7. Paratus atque instructus in judicium venit. 1. de Orat. 249. Cur ergo non iidem in jure civili satis instructi esse possumus ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini esse videamur? 2. 38. Instruere se domesticis copiis. 1. 213. Oratorem esse instructum voce et lepore quodam volo. *Ibid.* 73. Oratorem omnibus ingenuis artibus instructum accedere ad dicendum. De Cl. 250. Instructus omni copia. 1. de Leg. 35. Muneribus deorum nos esse instructos et ornatos. Pro Pomp. 20. Mithridatis copiæ omnibus rebus ornatæ atque instructæ. 10. A. 9. Græcia M. Bruti imperio, autoritate, copiis non solum instructa, sed etiam ornata dextram tendit Italiæ. 4. Acad. 115. Qui claros viros a se instructos, dicant Rempub. sæpe rexisse. Pro Dom. 119. Tribunus consularibus copiis instructus. In Vat. 3. Accusatores ab aliquo esse instructos et subornatos. 2. de Na. 95. Domicilium ornatum signis et picturis, instructumque rebus omnibus necessariis. 1. Off. 155. Nos ipsi a doctoribus atque a doctrina instructi ad Rempub. et ornati accessimus. Orat. 12. Philosophia non satis instructa ad forenses causas. Pro Cæc. 41. Homines instructi, et certis locis cum ferro collocati.

Adverb. *Angustius, bene, mediocriter, regifice, scite, separatim.*

Instructus, us, *apparatus, παρασκευή.* 3. de Orat. 123. Eodem instructu, ornatuque comitata.

Syntaxis. *Instructus et paratus ad. Rationes instructæ et compositæ. Instructus et ornatus. Instructa et ornata provincia exercitu et pecunia: rebus omnibus instructa domus, et apparata. Hortus instructus. Navis instructa et parata. Instructa et ornata navis. Instructus, armatus, paratus. Homo ab historia instructus. Angustius a natura instructus. Philosophia instructa ad forenses causas.*

Instruendus, a, um. De Clar. 216. Curio cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit.

Instrumentum, ti, *supellex, apparatus, subsidium ad aliquid agendum, σκεῦος, τεῦχος, ἐργαλεῖον.* 1. de Orat. 161. In Oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem nunquam videram. 2. 146. Instrumentum causarum, et generum omnium. 2. de Leg. 45. Jam æs atque ferrum duelli instrumenta sunt, non fani. 1. 59. Homo multa instrumenta habet ad adipiscendam sapientiam. De Clar. 267. Quidquid habuit, habuit ex disciplina: instrumenta naturæ deerant. Ad Brut. 4. Antonius ab alio relictum regni instrumentum, occasionem regnandi habuit. 15. Instrumentum regni delatum ad Antonium et Lepidum. 7. Att. 8. Solvendi sunt nummi Cæsari, et instrumentum triumphi eo conferendum. 2. C. 9. Cum industriæ subsidia atque instrumenta virtutis in libidine

audaciaque consumerentur. *Ib.* Opera, ad quorum intelligentiam a natura minus habent instrumenti. 5. de Fin. 7. Nemo sine eo instrumento ad ullam rem illustriorem satis ornatus potest accedere. 2. de Fi. 110. Quid tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis? Pro Mil. 33. Exhibe quæso librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt e domo illius eripuisse, ut præclarum inde munus et instrumentum Tribunatus ad aliquem deferre possis. Pro Rab. 3. Ut in augenda re non avaritiæ prædam, sed instrumentum bonitati quæreret. De Cl. 331. Eloquentiam locupletasti graviorum artium instrumento. Ver. 4. 67. Hæc omnia in instrumento ac supellectili C. Verris nominabuntur. 4. Ac. 3. Totius belli instrumentis et apparatu. Ver. 3. 57. Apronius in eorum arationes venit, omne instrumentum diripuit, familiam abduxit, &c. *Ibid.* 53. Arationes magna impensa magnoque instrumento tueri. Pro Dom. 62. In fundum vicini Consulis non instrumenta aut ornamenta aulæ, sed etiam arbores transferebantur. Oecon. Instrumentum et supellectilem distribuere cœpimus, ac primum ea secrevimus. *Ibid.* Seponebantur instrumenta, quibus ad lanificia utuntur.

Adjunct. *Forense, litigiosum, acre, exiguum sane atque mendicum, vulgare, ac forense, magnum, minus, præclarum.*

Syntaxis. *Habere instrumenta ad adipiscendam sapientiam. Instrumenta naturæ, regni, belli, virtutis. Instrumenta bonitati quærere. Instrumentum ac supellex. Arationis instrumenta. Arationes magno instrumento tueri. Uti instrumentis ad rem aliquam.*

Instruo, is, *paro, apparo, molior, adorno, comparo, suborno, armo, instituo, παρασκευάζω, καταρτίζω, εὐτρεπίζω.* Ver. 4. 9. Non enim te instruere domum tuam voluerunt in provincia. *Ibidem* 62. Instruere et parare convivium. 6. A. 14. Possessores nullam impensam fecerant, nondum instruxerant. Pro Mur. 46. Petitionem Consulatus diligenter adornare et instruere. De Senect. 29. Senectus adolescentulos docet, instituit, et ad omne officii munus instruit. 3. de Orat. 62. Hic, quem instruimus. Orator. Pro Cl. 189. Instruere insidias in aliquo loco. 4. A. 11. Instruere aciem. 2. cont. Rull. 89. et 76. Urbs, quæ facere atque instruere bellum possit. Pro Mur. 22. Ille aciem instruit. Pro R. P. 42. et de Pro. 9. Instruere exercitum. 2. C. 24. Instruite nunc contra istos, &c. vestra præsidia, vestros exercitus. Pro Cæc. 33. Multitudinem hominum cogere, armare, instruere. Ver. 2. 84. Domum ornatam et instructam fere jam iste reddidit nudam et inanem. *Ibid.* 60. Neque se satis, cum potestatem haberet, instruxisse et ornasse. *Ibid.* 41. Ad judicium non se satis instruxerat.

Instruor, eris. Pro Cluen. 18. Omnis illa testium copia a matre est initio adornata, a matre hoc tempore instruitur, &c. Pro Cœl. 72. Artes, quibus instruimur ad hunc usum forensem, et ad capessendam Remp. 5. Att. 6. Instruar consiliis idoneis ad hoc negotium.

Syntaxis. *Instruere domum. Orationem instruere et ornare. Instruere et parare convivium. Adornare et instruere petitionem consulatus. Instruere ad omne officii munus. Instruere Oratorem. Instruere insidias, aciem, exercitum, præsidia. Facere atque instruere bellum. Instruere se ad judicium. Instruere testes. Instrui artibus ad usum forensem. Instrui consiliis idoneis ad negotium. Instruere aliquid ad alterius perniciem.*

Insuavis, ve, *injucundus, ἀηδής.* 2. de Orat. 25. Qui vitam insuavem sine his studiis putatis. 10. Att. 4. Orat. 157. De Am. 86. et 3. ad Her. 22. Quid insuavius, quam clamor in exordio causæ?

Insuber, bris. In L. Pis. Insuber quidam fuit, id est, mercator et præco. Pro Corn. 31. Fœdera Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, &c.

Insuetus, a, um, *insolens, imperitus, ἀήθης.* 12. Att. 2. Insuetus contumeliæ. 4. ad Her. 6. Videte, ne insueti rerum majorum videamini.

Insula, æ, *terra undique aquis cincta: item domus undique vias habens, νῆσος.* 15. Fam. 16. Si insulam Britanniam cœpero cogitare. 2. Qu. Frat. 15. Literæ de insula Britannia. Ver. 4. 144. Quod prædones procul ab insula Sicilia prohibuisset. Pro Mil. 74. Insula in lacu Prelio. De Somn. 15. Omnis terra parva quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Oceanum appellatis. 2. de Leg. 6. Sed ventum in insulam est &c. 10. A. 8. At hunc his ipsis ludorum diebus videbam in insula clarissimi adolescentis Luculli. 3. Off. 66. Claudius proscripsit, insulam vendidit. Pro Cœl. 17. Nunc demum intelligo Clodii insulam esse venalem. *id est, domum.* 5. de Fin. 53. Veteres Philosophi in beatorum insulis fingunt qualis sit vita sapientium. Hortens. In beatorum insulis, ut fabulæ ferunt, immortale ævum degere.

Adjuncta. *Extrema, media, plena, atque ornata, fructuosissima, inculta, tenuisque, magna, parva, sacra, venalis.*

Insulse, *inepte, frigide, ἀνοήτως, ἀπειροκάλως.* 15. Att. 4. Sane insulse, ut solet, nisi forte quæ non ames, omnia videntur insulse fieri. 4. 16. Et est latum hercule insulse. 5. 10. Multa stulte, insulse, arroganter dicere. 2. de Orat. 221. Non insulse interpretari aliquid. Frag. ep. Ita locutus insulse est, ut.

Insulsitas, tis, *vanitas, stultitia, ἀβελτηρία, μωρία.* 4. Att. 11. Vix harum rerum insulsitatem fero. Pro R. P. 36. Jam nostis insulsitatem Græcorum. 13. Att. 29. De Cla. 283. Chrysippi insulsitatem bene noram.

Insulsus, a, um, *frigidus, absurdus, ineptus, ψυχρός, ἄτοπος.* 2. de Orat. 257. Quidam sic insulsi extiterunt, ut nihil aliud eorum, nisi

ipsa insulsitas rideatur. Pro Cœl. 69. Adolescens non insulsus. 1. Tuscul. 15. Insulsus homo. 10. Fam. 21. Quæ nec illiterata, nec insulsa esse videantur. 13. Att. 31. O gulam insulsam!

Syntaxis. *Rerum insulsitas. Dicta insulsa et illiterata. Insulsa gula. Insulse loqui, facere, interpretari.*

Insulto, as, *irruo, illudo*, ἐπιχλευάζω. Ver. 5. 131. Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunæ, &c. videor? 4. ad Her. 51. Insultare in miserias alicujus. Pro Flac. 38. Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem invehar. Pro Milo. 88. Clodius, qui tot annos in hanc Remp. insultavit.

Syntaxis. *Insultare in miserias alicujus. Insultare alicui in calamitate. Insultare in remp.*

Insum, ines, *sum, insideo*, ἔνειμι, ἐνυπάρχω. 3. de Orat. 141. In Oratore perfecto inest omnis Philosophorum scientia. 1. 216. Non ob eam causam inest in facultate dicendi juris civilis scientia. Orat. 41. Inest enim natura Philosophia in hujus viri mente quædam. 5. Fam. 15. Manere in vita, in qua nihil insit nisi miseria. De Arusp. 57. Nullum dedecus reperiri potest, quod in hoc non insit. 1. de N. 118. Superstitio, in qua inest timor inanis deorum. *Ibid.* 121. Democritus tum censet imagines divinitate præditas inesse universitati rerum: tum principia mentesque, quæ sunt in eodem universo, deos esse dicit. Top. 77. Oracula ex ipso appellata sunt, quod inest hic deorum oratio. Hortens. In quibus rebus peccata non maxima insunt.

Insumo, is, *impendo*, ἀναλίσκω. 5. Att. 17. Sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quenquam. 2. de Inv. 113. Insumere sumptum aut laborem in aliquam rem.

Insumptus, a, um. 12. Att. 4. Plus insumptum in monumentum est, quam, &c. Ver. 3. 150. Qui tantum præsens lucrum nulla opera insumpta contempserit.

Syntaxis. *Insumere argentum in amicos. Sumptum et laborem in aliquam rem insumere. Insumere operam.*

Insuo, is, *includo*, συῤῥάπτω. 1. Qu. Frat. 2. Quoniam Smyrnæ duos Mysios insuisti in culeum. Pro S. R. 30. Insui in culeum.

Insuper, *præterea*, εἶτα, ἔπειτα. 15. Fam. 16. Cautius insuper Epicureus, &c. 4. ad Her. 34. Non modo id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione vinctus est.

Insusurro, as, *flo, in aurem loquor*, ἐπιψιθυρίζω. 4. Aca. 147. Favonius ipse insusurrat. 5. Tusc. 103. Insusurrare alteri. Ver. 5. 106. Insusurrare ad aurem alicujus familiariter. 1. Att. 16. Insusurrare alicui cantilenam suam.

Insusurratum. 1. Qu. Fr. 1. Nec in aures tuas ficte aut simulate quæstus causa insusurretur.

Adverb. *Familiariter, ficte, simulate.*

Syntaxis. *Insusurrare alicui; et ad aurem alicujus familiariter; et aliquid alicui; et in aures alicujus.*

Intabesco, is, *extabesco*, ἐντήκομαι. 3. de N. 84. Diuturno morbo intabescere.

Intactus, a, um, ἀκέραιος. 8. Fam. 2. Intactus a sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem.

Integellus, a, um, *integer*. 9. 10. Suavissimum συμβιώτην nostrum præstabo integellum.

Integer, ra, um, *incorruptus, inviolatus, castus, solidus, totus, plenus, incolumis*, ἀκέραιος, ἄφθαρτος. Χ. *contaminatus, vitiosus*. 1. de Orat. 229. Cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiæ, cumque illo nemo esset neque integrior, neque sanctior. Pro Planc. 3. Vita integerrima. Ver. 4. 7. Vir integer, innocens, religiosus. 2. de Inv. 36. Homo integer et castissimus. 2. de Orat. 184. Justus, integer, religiosus, perferens injuriam. 4. Acad. 19. Integri et incorrupti sensus. 2. de Fin. 33. Omne animal integrum se ac salvum vult. 1. Tusc. 41. Multo etiam integriora ac puriora sunt, ut a te longissime se efferant. Pro Sul. 86. Deos testor, integro me animo ac libero P. Sullæ causam defendere. Pro Dom. 60. Cum Gabinio integerrimas pacatissimasque gentes ad diripiendum tradidisses. 1. de Div. 30. Qui lituus in curia Saliorum situs, cum ea deflagrasset, inventus est integer. Pro Planc. 86. Quos ego florentes atque integros vici. Pro Flac. 61. Ex vera atque integra Græcia. 2. C. 6. Literæ integris signis datæ. De Pro. 17. Annus integer est nobis expectandus. Pro S. R. 146. Integram prædam sine sanguine habere. 2. Qu. Frat. 6. Quintum vidi plane integrum. 2. de Fin. 64. Integra valetudo. Pro Qu. 49. Dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. Act. 1. Ver. 14. Conjuges integras ab istius petulantia conservare non licitum est.

Absolutus, liber, τετελεσμένος, καθαρός. 3. de Nat. 7. Rudem me discipulum atque integrum accipe. 7. Att. 25. Quod me admones, ut me integrum, quoad possim, servem, gratum est. 13. Fam. 4. Reservare omnem causam integram alicui. 1. 9. et 8. 6. De Dolabella integrum tibi reserves, suadeo. Brut. 18. Omnino tempora integram tibi causam reservant. 1. Fam. 9. Ne integra re mihi ad consulendum, &c. implicatus tenerer. 2. Off. 82. Is rem integram ad reditum suum jussit esse. 3. C. 7. Ut ad consilium publicum rem integram referrem. 5. Att. 21. Præsertim cum integram rem causamque reliquerim.

Quod licet. Pro Liga. 1. Cum id jam integrum non esset. *id est, cum non possem negare*. 1. A. 26. Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis. 1. Fam. 9. Si

mihi integra omnia ac libera fuissent. I. P. 58. Non est integrum mihi consilio jam uti tuo. Part. 132. Quilibet, si integrum daretur, eam sententiam diceret. 4. Att. 2. Mihi integrum est facere, vel non facere. 16. 2. Quod etiam idcirco trahebam, ut quam diutissime integrum esset. 15. 23. Quousque? inquies: quoad erit integrum. Ver. 2. 98. Cum tibi in integro tota res esset. Pro Rab. 18. Ego, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen. 5. Tuscul. 62. Atque ei ne integrum quidem erat, ut, &c. 9. Att. 12. Tum poterimus deliberare, non scilicet in integra re, sed certe minus infracta. Pro Fl. 105. Constituent quid agant, quibus integrum est. *Ibidem*. Ii, quibus integrum est, qui nondum ad honores accesserunt. 9. Att. 2. De triumpho erit, inquis, integrum. 4. 15. Sed hæc mallem integra re tecum egisse. Pro Mur. 43. Ea dicam vobis audientibus amisso jam tempore, quæ ipsi soli re integra sæpe dixi. 12. Att. 40. Rem vides integram restare. 13. 49. Itaque ei de integro gratulare. *Ibid.* 27. Epistola mihi deintegro scribenda est. *Ibid.* In integrum restituere. *id est, in pristinum statum. Lege,* Restituo. 2. Fam. 3. Nec cuiquam tuorum quidquam fieri, quod tibi, cum venisses, non esset integrum. Pro Mur. 8. Non jam mihi licet, neque integrum est, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam.

Syntaxis. *Integer et sanctus. Innocens, integer, religiosus. Integer et castus. Justus, integer, injuriarum perferens. Integrum ac salvum se velle. Integro ac libero animo facere aliquid. Florens et integra valetudo, existimatio. Discipulus rudis et integer. Id erit integrum tibi. Tibi est integrum facere. In integro res est. Licet, et est integrum. De integro facere, aut dicere. h. e.* denuo. *In integrum restituere. Omnia mihi integra ac libera sunt. Si integrum daretur. De re hac nobis est integrum. Quoad erit integrum. Deliberare in integra re. Integra re aliquid agere. Mihi integrum est, ut &c. Integram rem caussamque relinquere. Reservare caussam integram alicui. Servare se integrum. Ex vera atque integra Græcia petere aliquid.*

Integre, καθαρῶς, ἀδωροδοκήτως. 1. de Fin. 30. Incorrupte atque integre judicare. Pro Pomp. 1. In amicorum periculis caste integreque versari. De Opt. 12. Attice dicere: id est, quasi sicce et integre.

Integritas, tis, *innocentia*, καθαρότης, τελειότης. 5. de Fi. 40. Summum bonum cumulatur ex integritate corporis, et ex animi ratione perfecta. 2. 34. Integritas corporis, valetudo, &c. 5. Tusc. 99. Integritas valetudinis. 5. de Fin. 80. Integritas unguiculorum omnium. De Cl. Vitæ gravitas et integritas. 1. Qu. Fr. 1. Tua integritas et continentia. 3. A. 25. Singularis integritas alicujus, multis magnisque rebus spectata. Div. 27. Integritas atque innocentia singularis. 2. de Orat. 35. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. 7. Att. 2. Cato integritatis et fidei mihi testimonium dedit. 1. Qu. Fr. 1. Tertius hic annus habeat integritatem eandem, quam superior, cautionem etiam diligentiorem. 6. Att. 2. Ain' tandem Attice, laudator integritatis et elegantiæ nostræ? De Clar. 132. Incorrupta Latini sermonis integritas. In Clod. Integritas tua te purgavit.

Adjunct. *Cautior, et diligentior, gratissima, incorrupta, par, provincialis, singularis, spectata, summa.*

Integror, aris, *recreor, reficior*, καταρτίζομαι. 1. de Inv. 25. Animus defessus audiendo aut admiratione integratur, aut risu renovatur.

Syntaxis. *Incorrupte, et integre judicare. Caste integreque versari in amicorum periculis. Vita integerrime acta. Integritas corporis, valetudinis. Integritas et continentia. Integritas incorrupta Latini sermonis. Singularis integritas atque innocentia. Integritatis et fidei testimonium alicui dare. Habere integritatem. Integritas tua te purgat. Animus defessus audiendo, admiratione integratur.*

Integumentum, ti, *involucrum*, ἐγκάλυμμα. I. P. 12. Vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis involutam integumentis, nondum cernat. Postq. in Sen. 15. Frontis integumento ad occultanda tanta vitia, diutius uti non licebit. 2. de Orat. 350. Aliquando evolutus ex illis integumentis dissimulationis tuæ, &c. 1. de Orat. 161. Per quædam involucra et integumenta perspicere aliquid.

Syntaxis. *Involucrum et integumentum. Per integumenta aliquid perspicere.*

Intellectio, onis, *synecdoche*, συνεκδοχή. 4. ad Her. 45. Intellectio est, cum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars.

Intelligens, tis, *ingeniosus, callidus*, συνετός. De Univ. 8. Nihil non intelligens intelligente præstantius est. De Clar. 183. Non semper vulgi judicium cum intelligentium judicio congruit. De Op. 11. Qui teretes aures habent, intelligensque judicium. 3. de Fi. 19. Doctus et intelligens vir. De Clar. 200. Intelligens dicendi existimator. *Ibid.* 320. Existimator doctus et intelligens. Ver. 4. 4. Quæ non modo istum hominem ingeniosum et intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent. *Ibidem*. 149. Prætor intelligens. 2. de Fin. 63. Erat et cupidus voluptatum, et cujusvis generis ejus intelligens et copiosus.

Intelligenter, ἐπιστημόνως. Part. 28. Intelligenter audiri.

Syntaxis. *Habere teretes aures et judicium intelligens. Doctus vir et intelligens. Ingeniosus et intelligens. Cupidus et intelligens voluptatum.*

Intelligentia, æ, *prudentia, cognitio, scientia, notio*, σύνεσις, ἔννοια. 2. de Inv. 160. Intelligentia est, per quam animus perspicit quæ sunt. Top. 27. 1. de Leg. 26. Natura

homini rerum plurimarum obscuras et necessarias intelligentias enodavit, tanquam fundamenta scientiæ. 1. de Leg. 59. Principio homines rerum omnium quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipiunt. De Un. 8. Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. 1. de Leg. 27. Natura, nullo docente, profecta ab iis, quorum, ex prima et inchoata intelligentia, genera cognovit, confirmat ipsa per se rationem et perficit. *Ibid.* 44. Nam et communis intelligentia nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoavit, ut honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. 2. de N. 42. Cum in æthere astra gignantur, consentaneum est, in his sensum inesse et intelligentiam. 4. Ac. 119. Quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet. 3. de Fin. 21. Simul autem cepit intelligentiam, vel notionem potius, quam appellant ἔννοιαν illi, viditque, &c. 1. Tusc. 51. Difficile est animi, quid, aut qualis sit, intelligentia. Par. 29. et 2. Off. 34. Prudentia et intelligentia idem. 3. de Nat. 64. Neptunum esse animum cum intelligentia per mare pergentem. 1. 49. In eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam capere, quid sit Deus. Orat. 10. Plato ait, ideas semper esse, ac ratione et intelligentia contineri. 3. Off. 61. Quatenus aliquid ratione et intelligentia teneri potest. 1. de Nat. 26. Mens simplex fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur. 1. de Div. 70. Pars animi, quæ rationis atque intelligentiæ sit particeps. De Un. 3. Quod intelligentia et ratione comprehenditur. 1. de Orat. 12. Quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctum. 3. 193. Idque faciunt etiam in aliis operibus, ad quorum intelligentiam a natura minus habent instrumenti. Orat. 117. Definire aliquid ad commune judicium, popularemque intelligentiam accommodare. 9. A. 10. Omnes qui ex omni ætate hac in civitate intelligentiam habuerunt &c. 1. de Natur. 49. Tamen fretus intelligentia vestra brevius dissero, quam causa desiderat. 1. de Invent. 56. Novi intelligentiam vestram, judices, non potest ita videri. De Op. 12. Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. Pro S. R. 49. Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium? quo studio et qua intelligentia esse in rebus rusticis? Ver. 4. 46. Ut intelligatis in homine intelligentiam esse, non avaritiam. 3. Off. 17. Honestum, quod in nostram intelligentiam cadit. *Ibid.* 72. In malitia simulatio intelligentiæ. 1. de Inv. 91. Aut falsum quiddam hoc pacto sapientia est, pecuniæ acquirendæ intelligentia. De Clar. 102. Mutius juris civilis intelligentia præstitit. *Ibid.* 229. Is omnes intelligentia anteibat. 4. Acad. 20. Quid de gustatu et odoratu loquar? in quibus intelligentia etsi vitiosa est, quædam tamen, &c. 5. Tusc. 68. Proponenda quædam quasi moventia sunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamque convertant. Hortens. Nobis acuentibus intelligentiam, quæ est mentis acies.

ADJUNCT. *Communis, difficilis, vitiosa, magna, mediocris, popularis, obscura et necessaria, præstans, prima, et inchoata, vulgaris.*

SYNTAXIS. *Intelligentia in animo inclusa, concepta, inchoata. Animus rationis et intelligentiæ compos. Commune judicium, et popularis intelligentia. Intelligentiam habere. Fretus intelligentia vestra: id est,* perspicacia, judicio. *In intelligentiam cadere. Juris intelligentia præstans. Cognitio et intelligentia. Ratione et intelligentia tenere aliquid. Pars animi rationis et intelligentiæ particeps. Ratione et intelligentia comprehendi. Ab imperitorum intelligentia sensuque disjungi. Ad popularem intelligentiam aliquid accommodare. Anteire alios intelligentia. In gustatu et odoratu intelligentia est. Acuere intelligentiam.*

Intelligendi. Orat. 10. Ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor Plato.

Intelligens, tis. I. P. 68. Oratio adolescenti non acriter intelligenti præceps.

Intelligo, is, *cognosco, sentio, teneo, capio, percipio, interpretor, mente complector, cogitatione comprehendo, complector, perspicio, comprehendo, animadverto, intelligentiam habeo, accipio, disco, animo percipio, intelligentia et ratione comprehendo, ratione et intelligentia teneo, animo et cogitatione comprehendo, συνίημι, νοέω, ἀναγινώσκω.* 3. Tusc. 34. 2. Att. 18. Accepi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi, &c. 6. 1. De me, scribis, te ex Philotimi literis cognovisse. *Ibid.* 9. Intellexi ex tuis literis, te ex Turannio audisse, a me provinciam fratri traditam esse. 2. de Orat. 60. Sed ne latius hoc patere videatur, hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi, qui scripserunt, voluerunt a vulgo intelligi. 1. de Natur. 110. Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. *Ibid.* 47. Itaque corpus quid sit, intelligo: quasi corpus quid sit, nullo prorsus modo intelligo. Ver. 4. 94. Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo. 5. 147. Quod iste neque attendere unquam, neque intelligere potuit. 3. de N. 3. Ea quæ minus intellexi, et ea quæ parum accepi. 1. Off. 146. Intelligo, animadverto, sentio. Part. 6. Quem enim intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? 2. de Leg. 62. Nostræ legis interpretes, quo capite jubemur sumptus removere, &c. hoc intelligunt in primis sepulchrorum magnificentiam esse minuendam. Pro S. R. 87. Quam sis audax, hinc omnes intelligere possunt, quod, &c. Pro Cæc. 37. Verum ita est, ut dicis; te dejectum debeo intelligere, etiamsi tactus non sis. 2. Off. 48. Quam qui audiunt, intelligere et sapere plus quam cæteros arbitrantur. 11. Att. 13. De fundo Frusinati redimendo jampridem intellexisti voluntatem meam. 9. 2. Utrum hoc tu parum meministi, an ego non satis intellexi? 8. 16. Explicari

mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam. 1. de Inv. 88. Ambiguum si concesseris, ex ea parte quam intellexeris, &c. 1. de Nat. 36. Illud non possumus intelligere. Top. 27. Cernere et intelligere aliquid animo.

Adverb. *Acriter, diligenter, prorsus, haud sane, male, melius, præclare, prudenter, non fere, non tam multum, minus, optime, penitus, perspicue, plane, prorsus, pulchre, recte.*

Intelligor, eris. De Am. 23. Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ sit, ex discordiis percipi potest. 2. de Orat. 25. Malo non intelligi orationem meam, quam reprehendi. 3. de N. Sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per sese cognosci atque intelligi potest. De Fat. 44. Ex quo facile intellectum est, verbis eos, non re dissidere. Ver. 3. 120. Unde ergo hoc intelligi potest? Orat. 134. Hoc quale esse debeat, ex ipsis, quæ supra dicta sunt, intelligi potest. *Ibid.* 15. Cujus ex epistolis intelligi licet, quam frequens, &c. *Ibidem.* 14. Quod post magis intelligeretur. *Ibidem.* 202. Sed tamen hæc nec nimis esse diversa, nec ullo modo conjuncta intelligi licet. 3. de Leg. 3. Cum dico legem, nihil aliud intelligi volo, quam imperium, sine quo, &c.

Intemelii, *populi.* 8. Fam. 15.

Intemperans, tis, *immoderatus, intemperatus, qui se in omnem libidinem effundit, libidinosus, impurus, cupidus, ἀκρατὴς, φιλήδονος.* 13. Att. 26. Intemperans sum in rei cupiditate, quam nosti. De Sen. 29. Libidinosa et intemperans adolescentia. Postq. in Sen. 13. Vir libidinosus, impurus, intemperans. 9. Fam. 16. Homo intemperantissimus. In Vat. 1. Sed fui paulo in te intemperantior fortasse, quam debui. Ver. 3. 160. Intemperans vir, et impudica mulier.

Intemperanter, *intemperate, insolenter, ἀκρατῶς.* 1. A. 12. Nimis iracunde, et valde intemperanter. 1. Tusc. 6. Intemperanter abuti aliqua re. 5. A. 48. Intemperantius uti aliqua re.

Intemperantia, æ, *intemperies, incontinentia, insolentia, ἀκράτεια, ἀσωτία, γαστριμαργία.* 4. Tusc. 22. Intemperantia est, a tota mente et recta ratione defectio. 1. Academ. 37. Omnium perturbationum arbitratur esse matrem, immoderatam quandam intemperantiam. 2. cont. Rull. 99. Hæc ego vos concupisse pro vestra intemperantia non miror. 1. Off. 123. Si autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est. Postq. in Sen. 10. Qui ne sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare. Pro Domo, 21. Is tanta fuit intemperantia, ut, &c. De Arusp. 42. Explere intemperantiam alicujus. Pro Cœl. 25. Is multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. 3. de Nat. 71. Injustitiæ, intemperantiæ, timiditatis quæ semina essent. 4. Tuscul. 41. Moderatam intemperantiam approbo.

Adjunc. *Immoderata, impudentior, impura, inimica, moderata, multa, turpior.*

Syntaxis. *Intemperanter uti re aliqua. Libidinum intemperantia. Alicujus intemperantiam propulsare. Magna esse intemperantia. Explere intemperantiam. Immoderate et intemperate vivere.*

Intemperate, *intemperanter, ἀκολάστως.* De Un. 38. Immoderate et intemperate vivere.

Intemperatus, a, um. I. P. 22. Intemperatissimæ perpotationes. *Ibid.* 72. Intemperatissima pecus. De Am. 77. Intemperata quædam benevolentia.

Intemperies, ei, *procacitas, δυσκολία.* 4. Att. 6. Ne qui videor non stulte illius amici intemperiem tulisse, rursus stulte illius injuriam faciam illustrem.

Intempestive, *παρακαίρως.* 1. Off. 88. Ne irascamur intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus. 11. Fa. 16. Qui ad nos intempestive adsunt.

Intempestivus, a, um, *perversus, præposterus, ἄκαιρος.* 4. Att. 13. Nunquam mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est. Pro Mur. 13. Intempestivum convivium. De Amic. 22. Amicitia nunquam intempestiva, nunquam molesta est.

Intempestus, a, um, *ἔξωρος.* 1. A. 8. Cum intempesta nox esset, mansi in villa. Ver. 4. 94. et 5. 91. Repente nocte intempesta servorum armatorum fit concursus. I. P. 92. Is nocte intempesta abiit.

Intendens, tis, *extendens, fundens.* 1. de N. 54. Immensa regionum magnitudo, in quam se injiciens et intendens animus late longeque peregrinatur.

Intendo, is, *porrigo, extendo, intento, τείνω, ἐκτείνω.* 16. Att. 14. Et simul dextram intendit ad statuam. 4. Acad. 30. Mens naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus movetur. *Ibid.* Intendere sensus ad res percipiendas. 11. A. 22. Si fieri posset, vel plures te animos habere vellem, quos omnes ad Mutinam intenderes. 1. de Orat. 203. Sed ut commonstrarem tantum viam, et ut fieri solet, digitum ad fontes intenderem. *Ibid.* 135. Studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. 4. Acad. 80. Intendere longius aciem. 4. Tusc. 38. Intendere aciem acrem in omnes partes.

Exerceo, ago, utor, προτείνω. 2. Tusc. 56. Qui volunt exclamare majus, non satis habent, latera, fauces, linguam intendere, toto corpore contentioni vocis asserviunt. *Ibid.* Nunquam ingemiscit vir fortis, nisi forte ut se intendat ad firmitatem. 4. Acad. 89. Intendere arcum. *Ibid.* Intendit crinitus Apollo arcum auratum Luna innixus. *Poetæ.* Orat. 59. Intendere et remittere sonum vocis. Hortens. Quæro, non quibus rebus intendam animum, sed quibus relaxem ac remittam.

Conor, nitor, cogito. 1, C. 30. Si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit. Pro

Mur. 22. Ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. 10. A. 9. Si C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset. *id est, conceperat.* 2. de Orat. 179. Hoc tibi ante explicandum est, quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere. 7. A. 27. Agitur vita et fortuna optimi cujusque, quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate jampridem intendit Antonius. Pro Fl. 84. In quo quid reprehendis? quod falsum intenderit? Pro Qu. 88. Is sibi eum nuper edidit socium, quem (quomodo nunc intendit) ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse.

Adhibeo, excito, προσέχω. 4. Acad. 46. Defigere et intendere animum in aliquam rem. *Ibid.* Intendere considerationem in aliquam rem. 4. Acad. 46. Parum defigunt animos et intendunt in ea, quæ perspicua sunt. Act. 1. Ver. 10. Intendere animum aliquo.

Infero, paro, molior, ἐπιφέρω. De Ar. 1. Simul ac periculum judicii intendi, omnem illius impetum compressi. Pro Qu. 47. Minas jactare, pericula intendere. 1. de Orat. 42. et pro Cæc. 20. Intendere litem alicui. *id est, inferre.* Pro Milo. 37. Alicui diem dicere, mulctam irrogare, actionem perduellionis intendere. 8. Fa. 4. Intendere se adversarium in Magistratum alicujus. 2. ad Her. 45. Intendere controversiam. *id est, contestari litem.* 4. 38. Hujusmodi intendere orationem, quæ redarguatur.

Intendor, eris. 2. Tusc. 56. In profundenda voce omne corpus intenditur. Pro S. R. 7. Peto a te, ut periculum, quod in omnes intenditur, propulses.

Syntaxis. *Intendere animum ad patriam, digitum ad fontem, aciem longius, linguam, corpus, arcum, vocem. Quo cupiditatem intendis? Animo intendere. Defigere et intendere animos in aliquem rem. Intendere alicui periculum, et in aliquem.*

Intensus, a, um, *inflatus, tumidus.* Orat. 124. Principia verecunda, non elatis intensa verbis.

Intensius, *adver. vehementius, acrius, majore cupiditate, σφοδρότερον.* 4. ad Her. 70. Alia meliora sunt, quæ multo intensius petimus in vita.

Intentans, tis. 2. de Invent. 125. Tum ipsum adversarium, quasi intentantis loco, producendo, hoc est interrogando, utrum, &c.

Intentio, onis, *contentio, diligentia, ἀκρίβεια.* 2. de Invent. 46. Cum animus hac intentione omnes totius negotii partes considerabit. 4. Tusc. 3. Mentem a cogitationum intentione cantu et fidibus ad tranquillitatem traducere.

Criminis objectio, ἔγκλημα. 1. ad Her. 27. et 1. de Inven. 13. Intentio, Occidisti Ajacem. Inficiatio, Non occidi.

Mens, consilium, animus, βουλή. 2. de Inv. 125. Postea facti aut intentionis adversariorum cum ipso scripto contentio.

Intento, as, *προτείνομαι.* 5. Tusc. 76. Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem et patientiam se debilitaturum minatur. Pro S. R. 100. Explicet suum volumen illud, quod aiunt Sex. Roscio intentasse, et meditatum esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. Pro Mil. 37. Clodius non servos, non arma, non vim intentavit.

Intentus, us, *projectio, porrectio.* Pro Sest. 117. Voces quidem, et palmarum intentus, et maledictorum clamores omnes profuderunt.

Intentus, a, um, *attentus.* 1. de Nat. 27. Animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem. *Ibidem.* 49. In eas imagines mentem intentam, infixamque nostram intelligentiam capere, quæ sit beata natura. 11. A. 22. Animum alicujus intentum esse ad aliquid faciendum. *Ibid.* Quamvis intentus animus tuus sit ad fortissimum virum liberandum &c. 2. cont. Rull. 76. Intentis oculis omnes reipub. partes intueri. Pro Flac. 26. Aliquid quam maxime intentis oculis (ut aiunt) acerrime contemplari. 3. de Orat. 214. Voces, ut chordæ, sunt intentæ, quæ, &c. De Sen. 37. Appius intentum animum tanquam arcum habebat.

Acer. 2. de Orat. 211. Oratio intenta, et vehemens. 1. 255. Sermo paulo intentior.

Illatus. De Pro. 23. Tela undique in patriam intenta. I. P. 5. Ego tela intenta jugulis civitatis de conjuratorum manibus extorsi. Pro Sest. 42. Intenta signa legionum existimantur cervicibus bonisque vestris. Pro Mil. 68. Ista omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt. Pro Sest. 15. Fuerat ille annus tanquam in Reip. magno metu et multorum timore intentus arcus in me unum.

Extensus. Ver. 5. 30. et 79. In ore portus tabernacula carbaseis intenta velis collocabat.

Syntaxis. *A cogitationum intentione mentem revocare. Ardentes faces intentare. Intentare alicui arma et vim. Animus intentus et commeans per omnem naturam rerum. Mens intenta in rem aliquam, et ad rem aliquam. Intentis oculis intueri. Sermo intentior. Tela intenta in patriam, intenta jugulis civitatis. Signa legionum intenta cervicibus nostris. Omnia in nos instituta, parata, intenta.*

Inter, *μεταξύ.* Ver. 5. 101. Nulla vox alia inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur.

Ratione numeri, ἐν, πρός. 1. de Orat. 45. Non sum nescius, ista inter Græcos dici et disceptari solere. *Ib.* 176. Qua de re inter Marcellos et Claudianos Centumviri judicarunt. 2. 104. Nihil est enim, quod inter homines ambigatur, in quo non quæratur, &c. *Ib.* 150. Inter ingenium et diligentiam perpaulum loci reliquum est arti. De Cl. 333. Galba fuit inter tot æquales unus excellens. Orat. 6. Unus excellit inter omnes. De Cl. 230. Hortensius suos inter æquales longe præstitit. Pro Planc. 32. P. Crassus inter equites Romanos summo splendore fuit. Orat.

99. Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari. De Som. 14. Homines, qui terram incolunt, interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit. De Am. 27. Ea charitas, quæ est inter natos et parentes. 8. Att. 11. Hujus enim operis maximi inter homines illum esse effectorem volo. De Amic. 33. Quæ sæpe inter me et Scipionem de amicitia disserebantur. Pro Qu. 46. Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintium. Pro Pom. 68. Qui inter tot annos unus inventus est, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Ver. 2. 130. Ut dies quadraginta quinque inter binos ludos tollerentur. 2. A. 65. Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset. 3. Q. Fr. 15. Hæc inter cœnam Tironi dictavi, ne mirere alia manu esse. 1. de Leg. 67. Usucapionem XII. tabulæ inter quinque pedes esse voluerunt. 9. Att. 2. Inter me et Brundusium Cæsar est. *Ibid.* Hoc inter me et illos interest, quod, &c. Pro S. R. 11. Judicium inter sicarios committitur. Ver. 1. 65. Philodamus in primis inter suos copiosus.

Pro, invicem, aut mutuo. 2. de Orat. 222. Atque hæc inter se jungi copularique possunt. *Ibid.* 223. Capita inter se contraria. 6. Att. 1. Cicerones pueri amant inter se, discunt. 1. de Nat. 123. Dii inter se diligunt. 3. Qu. Fr. 3. Pueri valent, et nos, et inter se amant. 6. Att. 1. Quæ fueramus ego et tu inter nos de sopore locuti. 3. C. 13. Illi furtim inter se aspiciebant. 2. de Orat. 94. Aliqui voluntate similes inter sese. 13. Fa. 78. Nihil potest esse conjunctius, quam nos inter nos risum tenere. 1. de Orat. 83. Virtutes ipsas esse inter se æquales et pares. De Cl. 148. In reliquis dissimiles inter se fuerunt. De Arusp. 63. Nostræ sunt inter nos iræ discordiæque placandæ. 9. Att. 2. Duæ artes inter se pares. Div. 34. Vobis inter vos voluntas fuit conjuncta. De Clar. 84. Sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum est &c. 2. Att. 7. Una spes salutis est, istorum inter ipsos dissensio. De Amic. 50. Bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam esse. 1. de Nat. 71. Hoc mirabilius, quod vos inter vos risum tenere possitis. 10. Att. 4. De ea re nos inter nos locuti sumus. 1. de Div. 58. Nos inter nos esse complexos. 2. de Orat. 295. Sed quid vos inter vos? 9. Fam. 8. Puto fore, ut mirere, id nos locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus. De Am. 84. Neque solum colent se inter se, sed, &c. 1. Off. 51. Ac latissime quidem patens hominibus inter homines, omnibus inter omnes societas hæc est. *Ibid.* 22. Hominum inter homines societas. *Ibid.* Ipsi inter se alii aliis prosunt. 11. A. 2. Quorum summum quondam inter ipsos odium meministis. Pro Cor. 60. Nostras inimicitias ipsi inter nos geramus. 14. Att. 15. Ut nosmetipsi inter nos conjunctiores simus. Pro Qu. 30. Ut aut uterque inter se, aut neuter satisdaret. 8. Att. 20. Qui inter se ne noti sunt. 5. de Fin. 12. In eo nonnunquam variari inter eos et dubitari videtur. 1. Fam. 9. Atque utinam hæc inter nos studia exercere possemus. Pro Cæc. 52. Sermo familiaris non cohærebit, sed verba inter nos aucupabimur. 2. de Orat. 7. Sermo, quem illi quondam inter se de his rebus habuissent. De Un. 33. Hæc inter se pene contingunt. *Ibid.* 35. Quos fratres inter se et agnatos appellare videamus. Pro Mil. 13. Vim inter cives susceptam esse. 9. Fam. 8. Sermo inter nos habitus. 12. 28. Non enim inter nos facere debemus. 1. Orat. 215. Multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ atque sejunctæ. De Fat. 15. Si in sphæra maximi orbes sunt, medii inter se dividuntur. 12. Fam. 29. Amor inter nos natus est.

Interamna, *oppidum.* 2. Att. 1. et pro Dom.

Interamnis. Pro Mil. 47. Caius Cassius Interamnis.

Intercalandi. 2. de Leg. 29. Diligenter habenda ratio intercalandi est. 8. Fam. 6. Curio bellissime, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum.

Intercalaris, re, *Februarius, quod in eo dies unus interponitur, ἐπακτός.* 5. 14. Ad VI. Cal. intercalares priores. Pro Quin. 79. Ante V. Cal. intercalares. *Ibid.* Pridie Cal. intercalares.

Intercalarius, a, um, *intercalaris, id est, interpositus, interjectus, ἐμβολιμαῖος.* Ver. 2. 130. Tunc Cephaleditani decreverunt intercalarium XLV. dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur.

Intercalatur. 5. Att. 21. Cum scies Romæ intercalatum sit, nec ne, velim ad me scribas.

Intercalor, aris, *interponor, adjungor, prorogor, ἐμβάλλομαι.* 7. Fa. 2. Quotidie vota facimus, ne intercaletur. 5. Att. 9. Te rogo, ut pugnes, ne intercaletur. 4. 13. 6. 1. Præmuni quæso, ut simus annui, ne intercaletur quid. et lib. 6. ep. 1. Ea sic observabo, quasi intercalatum non sit.

Intercapedo, inis, *intermissio, intervallum, διάστημα.* 16. Fam. 21. Itaque jam me non pœnitebit intercapedinem scribendi fecisse. 1. de Fin. 61. Quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ. 9. Fam. 22. Quid enim? non honestum verbum est divisio? at inest obscœnum, cui respondet intercapedo.

Interceditur, *impersonale.* Pro C. Cor. 1. Legere codicem cum intercedatur.

Intercedo, dis, *intersum, intervenio, μεσιτεύω, ἐνίσταμαι.* 2. de Orat. 89. Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste &c. Pro Clu. 72. Unus et alter dies intercesserat, cum res parum certa videbatur. 2. de Fin. 102. Ne id quidem fieri potest, nisi cum multa annorum intercesserint millia. Ver. 2. 89. Una nox intercesserat, cum, &c. 1. C. 4. Nox nulla inter-

cessit, mox interfectus est. Pro Qu. 48. Is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ et necessitudines veteres intercedebant. *Ibid.* 54. Affinis meus, quicum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens intercedit. 6. Fam. 12. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt. Pro Cæl. 32. Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. 13. Fa. 65. Multaque et magna inter nos officia et paria et mutua intercedunt. *Ibid.* 4. Cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen te rogarem. De Ami. 79. Si morum aut studiorum commutatio facta erit, aut in reip. partibus dissensio intercesserit. 1. ad Her. 26. Ratio, quæ nisi intercederet, nec causa quidem esset, &c. 1. Fam. 2. De his rebus pridie quam hæc scripsi, Senatus autoritas intercesserat. 15. 2. Cum vestra autoritas intercessisset, ut ego regem tuerer. De Cl. 173. Itaque eum, etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamen, neque tertium dixerim. 3. de Fin. 67. Ea natura est hominis, ut ei cum genere humano quasi civile jus intercedat. 1. Fa. 9. De Vatinio autem primum reditus intercesserat in gratiam. 13. 23. Inter nos vetus usus intercedit.

Rogando impetro, ὑπισχνοῦμαι. 6. Att. 1. Adscribit etiam intercessisse se pro eis magnam pecuniam. 2. A. 45. Tantum enim pro te intercessisse dicebat. 1. Fam. 9. Nullum meum minimum dictum, non modo factum pro Cæsare intercessit, quod ille, &c.

Obsto, adversor, reluctor, resisto, ἐναντιόω. 2. de Orat. 197. Tribuni ex templo pulsi cum intercedere rogationi vellent. 2. Qu. Fr. 5. Monstra de aliquo promulgare, quibus intercedat nemo. 3. de L. 18. Quod legationis genus ego Consul sustulissem approbante senatu, nisi mihi Levinus Trib. pleb. intercessisset. Pro Qu. 65. Quid, si M. Brutus intercessurum se dixit, &c. videturne intercessisse appellatio tribunorum? 1. Fa. 2. De his rebus pridie quam hæc scripsi, Senatus autoritas gravissima intercesserat: cui cum Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta. *Ibid.* 7. Eaque quæ de reductione regis scripta est autoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut, &c. 1. Att. 13. Qui veritus est, ne Fusius ei legi intercederet, quæ ex S. C. ferebatur. 10. Fa. 10. Meæque sententiæ, quæ secunda pronunciata erat, cum frequens assentiretur Senatus, rogatu Servilii P. Titius intercessit. *Ibidem.* Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.

Interceptio, onis, *διάληψις.* Pro Cl. 167. Quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum?

Interceptus, a, um. 1. ad Qu. Fr. et Att. 1. Literæ interceptæ. 2. con. Rul. 3. Honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus.

Intercessio, onis, *quam vulgus oppositionem vocat, præsertim in causis forensibus, ἀντιπαράστασις.* 2. con. Rul. 30. Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. 1. A. 25. Quas tu mihi intercessiones inquis?

Intercessor, oris, *obstans et resistens, ἐνστάτης, ἐναντιούμενος.* Pro Sul. 65. Cæcilius agrariæ legi intercessorem fore perpessus est. 1. Q. Fr. 4. Clodius poterit conciones concitare, deinde etiam intercessor parabitur. 3. de Leg. 11. Intercessor rei malæ, salutaris civis esto. Pro S. R. 110. Postremo isto hortatore, intercessore, ad Sullam Legati non adierunt. 10. Fa. 10. Intercessor gravissimus. Pro Cor. 2. Nullo intercessore comparato. 2. A. 3. Intercessor iniquissimus.

Adjunct. *Gravissimus, iniquissimus.*

Intercido, dis, *cado, διαπίπτω.* Pro Deiot. 25. Pereant amici, dum una inimici intercidant, *dictum Domitii, ex versu quodam Græco.* 5. Fam. 8. Si qua interciderunt, non tam re, quam suspicione violenta, ea, &c.

Intercido, dis, *interscindo, διατέμνω.* Parad. 6. Mercedum pactiones in patrociniis intercisæ pecuniarum in coctionibus candidatorum.

Intercipio, is, *in itinere capio, aufero, ἀπολαμβάνω, μεταλαβέω.* Pro Cl. 166. Venenum cum in mulso daretur, quendam ejus familiarem intercepisse, bibisse, statimque mortuum esse.

Intercipior, eris. 10. Fam. 23. Ne literæ a latronibus interciperentur. 1. Att. 10. Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. 10. 7. De his rebus, quas intercipi periculosum esset.

Intercise, *κομματικῶς.* Part. 24. Intercise atque permiste dicere.

Intercisus, a, um. 4. Att. 14.

Intercludendus, a, um. 8. Att. 9. Ille a commeatu et reliquis copiis intercludendus. Par. 1. Qui Carthaginensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt. Postqu. ad Qu. 14. Inimici mei, corporibus civium trucidatis, flumine sanguinis meum reditum intercludendum putaverunt.

Intercludo, is, *prohibeo, nego, διακλείω.* 2. de Fin. 118. et 15. Fa. 4. Intercludere aditum ad aliquem locum. Pro S. R. 110. Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. Ver. 5. 131. Intercludere perfugium fortunæ alicui. 7. Att. 19. Intercludere fugam alicui.

Claudo. Pro Rab. 3. Intercludere omnes seditionum vias, munire præsidia reipub.

Intercludor, eris, *prohibeor.* 8. Att. 8. Intercludor dolore. Pro Cæc. 84.

Interclusio, onis, *impedimentum, ἐμπόδισμα.* 3. de Orat. 181. Clausulas et interpuncta verborum animæ interclusio, et angustiæ spiritus attulerunt.

Interclusus, a, um, *contectus.* Pro Cæl. 42. Via deserta et inculta, atque interclusa jam frondibus et virgultis.

Prohibitus. 8. Fam. 1. Ipsum apud Bellovacos circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu. Pro Sull. 4. Aditum ad aliquem

locum alicui esse interclusum. 2. con. Rull. 74. Cum a civibus interclusum sit præsidium.

Clausus. Pro Clu. 183. Hoc modo innocentiæ defensio interclusa respirat.

Obsessus. 9. Att. 4. Plane capti interclusique sumus. 8. 15. Iter meum interclusum putabam.

Rejectus. De Pro. 6. Byzantii Mithridatis impetum ægre repulsum, et cervicibus interclusum suis sustinuerunt.

Syntaxis. *A commeatu aliquem intercludere. Intercludere adventum alicujus re aliqua. Intercludere aditum ad aliquem locum alicui, fugam, iter, perfugium fortunæ. Intercludere omnes seditionum vias. Intercludi dolore. Via interclusa frondibus et virgultis. Locus præsidiis interclusus. Hostes capti interclusique. Innocentiæ defensio interclusa. Intercludere aliquem in insidiis.*

Intercolumnium, ii, *columnarum intervallum*, περιστύλιον. 3. Qu. Fr. 1. Edera convestivit, qua basim villæ, qua intercolumnia ambulationis. Ver. 1. 51. Signa omnibus intercolumniis disposita. 3. ad Her. 29. Ut ædes, intercolumnium, &c.

Intercurro, is, *intercedo, intervenio*, διατρέχω. 8. A. 17. Pugnatur acerrime; qui intercurrerent, misimus tres principes civitatis. 1. ad Her. 12. Alterum genus est narrationis, quod intercurrit nonnunquam.

Intercus, tis, *morbus est, quem hydropem vocant Græci*, ὕδρωψ. 3. Off. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

Interdico, is, *prohibeo, veto, decretum interpono*, ἀπαγορεύω. Ver. 2. 30. Si Prætor improbus, cui interdicere nemo possit, det quem velit judicem. Pro Cæc. 23. Prætor interdixit, ut est consuetudo, de vi hominibus armatis, sine ulla exceptione, tantum ut, unde dejecisset, restitueret. *Ib.* 36. Prætor qui de fossis, de cloacis, deque minimis aquarum controversiis interdicit.

Interdicor, eris. Pro Dom. 47. Ut M. Tullio aqua et igni interdicatur. *Ibid.* 82. 11. Fa. 1. Futurum puto, ut aqua et igni nobis interdicatur. 1. A. 23. Leges, quæ jubent, ei, qui de majestate damnatus sit, aqua et igni interdici. De Sen. 22. Nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet. De Arusp. 12. Ut huic furiæ vox interdiceretur. 2. ad Her. 45. Quibus aqua et igni interdictum est. 6. A. 10. Sic contendit, tanquam si illi aqua et igni interdictum sit. Pro Dom. 47. Hanc legem Clodius scripsit, ut interdictum sit, cui non sit interdictum. *Ibid.* 82. Quod de omnibus interdictum est, scriptum est in legibus. 1. de Orat. 215. Neque enim interdictum est a rerum natura, aut a lege aliqua, atque more, ut singulis hominibus ne amplius, quam singulas artes, nosse liceat. 1. de Fin. 7. Nec mihi, ne faciam, interdictum puto. Pro Corn. 26. Non modo nullo proposito præmio, sed etiam interdicto. Pro Cæl. 48. Si quis est, qui etiam meretriciis amoribus interdictum juventuti putet.

Interdictio, onis, ἀπαγόρευσις. Pro Dom. 78. Tecti et aquæ et ignis interdictio.

Interdictum, cti, *proprie Prætoris dictum est ac formula, qua quid aut fieri jubet, aut vetat, præsertim cum de possessione contenditur: deinde etiam omnis vetandi formula*, ἀπαγόρευμα. 3. con. Rul. 11. Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur. 7. Att. 25. Cæsaris interdicta respuentur. Orat. 102. Causa pro Cæcinna de verbis interdicti fuit. Pro Cæc. 35. Tum per hoc interdictum eum restitui oporteret. *Ib.* 9. Possessionem per interdictum repetere. 1. de Orat. 41. Multisque præessem, qui tecum interdicto contenderent, aut ex jure manu consertum vocarent, &c. 15. Fa. 16. In hoc interdicto non solet addi, In hoc anno. I. P. 18. Tamen id iis non licere per interdicta crudelitatis tuæ, potestatis erat non ferendæ. Pro Dom. 69. Flamma temporis, interdictum sceleris, vox furoris. I. P. 48. Gabinius numen interdictumque deorum regi vendidit. Pro Cæc. 40. Periculosum est dissolvi hoc interdictum.

Syntaxis. *Interdicere alicui. Interdicere, ut. Aqua et igni nobis interdicitur. Vel aqua et ignis. Patriis bonis interdicitur male rem gerentibus. Vox mihi interdicitur. Interdictum est de re aliqua. Interdictum est, ne. Meritriciis amoribus interdicitur juventuti. Alicujus interdicta respuere. Possessionem repetere per interdictum. Interdicto contendere cum aliquo. Dissolvere interdictum.*

Interdiu, μεθ' ἡμέραν. 2. ad Her. 7. Tempus ita quæritur, qua parte anni, qua hora, noctu, an interdiu factum esse dicatur.

Interductus, us, *distinctio, vel nota*, σημεῖον. Or. 228. Oratio non spiritu pronunciantis, nec interductu librarii, sed numero coacta debet insistere.

Interdum, *aliquando, nonnunquam*, ἐνίοτε. De Cl. 236. Acumen M. Pisonis sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. Orat. 201. Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. 2. de Finib. 41. Interdum, vel potius nimium sæpe. 3. de Orat. 204. Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias.

Interea, *interim, tantisper, hoc interim spatio*, μεταξύ. Pro Quin. 28. Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, &c. *Ibid.* 15. Nec interea verbum interposuit Nævius. Pro R. P. 4. et 5. A. 30. Teretur interea tempus. 1. de Or. 191. Interea dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur. 5. Fa. 12. Tu interea cessabis.

Interemptus, a, um. Pro S. R. 33. Qu. Scævola a civibus suis interemptus.

Intereo, is, *morior*, ἀφανίζομαι, διαφθείρομαι. 3. de Nat. 35. Non intelligo, quomodo calore extincto corpora intereant: non intereant humore aut spiritu amisso. 2. Att. 31. Ut posse videretur sine dolore interire. 3.

de Nat. 37. Ignem interiturum esse, nisi alatur. 1. Q. Fr. 1. Cum id, quod dabatur, non esset interiturum. Pro Ar. 8. Tabulæ publicæ omnes tabulario incenso interierunt. 1. Att. 10. Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. 3. de Fin. 45. Ut interit magnitudine maris Ægæi stilla muriæ. 1. Acad. 29. Nihil valentius, a quo intereat. *Ibid.* 26. Eoque etiam interire non in nihilum, sed in suas partes. Pro Mur. 27. Majores sacra interire noluerunt. Pro Dom. 34. Quid? sacra Clodiæ gentis cur intereant, quod in te est? Ver 3. 127. Cum res frumentaria, commeatus, copiæ, salus urbis atque exercituum nostrorum in posteritatem istius avaritia interierint, &c.

Interest, erat, *refert, ad rem est,* λυσιτελεῖ. συμφέρει. 12. A. 31. Id potissimum faciam, quod maxime interesse reipub. judicabo. Pro Mur. 4. Ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit, duos Consules esse, &c. 4. Fa. 10. Multum interest rei familiaris tuæ, te quamprimum venire. 2. de Fin. 72. Interest omnium recte facere. 2. Q. Fr. 4. Hoc vehementer interest reipub. 2. de Leg. 38. Civitatum hoc multarum in Græcia interfuit, antiquum vocum servare modum. 1. A. 21. Quis enim est hodie, cujus intersit hanc legem manere? Pro Mil. 57. Semper Milo quantum interesset P. Clodii, se perire, cogitabat. 15. Att. 17. 13. 4. Magni interest mea, una nos esse. 3. Famil. 5. Utriusque nostrum magni interest, ut te conveniam. De Cl. 257. Atheniensium plus interfuit firma tecta in domibus habere, quam, &c. *Ibid.* 256. Plus interest reipubl. castellum capi, quam, &c. 10. Att. 4. Nihil illius interest, quod in Senatum non venis. 3. 19. Non quod mea interesset loci natura. 11. 20. Illud mea magni interest, te ut videam. Pro Sull. 79. Vestra enim, qui vixistis, &c. hoc maxime interest. 2. Att. 23. Permagni nostra interest, te esse Romæ. 8. 6. et 15. Scio quanti reip. intersit omnes copias in unum locum convenire. 9. 11. Permagni ejus interest, rem ad interregnum venire. Pro Clu. 140. Nec sua putat interesse, se, &c. 6. Fam. 7. Non tantum interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur. 2. 18. Quod mea et reip. interest. *Ibid.* 4. Si quid est, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum intersit. 13. 1. Quod mea intelliges multum, tua nullam in partem interesse. Pro Pl. 19. Quantum interesse vis ad rationem petendi? 1. de Nat. 7. Magni interest ad decus et ad laudem civitatis, ita fieri. 16. Fa. 1. Magni ad honorem nostrum interest, quamprimum te ad urbem venire. 5. 12. Equidem ad nostram laudem non multum video interesse, sed ad properationem meam interest, non te expectare. 2. 19. Magni enim videbatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. 1. Tusc. 24. Non sentientis autem nihil est ullam in partem, quod intersit. 1. de Inv. 30. Ut nostra non intersit eos alio pacto docere. 11. Att. 5. Neque ad id, quod quæris, multum interest. De Arusp. 13. Ad facinoris disquisitionem interest, adesse quamplurimos. Ad Brut. 5. Magnopere interest, opprimi Dolabellam. 2. de Div. 94. In motibus cœli multum interest, qui ventus, qui imber, &c. 12. Fam. 9. Multum interest te venire. De Som. 17. Quid autem interest, ab iis, qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit, qui ante nati sunt? 2. con. Rull. 21. Leges sunt veteres, neque eæ Consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribunitiæ, &c. 3. de Nat. 89. Ad prosperam adversamve fortunam qualis sis, aut quemadmodum vixeris, nihil interest. 2. de Fin. 90. Nihil interest ad beate vivendum, quali utaris cibo. 2. con. Rull. 72. Nihil interest reip. colonia deducatur, nec ne. 13. Att. 14. Quod si latius volent proferre diem, poterunt vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur: nihil enim interest. 3. de Nat. 79. Nihil interest, utrum nemo valeat, an nemo possit valere. 3. Fam. 11. De ambitu, an de majestate, nihil ad rem interest. Orat. 51. In Philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas, &c. 13. Fam. 10. In omnibus rebus permultum interest, quibus illæ modis fiant. 4. Att. 15. Mihi nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per teipsum. 11. Fam. 16. Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. 5. Att. 21. Quid autem intersit, si tuos digitos novi, certe habes subductum. *Ibid.* Nihil interest, utrum ita scribas, si uter, &c. an si, &c. et quid interest, utrum hoc feceris, an frumentum furatus sis? 1. Fam. 7. Multum interest, utrum laus minuatur, an salus deseratur. Orat. 217. Nihil interest, dactylus sit extremus, an creticus. Parad. 3. Navem auri evertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia parum interest. Postq. in Sen. 14. Cum hoc homine, aut cum stipite Æthiope si in foro constitisses, nihil crederes interesse. 2. de Div. 59. Quasi vero quidquam intersit, mures scuta, an cribra corroserint. 1. de Leg. 53. Hæc ne minimum quidem, utrum adsint, vel absint, interest. 8. Att. 2. Quasi intersit, audiam, an videam. Pro L. Var. Ea cædes, si potissimum crimini datur, detur ei, cuja interfuit, non ei, cuja nihil interfuit.

Differt, distat, differentia vel discrimen est, διαφέρει. 2. de Orat. 248. Tantum interest, quod gravitas in honestis rebus, jocus in turpiculis ponitur. 3. de Fin. 50. Inter eas res nihil omnino interest. 5. Fam. 21. 6. 4. Inter causas multum interest, inter victorias nihil interfuturum puto. 2. de Orat. 89. Non est credibile, quid interesse mihi visum sit inter eum, qui, &c. et qui, &c. Div. 35. Vide quantum interfuturum sit inter meam atque tuam accusationem. 1. Att.

14. Neque inter me atque te quidquam interest, præter, &c. 5. Tusc. 32. Inter Zenonem et Peripateticos nihil præter verborum novitatem interesse. I. P. 16. Inter vos et Catilinam nihil interest. 3. de Orat. 195. Plurimum interest inter doctum et rudem. 1. de N. 16. Plurimum interest inter hoc et illud. 3. 26. Quid intersit inter naturam et rationem, non distinguitur. 8. Att. 15. Hoc inter me et illos interest, quod ego, &c. illi, &c. Postq. ad Quir. 13. Hic tantum interfuit inter me et inimicos meos. 1. Off. 11. Inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod hæc, &c. homo autem, &c. De Fat. 16. Sed interest inter causas fortuito antegressas, et inter causas naturales, &c. 1. de Fin. 30. Interest enim inter argumentum conclusionemque rationis, et inter mediocrem animadversionem atque admonitionem. Pro Sest. 92. Atque inter hanc vitam et illam nihil tam interest, quam vis atque jus. 4. Acad. 83. Nullum est visum verum a sensu profectum, cui non oppositum sit visum aliud, quod ab eo nihil intersit. *Ibid.* 27. Qui vera negant quidquam a falsis interesse. 4. Acad. 36. Visa, inter quæ nihil interest. *Ibid.* 40. Neque in his quidquam interest. 3. de Fin. 25. Nihil esse quod intersit aut differat aliud ab alio, præter honesta et turpia. 10. Att. 4. His denique in malis quid intersit inter me et istos, quos, &c. Pro Planc. 13. Et quo plus intererat, eo plus aberat a me. 1. C. 10. Dummodo inter me atque te murus intersit. Postq. in Sen. 16. Nec unam quidem horam interesse passus es inter meam pestem et tuam prædam. 4. Tusc. 41. Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes approbent, an moderatam injustitiam. 3. Fa. 11. De ambitu vero quid interest, inquies, an de majestate. Ad rem nihil.

Adverb. *Aliquantum, omnino, nihil, maxime, permultum, multum, permagni, plurimum, plane nihil, vehementer.*

Syntaxis. *Tuarum rerum interest multum. Omnium interest. Plus, multum, magni interest. Ad honorem nostrum interest. Ad hoc multum interest. Ad rem nihil interest. Inter eos multum interest. Inter hominem et belluam hoc interest, &c.*

Interfector, oris, *percussor*, φονεύς. Postq. in Sen. 4. Si hostes atque interfectores reipublicæ vixissent. 1. A. 35. Ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Pro Mil. 73. Tiber. Gracchi interfectores.

Interfectus, a, um. 13. Att. 10. Interfectus in insidiis.

Interficiendus, a, um. Pro Clu. 25. Deinde ipsum Aurium tollendum interficiendumque curavit.

Interficio, is, *neco, eneco, occido, ferro vitam eripio, interimo*, φονεύω, φθείρω, κτείνω. Pro Dom. 59. Quod eum toties per insidias interficere voluistis.

Interficior, eris. Oeco. 3. Nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere et interfici.

Interjectio, onis, *interpositio*, παρένθεσις. 1. ad Her. 9. Et tamen occulte dicemus interjectione verborum.

Interjectus, a, um, *medius, interpositus.* Par. 1. Quid inter horum ætates interjectus Cato? 12. A. 18. Inter has personas me interjectum moleste ferunt. De Cl. 228. L. Sisenna interjectus inter duas ætates Hortensii et Sulpitii. 2. de Nat. 66. Aer interjectus inter mare et cœlum. De Som. 14. Et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas vides. 2. con. Rul. 18. Videte quantum intervallum sit interjectum inter hoc et illud. 2. ad Her. 3. Narratio accusatoris suspiciones interjectas et dispersas habere debet. De Opt. 2. Alii eis interjecti, et tanquam medii. Orat. 25. Quod eorum vicini non ita lato interjecto mari Rhodii nunquam probaverunt. Pro Sest. 52. Videtis, me ad pristinam meam dignitatem brevi temporis dolore interjecto esse revocatum. De Pro. 17. Annus est integer nobis expectandus, quo interjecto civium calamitas prorogatur. 2. Fin. 114. In voluptate maxima, nullo intervallo interjecto, dies noctesque versari. *Ibid.* 16. Interjectam multitudinem hominum non vides? 1. Off. 92. Multi sunt interjecti inter Philosophos, et eos, qui rempublicam administrant. 2. de Div. 3. Interjectus est etiam nuper is *liber*, quem ad Atticum de senectute misimus. 2. Nat. 143. Nasus quasi murus oculis interjectus est.

Adverb. *Apertissime, crudelissime, publice.*

Syntaxis. *Inter illorum ætates interjectus Cato. Inter illas personas iste est interjectus. Aer interjectus, solitudo interjecta, suspicio, dolor, intervallum. Nasus interjectus oculis.*

Interjectus, us, *interjectio*, παρεμβολή. 2. de N. 103. Luna interpositu interjectuque terræ deficit. Orat. 21. Est autem quidam interjectus intermedius, utriusque particeps.

Interjicio, cis, παρατίθημι. De Un. 19. Idque interjecit inter individuum, et id, quod dividuum est in corpore, &c.

Interimendus, a, um. Pro Mur. 27. Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas, interimendorum sacrorum causa, reperti sunt.

Interim, *interea, tantisper, hoc interim spatio*, ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ. 2. de Or. 353. Hoc interim spatio conclave illud concidit. 8. Att. 12. Interim velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. Pro Lig. 3. Interim Varus Uticam venit, &c. Pro Clu. 21. Interim venit index, &c. 10. Fam. 12. Interim ad me venit Munatius noster. Pro Clu. 40. Tum interim illa, &c.

Interimo, is, *interitum affero, interficio*, ἀναιρέω, ἀποκτείνω. 1. de Nat. 50. Si quæ interimant, innumerabilia sunt, etiam ea, quæ conservent, infinita esse debere. 3. 56. Mercurius qui Argum dicitur interemisse. 2. de

Fin. 66. Lucretia se ipsam interemit. Pro Mil. 94. Me quidem exanimant et interimunt hæ voces Milonis, &c.

Interior, rius, *ἐνδότερος*. 1. de Nat. 26. Nihil est interius mente. 4. Acad. 20. Tactus quem Philosophi interiorem vocant. 1. Off. 53. Interius est etiam, ejusdem esse civitatis. 2. de Orat. 209. Interior est ille proprius. *id est magis attingit hominem.* 3. Off. 69. Societas, quæ latissime patet, interior et proprior. De Som. 21. Quod animal est, id motu cietur interiore. Pro Pom. 65. Regna interiorum nationum. 5. A. 11. et pro Sest. 24. In interiore ædium parte totius reip. nundinæ. 3. Q. Fr. 1. Quod interiore epistola scribis, et c. 2. de Div. 123. Sed hæc quoque in promptu, nunc interiora videamus. Pro Dom. 138. Illa interiora jam vestra sunt. 1. Q. Fr. 1. Interior vicinus. 3. de N. 42. Interiores et reconditæ literæ. 7. Fa. 33. Opus est hic limatulo et polito tuo judicio, et illis interioribus literis meis, quibus sæpe verecundiorem me in loquendo facis. 3. de Orat. 188. Oratio ne insistat interius, ne excurrat longius.

Syntaxis. *Nihil interius mente. Interior tactus. In interiori epistola. Literæ interiores: id est*, graviores, præstantiores.

Interitus, us, *occasus, obitus, θάνατος, ἀναίρεσις, διάλυσις*. 3. C. 19. Aruspices legum interitum et urbis occasum appropinquare dixerunt. 1. Tusc. 71. Est enim interitus, quasi discessus et secretio ac diremptio earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur. 2. de Div. 37. Natura omnium interitus atque obitus conficit. 2. de Fin. 27. Qualis est ista Philosophia, quæ non interitum afferat pravitatis? Pro Sull. 33. Cum ad occasum interitumque reipub. Catilina dux esset constitutus. 1. de Nat. 71. Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus et dissipatio consequatur. 1. C. 9. Quid de nostro interitu et urbis exitio cogitent. 3. de Na. 36. Ad quem dolor venit, ad eundem interitum venire. De Cl. 125. Gracchi immaturus interitus. 10. Fa. 17. Acerbissimus interitus Consulum. 8. Att. 12. Universus interitus. 1. Tusc. 90. Toto animante deleto, et facto interitu universo. 1. de Div. 68. Cum interitum exercitus nunciavisset. Hortens. Ut easdem tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli, qui in obscuratione Solis factus est. Incer. Nihil est, quod non aliquando ad interitum redigatur.

Adjuncta. *Acerbus, crudelis, immaturus, crudelissimus, et miserrimus, justus, magnus, optatissimus, paternus, perscler, repentinus, similis, universus, voluntarius.*

Syntaxis. *Legum interitus et casus urbis. Afferre interitum. Occasus et interitus reip. Interitus et dissipatio corporum. Facto interitu. Ad interitum omnia rediguntur.*

Interlitus, a, um, *linteis vel lituris inductus, διαληλιμμένος*. Pro Cl. 91. Codex C. Verris, qui tum interlitus proferebatur. Ver. 2. 104. Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas esse clamant.

Interluceo, ces, *eluceo, emineo, διαλάμπω*, 3. ad Her. 31. Ut loci distincte interlucere possint.

Intermedius, a, um, *medius, διάμεσος*. Orat. 21. Est autem quidam interjectus intermedius, et quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, vicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque potius expers.

Interminatus, a, um, *infinitus, ἀπέραντος*. 1. de N. 54. Immensa et interminata in omnes partes regionum magnitudo.

Intermissio, onis, *intercapedo, ἀνοχὴ, ἀνάπαυσις*. 1. de Nat. 115. Deum sine ulla intermissione pulsari agitarique incursione atomorum. 7. Fa. 13. Neque alia fuit ulla causa intermissionis literarum, nisi quod, ubi esses, plane nesciebam. 1. Off. 19. Ab actione sæpe fit intermissio. De Am. 8. Ut nulla intermissio fiat officii. 2. de Div. 142. Nunc propter intermissionem forensis operæ lucubrationes detraxi. 5. Fa. 17. Intermissio consuetudinis meæ. Hort. Qui dies et noctes sine ulla minimi temporis intermissione velit ita moveri suos sensus, &c.

Intermissus, a, um, *interjectus*. Pro Mur. 35. Dies intermissus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia.

Cessans, quiescens. 1. de Div. 55. Itaque ludis intermissis, instaurativi sunt constituti. 3. de Orat. 151. Verba ab usu quotidiani sermonis jamdiu intermissa. 2. Off. 24. Acriores morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ. 1. de Orat. 153. Cum remiges inhibuerunt, retinet tamen navis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum. 1. de N. 52. Nullo puncto temporis intermisso versari circum axem cœli, &c. 1. con. Rul. 21. Vectigal, quod, missis aliis, remaneat; intermissis, non conquiescat. Pro C. Cor. 1. Quæ intermissa complures annos, &c. Pro Dom. 45. Magistratus accuset intermissa die.

Intermitto, is, *interdum conquiesco, intermissionem, vel intercapedinem facio, διαλείπω, ἀναπαύομαι* .X. *Retineo*. Orat. 34. In maximis occupationibus nonnunquam intermittis studia doctrinæ. De Arusp. 55. Intermittere jurisdictionem. 9. Att. 19. Ne quem diem intermitterem, has dedi literas. 1. de D. 74. Gallos gallinaceos sic assidue canere cœpisse, ut nil intermitterent. 10. Fam. 24. Neque ille intermittit affirmare se venturum. 7. 12. Mirabar, quid tu mihi literas mittere intermiseras. 1. Tusc. 69. Cœlum suo tempore non intermittit nitescere. 7. Att. 15. Ut ab urbe discessi, nullum intermisi diem, quin, &c.

Intermittor, eris. 8. 16. Ut ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te literas. 5. 9. Nec tui mentionem intermitti sinimus.

Intermorior, eris, *pereo, morior, ὑπαποθνήσκω*,

6. Fam. 16. Si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas.

Intermortuus, a, um, *demortuus, extinctus*, ἡμιθανής. I. P. 16. Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis. Pro Mur. 16. Memoriam prope intermortuam generis sui virtute revocare. Pro Mil. 12. Declarant hujus ambusti Tribuni plebis illæ intermortuæ conciones.

Intermundia, orum, *inter mundos Epicuri spatia*, μετακόσμια. 2. de Fin. 75. Individua et intermundia, quæ nec sunt, nec esse possunt, intelligimus. 1. de Nat. 18. Tanquam modo ex Epicuri intermundiis descendisset.

Internecinus, a, um, *inexpiabilis, crudelis, ubi necesse sit omnes necari*, ὀλέθριος. 14. A. 7. Quæ sunt urbanarum maledicta litium, non injustæ belli internecini notæ.

Internectus, a, um, *interfectus*. 14. P. 7. Internecti nota testamenta, credo, subjiciunt.

Internecio, onis, *extinctio, interitus*, ἀπώλεια. Pro Dom. 63. Vicissem eum magna internecione improborum. Pro Syll. 33. Internecione cives liberavi. 3. C. 25. Quæ dissensiones non reconciliatione concordiæ, sed internecione civium dijudicatæ sunt. 2. Att. 20. Neque resisti sine internecione posse arbitramur. 3. de Nat. 90. Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur. Ver. 3. 125. Aratorum internecio facta nulla est. Pro Pomp. 30. Testis est, Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est.

Internosco, is, *secerno, discerno*, διαγινώσκω, διακρίνω. 2. de Orat. 353. Quos cum humare vellent, non potuerunt obtritos internoscere. 4. Acad. 22. Internoscere verum a falso. 2. ad Her. 36. Qui dignum atque indignum internoscere nequeunt. 4. Acad. 48. Ut internoscat *mens* visa, vera illa sint, an ne falsa. Pro S. R. 56. Fures internoscere.

Internoscor, eris. 2. de Div. 128. Quæ si alia verá, alia falsa, qua nota internoscantur, scire velim. De Am. 95. Secerni blandus amicus a vero et internosci potest, adhibita diligentia.

Internuncius, cii, *interpres*, διάκτωρ, διάγγελος. 10. Fam. 11. Assiduis internunciis cum Lepido egi, ut, &c. Ver. 5. 14. Damnatorum vitam a Prætore vel ipso carnifice internuncio redimi. 13. A. 12. Augures, interpretes, internunciique Jovis. 2. de Div. 72. Hæ sunt igitur aves internunciæ Jovis, quæ, &c.

Interpellans, tis. 9. Fa. 6. Vi nulla interpellante. 14. Att. 14. Interpellantibus his inimicitiis, animus tuus mihi magis patuit, quam domus.

Interpellatio, onis, *interventus*, παρενόχλησις. Part. 30. Interventus alicujus aut interpellatio. 2. de Orat. 203. 2. Qu. Frat. 9. et de Pro. 18. Interpellatio mei familiaris, qua paulo ante interrupta est oratio mea.

Interpellator, oris, *interventor, perturbator*, παρενοχλῶν. 15. Att. 13. Sed interpellatores illic minus molesti. 3. Off. 38. Dictitat, se hortulos emere velle, ubi se oblectare sine interpellatoribus possit. 6. Fa. 18. In literis sine interpellatore versor. 2. ad Her. 16. Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores.

Interpellatus, a, um, *intermissus*. 1. Att. 61. Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. 10. Fam. 23. Casu interpellatus adhuc.

Interpello, as, *interrumpo, impedimento sum*, παρενοχλέω, ἐνοχλέω. 2. Att. 6. Hic sum, ubi me interpellat nemo. 1. Tusc. 16. Sed nihil interpellabo, continentem orationem audire malo. 3. de Nat. 65. Tum Balbus, Interpellare te, inquit, Cotta, nolo. Ver. 4. 142. In quo ut aliquid esset moræ, multi interpellant. 11. Fam. 10. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus respub. a me commode administrari possit. Ver. 1. 71. Quod in priore actione interpellavit Hortensius. 11. Fam. 28. Cæsar nunquam interpellavit, quin, quibus vellem, &c. uterer. 2. Qu. Fr. 19. Tu metuis, ne me interpelles? primo si in isto essem, tu scis, quid sit interpellare. *Ibidem*. Tu vero ut me et appelles, et interpelles, et obloquare et colloquare velim. 2. de Orat. 262. Odiose interpellare aliquem.

Interpellor, aris. De Pro. 40. Interpellari ab aliquo.

Interpolando. Ver. 1. 158. Tollendo quod esset, semper aliquid demendo, mutando, curando ne litera appareat, interpolando.

Interpolo, as, *renovo*, ἀνακαινίζω. 2. Qu. Fr. 11. Appius vult, inquam, renovare honores eosdem, quo minus togam prætextam quotannis interpolet.

Interponendus, a, um. 8. A. 2. Quæ cum viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putavi. 1. Ac. 1. Quod cum audissemus, nullam moram interponendam putavimus, quin videremus hominem, &c. Ver. 2. 119. Qui ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit.

Interponens, tis. 8. Att. 3. Hæc scripsi sedato animo, nullum meum judicium interponens, sed exquirens tuum.

Interpono, is, *interjicio, in medio colloco*, παρεντίθημι, παρεμβάλλω, ἐμβάλλω. Orat. 154. Ut etiam modo, nisi Autem interposuissem, concurrissent. Ver. 3. 131. Cum hoc palam Decumani loquerentur, tuumque nomen in re tam turpi nefariaque interponerent, &c. Orat. 66. Interponere conciones. 14. A. 17. Hæc interposui, P. C., ut mé purgarem. Ver. 1. 114. In vita Att. 3. Qu. Fr. 4. De Ascanione tu vero quod voles facies, me nihil interpono. Pro Mil. 25. Clodius vocabat tribus, se interponebat, &c. 2. A. 9. Quid enim interponerem audaciæ tuæ, quam nullæ leges possunt coercere? Div. 21. Cur te interponis invitissimis his, quibus, &c. 10. Fam. 27. Sapientius facies, si te in istam pa-

cificationem non interpones. Pro S. R. 114. In rem aliquam fidem suam interponere. Ver. 3. 48. Acerbiorem legem et duriora edicta interposuit. Orat. 226. Inter quas variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio. 2. de Div. 151. Proprium est Academiæ, judicium suum nullum interponere. 2. de Inv. 80. Non oportuit ante supplicium, quam judicium interponere. Div. 63. Pro aliquo inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operam, studium, laborem interponere.

Interponor, eris. 2. ad Her. 10. Majores voluerunt certis in rebus interponi quæstiones. Div. 35. Nisi ista tua potentia in hac causa interponeretur. Pro Qu. R. 38. Cur in re tam veteri nova hæc restipulatio interponitur? 2. ad Her. 21. Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex conjecturis. De Am. 3. Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne, Inquit, et Inquam sæpius interponeretur. 2. de Orat. 257. Sæpe etiam versus interponitur, vel ut est, vel paululum immutatus. 3. ad Her. 18. Mediocres argumentationes interponi, et in medio collocari oportet. 1. de Inv. 27. Digressio extra causam interponitur. 2. de Leg. 16. In jurejando dii immortales tum judices, tum testes interponuntur.

Interpositio, onis, *interjectio*, παρένθεσις, παρεμβολή. 16. Fa. 22. Una omnino interpositio difficilior est, de quadrimo Catone. 1. de Inv. 8. Cum personarum certarum interpositione.

Interpositus, us, *interjectus*, παρέμβλημα. 2. de Nat. 103. Luna interpositu interjectuque terræ deficit.

Interpositus, a, um, *intermissus*, *interjectus*. Pro Mur. 35. Dies intermissus aut nox interposita sæpe perturbat omnia. De Cl. 86. Paucis interpositis diebus iterum Lælius dixit, &c. *Ibid.* 231. Multis inter nostrum tuumque initium dicendi interpositis Oratoribus. 2. A. 7. Literas ad se ab amico missas offensione aliqua interposita in medium protulit. Pro Cl. 5. Vehementes habeat et repentinos impetus, spatio interposito et causa cognita consenescat. Qu. de Pet. 43. In hoc maxime vitiosa est civitas, quod largitione interposita virtutis oblivisci solet. Ver. 2. 66. Iste pœnis compromississque interpolitis H. S. CCC. extorsit. 7. Att. 15. Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minus, quod opus esset ad bellum, a vobis pararetur. 5. A. 37. Qui istum, nondum interposita autoritate vestra, suo consilio et judicio ut hostem arcuit. 1. Fa. 7. Offensionem esse periculosam propter interpositam autoritatem religionemque video. Pro Sul. 92. Vos rejectione interposita repentini in nos judices consedistis. I. P. 50. Lentulus provinciam, quam sorte habebat, interposita religione deposuit. 16. Att. 17. Si ea decreta Coss. quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non servantur, magnam perturbationem fore. 4. 15. Obnunciationibus per Scævolam interpositis. De Cl. 89. Lusitani contra interpositam fidem interfecti. In Pis. 4. Ego in C. Rabirio X L. annis ante me Consulem interpositam Senatus autoritatem sustinui. Pro Cor. 1. Interposita fide per tres legatos.

Syntaxis. *Interponere nomen alicujus in re aliqua. Interponere fidem suam in rem aliquam. Interponere conciones, leges, edicta, operam, studium, laborem. Hæc interposui, ut &c. Me nihil interpono*, non ci entro. [I do not interfere.] *Interponere aliquid audaciæ alicujus. Interponere se in pacificationem. Judicium suum interponere. Interposito, spatio, offensione, largitione, auctoritate, religione, fide.*

Interpres, tis, *explanator*, *internuncius*, *conjector*, ἐξηγητὴς, ἑρμηνεύς. 3. de Fin. 15. Interpretes indiserti. 1. de Div. 118. Ea quibus bene percepta sunt, ii, non sæpe falluntur: male conjecta maleque interpretata, falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscitia. 2. de Div. 54. Quid autem volunt ea significantes, quæ sine interpretibus non possumus intelligere? 1. 116. Quia erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. 1. Off. 6. Sequimur igitur in hac quæstione potissimum Stoicos, non ut interpretes: sed ut solemus, e fontibus eorum, judicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus. De Opt. 14. Nec converti ut interpres, sed ut Orator sententiis iisdem, et earum formis tanquam figuris. 1. de Div. 34. Grammatici interpretes poetarum. *Ibid.* 39. Interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabuntur. 1. de Nat. 39. Chrysippus Stoicorum vaferrimus interpres. 13. A. 12. Augures, qui Jovis optimi maximi interpretes internunciique sunt. Pro Clu. 146. Legum interpretes judices. 2. de Div. 62. Conjector quidam et interpres portentorum. *Ibid.* 73. Tum avis illa videri possit interpres et satelles Jovis. 2. de D. 92. Astrologi interpretes cœli. 2. de Div. 131. Si Pœni in Senatu nostro sine interprete loquerentur, &c. 2. de Div. 115. Ut interpres egeat interprete. 2. de N. 140. Sensus interpretes et nuncii rerum. 1. de Leg. 30. Mentis interpres est oratio. 2. de Inv. 139. Interpres voluntatis alicujus. Orat. 155. Interpres augurioruin. 3. de N. 5. Interpres Sibyllæ. Top. 4. Interpres juris. Ver. 3. 84. A. Varius est in Sicilia interpres: quo iste interprete non ad Græcam linguam, sed ad furta et flagitia uti solebat. Pro Cæc. 54. Testamento si recitatus hæres esset pupillus, isque jam annos viginti haberet, vobis interpretibus amitteret hæreditatem. 5. de Fin. 89. Ita quemadmodum in Senatu semper est aliquis, qui interpretem postulet: sic isti nobis cum interprete audiendi sunt. 7. Fa. 19. Nullam artem literis sine interprete et doctore, et sine aliqua exercitatione percipi posse. Ad Brut. 10. Cæsarem quidam fallacibus interpretibus ac nunciis impulerunt in spem consulatus. Ver.

4. 49. Per amicos et interpretes agere aliquid. Act. 1. Ver. 36. Qui aut sequestres aut interpretes corrumpendi judicii solent esse. 10. Fa. 17. et 11. Quo ego interprete novissime ad Lepidum sum usus. Hor. Ut veteres illi sive vates, sive in sacris initiisque tradendis divinæ mentis interpretes aliquid vidisse videantur.

Adjunct. *Exercitatissimus, fallax, indisertus, nummarius, præclarus, prudentissimus, publicus, religiosus, vaferrimus.*

Syntaxis. *Interpretes poetarum Grammatici. Portentorum interpres. Interpres et internuncius. Judex legum interpres. Oratio mentis interpres. Conjector et interpres. Avis interpres Jovis. Astrologus interpres cœli. Sensus rerum interpretes et nuncii. Per interpretem agere. Sequester et interpres corrumpendi judicii. Uti aliquo interprete. Sine interprete loqui. Interpretum explanationes adhibere.*

Interpretatio, onis, *notatio, etymologia,* ἑρμηνεία, ἐξήγησις. 1. Off. 33. Nimis callida, sed malitiosa juris interpretatio. 2. 65. Juris civilis cognitio et interpretatio. 2. cont. Rull. 7. Verbi vis et interpretatio. Pro Corn. 36. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, Comiter esse communiter: quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. Par. 127. Verbi interpretatione se defendere. 1. de Orat. 23. Neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possunt. *Ibid.* 199. Senectuti vero ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio? 2. 257. Interpretatio nominis habet acumen. De Op. 20. Causa habens interpretationem legum satis acutam. 1. de Orat. 140. Controversia vel contentio ex scripti interpretatione. Pro Cor. 14. An cujus linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat? 1. de Div. 39. Somnia Antiphontis interpretatione explicata. *Ibid.* 45. Ejus igitur somnii quæ sit a conjectoribus interpretatio facta, videamus. *Est quoque exornatio rhetorica.* 4. ad Her. 39. Interpretatio est, quæ exponit id, quod positum est, alio verbo quod idem valeat, hoc modo: Remp. radicitus evertisti, civitatem funditus dejecisti.

Adjuncta. *Satis acuta, nimis callida, sed malitiosa, indigna, naturalis, artificiosa, mendax, non molesta.*

Syntaxis. *Verbi vis et interpretatio. Somniorum interpretatio. Verba interpretatione se defendere. Interpretationem fieri. Contentio ex scripti interpretatione. Causa habens interpretationem legum.*

Interpretandus, a, um. 3. de Fin. 15. 1. Acad. 24. 25. et 26. et 2. ad Her. 16. De ratione interpretandi. 2. de Leg. 12. In ipso nomine legis interpretando inest vis et sententia justi, et juris colendi. 3. de N. 60. Vestri hæc confirmant interpretando, quorsum quidque pertineat. 1. de Div. 3. In monstris interpretandis procurandisque. 1. de Or. 158. Omnes bonarum artium scriptores ac doctores et legendi, et pervolutandi, et interpretandi. 9. A. 10. In legibus interpretandis, et æquitate explicandis.

Interpretans, tis. 1. de D. 12. Exta pecudum, aut monstra, aut fulgura interpretantium.

Interpretaturus, a, um. 16. Att. 16. Sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum putem.

Interpretatus, a, um, *expositus, declaratus.* De Arus. 37. Verba quæ ex Hetruscis libris in te conversa, ea interpretata dicuntur.

Interpretor, aris, *interpretationem facio, expono, interpretatione explico, explano, explico, rem obscuram explano,* ἐξηγέομαι, ἑρμηνεύομαι, σαφηνίζω. 2. Off. 5. Nec quidquam aliud est Philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiæ. De Cla. 152. Interpretando explanare rem obscuram. 2. de Fin. 20. Animadverte igitur, rectene hanc sententiam interpreter. 5. 26. Secundum naturam vivere, quod ita interpretamur, vivere ex hominis natura undique perfecta, et nihil requirente. 2. 100. Epistolam ejus, quam modo totidem fere verbis interpretatus sum. De Am. 21. Jam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur, nec metiamur eam, ut quidam indocti, verborum magnificentia. 1. de L. 14. Qui jus interpretari populo, et respondere soliti sunt &c. 1. Att. 14. Veremur, ne interpretemur illud oppidum ab Italia non satis abesse. 6. 1. Hoc nonnulli ridicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, ut ille male audiat. Pro Pl. 52. Si vero hoc, quod accidit, interpretari velis &c. Pro Mur. 64. Quod atrociter in Senatu dixisti, aut non dixisses, aut mitiorem in partem interpretarere. Pro Cæc. 89. Tu hoc idem, quod ego dico, interpretabere. 1. de Div. 46. Somnia, quæ Magi Cyro interpretati sunt ex Dionysii Persici libris. 1. de Div. 53. Ex quo illud somnium ita interpretatum esse, ut &c. 1. A. 38. Hoc vos per deos immortales, quale sit, non interpretamini? 2. de In. 139. et 2. ad Her. 16. Interpretari voluntatem alicujus ex aliquo facto, vel eventu. 3. de N. 77. Bene dicta male interpretari. *Ibid.* Perverse Philosophorum disputationem interpretari. 2. de Inv. 127. Judicem legi parere, non interpretari legem oportet. 3. Tusc. 38. Rectene interpretor sententiam tuam? *id est, rectene intelligo, &c.* 15. Att. 27. Tuam epistolam interpretari ipse vix poteram. 9. 12. Rogavi, ut interpretaretur, quid esset, quod ille scriberet, consilio meo se uti velle. 5. A. 7. Sed verecundus augur sine collegis de auspiciis non interpretaretur. Pro R. P. 29. Consilium ex necessitate, voluntatem ex vi interpretari. 1. de N. 119. Euhemerus, quem noster et interpretatus et secutus est Ennius. 2. Off. 60. Panætius, quem multum in his libris se-

cutus sum, non interpretatus. 2. ad Her. 16. In fraudem legis facere, vel fraudem legi fieri, est legem interpretari contra ejus sententiam. De Fa. 20. Verborum vim interpretari. Pro Corn. 36. Quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. 1. de Div. 92. Hetruria scientissime interpretatur, quid quibusque ostendatur portentis. *Ibid.* 34. Quorum omnium interpretes, ut Grammatici poetarum, proxime ad eorum, quos interpretantur, divinationem videntur accedere. 12. Att. 27. De Triario bene interpretaris voluntatem meam. De Ar. 36. Hoc quod sit, non facile interpretor. Pro Dom. 128. Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus scripta esse, non repugno. De Cl. 5. Sin, tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, angimur, summam ejus felicitatem non satis grato animo interpretamur. Ad Brut. 3. Itaque id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad duos captivos pertinere.

Adverb. *Bene, fallaciter, scientissime, insulse, male, recte, ridicule, sapienter, vere.*

Syntaxis. *Interpretando explanare. Totidem verbis aliquid interpretari. Virtutem ex consuetudine vitæ interpretari. Jus interpretari populo. Interpretari mitiorem in partem. Voluntatem ex facto interpretari. Bene dicta male interpretari. De auspiciis interpretari. Verborum vim interpretari. Si recte interpretor sententiam tuam*, se ben t'intendo.

Interpunctio, onis, *interpunctum, interductus, διαστολή.* Pro Mur. 25. Res enim sunt parvæ, prope in singulis litteris atque interpunctionibus verborum occupatæ.

Interpunctum, cti, *interpunctio, distinctio, διαστολή.* 3. de Or. 179. Clausulas et interpuncta verborum animæ interclusio et angustiæ spiritus attulerunt.

Interpunctus, a, um, *distinctus.* 2. de Orat. 328. Narratio distincta personis, interpuncta sermonibus. 3. 171. Clausulæ interpunctæ in orationibus. Orat. 53. Distincta alios et interpuncta intervalla delectant.

Interquiesco, scis, *requiesco, ἀναπαύομαι.* De Cl. 91. Cum paululum interquievissem.

Interregnum, gni, *tempus quo regnum rege vacat, dum creatur novus, μεσοβασιλεία, μεσοβασίλειον.* 3. Qu. Fr. 8. Ad interregnum comitia adducta. 9. Att. 11. Nam permagni ejus interest, rem ad interregnum non venire. 3. Qu. Fr. 2. Res spectat ad interregnum. 8. Att. 9. Aut si per Trib. pleb. non patiatur, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum. 7. Fam. 11. Quis enim tot interregnis Jureconsultum desiderat?

Interrex, gis, *is qui demortui regis locum tenet, donec alter creatur. Creabatur etiam, cum nullus esset in urbe patricius magistratus, ἀντιβασιλεύς.* 9. Att. 18. Si Sulla potuit efficere ab interrege, ut dictator diceretur, et magister equitum, cur hic non possit? 3. con. Rul. 5. L. Flaccus interrex legem de Sulla tulit, ut omnia, quæcunque ille fecisset, rata essent. Pro Dom. 38. Interrex, quem et ipsum patricium esse, et a patricio prodi necesse est. 7. Famil. 11. Ego omnibus unde petitur, hoc consilii dederim, ut a singulis interregibus binas advocationes postulent.

Interrogando. 2. de Fini. 2. Socrates percunctando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat.

Interrogans, tis. Pro Dom. 40. Te interrogante augures responderunt.

Interrogatus, a, um. Orat. 137. Ut interrogando urgeat, et rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat. 2. de Orat. 220. Hic meus frater a Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit.

Interrogatio, onis, ἐρώτησις. De Fat. 29. Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est.

Adjunct. *Apta, fallax, captiosa, facilis, stultissima.*

Interrogatiuncula, æ, *rogatiuncula, ἐρωτημάτιον.* Parad. 1. Cato minutis interrogatiunculis quasi punctis, quod proposuit, efficit. 4. de Fin. 7. Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

Interrogo, as, *quæro, percontor, ἐρωτάω, ἔρομαι, πύθομαι.* 2. Q. Fr. 3. Clodius interrogabat suos, quis plebem fame necaret? respondebant, Pompeius. 1. Tuscul. 57. Socrates pusionem quendam interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. Part. 2. Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogabo. In Vat. 13. Quid enim te de Hispaniensibus furtis interrogem? 1. C. 13. Interrogas me: num in exilium? non jubeo. 4. Acad. 80. Si quis deus te interroget, &c. utinam quidem roget. *Ibid.* 35. Qui ita interrogant, ab his irridentur. 3. de Legib. 6. Cum magistratus interrogassit. *id est, interrogaverit.*

Adverb. *Acute, bene, breviter, captiose, gradatim, minutatim, græce, latine, vicissim.*

Interrogor, aris. 4. Acad. 35. Interrogari ab aliquo. 2. de Orat. 106. Interrogari de aliquo.

Interrumpo, is, *interpello, dirimo, deleo, διαλύω.* 2. de Nat. 116. Contingere idem terræ necesse, ut omnibus ejus partibus in medium urgentibus nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta contentio gravitatis et ponderum.

Interrupte, *intercise, vel incisim, ἀσυνδέτως.*)(.*continenter, perpetuo.* 2. de Orat. 329. Interrupte narrare aliquid.

Interruptus, a, um, *intermissus, insistens, claudicans, infractus, amputatus.* De Pr. 18. Interpellatio familiaris mei, qua paulo ante interrupta est oratio mea, &c. 5. Fam. 8. Sed multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. 15. 14. Amicitia longis intervallis temporis interrupta. 1. de L. 9. Nec tam facile interrupta contexo, quam absolvo instituta. 1. Fa. 9. Non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti: qui confirmatus consulatu

nostro, nonnunquam postea interruptus et afflictus ante te Cos., recreatus abs te totus est. Pro Cæl. 59. Interruptis ac morientibus vocibus significare aliquid. De So. 14. Hos, qui terram incolunt, interruptos ita esse, ut, &c.

Syntaxis. *Interrupta oratio. Sensus interruptus et afflictus. Interrupta et moriens vox. Varietate temporum interruptum officium. Amicitia longis intervallis interrupta. Interrupta contexere.*

Interscindor, eris, *διακόπτομαι*. 2. de Leg. 10. Et a tergo pontem interscindi jussit.

Interscribo, bis, *διαγράφω*. 6. Att. 6. Nam quas multo ante tuas acceperam literas, in quibus ἔπεχε interscripseras, quid esset mihi faciendum de relinquendo, eæ me pungebant. *Lamb. legit*, *ἐπέχειν* te scripseras.

Interseco, as, *διασχίζω*. 3. ad Her. 24. Ut eas res inserere atque intersecare videamur in animis auditorum.

Interseptus, a, um, *interclusus, obstructus*, *διαφραχθείς*. Pro Cor. 43. Ne interseptum sit his iter ad hoc amplissimum præmium civitatis. 1. Tus. 47. Foramina terrenis concretisque corporibus intersepta.

Interspiratio, onis, *respiratio, ἀναπνοή*. 3. de Orat. 171. *Ibid*. 198. Æqualibus interspirationibus utebantur.

Intersum, es, *adsum, παρατυγχάνω, πρόσειμι*. De Sen. 7. Sæpe interfui querelis meorum æqualium. 14. Att. 24. Tu plura audis, et interes consiliis. 1. de Div. 118. Non placet Stoicis, singulis jecorum fissis, aut avium cantibus interesse deum. 9. Att. 4. Melioris civis et viri putabam, quovis supplicio affici, quam illi crudelitati non solum præesse, verum etiam interesse. 1. de In. 104. Ipse interfuit, et præsens vidit. Pro S. R. 39. Roscius ne in convivio quidem ullo fere interfuit. *Ibid*. 111. Quibus in rebus interesse non possumus. Pro Cl. 162. Hic testamento faciendo interfuit. Div. 48. Interesse in consiliis aliquorum. 13. Fa. 36. Qua in re ego interfui. 2. de Inv. 18. Ratiocinatio dicitur tum interfuisse, cum, &c. 1. ad Her. 16. Quibus in rebus alicujus firma autoritas videbitur interfuisse.

Intercedo, ἐγκαθίστημι. 3. C. 5. Tybris inter eos et pons interest. 13. A. 5. Si maria, montes, regionum magnitudines interessent, odisses eum. De Sen. 60. Cujus inter primum et sextum consulatum sex et quadraginta anni interfuerunt.

Syntaxis. *Interesse querelis, consiliis, in convivio, convivio, faciendo testamento. In hac re principis autoritas interfuit. Inter nos et illos pons interest.*

Intertrimentum, ti, *detrimentum, ζημία*. Ver. 1. 132. Cum eo sine ullo intertrimento convenerat.

Intervallum, li, *spatium, divisio, discrimen, διάστημα, διάστασις, μεσότης*. 2. de Orat. 358. Utendum est locis multis, illustribus, explicatis, modicis intervallis. 1. Fa. 7. Ut quoniam intervallo locorum et temporum disjuncti sumus, per literas tecum quam sæpissime colloquar. 2. de Finib. 95. Dolor si longus, levis: dat enim intervalla, et relaxat. 1. Acad. 1. Satis eum longo intervallo ad suam villam reduximus. Ver. 5. 6. At tum in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit, eodem intervallo pars ejus belli in Italiam ulla pervasit. 2. de Nat. 54. Neque Mercurius a Sole longius quam unius signi intervallo discedit. *Ibid*. Lucifer nunquam à Sole duorum signorum intervallo longius discedit. 1. de Orat. 187. In Geometria, lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines. De Un. 21. Intervallum sesquialterum, sesquitertium, sesquioctavum. *Ibid*. Duplum et triplum intervallum. 2. de Div. 91. Reliqua vero tria intervalla infinita et immensa, a Sole ad Martis, inde ad Jovis, ab eo ad Saturni stellam. De Un. 37. Ut certis temporum intervallis animal oriretur. 1. de N. 25. Opinio est, nativos esse deos longis intervallis orientes occidentesque. 3. ad Her. 21. Intervalla vocis in loquendo. De Somn. 12. Illi octo cursus septem efficiunt distinctos intervallis sonos. 1. Tusc. 41. Intervalla sonorum. De Som. 11. Sonus intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis. 3. de Orat. 184. Distinctio et æqualium et sæpe variorum intervallorum percussio numerum conficit. *Ibid*. Numerum in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus. *Ibid*. 283. Quod metiri possumus intervallis æqualibus. Orat. 53. Distincta alios et interpuncta intervalla, moræ, respirationesque delectant. *Ibid*. 181. Numerus intervallis, compositio vocibus apparet. *Ibid*. Intervallorum longorum et brevium varietas. *Ibid*. 194. Pedes non syllabis, sed intervallis metiendi. *Ibid*. Trochæus, qui temporibus et intervallis est par Iambo. 2. cont. Rull. 88. Vide quantum intervallum sit interjectum inter majorum nostrorum consilia, et istorum dementiam. Pro Rab. 15. Quantum intervallum inter te atque illum interjectum putas? De Clar. 234. Sic intervallis, acclamationibus, voce suavi et canora, admirando irridebat.

Tempus: ut tanto intervallo, longo intervallo, longo intervallo post. Pro Mur. 17. Ego vero tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregi. 1. cont. Rull. 27. Perficiam, ut hujus ordinis autoritas, quæ apud majores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo reipub. restituta videatur. 3. Qu. Fr. 3. Dierum jam amplius L. intervallo nihil a te literarum accepi. De Cl. 18. Quoniam longo intervallo modo primum te paulo hilariorem video &c. Pro Clu. 177. Satis longo intervallo post iterum advocantur. Pro Mur. 21. Ut, cum longo intervallo veneris, contendas, &c. 4. A. 16. Hodierno die longo intervallo ad spem libertatis exarsimus. Ad Brut. 15. Venio nunc longo sane intervallo ad quandam epistolam, quæ, &c. 11. Att. 11. Longo enim

intervallo video mutata esse omnia. 2. cont. Rull. 3. Me perlongo intervallo prope memoriæ temporumque nostrorum primum hominem novum consulem fecistis. Pro S. R. 11. Longo intervallo judicium inter sicarios hoc primum committitur. Div. 67. Consuetudo longo intervallo repetita et relata. 1. 15. Longo intervallo veterem consuetudinem retuli. 1. A. 3. Et nos longo intervallo viseris. 7. Fam. 18. Tu, si intervallum longius fuerit mearum literarum, ne mireris. Ver. 5. 144. Versabatur in Sicilia longo intervallo alter Phalaris. Pro Clu. 70. Si cum animis vestris longo intervallo recordari illius vitam volueritis. De Clar. 70. Cum res privatæ longo intervallo judiciis repetentur. Pro Fl. 70. Longo intervallo Romam venis. Pro Ar. 6. Interim satis longo intervallo venit Heracleam. Pro Fl. 47. Interim neque ita longo intervallo ille venit. De Prov. 29. An laurea illa amittet longo intervallo viriditatem? 15. Fam. 14. Amicitia longis intervallis temporis interrupta. 1. Off. 30. Illa quæ quasi longo intervallo interjecto videmus. 1. Tusc. 1. Studia, quæ longo intervallo intermissa revocavi. 15. Fam. 14. Primum, ut te tanto intervallo viderem. 4. Att. 17. Et ille Latinus Ἀττικισμὸς ex intervallo regustandus. Orat. 222. Intervallo dicere. *id est, ex intervallo, vel cum distinctione.* Ad Her. 1. Crebris intervallis et divisionibus oportebit uti.

Adjunc. *Æquale, certum, duplum, triplum, sesquialterum, sesquitertium, et sesquioctavum, impar, infinitum, et immensum, breve, longum, longius, majus, minimum, modicum, perlongum, varium.*

Syntaxis. *Intervallo locorum et temporum disjungi. Dolor dat intervalla. Certis temporum intervallis aliquid fieri. Longis intervallis stellas oriri et occidere. Sonus intervallis conjunctus imparibus. Intervallis distinguere, metiri. Intervalla distincta et interpuncta. Intervallum inter me et illos interjectum. Tanto intervallo, longo intervallo, satis longo intervallo post venire, facere, dicere. Venio nunc longo sane intervallo ad id &c. Longo intervallo memoriæ temporumque nostrorum. Consuetudo longo intervallo repetita. Amicitia longis intervallis temporum interrupta. Studia longo intervallo intermissa. Ex intervallo regustare aliquid. Intervallo dicere. Intervallis et divisionibus uti.*

Intervenio, is, *de improviso venio, intersum,* παραγίνομαι, ἐπέρχομαι. 1. de Nat. 17. Ut hic qui intervenit, ne ignoret, quæ res agatur. 2. de Orat. 14. Vereor tamen, ne molesti vobis intervenerimus. 15. Att. 11. et 1. ad Her. 18. Quam orationem cum ingressus essem, Cassius intervenit. 15. Att. 17. Magni interest Ciceronis, me intervenire dicenti. 1. Qu. Fra. 2. Statius intervenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. 1. ad Her. 18. Ulysses intervenit: occisum conspicatur. 2. A. 44. Sed cito Curio intervenit, qui te a meretricio quæstu abduxit. *Ibid.* 99. De Pro. 7. Nisi C. Virgilius intervenisset. Pro Cl. 47. Cum multi boni viri ex occulto intervenissent. 3. Tusc. 38. Dolore non interveniente, aut si interveniret, &c.

Contingit, συμβαίνω. 7. Fam. 5. Casus viro mirificus quidam intervenit, quasi testis opinionis meæ. 1. de Fin. 63. et 5. Tusc. 26. Epicurus exiguam dicit fortunam intervenire sapienti.

Intervenitur. Top. 76. Ut si interventum est, cum ageretur aliquid.

Interventor, oris, προξενητής. De Fat. 2. Quodam liberiore quam solebam, et magis vacuo ab interventoribus die.

Interventus, us, *inopinatus adventus,* ἐπέλευσις. 3. C. 6. Tum interventu Pontini pugna sedatur. 1. de Nat. 112. Suppeditatio bonorum nullo malorum interventu. 4. Att. 2. Quod vereor ne tardius interventu Varronis nostri facias. Part. 30. Interventus alicujus, aut interpellatio. 16. Att. 11. Caleni interventum et Calvenæ cavebis.

Interversus, a, um. Ver. 4. 68. Qui si intellexerint interverso regali hoc dono, graviter vos tulisse &c. Pro Domo, 112. Is intellexit, posse se interversa ædilitate, Pisone consule, Prætorem renunciari.

Interverto, tis, *præcipio, intercipio,* ὑποκλέπτω, φθάνω. 2. A. 79. Ille induxit, ut peteret promissum, et receptum intervertit, ad seque transtulit.

Interviso, is, *inviso,* διασκέπτομαι. 7. Fam. 1. Quodque minus nos intervisis, hoc fero animo æquiore. 3. Qu. Frat. 1. Urbanam expolitionem urget ille quidem, sed etiam ipse crebro interviso.

Intestato, *adver. intestatus, nullo facto testamento,* ἀδιαθέτως. 1. de Orat. 183. Paterfamilias intestato mortuus est. 2. de Inv. 148. et 1. ad Her. 22. Ver. 1. 114. et de Orat. 177.

Intestatus, *intestato,* ἀδιάθετος. Pro Clu. 165. Haud heres est Cluentius, intestatum dico esse mortuum. Ver. 2. 53. Atque ita propinqua, ut ea etiam si intestata esset mortua, Epicratem Bidinorum legibus hæredem esse oporteret.

Intestinum, ni, *ilia, viscera,* ἔντερον, ἐγκοίλιον. 2. de Nat. 138. Reliquiæ cibi depelluntur tum adstringentibus se intestinis, tum relaxantibus. *Ibid.* 137. Quædam a medio intestino usque ad portas jecoris ductæ ac directæ viæ. 8. Fam. 26. Cum graviter ex intestinis laborarem.

Intestinus, a, um, *intimus, domesticus,* ἐντόσθιος, ἔμφυλος, ἐμφύλιος. Ad Brut. 10. Ingravescit enim in dies intestinum malum. Ver. 1. 29. Occultum, intestinum ac domesticum malum. 2. C. 28. Bellum intestinum ac domesticum. Cont. Rull. Inclusum malum, intestinum ac domesticum est. 11. Fam. 25. Intestinum urbis malum. 4. 5. Quid est, quod tantopere te commoveat tuus dolor intestinus? 4. Acad. 48. Neque ut

quidquam interesset inter intestinum et oblatum tremorem et pallorem.

Syntaxis. *Occultum, intestinum ac domesticum malum. Inclusum et intestinum. Intestinus timor. Dolor intestinus, bellum intestinum.*

Intexo, xis, *contexo, interpono, implico,* ἐνυφαίνω, περιυφαίνω. Part. 12. Cum parva magnis, simplicia conjunctis, obscura dilucidis intexirmus. 13. Att. 12. Scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. 2. de Orat. 68. Aliquid in causa prudenter intexere. 13. Att. 22. Te ἀσμενέστατα intexui.

Intextus, a, um, *contextus.* 4. ad Her. 61. Vestis coloribus variis intexta. 2. de Nat. 138. Venæ crebræ, multæque toto corpore intextæ.

Intime, *enixe, ex animo,* προσφιλέστατα. 1. Qu. Fr. 2. Aliquem alicui ab aliquo intime commendari.

Intimus, a, um, *reconditus,* ἐνδότατος, ἐσώτατος. Ver. 4. 99. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris. 2. de Invent. 25. Animi quidam intimus sensus. Pro Sull. 64. Intima cogitatio. 5. Att. 10. Angor intimis sensibus. 2. Tuscul. 51. Intimus sermo. Act. 1. Ver. 17. Ad intima istorum consilia pervenimus. 2. de Nat. 67. Itaque in ea dea, quæ est rerum custos intimarum, omnis precatio et sacrificatio extrema est. 1. de Orat. 96. Penitus in eam ipsam disputationem pene intimam pervenistis. Orat. 179. Quæ disputatio non est hujus instituti sermonis, sed artis intimæ. 1. Acad. 8. Multa admiscui ex intima philosophia. 1. de Leg. 17. Penitus ex intima philosophia haurienda juris disciplina est. 13. Fam. 29. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam. Pro Cœl. 62. Nam si essent in vestibulo, non laterent: sin se in intimum conjicere vellent, non satis commode, &c.

Domesticus, ἐνδότατος, προσφιλέστατος.) (. *alienus.* 2. A. 48. Antonius intimus erat Clodio. 2. C. 9. Intimus alicujus. 4. Att. 15. Itaque in intimis est meis, cum antea notus non fuisset. 3. Fam. 1. L. Valerius est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. 1. Qu. Fr. 4. Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. Pro S. R. 116. Tecti ad alienos esse possumus, intimi multa apertiora videant necesse est.

Syntaxis. *Intimum sacrarium, cogitatio, sermo, consilium. Conjicere se in intimum. Clodio Antonius intimus. In intimis alicujus esse. Intimus est Cæsari Brutus. Intimus, proximus, familiarissimus. Disputatio artis intimæ. Angi intimis sensibus. Ad intima consilia pervenire. Ex intima haurire philosophia.*

Intolerabilis, le, *intolerandus, non ferendus,* δυσανάσχετος, ἀφόρητος, δεινός. 3. A. 12. Intolerabile est servire impuro. 1. Q. Fr. 4. 2. de N. 127. Intolerabilis fœditas odoris. 4. Tusc. 37. Cui nihil intolerabile ad demittendum animum videri potest. 11. Att. 13. Mihi omnia sunt intolerabilia ad dolorem. De Am. 73. Admodum intolerabilis injuria. 3. Fam. 7. Intolerabilia tributa exegi. 5. Tusc. 3. et Orat. 220. Intolerabilis dolor. *Ibid.* 26. Intolerabile vitium. *Ib.* Intolerabile verbum. 12. Fa. 4. Intolerabilia postulata. 16. Att. 13. Intolerabilis Antonius.

Intolerandus, a, um. Ver. 4. 78. Res indigna et intoleranda videbatur omnibus. *Item* 5. 118; Pro S. R. 36. et 1. cont. Rul. 15. Nunc prospicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. Pro Font. 34. Hæc immanis atque intoleranda barbaria. In Vat. 23, Intolerandus tyrannus.

Intoleranter, *insolenter,* ἀλαζονικῶς. In Vat. 29. Tu de tuis divitiis intolerantissime gloriaris. 2. de Orat. 209. Intolerantius se jactare. 2. Tusc. 22. Intoleranter dolere.

Syntaxis. *Ad animum demittendum nihil est intolerabile. Intolerabilis injuria, homo. Indignum et intolerandum. Infinitum et intolerandum. Immanis et intolerandus tyrannus. Intoleranter gloriari, dolere, se jactare.*

Intolerantia, æ, *insolentia,* ἀγανάκτησις. 2. cont. Rull. 33. Perspicite hanc potestatem: non privatorum insaniam, sed intolerantiam regis esse dicetis. Pro Cl. 112. Quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset?

Intono, as, *sono, tono,* βροντάω. Pro Mur. 81. Jam enim hesterna concione intonuit vox perniciosa designati Trib. 1. de Div. 106.

Partibus intonuit cœli pater ipse sinistris.

Intonsus, a, um.)(. *tonsus,* ἀκειρεκόμης. 3. Tuscul. qu. 62. Scindens dolore idem intonsam comam. *Ibid.* 26. *Poetæ.*

Intorquens, tis, *distorquens.* 2. de Orat. 266. T. Penarius in dicendo mentum intorquens.

Intorqueo, es, *immitto, jacio,* ἐπαφίημι, βάλλω. De Arusp. 7. Si quod in me telum intorserit, statim, &c. 9. Att. 7. Sed vereor, ne Pompeio quid oneris imponam, μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat.

Intorqueor, eris, *jacior.* 4. Tusc. 77. Alternis enim versibus intorquentur inter fratres gravissimæ contumeliæ.

Intra, *inter, in interiore parte,* ἐντός, εἴσω, ἔσω. 8. Att. 15. Qui regionibus exclusi intra præsidia atque intra arma aliena venissent. Pro Sest. 58. Antiochus intra montem Taurum regnare jussus est. Ver. 3. 207. Locus intra Oceanum jam nullus est, quo, &c. Pro Pom. 33. Nulla intra Oceani ostium navis est. 2. de Orat. 147. Nosse regiones, intra quas venere, et pervestiges, quod quæras. Pro Cæc. 22. Ingrediens intra finem ejus loci, quem, &c. 3. Att. 10. Quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur. Brut. 18. Cum tantum insideat intra muros mali, &c. 4. ad Heren.

4. Ipse intra carcerem stet. Act. 1. Ver. 37. Omnia commemorabuntur, quæ intra decem annos, posteaquam judicia ad Senatum translata sunt, in rebus judicandis nefarie et flagitiose facta sunt. 4. Fa. 4. Sed quoniam Cæsar fortasse arbitraretur, me hanc rem non putare, si pepetuo tacerem, modice hoc faciam, aut etiam intra modum, ut, &c. 9. 26. Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur una non modo non contra legem, si ulla nunc lex est, sed etiam intra legem, et quidem &c.

Syntaxis. *Intra*, ratione loci; *ut intra muros:* ratione modi; *ut intra modum loqui, et intra legem temporis:* ratione temporis; *ut intra decem annos.*

Intractatus, a, um, *indomitus, ἀδάμαστος.* De Ami. 70. Quis non eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo? *De equis loquitur.*

Intrandum. 5. de Finib. 44 Intrandum est igitur in rerum naturam, &c.

Intrans, tis. Pro Q. Gall. Videbar mihi videre alios intrantes, alios exeuntes.

Intricor, aris, *ἐμπλέκομαι.*)(. *extrico.* De Fa. Chrysippus intricatur hoc modo.

Intro, as, *introeo, ineo, ingredior, accedo, εἰσέρχομαι.* 4. Ac. 122. Nulla acies humani ingenii tanta est, ut penetrare in cœlum, terram intrare possit. 1. Tusc. 56. Nisi animus antequam corpus intrasset, in rerum cognitione viguisset. 2. de Nat. 11. Dum Gracchus pomærium intrasset &c. Pro R. P. 22. Rabirius regnum intravit. 2. A. 68. Tu illam domum ingredi ausus es? tu illud limen intrare? Pro Cæc. 22. Qui illum olearum ordinem intrasset. Pro Dom. 5. Intrare in Capitolium non debuisti. 1. Qu. Fr. 2. Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit. 2. de Orat. 109. Tum definitio in mentem judicis intrare non potest. 1. 204. Si hæc, quæ patefacit oratione sua Crassus, intrare volueritis &c. De Arusp. 37.

Syntaxis. *Intrare terram, regnum, limen. In Capitolium, in familiaritatem. In mentem definitio intrat. Intrare ea, quæ dicta sunt, si volueritis.*

Introduco, is, *induco, adduco, fingo, invenio, ἀνάγω, εἰσάγω.* 5. Tusc. 10. Socrates philosophiam devocavit e cœlo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit. De Fa. 23. Epicurus introduxit declinationem atomorum. *Ibid.* 20. Qui introducunt fatum. 1. de Natur. 20. Plato, qui natum mundum introduxit. 3. Off. 12. Panætius non videtur hujusmodi deliberationem introducere debuisse: in qua, &c. *Ibid.* 118. Epicurei prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem voluptates. De Am. 3. Quasi enim ipsos introduxi loquentes. 16. Att. 14. Possumus etiam, ut sponsores appellentur, procuratorem introducere. 4. Ac. 131. et 4. de Fi. 43. Introducebat enim Carneades, summum bonum esse, &c. 6. Fam. 21. Introducere aliquam consuetudinem. 11. A. 19. L. Cæsar comitia et ambitionem introduxit in Senatum.

Introductio, onis, *εἰσαγωγή.* 1. Att. 16. Jam vero (o dii boni! rem perditam!) etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

Introductus, a, um. Part. 40. Introducta rei similitudo. Ver. 3. 189. Ex hujusmodi principio consuetudo æstimationis introducta est. 3. Qu. Fr. 2. Gabinius a consule retentus est, introducti publicani. 1. de D. 33. Qui in Senatum introducti negaverunt, &c. Pro Cluen. 40. Qui simulatque introductus est, prima potione mulierem sustulit. Pro Cœl. 35. Jam ipse tecum nulla introducta persona loquar. 3. in Cat. 12.

Syntaxis. *Plato natum mundum introduxit. Introducis, nihil esse &c. Introducere consuetudinem. Introducere aliquos loquentes. Introducta persona, loqui. Introducere aliquem in Senatum. Introducere aliquid in rempub. Introducta rei similitudo.*

Introeo, is, *intro, in aliquem locum adeo, εἰσπορεύομαι, ἐμβαίνω.* 7. Att. 7. Scribis Pompeium in urbem introisse. 1. de Orat. 181. Mancinus in Senatum introire non dubitavit. 16. Att. 11. In domum alicujus introire. I. P. 55. Quasi vero ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali. 16. Fam. 9. Simul nobiscum in oppidum introivit Terentia. De Ami. 15. Quem fuerat æquius, ut prius introieram, sic prius exire de vita. 2. A. 68. An tu illa vestibula cum aspexisti, domum tuam te introire putas?

Introferor, eris, *importor, εἰσφέρομαι.* Ver. 5. 34. Noctu introferri solitus est ad mulierem. *Ibid.* 117. Pro Fl. In oppidum introferetur.

Introitus, us, *aditus, εἴσοδος.* Pro Cæc. 21. At iste ad omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum, armatos homines opponit. 2. de Nat. 144. Aures duros et quasi corneolos introitus habent. Ver. 4. 130. Signum quod est ad introitum Ponti. Ver. 5. 79. Propter introitum atque ostium portus.

Ingressio. Pro Cœl. 3. Introitus defensionis. 1. Att. 15. Primus introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ. Pro Cæc. 39. Non solum introitu, sed omnino aditu prohiberi. Pro Dom. 75. Adventus meus et introitus in urbem qui fuit? 11. A. 5. Qui introitus in Smyrnam?

Adjunct. *Apertus, clandestinus, contractior, durus, quasique corneolus, desertus, nocturnus, primus.*

Syntaxis. *Introitus aurium, orationis, urbis. Introitus in causam. Introitum habere. Introitu prohiberi.*

Intromissus, a, um. Pro Sul. 52. Ut intromissus me in meo lecto trucidaret.

Intromitto, is, *εἰσάγω, εἰσπέμπω.* 1. Fam. 9. Si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comessatum: tu, &c. *Poetæ.*

Introspicio, is, *inspicio, εἰσοράω, ἐνοράω.* De

Arusp. 33. Ne quis introspicere posit tuam domum. Pro Sul. 76. Perspicite etiam atque etiam, introspicite omnium mentes. 2. de Fin. 118. Tu te introspice in mentem tuam. Pro Fon. 33. Age vero, nunc inferte oculos in curiam, introspicite penitus in omnes reipub. partes. 2. de Div. 105. Causas omnium introspicere.

ADVERB. *Penitus, etiam atque etiam.*

· Introvoco, as, *accerso, advoco, εἰσκαλέω.* Pro C. Corn. 1. Nec criminosius tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum privatum introvocare.

Introvocor, aris, *accersor, advocor.* Act. 1. Ver. 66. Cur filiam tuam non introvocari jubes?

Intrudo, is, *εἰσωθέω.* Pro Cæc. 13. Atque etiam se ipse inferebat et intrudebat.

Intuendus, a, um. 11. A. 39. Non tam veteranos intuendos vobis arbitror, quam quid tyrones milites sentiant.

Intuens, tis. 5. Tusc. 57. Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus videri necesse est miserum. De Clar. 331. Sed in te intuens, Brute, doleo, cujus, &c. 1. de Or. 6. Ac mihi quidem in summos homines intuenti, quærendum visum est, quid sit, &c. 5. Tusc. 5. Delecti pueri ad nutum illius intuentes diligenter ministrabant. 1. de Orat. 145. Commonere aliquem, quo quidque referat, et quo intuens ab eo, quodcunque sibi proposuerit, minus aberret.

Intueor, eris, *video, tueor, contueor, contemplor, aspicio, βλέπω, ἐφοράω.* 2. D. 24. Rectores navium profectione læti, piscium lasciviam intuebantur, nec &c. Pro Pomp. 41. Pompeium omnes sicut aliquem de cœlo lapsum intuentur. 4. Acad. 65. Me omnes intueri. De Somn. 13. Intueri solem nequimus adversum. 1. Tusc. 73. Qui cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent, sic mentis acies se ipsam intuens nonnunquam hebescit, ob eamque causam contemplandi diligentiam amittimus. 5. Fam. 17. Intueri aliquid oculis, aut animo complecti. 2. con. Rull. 76. Intentis oculis omnes reip. partes intueri. Orat. 24. Oratores voluntatem eorum, qui audiunt, intueri debent. 3. de Or. 121. Dummodo illum ad hanc civilem scientiam, quo pertinent, et quam intuentur, transferamus. 1. de Fin. 57. Intueri aliquid acri et attento animo. Ver. 5. 143. Frequentia quæ nunc animo te iniquissimo, infestissimoque intuetur. De Pr. 22. Intueri aliquem coram. 1. de Orat. 184. Intueri huc atque illuc. 3. C. 13. Ille terram intuebatur. Ad Brut. 13. Intuere me ipsum, qui, &c. Pro Plan. 101. Hos ego tum animo intuebar. Pro Dom. 47. Intuemini paulisper animis juventutem. Pro Plan. 2. Intueri et contemplari aliquem. De Ami. 23. Amicum qui intuetur, tanquam aliquod exemplar intuetur sui. Orat. 9. Aliquid intueri, in eoque defixum esse. 5. Tusc. 9. Qui rerum naturam studiose intuerentur. Pro Mil. 48. Ora omnium atque oculos intuemur. 1. Fam. 9. Qui splendorem et speciem hujus vitæ intuentur. 2. Tusc. 31. Intueri in aliquam rem. De Un. 31. Intueri in speciem rerum.

ADVERB. *Acriter, bene, studiose, paulisper.*

SYNTAXIS. *Intueri aliquem, et in aliquem, et in aliquam rem. Intueri oculis, intentis oculis. Intueri voluntatem. Acri et attento animo intueri, infesto, iniquo. Intueri et contemplari. Intueri aliquid, et in eo defixum esse.*

Intus, *εἴσω, ἔνδοθεν.*)(*foris.* 1. de Fin. 44. Pro Mur. 78. Intus, intus est equus Trojanus. 2. C. 11. Intus inclusum periculum est. De Un. 30. Deus omnia animalia intus in mundo inclusit. De Sen. 12. Nec vero ille in luce modo et oculis civium, sed intus domique præstantior. Pro Deiot. 30. Ubi id, quod intus est atque nostrum, impune evolare potest. 2. de Orat. 276. Nasica sensit, illum intus esse. 3. de Finib. 18. Quæ sunt intus in corpore. Pro Sull. 17. Ille relictus intus, expectatus foris. 2. cont. Rull. 67. Atque hoc carmen ille non vobis, sed sibi intus canit.

Invado, is, *impetum facio, involo, irruo, irrumpo, peto, vim facio, εἰσπίπτω, ἐπιπίπτω, ἐμβιάζομαι, καταλαμβάνω.* 1. A. 4. Fugitivus ille, qui in C. Marii nomen invaserat. 11. A. 4. In Galliam Antonius invasit, in Asiam Dolabella: in alienam uterque provinciam. 3. Q. Fr. 2. Imperator noctu urbem hostium invasit. Ver. 1. 54. Invadere in urbes hostium cum exercitu vi. Pro S. R. 6. Invadere in pecunias alterius nullo jure. *Ibid.* 13. In fortunas alterius invadere. Pro S. R. 23. Iste in prædam hujus invadit. 2. A. 41. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum invasit. Pro Cæcin. 25. In aliquem advenientem cum ferro invadere. 2. A. 77. Cum mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum invasit. 2. de D. 73. Avis fame enecta in offam pultis invadit. 4. Tuscul. 49. An L. Brutus, &c. effrænatius in Aruntem invaserit? 2. de Nat. 41. Ignis quocumque invasit, cuncta disturbat et dissipat. 2. Off. 75. Modo enim hoc malum in hanc urbem invasit. 2. Tuscul. 4. Si quis ea, quæ nos maxime sequimur, conetur invadere. 3. Off. 84. Panætius negat, ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse, quam eorum opinionem, qui ista dixerunt. 16. Fa. 12. Mirus furor invasit improbos. 1. 9. Non potui magis in arcem illius causæ invadere. Pro Sest. 14. Neque quenquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non invasisse, sed incurrisse videamur.

Invador, eris. 1. Off. 77. In quo me ab invidis invadi solere audio.

ADVERB. *Effrænatius, insolenter, petulanter, plane, modo, magis.*

SYNTAXIS. *Invadere in provinciam, in nomen, in uxorem alicujus. Invadere in collum, idest* amplecti. *Invadere urbem, et in urbem. Invadere in pecunias alterius, in fortunas, in*

prædam. Quocunque ignis invasit. Malum hoc invasit in hanc urbem. Pestis hæc invasit in vitam hominum. Furor illum invasit. In arcem causæ, invadere. Oratio mea incurrit in illum, non invasit.

Invalesco, scis, *novas vires sumo, confirmatior fio*, ἐπιῤῥώννυμαι: Pro Mu. 32. Qui rex sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes et copias belli, tantum ipse opibus conatuque invaluit, ut &c.

Invalitudo, inis, *valetudo infirma*, ἀῤῥωστία. 7. Att. 2. Invalitudo tua valde me conturbat. *Ibid.* 5. Invalitudine tua moveor.

Invectio, onis, εἰσκομιδή.)(. *exportatio.* 2. Off. 13. Earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum, quibus egeremus, invectio. 2. de Invent. 164. Clementia, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur.

Invectus, a, um, *advectus.* 5. de Fin. 70. Rex Perses eodem flumine invectus. De Somn. 3. Cum eris curru Capitolium invectus, offendes remp. &c. Pro Mur. 32. Cum bellum invectum totam in Asiam esset. 1. de Inven. 1. Incommoda invecta per aliquem. 4. Tusc. 63. Ira cœlitum invectum malum.

Invadens. 2. Att. 19. Diphilus in Pompeium petulanter invectus est. 12. Famil. 2. Piso, qui in eum primus invectus est. 2. A. 17. In totam denique M. Antonii domum sum semper invectus. Frag. ep. In eum palam vehementer est invectus.

Invehens, tis, *importans.* 1. de Nat. 78. Triton natantibus invehens belluis, adjunctis humano corpori.

Insultans. 2. A. 74. De quo Cæsar in Senatu aperte in te invehens questus est.

Inveho, his, *importo*, εἰσκομίζω, εἰσάγω. 2. Off. 76. Paulus tantum pecuniæ in ærarium invexit, ut, &c. Ver. 4. 130. Cum multa ex illo mari bella emerserint, et multa in Pontum invecta sint &c. 3. Tusc. 26. Mala, quæ tibi casus invexerat. 4. 38. Ut quencunque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat. 2. 20. Nec mihi Eurystheus tantum invexit mali.

Invehor, eris, *importor, inferor.* Pro Mur. 4. In portum ex alto invehi.)(. *Portu solvere.* De Prov. 35. Si in Capitolium invehi victor gestiret.

Insurgo, insulto, invado, κατηγορέω, εἰσπίπτω. 2. de N. 162. Carneades libenter in Stoicos invehebatur. Pro Sest. 14. Aspere in aliquem invehi. 2. de Orat. 304. Acerbe et contumeliose invehi in aliquem et graviter. Pro Fl. 38. Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem invehar, neque in isto testimonio commovebor. 3. de N. 95. Vehementius invehi in aliquem. 1. de Or. 24. Cum vehementius inveheretur in causam principum consul Philippus. De Am. 57. Acerbius in aliquem invehi, insectarique vehementius. 7. Fam. 2. Me, in quem inveheretur, delegerat. 3. Tusc. 63. Æschines in Demosthenem invehitur, quod, &c. 2. de Orat. 301. Invehi et maledicere.

Adverb. *Acerbius, vehementius, aperte, paratius, asperius, contumeliosius, graviter, libenter, copiose, liberius, petulanter, aspere, acerbe et contumeliose.*

Syntaxis. *Invehens in Catonem Cæsar. Invectus curru in Capitolium. Incommoda invecta per aliquem. Pecunia in ærarium invecta. Invectum bellum in patriam. Invectus in domum Antonii. Invehi in aliquem libenter, acerbe, aspere, contumeliose, vehementius. Invehi et maledicere. Quencunque casum fortuna invehet.*

Invenio, is, *reperio, deprehendo, pervestigo, nanciscor, convenio*, εὑρίσκω, ἐξευρίσκω. 5. Att. 16. Eversam in perpetuum provinciam nos invenisse scito. 5. Fam. 9. Scis meam fortunam nescio quomodo facile obtrectatores invenire. 4. ad Heren. 48. Dum eam vitastis vituperationem, quæ, &c. eam invenistis, ut timidi putaremini. 1. de Fin. 23. Torquatus qui hoc primus cognomen invenerit. Pro S. R. 42. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat: ego res tam leves qua ratione infirmem, reperire non possum. Cont. C. Ant. Cum ex eodem stupro tibi et uxorem et filiam invenisti.

Adverb. *Acute, subdole, versute, plane, sapientius.*

Invenior, iris. De Orat. 157. Quomodo verum inveniatur, aut quomodo judicetur. 1. de Orat. 8. Cum boni perdiu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles Oratores invenirentur. De Cl. 35. Nihil acute inveniri potuit. Vide 1. Tusc. 65. et 66. 1. de Orat. 86.

Inventio, onis, εὕρεμα, εὕρημα, εὕρεσις. 1. Tusc. 61. Illa vis quæ investigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur. 4. Acad. 26. Quæstio est appetitio cognitionis, quæstionisque finis inventio. 1. de Invent. 9. Inventio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant.

Inventor, oris, *autor*, εὑρετὴς, εὑρέτωρ. 3. de Natur. 46. Aristæus olivæ inventor dicitur. De Cl. 253. Inventor copiæ verborum. 1. de Orat. 47. Harum rerum inventor ac princeps Plato. 1. de Inv. 43. Deinde ejus facti qui sunt principes et inventores, qui denique autoritatis ejus, et inventionis comprobatores atque æmuli. 1. de Fin. 32. Inventor et quasi architectus veritatis. Orat. 61. Inventor, compositor, actor.

Inventrix, cis, εὑρετίς. 3. de Natur. 53. Princeps et inventrix belli Minerva. 5. Tuscul. 5. Inventrix et magistra legum philosophia. 1. de Orat. 13. Illæ omnium doctrinarum inventrices Athenæ.

Inventum, ti, εὕρημα. 1. de Orat. 84. Qui Philosophorum inventa didicisset. Pro Mur. 61. Stoici æmuli inventorum Zenonis. De Sen. 78. Tot artes, tot scientiæ, tot inventa.

Pro Clu. 84. Alterius bene inventis obtemperare. De Cons. Quorum ingeniis et inventis omnem vitam legibus et institutis excultam constitutamque habemus.

Est insuper argumentatio, argumentum, ratio. Lege, Argumentatio et Argumentum.

Adjunct. *Antiquius, divinum, probabile, necessarium.*

Inventus, a, um. 3. C. 17. Hæc in rempublicam conjuratio manifeste inventa atque deprehensa est. Pro Dom. 1. Multa divinitus a majoribus nostris inventa atque instituta sunt. 2. A. 85. Tu ergo unus, scelerate, inventus es, qui, &c. 2. de Orat. 176. Nequaquam satis est reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis. Timæ. Ratione et mente divina ad originem temporis curriculum inventum est Solis et Lunæ.

Adverb. *Bene, divinitus, manifeste, palam, utiliter.*

Syntaxis. *Mea fortuna obtrectatores invenit. Cognomen invenire. Non invenio, quomodo &c. Invenire sibi aliquid ex aliqua re. Invenire aliquid acute. Inventio et excogitatio rerum verarum. Inventor et princeps alicujus rei. Inventor, compositor, actor. Inventrix et magistra legum Philosophia. Alterius bene inventis obtemperare. Conjuratio inventa atque deprehensa. Res divinitus inventa atque instituta.*

Invenustus, a, um, ἄχαρις, ἄμουσος. De Clar. 237. C. Censorius Græcis literis satis doctus, quod proposuerat, explicans expedite, non invenustus actor, sed iners et inimicus fori.

Inverecundus, a, um, *non verecundus, impudens*, ἀναίσχυντος, ἀναιδής. 1. de Inv. 83. Sin inverecundum animi ingenium possidet.

Inversio, onis, *ironia*, ἀλληγορία. 2. de Orat. 261. Inversio verborum. 1. ad Her. 10.

Inverto, tis, *immuto, verto, perverto*, διαστρέφω. Part. 24. Invertere ordinem. 3. Off. 38. Idemque rursus videbatur, cum in locum annulum inverteret. 2. Qu. Fr. 2. Nisi noster Pompeius diis hominibusque invitis negotium invertit. De Ar. 52. Videant ii, &c. quam se cito inverterit.

Invertor, eris. 2. de Orat. 262. Invertuntur autem verba, ut pro deformi pulchrum.

Invesperasco, is. Ver. 5. 9. Cum primum invesperasceret, classem inflammari incendique jussit. *Lamb.* advesperasceret. *et fortasse melius.*

Investigandum. 2. de Nat. 158. Canum incredibilis ad investigandum sagacitas narium.

Investigatus, a, um. Pro Lig. 1. Diligentia inimici investigatum est, quod latebat.

Investigatio, onis, *inquisitio, indagatio, conquisitio*, ζήτησις, ἐξέτασις. 1. Off. 13. Hominis est propria inquisitio et investigatio veri. *Ibid.* 19. Quæ omnes artes in veri investigatione versantur. 1. Acad. 34. Investigatio naturæ.

Investigator, oris, *venator*, ζητητής. De Cl. 60. Varro diligentissimus investigator antiquitatis. Pro Sull. 85. De Univers. 1. Diligens investigator earum rerum, quæ a natura involutæ videntur.

Adjuncta. *Acer, et diligens, diligentior, diligentissimus.*

Investigo, as, *indago, exquiro, scrutor, perscrutor, perquiro, persequor*, ἀναζητέω, ἐξιχνεύω. 9. Att. 1. Illud molestum, me adhuc investigare non posse, ubi Lentulus sit. *Ibid.* 6. De Lentulo investigabo diligentius. 12. 18. Velim des operam, ut investiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. Orat. 19. Investigemus igitur, quem nunquam vidit Antonius. Pro Sull. 4. Tu investigasti, tu patefecisti conjurationem. Qu. de Pet. 24. Perquirere et investigare aliquid. Ver. 4. 47. Investigare et perscrutari omnia. Act. 1. Ver. 48. Investigare et consequi aliquam rem. 1. Qu. Frat. 2. et pro Clu. 22. Investigare aliquem.

Syntaxis. *Investigare ex tabulis. Investigare et perscrutari. Perquirere et investigare. Investigare et consequi.*

Inveterasco, scis, et Invetero, as, *consenesco*, περιγηράσκω, χρονίζομαι. 3. C. 26. Res nostræ monumentis literarum inveterascent et corroborabuntur. 5. Tuscul. 40. Nihil enim inveterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. Pro Sul. 24. Nos, quorum jam nomen et honos inveteravit et huic urbi et hominum famæ ac sermonibus. Pro Sull. 60. Cum jam illa dissensio inveterasceret, et multos annos esset exagitata &c. 4. Tusc. 24. Cum hic fervor animi inveteraverit. 2. Off. 57. Quanquam intelligo in nostra civitate inveterasse jam bonis temporibus, ut splendor ædilitatum ab optimis viris postuletur. Act. 1. Ver. 1. Inveteravit jam opinio perniciosa reipub. 2. de Nat. 5. Nec una cum sæculis hæc opinio inveterare potuisset. Pro Pom. 7. Macula, quæ penitus insedit et inveteravit in populi Romani nomine. 14. Famil. 3. Nam si inveteraverit, actum est.

Syntaxis. *Laudes monumentis literarum inveterascere et corroborari. Macula inveteravit, et insedit in nomine. Ejus nomen et honos inveteravit hominum famæ ac sermonibus. Inveterascit dissensio, fervor animi, opinio.*

Inveteratio, onis, *vetustas*, παλαίωσις. 4. Tuscul. 81. Inveteratio autem ut in corporibus ægrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio.

Inveteratus, a, um, *vetus, quod vetustate consenuit*, παλαιός .)(. *Recens.* De Sen. 72. Nam omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur. 4. Tusc. 39. Aliter ferat inveterata, aliter recentia. 5. A. 31. Malum inveteratum sit plerunque robustius. Pro Domo, 63. Omnis diu collecta vis improborum, quæ inveterata compresso odio atque tacito, jam erumpebat in actum. 3. Fam. 9. Nostra non instituta, sed jam inveterata amicitia. Pro Cor. 43. Qui inveterata-

tam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaque delerit. 2. Off. 58. Inveterata invidia.

Invicem, *vicissim*, ἀλλήλοις. 5. Att. 10. Propter vicinitatem totos dies simul eramus invicem. *alii legunt*, eramus injuncti.

Invictus, a, um, *qui vinci non potest*, ἄμαχος, ἀνίκητος. Pro Mar. 12. Recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipsius victoriæ conditio visque devicta est. Para. 4. Mea consilia, quibus resp. invicta stat. 3. de Fi. 76. Recte invictus, cujus etiamsi corpus constringatur, animo tamen vincula injici nulla possunt. 2. de Orat. 84. Animus acer et præsens, et acutus idem atque versutus invictos viros efficit. 1. Off. 15. Animi excelsi atque invicti magnitudo ac robur. *Ibid.* 68. Qui invictum se a labore præstiterit, &c. Postq. in Sen. 28. Fortis et invicta defensio salutis meæ. 2. con. Rul. 94. Annibal armis invictus. *Ibid.* 51. Invictus Pompeii exercitus. Pro Pomp. 54. Populus Romanus, cujus nomen invictum usque ad nostram memoriam permanserat. Ver. 4. 82. Nomen invictissimi imperatoris incidatur.

SYNTAXIS. *Invicta stat Respub. consiliis meis. Fortis et invicta defensio salutis. Cæsar armis invictus. Invictum nomen. Excelsus atque invictus animus. Invictum se a labore præstare.*

Invidendum. Pro Mur. 88. Quare, quid invidendum Murænæ sit in hoc præclaro consulatu, non video: quæ vero miseranda sunt, vos videre et perspicere potestis.

Invidentia, *invidia*, φθόνος. 3. Tuscul. 21. Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. *Ibid.* 20. Ab invidendo autem invidentia recte dici potest. 4. 17. Invidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas, quæ nihil noceant invidenti. *Ibid.* 16. Invidentia in eo, qui invidet, tantum est: invidia autem et in eo, qui invidet, et in eo, cui invidetur.

Invideo, es, *alienis bonis mœreo*, φθονέω, βασκαίνω. Pro Corn. 15. Est hujus seculi labes quædam et macula virtuti invidere. 10. A. 1. Neminem alterius, qui suæ confidit, virtuti invidere. 2. cont. Rull. 102. Illi qui honori inviderunt meo. 3. Tusc. 20. Florem quisnam liberum invidit meum? male Latine videtur: sed præclare Actius: ut enim videre, sic invidere florem, rectius quam flori dicitur. *Ibid.* 3. Ut nobis optimam naturam invidisse videantur, qui, &c. 2. de Orat. 228. Interdum in hoc tibi, Crasse, paulum invideo. Pro Flac. 70. Purpuram affers Tyriam, in qua tibi invideo, quod, &c.

Odio prosequor. Pro Planc, 7. Populus semper aut invidet, aut favet.

ADVERB. *Aperte, maxime, obscure, occulte, paululum, vehementer.*

Invidetur. 3. Tusc. 20. Non dixi invidiam, quæ tum est, cum invidetur. 4. 16. Invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur. 2. Off. 45. Non modo non invidetur illi ætati, verum etiam favetur. 1. Fam. 7. *Item* 3. 7. Video, non ut antehac putabam, novitati esse invisum meæ. 2. de Orat. 209. Invident autem homines maxime paribus, aut inferioribus; sed etiam superioribus invidetur sæpe vehementer. 2. de Orat. 208. Aliorum laudi atque gloriæ maxime invideri solet. *Ibid.* 207. Invidetur commodis aliorum. De Orat. 210. Invidetur præstanti florentique fortunæ.

SYNTAXIS. *Invidere virtuti, aut honori alterius. Invidere aliquid alicui. Invideo tibi in hoc. Novitati est invisum meæ. Invidetur præstanti florentique fortunæ.*

Invidia, æ, *malevolentia, offensio*, φθόνος, δυσμένεια. 4. Tusc. 16. Ægritudini subjicitur invidentia, utendum est enim, dicendi causa, verbo minus usitato: quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur. 3. 20. Ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ: quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius. De Cl. 156. Obtrectatio invidiæ, quæ solet lacerare plerosque. 2. de Orat. 209. Sed haud sciam, an acerrimus longe sit omnium motus invidiæ. *Ibid.* 208. Tum excitatur, si non acerbum odium, attamen aut invidiæ, aut odii non dissimilis offensio. Pro Cluent. 69. Invidiam atque offensionem se timere dixit. Pro Corn. 16. Mors cum extinxit invidiam, res gestæ sempiterna nominis gloria nituntur. 14. A. 17. Excellentium hominum virtutem imitatione, non invidia dignam esse. 1. Fam. 1. Senatus religionis calumniam non religione, sed malevolentia et illius regiæ largitionis invidia comprobat. *Ibid.* Ut rebus in summam invidiam adductis, ita versamur. Pro Rab. 46. Nam in eum, cui misericordia opitulari debet, invidia quæsita est. 2. Att. 9. Non enim poterimus ulla esse invidia spoliati opibus, et illa Senatoria potentia. 2. cont. Rull. 69. Sullanus ager maximam habet invidiam. Pro Mur. 87. Consulatus hoc tempore nullam invidiam habere potest. 3. cont. Rull. 7. Marianus Tribunus pleb. qui nos Sullanos in invidiam rapit. 1. de Nat. 124. Invidiæ detestandæ causa. In Piso. 4. Ego Senatus autoritatem sustinui contra invidiam, atque defendi.

Vituperium, odium, ἀπέχθεια. Orat. 170. Sed habet nonnullam invidiam, cum in oratione judicali numerus inesse dicitur. 2. de Orat. 283. Scaurus nonnullam habet invidiam, ex eo quod aliorum bona sine testamento possidet. Pro Planc. 35. Ver. 4. 29. Cogitasti, si ei reddidisses, te minus invidiæ habiturum. 11. Fam. 1. Magnam enim invidiam his faciemus. 1. de Or. 181. Propter invidiam Numantini fœderis. Pro Clu. 159. 160.

ADJUNCTA. *Aliena, communis, falsa, atque iniqua, imbecilla, senatoria, vehemens, justissima, magna, et inveterata, maxima,*

minima, par, popularis, recens, vetus, ac diuturna, singularis, summa, tribunitia.

Syntaxis. *Obtrectatio invidiæ. Offensio invidiæ excitatur. Invidiam atque offensionem timere. Mors extinguit invidiam. Imitatione, non invidia dignus. In summam invidiam res adducere. Id habet maximam invidiam. Rapere aliquem in invidiam. Disrumpi invidia. Scaurus nonnullum habet invidiam ex eo &c. Parare alicui invidiam ex &c. Facere alicui invidiam.*

Invidiola, æ, *φθονάριον*. Ad Attic. Quum nescio quid invidiolæ inter eos exortum fuisset. *Ita refert Perotus in Cornuc.*

Invidiose, *odiose*, φθονερῶς. Pro Mil. 12. Conciones illæ, quibus invidiose potentiam meam criminabaris. 1. Qu. Frat. 2. et ad Her. 4. 20. et 45.

Invidiosus, a, um, *habens invidiam, odiosus, invisus*, φθονερός. 2. de Orat. 304. Quæ sunt in his invidiosa, etiam invidiosiora faciunt. Orat. 180. Invidiosus numerus. 2. cont. Rul. 67. Qui possessiones invidiosas tenebant. 8. Att. 3. An accipere invidiosum ad bonos? 2. de Inv. 134. Hoc tibi invidiosum futurum est. Pro Cœl. 21. Neque id ego dico, ut invidiosum sit in eos, qui, &c. Pro Corn. 56. Pecunia L. Cornelio, quæ neque invidiosa est, &c. Pro Cl. 158. Aliquis invidiosus, ac multis offensus.

Invidus, a, um, *obtrectator, malevolus, lividus, iniquus, inimicus, alienis bonis mœrens*, ἐπίφθονος, φθονερός. Pro Flac. 2. Si forte aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis invidus extitisset. 4. Tusc. 28. Ergo invidi, malevoli, lividi, &c. quia proclives ad eas perturbationes sunt &c. Orat. 140. Non invidi solum, sed fautores etiam laudum mearum. 7. Fam. 2. Persuaserat nonnullis invidis meis se in me emissarium semper fore. 1. 4. A tuis invidis et obtrectatoribus nomen inductum falsæ religionis. Pro Mur. 20. Quibus Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator, neque invidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit.

Syntaxis. *Invidiosa possessio. Id erit invidiosum tibi, et in te. Invidiosus et offensus multis. Invidus, malevolus, lividus. Invidus et obtrectator.*

Inviolate, *incorrupte, integre*, ἀδιαφθόρως. De Senect. 81. Memoriam nostri pie inviolateque servabitis.

Inviolatus, a, um, *integer, incorruptus*, ἀδιάφθαρτος. Pro Rab. 11. Qui castam concionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum defendo servari oportere. Pro Sest. 140. Pro Cœl. 11. Pro Sull. 49. Et tamen id inviolata vestra amicitia, integro officio faciebant.

Inviso, sis, *viso*, ἐφοράω. 4. Att. 9. Nostram ambulationem, cum poteris, invisas velim. 1. 17. Ut jam invisas nos, rogo. 12. 28. Quod puerum invisis, gratum. 4. 6. Domum nostram, quoad poteris, invisas. 1. de Orat. 249. Cui nostrum non licet fundos nostros obire, aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis, invisere? Pro Dom. 105. Quid tibi necesse fuit, homo fanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? 5. de Fin. 5. An eum locum libenter invisit? 2. de N. 110.

Et natos geminos invises sub caput Arcti.

Invisus, a, um, *odiosus, quem animo æquo videre non possumus, qui in odio est apud aliquem*, μισηθείς. 10. Fam. 31. Lepidus adeo est invisus mihi, ut, &c. 2. Off. 34. Quo quis callidior et versutior est, hoc invisior et suspectior detracta opinione probitatis. 2. de Nat. 167. Eum aut invisum Deo, aut neglectum a Deo judicemus. Pro Dom. 65. Sic Cato invisus Cyprum relegatur. Pro Qu. R. 20. Persona illa lutulenta, impura, invisa. Frag. epist. Res mihi invisæ visæ sunt. Incer. Gladiatores invisos habemus, si omni modo vitam impetrare cupiunt: favemus, si &c.

Non visus, ἀθέατος. De Arusp. resp. 57. Maribus non invisa solum, sed etiam inaudita sacra.

Invitamentum, ti, *invitatio, incitamentum*, πρόσκλησις. Pro Sul. 74. Qui cum multa haberet invitamenta urbis et fori, tamen, &c. 10. Fam. 10. Invitamentum ad tempus. 5. de Fi. 17. Prima invitamenta naturæ. *Ibid.* 12. Hortens. Voluptates nulla ad res necessarias invitamenta afferunt senibus.

Invitatio, onis, παράκλησις. Ver. 2. 83. Ad invitationes adventusque nostrorum hominum. 3. Tusc. 82. Quædam invitatio ad dolendum. 9. Att. 14. In Epirum vero invitatio quam suavis! quam liberalis! quam fraterna! 9. A. 6. Hospitum invitatio liberalis. Ver. 1. 66. Invitatio ut Græco more biberetur.

Adjunct. *Crebra, liberalis, suavis, fraterna.*

Invitaturus, a, um. De Fat. Pluresque etiam invitaturus videretur.

Invitatus, a, um. 8. Att. 11. Hæc a te invitatus breviter exposui. 1. Acad. 8. Jucunditate quadam ad legendum invitati. 2. Att. 19. Coscomio mortuo, sum in ejus locum invitatus: id erat vocari in locum mortui. 1. C. 23. Ut invitatus ad nos isse videaris.

Invitatus, us, *invitatio*, πρόσκλησις. 7. Fam. 5. Initio mea sponte, post autem invitatu tuo mittendum duxi.

Invite, *repugnanter, invito*, ἀκουσίως. 8. Att. 3. Invite cepi Capuam. 2. de Orat. 364. Invitius facere aliquid. 3. Fam. 10. Qui a me invitissime discessit.

Invito, adverb. *invite*. Pro Quint. 47.

Invito, as, *voco, allicio*, προσκαλέομαι. Ver. 4. 25. Quis senatorem Romanum tecto ac domo non invitet? 12. A. 23. Tota familia occurret, hospitio invitabit. 7. Fa. 9. Is me crebro ad cœnam invitat. Pro Mur. 73. Ad prandium invitare. 13. Att. 2. Invito cum

per literas, ut apud me divertetur. 1. C. 24. Quanquam quid ego te invitem? a quo, &c. De Sen. 57. Ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. Pro Lig. 12. Invitare aliquem præmiis ad agendum aliquid. De Ami. 99. Qui assentationem allectant et invitant. 5. de Fin. 17. Ut ipsum per se invitaret et alliceret appetitum animi. De Fat. Cum Scipio unum et alterum ex iis, qui eum salutatum venerant, invitasset, &c.

Invitor, aris. 2. Att. 18. A Cæsare valde liberaliter invitor in legationem illam. Ad Brut. 15. Præclara illa quidem ingenia, gloria invitantur.

Adverb. *Benigne, honorificentissime, valde liberaliter, magnopere, passim, vulgo, publice, studiose.*

Syntaxis. *Tecto et domo, hospitiô, ad cœnam invitare. Per literas invitare, ut. Invitare et allectare. Invitare et allicere appetitum animi. Invitare in studia. Gloria invitari.*

Invitus, a, um, *non libens, recusans, tergiversans, repugnans, coactus, dolens, ἀκούσιος.*) (. *Libens, voluntarius.* Ver. 2. Statuas inviti per vim atque imperium dederunt. Para. 5. Sapiens nihil facit invitus, nihil dolens, nihil coactus. 2. de Orat. 18. Hoc nos ab istis adolescentibus facere inviti et recusantes heri coacti sumus. *Ibid.* 182. Si quid persequare acrius, ut invitus et coactus facere videare. Pro Mur. 42. Cogendi judices inviti, retinendi contra voluntatem. Pro Qu. R. 37. Aliquem invitum, et huc atque illuc tergiversantem facere aliquid. 3. de N. 85. Invita in hoc loco versatur oratio. 7. Att. 13. Delectus invitorum atque a pugnando abhorrentium. 2. ad Her. 38. Cur talem invitam invitum cogis linquere? *Poetæ.* 13. Fa. 63. Ego eum a me invitissimus dimisi. Pro P. Opp. Quos educere invitos in provinciam non potuit, eos invitos retinere qui potuit?

Syntaxis. *Invitus per vim et imperium fecit. Invitus, dolens, coactus. Invitus, recusans, coactus. Cogere invitum, retinere. Invitus, et huc atque illuc tergiversans. Invita oratio. Delectus invitorum.*

Inultus, a, um, *impunitus, ἀτιμώρητος.* Pro Cluent. 172. Cur hunc esse inultum tamdiu sinis? Pro Sest. 50. Ne inultus esset. Div. 53. Ut cæterorum quoque injuriæ sint impunitæ atque inultæ. Pro Pomp. 11. Inultum aliquid pati, et inultum aliquid relinquere.

Inundo, as, *obruo, alluo, κυματίζω.* De Clar. 316. et 1. de N. 104. Terram inundat aqua.

Invocatus, a, um, *non vocatus.* 1. de Nat. 109. Quid, quod etiam veniunt invocatæ? 8. Fam. 8. At ego simul atque audivi, invocatus ad subsellia rei accurro.

Invoco, as, *imploro, ἐπικαλέω.* 2. de N. 68. Apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant. 2. de Orat. 196. Invocare aliquem advocatum ad defendendum aliquem. 3. de Nat. 10. *Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem.* Poetæ.

Involatus, us, *volatus, πτῆσις.* 6. Fam. 6. Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu sinistro oscinis, &c. tibi auguror, sed &c.

Involo, as, *invado, ἐφίπταμαι.* 3. de Orat. 120. Possessio quasi caduca atque vacua, in quam homines abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt.

Involucrum, cri, *velut vagina, vel theca quædam, integumentum, ἐπίλυγμός.* Ver. 4. 65. Candelabrum involutum quam occultissime delatum involucris rejectis ostenderunt. 2. de Natu. 47. Ut clypei involucrum, vagina autem gladii, sic, &c. 1. de Orat. 161. Per quædam involucra et integumenta perspicere aliquid. 1. Qu. Frat. 1. Multis simulationum involucris tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura.

Involvo, is, *circumplico, ἐντυλίττω.* 9. Fa. 20. Ubi salutatio defluxit, literis me involvo, aut lego, aut scribo.

Involutus, a, um, *implicatus, tectus.* 7. A. 19. Ego pacis nomine bellum involutum reformido. 1. de Fin. 30. Occulta atque involuta aperire. 4. Aca. 26. Cum ea, quæ quasi involuta fuerint, aperta sunt. Orat. 102. Res involutas et latentes definiendo explicare. Top. 9. Tum definitio adhibetur, quæ quasi involutum evolvit id, de quo quæritur. Ver. 4. 65. Imperat ut candelabrum involutum quam occultissime deferatur. 5. 135. Capitibus involutis ad necem produci. 1. Off. Res a natura involutæ. I. P. 13. et 2. A. 77. Nescio quo e gurgustio te prodire capite involuto. 1. de D. 35. Causa latet obscuritate involuta naturæ. I. P. 12. Vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis involutam integumentis non cernat. Fragm. ep. Quod videbat nomine pacis bellum involutum fore.

Syntaxis. *Literis ille se involvit. Pacis nomine bellum involutum. Occulta et involuta aperire. Involutum aliquid et latens definiendo explicare. Involutum evolvit definitio. Involuto capite. Obscuritate involutum. Nequitia frontis involuta integumentis.*

Inurbane, *insulse, inconcinne, ἀμούσως.* 3. de N. 50. Non inurbane Stratonicus, ut multa.

Inurbanus, a, um, *insulsus, infacetus, ἀπειρόκαλος.* 2. de Orat. 365. Non essem tam inurbanus, ac pene inhumanus, ut, &c. *Ibid.* 40. Inops quidam humanitatis atque inurbanus. De Clar. 227. Expedita autem erat, et perfacile currens oratio, et erat ejus tanquam habitus non inurbanus.

Inuro, is, *infligo, imprimo, ἐγκαίω.* De Clar. 262. Qui volunt illa calamistris inurere. Pro Mur. 8. Id mihi summam crudelitatis famam inussisset. Ver. 1. 113. Cur hunc dolorem cineri ejus atque ossibus inussisti? 11. A. 38. Pro Mil. 100. et 3. Tusc.

19. Inurere quam maximum dolorem alicui.

Inuror, eris. Pro Cl. 129. Is censoriæ severitatis nota non inuretur? Pro Sull. 88. Ne qua generi ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur.

Inusitate, ἀηδῶς. De Clar. 260. Inusitate loqui. 1. Qu. Fr. 2. Absurdæ et inusitate scriptæ epistolæ.

Inusitatus, a, um, *inauditus*, *insolens*, *præter consuetudinem*, *novus*, ἀηδὴς, ἀνήκουστος. 2. de Orat. 98. Alter leporem quendam inusitatum nostris Oratoribus est consecutus. Orat. 11. Inusitatas vias indagare, tritas relinquere. 3. Off. 38. Is hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata. 3. Att. 24. Res inusitata et nova. 3. de Orat. 152. Inusitatum verbum, aut novatum, aut translatum. *Ibid.* 151. Inusitata sunt prisca fere ac vetusta, et ab usu quotidiani sermonis jamdiu intermissa. De Clar. 259.

Inustus, a, um, *impressus*. 2. de Orat. 189. Nisi omnes motus in ipso Oratore impressi atque inusti esse videbuntur. Pro Do. 92. Tantum homines impios inustum nefariis mentibus bonorum odium retinebat. De Arusp. 55. Inest hoc tempore odium insitum penitus et inustum animis hominum. Pro Planc. 29. Hæc sunt expressa signa probitatis, non fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis veritatis. Pro Sest. 17. Si nondum vulnera inusta reipublicæ vultis recordari. 1. Fa. 9. Monumentum vero Senatus hostili nomine, et cruentis inustum literis esse passi sunt. 1. C. 13. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est?

Illatus. 2. C. 20. Tantus illorum temporum dolor inustus est civitati. 1. A. 32. Hæc inusta est a te mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. De Pro. 16. Insignem ignominiam alicui inustam esse. 2. A. 117. Plurima mala, quæ ab illo Reipublicæ inusta sunt.

Syntaxis. *In oratore motus impressi et inusti. Inustum mentibus retinere odium. Inest odium animis hominum insitum et inustum. Signa probitatis inusta notis veritatis. Vulnus inurere. Monumentum Senatus hostili nomine, et litteris cruentis inustum. Inusta vitæ alicujus turpitudinis nota. Inurere alicui dolorem, mala, ignominiam, notam ad ignominiam.*

Inutilis, le, *ad nullam rem utilis*, *ad nullam partem utilis*, *qui nullo usui est*, ἀσύμφορος, ἀλυσιτελής. 2. de Div. 11. Qui mores aut utiles aut inutiles sint. 2. Off. 49. Norbanus seditiosus, et inutilis civis. 3. 31. Homo iners et inutilis. 1. de Inv. 1. Is inutilis sive perniciosus patriæ civis alitur.

Inutilitas, tis, *damnum*, ἀχρηστία. 2. 158. Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes sint honestas et utilitas, vitandarum turpitudo et inutilitas.

Inutiliter, *frustra*, μάτην. Ad Brut. 4. Inutiliter suadere aliquid alicui. 4. ad Her. 4. Inutiliter aliquid proferre.

Invulneratus, a, um, *integer*, ἄτρωτος. Pro Sest. 140. Invulnerati, inviolatique vixerunt.

JO

Jocandi. 1. Off. 104. Duplex omnino est jocandi genus: unum illiberale, &c. alterum elegans, urbanum, &c. 2. de Nat. 46. Hic quam volet Epicurus jocetur, homo non aptissimus ad jocandum. 1. de Orat. 27. Multa in homine jucunditas, et magnus in jocando lepos. 2. de D. 40. Deos jocandi causa induxit Epicurus. 2. Qu. Fr. 11.

Jocatio, onis, *jocus*, *urbanitas*, *cavillatio*, παιδιά. 2. Att. 8. Nunc si quid in ea epistola fuit historia dignum, scribe, ne ignoremus: sin nihil præter jocationem, redde idipsum. 9. Fam. 16. Nunc venio ad jocationes tuas.

Jocor, aris, *cavillor*, παίζω. 1. Fam. 10. Sed jam cupio tecum coram jocari. 2. 4. Jocerne tecum per literas? 7. 11. Sed de re severissima tecum jocor. 2. Att. 1. Familiariter cavillari et jocari cum aliquo. De Cl. 291. Bella ironia, si jocaremur. 16. Att. 5. Jocari me putas? moriar, si, &c. 9. Fam. 4. Quanquam mihi Dolabella (hæc enim jocatus sum) libentius, &c.

Adverb. *Familiarius, humanissime, libere.*

Syntaxis. *Jocari cum aliquo. Jocandi causa dicere. Ad jocandum aptus. In jocando suavis. Cavillari familiariter, et jocari cum aliquo. Multa jocari.*

Jocose, *facete*, *urbane*, ἀστείως. 2. Qu. Fr. 12. Eumque lusi jocose satis. 2. De Orat. 289. Jocose dicere.

Jocosus, a, um, *facetus*, *urbanus*, εὐτράπελος, ἀστεῖος. ✕. *Serius.* 1. de Off. 134. Si de seriis rebus loquatur, severitatem adhibeat: si de jocosis, leporem.

Jocularis, re, *ridiculus*, *ludicrus*. 1. de L. 53. Joculare illud quidem et a multis sæpe derisum. De Fat. 15. O licentiam jocularem.

Joculator, oris, σκώπτης. 4. Att. 15. Huic joculatorem senem illum interesse nolui.

Joculatorius, a, um, *jocosus*, *festivus*, παιδικός. 4. Att. 15. Joculatoria disputatio.

Jocus, ci, et Joca, orum, *ludus*, *risus*, *facetiæ*, *lepor*, *sal*, *hilaritas*, *festivitas*, *cavillatio*, παιδιά, γέλως, γελοῖον. 2. de Orat. 216. Suavis est et vehementer sæpe utilis jocus et facetiæ, in quibus tu longe aliis, mea sententia, Cæsar, excellis. *Ibid.* 239. Vitandum est Oratori utrunque, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. 2. de Fin. 85. Quicum joca et seria, ut dicitur, omnia? 1. Off. 103. Ludo enim et joco uti illis quidem licet, sed sicut somno et quietibus cæteris. *Ibid.* Nec enim ad ludum et jocum facti sumus. 2. cont. Rull. 95. Illam copiam cum hac per risum ac per jocum contemnent. 2. A. 42. Tum vero joci causa magistrum adhibet. 2. de N. 8. Irridere aliquem per jocum. Ver. 1. 155. Per

ludum et jocum evertere aliquem. 4. Fam. 4. Dicere aliquid per jocum. 1. Qu. Fr. 2. Literæ per jocum missæ. 14. Att. 15. Joca tua plena facetiarum. 10. Jocus familiaris. 13. Fam. 1. Extra jocum. 7. 11. Remoto joco. 2. de Fin. 65. Non hilaritate, nec lascivia, nec risu aut joco comite levitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati.

Adjunct. *Comes levitatis, dignus, ingenuus et liberalis, familiaris, oratorius, suavis, et sæpe vehementer utilis.*

Syntaxis. *Joco ludere aliquem. Licentia jocularis. Jocus et facetiæ. Jocus scurrilis, mimicus. Factus ad ludum et jocum. Per risum ac jocum contemnere aliquid. Excellere joco et facetiis. Ludo et joco uti. Irridere aliquem per jocum, dicere, mittere epistolam. Per ludum et jocum evertere adversarium. Joca plena facetiarum. Extra jocum. Remoto joco.*

Ionia, *regio*. 16. Att. 1. de D. 3.

Ionius, a, um. 3. de Orat. 66. Superum mare Ionium.

Iota. *Ibid.* 46. Ut Iotam literam tollas, et E plenissimum dicas. *Lege*, I. litera.

IP

Ipse, a, um, *αὐτός*. De Am. 84. Par est autem, primum ipsum esse virum bonum: deinde alterum sui similem quærere. 1. de Orat. 247. Veteres leges aut ipsas sua vetustate consenuisse, aut novis legibus esse sublatas. *Ibid.* 147. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione juris quam sit bellum cavere malum, scire possumus. 1. de D. 104. Sed ipsum est deos non putare: quæ ab his significantur, contemnere. 2. de Orat. 24. Hoc ipsum nihil agere, et plane cessare me delectat. 2. de D. 63. Hoc est ipsum esse contra se disertum. De Som. 20. Quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. 8. Att. 23. Nec me consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur. 5. Tusc. 26. Nihil gravius, nisi idem hoc ipsum honeste, sapienter, juste ad voluptatem referret. De Ar. 26. Id monstrum sibi ipsum est. 2. de Orat. 75. Tum alii quærebant ab Annibale, quidnam ipse de illo Philosopho judicaret. Pro Pomp. 32. Africa, quæ eorum ipsorum sanguine redundavit. *Ibid.* 46. Idem ipse Mithridates, &c. 2. de Div. 61. Chrysippus ipse ille divinationis autor. Pro Mur. 65. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores, &c. Pro Mar. 8. Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. 1. de Orat. 117. Qu. Varius illa ipsa facultate, quamcunque habet, magnam est gratiam consecutus. Orat. 6. Illud ipsum quod est optimum. 2. de Orat. 43. Ille ipse Aristoteles, &c. Postq. in Sen. 4. Illo ipso tempore, illo ipso anno. 2. Att. 1. Ego ille ipse vindex æris alieni. 2. C. 12. Ipsi isti, qui, &c. 3. de Orat. 127. Ipse ille Gorgias in illo ipso libro. 2. de Fin. 82. Nunquam dictum ab ipso illo quod sciam. Pro S. R. 125. Ista ipsa lex, &c. De Clar. 22. Ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquentia. 7. Att. 3. Cur Respublica Cos. isto ipso defensa non est? 1. de Orat. 61. Si quis istas ipsas artes illustrare velit. 7. Fam. 23. Ea enim ipsa hora acceperam literas tuas. 15. 18. Eo ipso tempore, cum, &c. 1. Att. 1. Eo ipso die, quo, &c. *Ibid.* 11. Erat in eo ipso loco ipso die nundinarum *πανήγυρις*. 1. Tusc. 40. Ego enim ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. 3. de Nat. 77. Atque ii tamen ipsi dii, &c. 2. de Fin. 4. Velut in hoc ipso, de quo nunc disputamus. 5. Tuscul. 58. Et tamen ab his ipsis, cum jam essent adultæ, ferrum removit. 2. de Fin. 43. Itaque hic ipse rejectus est. 2. de Inv. 36. Hoc ipsum genus, et eo ipso in genere. 11. Fam. 21. Non quod veterem comederit, sed hanc ipsam recentem novam devoravit. 1. de Orat. 73. Sic in orationibus hisce ipsis. 1. de Fin. 50. Hoc ipso quod adest. 4. Att. 1. Natali suo ipso die. 3. de Nat. 35. Quem ipsum non omnes interpretantur uno modo. 2. de Orat. 221. In quo ipso servabat dignitatem suam. De Clar. 29. Qui ipse tum fuit. 12. Att. 22. Quod ipsum erat fortis ægroti accipere medicinam. 1. Tusc. 20. Quod ipsum quale sit, &c. Pro Pomp. 17. Quorum ipsorum per se res vobis curæ esse debent. 2. Off. 9. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipsum est, quod utile appellatur. 1. de Orat. 112. Cum id ipsum dicere nunquam sit non ineptum, nisi cum est necessarium. 4. Att. 1. Quibus id ipsum se inimicos esse, non liceret negare. 1. Tusc. Nam istud ipsum non esse, cum fueris, miserrimum puto. Pro Sull. 67. Nihil audacter ipsi per sese sine P. Sulla facere potuerunt. De Ar. 36. Hoc, quid sit per se ipsum, non facile interpretor, sed ex eo, quod sequitur. Pro Cor. 2. Dicere de ipso modeste. *id est, de seipso.* 1. de Nat. 10. Ipse dixit: ipse autem erat Pythagoras. De Clar. 61. Cato mortuus est annis LXXIII. ipsis ante me consulem. 3. Att. 21. Triginta dies erant ipsi, cum dabam has literas. 4. 11. Cum ibi decem ipsos fuissem dies. 2. Fam. 8. Cum Athenis decem ipsos dies fuissem. Pro Cæc. 28. Nam cum dixisset minus LIII. populus cum risu acclamavit ipsa esse.

Syntaxis. *Ipsum quidem illud. Ipse dixit. Consules, qui ipsi sunt optimi. Idem hoc ipsum dico. Ab eo quæras, quid ille ipse, &c. Cæsar ille ipse populorum debellator. Illo ipso tempore, illo ipso anno. Ego ille ipse amicus. Ipse ille Cæsar in illo ipso prælio. Hoc quid sit, per seipsum non video, sed ex sequentibus. Triginta dies erant ipsi, cum discedebam. Ibi decem ipsos fui dies.*

IR

Ira, æ, *iracundia, indignatio, stomachus, dolor, θυμός, μῆνις, κότος*. 4. Tusc. 21. Ira est

libido puniendi ejus, qui videatur læsisse, injuriam. *Ibid.* 43. Est enim ira, ut modo dixi, ulciscendi libido. 4. Tusc. 51. Iram Ennius insaniæ principium esse dixit. 1. Off. 136. Ira, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. 1. de Div. 61. Pars animi, in qua irarum existit ardor. 1. Off. 89. Prohibenda maxime est ira in puniendo. 4. Tusc. 79. Facere aliquid per iram. 1. Off. 24. Qui aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus est. 4. Tusc. 55. Et quidem illam ipsam iram centurio habeat, aut signifer. Pro Cæl. 37. Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. 4. Tusc. 63. Ira cœlitum invectum malum.

Odium. 1. de Nat. 45. Neque ira, neque gratia teneri.

ADJUNCT. *Acerbior, inveterata, naturalis, gravior, recens, tristis.*

Iracunde, *per iram, cum iracundia*, ἐκ τῆς ὀργῆς. 8. A. 16. Vehementer me agere fateor, iracunde nego. 4. Tusc. 48. Nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseque fecerunt. 8. A. 16. Iracunde agere cum aliquo. Pro Qu. R. 31. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius. 1. A. 12. et 3. Tusc. 51. Nimis iracunde hoc quidem, et valde intemperanter.

SYNTAXIS. *Ira ulciscendi libido. Cum ira nihil fit considerate. In animo irarum ardor. In puniendo prohibenda ira. Per iram facere. Ira incitari. Habere iram. Ira cor cumulari. Neque ira, neque gratia teneri. Iracunde rabioseque facere. Iracunde et intemperanter. Iracunde agere cum aliquo.*

Iracundia, æ, *ira, acerbitas quædam naturæ et rabies*, μένος, χόλος, ὀργή. 4. Acad. 135. Peripatetici iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. 4. Tusc. 43. Imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ: Oratorem denique non probant sine aculeis iracundiæ. 1. de Orat. 220. Quis hæsitavit ob eam causam, quod nesciret quid esset iracundia? fervorne mentis, an cupiditas puniendi doloris? Pro Mar. 9. Iracundia est inimica consilio. 1. Qu. Fr. 1. 29. In tuis summis laudibus unam excipiunt iracundiam: quod vitium cum in hac privata vita levis esse animi atque infirmi videtur, tum vero nihil est tam deforme, quam ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adjungere. *Ibid.* 31. Ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur. De Cl. 236. Sed effervescens in dicendo, stomacho sæpe iracundiaque vehementius. 1. Qu. Fr. 1. 32. Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas: si exorabiles, summa lenitas. Ver. 2. 48. Homo exarsit iracundia et stomacho. 2. de Orat. 305. Efferri iracundia. De Ar. 3. Dolore efferri, et iracundia longius digredi, quam convenit. 1. de Fin. 28. Nec cum iracundia et pertinacia disputari potest. Pro Dom. 86. Illi tamen populi incitati vim iracundiamque subierunt. Pro Flac. 88. Eum ardentem iracundia videre potuisti. Ad Brut. 2. Exercere iracundiam in superatos. Pro Mar. 8. Cohibere iracundiam. Pro Dom. 88. Populus iracundia incitatus. Pro Flac. 87. Iracundia occulta.

ADJUNCTA. *Bellatrix, utilis, effervescens, exorabilis, gladiatoria, gravior, implacabilis, inimica, injusta, merita, ac debita, injustissima, justa, occulta, pertinax, præsens, vehemens, recens.*

SYNTAXIS. *Iracundiæ acerbitas. Iracundiæ aculei. Effervescere stomacho et iracundia. Exardere iracundia et stomacho. Efferri iracundia. Ardere iracundia. Incitari iracundia. Cum iracundia disputare. Subire vim et iracundiam. In superatum exercere iracundiam. Cohibere iracundiam.*

Iracundus, a, um, *qui facile et cito irascitur, concitus ad rixam, fervens*, θυμοειδὴς, κοτήεις, ὀξύθυμος. De Sen. 65. At sunt morosi, anxii, iracundi et difficiles senes. 4. 79. Quomodo si naturalis esset ira, alius alio magis iracundus esset? 5. A. 24. Impotens, iracundus, contumeliosus. 1. 27. Sed eum iracundum audio factum. Pro Planc. 63. Nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse.

Irascens, entis. De Clar. 326. Sæpe vidi irascentem et stomachantem Philippum.

Irascor, eris, *incendor, ira incendor, alicui iratus fio, succenseo, animo incitor, exardesco, stomacho et iracundia exardesco, vel effervesco.* ὀργίζομαι, θυμόομαι, χαλεπαίνω, ἄχθομαι. 4. Tusc. 42. Peripatetici virum videri negant, qui irasci nesciat: eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lenitudinis nomine appellant. 8. A. 16. Omnino irasci amicis non temere soleo. 1. Fam. 1. Marcellinum tibi iratum esse scis. 4. Tusc. 50. Ne Scipio quidem iratus videtur fuisse cum Tib. Graccho, tum cum, &c. *aliter*, iratus videtur fuisse Tiberio Graccho. 15. Att. 17. Ariobarzani de Sicio nihil irascor. Pro Qu. R. 46. Dii omnibus irasci et succensere solent. Vide pro Flac. 10. 3. Tusc. 18. 19.

ADVERB. *Admodum, facile, et cito, furenter, justius, occulte, omnino, temere.*

SYNTAXIS. *Impotens, iracundus, contumeliosus. Irascens et stomachans. Irasci alicui. De Cæsare irascor illi. Irasci et succensere.*

Iratus, a, um, *incensus, ira incensus, iracundia incitatus, inflammatus, in aliquem infestus, infensus, qui animo alieno et averso est ab aliquo.* νεμεσῶν, ἀγανακτῶν. Pro Flac. 10. Iratus Flacco dixit, &c. Pro Cœl. 42. Huic ego deos propitios, plerique autem iratos putant. 14. Att. 21. Nolo te illum iratum habere. Pro Flac. 11. Quam promptus homo P. Septimius? quam iratus de judicio et de villico? 16. Att. 3. Ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. 4. Tusc. 77. Iratos proprie dicimus exisse de potestate. *id est, de consilio, de ratione, de mente.* 3. 19. Irati proprium est, cupere, a quo læsus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. 4. 18. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cum

villico factus esset iratior, Quo te modo (inquit) accepissem, nisi iratus essem? 1. de Orat. 220. Facere judicem iratum adversario. 1. Att. 8. Si is, qui rei dominus futurus est, alienus atque iratus tibi est. *Ibid.* Iratus et offensus alicui. 8. A. 19. Cæsar ipse, qui illis fuerat iratissimus, tamen propter singularem ejus civitatis gravitatem et fidem quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

SYNTAXIS. *Iratus de Cæsare. Fieri alicui iratum. Habere iratum. Iratus erit de potestate. Facere iratum judicem adversariis. Alienus et iratus et offensus alicui.*

Ironia, æ, *Inversio, dissimulatio, dissimulantia, εἰρωνεία.* 2. de Orat. 270. Socrates opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore, et humanitate omnibus præstitit. De Clar. 29. Ironia illa, quam in Socrate dicunt fuisse, faceta et elegans. *Ibid.* 298. Nec in hoc ironiam duxeris esse, quod dixi, &c. 3. Qu. Fr. 4. Sine ulla mehercule ironia loquor. 4. Ac. 74. Ironiam alterius perpetuam præsertim nulla ratio fuit persequi. 2. de Or. 276. 16. Att. 11. Socrates de se ipse detrahens, plus tribuebat his, quos volebat refellere: ita cum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant, quam ait etiam in Africano fuisse Fannius. De Cl. 299. *Lege,* Dissimulatio, et Inversio.

ADJUNCTA. *Bella, faceta, et elegans, perpetua.*

Irpinus. 2. con. Rul. 8. Fundus Irpinus.

Irrauceo, es, *raucus fio.* 1. de Orat. 259. Æsopum, si paulum irraucuerit, explodi video. *Priscianus legit,* Irrauserit.

Irrepo, is, *arrepo, influo, illabor, προσέρπομαι.* 10. Fam. 23. Credulitas in optimi cujusque mentem facillime irrepit. 3. de Orat. 201. Dissimulatio quæ maxime quasi irrepit in mentes hominum. Orat. 97. Eloquentia modo perfringit, modo irrepit in sensus. Pro Arch. 10. Cæteri in eorum municipiorum tabulas irrepserunt. De Arusp. 52. Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat. Pro Cor. 5. Is furatus esse civitatem, genus suum ementitus, irrepsisse in censum dicitur. 3. Off. 75. Si in locupletum testamenta nomen ejus possit irrepere.

SYNTAXIS. *In mentem irrepere, in sensus, in opinionem gratiæ, in censum. Nomen illius in testamentum irrepsit.*

Irretio, is, *illaqueo, impedio, implico, σαγηνεύω, περιτίθημι.* 5. Tusc. 62. His enim se adolescens improvida ætate irretierat erratis, ut, &c. et 1. C. 13. Adolescentulus, quem corruptelarum illecebris irretisses. In Vat. 12. Cum homines negotia gerentes judiciis iniquissimis irretires. 2. Tusc. 20. Hæc me irretivit veste furiali inscium.

Irretitus, a, um, *implicatus.* 5. de Fin. 49. Si Ulysses cantiunculis irretitus teneretur, &c. In Vat. 2. Ut loquacitatem istam tuam paucissimis interrogationibus irretitam retardarem. De Arusp. 7. Aliquis illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, implicatus expectatione supplicii. 1. de Orat. 43. Stoici disputationum suarum laqueis te irretitum tenerent. Postqu. ad Quir. 11. Qui provinciarum fœdere irretiti totum illum annum querelas Senatus pertulerunt.

SYNTAXIS. *Irretire se erratis. Adolescentulos illecebris corruptelarum irretire, cantiunculis. Odio bonorum irretitus. Laqueis disputationum irretire, et irretitum tenere.*

Irridendus, a, um. 2. de Div. 39. Doleo, tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.

Irridens, tis, *deludens.* 2. de Nat. 8. P. Claudius per jocum deos irridens.

Irrideo, es, *derideo, καταγελάω, σκώπτω, καταχλευάζω.* 12. Att. 7. Cæsar mihi irridere visus est. 2. cont. Rull. 93. Irridere et contemnere aliquem. Postqu. in Sen. 11. Irridere squalorem et luctum alicujus. 1. de Orat. 75. Apollonius irrisit Philosophiam. 2. de Nat. 162. Nihil tam irridet Epicurus, quam prædictionem rerum futurarum. 4. de Fin. 73. Facete M. Piso et alia multa, et hoc loco Stoicos irridebat. De Clar. 234. Sic intervallis, exclamationibus, voce suavi et canora, admirando irridebat.

Irrideor, eris. 4. Acad. 123. Vos ab illo irridemini, et ipsi illum vicissim eluditis. *Ibid.* 35. Qui ita interrogant, ab his irridentur. 3. de Fin. 74. Quæ irrideri ab imperitis solent.

Irrigatio, onis, *ἄρδα, ἀρδεία, ἀρδευθμός.* 2. Off. 14. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes. De Senect. 54. Quid ego irrigationes? quid agri fossiones, repastinationesque proferam? quibus fit multo terra fœcundior.

Irrigaturus, a, um. 3. Qu. Fr. 1. Jugera L. prati irrigaturum te facile arbitror.

Irrigo, as, *rigo, ἄρδω, ἀρδεύω.* 1. de Nat. 121. Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit. 2. 130. Ægyptum Nilus irrigat.

Irrisio, onis, *ludibrium, καταγελασμός.* 4. Acad. 123. Liber igitur a tali irrisione Socrates. 1. de Orat. 50. Hæc Oratio aut nulla sit, aut omnium irrisione ludatur. 1. Off. 137. Et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Irrisor, oris, *σκώπτης.* Parad. 1. Veniant igitur irrisores hujus orationis.

Irritabilis, le, *qui facile irritatur et accenditur, iracundus, ὀξύθυμος* .)(. *Placabilis.* 1. Att. 14. Animi bonorum sæpe irritabiles sunt.

Irritatus, a, um, *lacessitus.* Br. 17. Pueri potius audacia irritata est, quam repressa. *Ibid.* 16. Neque magis irritatus esset Antonius regno Cæsaris, quam ob ejus mortem deterritus.

Irrito, as, *παροξύνω.* Pro Mil. 85. Vi irritare, et ferro lacessere aliquem. 7. A. 3. Irritari Antonium non oportuit.

Irritus, a, um, *vanus, inanis, μάταιος, ἄκυ-*

ρος .)(. *Ratus.* Ver. 2. 63. Metellus omnes Verris injurias rescindit, et irritas facit. 5. A. 21. Quæ, si leges irritas feceritis, rata esse non possunt. 2. de Leg. 21. Quæ augur injusta et vitiosa, &c. dixerit, irrita infectaque sunto. 2. A. 109. Antonius testamentum irritum fecit. De Pro. 45. Cujus tribunatus si ratus est, nihil est, quod irritum ex actis Cæsaris possit esse. Ver. 2. 66. Quod judicium de compromissis factum erat, id irritum jussit esse. *Ibid.* 140. Quæ in magistratu gessisti, sustulit atque irrita jussit esse. Postq. in Sen. 12. Simulata irritaque tristitia. *Lamb. legit*, versuta.

Syntaxis. *Injurias facere irritas. Leges irritas facere. Irritum et infectum. Tollere, et irritum facere. Irritum judicium jussit esse. Testamentum irritum.*

Irrogatio, onis, *constitutio*, ἐπιγραφή. Pro Rab. 8. Irrogatio mulctæ.

Irrogatus, a, um. Pro Dom. 110. Privilegiis tyrannicis irrogatis.

Irrogo, as, *legem in aliquem fero, constituo.* ἐπιγράφω. Pro Mil. 17. Irrogare mulctam alicui.

Irrogor, aris. Pro Dom. 43. Leges privatis hominibus irrogari est privilegium. *Ibid.* 58. Ne mihi præsenti mulcta irrogaretur.

Irrumpo, is, *irruo, invado,* εἰσβάλλω, εἰσπίπτω. 11. A. 4. Alter in Asiam irrupit cursim. 1. de D. 50. Syracusani improviso in castra Pœnorum irruperunt. 4. Acad. 135. Atrocitas ista, quomodo in veterem Academiam irruperit, nescio. 3. de Orat. 106. Ab iis, qui in nostrum patrimonium irruperunt, quod opus est nobis, mutuamus. 2. cont. Rul. 46. Irrumpant in ærarium. 4. Acad. 125. Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpunt. 3. de Orat. 166. Luxuries in domum irrupit.

Adverb. *Cursim, derepente, effrænatius, extrinsecus, improviso.*

Irruo, is, *impetu in aliquem feror, invado, in aliquem me immitto, influo, redundo,* ἐπιτίθεμαι, ἐμπίπτω. 1. de Orat. 41. Quod in alienas possessiones tam temere irruisses. Pro Dom. 106. In quem quisque per homines concitatos irruerit, quem impetu perculerit. *Ibid.* 119. Omni impetu in aliquem irruere. 2. de Fin. 61. Et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat. 3. de Orat. 163. Ut deducta esse in alienum locum, non irruisse videatur. 13. Att. 26. Irruere in aliquem, et invadere in aliquem. *Lege*, Invado.

Irruptio, onis, *incursio*, εἰσβολή. Pro Pomp. 15. Cum hostium copiæ non longe absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur. 11. A. 7. Irruptio armatorum in Trebonii domum.

IS

Is, ea, id, *iste, hic, talis,* οὗτος. 3. A. 39. Ut pro tantis eorum in Remp. meritis honores eis habeantur. Pro Sull. 81. Vitæ ejus turpitudinem in summis ejus periculis insequebantur. De Clar. 280. Via laudis, quam majores ejus ei tritam reliquissent. 2. de D. 143. Is cum esset projectus inhumatus, amica corpus ejus texit suo pallio. Pro Sull. 89. Nuper is homo fuit in civitate P. Sulla, ut nemo ei se honore anteferret. 1. Att. 13. Venit mihi obviam puer tuus: is mihi literas abs te reddidit. *id est, qui.* 13. Fam. 49. Qu. Pompeius multis et veteribus causis necessitudinis mihi conjunctus est: is cum antea, &c. 5. Fam. 12. Neque enim tu is es, qui, qui sis, nescias. 1. C. 22. Neque enim, Catilina, is es, ut, &c. 5. Fam. 8. Is enim tu vir es, et eum me esse cupio, ut, &c. 1. 8. Ego is sum, cui vel maxime concedant omnes, ut, &c. 2. de Orat. 25. Nam quod addidisti, nos eos esse, qui, &c. 6. Att. 3. Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. 7. 8. Itaque is in illum sum, quem tu me esse vis. 3. Off. 12. Quod si is esset Panætius, qui, &c. *Ibid.* Sed enim sit is, qui, &c. 2. de D. 50. Omnem autem orationem fuisse eam, qua aruspicinæ disciplina contineretur. Pro Flac. 34. Est enim, credo, is vir iste, ut civitatis nomen sua autoritate sustineat. Pro Sulla. 4. Non enim una est ratio defensionis ea, quæ est posita in oratione. 3. A. 31. Antonius cum una legione, et ea quidem vacillante, L. fratrem expectat. 2. de D. 8. Plurimis nostris exemplis usus es, et iis quidem illustribus. 3. Qu. Fr. 1. Erant loca posita ambulationis uno latere, eo, quod est proximum Balnearis. Orator. 59. Excursio moderata, eaque rata. De Opt. 21. Multa dixit de eo, quod civis improbus laudatus esset. 2. Att. 24. Maximeque in eo est reprehensus, quod dixerat, &c. 1. 13. Per unum servum, et eum ex ludo gladiatorio. 3. de Orat. 56. Quorum princeps Socrates fuit is, qui, &c. 1. Qu. Frat. 1. 33. Ea nostra ratio est, ut, &c. *Ibid.* 2. Atque is dolor est, quod, &c. Pro Cæc. 14. Is enim ille fuit Ebutius. Ver. 1. 155. Non enim prætereundum est ne id quidem. 2. de N. 25. Et id maxime hyberno tempore. 2. Att. 24. Negavit, &c. neque id sane diu: nam, &c. 1. 11. Et id multis verbis. 2. 6. Et idipsum sine stomacho. 1. 13. Idque judicum vocibus. *Ibid.* 11. Atque id ereptum ex summis occupationibus. 2. de Orat. 200. Si is, qui existimor, &c. *id est, si ego, &c.*

Syntaxis. *Is tu vir es, qui, ut. Multa dici de eo, quod malus esset civis, &c. In eo reprehensus est, quod. Si is qui dicor. id est,* si ego. *Interdum repetitur post* ille, *interjectis aliis vocibus.*

Isara, *fluvius.* 10. Fam. 15. *vide*, Hisara.

Isaurum, *locus.* 1. A. 125.

Isauricus. 5. Att. 21. Isauricum forum.

Isis, *dea.* 3. de N. 47.

Isiacus. 1. de D. 133. Isiaci conjectores.

Isocrates, tis. 2. de Orat. 10. Ille pater eloquentiæ Isocrates. 2. de Orator. 94. Ecce

ubi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cujus e ludo tanquam ex equo Trojano innumeri principes exierunt. Orat. 174. Qui Isocratem maxime mirantur, hoc in ejus summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adjunxerit. *Ibid.* 176. Quas (*festivitates numerorum*) Isocrates cum tamen audivisset in Thessalia adolescens senem jam Gorgiam, moderatius temperavit. De Senect. 13. Est enim quiete et pure et eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus, qualem accepimus Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea. De Clar. 32. Extitit jam senibus illis, quos paulo ante diximus, Isocrates, cujus domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi, magnus orator et perfectus magister, quanquam forensi luce caruit. *Ibid.* Isocrates cum cetera melius, quam superiores, tum primus intellexit, etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen et numerum quendam oportere servari. De Opt. Gen. Orat. 17. Quin ipsum Isocratem, quem divinus auctor Plato suum fere æqualem admirabiliter in Phædro laudari fecit a Socrate, quemque omnes docti summum oratorem esse dixerunt, tamen nunc in numero non repono. non enim in acie versatur et ferro; quasi rudibus ejus eludit oratio. De Clar. 32. Isocrates intra parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo judicio, est postea consecutus. Orat. 176. Isocrates se ipse tantum, quantum ætate procedebat, (prope enim centum confecerat annos) relaxarat a nimia necessitate numerorum. 3. de Orat. 137. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum, Cononis præstantissimi imperatoris filium, summum ipsum imperatorem, hominemque doctissimum? Attic. lib. 2. epist. 1. Meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον, atque omnes ejus discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit. Orat. 41. Isocrates primus instituit dilatare verbis, et mollioribus numeris explere sententias. *Ibid.* 41. Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum judicia debere contemnere. *quo loco plura de Isocratis institutione.* Attic. lib. 6. epist. 1. Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur: sed alter, uti dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frænis eget, alter calcaribus.

Isocrateus, a, um. Orat. 297. Placet, omnia dici Isocrateo, Theopompeoque more, illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe incluso currat oratio.

Ἰσονομία. *Lege*, *Æquabilis*, *et Æquabilitas*, *et Æquilibritas.*

Issus, *oppidum*, 5. Att. 20. 9. Fa. 20.

Iste, a, ud, *αὐτός*. Pro S. R. 49. Non tu in isto artificio accusatorio callidior es, quam hic in suo. Pro Dom. 70. Lex, quam iste tulerat. 7. Att. 3. Jam ne istius quidem rei culpam sustineo. De Am. 7. Eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent. De Senect. 84. Et ita ex vita ista discedo, tanquam ex hospitio. De Ami. 8. Nec ab isto officio, quod semper usurpavi, abduci debui. Parad. 1. Mihi ista παράδοξα, quæ appellantur, videntur esse verissima. 2. de L. 66. Iste igitur sumptum minuit. 6. Fam. 6. Armorum ista et victoriæ sunt facta, non Cæsaris. 4. Acad. 97. A me istam exceptionem non impetrabunt. *Ibid.* 12. In ista una disputatione. *Ibid.* 119. Cum Stoicus syllabatim ista dixerit. *Ibid.* 106. Iisdem enim hic sapiens, de quo loquor, oculis, quibus iste vester, cœlum, terram, mare intuebitur. *Ibid.* 120. Quanti libertas ista æstimanda est! 1. de Orat. 101. Jam vero ista conditione, dum, &c. *Ibid.* 107. Ego vero, inquit, istis obsequi studeo. De Senect. 24. Age, ut ista divina studia omittamus. 2. de Orat. 155. Atque ego ex istis sæpe audivi. De Clar. 266. Nec istos excellentes viros resp. perdidisset. 5. Tuscul. 72. Transeat idem iste sapiens ad Remp. tuendam. 2. de Orat. 128. Meæ totius orationis, et istius ipsius in dicendo facultatis, quam, &c. Pro Do. 12. Hunc istum otii et pacis hostem. Pro Qu. 19. Tum iste vir optimus, &c. 2. Fam. 17. Iste Ariobarzanem non regem, sed regis filium appellat. 1. de Orat. 63. Hæc quæ isti forsitan puerorum elementa videantur. *id est, Crasso.* 1. de Nat. 122. Non erit ista amicitia, sed mercatura. *Ibid.* Pecudum greges diliguntur isto modo. De Am. 76. Isto enim modo pædagogi maxime erunt diligendi. 1. de L. 8. Et sæpe de isto collocuti sumus. 2. de Inv. 121. Si hoc modo scripsisset, isto verbo usus non esset, non isto loco verbum istud collocasset. 2. de Orat. Non possunt isthæc sic abire. 8. Att. 19. Si ille circum isthæc loca commorabitur. 4. Acad. 109. Jam isthuc te quoque impediat. 7. Fam. 23. Attamen isthæc ipsa, quæ te emisse scribis, erunt mihi grata.

Isthmus, mi, *angustum spatium inter continentem et peninsulam: quale est Peloponnesi, ubi Corinthus fuit.* De Fat. 7.

Istic, αὐτόθι. 5. de Fin. 78. Istic sum, inquit. 1. Fam. 10.

Istinc, ἐντεῦθεν. 7. Att. 20. De malis nostris tu prius audis, quam nos: istinc enim emanant. 1. Fa. 10. Qui istinc veniunt, &c.

Istiusmodi, τοιοῦτος. Act. 1. Ver. 33. Necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. 1. de Orat. 104. Adduxisse hunc Græcum aliquem, qui nos istiusmodi disputationibus delectaret. *Lege*, Iste.

Istuc, *pro istud.* Pro Q. 57. Quo die vadimonium istuc factum esse dicis? 2. de D. 35. Qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum a te. 7. Att. 8.

IT

Ita, *sic*, οὕτω, οὕτως. *Ibid.* Quod putasti-

fore, &c. factum est ita. Ver. 4. 117. Est judices ita, ut dicitur. 12. Att. 18. Velim des operam, ut investiges, sitne ita. Br. 7. Id si ita est, istic tibi censeo commorandum. Pro Rab. 5. Quæ cum ita sint, primum, &c. 14. Att. 12. Quod cum ita sit, maxime vellem, primum, &c. Pro Sull. 4. Ita inquit: tu enim, &c. 5. Att. 9. Hæc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut &c. 1. de Orat. 116. Ita quidquid est, in quo, &c. 14. A. 19. Ita de unoquoque, ut quemque meritum arbitrantur, existimant. 9. Att. 9. Ego te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, ut paucos æque ac te charos habeam. 9. Fam. 16. Hæc ad illum perferuntur: ita enim ipse mandavit: sic fit, ut putet, &c. 1. 7. Atque ita, ut nullam, &c. 2. de D. 83. Itane? Ver. 1. 40. Itane vero hoc Brutus egit, ut Lanuvii esset? 1. de D. 23. Casu, inquis, itane vero? 2. 68. Itane censes? ante coronam extitisse, quam, &c. 4. C. 11. Nam ita mihi salva republica vobiscum perfrui liceat, ut ego, &c.

Tam. Pro S. R. 64. Non ita multis ante annis aiunt quendam, &c. Ver. 2. 49. Tadius non ita multum tecum fuit. 1. de Orat. 265. 1. A. 7. Non ita multum spatii est. De Clar. 244. Non ita multi sunt. 1. de Natur. 87. Quibus homines non ita valde moventur. De Clar. 41. Themistocles non ita sane vetus. 1. Fam. 9. Non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. 4. 7. Cum ita late pateat ejus potestas. 2. 5. Ita sunt omnia debilitata jam prope et extincta. 4. 4. Ita mihi pulcher hic dies visus est, ut, &c.

Valde, σφόδρα, μάλα. Ver. 4. 109. Simulachra præclara, sed non ita antiqua. *id est, non multum antiqua.* De Cla. 41. Ille non ita pridem abiit. Orat. 25. Non ita lato interjecto mari. *Ibid.* 59. Rarus incessus, nec ita longus. 2. de Orat. 77. Ac mihi quidem non ita molesti sunt. De Clar. 233. C. Fimbria non ita se diu jactare potuit. Pro Qu. 15. Nec ita multo post in Galliam proficiscitur. *Ibid.* Cum non ita commode posset. Pro Flacc. 47. Interim nec ita longo intervallo ille venit. 2. de Fin. 42. Accessione utuntur non ita probabili. 10. Fam. 25. Non ita necesse videbatur. 5. Tus. 23. Hæc enucleare non ita necesse est. 4. Ac. 4. Hoc tibi non ita decorum est.

Italia, æ, *regio est, quam natura mari supero et infero et alpibus munivit.* Pro Arch. 5. Erat Italia tunc plena Græcarum artium, studiaque hæc et in Latio et hic Romæ colebantur. 2. de Orat. 154. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. 2. con. Rul. 66. Etenim quantulum interest, utrum in Massici radices, an in Italiam, aliove deducamini?

Italicus, a, um. 5. Tus. 100. Italicæ mensæ. Ver. 5. 38. Italicum bellum. 3. ad Her. 2. de Sen. 78. Italici Philosophi.

Italus, a, um. De Ar. 19. Itali ac Latini.

Itaque, *idcirco, quamobrem, διότι, ὥστε.* De Amic. 5. Itaque ipse mea legens &c.

Et ita, καὶ οὕτω. De Cla. 10. Homines mihi ita chari, itaque jucundi, ut, &c. *id est, et ita.* Pro Clu. 51. Itaque feci. Div. 2. 3. de Fin. 11. De Cla. 9. et 5. Fa. 13.

Item, *similiter, etiam, quoque, ὡσαύτως, ὁμοίως.* 2. de D. 17. Solis defectiones, itemque Lunæ prædicuntur, &c. 2. de Leg. 52. Placuit Scævolæ et Coruncano, itemque cæteris, qui, &c. 3. A. 38. D. Brutus, L. Plancus, itemque cæteri, qui, &c. Ver. 5. 52. Quibus item ut cæteris imperabat. De Ami. 71. Itaque ex me quærunt, credo, et ex hoc item Scævola. 2. Att. 1. Græce item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedi. 2. de Orat. 242. In re est item ridiculum. 3. Qu. Fr. 4. 3. C. 6. Gabinium statim ad me vocavi, deinde item accersitur Statilius. 6. Fam. 3. Hoc item tempore brevior esse debeo. 14. Te non venisse miratus sum, quod item nunc miror. 2. 7. Meaque item in te singularis benevolentia. 9. 13. M. Planius, qui est item Calenus. 10. 33. M. Lepidus Imp. item Pontifex max. Ver. 5. 48. Cur Tauromitanis, item fœderatis navem imperasti? 1 de Div. 107. Romulus augur cum fratre item augure.

Vicissim. 10. Att. 14. Tu meas epistolas concerpito, ego item tuas.

Ita, sic, οὕτως, ὡς. 1. de Orat. 118. Nihil est, quod cogat homines, sicut in foro non bonos Oratores, item in theatro malos actores perpeti. 2. Att. 24. Quare ut Numestio mandavi, tecum ut ageret, item atque eo si potest acrius, te rogo, &c. Orat. 202. Non item in oratione, ut in versu, extat numerus. Ver. 4. 21. Fecisti item uti prædones solent. 2. 134. Item ut vos Romæ cognovistis. Part. 126. Et item commune periculum. 2. Att. 21. Spectaculum tibi uni jucundum, cæteris non item. 15. Fam. 21. 2. de Nat. 62. Quod in libero servant, in libera non item. 4. Ac. 22. Alterum videmus, &c. alterum non item. *Ibid.* 42. Ut enim de sensibus, item faciunt de reliquis. Pro Mur. 67. Et item prandia vulgo sunt data.

Syntaxis. *Sol, itemque Luna, itemque cæteri Planetæ. Ut ille item alius. Te amo item ut filium. id est,* æque ac. *Tibi jucundum, cæteris non item.*

Iter, itineris, *ὁδοιπορία, ὁδός, πορεία.* 1. Att. 13. Censeo via Appia iter facias, celeriter Brundusium venias. *Ibid.* Confestimque cum Qu. fratre et liberis nostris iter in Apuliam facere cœpi. 13. 23. Cum illi iter instaret et subitum et longum. 15. 23. Tabellarius, quem ad Brutum miseram, ex itinere rediit. 1. de Inv. 47. Venire ex itinere. Pro Mil. 27. Iter necessarium eo die illi erat Lanuvium. 11. Fa. 13. In posterum diem iter suum contulit. *Ibid.* Pollentiam iter facere. 3. Att. 1. Multis de causis iter converti. 8. 13. 14. Iter habere. 5. 9. Deinde cogitabam sine ulla mora ista itinera facere. *Ibid.* 14. Nunc iter conficiebam æstuosa et pulverulenta via.

14. 10. Trebonius itineribus deviis profectus est in provinciam. 16. 13. Veni ad pontem Tyretium, in quo flexus est ad iter Arpinas. 2. de Orat. 290. Perge conficere iter reliquum. 3. Qu. Fr. 4. Patiamur illum ire nostris itineribus. 8. Att. 13. Cohortes quæ ex Piceno ad me iter habebant. 2. Qu. Fr. 5. Luceius in Sardiniam iter habet. Pro S. R. 24. Cui ne iter quidem ad sepulchrum patrium relictum est. 10. Fam. 11. Cum iter ad Mutinam dirigerem in itinere de prælio facto audivi. 1. Tusc. 96. Pro dii immortales! quam optabiliter iter illud ineundum esse debet! De Senec. 34. Ingredi iter pedibus, ingredi iter equo. 12. At. 22. Iter longum ingressus sum. 1. de Div. 27. Itaque persæpe revertit ex itinere, cum jam progressus esset multorum dierum viam. In Vat. 12. Cum iter illud Hispaniense pedibus fere confici soleat, &c. Pro Planc. 97. Iter a Vibone Brundusium terra petere contendi. Pro Pompeio. 30. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est. 15. Fam. 4. Cum abessem ab Amano iter unius diei. 9. 14. Quatridui iter. 11. 13. Biduo me Antonius antecessit, itinere multo majore fugiens, quam ego sequens. Pro L. Varen. Cum iter per agros et loca sola faceret cum Populeno, &c. *Ibid.* Utrum velitis, casu illo itinere Varenum esse usum, an hujus persuasu et inductu? Oecon. 1. Tum etiam itinera distribuit viro natura. 3. Acad. Qui itinere deerravissent.

Jus ingrediendi. Pro Cæc. 74. Aquæductus, haustus, iter, actus.

Adjunct. *Alienum, solemne, legitimum, continuum, expeditius, longum, et infestum, magnum, devium, difficillimum, majus, festivum, flexuosum, simplex, et directum, gloriosum, verum, incertum, molestum, tam infestum, tamque periculosum, justum, maximum, necessarium, nefarium, nocturnum, notum, occultum, reliquum, subitum, et longum, tritum, tutum.*

Syntaxis. *Iter facere. Illis instat iter longum. Redire ex itinere, venire. Iter esse alicui. Iter conferre in. Conficere iter æstuosa via. Itinera devia. Ire majorum itineribus. Iter habere. Iter ad sepulchrum relinquere. Iter dirigere ad. In itinere audire. Inire iter. Conficere pedibus iter. Iter contendere terra a Vibone Romam. Quatridui iter. Itinere deerrare.*

Iterandus, a, um, *repetendus.* 4. ad Her. 39. Iterando redintegrare aliquid. 4. Ac. 88. 2. Tusc. 44. Iterandum eadem mihi ista. *aliter*, Iteranda: *sed mendose.* Item 14. Att. 15.

Iteratio, onis, *geminatio, repetitio, redintegratio, ἐπαναφορά, παλιλογία.* Orat. 85. Verborum iterationes. 3. de Orat. 201. et 4. ad Her. 39. Plurium verborum iteratio.

Iteratus, a, um. 2. de Orat. 131. Ager non semel aratus, sed novatus et iteratus. Part. 21. Verba sæpius iterata. *Ibid.* 54. Verba iterata, duplicata.

Itero, as, *gemino, duplico, repeto, παλιλογέω.* Orat. 137. Ut, quod dixit, iteret.

Iteror, aris. De Orat. 135. Cum aut duplicantur iteranturque verba, aut breviter commutata ponuntur.

Iterum, *rursum, πάλιν, αὖθις.* Pro Flac. 50. Iterum iste Romam se retulit. Pro Dom. 134. Bis a me servatus est, separatim semel, iterum cum universis. 1. de Inv. 71. Primo quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertio turpe. 13. Fa. 42. Id ut re experiatur, iterum et sæpius te rogo. Pro Sest. 37. L. Saturninus iterum tribunus. De Ar. 24. P. Africanus iterum Consul ille major, &c. et 1. de Div. 77. C. Flaminius Consul iterum. 2. de Di. 121. Nonnunquam etiam iterum, ac tertium. Pro Font. 1. Semel atque iterum ac sæpius. 2. de Orat. 112. Iterum autem peccant, cum se jungunt, &c. Pro Pomp. 30. Testis est iterum ac sæpius Italia. Pro S. R. 60. Iterum ac tertio nominavi, &c. De Clar. 70. Livianæ fabulæ non satis dignæ quæ iterum legantur. Pro C. Cor. 1. Cum bis jurasset, semel privatim a patre, iterum publice a lege coactus &c.

Syntaxis. *Iterum aliquem, ac sæpius rogare. Ille iterum Consul. Iterum ac tertium consul.*

Ithaca, æ, *parva insula, Ulyssis patria.* 1. de Orat. 196. et 2. de L. 3.

Ithyreus, a, um. 2. A. 112. Ithyrei barbari cum sagittis. *Ibid.* 19.

Itidem, *similiter, pariter, item, ὁμοίως, ὡσαύτως.* 1. de Div. 14. et 1. de L. 30. Ea, quæ movent sensus, itidem movent omnium. Part. 77. Temperantia in rebus incommodis est itidem duplex. 3. de N. 62. Vinctus itidem a filio Saturnus. 2. de Leg. 7. Quia nunc itidem ab eodem sunt nobis agendi capienda primordia.

Itio, onis, *itus, πορεία.* 11. Att. 16. De obviam itione faciam ut suades. 13. 49. 1. de Div. 68. Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari.

Ito, as, *frequenter eo, φοιτάω.* 9. Fam. 24. Te ad cœnas itare desisse, moleste fero.

Itur, *διαπορεῦται.* 10. Att. 1. Dicam Senatui non placere in Hispanias iri. Pro Clu. 55. In consilium iri oportebat. *Ibid.* Itum est in consilium. 10. Fa. 31. Posteaquam itum est ad arma. 6. A. 9. Est enim ita decretum, ut ad saga iretur. Ver. 1. 125. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se iri passurum. *Ibid.* 31. Si post Cal. Ja. in consilium iretur.

Iturus, a, um. 1. Fa. 2. Perspiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros. Act. 1. Ver. 50. Quamdiu alium prætorem cum iis judicibus, quos, &c. de te in consilium iturum putasti?

Itus, us, *itio, incessus, βάδισις.* 15. Att. 5. Quis porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter nos?

JU

Juba, æ, *crines ex equorum et aliarum bestiarum collo pendentes*, χαίτη. 2. de Nat. 111. Hic equus ille jubam quatiens, &c. 1. de D. 73. Equus, cujus in juba examen apum consederat. 2. 67. Dionysii equus habuit apes in juba.

Jubatus, a, um, *juba ornatus*, χαιτήεις. 4. ad Her. 63. Tanquam jubatus draco.

Jubendus, a, um, *imperandus*. 1. de Orat. 60. Num apud populum de legibus jubendis atque vetandis.

Jubeo, es, *hortor, impero*, ἐπιτάττω, ἐπαγγέλλομαι .)(. *Veto*. 13. Fa. 26. Literæ, non quæ te aliquid juberent, sed commendatitiæ. 14. 1. Sperare nos amici jubent, suadent, hortantur. 13. Att. 17. Etsi tuæ literæ recte sperare jubent, tamen, &c.

Rogo, κελεύω. Pro Deiot. 38. Jubeo, te bene sperare, et bono animo esse. 7. Fa. 2. Valde jubeo, gaudere te. Act. 1. Ver. 19. Jubeo te sine cura esse. 12. Att. 7. Ita porro te sine cura esse jussit. Att. lib. 5. epist. 2. Illum salutavi, postea jussi valere. Att. lib. 4. ep. 14. Dionysium jube salvere.

Impero, προστάττω. Ad Brut. 4. Quod nec Senatus censuit, nec populus jussit, id arroganter non præjudico. Pro Cæc. 96. Si populus jusserit, me tuum servum esse, putasne id jussum ratum atque firmum futurum? 2. cont. Rull. 57. Quia vos fœdus non jusseritis, veretur Hyempsal, ut satis firmum sit. Pro Fl. 15. Quæ scisceret plebs, aut quæ populus juberet. Pro Corn. 38. Populus Romanus legem jussit de civitate tribuenda. Ver. 2. 161. Senatus decrevit, populusque jussit, &c.

Adverb. *Aperte, liberaliter, publice, valde.*

Syntaxis. *Amici jubent, suadent, hortantur. Jubeo, te bene sperare, valere, salvere. Valde jubeo gaudere te. Quod jubet populus, id jussum, ratum, ac firmum est. Senatus decrevit, populusque jussit. Fœdus jubere, legem. Jubendæ leges atque vetandæ.*

Jucunde, *suaviter, dulciter*, ἀλύπως. Pro Deiot. 19. Cum in convivio comiter et jucunde fuisses. De Am. 1. Is multa narrare de C. Lælio memoriter et jucunde solebat. Pro Cæl. 13. et 25. 5. Tus. 100. Jucunde edere, vel bibere. 1. de Fin. 58. et 2. 70. Jucunde vivere.

Jucunditas, atis, *festivitas, lepor, hilaritas, fructus*, εὐφροσύνη, ἡδύτης, τερπνότης. 1. de Orat. 27. Multa in homine jucunditas, et magnus in jocando lepos. 10. Att. 7. Etsi nihil unquam tam fuit scribendum, quam nihil mihi unquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidisse &c. 1. Off. 122. Relaxare animum, et dare se jucunditati. 2. con. Rul. 78. Urbani, quibus ista agri spes et jucunditas ostenditur. Pro Dom. 76. Itaque ille dies tantæ mihi jucunditati fuit, ut, &c. 1. de Fin. 37. Voluptas, quæ cum jucunditate quadam percipitur sensibus. 3. de Orat. 153. Delectatio jucunditasque. De Amic. 86. Tranquillitas et jucunditas animi. Pro Mar. 19. Ex quo quidem maximus est fructus jucunditasque sapienti. Pro Mur. 40. Fructus jucunditatis. 2. Qu. Fr. 9. Nunc mihi jucunditatis plena epistola hoc aspersit molestiæ &c. 1. Off. 9. Hoc conducit ad vitæ commoditatem jucunditatemque. 1. de Fin. 59. Corporis gravioribus morbis vitæ jucunditas impeditur. 2. 13. et 14.

Adjunct. *Firma, et perpetua, summa, et perpetua, major, multa, summa.*

Syntaxis. *Comiter et jucunde esse in convivio. Narrare memoriter et jucunde. Jucunde bibere. Relaxare animum, et se dare jucunditati. Urbani agri jucunditas. Delectatio, et jucunditas. Vitæ commoditas, et jucunditas impeditur. Adimere sensum jucunditatis. Percipere jucunditatem. Tranquillitas et jucunditas animi. Fructus jucunditatis. Hinc maximus est fructus jucunditasque sapienti. Epistola jucunditatis plena. Hoc conducit ad vitæ jucunditatem.*

Jucundus, a, um, *amœnus, dulcis, suavis. Differt a grato jucundus: quod jucunda sunt item grata: sed non continuo grata sunt etiam jucunda: nam grata est ægroto medicina, verum injucunda et insuavis: at sitienti potus et gratus est et jucundus*, τερπνὸς, ἡδὺς, ἄλυπος .)(. *Odiosus*. 4. C. 1. Est mihi et jucunda in malis, et grata in dolore vestra erga me voluntas. 3. Q. Fr. 1. Hoc mihi pergratum, perque jucundum erit. 1. Att. 14. Fuit enim mihi sæpe et laudis nostræ gratulatio tua jucunda, et timoris consolatio grata. 3. 24. Ista veritas etiamsi jucunda non est, mihi tamen grata est. 4. Fam. 6. Cujus officia jucundiora scilicet mihi sæpe fuerunt, nunquam gratiora. 5. 15. Amor tuus mihi gratus et optatus, dicerem, jucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. 4. C. 11. Comes alicui charus atque jucundus. 4. C. 16. Patriæ solum cum est omnibus charum, tum vero dulce atque jucundum. 2. de Orat. 304. Invehi in homines charos, judicibusque jucundos. *Ibid.* 343. Fides jucunda est auditu in laudationibus. 1. de Orat. 213. Sententiæ ad probandum accommodatæ, et verba ad audiendum jucunda. 3. 53. Scientiæ suavitas, qua nihil est hominibus jucundius. 5. Tusc. 97. Nihil visum est illo pane jucundius. Pro S. R. 51. Is nihil aut patri gratius, aut sibi jucundius, aut revera honestius facere posset. 2. con. Rull. 40. Agri jucundi et fertiles. 4. Famil. 13. Ille mihi jucundissimus est. Pro Pomp. 1. Conspectus vester multo jucundissimus. 2. de Fin. 14. Juvare enim in animo et in corpore dicitur, ex eoque jucundum. Ver. 3. 23. Odor suavis et jucundus.

Adverb. *Magnopere, maxime, paulisper, summe, vehementer.*

Syntaxis. *Id mihi pergratum perque jucundum. Amor gratus, optatus, jucundus. Ver-*

ba ad audiendum jucunda. Dulcis et jucundus, suavis et jucundus.

Judæus, a, um. Pro Flac. 67. Cum aurum Judæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret &c. De Prov. 10. Judæi et Syri nationes natæ servituti.

Judaicus, a, um. Pro Fl. 66. Aurum Judaicum.

Judex, icis, *arbiter, disceptator, animadversor, existimator, æstimator,* κριτής, δικαστής, δικασπόλος. Ad Brut. 6. Flavius noster de controversia, quam habet cum Dyrrachinis, hæreditaria sumpsit te judicem. 2. de Orat. 199. Equites Rom. apud quos tum Judices causa agebatur. Pro S. R. 11. Fannius huic quæstioni judex præfuit. Pro Cluen. 74. C. Viselius judex quæstionis. Pro S. R. 84. L. Cassius ille, quem populus Rom. verissimum et sapientissimum judicem putabat, identidem in causis quærere solebat: Cui bono fuisset. *Ibid.* 85. Hunc quæsitorem ac judicem fugiebant, atque horrebant. *Ibid.* Vel illo ipso acerrimo judice, vel apud Cassianos judices causam dicere. Pro Cæc. 48. De vi teipsum habebo judicem, Ebuti. Pro Cluen. 105. Sedistine judex in C. Fabritium? *Ibid.* 120. Neminem voluerunt nostri majores, ne pecuniaria quidem de re minima esse judicem, nisi qui inter adversarios convenisset. *Ibid.* Prætores urbani, qui jurati debent optimum quemque in selectos judices referre. Pro Mur. 27. Utrum judicem an arbitrum dici oporteat. Ver. 2. 30. Prætor det, quem velit, judicem. 3. 28. De conventu nullum unquam judicem nec recuperatorem dedit. 5. 64. Judex bonus esse nemo potest, qui suspicione certa non movetur. Pro R. P. 9. Accusavi de pecuniis repetundis, judex sedi, prætor quæsivi. Pro Sul. 92. Vos rejectione interposita repentini in nos judices consedistis. Pro Dom. 33. Qui de quaque re constituti judices sunt. Pro R. P. 36. Judex de reo. Pro Planc. 7. Populus semper dignitatis iniquus judex est. 3. Off. 43. Nec si judex quidem erit de ipso amico. 1. A. 20. In judice spectari et fortuna debet, et dignitas. *Ibid.* Lex promulgata de tertia decuria judicum. Pro Planc. 32. Sanctissimus et justissimus judex. 1. Off. 146. Sic nos si acres ac diligentes judices esse volumus, animadversoresque vitiorum, magna intelligemus sæpe ex parvis. 5. Famil. 2. Ut tu quoque æquum te judicem dolori meo præbeas. 1. Off. 114. Acrem se et vitiorum et bonorum suorum judicem præbeat. Pro Sulla. 50. Te existimo tibi statuisse quid faceres, et satis idoneum officii judicem posuisse. 3. de Finib. 6. Æquus æstimator et judex rerum. Orat. 117. Judicem me esse, non doctorem volo. Act. 1. Ver. 30. Judex integer, severus, tristis, summa religione. 3. 146. Judices Cassiani severissimi. 1. Tuscul. 10. Inexorabiles judices Minos et Rhadamanthus. Pro Cluent. 74. In consilium erant ituri judices triginta et duo: sententiis decem et sex absolutio confici poterat: H. S. quadraginta millia nummum in singulos judices distributa eum numerum sententiarum conficere debebant. In Clod. Non te judices urbi, sed carceri reservarunt. Incer. Quod judicis lenti et considerati est proprium. Pro Pl. 40. 41. 42. &c. *reperies plurima.*

Adjuncta. *Acer, ac diligens, animadversor, satis idoneus, acerrimus, verissimus ac sapientissimus, æquus, æquissimus, attentus, et docilis, benevolus, integer, quietusque, jucundus, attentus, barbarus, bonus, tristis, castissimus, diligens, et religiosus, certus, iniquus, novus, sapiens, verus, clemens, et misericors, ignotus, iniquus, sanctissimus, et justissimus, cupidus, fortis, surdus, demens, durior, erectus, nummarius, gloriosus, gravis, et sapiens, repentinus, gravissimus, honestus* .)(. *turpis, notus, ignarus, solers, inexorabilis, infestus, levis, levissimus, obscurus, incertus, ingeniosus, et peritus, æquus, melior et sapientior, religiosus, et sapiens, sapientissimus, iratus, juratus, nequam, optimus, prospiciens, severus, severissimus, severissimus atque integerrimus, tristis et integer, timidus.*

Syntaxis. *De controversia sumere judicem. Judex præfuit ille huic quæstioni. Quæsitor et judex. Habere judicem aliquem de vi, furto, &c. Judicem dare. Sanctissimus et justissimus judex. Ille sedet judex. Judicem considere in aliquem. Constituere judices de, &c. Acres judices animadversoresque vitiorum. Præbere se æquum judicem. Satis idoneum judicem alicujus rei ponere. Æquus æstimator et judex.*

Judicandum. Pro Planc. 9. Populus non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu nonnunquam et quadam temeritate.

Judicatio, onis, *disceptatio, propria judicii quæstio,* κρίσις, κρινόμενον. 1. de Inv. 18. Judicatio est, quæ ex infirmatione et confirmatione rationis nascitur controversia. Part. 104. Ex rationis autem, et ex firmamenti conflictione et quasi concursu, quæstio exoritur quædam, quam disceptationem voco: in qua quid deveniat in judicium, et de quo disceptetur, quæri solet. 2. de Inv. 15. Quæstio in conjecturali eadem, quæ judicatio. 1. ad Her. 3. Fa. 9. Longi subsellii judicatio. *id est, judicium.*

Adjuncta. *Comparativa, dubia, simplex.*

Judicatum, ti, *res judicata,* πρόγνωσις. 2. de Inv. 68. Judicatum est, de quo jam ante sententia alicujus aut aliquorum constituta est. 1. 48. Judicatum est res assensione aut autoritate aut judicio alicujus aut aliquorum comprobata. 2. ad Her. 19. Judicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. Pro Flac. 49. Prætor decrevit, ut, si judicatum negaret, in duplum iret. *Ibid.* 48. Itaque recuperatores contra istum rem judicarunt. Cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est.

Pro Qu. 29. Iste postulat, ut procurator judicatum solvi satisdaret. *Ibid.* 44. Si veretur, ut res judicio facto parata sit, judicatum solvi satis accipiat.

Judicatus, a, um. 11. A. 11. Judices, quorum res judicatas irritas fecimus. 2. cont. Roll. 8. Rerum judicatarum infirmationes. Pro Dom. 78. Rem judicatam referre. Pro Cluent. 117. Id majores nostri nunquam judicium nominaverunt, neque perinde ut rem judicatam observaverunt animadversionem atque autoritatem censoriam. Pro Rabir. Posth. 8. Causa judicata atque damnata. Ver. 2. 118. Res ab isto judicatæ, cognitæque. De Senect. 78. Socrates sapientissimus oraculo Apollinis judicatus. Pro Flac. 49.

Judicatus, us, *judicatio, judicium, δικασία.* 12. Att. 20. Approbo maxime quod de judicatu meo responsum sit. 1. A. 20. Isti ordini judicatus etiam ante patebat.

Judicialis, *forensis, δικαστικὸς, κριτικός.* 1. de Inv. 7. Judiciale genus est, quod positum in judicio habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem. Or. 170. Oratio judicialis et forensis. De Cl. 286. Forense, concertatorium, judiciale genus dicendi. 2. Att. 1. Ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere. Pro Arch. 32. Judicialis consuetudo. 2. ad Her. 26. Hæc causa judicialis fieri non potest. Ver. 4. 104. Persequi aliquem legibus ac judiciali jure. 2. de Orat. 64. Oratio sine judiciali asperitate. 13. Att. 6. Judiciali asperitate ut caream, videbis. De Cla. 243. Illius judicialis anni severitatem, quasi Solem, non tulit.

Judiciarius, a, um, *judicialis, δικαστικός.* Ver. 1. 5. Ut finis aliquando judiciariæ controversiæ constitueretur. Pro Clu. 72. Quæstus judiciarius. 1. de In. 92. et I. P. 94. Judiciaria lex Cæpionis.

Judicium, cii, *deliberatio legitima, cognitio, notio, κρίσις, δίαιτα, δίκη, δικαστήριον.* Pro Cæc. 6. Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. Pro Qu. R. 10. Aliud est judicium, aliud arbitrium. Judicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Pro Cæc. 4. In hac causa non de improbitate Ebutii, sed de jure civili judicium fieri videtur. Pro S. R. 111. Itaque mandati judicium constitutum est. Pro Qu. R. 32. Judicium damni injuria constitutum. Pro Q. 9. Prætor judicium prius de probro, quam de re fieri maluit De Opt. 21. Judicium fieri de factis famaque Demosthenis. *Ibid.* 20. Hunc igitur in judicium adduxit Æschines. *Ibid.* Si prius exposuero, quæ causa in judicium deducta sit. Pro Quin. 41. Romæ judicia fiunt, et in provincia jus dicitur. *Ibid.* 63. Accipere judicium in ea ipsa verba, quæ adversarius ediderit. *Ibid.* Accipere judicium pro aliquo. Ver. 2. 66. Quod judicium secundum Heraclium de compromissis factum erat. Ver. 4. 133. Postquam judicia severa Romæ fieri desierant. 2. 30. Qui judicant, aut qui judicia dant. Div. 56. Judicium dat statim. 1. 137. Dare judicium in aliquem. 3. 152. Ex formula. Pro Fl. 88. In Larconis libertum judicium ex edicto dedit. De Clar. 113. Vocare aliquem in judicium. *Ibid.* 136. Vocare aliquem in judicium capitis. Pro Arch. 32. Qui judicium exercet. *id est, prætor. Ibid.* 3. Prætor judicium exercens. Pro S. R. 11. Ut acria et severa judicia fiant. De Prov. 46. Censorium judicium ac notionem, et illum morem severissimum magistratuum de civitate esse sublatum. I. P. 97. Tum tu ipse de te sententiam tulisti, tum judicium pronunciasti. Pro Cl. 111. Judicium a subselliis in rostra deferre. *id est, a judicibus ad populum.* 4. Att. 15. Lex Plocia de judiciis. 1. de In. 69. Judicium purum et judicium cum exceptione. *Ibid.* Recuperatorium judicium. 8. Fam. 18. Legis Scantiniæ judicium apud Drusum fit. Pro Fl. 94. Multa et gravia judicia de conjuratorum scelere fecistis. 2. ad Her. 19. Quod genus M. Drusus, prætor urbanus, quod cum hærede mandati ageretur, judicium reddidit; Sextus Julius non reddidit. De Cl. 106. Judicia populi, quibus aderat Carbo, jam magis patronum desiderabant. Pro M. Tull. Hoc judicium sic expectatur, ut non unæ rei statui, sed omnibus constitui putetur. Pro C. Cornel. 1. Exemplum disturbandorum judiciorum perniciosissimum. *Ibid.* Defensores judiciorum. *Ibid.* Judicium de Sullæ bonis. Judicium æquiore tempore fieri oportet. *Ibid.* Multarum rerum judicia sublata sunt. *Ibid.* Ne quem in judicium oratio mea revocare videatur. *Ibid.* Quæ lex populi judicia firmavit. Con. C. Anton. Qui in sua civitate cum peregrino negavit se judicio æquo certare posse. *Ibid.* Si aut illud judicium, aut illa absolutio nominanda est. *Ibid.* Præclara dicentur judicia tulisse, si qui inficiantem Luscium condemnarint, Catilinam absolverint confitentem. *Ibid.* Leges, quæstiones, judicia violavit. *Ibid.* Illo judicio te non absolutum, verum ad aliquod severius judicium ac majus supplicium reservatum. In Clod. Quo ex judicio velut ex incendio nudus effugit. *Ibid.* In unius hominis perditi judicio plures similes reperti sunt. Pro M. Scau. Subiit populi judicium, inquirente tribuno plebis.

Controversia causalis. Pro Qu. R. 45. Injurato in sua lite, aut jurato in alieno judicio credere. 4. ad Her. 66. In judicio superari turpissimum est, superare pulcherrimum. Pro Cæc. 61. Juris judicium cum erit et æquitatis, cave in ista tam frigida calumnia delitescas. Pro Cl. 5. Illa definitio judiciorum æquorum, quæ a majoribus nostris tradita est, retineatur, ut sine invidia culpa plectatur, et sine culpa invidia ponatur. 2. Qu. Fr. 15. Scauri judicium statim exercebitur. 3. Off. 61. Judicia, in quibus ex fide bona agitur. Pro Cæl. 1. Omnibus negotiis

intermissis unum hoc judicium exercetur. Pro Clu. 90. Quid illa tandem quæstio, aut disceptatio, aut judicium fuit? Pro Planc. 36. Senatus de rejectione, de ambitu fieri voluit judicium alternorum. Pro S. R. 11. Judicium inter sicarios hoc primum committitur.

Sententia, opinio, mens, existimatio, γνώμη, ἀξίωμα. Pro Dom. 71. Senatus, cujus est gravissimum judicium de jure legum. 1. de Orat. 125. Subire judicium grave. Or. 36. Judicia sunt varia. De Claris 190. Qui vulgi opinione diserti sunt habiti, hi intelligentium quoque judicio fuerunt probatissimi. *Ibid.* 32. 183. et 205. Gloria, quam nemo quidem meo judicio est postea consecutus. 1. Tusc. 1. Meum judicium semper fuit, omnia nostros invenisse per se sapientius, quam Græcos. Orat. 140. De cujus meritis tanta Senatus judicia fecit, comprobante populo Rom. quanta de nullo. 1. A. 36. Et populi quidem Romani judicia et testimonia multa habetis. Brut. 4. Quod scribis, &c. quid ego sentiam, mei judicii esse statuo nihil, nisi hoc, Senatus aut populi Romani judicium esse de his civibus, qui, &c. Ad Br. 16. Si flexerit adversus alios judicium suum, quod tanta firmitate et magnitudine direxit in exturbando Antonio. 1. de Nat. 42. Exposui non Philosophorum judicia, sed delirantium somnia. 15. Fa. 6. Ad meum sensum, et ad illud sincerum ac subtile judicium, nihil potest esse laudabilius, quam, &c. De Pet. 3. Quasi in singulis causis judicium de omni ingenio futurum sit. Or. 25. Atheniensium prudens sincerumque judicium. 7. Fam. 33. Judicium limatum et politum. De Opt. 11. Qui teretes aures habent, intelligensque judicium. Orat. 150. Aures, quarum judicium est superbissimum. 1. Q. Fr. 1. 33. Vir judicio eruditissimus. Orat. 68. Judicium electioque verborum. *Ibid.* 76. Magni igitur judicii et summæ facultatis esse debebit moderator ille, &c. Pro Pomp. 43. De quo vos homine, id quod maxime facit autoritatem, tanta et tam præclara judicia fecistis? Fam. 7. Facere judicium facti alicujus. 2. de Inv. 3. Probari judicio alicujus, qui verissimum pulchritudinis judicium habet. 3. de Orat. 181. Judicium acre et certum. 2. de Inv. 36. Facere judicium de aliquo ex anteacta vita. 11. Fa. 29. Gravissimum vero judicium de mea fide, et de constantia fecisti, cum, &c. Pro Mur. 60. Propter singulare animi mei de tua virtute judicium. 3. de Or. 56. Animi quodam judicio abhorrere a re civili. 3. de Nat. 1. Cum suo cuique judicio sit utendum. 8. Att. 3. Hæc scripsi sedato animo, nullum meum judicium interponens, sed exquirens tuum. *Ibid.* Cujus cum cognovissem mores, tuo tamen potius stabam judicio, quam meo. 3. Off. 110. Non enim suo judicio stetit Regulus, sed judicium Senatus esse voluit. 1. Att. 21. Ego meo judicio multo stare malo, quam omnium reliquorum. 1. Off. 3. Nos autem quantum in utroque profecerimus, aliorum sit judicium: utrunque certe secuti sumus. Pro Qu. 32. Secus de se judicare, quod judicium est gravissimum. De Clar. 1. In quo juratus judicium meæ dignitatis fecerat. 14. Att. 13. Si bonitas tua responderit judicio meo, quod semper habui de te, gaudebo. 5. 1. Brutus, quod judicium habet de rep., ita consecutus est, ut &c. Pro Planc. 93. Tum hercule me confitear non judicium aliquod habuisse de reip. utilitate. *id est, nihil resperisse rempub.* 1. de Div. 36. Nec reliquorum seculorum judicium, quod de ipsis futurum est, pertimescere. 1. Q. Fr. 1. 34. Tibi utendum est existimationibus ac judiciis posterorum. Acad. Eum recte primum esse judicio suo, qui omnium cæterorum judicio sit secundus. Frag. ep. Vereor, ne ferociorem eum faciant tua præclara de eo judicia.

Adjuncta. *Acerbum, clarum et certum, acre, et certum, centumvirale, acre, et severum, turpissimum, sincerum, sanctumque, fortius, difficile, admirabile, artificiosumque, adumbratum, par atque unum, superius, æquum, censorium, atque grave, corruptum, difficillimum, incertum, iniquum, turbulentum, seditiosum, levissimum, superius, tranquillum moderatumque, amplum, damnatorium, dissolutum, perditum, nummarium, insolitum, præclarum et commemorandum, severum, alienum.*)(. *proprium, amplissimum, moderatum, non obscurum, publicum, privatum, ornatum, præsens, summum, censorium, certissimum, domesticum, gratum, liberum, certum, contrarium, exquisitum, civile, divinum.*)(. *humanum, gravissimum, iniquissimum, magnum, pristinum, senile, et incorruptum, clarissimum, desperatum, vehemens, ac liberum, commodum, maturum, turpe, commune, minus firmum, prudens, sincerumque, superbissimum, consideratum, stabile, corruptum et contaminatum, honestius, invidiosum, pecuniarium, singulare, turpe, usitatum, fallax, falsum, fortissimum, sævissimumque, grave, varium, gravius, gravissimum, inclytum, infinitum, intolerandum, regium, permagnum, injustum, invitum, liberius, insigne, limatum, ac politum, integrum ac liberum, intelligens, laudabilius, perpetuum, sincerum, et subtile, legitimum, ratum, leve, maximum, et simplex, notissimum, obscurum, populare, honorificum, nefarium, novum, verum, optimum, senatorium, profligatum, pertenue, turpe et flagitiosum, peracre, purum, verissimum, tacitum, reliquum, sanctissimum, scurrile, severius, sociale, tantum, tamque præclarum, vetus, verius, voluntarium.*

Syntaxis. *Judicium constituere, facere, fieri, accipere, dare in aliquem, exercere, pronunciare, committi inter amicos. Judicia subire. Meo quidem judicio. Id semper fuit Cæsaris judicium. Ad illius judicium sincerum et subtile res bene se habent. Aurium judicium superbissimum, acre, certum. Suum judicium interponere. Judicia maleficiorum causa re-*

porta. Vocare aliquem in judicium capitis. Judicium purum, et judicium cum exceptione. Judicium reddere, statuere, tollere, firmare, violare. Judicium electioque verborum. Stare judicio alterius, vel suo. Aliorum judicium sit, quid profecerimus. Judicium facere dignitatis alicujus.

Judico, as, *judicium facio, cognosco, discepto, sententiam dico vel fero, decerno, statuo, constituo, judicium meum interpono, pronuncio, dijudico, judicio decerno, meum judicium est, existimo,* κρίνω, δικάζω, δημιουργέω. Pro Flac. 48. Itaque recuperatores contra istam rem minime dubiam prima actione judicaverunt. 16. Att. 17. Consulibus lege permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, judicarent. De Clar. 85. Judicare, cognoscere, statuere de aliqua re. 2. de Orat. 122. Atque ego, &c. sic statuo et judico, neminem, &c. 11. A. 34. Contra ac Deiotarus sensit, victoria belli judicavit. 3. Fa. 4. Quod egomet multis jam argumentis antea judicaram. 4. C. 11. Ego enim de meo sensu judico. 11. Fa. 10. Tu enim a certo sensu et vero judicas de nobis. 1. de Fin. 70. Judicare de aliqua re. 3. de Legib. 6. Cum magistratus judicassit. *id est, judicaverit.* Pro Mar. 30. Servi igitur etiam iis judicibus, qui multis post seculis de re judicabunt, et quidem haud scio, an incorruptius quam nos: nam et sine amore, et sine cupiditate, et rursus sine odio, sine invidia judicabunt. Qu. de Pet. 19. In iis omnibus generibus quantum quisque possit, judicato atque perpendito. Pro Cæc. 65. Judicare aliquid ex æquo et bono. 1. de Orato. 176. Judicare de aliqua re inter aliquos. Pro Milon. 3. Judicare de aliquo. 3. Offi. 77. Judicare contra aliquem. 1. de D. 114. Judicavit judicium inclytum inter Deas treis. 2. Q. Fr. 12. Vestra culpa hæc acciderunt, equites Romani: dissolute enim judicatis. Pro S. R. 38. Laudabunt omnes, si recte et ordine judicatis. Pro Fl. 11. Nefas est publicanum judicare contra publicanum. 2. de Orat. 178. Plura judicant homines odio aut amore, &c. quam veritate aut præscripto, &c. 1. 118. In artibus, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, diligenter ac prope fastidiose judicamus. 2. de Div. 91. Oculorum fallacissimo sensu judicant ea, quæ ratione atque animo videre debebant. Pro C. Corn. 1. Cum primum Senatores cum equitibus Romanis lege Plotia judicarent.

Adverb. *Aperte, acrius, acutius, fastidiose, bene, corrupte, depravate, incorrupte, integre, diligenter, gratis, honeste, temere, vere, diligentius, dissolute, explorate, liquidius, facillime, fortiter, gravius, male, gravissime, severissime, vehementissime, inique, libere, longe aliter, optime, privatim, publice, probe, recte, religiose, severe, severius, subtiliter, tardissime, verissime.*

Judicor, aris. 1. de Orat. 125. Quo etiam gravius judicium in dicendo subimus: quoties enim dicimus, toties de nobis judicatur. 2. Off. 79. Non enim numero hæc judicantur, sed pondere. 3. A. 14. Judicetur non verbo, sed re, non modo non consul, sed etiam hostis Antonius. Vide 12. Fam. 3.

Syntaxis. *Prima actione judicare. Statuere ac judicare de. Judicare, cognoscere, statuere de. De suo sensu judicare: certo et vero sensu de aliis. Judica et perpende. Ex æquo et bono judicare. Judicium inclytum judicare. Dissolute judicare, recte, et ordine, odio, amore, veritate, præscripto, diligenter, et prope fastidiose. Toties de illo judicatur. Numero, non pondere judicare, verbo, non re.*

Jugatus, a, um, *junctus,* ζυγωτός. 3. Tuscu. 17. Omnes virtutes inter se nexæ et jugatæ sunt.

Juger, ris. Ver. 3. 112. In jugere Leontini agri medimnum fere tritici seritur. *Alii,* Jugero, *legunt. Ibid.* 113. Ut plus quam decem medimna ex jugere ararent: medimnum autem ex jugere decumano dari poterat, &c.

Jugerum, ri, *terræ mensura, quantum uno boum jugo uno die exarari potest: jugum,* πλέθρον, πλέθρον. 2. A. 101. Medio tria millia jugerum dedisti. 2. Att. 16. Qui ager, ut dena jugera sint, non amplius hominum quinque millia sustinere potest. Ver. 3. 38. Edixerat, ut aratores jugera sationum suarum profiterentur. 13. Att. 31. Is CC. jugera de M. Pilio emit. 2. A. 43. Duo millia jugerum agri Leontini Sext. Clodio assignasti. 12. Att. 52. Is partes fecit in ripa nescio quotenorum jugerum. 3. Qu. Frat. 1. Jugera L. Prati facile irrigabis. Ver. 3. 112. Jugera professi sunt aratores omnes. *Ibid.* In jugero (*alii,* Jugere, *legunt*) Leontini agri medimnum fere tritici seritur. *Ibid.* Quod jugera sunt sata. *Ibid.* 113. Quod si fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex jugero ararent: medimnum ex jugero decumano dari poterat. *Ibid.* 114. Si ostendo, minus tribus medimnis in jugerum neminem dedisse decumæ, &c. *Ibid.* Ut in jugera singula ternis medimnis decidere liceret.

Jugis, ge, *perennis,* ἀέναος. 2. de Nat. 25. Qui cum vidisset aquam haustam de jugi puteo, dixit, &c. *Ibid.* 25. Ex puteis jugibus aquam calidam trahi. 2. de Div. 31. Aqua jugis. *Ibid.* 77. Juge auspicium est.

Juglans, dis, *nux arbor, et fructus ipse,* κάρυον. 5. Tusc. 58. Juglandium putamina.

Jugulatus, a, um, 13. A. 38. Ut facilius reviviscat Pompeianorum causa toties jugulata. 1. Att. 13. Cum illum plumbeo gladio jugulatum iri tamen dicet. Ver. 3. 126. Jugulatus literis.

Jugulo, as, *jugulum ferio, neco,* σφάττω, τραχηλίζω. Ver. 2. 64. Pro Clu. 68. Postquam tam multis eum factis decretisque jugulasset. 3. A. 4. et Pro Qu. 51. Qui multos cives Brundusii jugulare jussit. *Ibid.* 95. Jugulare propinquum suum.

Jugulor, aris. 5. Tuscul. 116. Nec grunnitum audiunt, cum jugulatur sus.

Jugulum, li, *pars colli anterior*, αὐχὴν, σφαγή. Pro Mil. 31. Dare jugulum inimico. 1. Att. 13. Ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. 3. C. 2. Mucrones gladiatorum a jugulis nostris rejecimus. Pro Sest. 90. Ut aliquo præsidio caput, cervices, jugulum, latera tutetur. De Fat. 10. Socrates jugula concava non habebat: nam obstructæ illæ partes et obduratæ erant. 14. A. 25. Cæsar Antonii crudelitatem non solum a jugulis nostris, sed etiam a membris visceribusque avertit.

Syntaxis. *Dare jugulum hosti. Mucrones a jugulis rejicere. Causa jugulata. Jugulare decretis.*

Jugum, gi, *instrumentum, quo boves junguntur*, ζεῦγος, ζυγόν. 2. de Nat. 151. Nos onera quibusdam bestiis, nos juga imponimus. *Ibid.* 159. Boum cervices natæ ad jugum. 1. de Inv. 27. Angues ingentes alites juncti jugo. *Poetæ*. Ver. 3. 120. et 121. Multis jugis arare. *Ibid.* 27. Qui in singulis jugis arant. 1. Tusc. 119. Accedere ad jugum.

Dominium, dominatio, δουλεία. 3. Off. 109. Consules legionibus nostris sub jugum missis pacem cum Samnitibus fecerant. 11. A. 6. Jugum impiorum. 1. A. 6. Patriæ liberatores urbe carebant eo, cujus a cervicibus jugum servile dejecerant.

Montis vertex, λόφος, κορυφή. 3. de Orat. 69. Hæc autem, ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium jugo, sunt doctrinarum facta divortia.

Signum libra in cœlo. 2. de Div. 98. L. Tarutius Romam, cum esset in jugo Luna, natam esse dicebat.

Adjunct. *Acerbissimum, grave, commune, nefarium, servile.*

Syntaxis. *Jugum imponere alicui. Cervices natæ ad jugum. Boves juncti jugo. Multis jugis arare. Accedere ad jugum. Legiones sub jugum mittere. Jugum servitutis ab aliquo repellere. Servile jugum ab alicujus cervicibus dejicere.*

Jugurtinus, a, um. 3. de N. 74. Jugurtina conjuratio.

Julius, lii. *Romæ, gentis cognomen ab Iulo Æneæ filio deductum.* Pro Arch. 11. Julio et Crasso Censoribus nullam populi partem esse censam. Div. 63. Atque ille Cn. Pompeius ita cum C. Julio contendit, ut tu (*Cæcili*) mecum: Quæstor enim Albutii fuerat, ut tu Verris. De Arusp. 43. Sulpitium ab optima causa profectum, Caioque Julio, consulatum contra leges petenti, resistentem, longius quam voluit popularis aura provexit. Pro Sull. 56. Primum Cincius, judices, L. Julio, C. Figulo Coss., profectus est, paulo ante furorem Catilinæ, et ante suspicionem hujus conjurationis. 1. de Leg. 3. Certe non longe a tuis ædibus (*Attice*) inambulans post excessum suum Romulus Proculo Julio dixerit, se Deum esse, et Quirinum vocari, templumque sibi dedicari in eo loco jusserit.

Julius, lia, lium, *adjective*. Ep. l. 2. ep. 17. Sed id vix mihi videris per legem Juliam facere posse. 5. ep. 20. Quod igitur fecissem ad urbem, si consuetudo pristina maneret: id, quando lege Julia relinquere rationes in provincia necesse erat, easdemque totidem verbis referre ad ærarium, feci in provincia. Ad Att. l. 9. ep. 7. Ego Laodiceæ Quæstorem Mescinium expectare jussi, ut confectas rationes lege Julia apud duas civitates possim relinquere. In Piso. 50. Quæ plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia majestatis, lex Julia de pecuniis repetundis planissime vetat. Ad Brut. ep. 5. Est etiam in lege Julia, quæ lex est de Sacerdotiis proxima, his verbis, QUI PETET, CUJUSve RATIO HABEBITUR; aperte indicat, posse rationem haberi etiam non præsentis. Att. l. 15. ep. 11. Et habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia: nec facile addi potest. Pro Cornel. Balb. 21. Innumerabiles denique aliæ leges de civili jure sunt latæ, quas Latini voluerunt et asciverunt, ipsa denique Julia, qua lege civitas est sociis et latinis data: qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent. Att. l. 2. ep. 18. Habent etiam Campana lex execrationem in coitione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur, atque ut ex legibus Juliis &c.

Jumentum, ti, *ut equus, mulus, boves*, ἀχθοφόρον. Pro Cæc. 54. Si via sit immunita, lex jubet, qua velis, agere jumentum. 8. Att. 17. et 1. Tuscul. 113. Quæ arma superabunt, ea Brundusium jumentis deportate. Incer. Ungulas jumentorum indurari. 12. Att. 31. Jumento Athenis nihil opus est.

Junctio, onis, *conjunctio*, ζεῦξις. 1. Tusc. 71. Est enim interitus quasi discessus, et secretio ac direptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Junctus, a, um, *conjunctus, continens, compositus, quod junctione aliqua tenetur*. 2. de Div. 91. Chaldæi notant ea sidera natalitia, quæcunque Lunæ juncta videntur. De Fat. 36. Causa proprior, et cum exitu junctior. 5. Att. 10. Propter propinquitatem totos dies simul eramus juncti. *Lamb. legit*, invicem. Orat. 186. Part. 53. Verba translata, facta, juncta. 2. de Inv. 157. Junctum ex multis partibus. 4. Att. 14. Ex me et ex te junctus M. Pomponius. 2. de Orat. 237. Improbitas scelere juncta. De Cl. 162. Laudatio defensione juncta. 6. Att. 1. Rheda equis juncta. 9. 12. Nunc video infinitum bellum junctum miserrima fuga. 2. de Div. 149. Religio, quæ est juncta cum cognitione naturæ. 2. de Nat. 117. Aer mari continuatus et junctus est. 2. de Inven. 36. Indignatio juncta conquestioni. 3. de Orat. 140. Sapientia juncta eloquentiæ. 2. de Nat. 116. Maxime corpora inter se juncta permanent.

Jungo, gis, *conjungo, copulo*, ζεύγνυμι, συν-

ἅπτω. 1. Tusc. 7. Prudentiam cum eloquentia jungere. 3. de Orat. 170. Si verba extrema cum consequentibus primis jungetis. Pro S. R. 136. Jungere se ad aliquem. 5. de Fin. 40. Sic ad illa, quæ semper habuit, junget ea, quæ postea accesserint. Pro Deiot. 17. Deiotarus cum hominibus nostris consuetudines amicitiasque jungebat. *Ibid.* Cum aliquo rem rationemque jungere. Orat. 68. Facere et jungere verba. De Clar. 331. Iisdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiæ laude junxisti.

Jungor, eris. 2. de D. 143. Quidam cum in somniis complexu venereo jungeretur, calculos ejecit. De Am. 20. Ut omnis charitas inter duos jungatur. 1. de Orat. 222. An hæc inter se jungi copularique possint. 2. de D. 142. Quæ cum somniis naturali cognatione junguntur.

Syntaxis. *Causa cum exitu junctior. Totos dies illi sunt simul juncti. Improbitas scelere juncta. Junctum fuga bellum. Junctum cum. Jungere inter homines charitatem. Rheda equis juncta. Aer mari continuatus et junctus. Corpora inter se juncta. Jungere se ad aliquem. Consuetudinem amicitiamque cum aliquo jungere. Rem rationemque cum aliquo jungere. Facere et jungere verba. Aliqua inter se jungere et copulare.*

Junianus, na, num. Ver. 1. 157. Nam de subsortitione illa Juniana judicum nihil dico. Act. 1. Ver. 29. Propterea quod jam antea cum judex in Juniano consilio fuisset, turpissimum illud facinus non solum graviter tulit, sed etiam in medium protulit. Pro Cluent. 1. Quarum altera (*pars*) mihi niti, et magnopere confidere videtur invidia jam inveterata judicii Juniani.

Junior, oris, *adolescentior, minor natu, aliquot annis minor*, νεώτερος, ρα, ρον. De Univers. 40. Dii (ut ita dicam) juniores.

Junius, *cognomen a Trojanis ductum.* 2. de Nat. 8. Quid? collega ejus (*P. Claudii*) Junius eodem bello nonne tempestate classem amisit, cum auspiciis non paruisset? Itaque P. Claudius a populo condemnatus est: Junius necem sibi ipse conscivit. Pro Quint. 3. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Junius, qui hanc causam, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo et in aliis causis exercitatus, et in hac multum et sæpe versatus, &c.

Junius, nia, nium. *Lex Junia.* Att. l. 2. ep. 10. Sed rursus improbitate istorum, qui auspicia, qui Æliam legem, qui Juniam et Liciniam, qui Cœliam, et Didiam neglexerunt. Et l. 4. ep. 16. Nunc ad ea, quæ quæris de C. Catone. Lege Junia et Licinia scis absolutum. Pro Sex. 135. Non tam admiror, quod meam legem contemnat, hominis inimici, quam quod se statuit omnino consularem legem nullam putare. Aciliam, Didiam, Liciniam, Juniam contempsit. 5. in Ant. 8. Ubi pœnæ recenti lege Junia et Licinia?

Junius. *Lege*, Dies, et mensis.

Juno, onis. 2. de Nat. 66. Aer interjectus inter mare et cœlum Junonis nomine consecratur, quæ est soror et conjunx Jovis. *Ibid.* Junonem a juvando credo nominatam. Ver. 4. 71. Juno Sami colebatur. Pro Mur. 90. et 1. Nat. 83. Nolite hunc a sacris patriis Junonis Sospitæ, cui omnes consules facere necesse est, domesticum, et suum consulem potissimum avellere.

Jupiter, Jovis, *Saturni filius.* 2. de Nat. 64. Jupiter, id est, juvans pater, quem conversis casibus appellamus a juvando Jovem. 3. 42. Joves plures in priscis Græcorum literis invenimus. *Ibid.* 10. et 1. 40. Æthera esse eum, quem homines Jovem appellarunt, disputat Chrysippus. Pro S. R. 131. Jupiter optimus maximus, cujus nutu et arbitrio cœlum, terra, mariaque reguntur. 3. de Fin. 66. Cum Jovem optimum maximum, salutarem, hospitalem, Statorem dicimus. 2. de Nat. 64. Jupiter maximus: id est, magnas opes habens. *Ibid.* Jupiter optimus: id est, beneficentissimus. Pro Mil. 86. Jupiter Latialis. 1. de Nat. 83. Jupiter Ammon. 1. de D. 17.

Principio æthereo flammatus Jupiter igni.

Pro Dom. 92. Sed vide, ne tu te debeas Jovem dicere, quod tu jure eandem sororem, et uxorem appellare possis. Pro Font. 20. Ille Jupiter, cujus nomine majores nostri sanctam testimoniorum fidem esse voluerunt. 2. de Nat. 53. Jovis stella, quæ φαέθων dicitur, signorum orbem annis XII. conficit. *Ibid.* 119. Stella Jovis illustrat et temperat. De Somn. 9. Ille hominum generi prosper et salutaris fulgor, qui dicitur Jovis. 2. de N. 64. Jupiter a Poetis dicitur divum atque hominum pater: a majoribus autem nostris optimus maximus. 1. 101. Jupiter barbarus, galeata Minerva. 3. 53. Jupiter tertius Cretensis fuit Saturni filius. De Univ. 35. Jupiter ex Ope et Saturno generatus. 2. de D. 85. Jupiter puer lactens cum Junone in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens, castissime apud Romanos a matribus cultus. 9. Fam. 16. Jupiter Minianus. In Cat. Jupiter Stator, a Romulo constitutus. 1. C. 11. Jupiter Stator, custos urbis Romæ antiquissimus. 2. Tusc. 23. Jupiter Saturnius κρονίδης. 2. de L. 20. Jovis optimi maximi augures publicis signis et auspiciis postea vidento. *Ibid.* 28. Jovis Statoris et invicti cognomina. 2. Qu. Fr. 11. Jovis hospitalis fidem imploret. 2. 8. Jovis oratio, quæ est in extremo illo libro. 1. de Nat. 41. Jovis partum a fabula disjungit Diogenes Babylonius. 2. D. 47. Jovis signum eodem tempore in Capitolio collocatum est, quo conjuratio indicabatur, biennio postquam erat locatum. Ver. 4. 129. Jovis imperatoris tria signa olim in orbe terrarum pulcherrima. 1. de Nat. 83. Jovis Capitolini nobis alia species, alia Afris Ammonis Jovis. 3. 83. Jovi Olympio aureum amiculum detraxit Diony-

sius tyrannus. 2. 66. Jovem effœminarunt, et Junoni tribuerunt. 1. Jovem perpetuæ et æternæ legis vim esse, dicit Chrysippus. 7. Fam. 12. Jovem lapidem jurare. Br. 121. Jovem, si Græce loquatur, Platonis more loquuturum. 1. de Nat. 82. Jovem, Junonem, reliquos deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt. 2. 65. A filio Jove vinctus Saturnus. 5. Philip. 7. Jove tonante cum populo agi nefas. 3. de Nat. 53. Principio Joves tres numerant ii, qui Theologi nominantur, ex quibus primum et secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere: ex quo etiam Proserpinam natam ferunt et Liberum.

Adjuncta. *Altisonus, altissimus, præpotens, invictus, antiquissimus, hospitalis, maximus, olympius, optimus, beneficentissimus, optimus, maximus, sanctus, saturnius, stator, summus.*

Juratus, a, um, *jurejurando devinctus*, ὀμωμοκώς.)(. *Injuratus.* 13. Att. 28. De epistola Cæsaris (jurato mihi crede) non possum. Pro Qu. R. 45. Injurato in propria lite, vel jurato in alieno judicio credere. Pro Fl. 17. Sed erant ea testimonia non concitatæ concionis, sed jurati Senatus. 2. de Fin. 55. Addebat etiam, se in legem Voconiam juratum contra eam facere non audere. Pro Sull. 34. Hæc injuratus sum dicturus, quæ juratus in concione dixi. 2. de Inv. 126. Juratus judex. *Ibid.* 131. Ex lege, in qua juratus es, judica. 3. Off. 107. Quod enim ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id observandum est. 2. de Inv. 126. Judici demonstrandum est, quid juratus sit.

Jure, *recte, non injuria, merito*, δικαίως, εἰκότως. 1. Tuscul. 83. Vere et jure possum. 1. Off. 111. Ne, ut quidam, jure optimo irrideamur. Pro Dom. 2. Jure ac merito possumus. Pro Mar. 4. Quod ei merito et optimo jure contigit. Pro Mil. 42. Jure, non injuria. 3. de Natur. 87. Propter virtutem jure laudamur. 15. Att. 25. De Memmio Attica jure queritur. 3. C. 14. Merito ac jure laudari. Pro M. Tull. Ut eum jure potuerit occidere.

Jurgium, gii, *contentio, rixa*, λοιδορία. De Am. 80. Ex inimicitiis jurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur. De Senect. 8. Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in jurgio respondisse, &c. 4. Tusc. 77. Ira, cujus impulsu existit enim inter fratres tale jurgium. De Clar. 246. Pontidius cum judice ipso jurgio sæpe contendebat. Pro Cæl. 30. Omnia sunt alia non crimina, sed maledicta jurgii petulantis. 4. Tusc. 51. Quid Achille Homerico fœdius? quid Agamemnone in jurgio? 10. Fam. 11. Perpetua de me jurgia cum obtrectatoribus notissima mihi sunt. 1. de D. 102. Litibus et jurgiis se abstinere.

Jurgo, as, *jurgio contendo, rixor*, φιλονεικέω, ἐρίζω. 4. de Rep. Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis inimicorum jurgium dicitur. *Ibid.* Jurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Ex Non.

Syntaxis. *Jurgio cum aliquo contendere. Jurgii maledicta petulantis. Jurgiis se abstinere.*

Judicialis, le, *ut juridicialis constitutio*, δικαιολογικός. 2. de Inv. 62. 1. 14. et 12. Top. 92. Tertia, quamvis molestum hoc nomen sit, juridicialis vocetur. *Lege*, Assumptivus.

Jurisconsultus, ti, *jureconsultus, interpres juris, interpres legum, jurisperitus, prudens in jure civili, qui consulitur et respondet de jure*, νομικός. 1. de Leg. 14. 2. 28. et 1. de Orat. 212. Jurisconsultus est, qui legum et consuetudinis ejus, qua privati utuntur, et ad respondendum, et ad agendum, et ad cavendum peritus est. *Ibid.* 200. Est enim sine dubio domus jurisconsulti totius oraculum civitatis. *Ibid.* 236. Ita tibi jurisconsultus ipse per se nihil videtur, nisi Leguleius quidam acutus et cautus, præco actionum, cantor formularum, anceps syllabarum. Pro Mur. 27. 28. 29. Contra jurisconsultos. *Ibid.* Ea jurisconsultorum ingeniis plerunque corrupta sunt. 1. de Fin. 12. P. Scævola, M. Manilius, M. Brutus jurisconsulti. 1. de Orat. 127. Memoria jurisconsultorum. Top. 65. Jurisconsultorum prudentia. 3. Fam. 1. L. Valerium jurisconsultum valde tibi commendo, sed ita etiam si non est jurisconsultus. melius enim ei cavere volo, quam ipse aliis solet.

Jurisdictio, onis, *munus, facultas, autoritas, administratio, actio juris dicendi*, διάγνωσις, δικαιοδοσία. Ver. 2. 39. et 119. Is venalem in Sicilia jurisdictionem habuit. 4. Fam. 12. Cum ab eo digressus essem, eo consilio, ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque jurisdictionem absolverem. De Ar. 55. Qui in concione ausus est dicere, justitium edici oportere, jurisdictionem intermitti, judicia tolli. De Pro. 6. Omitto jurisdictionem in libera civitate contra leges. Pro Flac. 100. Asiaticæ jurisdictioni urbana jurisdictio respondet. *Ibid.* 6. Præturæ jurisdictio non attingitur. 2. contra Rull. 97. Sub vestrum jus, jurisdictionem, potestatem, orbem terrarum subigeretis. 5. Att. 14. et 6. 2. Æstivos menses rei militari dare, hybernos jurisdictioni. Ver. 4. 121. Forum et jurisdictionem cum ferro et armis conferatis. 1. Qu. Frat. 1. 17. Varietas negotiorum tota jurisdictione maxime sustineri videtur.

Adjuncta. *Æqualis, levis, gravis, clemens, reliqua, venalis, urbana.*

Syntaxis. *Venalem habere jurisdictionem. Jurisdictionem intermittere. Judicia tollere. Subigere gentem aliquam sub jurisdictionem suam. Dare hybernos menses jurisdictioni.*

Jurisperitus, ti, *jurisconsultus*. 1. de Orat. 180. Qu. Scævola jurisperitorum eloquentissimus, eloquentium jurisperitissimus.

Juro, as, *adjuro, jurejurando devincio, jusjurandum do*, διόμνυμι, ὄμνυμι. 4. Acad. 65. Jurarem per Jovem deosque penates, me,

&c. 2. Tusc. 17. Magna mehercule laus, et eo ipso, per quem juravi, Hercule digna. 3. Off. 108. Non enim falsum jurare pejerare est, sed quod ex animi tui sententia juraveris, sicut verbis concipitur, more nostro, id non facere, perjurium est. *Ibid.* Juravi lingua, mentem injuratam gero. *Poetæ.* 4. Acad. 147. Jurare ex sui animi sententia. Pro Cluent. 134. Jurare in certa verba, et pejerare conceptis verbis. 12. Att. 14. et 1. 1. Quod si erit durius, veniam ipse, et perpetuum morbum jurabo. 7. Fam. 12. Jurare Jovem lapidem. 5. 1. Magna voce juravi verissimum pulcherrimumque jusjurandum, quod populus idem magna voce me vere jurasse juravit. Pro Sest. 37. Is in legem per vim latam jurare noluit. Pro Cl. 91. Mulctam petivit, quod in legem non jurasset. Pro Fl. 90. Ergo is, qui si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, injuratus probabit? Pro Q. R. 4. Quod in codicem injuratus referre noluit, id jurare in litem non dubitat. Pro C. Corn. 1. Cum bis jurasset, semel privatim a patre, iterum publice a lege coactus.

Syntaxis. *Juratus index. Quod juratum est, id observandum. Quid es juratus? Jurare per Jovem. Jurare lingua tantum, ex animi sententia, in certa verba. Veniam et perpetuum jurabo morbum. Lapidem Jovem jurare. In legem latam per vim, in litem jurare. Aram tenens jurat.*

Jus, juris, *ars æqui, boni, fas, lex, justum, δίκαιον, θέμις.* 2. de Inv. 65. Naturæ jus est, quod nobis non opinio, sed quædam innata vis affert. *Ibid.* Juris initium a natura ductum est. *Ibid.* 161. 1. de Legib. 28. Non opinione, sed natura jus esse constitutum. *Ibid.* 34. Jus in natura positum esse. 3. de Orat. 112. Naturane sit jus inter homines, an opinionibus. 3. Off. 69. Majores aliud jus gentium, aliud jus civile esse voluerunt: quod enim civile, non idem continuo gentium: quod autem gentium, idem et civile esse debet. De Ar. 32. Hoc si minus jure civili perscriptum est, lege tamen naturæ, et communi jure gentium sancitum est, ut nihil, &c. Pro R. P. 42. Hyeme omnia bella jure gentium conquiescunt. 2. ad Her. 14. Jus commune. Part. 4. Jus et æquitas, quæ vincula sunt civitatis. Pro Dom. 35. Jus legitimum: id est, jus civile. *Ibid.* Legitimo et pontificio jure. *Ibid.* 128. Nec de pontificio, sed de publico jure disputo. *Ibid.* 136. Jus publicum vindicandi. Pro Cæc. 74. Civili ac publica lege jus teneri. 3. de Nat. 43. Jus pontificium. Pro Dom. 31. Jus ceremoniarum. *Ibid.* Jus religionis. De Sen. 38. Jus pontificium et civile tracto. Ver. 2. 31. Jus prætorium. 1. Off. 32. Quæ quidem pleraque jure prætorio liberantur, nonnulla legibus. De Sen. 38. Jus augurum, et jus augurandi. 5. Att. 21. Jus ἄγραφον. 3. de Fin. 67. Homini cum humano genere quasi civile jus intercedit. *Ibid.* Et quomodo hominum inter homines juris esse vincula putant, sic homini nihil juris esse cum bestiis. Pro Cæc. 34. Impune feci: nam quid agas mecum ex jure civili ac prætorio, non habes. *Ibid.* Experiundi juris gratia ad constitutum venire. *Ibid.* Statuere jura. Pro Corn. 20. Constituere jus, quo omnes utantur. Pro Dom. 106. Jus igitur statuetis esse, omnia illi subjecta esse. Pro Cæc. 39. Hujusce rei vos statuetis nullam esse actionem? nullum experiundi jus constitutum? Div. 18. Civili actione et privato jure repetere aliquid. 12. Fam. 2. Recuperare jus suum. Pro Cæc. 65. Ex æquo et bono, non ex callido versutoque jure rem judicari oportere. *Ibid.* Si contra verbis et literis, et (ut dici solet) summo jure contenditur, solent ejusmodi iniquitati et boni et æqui nomen dignitatemque opponere. 1. Off. 32. Ex quo illud, Summum jus summa injuria, factum est jam tritum sermone proverbium. 8. Fam. 6. Si ad illam summam veritatem legitimum jus exegeris. Ver. 5. 4. Non agam summo jure tecum. Pro Cæc. 10. Summo jure agere, et certum jus obtinere. 3. de Leg. 8. Dictator militiæ summum jus habeto. 10. A. 12. Omne jus imperii et exercitus amittis, qui, &c. De Pro. 7. Ut tibi de pecuniis dicere liceret jus in liberos populos. Pro Milon. 78. Privata atque vestra, hoc dominante, nullum jus perpetuæ possessionis habere potuissent. 2. de Leg. 3. Cum populo agendi jus dare, aut non dare, augurum est. De Ar. 14. Dare jus alicui faciendi aliquid. *Ibid.* Hic locus solus hoc præcipue jus habet, ut sacer non esse judicatus sit. 3. cont. Rull. 7. Ea omnia eo jure sint, ut quæ optimo jure privata sunt. Ver. 3. 211. Cur quæ optimo jure esse debet, huic præcipua lex injuriæ definitur? Pro Cæcin. 95. Si quid jus non esset rogari, ejus ea lege nihilum rogatum. Pro Dom. 106. Quidnam exceperas? ut si quod jus non esset rogare, ne esset rogatum. *Ibid.* 125. An consecratio nullum habet jus? dedicatio est religiosa? 8. Fam. 8. Quod major pars judicarit, id jus ratumque esto. Ver. 5. 57. Quæ colonia est in Italia tam firmo jure? 2. de Nat. 11. An vos Thusci auspiciorum populi Romani jus tenetis? 1. de Orat. 253. Nostri clarissimorum hominum autoritate leges et jura tecta esse voluerunt. 5. Att. 21. Nunc ista syngrapha habet juris idem, quod cætera, nihil præcipui. *Ibid.* 5. Ita tamen ut non alio jure esset, quam cæteræ essent, sed eodem. *Ibid.* Ex syngrapha jus dici lex Gabinia vetat. 1. de Orat. 40. C. Carbo ignarus legum, hæsitans in majorum institutis, rudis in jure civili. *Ibid.* 176. Ea causa fuit Oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis jure dicendum. *Ibid.* 177. Cui Romæ exulare jus esset, si, &c. De Clar. 109. Quidam in respondendo jure, autoritate plus quam ipso ingenio valent. *Ibid.* 113. Rutilius magnum munus de jure respondendi sustinebat. 1. de Leg. 12. Si te ad jus respondendum dedisses. 2. de

Orat. 142. In Jurisconsultorum libris nominatim fere referri, quid alicui de jure viro aut mulieri responderint. 8. Att. 23. Præter Appium nemo est fere, qui non jus habeat transeundi. 1. de Orat. 226. Virtus jus suum atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debet. 8. Att. 3. Civis, qui in sua civitate non futurus sit sui juris. 3. ad Her. 4. Statuere jus æquabile in omnibus. 2. de Orat. 209. Æquabilitatem communis juris præstantia dignitatis transire. 9. Att. 11. Non modo Coss. a Pr., sed ne Prætores quidem creari jus est, quod majus imperium a minore creari non sit jus. *Ibid.* 18. Quorum neutrum jus est. 1. Tusc. 113. Sacerdotem curru ad fanum vehi jus est. 1. Qu. Fra. 1. 16. Sit summa in jure dicendo severitas. *Ibid.* Ab aliquo jus dici æqualiter. De Pro. 7. Dicere jus de pecuniis creditis. 5. Att. 15. Quippe jus Laodiceæ me dicere, cum Romæ A. Plocius dicat. De Pro. 10. Statuit jus publicano non dicere. Pro Quint. 41. In provincia jus dicitur, Romæ judicia fiunt, judicia exercentur. *Ibid.* 38. Experiri summo jure. 16. Att. 14. Summo jure contendere.) (. *Ex æquo et bono agere, vel æquitate.* Ver. 2. 38. Æquo jure disceptare cum aliquo. 16. Att. 14. Nostræ gravitatis est, jus nostrum sine summa illius ignominia persequi. 3. Off. 42. In vita sibi quemque petere quod pertineat ad usum, non iniquum est: alteri surripere, jus non est. 2. A. 72. Jus postulabas: *id est, æqua petebas.* 11. A. 30. Jus potestatemque imperandi habeo. 5. A. 45. Sit propprætore eo jure, quo qui optimo. Parad. 4. Non ubi quisque est, ejus loci jus tenet. 1. de Nat. 117. Nihil juris mihi cum illo est. Ver. 1. 65. Philodamus jus suum obtinere non potuit. *Ibid.* 114. De suis bonis ita dat, ut ab jure non abeat. Topic. 22. Omnibus jus est, parietem directum ad parietem communem adjungere. *Ibid.* 2. Mulier nupta cum eo, cui connubii jus non est. *Ibid.* 28. Hoc mihi jus videbatur. *Ibid.* 12. Si compascuus ager est, jus est compascere. 1. Off. 37. Negat jus esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. 8. A. 28. Huic partes hujus urbis parere jus non est. 1. Off. 6. Qui haberent jus suum disputandi de officio, si, &c. 4. Famil. 7. Habere jus adeundi ad aliquem. Ver. 3. 38. Jura Siculorum, quæ habent a populo Romano, ne cogantur, &c. Pro S. R. 37. Filium pro patre mori jura omnia divina et humana cogunt. 1. Off. 26. Qui omnia jura divina atque humana pervertit. 1. Att. 13. Jus et fas omne delere. Pro Qu. 45. Quis nobis ista jura tam æqua describit? *Ibid.* 64. C. Aquilius hoc jus in civitate constituit, cujus, &c. Pro Cæc. 9. De communi jure dubitare. *Ibid.* Jus, de quo judicium est. 1. de Orat. 240. Pro æquitate contra jus dicere. *Ibid.* 181. Capitis nostri sæpe potest accidere ut causæ versentur in jure. Pro Cor. 40. Gaditani hoc jus esse volunt, ut &c. Ver. 2. 187. Vocare aliquem in jus. Pro Quint. 79. Ut statim de jure aliquis cucurrerit. Pro Cæcin. 54. Quandoquidem te in jure conspicio. 2. ad Her. 19. Ut in jus eas, cum voceris. 1. de Orat. 41. Ex jure manu consertum. *Lege,* Consertus. Pro Planc. 30. Vetere quodam in scenicos jure, maximeque oppidano. Pro S. R. 143. Aliquid more, lege, jure gentium esse factum. De Am. 33. Pro hoc enim, qui minor est natu, meo jure respondeo. 14. Att. 13. Postremo meo jure a te peto. Ver. 5. 2. Pro meo jure. Pro Cæc. 85. Pro suo jure contendet, &c. Pro Fl. 95. Pro meo jure dico. Top. 9. Jus civile est æquitas constituta iis, qui ejusdem sunt civitatis, ad res suas obtinendas. 2. de Orat. 142. Crassus heri nobis pollicitus est, se jus civile, quod nunc diffusum et dissipatum est, in certa genera coacturum, et ad artem facile redacturum. 1. 190. Tum perfectam artem juris civilis habebimus, magis magnam atque uberem, quam difficilem et obscuram. 2. Off. 65. Juris civilis cognitio atque interpretatio summo semper in honore fuit. Pro Cæcin. 70. Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit non modo judiciorum, sed etiam utilitatis vitæque communis. *et ibid. de Interpretibus juris, jureque civili multa.* 1. Off. 51. Quæ descripta sunt legibus et jure civili, hæc ita teneantur, ut &c. Orat. 141. Eloquentia primas tenuit semper in urbanis pacatisque rebus, secundas juris civilis scientia, cum in altera gratiæ, gloriæ, præsidii plurimum esset, in altera persecutionum, cautionumque præceptio. 1. de Orat. 193. Fontes omnium disputationum, qui jure civili et legibus continentur. *Ibid.* 256. Historiam dico, et prudentiam juris publici. *Ibid.* 167. Atqui non defuit illis eloquentia, sed juris civilis prudentia. Pro Corn. 25. Leges de jure civili. Ver. 4. 26. Jus civitatis illo supplicio esse mactatum. 2. de Leg. 31. Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare aut non dare? quid? legem si non jure rogata est, tollere? 1. Qu. Fr. 1. 16. Parvi refert, abs te ipso jus dici æquabiliter et diligenter, nisi, &c. Pro Cæc. 1. Qua de re jure decertari oporteret. *Ibid.* Jure judicioque supero aliquem. *Ibid.* Vis contra jus moremque facta est. *Ibid.* 4. De jure civili judicium fit. *Ibid.* 5. Sed cum de eo jure mihi dicendum sit, quod pertineat ad omnes, quod constitutum sit a majoribus, conservatum usque ad hoc tempus: quo sublato, non solum pars aliqua juris diminuta, sed etiam vis ea, quæ juri maxime est adversaria, judicio confirmata esse videatur &c. *Ibid.* 6. Juris obscura dubiaque ratio. Pro C. Corn. 1. Communi et quotidiano jure privare aliquem. *Ibid.* Nimis in gratificando jure liber.

Aqua, sive liquor, in quo aliquid esculenti coctum sit. 9. Fam. 18. Te istic Attiano jure delectato, ego me hic Hirciano. *Ibid.* 20. In ea cœna cocus meus præter jus fervens nihil potuit imitari. 16. 4. Jus enim tibi dandum

non fuit, cum κακοτέχναις esses. 5. Tusc. 98. Jure illo nigro, quod cœnæ caput erat.

Adjunct. *Absconditum, legitimum, et pontificium, pontificium et publicum, certum et definitum, accusatorium, extremum, et inimicissimum, æquabile, legitimum, æquum, liberum, prætorium, venale, æquum, et bonum, callidum, versutumque, alienum, civile, ac prætorium, deterius, æquum, et par, divinum, atque humanum, publicum, ac legitimum, æquissimum, bellicum, commune, controversum, bonum, eximium, varium, firmum, castum atque legitimum, certum, publicanum, certum et perspicuum, dignissimum, præclarum, universum, utile, probatum, et judicatum, maximum, et præsentissimum, obscurum, et ignotum, incognitum, paternum, perpetuum, publicum, proprium, clarum, regium, hereditarium, præcipuum, consulare, superbum, violentum, neque naturale, neque civile, equestre, optimum, imperatorium, novum, iniquum, integrum, judiciale, melius, naturale, patrium, tribunitium, pontificale, religiosum, sanctum, privatum et civile, reliquum, sanctum atque integrum, summum, verum, vetus, urbanum.*

Syntaxis. *Jus et æquitas vincula civitatis. Jus constituere, statuere, recuperare, ad summam veritatem exigere. Summo jure cum aliquo agere. Certum obtinere jus. Dictator militiæ summum jus habens. Dare jus alicui. Id jus ratumque est. Jus respondere; de jure. Id non jus est. Jus dicere. Jus postulare. Imperandi jus et potestas. Nihil mihi tecum est juris. Obtinere suum jus. Abire de suo jure. Omnibus jus est bene facere. Habere jus compascendi compascuum agrum. Meo jure, et pro meo jure peto. Jura humana, civilia, divina pervertere. Jus et fas omne delere. Jura æqua aliquibus describere. Vocare aliquem in jus. In jus ire. Contra jus moremque facere. Juris obscura dubiaque ratio.*

Jusjurandum, di, *sacramentum, fides vel religio jurisjurandi, religio, fides,* ὅρκος. 5. Fa. 1. Magna voce juravi verissimum pulcherrimumque jusjurandum. 1. de Inven. 46. Si avarus est, negligit jusjurandum. 3. Off. 104. Jusjurandum est affirmatio religiosa: quod autem affirmate, quasi deo teste, promiseris, id tenendum est. *Ibid.* 100. Conservare jusjurandum. 6. Att. 1. Suavem habui recordationem clarissimi jurisjurandi. Pro Cœl. 54. Luceius socius vestræ religionis jurisque jurandi. Pro Font. 20. Religio jurisjurandi ac metus deorum immortalium in testimonio dicendo. Pro Cœl. 55. Ex qua domo recitatur vobis jurejurando devincta autoritas: *id est, testimonium jurati hominis.* Pro Qu. R. 46. Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur, sed ex perfidia et malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci et succensere solent. *Ibid.* 44. Abrogare fidem jurisjurandi cuipiam. 3. Off. 98. Cujus ipse princeps jurisjurandi fuit. De Ar. 36. Fidem jusjurandumque negligere. 4. ad Her. 20. Non jusjurandum reliquisti. *aliter,* contempsisti. 3. Off. 104. Qui jusjurandum violat, is fidem violat. *Ibid.* O fides alma, apta pinnis, et jusjurandum Jovis! *Poetæ. Ibid.* 111. Nullum vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. *Ibid.* 112. Juravitque, se illum interfecturum, nisi jusjurandum sibi dedisset se patrem missum esse facturum. Pro S. R. 100. Ut libentius animis ad illius testimonium vestrum jusjurandum accommodetis. 3. C. 9. Introducti Galli, jusjurandum sibi et literas a Lentulo ad suam gentem data esse dixerunt. Pro Fl. 15. Psephismata non jurejurando constricta. 2. de Legib. 16. Plurima firmantur jurejurando inter ipsos homines, diis immortalibus interpositis tum judicibus, tum testibus. Ver. 3. 144. Emo jusjurandum. *Ibid.* Venale habeo jusjurandum.

Syntaxis. *Jusjurandum jurare pulcherrimum, clarissimum, verissimum. Jusjurandum negligere, conservare, contemnere, violare, emere, habere venale. Socius vestræ religionis jurisque jurandi. Auctoritas jurejurando devincta. Abrogare cuipiam fidem jurisjurandi. Dare alicui jusjurandum, se &c. Decreta jurejurando constricta. Firmare aliquid jurejurando.*

Jussum, si, *mandatum,* πρόσταγμα.)(. *Vetitum.* Pro S. R. 66. Cum præsertim deorum immortalium jussis atque oraculis id fecisse dicantur. 3. de Leg. 40. Senatori tria jussa sunt, ut adsit, ut loco dicat, ut modo. Pro Cæc. 96. Putasne, si populus jusserit, id jussum ratum atque firmum futurum? Pro Domo. 77. Si id triginta curiæ jussissent, num id jussum esset ratum? 2. de L. 9. Hæc et alia jussa ac vetita populorum vim habent. 1. 17. Jura et jussa populorum. 2. 12. Qui perniciosa et injusta jussa populis descripserunt. Pro Dom. 136. Pro Corn. 38. Gaditanos nullum populi jussum habere. *Ibid.* 42. Cum Gaditanus scita ac jussa nostra comprobat.

Adjuncta. *Perniciosum, et injustum, ratum, ratum atque firmum.*

Jussurus, a, um. 2. A. 80. Cæsar ostendit se, priusquam proficisceretur, Dolabellam consulem esse jussurum.

Jussus, us, *imperium,* κέλευμα, ἐπίταξις. Pro Pomp. 26. L. Lucullus vestro jussu coactus abiit.

Justa, orum, *exequiæ, inferiæ,* δίκαια, νόμιμα. Pro Fl. 95. Justa Catilinæ facta sunt. 2. de Leg. 57. Pro S. R. 24. Hic miser luctu perditus, qui nondum etiam paterno funeri justa solverat. 2. de Leg. 67. Sed videamus Platonem, qui justa funerum rejicit ad interpretes religionum.

Syntaxis. *Facere justa alicui. Funeri solvere justa.*

Juste, *jure, recte, legitime,* δικαίως. Ad Brut. 4. At inquies, inique facis: imo justissime. 1. Off. 13. Juste et legitime imperare.

Justitia, æ, *æquitas, jus, fas, justum,* δικαι-

ασύνη, δικαιολογία. 2. de Invent. 160. Justitia est habitus animi, communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem. 3. de Natur. 38. Justitia, quæ suum cuique distribuit. 5. de Fin. 67. Justitia in suo cuique tribuendo cernitur. *Ibid.* 65. Justitia est affectio animi, suum cuique tribuens, et societatem conjunctionis humanæ munifice et æque tuens. 2. ad Heren. 3. Justitia est æquitas jus unicuique tribuens pro dignitate cujusque. 2. Off. 38. Justitia, ex qua una virtute boni viri appellantur, mirifica quædam res multitudini videtur. 1. 20. Justitia, in qua virtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur. *Ibid.* 23. Fundamentum justitiæ est fides. *Ibid.* 31. Fundamenta justitiæ, primum ut ne cui noceatur, deinde communi utilitati serviatur. *Ibid.* 99. Justitiæ partes sunt, non violare homines: verecundiæ, non offendere. 2. 72. Fundamentum enim perpetuæ commendationis et famæ est justitia, sine qua nihil potest esse laudabile. 3. 28. Hæc virtus omnium est domina et regina virtutum. 1. de Nat. 4. Una excellentissima virtus justitia. 2. de Orat. 345. In laude justitiæ sunt fides et æquabilitas. 2. Off. 40. Justitia ad rem gerendam necessaria est: cujus tanta vis est, ut nec illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere. *Ibid.* Justitiæ vis etiam latronum opes firmat atque auget. *Ibid.* 41. Fruendæ justitiæ causa videntur olim bene morati reges constituti, ut ait Herodotus. Part. 81. Justitiam acerbitas imitatur. *Ibid.* 78. In commune autem quæ posita pars est, justitia dicitur, eaque erga deos religio, erga parentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animadvertendi lenitas, amicitia in benevolentia nominatur. 5. de Fin. 65. De justitia et ejus partibus &c.

ADJUNCTA. *Germana, necessaria, utilis, jucunda, magna, optabilis, periculosa, summa, vera, certaque.*

Justitium, tii, *jurisdictionis intermissio, ὅτε δικάζειν οὐκ ἔξεστι.* De Ar. 55. et pro Planc. 36. Justitium edici, jurisdictionem intermitti, &c. *bis.* 4. Att. 17. Favere justitio et omnium rerum licentiæ. 5. A. 31. Justitium indici, saga sumi dico oportere. *Alii leg.* Edici.

Justus, a, um, *non injustus, æquus, verus, meritus, debitus, legitimus, δίκαιος.*)(. *Iniquus.* Orat. 140. Quibus si nihil aliud responderem, justa esset excusatio. 1. C. 20. Vita multis suppliciis justis debitisque erepta. 2. Off. 10. Honesta et justa consilia. 2. A. 32. Æqua et justa dicis. Pro Sest. 141. Aristides, qui unus omnium justissimus fuisse traditur. Pro Cæc. 78. et 2. Off. 41. Justus et bonus vir. 1. Off. 31. Justus homo, isque, quem bonum virum dicimus. De Am. 77. Aliquis in amicitia parum justus. Pro Planc. 64. Liberalem in publicanos, justum in socios fuisse. 1. Off. 41. Uti servis ut mercenariis ad operam exigendam, et justa præbenda. 3. Tuscul. 76. Si se officio fungi putet justo et debito. 2. de Orat. 184. Oratione exprimere mores alicujus justos, integros, religiosos, perferentes injuriarum. 1. de Fin. 2. Ut propemodum justioribus utamur illis, qui, &c. quam iis, &c. 3. Off. 108. Cum justo et legitimo hoste res gerebatur. De Pro. 45. Casum illum meum funus reipub. fuisse, sed funus justum et indictum. I. P. 57. Justa gloria est fructus veræ virtutis. 2. de Leg. 12. Justum et jus colere. De Clar. 309. Illa justa eloquentia, quam dialecticam dilatatam esse putant. 2. de Legib. 22. Præter Idææ matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito. De Arus. 21. Omnia solemnia ac justa ludorum omnibus rebus summa cum cæremonia sunt servata. 4. Att. 2. Deinde sine ulla mora cogitabam justa itinera facere. 2. Famil. 10. Justa victoria. 1. Tuscul. 85. Justa uxor.

SYNTAXIS. *Justum debitumque. Æquum et justum facere, dicere. Justus et legitimus hostis, justa victoria, justa uxor. Justum et jus colere. Solemnia et justa ludorum servare. Justum esse in aliquem.*

Juturna, æ, *Dea.* Pro Cl. 100. Stalenus statuas posuit ad Juturnæ. *id est, in Juturnæ æde.*

Juvans, tis. 2. de N. 165. Quorum neminem, nisi juvante Deo, talem fuisse credendum est. 7. Fam. 20. Meque, diis juvantibus, ante brumam expectabis.

Juvat, συμφέρει. Ver. 4. 12. Juvat me, hæc præclara nomina sic concidisse. 2. Qu. Fratr. 12. Te esse animo hilari, &c. valde me juvat. 5. Fam. 21. Juvitque me, hoc tibi profuisse.

Juvenilis, le, νεανικός. De Clar. 316. Juvenilis quædam dicendi licentia. Orat. 108. Juvenilis redundantia. In Hor. Juvenilis libido.

Juveniliter, *more juvenum.* ἡβικῶς. De Senect. 10. Fabius Maximus Annibalem juveniliter exultantem patientia sua molliebat.

Juvenis, nis, *adolescens,* νέος, νεανίας. De Senect. 33. Infirmitas puerorum est, ferocitas juvenum. 10. Att. 6. Vellem suscepisses juvenem regendum. 2. de Orat. 353. Juvenes stare ad januam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent. 2. Off. 45. et de Sen. 27. Juvenis et adolescens idem.

Juventas, tis, *Hebe Dea,* ἥβη. De Clar. 73. Ludis Juventatis, quos Salinator Senonensi prælio voverat. 1. de N. 112. At Poetæ quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant, et aut Juventatem, aut Ganymedem pocula ministrantem. 1. Tusc. 65. Nec Juventate pocula ministrante lætari deos arbitror.

Juventus, tis, *ætas florens,* ἀκμὴ, νεότης. Pro Dom. 129. Imperia ascribebantur novæ juventuti. Ver. 5. 184. Mercurius juventutis custos et præses. De Sen. 15. Res quæ

juventute geruntur et viribus. De Cl. 126. Legendus est hic Orator, si quisquam alius, juventuti. Pro Dom. 47. Intuemini paulisper animis juventutem. De Leg. agrar. Imberba juventute.

Adjuncta. *Delicata, fortissima, improba, libidinosa et delicata, sanguinaria, nova, perdita.*

Juvo, as, *adjuvo*, ὄνημι, ὠφελέω, βοηθέω. Pro Mur. 6. Et certe in armis locorum opportunitas multum juvat. 1. de Nat. 3. Sin autem dii neque possunt nos juvare, nec volunt, quid, &c. 16. Att. 21. Multum potes nos apud Plancum juvare. 1. Off. 9. Res, quibus et se possint juvare, et suos. 1. Tusc. 32. Juvare, tueri, conservare homines. 11. Fa. 17. Si omni studio Lamiam in petitione juveris &c. 1. de Fin. 71. Eruditio ad beatam vitam juvat. 13. Fam. 22. Juvare atque ornare aliquem quibuscunque rebus possis. Pro Corn. 23. Qui nostros duces auxilio laboris, commeatus, periculo suo juverint. Ver. 5. 51. Te igitur autore, ne foro quidem et commeatu Mamertini populum Romanum juvare debuerunt.

Delecto. 2. de Fin. 14. Juvare in corpore et in animo dicitur, ex eoque jucundum.

Juvor, aris. Ver. 1. 123. Lex Cornelia proscriptum juvari vetat.

Delector. Or. 159. Consule aures, probabunt. quære, cur? ita dicent se juvari.

Adverb. *Honeste, maxime, studiosius, multum, plurimum.*

Syntaxis. *Juvare, et ornare aliquem. Id juvat ad, &c. Periculo suo juvare amicum. Juvantur aures: id est,* delectantur. *Juvare, tueri, conservare homines. Juvare aliquem in re aliqua. Id juvat ad beatam vitam.*

Juxta, *non secus, similiter,* ὡσπερανεί. Postq. in Sen. 19. Qui me omnibus officiis, juxta ac si meus frater esset, sustentavit.

Prope, propter, πλησίον, πρός. Cornel. Nepos in vita Attici. Sepultus est juxta viam Appiam ad V. lapidem.

DE LITERA K.

K *Vix litera Latinorum dicenda: tamen scribunt aliqui.* 1. Att. 5. ad VIII. Kal. Decembr. 1. Fam. 9. Ex Kal. Januar. *aliter,* Calendis. *Nam κάππα nobis litera est supervacanea, inquit Fabius Quint. Lambinus putat apud veteres hanc literam fuisse infamiæ notam, in Annot. in Orat. pro S. Rosc. 57. Literam C, significari putat Hotomanuus apud Ciceronem, quæ esset calumniæ nota. Inurebatur enim calumniatorum frons certa aliqua nota ignominiæ causa, ut docet Turneb. Advers. lib. 8. cap. 22. sed verius est non literam C, sed K, fuisse calumniæ notam. Et vero calumniæ nomen, et quæ sunt ejusdem originis, scribebantur a veteribus Romanis per K, non per C. Hæc Lambinus. Quam sententiam tuetur Alexander ab Alex. lib. 3. Genialium dierum, cap. 5.*

DE LITERA L.

L *Litera semivocalis in numeris valet quinquaginta. Romani hanc literam in urnam conjiciebant, cum parum constare de causa significarent, ut autor est Alexander ab Alexandro. lib. 3. Geniul. dier. cap. 5.* 2. de Orat. 240. Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas, tria LLL. duo MM. hoc est, lacerat lacertum Largii Mordax Memmius. *Lege,* M.

LA

Labans, tis. Pro Milon. 69. Rempub. ægram et labantem sanare et confirmare.

Labecula, æ, λυμάτιον. In Vatin. 41. Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis.

Labefacio, is, *labefacto,* μετακινέω. Pro Sest. 101. Quem nulla unquam invidia labefecit.

Labefactatus, a, um. 5. Fam. 3. Quæ cogitatio erat aliquantum labefactata atque convulsa. Pro Pompeio 19. Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant.

Labefacto, as, *perfringo, dissolvo,* λυμαίνομαι, ἀναστατόω. Pro Cæc. 70. Is non homines lædit, sed leges ac jura labefactat. 4. C. 22. Perfringere ac labefactare conspirationem bonorum. 3. cont. Rull. 7. Labefactare et rescindere ab aliis constituta. Pro R. P. 44. Labefactare dignitatem alicujus. 5. Fam. 2. Labefactare aliquam societatem. Brut. 10. Hoc adolescentis præsidium equidem adhuc satis firmum confido, sed ita multi labefactant, ut, ne moveatur, interdum extimescam. 1. Acad. 33. Aristoteles ideas labefactavit. 12. Fam. 25. Nec vero postea destiti labefactare eum, qui, &c. Pro Cl. 194. Quorum fidem pretio labefactare conata sit.

Labefactor, aris. 1. de Fin. 43. Ne invidia verbi labefactetur oratio mea. Pro Qu. R. 13. Ceteri cum ad judicem causam labefactari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt. Pro Mil. 36. Itaque Milonis consulatus, qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. Pro Do. 27. Iisdem machinis sperant me posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt.

Labefactus, a, um, *labefactatus.* De Arusp. 60. Hæc jam labefacta.

Syntaxis. *Perfringere ac labefactare jura, leges, conjurationem, societatem, dignitatem, caussam, ideas. Inimicum percellere, et machinis labefactare. Labefactare et rescindere ab aliis constituta. Labefactare fidem pretio. Orationem labefactari invidia verbi.*

Labellum, li, *parvum labium,* χειλάριον. 1. de Div. 78. Platoni parvulo dormienti apes in labellis considerunt.

Vas. 2. de Leg. 66. Super terræ tumulum

voluit quid statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum.

Labens, tis. Brut. 18. Ferre præsidium labenti atque inclinatæ reip. Pro R. P. 43. Labentem excipere. 2. A. 51. Cum labentem et prope cadentem remp. fulcire cuperetis.

Laberius, rii. *Poeta mimicus sane mordax.* 7. Fam. 11.

Labes, is, *ignominia, macula, ruina, λώβη, λύμη.* In Vat. 15. Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. 2. de Leg. 24. Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec ullis amnibus elui potest. Par. 3. In quamcunque domum stuprum intulerit, eandem labem esse libidinis. Pro Sestio. 20. Habeo quem opponam labi illi atque cœno. *Ibid.* 26. Cœnum illud ac labes. Pro Cœl. 42. Ne probrum castis, labes integris, infamia bonis inferatur. De Ami. 41. Videtis in tabella, quanta jam facta sit labes. Pro Dom. 102. Hanc labem turpitudinis et inconstantiæ poterit populi Romani dignitas sustinere? Pro Rab. 27. Labes ignominiaque mortis. Pro Dom. 53. Labes atque eluvies civitatis. Act. 1. Ver. 2. Labes atque pernicies provinciæ. Pro Flac. 24. Utrum hic tandem disceptationem et cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam, et ruinam fore putatis? Pro Dom. 107.

Est item terræ hiatus, eluvies. 1. de Div. 78. Multis locis labes facta est, terræque desederunt. *Ibid.* 97. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset.

ADJUNC. *Domestica, nefanda, et perniciosa.*

SYNTAXIS. *Aspergere labem alicui ex re aliqua. Cœnum ac labes. Turpitudinis labes. Labes et eluvies. Labes et pernicies. Labes et ruina innocentiæ. Labem eluere. Labem inferre. Labem turpitudinis et inconstantiæ sustinere. Labem aliquo loco fieri, terrasque desidere.*

Labicanum. *locus.* Par. 6.

Labicanus. Pro Cn. Pl. 23. Labicana vicinitas.

Labini, *populi.* 2. con. Rul. 95.

Labo, as, *vacillo, nuto, ἐκκρούομαι.* 8. Att. 22. Scito labare meum consilium illud, quod jam satis fixum videbatur. 6. A. 10. Cum ei labare M. Antonius videretur. 3. de Fin. 74. Quid non sic aliud, ex alio nectitur, ut non, si ullam literam moveris, labent omnia?

Labor, eris, *prolabor, dilabor, inclino, ὀλισθαίνω, ἀποῤῥέω.* De Fat. 5. Naufragum illum in rivo esse lapsum. 2. de Div. 119. Contrahi autem animum Zeno, et quasi labi putat atque concidere, et ipsum esse dormire. 1. Ac. 31. Continenter labuntur et fluunt omnia. De Un. 32. Sidera quæ vaga et mutabili ratione labuntur. In Ar.

Nosse non longinquum spatium labens diurnum.

Par. 5. Lapsa est libido in muliere ignota. 4. Att. 5. Neque mihi licet labi ad eos, qui mihi non desinunt invidere. 4. Acad. 138. Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem. 2. de Leg. 38. Quarum mores lapsi ad mollitiem pariter sunt immutati cum cantibus. De Ami. 41. Serpit enim deinde res, quæ proclivis ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. 4. Tusc. 41. Incitataque semel in proclive labuntur. 1. de Leg. 52. Quin labebar longius, nisi me retinuissem. 2. de Div. 79. Sed labor longius: ad propositum revertar. De Ar. 62. Ut aliquis lapsus de cœlo cœtus hominum adeat. Orat. 191. Brevitate et celeritate syllabarum verba celerius labuntur. *Ibid.* Circuitus incitatior numero ipso fertur, et labitur, quoad perveniat ad finem. Orat. 10. Cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu.

Erro, fallor, decipior, ἁμαρτάνω. De Clar. 185. Labi et cadere in aliqua re. 1. Off. 18. Labi autem, errare, nescire, et decipi, et malum et turpe ducimus. 3. Qu. Fr. 9. Lapsus est per errorem. 1. cont. Rul. 2. Aliqua in re non consilio, sed casu lapsum esse. 7. A. 18. Si consilio lapsi erimus. 2. Off. 9. In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via. 1. de Nat. 29. et pro Rab. 25. Empedocles in deorum opinione turpissime labitur. 1. de Orat. 169. Aliquem in minimis tenuissimisque rebus labi. 13. Att. 36. Qua in re ne labar, quæso provideto. De Cla. 244. Non puto, existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis. 2. Fam. 7. Nunquam labere, si te audies. 13. A. 8. Talis igitur et vir et civis opinione labi potest? 10. 5. Non te inopia verbi lapsum putarem, nisi, &c.

ADVERB. *Continenter, longius, proclivius, turpissime, tuto.*

SYNTAXIS. *Labi, et concidere. Labi et fluere. Ad opinionem labi. Labi et cadere in aliqua re. Consilio labi. Labi, errare, nescire, decipi. Ambitione labi. Labi ad mollitiem.*

Labor, oris, *afflictio, labor corporis, contentio animi, opus, vigiliæ, sudor, assiduitas, πόνος, μόχθος, κάματος.* 2. Tusc. 35. Interest aliquid inter laborem et dolorem: sunt finitima omnino, sed tamen differt aliquid. Labor est functio quædam vel animi vel corporis, gravioris operis et muneris: dolor autem motus asper in corpore a sensibus alienus. *et ibidem præclara multa de labore et dolore.* Pro Cœl. 39. Si quis omnem vitæ suæ cursum in labore corporis atque in animi contentione conficeret &c. Pro Pomp. 29. Labor in negotiis, fortitudo in periculis. Pro Mur. 38. Nunquam isti militi plus laboris imposuit, quam sibi sumpsit. 1. de Orat. 152. Est enim magni laboris, quem plerique fugimus. De Opt. 13. Suscepi laborem utilem studiosis, mihi ipsi non necessarium. Pro Arch. 28. Quid est, quod tantis nos in laboribus exerceamus? *Ibid.* Nec tantis se laboribus frangeret. De Sen. 82. Otiosam ætatem et quietam sine ullo labore et contentione traducere. De Univ. 33. Hæc si verbis ex-

plicare conemur, earum rerum frustra suscipiatur labor. Orat. 149. Nam esset cum infinitus, tum puerilis labor. *Ibid.* 120. Quem laborem nobis levavit Attici nostri labor. Pro Font. 2. Multo sudore ac labore facere aliquid. 2. de Orat. 23. Levandi laboris causa volitare. 2. de In. 113. Insumere magnum laborem ac sumptum in aliquam rem. Ver. 3. 227. Impendere laborem ac sumptum ad incertum casum. 1. de Orat. 234. Consumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. 1. Att. 14. Laborem propter ambitionem sustinebam. 1. Fam. 8. Perfunctus sum maximis laboribus. 4. Ac. 108. Labor exantlatus ab Hercule. De Cl. 242. Excipere magnos labores. Pro Dom. 137. In urbe, quam suis laboribus ac periculis conservasset. *Alii*, consecrasset, *legunt*. Pro M. Scau. Posse virtutem sine præsidio fortunæ, quo contendisset, labore et constantia pervenire Oecon. 1. Labores pacis ac belli, id est, rusticationis et militarium stipendiorum, distribuit viro natura.

Adjuncta. *Alienus, assiduus, et quotidianus, certus, clarus, gravis, gravior, tolerabilis, consequens, diuturnus, diurnus, nocturnusque, durus, domesticus, gloriosus, incredibilis, major, extremus, facilis, et jucundus, maximus, forensis, gloriosus, prӕteritus, summus, illiberalis, inanis, imperatorius, infinitus, puerilis, injucundus, levis, magnus, parvus, verus, justus atque honestus, militaris, minor, multus, minime necessarius, officiosus, operosus, et molestus, patibilis, plurimus, pristinus, vetus, utilis.*

Syntaxis. *Suscipere labores. Exercere se in labore. Labore se frangere. Ferre laborem. Sine labore et contentione vivere. Multo sudore, et labore facere. Sustinere magnum laborem, insumere, impendere, consumere, exantlare, excipere. Laboribus perfungi.*

Laborans, tis, *afflictus, calamitosus.* Pro Planc. 84. Ego miseris et laborantibus nihil negare possum. Aca. Chrysippus æstuans laboransque quonam pacto explicet, &c.

Laboratus, a, um, *εἰργασμένος.* 13. Att. 4. Habeo munus a te laboratum decem legatorum. *aliter*, elaboratum. Pro Cæl. 54. Hæc mihi fructum aliquem afferre potuissent, cum a me ipso laborata proferri viderentur. Incer. Quod sit manibus humanis laboratum.

Laboriosius, *ἐπιπόνως.* Pro Q. R. 31. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius.

Laboriosus, a, um, *durus, industrius, σπουδαῖος, φιλόπονος.* 2. Tusc. 36. Industrios homines, Græci studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. 11. A. 8. Qui magnos dolores perferunt, hos non miseros, sed laboriosos solemus dicere. Pro Mil. 5. Quid enim nobis duobus laboriosius? quid magis sollicitum, magisque exercitum dici aut fingi potest? Pro Cæl. 1. Vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse.

Molestus, difficilis, χαλεπός. 3. de Leg. 19. Nihil laboriosius molestiusque provincia. 6. Att. 2. Hæc mihi nondum laboriosa ex illa vetere militia. Oecon. 1. In re familiari laboriosior est negligentia, quam diligentia.

Syntaxis. *Industrium dicimus laboriosum. Laboriosum et molestum. Nihil Cæsare laboriosius. Docere laboriosius.*

Laborandum. Pro Mur. 47. Quibus incommodo valetudinis laborandum est. Top. 35. Cum intelligitur quid significetur, minus laborandum est de nomine.

Laborans, tis. 2. Off. 66. Disertus homo, et facile laborans, multorumque causas et non gravate et gratuito defendens. Orat. 77. Homo de re magis quam de verbis laborans.

Laboro, as, *elaboro, contendo, laborem suscipio, opus facio, multum in opere pono, vel confero in aliquam rem, in aliqua re multum operæ studiique pono, in aliquo labore me exerceo, et magnis me laboribus frango, impensam laboris ago in aliquem, operam do, πονέω, σπουδάζω, κοπιάω.* 2. Tusc. 35. Aliud est dolere, aliud laborare. Cum varices secabantur C. Mario, dolebat: cum æstu magno ducebat agmen, laborabat. Est inter hæc tamen quædam similitudo. Consuetudo enim laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem. *et ibi de hac re pulchra.* De Sen. 24. Sed iidem laborent in eis, quæ sciunt nihil ad se pertinere. 5. A. 18. Sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. 3. de N. 62. In enodandis nominibus, quod mirandum sit, laboratis. De Clar. 34. In quo non modo defici, sed etiam laborare turpe est. 4. Att. 16. Ad quid laboramus res Romanas? Alii aliter omnino. 13. 9. Quo etiam magis laboro idem, quod tu. 2. Qu. Fr. 8. Quod ego non nimium laboro, etiamsi minus assequar quod volo. Pro Sull. 51. Vos enim tum nihil laborabitis. De Prov. 24. Nec decrevi solum, sed etiam, ut vos decerneretis, laboravi. Parad. 1. Quid enim ego laboravi? aut quid egi? aut in quo evigilaverunt curæ et cogitationes meæ? nisi ut, &c. Ver. 3. 121. Illi intelligebant, sese Verri serere, impendere, laborare. *Ibid.* 132. Sponsio illa ne fieret, laborasti. Pro Dom. 30. Cn. Pompeium studio et autoritate, æque ut unumquemque vestrum, opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipue pro mea salute laborasse.

Curo, sum sollicitus, φροντίζω. 1. de Div. 49. Quid istic fiat, non laboro. 3. Fa. 7. Hoc assequere, ut in quam partem accipies, minus laborem. 10. 5. Intellexi enim, te laborare, ut ad me tuæ expectatissimæ literæ perferantur. 8. 9. Hoc vehementius laboro nunc, quod puto, &c. 5. 20. Sic me et liberalitatis fructu privas, et (quod minime tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ. 7. 32. Nam de judiciis, quod quæris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei, sit vel Selius tam eloquens, ut possit probare se liberum, non laboro. 4. 9. At erat tuæ virtutis in minimis tuas res ponere, de republica vehementius laborare. 3. Qu. Fr. 1. De

filii tui eruditione quod labores, nihil est. Pro Quint. 69. Qui nunc, ut tu vincas, tantopere laborant. Pro Cæc. 3. De quibus antea laborabam, nunc sum animo æquissimo. Ver. 4. 67. De cæteris non laboro. 2. de Inv. 78. Non laborare de aliquo. 3. Fa. 12. Laboro, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt. 9. Att. 9. Non mediocriter laboro, ut possis, &c. Ver. 4. 57. Non laborabat, quin male audiret. Ver. 3. 104. Non laborabat, si esset relicturus, *Ibid.* 127. Si sociis prospicere non laboratis. *Ibid.* 122. Si quemadmodum socii a magistratibus tractentur, non laboratis. Pro Flac. 10. Græci nunquam laborant, quemadmodum probent quod dicunt, sed quemadmodum se explicent dicendo. 2. de Orat. 206. Laborare pro bonis viris. Pro Deiot. 39. Laborare amici causa. 4. Fam. 3. Miror, te non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. 3. de Fin. 8. Laboro autem non sine causa. 1. Fa. 1. Si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. 13. Att. 20. De fama nihil sane laboro. 7. 18. Nec de me laboro, de pueris quid agam, non habeo. Pro Quint. 43. Non id ago, neque in eo nunc laboro. 13. Att. 21.

Afficior, vexor, relatum ad morbos, ἀλγέω, λυπέομαι. Pro S. R. 154. Ex quibus rebus respub. maxime laborat, iis maxime mederi convenit. 7. Att. 2. Significant enim tuæ literæ, te prorsus laborare. Pro S. R. 149. Quod si omnes facerent, et respublica ex illis, et ipsi ex invidia minus laborarent. 5. Att. 8. Utpote cum sine febri laborassem. 1. de Fin. 59. Nec vero quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. 7. Fam. 26. Cum jam decimum diem graviter ex intestinis laborarem. 9. 23. Ceparius dixit, te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. 3. Tusc. 60. Ex renibus laborare. *Ibid.* Cum audivisset, eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent. 16. Fam. 11. Non ignoro, quantum ex desiderio labores: sed erunt omnia faciliora, si valebis. Pro Clu. 202. Ea satis diu ex invidia laboravit. 2. de Inv. 5. Aliquanto ex inscitia levius laborarent. Pro S. R. 154. Populus Romanus, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborat. Ad Brut. 10. Nec externis hostibus magis, quam domesticis laborabamus.

ADVERB. *Æque ut, præcipue, graviter, levius, magis etiam, magnopere, mediocriter, non ita valde, valde, vehementer, vehementius.*

Laboror, aris. 2. Fam. 13. Hæc mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quæ hæc laborantur.

Labron, *oppidum.* 2. Qu. Fr. 5. Ut aut Pisis, aut Labrone conscenderet.

Labrum, bri, *oris humani extrema labra sunt,* χεῖλος. 1. de Nat. 20. Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam. 1. de Orat. 87. Quæ isti Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. 3. 136. Pericles, in cujus labris leporem habitasse fuerunt. 2. de Div. 66. Apes quas dixisti in labris Platonis pueri consedisse. Pro Cæl. 28. Aliquid primoribus labris gustare, et extremis, ut dicunt, digitis attigisse. Hortens. Quod in primoribus habent, ut aiunt, labris.

Vas ad formam oris humani et labrorum factum. 15. Fam. 20. Labrum si in balneo non est, fac, ut sit.

Lac, ctis, *ros vitalis,* γάλα. De Sen. 56. Villa abundat lacte, caseo, melle. 2. de N. 128. In iis animantibus, quæ lacte aluntur, omnis fere cibus matrum lactescere incipit. 3. Tusc. 2. Ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. 1. de D. 98. Quondam lactis imber effluxit.

Lacæna, *mulier.* 1. Tusc. 106. et 2. 36.

Lacedæmon, onis, *Sparta urbs.* 2. de Leg. 39. Lacedæmon illa severa nervos jussit, quod plures quam septem haberet, in Timothei fidibus inde demi. 3. 16. Lacedæmone Ephori non sine causa a Theopompo oppositi sunt regibus.

Lacedæmonii, *Spartiatæ, Lacones.* 1. Tusc. 100. Lacedæmonii cujusdam constantia in morte contemnenda. 13. Fam. 28. Lacedæmonii sua majorumque suorum autoritate satis commendati fidei tuæ. 1. de Div. 95. Lacedæmonii regibus suis augurem assessorem dederunt. 1. Tuscul. 101. Lacedæmonii alacri animo in Thermopylis occiderunt. 1. de Div. 95. Lacedæmonii de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut a Dodona petebant. 5. Tuscul. 42. Lacedæmonii, Philippo minitanti per literas se omnia, quæ conarentur, prohibiturum, quæsiverunt, Num si esset etiam mori prohibiturus? 1. Div. 95. Lacedæmonii sensibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse voluerunt. 1. Tuscul. 101. Lacedæmoniorum gens fortis fuit, dum Lycurgi leges vigebant. Pro Flacc. 62. Lacedæmoniorum laus: Pro Mur. 74. Lacedæmoniorum mores. 1. Off. 64. Lacedæmoniorum omnis mos inflammatus cupiditate vincendi. Pro Flac. 62. Lacedæmoniorum spectata et nobilitata virtus. 1. Div. 75. Lacedæmoniis Leuctricæ pugnæ calamitas multis signis ante denunciata est. Cat. 20. Apud Lacedæmonios quidem ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam appellantur senes. 1. Div. 96. Lacedæmoniis qui præerant, non contenti vigilantibus curis, in Pasithæo fano somniandi causa excubabant, quod vera quietis oracula dicebant.

Lacerandus, a, um. Pro Quin. 50. Ad reliquias vitæ lacerandas et distrahendas.

Laceratio, onis, *laniatus,* σπαραγμός. I. P. 42. Magna lætitia afficiebar ex corporis tui laceratione. 3. Tusc. 62. Muliebres lacerationes genarum.

Laceratus, a, um, *distractus, dissipatus.* 10. A. 5. Reliquum corpus tractum et laceratum abjecit in mare.

Lacerna, æ, *penula, vestis,* φαινόλης. 2. Att. 76. Rhodius cum calceis et toga nullis nec caligis, nec lacerna.

Lacero, as, *concerpo, dirumpo, conscindo, discindo, carpo, dilacero, dilanio,* διασπάω, σπαράσσω. 2. Att. 8. Meus me mœror lacerat et conficit. 3. Tusc. 27. Ægritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. 2. A. 86. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. 1. Off. 57. Qui lacerarunt omni scelere patriam. Postquam in Senat. 3. Lacerare rempublicam. De Clar. 156. Obtrectatio invidiæ, quæ solet lacerare plerosque. 2. de Orat. 240. Lacerat lacertum Largii mordax Memmius. 11. A. 5. Verborum contumeliis aliquem lacerare. Pro Dom. 59. Uxor mea, quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis.

Laceror, aris. Pro Mil. 86. Mortem alicujus lacerari.

Syntaxis. *Vitæ reliquias lacerare et distrahere. Tractum et laceratum corpus. Mœror, ægritudo, obtrectatio invidiæ lacerat et conficit. Lacerare, et cruentare aliquem oratione. Lacerare scelere patriam. Lacerare aliquem omni crudelitate.*

Lacerta, æ, *serpentis genus,* σαῦρα. 2. Att. 6. Tempestates non sunt ad lacertas captandas idoneæ. 2. de Div. 62.

Lacertosus, a, um, *robustus, nervosus,* δυνατός. 8. A. 26. Saxa centurio pugnax et lacertosus.

Lacertus, ti, *brachium a cubito ad manum: vires, nervi,* μυὼν, βραχίων. 2. Tusc. 22. O pectora, o terga, o lacertorum tori! *Poeta. Ibid.* 37. Humeri, lacerti, manus. De Sen. 27. Athletæ senis lacerti mortui sunt. *Ibid.* Milo ex lateribus et lacertis suis nobilitatus est. 1. de Orat. 242. Amentatas hastas ab aliquo accipere, et eas oratoriis lacertis viribusque torquere.

Vis, nervi, robur, pondus, gravitas, σθένος, νεῦρον. De Cl. 64. Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius.

Lacessendus, a, um. Pro Pomp. 23. Nationes quas nunquam populus Romanus neque lacessendas bello, neque tentandas putavit. 7. Fa. 13. Procax in lacessendo. et 1. de Orat. 17.

Lacessitus, a, um, *irritatus.* 1. Att. 10. Quibus epistolis sum abs te lacessitus ad scribendum. 2. de Orat. 230. Videmur quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti. *Ibid.* Omnino probabiliora sunt, quæ lacessiti dicimus, quam quæ priores. 1. de Orat. 32. Arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus.

Lacesso, is, *provoco, irrito, tento,* προκαλέω, ἐρεθίζω. 3. Fam. 8. Hos ego sermones lacessivi nunquam, sed non valde repressi. Pro Mil. 85. Vi irritare, ferroque lacessere aliquem. 11. Fam. 3. Nos te, Antoni, nulla lacessivimus injuria. 2. A. 1. Tu ne verbo quidem violatus ultro maledictis me lacessisti. I. P. 55. Responsione me inimica homo promptissimus lacessivit.

Invito amice, προκαλέω. 12. Fam. 30. Non enim te epistolis, sed voluminibus lacesserem. *Ibid.* 20. Sic igitur facies, meque amabis, et scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quam provocare.

Lacessor, eris, *provocor.* 2. de Orat. 201. Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur.

Syntaxis. *Lacessere et irritare bello. In lacessendo procax. Sermones lacessere. Scripto aliquem lacessere. Suis epistolis lacessere aliquem ad scribendum. Lacessere aliquem injuria, maledictis.*

Laciades, æ. 2. Off. 64. Cimon Atheniensis instituit, ut omnia præberentur, quicunque Laciades in villam suam divertisset. *Lege,* Hospitalis.

Lacinia, æ, *pars vestis extrema et laxior,* πτερυγή. 3. de Orat. 110. Illud alterum genus obtinent, id ipsumque lacinia. 16. Fa. 21. In lacinia servans ex mensa secunda semina.

Lacinius. 1. de Div. 48. Juno Lacinia.

Lacon, nis. *Lacedæmonius.* 5. Tusc. 42. et 1. 111.

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.

Laconicum, ci, *vaporarium.* 4. Att. 9. Nostram ambulationem, et Laconicum, cum poteris, invisas.

Laconismus, mi, *breviloquentia.* 11. Fam. 25. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum, altera jam pagella procedit.

Lacryma, æ, δάκρυον, δάκρυ. Part. 57. Cito arescit lacryma, præsertim in alienis malis. 1. de Inv. 110. Lacryma nihil citius arescit, ut dicit rhetor Apollonius. Ver. 5. 171. Paulo ante lacrymas non tenebamus. De Som. 5. Equidem vim lacrymarum profudi. Pro Font. 38. Lacrymas profundo. Pro Plan. 101. Lacrymæ, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. 2. A. 64. Me miserum! consumptis lacrymis tamen infixus animo hæret dolor. 2. Tusc. 48. Si se lamentis muliebriter lacrymisque dedet &c. 5. Fam. 14. Tradere se lacrymis ac tristitiæ. De Senect. 73.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito vivu' per ora virum.

Ver. 3. 207. Sustinere populus Rom. nationum luctum, lacrymas, querimonias non potest. Fam. 14. ep. 4. Confici lacrymis.

Adjunc. *Lacrymæ diuturnæ, gratæ, invidiosæ, multæ, multæ et assiduæ, quotidianæ, plures, plurimæ, populares, pueriles.*

Syntaxis. *Lacrymas tenere. Lacrymis se dare, dedere, tradere. Profundere, effundere lacrymarum vim. Lacrymas arescere, exarescere, consumi. Confici lacrymis.*

Lacrymans, tis. Pro Sext. 144. Video hunc oculis lacrymantibus me intuentem.

Lacrymo, as, *lacrymas effundo vel profundo, illacrymo,* δακρύω. 15. Att. 26. Te, ut a me discesseris, lacrymasse moleste ferebam. 1. Tusc. 93. Ait Callimachus, multo sæpius lacrymasse Priamum, quam Troilum.

Lacrymor, aris, *act. lacrymo*, δακρύζω. Ver. 5. 120. Quis tam fuit illo tempore durus et ferreus? quis tam inhumanus præter te unum, qui non illorum ætate, nobilitate, miseria commoveretur? ecquis fuit, quin lacrymaretur?

Lacrymosus, a, um, δακρυώδης. In Arat.

Lacrymula, æ, δακρύδιον. Pro Pl. 76. Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas videre potuisti.

Lactens, tis, *lac sugens*, θηλάζων. 2. de Leg. 29. Hostia lactens, &c. 3. C. 19. Romulus, quem inauratum in Capitolio parvum atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. 2. de Di. 47. Romulus lactens fulmine ictus. *Ibid.* 85. Puer lactens in gremio matris mammam appetens.

Lactesco, scis, *in lac converto, vel lacte impleor*, γαλακτοῦμαι. de N. 128. In iis animantibus, quæ lacte aluntur, omnia fere cibus lactescere incipit.

Lacteus circulus, *candens circus*. De Somn. 8. Circulus lacteus splendidissimo candore inter flammas elucens. *et ibidem de eo multa*. In Ar.

Vidisti magnum candentem serpere circum;
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur:

Lacuna, æ, *fossa, indigentia, inopia, vacuitas*, τέλμις. Ver. 2. 138. Dederunt operam, ut illam lacunam rei familiaris explerent. 12. Att. 6. Vide, ne qua lacuna sit in auro: *id est, fraus*.

Lacunar, aris, *trabs, seu triclinii superior pars*, φάτνωμα. 5. Tusc. 62. Gladium e lacunari seta equina appensum demitti jussit.

Lacunosus, a, um, *lacunas habens*, κοῖλος. 2. de Nat. 47. Mundus nihil habet eminens, nihil lacunosum.

Lacus, us, λίμνη, λάκκος. Ver. 4. 107. Circa Ennam lacus lucique sunt plurimi. 5. 187. Deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosque colitis. 1. de D. 100. Cum lacus Albanus præter modum crevisset &c. Pro Mil. 75. Lacus Precius. 1. Tusc. 37. Averni lacus. Pro S. R. 89. Lacus Curtius, Thrasimenus, Servilius.

Item vas, e quo mustum expressum fluit. De Clar. 287. Nova ista quasi de musto et lacu fervida oratio fugienda est.

Lædo, is, *offendo, aliquid mali alicui infero, violo, injuriam facio*, βλάπτω, χαλέπτω, λυμαίνομαι. Pro Cæc. 23. Non minus nos stultitia illius sublevat, quam lædit improbitas. 2. de Orat. 301. Sæpe testis non lædit nisi lacessitus. Pro Mur. 87. Is injuste neminem læsit. Pro S. R. 111. Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præsidium. 1. Fam. 7. Quos tu reipublicæ causa læserat. Ver. 3. 1. Qui alterum, nulla privatim læsi injuria, in judicium vocant. 5. Fam. 1. Nec absentem me ludibrio læsum iri.

Adverb. *Aperte, imprudenter, contumeliose, gravissime, injuste, libere, diutius*.

Læna, æ, *vestis auguralis, amiculum*, χλαῖνα. De Clar. 56. Cum M. Popilius sacrificium publicum cum læna faceret. *bis. Lege, Amicio*.

Læsio, onis, *Oratorum quoddam ornamentum*, προσπλακισμός. 3. de Orat. 203.

Læsus, a, um, *offensus*. 2. de Orat. 305. Si læsus efferare iracundia &c.

Lætabilis, le, *lætandus, lætitia dignus*, εὐφραστός. 1. Tusc. 49. Quod ut ita sit, quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum? 4. 37. Cui nihil nimis lætabile ad efferendum videri potest.

Læte, *hilare*, εὐθύμως. 9. A. 7. Is autorem Senatus læte atque insolenter tulit.

Lætans, tis, *lætus*. Pro Clu. 28. Cassia lætanti jam animo, et spe optima confirmata, nubit Oppianico.

Lætifico, as, *lætitiam affero, lætitia afficio*, εὐφραίνω, τέρπω. 2. de N. 102. Accessus solis lætificat terram, ut cum cœlo hilarata videatur. *Ibid.* 130. Indus non aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit.

Lætificus, a, um. 1. Tusc. 69. Vites lætificæ non intermittunt pampinis pubescere. *Poetæ. Alii legunt* Lætiscere.

Lætitia, æ, *lætitiæ voluptas, alacritas, gaudium, hilaritas*, εὐφροσύνη, ἡδονὴ, εὐθυμία. 4. Tusc. 14. Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur. 1. de Orat. 197. Percipietis etiam illam ex cognitione juris lætitiam et voluptatem, quod, &c. 14. Att. 12. Lætitiam apertissime tulimus omnes. 1. de Orat. 243. Itaque hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit. 2. 72. Judex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. Br. 7. Quæ lætitia Senatus, quæ alacritas erat? Pro Pl. 103. Nolite, judices, inimicis meis dare lætitiam. 14. A. 22. Dare lætitiam alicui. Pro Mil. 78. Milo maxima lætitia populum Romanum affecit. 1. de Fin. 25. Recta et honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est, voluptatem. 2. Fam. 10. Comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt. 14. Att. 6. Exultant lætitia in municipiis. 2. Fam. 9. Repente vero incessi omnibus lætitiis. 14. A. 1. Lætitiæ usus satis est maximæ præclarissimæque pugnæ. 15. Att. 15. Capere lætitiam oculis. Pro Mil. 99. Lætitia de interitu P. Clodii. 1. C. 26. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta voluptate bacchabere? Postquam ad Quir. 2. Incredibili, qua nunc vestro beneficio fruor, lætitiæ voluptate caruissem. 2. de D. 56. Galli victores alacritate et quasi lætitia ad canendum excitantur. 2. A. 21. Quid ergo, in tanta lætitia cunctæ civitatis, me unum tristem esse oportebat? Pro Deiot. 26. Aliquis lætitia elatus.

Adjuncta. *Certa, communis, diuturna, elata, gestiens, immoderata, exultans, futilis, impotens, inanis, incredibilis, magnor, major, maxima, minor, mira, mirifica, nimia, turpis, popularis, recens, summa, subita, vera*.

Syntaxis. *Lætitiam ferre*: *id est capere*.

Lætitiam percipere, afferre, dare. Honesta ipsa per se lætitiam faciunt. Lætitiæ esse. Lætitia aliquem afficere. Lætitia exultare, perfrui, efferri. Omnibus lætitiis incedere. Judicium plenum hilaritatis ac lætitiæ. Contorquere judicem ad lætitiam. Comitia me extulerunt lætitia. Lætitiæ voluptate carere. Capere lætitiam oculis.

Lætor, aris, *exulto, triumpho, lætitia efferor, omnibus lætitiis incedo, læte fero, lætitiam capio, lætitiam fero*, χαίρω, ἥδομαι. Ver. 5. 120. Lætaris tu in omnium gemitu, et triumphas. Pro S. R. 136. Hæc perfecta esse gaudeo, vehementerque lætor. Pro Pom. 3. Illud in primis mihi lætandum esse jure video. 1. Fam. 7. Minime miror, te tuis præclaris operibus lætari. Ad Br. 4. De Cassio lætor, et reip. gratulor. Pro Mar. 34. Lætor de hac re. 11. A. 9. Deinde ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit semper lætatus, quod &c.

Syntaxis. *Illud lætandum est mihi. Lætari in aliqua re, de aliqua re, aliqua re.*

Adverb. *Æque, aperte, magnopere, mirabiliter, valde, vehementer, vehementius, vehementissime.*

Lætoria lex. *Ut iis, qui furiosi vel prodigi essent, curatores darentur.* 3. Off. 61. et 3. de Nat.

Lætus, a, um, *lætanti animo, bono animo, alacri et erecto animo, alacer, hilaris*, φαιδρός, εὔθυμος, εὔφρων. Pro Font. 23. Hi contra vagantur læti atque erecti passim toto foro. Pro Mur. 49. Catilina interea alacer atque lætus &c. 2. de Fin. 13. Ille Cæcilianus, qui omnibus lætitiis lætum esse se narrat. Pro Sest. 1. Aliquem alacrem atque lætum volitare. Act. 1. Ver. 17. Lætus atque alacer. 8. Att. 9. Læto vultu gratulari. 3. de Orat. 153. Lætæ segetes. 2. de N. 156. Uberrimi et lætissimi fructus vitium, et olivetorum. De Sen. 53. Uva quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? *Ibid.* 54. Nec vero segetibus solum, et pratis, et vineis, et arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed pomariis etiam, et hortis, tum pecudum pastu, et apum examinibus, tum florum omnium varietate.

Syntaxis. *Lætus et erectus. Alacer et lætus. Omnibus lætitiis lætus. Lætus vultus, seges, fructus. Uva nil lætius. Res rusticæ lætæ sunt pratis, pomariis, hortis.*

Lævus, a, um, *sinister*, σκαιός. 1. de D. 12. Jupiter cornicem a læva, corvum a dextra canere jussit. 4. Acad. 89. Diana facem jacit a læva. *Ibid.* 145. Læva manus. De Un. 42. Ad lævam.

Lagena, æ, *vas vinarium*, λάγηνος. 16. Fam. 26. Mater nostra, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ.

Laguncula, æ, *lagena parva.* 6. Att. 1. In his inventæ sunt quinque lagunculæ matronarum.

Lambo, is, περιλείχω. Ver. 3. 28. Hi canes, quos tribunal meum vides lambere, &c.

Lamentabilis, le, *queribundus*, θρηνώδης. 2. de L. 64. Sumptuosa funera et lamentabilia. 2. Tusc. 32. Lamentabili voce deplorans. *Ib.* 57. Sin erit ille gemitus lamentabilis, &c.

Lamentandum. 4. C. 4. Ut nemo ne ad deplorandum quidem reipub. nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinqueretur.

Lamentans, tis. 3. de Orat. 212. Matremne ut miseram lamentantemque videam?

Lamentatio, onis, *querimonia, questus*, ὀδυρμὸς, θρῆνος. 1. Tusc. 30. Lugubris lamentatio fletusque mœrens. 4. 18. Lamentatio est ægritudo cum ejulatu. Ver. 4. 47. Fletus mulierum, et lamentationes fieri solitas pro his rebus. Orat. 131. Plangore et lamentatione complevi forum. 2. de In. 78. Cum gemitu et lamentatione. Postqu. in Sen. 16. Illa lamentatio et gemitus urbis. 2. de L. 59. Lamentatio funeris. Pro Fon. 37. Nolite pati, judices, aras deorum immortalium quotidianis virginis lamentationibus de vestro judicio commoveri.

Adjunct. *Lugubris, nova, quotidiana, solita.*

Syntaxis. *Fletus et lamentatio. Plangor et lamentatio. Gemitus et lamentatio. Lamentationes fieri. Lamentatione complere forum.*

Lamentor, aris, *deploro, lamentationem facio*, αἰάζω, μινύρομαι, θρηνέω. 1. de Orat. 245. Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset. 12. A. 2. Lamentari uxorem videbam. 1. Tusc. 75. Nam hæc quidem vita mors est, quam lamentari possem, si liberet. 5. 112. Cujus cæcitatem cum mulierculæ lamentarentur, Quid agitis, inquit, &c,

Adverb. *Flebiliter, modice, temere.*

Lamentum, ti, *lamentatio*, ὀλόφυρσις. I. P. 88. et 2. de L. 64. In sordibus, lamentis, luctuque jacuisti. 2. Tusc. 48. Si se lamentis muliebriter lacrymisque dedet.

Lamina, æ, λεπίς. Ver. 5. 162. Ignes ardentesque laminæ, cæterique cruciatus admovebantur. 2. de L. 58. Ad eam aram lamina inventa est, et in ea scriptum, Domina honoris. *Ego lego*, Lamina honoris.

Lampas, dis, *lychnus, lucerna*, λαμπάς. Ver. 2. 115. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. 3. de N. 41. Ille, cui in monte Oetæo illatæ lampades fuerunt.

Lampsaceni, *populi.* Ver. 1. 63. Lampsaceni officiosi, maxime sedati, et quieti.

Lampsacum. *Ibid.* Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, in primis clarum et nobile.

Lana, æ, ἔριον, εἶρος. Hort. Sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam. Item 2. de Orat. 277.

Laneus, a, um, ἐριοῦς. 3. de Nat. 83. Atque ei laneum pallium injecit.

Languefacio, *languorem affero*, ἐξασθενίζω. 2. de Leg. 38. Incitare languentes, et languefacere excitatos. *aliter*, Languere facere.

Languens, tis, *languidus*, ἀσθενής. 1. Off. 133. Sine contentione vox nec languens, nec

sonora. 10. Fa. 28. Senatus languens, et defessus. 2. de Orat. 186. Facilius est currentem, ut aiunt, incitare, quam commovere languentem. *Ibid.* 35. Languentis populi incitatio et effrænati moderatio.

Langueo, es, et Languesco, scis, *flaccesco, languidus fio,* ἀσθενέω .X. *Exulto.* L. P. 82. Quanquam languet juventus, nec perinde atque debet, in laudis et gloriæ cupiditate versatur. 1. de Div. 60. Cum dormientibus ea pars animi languet &c. 1. de Nat. 7. Cum otio langueremus, Philosophiam nostris hominibus explicandam putavi. 4. Acad. 6. Hebescere et languere in otio. 1. A. 12. Cumque languerem de via, et mihimet displicerem, misi, &c. 8. 4. Consensus populi, si nos languescimus, debilitetur necesse est. 12. 8. Ipsa illa Martia legio languescet et mollietur. De Sen. 28. Orator metuo ne languescat senectute. 4. de Fin. 65. Corpore alius languescat. Orat. 6. Spem infringi, et languescere industriam. 3. Off. 3. Otio fruor, nec solitudinem languere patior.

Syntaxis. *Hebescere otio, et languere. De via languere, sibique displicere. Solitudinem languescere non patiar: id est,* non frustra otio fruar. *Languescere senectute. Languescere corpore. Languescere industriam. Languens et defessus. Languentem commovere, incitare.*

Languidus, a, um, *languens, tardus, debilitatus,* ἀμαυρὸς, ἀσθενὴς .X. *Operosus.* De Sen. 26. Senectus non modo languida atque iners non est, sed etiam est operosa, et semper agens aliquid et moliens. 8. A. 21. Non etiam languidiores facti sumus. Pro Lig. 28. Languidiore studio in causa fuistis. 1. Qu. Fr. 2. Qui antea alieniores fuerant et languidiores, nunc &c. 1. de Orat. 226. Mollis, languidus, enervatus, omnia ad voluptatem corporis, doloremque referens. 2. C. 10. Vino languidus. 2. de Fin. 39. Tarda et languida pecus.

Syntaxis. *Senectus languida et iners. Languido studio in causa esse. Mollis, languidus, enervatus. Tardus et languidus.*

Languor, oris, *stupor,* νόσος, ἀσθένεια. 1. Off. 123. Cavendum est, senectus ne languori desidiæque se dedat. 3. 1. Otium et solitudo languorem afferunt hominibus. 2. de Div. 128. Animus cum languore corporis nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in varia visa et incerta. 14. Att. 6. Videt languorem bonorum. 7. A. 1. Expectatio legatorum quantum afferat languoris animis, quis non videt?

Syntaxis. *Dare vel dedere se languori et desidiæ. Otium languorem affert hominibus.*

Lanians, tis. 1. de D. 106.

Quem se torquentem lanians, rostroque cruentans, &c.

Laniatus, us, *laceratio,* διασπασμός. 1. Tus. 104. Quid mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?

Lanificium, cii, ταλασιουργία. Oecon. 1. Quibus ad lanificia utuntur. *Ibid.* Quæ ad lanificia pertinent.

Laniger, a, um, ἐριοφόρος. 1. de D. 44. Pecus lanigerum eximia pulchritudine.

Lanio, as, *dilanio,* διασπάω. 2. de D. 63.

Cum ferus immani laniavit viscera morsu.

Lanior, aris. 1. Tusc. 108. Laniari a feris. 7. Fam. 1. Cum homo imbecillus a valentissima fera laniatur, &c.

Lanista, æ, *gladiatorum magister, qui domi gladiatores habet et instituit,* γυμνασιάρχης. Pro S. R. 17. et 118. Hic nuper se ad lanistam contulit. L. P. 27. Quo in spectaculo mira reip. æquitas erat, uter eorum perisset tanquam lanista, in eo lucrum fieri putabat. 1. Att. 13. Reus tanquam clemens lanista frugalissimum quemque secernebat.

Lanius, nii, *qui pecora laniat, et vendit carnes,* κρεωπώλης. 1. Off. 150. Cætarii, lanii, coqui, fartores.

Lanuvium, *civitas.* 4. Att. 13. et 2. cont. Rull. 95.

Lanuvinus. Pro Cornel.

Lanx, cis, *patina, vas cibis ferendis aptum, atque ejusdem quoque formæ appenduntur lances libræ, in quas pondera imponuntur,* πίναξ. 6. Att. 1. Lancibus et splendidissimis canistris nos soles pascere. 4. Acad. 38. Etenim necesse est, ut lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere. 5. de Fin. 91. et 5. Tuscu. 51. Virtutis amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere; terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimet.

Laodicea, æ, *urbs, quæ est in Tyria ad mare.* 12. Fam. 14.

Laodicensis. 5. 20. Civitas Laodicensis.

Laodicenus. 12. 13. Laodiceni amentiores.

Lapathus, thi, *herba nota,* λάπαθος. 2. de Fin. 25. Non igitur lapathi suavitatem acipenseri Gallonii Lælius anteponebat, sed suavitatem ipsam negligebat.

Lapidatio, onis, *lapidum jactus,* λιθοβολία. Pro Dom. 14. Inde saxis facta lapidatio est. Ver. 4. 95. et 2. de Orat. 197. Fit magna lapidatio.

Lapidator, oris, λιθοβόλος. Pro Dom. 13. Percussor, lapidator, &c.

Lapideus, a, um, λιθώδης. 2. de D. 60. Imber lapideus aut sanguineus. 2. de L. 45. Ligneum autem quodque voluerit, uno e ligno dedicato, itemque lapideum. 7. Fam. 12. Jupiter lapideus.

Lapidicina, æ, *locus, ubi lapides exciduntur,* λατομία. 1. de D. 23. et 2. 48. In Chiorum lapidicinis saxo diffisso caput extitisse Panisci.

Lapis, dis, *saxum, silex,* λίθος, πέτρα. 2. de Orat. 197. M. Æmilium lapide percussum esse constabat. Pro Dom. 13. A quibus ille se lapidibus appetitum et percussum esse dixit. 1. de Orat. 245. Lapides mehercule omnes flere coegisset. L. P. 35. Præterque

quos de lapide emptos Trib. pleb. Pro Milo. 42. Lapides jacere. Pro C. Corn. 1. Ejicerentur lapidibus homines.

SYNTAXIS. *Lapidibus aliquem appetere, percutere. De lapide emere. Lapides jacere. Lapidibus obruere.*

Lapithæ, populi. In Pison. 22. Convivium Lapitharum.

Lapsio, onis, *lapsus*, πίσωμα. 4. Tusc. 28.

Lapsus, a, um, *delapsus*. 10. A. 8. Cassius lapsis paucis post diebus consequebatur. *alias*, Cassii classis.

Lapsus, us, *prolapsio, cursus, lapsio*, πτῶσις, σφάλμα. 1. de Div. 100. Si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare profluxisset. 2. de Na. 99. Volucrum lapsus atque cantus. 1. de D. 17. Stellæ errantes certo lapsu spatioque feruntur. De Sen. 52. Vitis serpens multiplici lapsu et erratico. 2. de Orat. 339. Sunt populares multi variique lapsus. 1. Acad. 44. Continere temeritatem a lapsu. De Consolat. Castos levi quodam et facili lapsu ad deos pervolare.

ADJUNCT. *Certus, vetustus, popularis, varius, multiplex, ac erraticus, præceps, levis, facilis.*

SYNTAXIS. *Fluminis lapsus et cursus. Lapsus volucrum, stellarum. Erraticus vitis lapsus. Continere temeritatem a lapsu.*

Laqueatus, a, um, *laquearibus seu lacunaribus ornatus*, ἔμβροχος. Ver. 1. 133. et 2. de Leg. 2. Templum undique tectum, et pulcherrime laqueatum. 1. Tuscul. 85. Tecta cælata et laqueata.

Laqueus, quei, *vinculum*, παγίς, δεσμός. Ver. 4. 37. Homini jam collum in laqueum inserenti subvenisti. Pro Mil. 41. Cum illam belluam judicii laqueos declinantem, jam irretitam tenerem. 1. de Orat. 42. Stoici disputationum suarum laqueis te irretitum tenerent. 5. Tusc. 76. Laquei Stoicorum. Pro Cl. 150. Putant enim, minus multos laqueos legum ac judiciorum sibi propositos esse oportere. De Fat. 7. Ad Chrysippi laqueos revertamur. Pro Cæc. 83. Æquitatem rei verbi laqueo capi non oportet.

SYNTAXIS. *In laqueum inserere collum. Declinare laqueos judicii. Laqueo irretire. Laqueis disputationum irretitum teneri. Laquei legum ac judiciorum. Æquitatem rei capi verbi laqueo.*

Lar, laris, *focus, domus tota, penates, dii patrii, vel domestici*, ἑστία. 1. Fam. 9. Crassus pene a meis laribus in provinciam est profectus. Ver. 3. 27. Relinquere larem familiarem suum, et. X. Redire ad suum larem familiarem. Pro Qu. 85. 16. Att. 4. Alicui manus allatas esse ante suos lares familiares. De Un. 34. Dii, quos Græci δαίμονας appellant, nostri, opinor, lares: si modo hoc recte conversum videri potest. 2. de Leg. 19. Lucos in agris habento, et larium sedem. 3. de Nat. 63. Ædes larium, et malæ fortunæ.

Large, *largiter, liberaliter, prolixe, copiose*, ἀφειδῶς, ἀδαψιλῶς. Pro Mur. 10. Quod dandum est amicitiæ, large dabitur a me, &c. Pro S. R. 23. Large effuseque donare. Ver. 3. 204. et 4. 62. Large liberaliterque. 3. de Nat. 69. Munifice et large dare aliquid. Ver. 1. 150. Largissime mihi copia facta est ejus rei. Qu. de Pet. 34. Large et honorifice promittere aliquid. 2. de Nat. 121. Pastum animantibus large et copiose natura comparavit.

SYNTAXIS. *Large ac liberaliter. Large et effuse. Munifice et large. Large et copiose. Large facere copiam. Large et honorifice promittere.*

Largiendum, 3. Fam. 8. Cum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.

Largifluus, a, um, πολύῤῥυτος. 3. de Orat. 155. Largifluus imber. *Pacuvii.*

Largior, iris, *dono, largitionem facio, gratificor*, δωροῦμαι, χαρίζομαι, καταχέω. De Senect. 83. Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, valde recusem. Pro Quint. 8. Cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. 1. de Or. 68. Duo illa relinquamus, id largiamur inertiæ nostræ. 5. Fa. 12. Amorique nostro pluculum etiam quam concedit veritas, largiare. 4. ad Her. 10. Triptolemus cum omnibus semen largiretur, &c. 2. A. 43. Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum largitur. Pro Qu. R. 27. Largitus est Fannius Roscio. 1. Off. 43. Quidam eripiunt aliis, quod aliis largiantur. De Ar. 54. Utriusque horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem.

ADVERB. *Apertissime, inconsulte.*

Largitas, tis, *liberalitas*, μεγαλοδωρία. De Cl. 16. Ut augere etiam possimus largitatem tui muneris. 2. de N. 156. Terra fruges maxima largitate fundit.

Largitio, onis, *effusio, corruptela*, δώρημα, δωροδοκία. 2. Off. 52. Largitio quæ ex re familiari fit, fontem ipsum liberalitatis exhaurit. 2. cont. Rull. 10. Largitio, quæ verbis ostentari potest, revera fieri nullo pacto potest. 2. de Or. 105. Liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere. 2. Off. 55. Largitio fundum non habet. Pro Pl. 37. Quam quisque tribum turpi largitione corrumperet. 2. Off. 53. 1. Fa. 1. Philippus largitionem corruptelam dixit esse. Pro Mur. 80. Largitio perniciosa.

Administratio. Pro Mur. 41. Æquitatis largitio.

Concessio. Pro Cor. 31. Nunquam intermissa est a majoribus nostris largitio et communicatio civitatis.

ADJUNCTA. *Agraria, frumentaria, magna, medica, tolerabilis, et necessaria, popularis, salutaris, maxima, perniciosa, regia, singularis, turpis.*

Largitor, oris, *corruptor*, δοτήρ. 1. Off. 64. Existunt in republica plerunque largitores et factiosi, qui, &c. Pro Planc. 57. Cujusque

tribus largiter esset. 4. C. 10. Homo largitor, et prodigus.

Largus, a, um, *liberalis, vel potius largitor,* μεγαλοπρεπὴς, λαμπρός. 2. Off. 55. Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales: prodigi, qui, &c. liberales autem, &c.

Multus, amplus, μέγας. 3. de N. 94. Cum sol terras larga luce compleverit, &c.

Larinas, tis. Pro Cl. 21. et 49. Larinas mulier.

Larinum, *oppidum.* Pro Clu. 24.

Larissæus. 13. Fam. 25. Hagessaretus Larissæus.

Lascivia, æ, *petulantia,* ἀσέλγεια, ὕβρις. 1. de D. 24. Achivi ita ab illo profecti sunt, ut profectione læti piscium lasciviam intuerentur. 2. de Fi. 65. Hilaritas, lascivia, risus.

Lassitudo, inis, *defatigatio,* κάματος. 2. de Inv. 14. Postquam illos arctius ex lassitudine dormire sensit. 12. Fa. 25. Quanquam sumus jam defatigati, sed nulla lassitudo impedire officium debet.

Late, *ample, laxe,* εὐρὺ, εὐρυχώρως. Pro Cor. 13. Cn. Pompeii late longeque diffusa laus. Pro Sest. 97. Numerus hujus generis late varieque diffusus est. 1. de Nat. 54. Late longeque peregrinari. 1. de Leg. 34. Res late longeque diffusa. Pro Mar. 30. Vagabitur nomen tuum longe atque late. Or. 213. Fuse lateque dicere. Pro Pomp. 31. Bellum tam late divisum atque dispersum. 2. con. Rull. 69. Sullanus ager latissime continuatus. 1. Off. 92. Hoc latissime patet, ad multosque pertinet. 1. de Orat. 235. Hæc ars late patet, et ad multos pertinet. 3. Off. 70. Hoc latissime manat. *Ibid.* Decorum quam late fusum sit, apparet. Pro Cl. 173. 1. de Inv. 86. Hoc majorem quandam vim habet, et latius patet, quam hic exponitur.

Syntaxis. *Late longeque diffusa laus. Late varieque. Late longeque peregrinari. Fuse lateque dicere. Latissime continuatus ager. Res latissime patens, ad multosque pertinens.*

Latebra, æ, *recessus,* φωλεός, σκοτία, σπήλαιον. Pro Mar. 23. Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. 2. de Fin. 107. Latebram habere. Pro Sest. 9. Cum illa conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset. 3. de Leg. 35. Non fuit latebra danda populo, in qua, &c. 3. Off. 196. Videant, ne quæratur latebra perjurio. 2. de D. 46. Sed te mirificam in latebram conjecisti. Pro Rab. 22. Cum ignaviæ ratio te in fugam atque latebras impelleret. Pro Cæl. 62. Balneæ, in quibus non intelligo, quæ latebra togatis hominibus esse possit. *Ibid.* 53. Non possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. 2. de Div. 111. Adhibuit etiam latebram obscuritas. Pro Pomp. 7. Mithridates ita regnat, ut se Cappadociæ latebris occultare nolit. 3. Fa. 12. Ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam malevolentiam.

Syntaxis. *Animi latebræ et recessus. Ex latebris et ex tenebris erumpere. Conjicere se in latebram. In fugam et latebras impellere. Suspicionum latebræ. Latebram quærere, dare, habere. Adhibere latebram obscuritatis. Latebris se occultare.*

Latebrosus, a, um. Pro Sest. 126. Via latebrosa.

Latens, tis, *obscurus, involutus.* De Cl. 152. Rem latentem explicare definiendo.

Latenter, *clam,* λάθρα, λαθραίως. Top. 63. Cum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ eventus, obscura causa, quæ latenter efficitur.

Lateo, es, *latesco, delitesco, clam sum,* λανθάνω, περιφέρομαι. *Multis nostri temporis hominibus in ore est,* Me latet. Non me latet. *Quod neque Cicero, aut perfectæ illius ætatis ulli unquam dixerunt. Sed,* fugit, non fugit me. *Plinius tamen* multos latere dixit. 1. C. 15. Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore. 3. con. Rul. 12. Non parvum sub hoc verbo furtum latet. Pro S. R. 118. Ibi scelus quoque latere inter tot flagitia putatote. Orat. 237. Veritas in occulto latet. Pro Rab. 21. Aliquem inclusum atque abditum latere in occulto. 2. con. Rull. 41. Occulte latere, absconditum esse furtim, &c. 1. Qu. Fr. 1. Non latere in tenebris, neque esse abditum, sed in oculis clarissimæ provinciæ esse positum. Pro Cl. 66. Omnia, quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Or. 61. Cætera in eo latent. Pro Pomp. 31. Qui locus tam fuit abditus, ut lateret? Pro Quint. 74. Qui fraudationis causa latuerit. 12. A. 17. Quoniam sub nomine pacis bellum lateret. Pro Pl. 34. Sed eum dolorem hic tulit paulo apertius, cum nimius ille sensus in aliis fortasse latuit. 1. de Leg. 17. Tractanda jura populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt, quæ vocantur jura civilia. Pro Cæc. 38. Ut tantum facinus non in æquitate defensionis, sed in una litera latuisse videatur. Acad. Latent ista omnia magnis obscurata et circumfusa tenebris. Incer. Insidiæ, quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine.

Syntaxis. *Id mihi latet. Sub hoc verbo furtum latet. Latere inter. Latere in occulto inclusum atque abditum. Latere in tenebris. Quæ in diuturna obscuritate latuerunt. Fraudationis causa latere. Latere aliquid magnis obscuratum et circumfusum tenebris. Insidiæ latentes in simulatione officii. Rem latentem explicare definiendo.*

Later, ris, *terra cocta, et in lapidem durata,* πλίνθος. 2. de Div. 98. Num hæc in latere aut cæmento, ex quibus urbs effecta est, valere potuit?

Laterium, *Ciceronis villa.* 4. Att. 7.

Laterna, æ, *instrumentum in quo lumen latet,* λυχνοῦχος. *Ibid.* 3. Pauci in vestibulo pannosi sine laterna.

Laternarius, rii, *qui laternam præfert,*

λυχνοφόρος. L. P. 20. Piso Catilinæ laternarius.

Latesco, is, πλατύνομαι. In Arat.

Hic equus a capite et longa cervice latescit.

Latex, icis, *humor, seu liquor omnis, ut aqua, vinum, et alia,* νᾶμα. 2. de D. 63.

Nos circum latices gelidos, &c.

Latialis, *Jupiter.* Pro Mil. 86.

Latibulum, li, *latebra,* εἰλυὸς, φωλεός. Pro R. P. 42. Tum cum etiam feræ latibulis se tegunt. In Vat. 4. Repente enim te tanquam serpens e latibulis intulisti. 1. Off. 11. Animantes omnes quærunt pastum, latibula, &c. Pro Fl. 31. Defendendi facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum, sed etiam, &c. 12. Att. 14. Volo emere aliquod latibulum, perfugium doloris mei.

Syntaxis. *E latibulis se inferre. Occultorum locorum latibula. Latibulis se tegere.*

Latina, *via.* Pro Cl. 163.

Latinæ, arum, *feriæ Jovi Latiali sacræ.* Pro Plan. 23. Quibus e municipiis vix jam qui carnem Latinis petant, inveniuntur. 2. Qu. Fr. 4. Dies erant duo, qui post Latinas erant religiosi. 1. de Div. 18.

—— *Cum tumulos Albano in monte nivales Lustrasti, et læto mactasti lacte Latinas.* et Ib. *Quod ferme dirum in tempus cecidere Latinæ.*

1. Att. 2. Aviam tuam scito mortuam esse, quod verita sit, ne Latinæ in officio non manerent, et in montem Albanum hostias non adducerent.

Latine, ῥωμαϊστί. 7. A. 17. Gladiatorem appellavit, ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. 1. de Orat. 144. Pure et Latine loqui. De Opt. 4. Pure et emendate loqui, quod est Latine. 3. de Orat. 26. Oratio Catuli, quæ est pura, sic, ut Latine loqui pene solus videatur. 1. 155. Cum ea, quæ verterem Græce, Latine redderem. Ver. 4. 2. Latine loqui, non accusatorie. De Clar. 108. Is perbene Latine loqui putabatur. *Ibid.* 210. Curio Latine non pessime loquebatur. *et ibi de Latine loquendo.* 3. de Orat. 37. Ut Latine loquamur, verba efferamus ea, quæ nemo jure reprehendat. De Clar. 140. Non tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire. 5. A. 13. Num Latine scit?

Syntaxis. *Plane et Latine loqui. Græca Latine reddere. Perbene Latine loqui. Non pessime Latine loqui. Scire Latine.*

Latiniensis, se. Pro Pomp. 58. Qu. Cælius Latiniensis. De Arus. 20. Ager Latiniensis.

Latinitas, tis, *sermonis Latini ratio,* ῥωμαϊσμός. 4. ad Her. 18. Latinitas est, quæ sermonem purum conservat ab omni vitio remotum. Vitia in sermone, quo minus is Latinus sit, duo possunt esse: Solœcismus, et Barbarismus. 7. Att. 3. Cæcilius non bonus autor Latinitatis.

Latii jus. 14. 12. Multa illis Cæsar, neque me invito: etsi Latinitas erat non ferenda.

Latinus, a, um, λατῖνος. De Clar. 132. Incorrupta Latini sermonis integritas. Orat. 150. Consuetudo Latini sermonis. 1. de Fin. 10. Sed ita sentio, et sæpe disserui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse quam Græcam. De Ar. 19. Itali ac Latini. 3. Tusc. 9. Multoque melius hæc notata sunt verbis Latinis, quam Græcis. Lim.

Conversum expressumque Latina voce Menandrum.

Latio, onis, νομοθεσία. 3. Att. 26. Mihi in animo est, legum lationem expectare. Pro Mur. 5. Latio legis. Pro Dom. An si in ipsa latione tua, capta jam urbe, lapides jacti? si manus locata non est, &c.

Latitans, tis. Pro Clu. 39. Extrahitur domo latitans Oppianicus.

Latito, as, *lateo,* φωλεύω. Pro Quint. 54. Si latitare, ac diutius ludificare videatur. Pro Dom. 83. Jube adesse, latitat omnino.

Latitudo, inis, εὐρύτης, πλατύτης. 1. de Nat. 55. In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. 4. Acad. 116. Lineamentum sine ulla latitudine. 2. cont. Rul. 67. Qui latitudinem possessionum tueri non possunt. 2. de N. 159. Latitudo humerorum. 2. de Orat. 91. Oris pravitas, et latitudo verborum.

Latium, tii, *regio Italiæ, in qua Saturnus Jovis arma fugiens latuit,* λάτιον. Pro Arch. 5. Studiaque hæc et in Latio, et hic Romæ colebantur. 9. Fam. 15. Mirifice capior facetiis, maxime nostratibus, præsertim cum eas videam primum oblitas Latio, tum, cum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc vero etiam Braccatis et Transalpinis nationibus.

Latmus, *mons Cariæ.* 1. Tusc. 92.

Latona, æ, *de Latona, Diana, et Apolline.* Ver. 1. 48.

Lator, oris, νομοθέτης. 3. de Nat. 90. Feretne ulla civitas latorem istiusmodi legis? 4. C. 10. Lator legis Semproniæ. Pro Mur. 3. et 13. A. 32. Legis ambitus lator. 3. de Leg. 35. Itaque isti rationi neque lator quisquam est inventus, neque autor unquam bonus. Pro Dom. 48. Suffragii lator in ista tua proscriptione.

Latro, as, *latrare, proprium est canum, cum impetum faciunt: sed homines quoque latrare dicuntur, cum irati clamitant,* ὑλακτέω. 2. de Orat. 220. Hic frater meus a Philippo interrogatus, quid latraret? furem se videre respondit. 3. 136. Pro S. R. 56. Canes qui et latrare et mordere possunt. De Cl. 58. Latrant enim jam quidam Oratores, non loquuntur.

Latro, onis, *prædo, sicarius, grassator, excursor, qui in cæde atque ex cæde vivit, qui maleficio, et scelere pascitur,* λῃστής. 2. Off. 40. Quin etiam latronum leges esse dicun-

tur, quibus pareant. 2. A. 62. Erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. 4. 15. Excursor et latro. 2. Off. 40. Bargulus Illyricus latro, et Viriatus Lusitanus. 3. A. 29. Impurus latro.

Adjuncta. *Armatus, conisceleratus, funestus, demens, paratissimus, expeditus, fœdissimus, perditus abjectusque, fureus, fortis, importunissimus, impurus, maleficus, notus, insignis, sceleratus, atque egens, nefarius, perditus, perditissimus, sceleratissimus, teterrimus, turpissimus.*

Latrocinans, tis. 2. C. 16. Tamen latrocinantem se interfici mallet, quam exulem vivere.

Latrocinium, nii, *excursio*, ληστεία. Pro Deiot. 22. Tueri fines suos ab excursionibus hostium et latrociniis. 1. Qu. Fratr. 1. 20. Multa oppidorum furta et latrocinia esse depulsa. 2. Familiar. 9. Quapropter latrociniia tardissime omnia perferuntur.

Adjuncta. *Apertum, castrense, civile, domesticum, forense, frequens, funestum, teterrimum, impium intolerabile, intestinum, nefarium, novum, ac singulare, nocturnum, sceleratissimum.*

Latrocinor, aris, *prædor*, ληστεύω. 1. de Nat. 87. Tot millia latrocinantur morte proposita. 2. Off. 40. Qui una latrocinantur. Pro Milone 17. Impune latrocinari.

Latrunculus, li, ληστίδιον. De Pro. 15. Res in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis gesta.

Syntaxis. *Latronum ritu vivere. Tueri fines suos a latrociniis. Depellere furta et latrocinia. Impune latrocinari.*

Latumiæ, arum, *alias*, lautumiæ. Ver. 5. 68. Latumias Syracusanas omnes audistis, plerique nostis. *Ibid.* In has Lautumias, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex cæteris oppidis Siciliæ deduci imperantur. *Ibid.* 69. A multis illis in Lautumiis verus ille dux quæreretur. *Ibid.* 142. Carcer ille, quæ Lautumiæ vocantur. *Ibid.* In Lautumias statim conjiciebatur. *Ibid.* 159. Clam e Lautumiis profugisset. *Ibid.* Qui se Syracusis in Lautumiis fuisse quereretur.

Latus, a, um, *amplus, laxus*, εὐρὺς, πλατὺς, εὐρύχωρος.)(. *angustus.* Ver. 4. 119. Una via lata, perpetua, multæque transversæ Syracusis. *Ibid.* 103. Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosoque disjuncta. 5. Tusculan. 59. Fossa lata.

Portatus. 2. A. 106. At iste operta lectica latus est per oppidum. 2. Qu. Frat. 5. Cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus sum.

Pronunciatus. Pro Corn. 33. Nihil unquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico, neque pœnam, neque legem latam esse. Pro Mil. 19. Num quæ rogatio lata? num quæ nova quæstio decreta? 7. Att. 7. Illud una datum est, annorum X. imperium, et ita latum placet? Pro Milon. 17. Num igitur ulla quæstio de Africani morte lata est? certe nulla. Pro Sest. 37. Lex per vim lata. Pro C. Corn. Quæ lex paucis his annis non modo scripta, sed etiam lata esset.

Latus, eris, *situs ac regio ad dextram vel sinistram*, χώρα. 2. de Leg. 6. Fibrenus divisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. *id est, latera insulæ.* In Arat.

Huic spatio ductum simili latus extat utrumque.

De Som. 15. Terra angustata verticibus, lateribus latior. 3. Qu. Fratr. 1. Erant loca posita ambulationis uno latere, eo, quod est proximum balneariis. Ver. 5. 106. Eum vident sedere ad latus prætoris. 3. A. 32. Antonius a tergo, a fronte, a lateribus tenetur. Ver. 5. 97. A latere, a tergo magnam partem urbis relinquere.

Dextra, vel sinistra corporis pars, πλευρὸν, πλευρά. Pro Cluent. 175. Is ex equo cecidit, et latus offendit vehementer.

Ilium, vel potius pectus. 3. de Orat. 6. Crassus lateris dolore consumptus. *Ibid.* Latus ei dicenti condoluisse. 2. C. 1. Non enim jam inter latera nostra sica illa versabitur. De Senect. 27. Milo ex lateribus et lacertis suis nobilitatus est. In Vat. 13. Ut nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur. De Senect. 14. Cum legem Voconiam magna voce et bonis lateribus suasissem. De Amic. 1. Ut, quoad possem, a senis latere nunquam discederem. 3. Off. 38. Equus æneus, in cujus lateribus fores essent. 3. de Orat. 218. Inflexio laterum.

Syntaxis. *Ad Cæsaris latus sedere. Per alicujus latus alium ferire. Magna voce, et lateribus bonis orare. A lateribus teneri. Ab alicujus latere nunquam discedere. Lateris dolore consumi.*

Lavatio, onis, *balneum*, λουτρόν. 9. Fam. 5. Ante te certiorem faciam, ut lavatio parata sit. Oecon. 1. Vasa, quæ ad lavationem pertinerent, exponebantur.

Laudabilis, le, *laudandus, probatus, prædicabilis, prædicandus, gloriandus, præferendus, qui laudem habet*, αἰνετὸς, ἀξιέπαινος. 1. Off. 14. Honestum quod vere dicimus, etiam si a nullo laudetur, laudabile esse natura. De Cl. 325. Quorum orationes sunt in primis in Asiatico genere laudabiles. *Ibid.* 333. Vix singulis ætatibus bini Oratores laudabiles fuerunt. Orat. 67. Etsi est eo laudabilior poeta. Par. 1. Voluptas nec meliorem efficit, nec laudabiliorem virum. 2. Off. 49. Quorum etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata sæpe est. 3. ad Her. 7. Laudabile est, quod conficit honestam et præsentem, et consequentem commemorationem.

Laudabiliter, *recte, laudate, honeste.* 5. Tusc. 12.

Laudandus, a, um, *laudabilis*, αἰνετός. 1. de Orat. 9. Philosophia laudandarum omnium artium procreatrix. Incer. Non res laudanda, sed spes est.

Syntaxis. *Bonus et laudabilis. Honeste et laudabiliter vivere.*

Laudatio, onis, *præconium, commendatio, funebris oratio.*)(. *vituperatio, ἐγκώμιον, αἶνος.* 15. Fam. 6. Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? 1. 6. Recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miseris. Pro Cæl. 5. Itaque nunc lectissimos viros cum legatione ad hoc judicium, et cum gravissima atque ornatissima laudatione, miserunt. Pro Flac. 36. Idem laudationem, quam nos ab Atheniensibus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat. Pro Fon. 4. Ut sua religio, laudatio, autoritas aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. Pro Milon. 34. Cadaver P. Clodii spoliatum exequiis, pompa, laudatione, &c. 2. de Orat. 43. et 3. 43. et de Clar. 61. Laudatio, quæ est oratio in demonstrativo genere.

Adjunct. *Brevis, falsa, gravissima, atque ornatissima, honestissima, justa, major, præclara, publica, turpis, vera.*

Syntaxis. *Laudatio data alicui. Spoliari exequiis, et laudatione.*

Laudator, oris, *testis innocentiæ alicujus, αἰνέτης, ἐγκωμιαστής.* 6. Att. 2. Ain' tandem, Attice, laudator integritatis et elegantiæ nostræ, &c. Postqu. ad Quir. 16. Qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresque fuerunt. 7. A. 7. Ego ille pacis semper laudator, semper autor. Pro Sest. 23. Epicurei autores et laudatores voluptatis. Pro Font. 6. Quis est ex eo numero, qui vobis autor placeat? eo nos jam laudatore et teste utemur. Pro Cor. 42. Excitabo laudatores. Ver. 5. 56. et Ver. 4. 143. Decem laudatores dari solitos in judiciis.

Laudatrix, cis, *αἰνοῦσα.* 3. Tusc. 4. Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laudatus, a, um, *spectatus, probatus, laudibus abundans, εὐδόκιμος, ἐπαινετός.* Pro Mur. 16. 15. Fam. 6. Lætus sum, laudari me (inquit Hector, opinor apud Nævium) abs te, pater, laudato viro: ea est enim profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. 5. 12. Placet mihi Hector ille Nævianus, qui non tantum laudari se lætatur, sed addit etiam a laudato viro. Br. 7. Res omnium consensione laudata. 3. Fa. 8. Laudatus sua sponte, non alterius testimonio. Pro Flac. 93. Tu illo absente autore laudato, tantum te crimen probaturum putasti?

Adverb. *Amice, et magnifice, bene, breviter, modiceque, mirabiliter.*

Syntaxis. *Sua sponte laudatus, non alieno testimonio. Omnium consensione laudatus.*

Laudo, as, *commendo, laudem tribuo, laudi do, in laude pono, orno, eximia laude orno, verbis amplissimis, maximis laudibus orno, laude afficio, laudibus effero, in cœlum tollo, in cœlum laudibus effero, extollo, fero, laudes cujuspiam celebro, gloria et prædicatione effero, in aliquem omnes laudes congero, verbis effero, probo, in gloria et laude pono, famam celebro, nomen illustro, virtutem prædico, de alicujus laude prædico, αἰνέω, ἐγκωμιάζω, ὑμνέω, κλέω.* De Arusp. 45. Qui illum reum non laudarat. 1. Off. 61. Ea nescio quomodo pleniore ore laudamus. Pro Sest. 74. Pompeius approbavit et laudavit sententiam Cottæ. 2. de Orat. 35. Laudare bonos ornate, vituperare improbos aspere. *Ibid.* 304. Laudare et efferre aliquem. 3. Att. 15. Laudare legem, ut promulgata est. 1. de Nat. 58. Laudare præsentem. De Ar. 45. Reum. De Sen. 32. Seipsum. 3. Qu. Fr. 8. Funus laudavit pater scripto meo. Pro Mur. 75. Quem cum supremo ejus die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus, &c. 3. de L. 1. Tu vero illum nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris. *Ibid.* 2. Laudemus igitur prius legem ipsam veris et propriis generis sui laudibus. De Arusp. 51. Hæc ejus concio, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? certe laudat. Pro S. R. 33. Hunc pro dignitate laudare nemo satis commode potest. Orat. 24. Nunc tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari. Incer. Est causa difficilis laudare puerum.

Adduco, exhibeo, παράγω, προφέρω. 3. de Orat. 65. Tamen autores certissimos laudare possum, et socerum meum Scævolam, et Qu. Metellum, &c. De Cl. 44. Te rerum Romanarum autorem laudare possum religiosissimum.

Adverb. *Aperte, commode, copiose, copiosissime, diligentissime, egregie, facilius, graviter, honorificentissime, merito, ornatius, plane, mirifice, nimis, nominatim, privatim, publice, recte, valde, vehementer, vere, verissime, unice.*

Laudor, aris. 1. Qu. Fr. 1. 29. Non patiar te cum exceptione laudari. De Senect. 2. Philosophia nunquam satis digne laudari posset. 12. Att. 22. Laudantur exquisitissimis verbis legiones. 2. 19. Bibulus in cœlo est, nec quare scio, sed ita laudatur, quasi *Unus homo nobis cunctando restituit rem.* 3. de Nat. 87. Virtutem nemo unquam Deo acceptam retulit nimium recte: propter virtutem enim jure laudamur, et in virtute gloriamur. 2. cont. Rull. 6. Ut in omnibus meis factis atque consiliis vestrum de me factum consiliumque laudetur.

Adverb. *Admirabiliter, digne satis, magnifice, magnopere, publice, proprie, rite, similiter, valde.*

Syntaxis. *Ore pleno laudare. Approbo et laudo. Ornate laudare. Laudare et efferre. Ornat, an potius deformat? certe laudat. Pro dignitate laudare. Cum exceptione laudare. Satis digne non laudare. Exquisitissimis laudare verbis. Propter virtutem laudamur, et in virtute gloriamur.*

Lavernium, *locus.* 7. Att. 8. Ad Lavernium me consecutus est. De Fat. Cum esset apud se ad Lavernium Scipio.

Lavo, as, *βάπτω, λούομαι, νίπτω.* 2. de

Orat. 246. Illud egregium Sextii ex tempore: Manus lava, inquit, et cœna.

Lavor, *eluor*. Pro S. R. 66. Si quâ ex sanguine paterno macula concepta est, lavi non potest. *aliter*, elui.

Laurea, *corona laurea*, δάφνη, στέφανος δάφνινος. 15. Fam. 6. Quem ego currum, aut quam lauream cum laudatione tua conferrem? De Prov. 35. In Capitolium invehi cum insigni illa laurea. *Ibid.* 29. An laurea illa magnis periculis parta amittet longo intervallo viriditatem? I. P. 58. Quid confecto formidolosissimo bello coronam illam lauream decerni volebas a Senatu? 1. Off. 77.

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. I. P. 74.

Cedant arma togæ, concedat laurea laudi.

Laureatus, a, um. 1. de D. 59. C. Marius cum fascibus laureatis. 8. Att. 10. Lictores laureati. Pro Mur. 88. Qui imaginem parentis sui laureatam in sua gratulatione conspexit.

Laureola, æ, στεφανίσκος. 5. Att. 20. Laureolam in mustaceo quærere. 2. Fam. 10. Velles enim, ais, tantummodo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis.

Laurus, *arbor, hic autem lauream significat*, δάφνη. 2. Fam. 16. Sed incurrit hæc nostra laurus in voculas malevolorum.

Syntaxis. *Corona laurea. Laurea insignis. Invehi cum laurea in Capitolium. Laurea magnis periculis parta. Coronam lauream alicui decernere. Fasces laureati, lictores laureati, imago laureata. Laureolam in mustaceo quærere. Tantum habere negotii, quantum sit ad laureolam satis.*

Laus, dis, *præconium, commendatio, gloria, splendor, decus*, ἔπαινος, ὕμνος, αἶνος. 1. de Orat. 118. Fingendus est nobis detractis omnibus vitiis Orator, atque omni laude cumulatus. De Cl. 50. Brevitas in universa eloquentia laudem non habet. *Ibid.* Brevitas laus est in aliqua parte dicendi. *Ibid.* 110. Quorum neuter summi Oratoris habuit laudem. Ver. 3. 212. Neque ego hoc in tua laude pono. 3. de Orat. 183. Recte hoc in orationis laude ponetur. De Cl. 140. Latine loqui est in magna laude ponendum. Pro Mur. 21. Quam pari atque eadem in laude pono. Pro Flac. 28. In re domestica continentiæ laus quærenda est, in publica dignitatis. Pro Arch. 26. Trahimur omnes laudis studio, et optimus quisque maxime gloria ducitur. 2. Off. 47. Ex qua ætate qui exercentur, laude affici solent. Pro Pl. 89. Tu id in me reprehendis, quod Qu. Metello laudi datum est, hodieque et semper erit maximæ gloriæ. 1. Tusc. 4. Si Fabio laudi datum esset, quod pingeret, &c. Ad Brut. 15. Quanquam ei ego verborum laudem tribui, eamque modicam. 1. de Orat. 106. et pro Quin. 19. Tribuere magnam laudem eloquentiæ cuipiam. 5. Fam. 2. Ego dolori tuo non solum ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. Pro Sest. 139. Neque eos in laude positos videmus, qui, &c. Pro Arch. 19. Populi Romani laus est, urbem illam esse servatam, &c. 2. Fam. 18. Qui si dignum se majoribus suis præbuerit, ut spero et opto, tua laus ex aliqua parte fuerit. 23. Att. 37. Laudes, quas ab eo de nobis haberi audio. 9. Fam. 14. Efferre aliquem summis laudibus ad cœlum. 2. 15. Ornare res alicujus divinis laudibus. 15. 6. Vixisse in laude. 2. de Orat. 342. Vera laus uni virtuti debetur. De Opt. 6. Quod omnes laudes habet, id est optimum. 1. de Orat. 13. Ii, quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est. 1. Off. 71. Quibus autem nulla talis sit causa, his non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto. Pro Mur. 12. Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. Pro Mur. 16. Avus tuus nulla illustri laude celebratus fuit. 1. Off. 78. Vir bellicis laudibus abundans Cn. Pompeius. 1. de Orat. 20. Vir omni laude cumulatus. Brut. 7. Res quæ ne laude quidem satis idonea affici possit. Act. 1. Ver. 51. Esse in laude et in gratia cum aliquo. Pro Arch. 15. Ista doctrina, quam tu laudibus effers, &c. 2. Att. 25. Is laudes nostras in astra sustulit. 1. de Nat. 7. Hoc magni interest ad decus et laudem civitatis. Ver. 2. 192. Avaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? Pro C. Corn. 1. Q. Metelli adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.

Adjunct. *Aliena, admirabilis, minus nota, minusque pervulgata, popularis, illustrisque, æqua, æterna, inanis, amplior, regia, amplissima, minima, bellica, jucunda, non mediocris, perfecta, præcipua, singularis, verissima, amplissima summaque, antiquior, perennis, assidua, imperatoria, quotidiana, certa, divina, sempiterna, communis, consimilis, divina, atque immortalis, domestica, egregia, exigua, eximia, forensis, illustris, magna, et grata, militaris, nova, par, atque eadem, gratissima, propria, una, et prope maxima, magna, et admirabilis, honesta, magna, et prope senescens, satis idonea, immortalis, modica, infinita, jucundissima et ingenua, vetus, magna, et digna, oratoria, major, maxima, maxima et singularis, par, solida, veraque, præclara atque divina, summa, tenuis, obscura, vera.*)(. *falsa, vera, propriaque, verissima, et justissima.*

Syntaxis. *Omni laude cumulatus. Laudem habens*, id est *laudabilis. In laude ponere aliquid. Laudibus affici. Hoc illi datur laudi. Alicui tribuere verborum laudem. In laudibus aliquem ponere. Si hoc accidit, tua fuerit laus. Habere laudes de aliquo*, id est *laudare. Laudibus efferre, ornare. In laude vivere. In te omnia laus occupavit. In laude et in gratia esse cum aliquo. Tollere laudibus in astra. Hoc magni interest ad decus et laudem civitatis. Alicujus vita ad summam laudem omnibus rebus ornata. Laudibus bellicis abundare.*

Laudibus celebrare aliquem, et laudes alicujus celebrare. Laudibus aliquem florere, et laudes alicujus florere. Laudibus cumulari, illustrari, efferri, ferri in cœlum. Laudibus obscuritatem afferre, de laudibus delibare. A laude abesse. Aliquid laudi esse. Laudi alicujus favere, suffragari, servire, subvenire. In laude esse, hoc est laudari. *Laudem quærere, petere, adsciscere, venari, libare, haurire, parare, comparare, colligere, adipisci, capere, excipere, consequi, assequi, referre. Laudem nasci ex re aliqua. Ad laudem incumbere. Laudem concedere alicui, impertiri, tribuere. Laudem præripere, imminuere, obterere.*

Lautius, adverb. *eleganter*, λαμπρῶς, τρυφερῶς. 2. de L. 3. Hanc vides villam lautius ædificatam. Item 1. Tusc. 2.

Lautitia, æ, *munditia, elegantia*, μεγαλοπρέπεια. 9. Fam. 16. Fama ad te de mea nova lautitia veniet. *Ibid.* 20. Lautitia, munditia, elegantia.

Lautumiæ. *Vide*, Latumiæ.

Lautus, a, um, *elegans, splendidus, dives, delicatus, mollis*, μεγαλοπρεπὴς, λαμπρὸς, τρυφερός. 9. Fam. 16. Cœna magnifica et lauta. 7. 14. Valde jam lautus es. I. P. 67. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum, ne magnopere quidem quidquam præter libidines sumptuosum. 1. de Orat. 165. In Oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem non videram. 13. Att. 50. Libertis minus lautis servisque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti, &c. 2. de Off. 52. Sed illa ratio lautior ac splendidior, &c. Pro Flacc. 70. Unis vestimentis tamdiu lautus es. Hortens. Lautus victus et elegans.

Amplus, μέγας. Pro Flacc. 90. Patrimonium satis lautum dissipare. Pro R. P. 38. Lautum et copiosum patrimonium.

Comis, benignus, urbanus, φιλάνθρωπος. Ver. 1. 17. Homo lautus et urbanus.

Lavatus, lotus, mundatus. Pro Deiot. 20. Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? *Lege*, Lavo.

Syntaxis. *Lauta cœna, convivæ, supellex, ratio, patrimonium. Lautum ac splendidum, lautum et copiosum patrimonium. Lautus et urbanus homo. Velle aliquem lautum.*

Laxamentum, ti, *remissio, relaxatio*, ἄφεσις, ἀνάπαυσις. Pro Cl. 89. Non modo causæ, sed ne legi quidem quidquam per trib. pleb. laxamenti datum est. 12. Fam. 16. Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum, &c. Pro Cluent. 89.

Laxatus, a, um. 1. Tusc. 44. Cum laxati curis sumus. De Somn. 7. Animi corpore laxati illum incolunt locum. De Sen. 7. Qui se a libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent.

Laxe, *ample*, εὐρυχώρως. Pro Do. 115. Iste habitare laxe et magnifice voluit.

Paulatim, κατὰ μικρόν. 13. At. Laxius proferre diem.

Laxitas, tis, *amplitudo*, εὐρύτης, χωρότης. 1. Off. 139. In domo clari hominis, &c. adhibenda est cura laxitatis. Pro Dom. 116. Ut facile omnium domos laxitate superaret.

Laxo, as, *solvo*, λύω. 4. Att. 16. Ut forum laxaremus, et usque ad atrium libertatis explicaremus.

Dilato, εὐρύνομαι. 1. Or. 254. Quanto facilius non modo laxare modos, sed totos mutare possumus.

Demulceo, καταπραΰνω. De Cla. 322. Laxare judicum animos, et a severitate paulisper ad hilaritatem risumque traducere.

Recreo, avoco, removeo, libero, ἀναπαύω. 3. de Orat. 228. Aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros curamque laxemus. 5. Fam. 14. Rogando, ut istis te molestiis laxes.

Laxor, aris, *remittor, dissolvor*. 6. Att. 1. Tantum abest, ut ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid velim, ut &c.

Laxus, a, um, εὐρύς.)(. *adductus*. De Ami. 45. Commodissimum est, quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas.

Longus, μακρός. 6. Att. 1. Ego diem statuo satis laxam. *id est, tempus satis longum.*

Syntaxis. *Habitare laxe et magnifice. Ædium laxitas. Laxare forum, modos orationis, judicum animos, curam. Se laxare molestiis.*

LE

Lebadia, *urbs*. 1. de Div. 74.

Lectissime, ἐξαιρέτως. Or. 227. Sententiis verbisque lectissime dicere.

Lectica, æ, *lecticula*, φορεῖον. Ver. 5. 27. Verres lectica octophoro ferebatur. 2. de Div. 77. 2. Q. Fr. 5. et 6. Att. 1. Lectica operta iter facere. 2. A. 106. At iste operta lectica latus est per oppidum. *Ibid.* 58. Aperta lectica mima portabatur. *Ibid.* 82. Caput in adversam lecticam inferens petebat, &c.

Lecticarius, rii, *qui lecticam fert*, κλινοφόρος. 14. Fam. 12. Coactus sum eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis eum in urbem referre. Pro S. R. 134.

Lecticula, æ, σκιμπόδιον. 1. de Div. 55. 7. Fam. 1.

Lectio, onis, *legendi actus*, ἀνάγνωσις. 1. Att. 23. Quotus enim quisque est, qui epistolam paulo graviorem ferre possit, nisi eam per lectionem, *alii* pellectione, relevarit? 4. Acad. 4. Lucullus delectabatur mirifice lectione librorum, de quibus audiebat. 2. Tusc. 7. Lectionem sine ulla delectatione negligo. 5. Fam. 20. Rationes confectæ, ad quas nihil adhibui præter lectionem.

Electio, αἵρεσις. 5. A. 15. Ut hos judices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus. *aliter* Electione.

Lectito, as, ἐπαναγινώσκω. De Clar. 121.

Lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur.

Lectiuncula, æ. 7. Fam. 1.

Lector, oris, *anagnostes, recitator, autor,* ἀναγνώστης. 5. 12. Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietas, et fortunæ vicissitudines. 2. de Orat. 223. Brutos duos lectores excitavit, et alteri Crassi orationem legendam dedit, alteri de Lege Servilia.

Lectulus, li, κλίνη. 12. Att. 14. Qui a ducenda uxore sic abhorret, ut quidquam libero lectulo neget esse jucundius. 1. C. 9. Qui me in meo lectulo interficerent. *Ibid.* Pomponius surrexit e lectulo. 2. de Finib. 97. Philosophi in suis lectulis plerunque moriuntur. Lectuli Punicani. *Lege,* Punicanus. 4. in Cat. 17.

Lectus, cti, *lectulus, cubile,* κοίτη. 2. de Orat. 12. Cum etiam tum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpitius sederet. 9. Fam. 23. Is dixit mihi, te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. Pro Cluent. 14. Lectus ille genialis, quem filiæ nubenti straverat. 4. C. 2. Lectus ad quietem datus. 2. de Div. 129. Deos immortales concursare omnium mortalium non modo lectos, verum etiam grabatos. *Ibid.* 134. Quidam somniavit, ovum pendere e fascia lecti sui cubularis. 2. A. 67. Lectus stratus conchyliato peristromate. Ver. 3. 105. In medio foro lectos sternere. 4. 60. Lecti ærati. Ver. 2. 183. De lectis tricliniorum. Pro Cæl. 67. Alia subselliorum ratio, alia lectorum. 2. de L. 60. Ut uni plures lecti sternerentur. 5. Att. 16. Scito, nos præter quatuor lectos et tectum nihil accipere. 5. Tusc. 61. Collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo.

Adjunct. *Aureus, genialis, cubicularis.*

Syntaxis. *In lecto esse. Genialis lectus. Lectus cubicularis. Sternere alicui lectum genialem. Lectus ad quietem datus. Lectus stratus conchyliato peristromate. In medio foro lectos sternere. Collocare aliquem in lecto.*

Lectus, a, um. 3. de Orat. 148. Lectis et illustribus verbis utendum. 1. de Inv. 52. Tu uxorem lectissimam habere vis. *Ibid.* Ut neque vir melior, neque fœmina lectior in terris sit. Div. 29. Frater tuus lectissimus et ornatissimus adolescens. Pro S. R. 120. Parvuli ex tot elegantissimis familiis lecti. Ver. 4. 107. Lectissimi flores. Lim.

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti
Conversum expressumque Latini voce Menandrum, &c.

Lecythus, thi, *ampulla, arcula, pyxis pigmentorum, qua utuntur pictores ad coloranda, quæ volunt,* λήκυθος. *Translatum vero a propria significatione, orationis splendorem, et ornatum, et quasi colorem quendam significat.* 1. Att. 14. Quid multa? totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, (nosti illas ληκύθους) valde graviter pertexuit.

Legata, æ, fœm. *a legatus,* πρέσβις. 14. Att. 21. Huc Cerelia missa ab istis ad me est legata.

Legataria, *provincia, quæ alicui legata est.* 15. Att. 6.

Legatio, onis, *Legati munus, et legati ipsi. Legatio libera, quæ honoris causa, et titulo tenus alicui deferebatur, qui alioqui negotia sua haberet in provincia. Legatio votiva, quæ voti prætextu suscipiebatur: erat tamen et ipsa libera,* πρεσβεία, κηρύκεια. De Arusp. 34. Jus legationis cum hominum præsidio munitum, tum etiam divino jure est vallatum. 5. A. 26. Legatio ultro missa, timoris signum est. 9. A. 1. Renunciare legationem. 12. Fam. 21. Negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera. 15. Att. 15. Habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia. 2. 18. et 1. 9. Legatio libera causa voti. 1. A. 6. Cum haberem jus legationis liberum. 2. Qu. Fr. 8. Illud autem, quod cupit Clodius, est legatio aliqua, si minus per Senatum, per populum libera. 1. cont. Rull. 8. Hæreditatum obeundarum causa, quibus vos legationem dedistis. Pro Fla. 45. Qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit a suis civibus, sed usque Tmolo petivit. Orat. 111. Oratio Demosthenis contra Æschinem falsæ legationis. De Opt. 21. Æschines legationem ementitus est. 4. Acad. Obire legationem.

Adjunct. *Aliena, bellica, clarissima, falsa, gravis, gravissima, incommoda, honesta, inexplicabilis, cum tristis, tum difficilis, impura, præclara, judiciaria, libera, munitior, nobilis, votiva, nova, debilitata, pacificatoria, plena desiderii, publica, sancta, tabellaria, turpissima, vetus, consularis, tribunitia, grata atque jucunda, universa.*

Syntaxis. *Legatio missa ultro. Legationem alicui dare. Renunciare legationem. Legari in aliquem locum legatione libera. Habere jus legationis liberum. Legatio libera causa voti. Legationem habere, accipere, petere, ementiri, obire.*

Legatum, ti. 7. Att. 3. Hortensi legata.

Legatus, ti, *orator, qui defert mandata alterius,* πρέσβυς, κῆρυξ. 1. de Or. 115. Cum Athenienses ad Senatum legatos de suis rebus maximis mitterent, &c. Pro Sest. 131. Viæ multitudine legatorum undique missorum celebrabantur. In Vat. 35. Legati nuncii pacis et belli, curatores, interpretes bellici consilii, autores, ministri muneris provincialis. *Ibid.* Legati ex Senatus autoritate legebantur. De Ar. 34. Theodosius legatus ad Senatum a civitate libera missus. 5. A. 25. Quamvis severa legatis mandata dederimus. 3. de L. 18. Quid turpius, quam legati sine mandatis, sine ullo Reipub. munere? Pro Pomp. 35. Cretenses ad Pompeium legatos deprecatoresque miserunt. De Cl. 312. Molo legatus ad Senatum de Rhodiorum præmiis venerat. 8 A 23 Legati Senatus fa-

ciem secum afferunt, autoritatemque Reipub. *Ibid.* Cum ad Antiochum legatus missus esset, &c. Pro Fl. 61. Aspiciant hunc florem legatorum laudatorumque Flacci. 1. Fam. 1. Hammonius regis legatus. 3. de Leg. 9. Rei suæ ergo ne quis legatus esto. 1. Fam. 1. Crassus tres legatos decernit. Pro S. R. 26. et 109. Capito qui in decem legatis erat. 12. Fam. 24. Quos Senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi legatorum nuncio paruisset. De Som. 3. Cum obieris legatus Ægyptum et Syriam. Pro Mur. 20. Muræna legatus L. Lucullo imperatori fuit, qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit. Pro Sest. 33. Legare sibi aliquem legatum. Pro Clu. 99. Qui M. Æmilio, clarissimo viro, legati et præfecti et tribuni militares fuerunt. 8. Att. 23. Omnes aut cum imperio sunt, aut legati sunt eorum. 3. A. 26. C. Calvisius duos legatos Uticæ reliquerat. L. P. 86. Cum hyberna legato præfectoque tradidisses, evertisti miseras civitates. 15. Fa. 4. Quinque cohortes sine legato, sine tribuno militum, denique etiam sine centurione ullo apud Philomalum consederunt. Ver. 1. 56. Legatus quæstorius. 10. Att. 3. Qui essent ad Coss. de pace legati. Fragm. ep. Cum legati responsa retulerint, &c.

Ex legato commendatus. Top. 53. Cui sit omne argentum legatum. *Ibid.* Si pecunia signata argentum est, legata est mulieri.

Adjunct. *Consularis, dignus, temperatissimus, improbissimus, quæstorius, regius.*

Syntaxis. *Legatos mittere de re aliqua. Legatos ex Senatus auctoritate legare. Dare mandata legatis. Legatos deprecatoresque ad aliquem mittere. Legatum venire ad aliquem de re aliqua. Legatos decernere. Legatorum nuncio parere. Legatum esse alicui, vel alicujus,* Luogotenente. *Legare sibi aliquem legatum. Legatus quæstorius.*

Legendus, a, um. 2. cont. Rull. 14. Hoc animo ad legendam legem, cognoscendamque veni, ut, &c. De Orat. 223. Orationem alicui legendam dare. Orat. 165. Verba legenda sunt potissimum benesonantia. 1. de Orat. 154.

Legens, tis. De Sene. 21. Nec sepulchra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam.

Legio, onis, *aciei Romanæ nomen,* λεγεών. 8. Att. 17. Ex quibus duabus legionibus non amplius quam xiii. cohortes contrahere potui. 2. Fam. 32. Vigesimaoctava legio. 16. Att. 8. Legionem suis signis ducere. Pro Flac. 77. Cur, cum tribunus militum Flaccus esset, in illius legione miles fuisti? Pro Clu. 148. 1. A. 20. et 16. Att. 8. Legio Alaudarum. 3. A. 6. Legio Martia. Par. 6. Ergo hoc proposito nunquam eris dives, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones, et magna equitum et peditum auxilia possis. *Notare hoc loco libet, legionem constare solitam ex II. millibus militum, et CXLII. Sæpe tamen pedites habet 6100. equites 726. Quin et major quoque interdum reperitur. Legio Romana constabat ex triariis, principibus, hastatis, et velitibus. Hi ordines, exceptis velitibus, singuli dividebantur in decem centurias. In triariis erat primum pilum, secundum pilum, item cæteri usque ad decimum. In principibus primus princeps, secundus, et cæteri. In hastatis primus hastatus, secundus, et alii eodem modo, quæ nomina etiam cum centurionibus communicabantur.* Pro Pomp. 30. Per Galliam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est. Frag. ep. Cum legionibus victricibus, erunt, quæ spopondimus persolvenda.

Adjunct. *Acris, pugnax, armata, conjunctissima, firma, frequens, luculentissima, alacris, aliena, firmissima, avida, bona, paratissima, par, cœlestis, et divina, certa, honesta, fortissima, exilis, hyberna, idonea, inimicissima, invicta, nova* .)(. *vetus, robustissima, veterana, universa.*

Legionarius, a, um, ταγματικός. 10. Fam. 32. Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi.

Legislator, oris, *lator legis, legis scriptor, qui legem populis dat, qui leges fert, qui jura civibus præscribit,* νομοθέτης. *Lege,* Lator.

Legitime, *juste, vere,* νομίμως. Pro Cæc. 57. Qui legitime procurator dicitur. 1. Off. 13. Juste et legitime imperare. Pro Dom. 77. In illa adoptione legitime factum est nihil. Incer. Juste ac legitime vivere.

Legitimus, a, um, *justus, verus,* νόμιμος.)(. *extraordinarius, nullum habens jus.* 3. Off. 108. Cum justo et legitimo hoste res gerebatur. 11. A. 25. Expedito nobis homine opus est, qui imperium legitimum habeat. 1. A. 26. Cedo illa legitima, quæ Consules populum jure rogaverunt. 1. Off. 64. Nec vinci se ullo publico ac legitimo jure patiuntur. Pro Domo 35. Jure Quiritum legitimo tutelarum et hæreditatum relicto. 2. de Inv. 125. Si legitimum scriptum proferetur, id est, lex ipsa, aut ex lege aliquid. *Ibid.* 68. Jam jura legitima ex legibus cognoscere oportebit. Pro Cæc. 47. De jure et legitimis hominum controversiis loquimur. Orat. 120. Legitimæ et civiles controversiæ. Pro Ar. 32. Legitima quæstio. De Opt. 19. In theatro, qui locus non est concionis legitimæ. De Cl. 82. Illa Oratorum propria, et quasi legitima opera. De Fat. 2. Prima illa, quæ quotidiana, et quasi legitima nobis de pace dicta sunt. Pro Mil. 27. Iter solemne, legitimum, necessarium eo die Miloni erat Lanuvium. Ver. 2. 129. Dies is erat legitimus comitiis habendis. 6. Fam. 6. In literis meis ad Cæsarem legitima quædam est accessio commendationis tuæ. Ver. 5. 56. In judiciis qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei, nullum dare, quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere.

Syntaxis. *Justus et legitimus hostis. Illa*

dico legitima, quæ, &c. *Jus scriptum, controversia, quæstio, concio legitima. Proprium et legitimum opus. Iter solenne et legitimum. Dies comitiis habendis legitimus. Legitimum explere numerum.*

Lego, as, *aliquem legatum, vel oratorem mitto, aut delego, vel decerno*, πέμπω, στέλλω. Ver. 3. 114. Centuripini Andronem legarunt ad Apronium. Pro Sest. 33. Isti, quos legatos tute tibi legasti. 15. Att. 11. Dolabella me sibi legavit. 6. Fam. 6. Cæsar Cassium sibi legavit. 4. Att. 14. Messius defendebatur a nobis, sed de legatione revocatus: nam eum Cæsari legarat Appius.

Testamento, vel codicillis aliquid, vel alicui relinquo, διατίθημι. Topic. 14. Pro Clu. 33. Legare aliquid alicui a filio, vel a secundo hærede. Pro Cæc. 11. Usumfructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legat. 13. Att. 44. Cluvium autem a Tito Hordeonio legare, et Terentiæ H-S. LIII. utilia, et sepulchro multisque, nihil a nobis.

Legor, aris, *mittor*. 4. 2. Ego me a Pompeio legari ita sum passus, ut, &c. 10. 1. Me legatum iri non arbitror. Pro Pomp. 57. Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. 3. Fam. 8. Nec eram tam desipiens, ut privatæ rei causa legari putarem, qui, &c.

Lego, gis, *recito, cognosco, volvo, evolvo, verso, voluto, pervoluto, versor*, ἀναγινώσκω. Ver. 5. 111. Quam orationem nemo est in Sicilia quin habeat, quin legat. 7. Fam. 1. Dummodo is tibi quidvis potius, quam orationes meas legerit. 1. de Or. 47. Plato, cujus tum Athenis diligentius legi cum Carneade Gorgiam. *Ibid.* 154. Eam rem, quam legas, verbis aliis quam maxime fieri possit, lectis pronunciare. 12. Att. 4. Non assequor, ut scribam, quod æquo animo legas. De Cl. 191. Antimachus poeta convocatis auditoribus legebat eis magnum illud volumen, &c. Top. 2. Eos libros per te ipse legas. Pro C. Corn. 1. Legere codicem cum intercedatur, &c.

Seligo, creo, αἱρέω, ἀποδείκνυμι. 4. de Finib. 40. Introduci virtus nullo modo potest, nisi omnia, quæ leget, quæque rejiciet, unam referantur ad summam. Pro Cæl. 36. Hinc licet conditiones quotidie legas &c. 5. A. 15. Ut hos judices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur Reipub. dedecus. Pro Mil. 21. Ex quibus cum optimos viros legeret, non potuit legere non studiosos mei. 13. Fam. 5. et pro Dom. 82. Legere aliquem in Senatum. Pro Clu. 126. Ut scribam jurati legerent eum.

Colligo, συλλέγω, δρέπω. 3. de Orat. 265. Nudum nuces legere. 2. de Leg. 60. Homini mortuo ne ossa legito.

Adverb. *Attente, diligenter, diligentius, diligentissime, libentius, libentissime, optime, plane, perlibenter, recte, studiose.*

Legor, eris. 6. Fam. 5. Liber tuus et lectus est, et legitur a me diligenter. *Ibid.* 18. Cum qui aruspicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur.

Leguleius, leii, *qui album tantum et formulas quasdam fori tenet, præco actionum et cantor formularum*, δικαιολόγος. 1. de Orat. 236. Leguleius quidam cautus et acutus, præco actionum, cantor formularum.

Legumen, inis, *quod legitur e terra, ut pisa, cicera, faba*, φακή. 2. de N. 156. Terra fœta frugibus et vario leguminum genere.

Λεληθότως. Fam. 9. ep. 2. et Att. 6. 5. *Lege*, Obscure.

Λήμματα. 2. de Div. 53. *Lege*, Sumptio.

Lemniscatus, a, um, *insignitus, nobilis*. Pro S. R. 99. Palma lemniscata.

Lemnius, a, um. 2. de Fin. 94. Saxum Lemnium

Lemnus, *insula*. 4. ad Heren. 69. 5. Att. 20. 1. de Nat. 120. et de Fat. 36.

Lena, æ, *conciliatrix*, μαστρωπός. 1. de N. 78. Non vides, quam blanda conciliatrix, et quasi sui sit lena natura?

Leniendus, a, um. 2. de D. 2. Liber de ægritudine lenienda.

Lenio, is, *placo, mitigo, flecto*, καταπραΰνω. Pro Mar. 32. Qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. 6. A. 2. Sæpe etiam lenivi iratum. 2. A. 116. Cæsar muneribus multitudinem imperitam lenierat. 12. Att. 17. Me scriptio et literæ non leniunt, sed obturbant. 1. de Natur. 23. Incommoda sapientes commodorum compensatione leniunt. 1. de Fin. 47. Quia pacem animis afferat, et eos quasi concordia quadam placet ac leniat.

Sublevo, ἀναπαύω. 3. Qu. Frat. 5. Quorum tamen nihil est ejusmodi, ut ego me multa consolatione leniam. Pro Mur. 65.

Penso, ἀμείβω, ἀλλάττω. 15. Fam. 21. Omne desiderium literis mittendis accipiendisque leniam. 1. A. 36. Populus Romanus desiderium liberatoris sui perpetuo plausu et clamore lenivit.

Lenior, iris, *pensor*. 5. Fam. 3. Hominis importunissimi contumeliæ tuis erga me officiis leniuntur. *Ibid.* 13. Earum rerum commemoratione lenimur.

Minuor. 1. Qu. Fr. 1. 23. Perfice, ut lætitia provinciæ desiderium nostrum leniatur.

Syntaxis. *Me literæ non leniunt, sed obturbant. Lenire consolatione aliquem. Lenire ægritudinem. Lenire odium bonitate, muneribus multitudinem, incommoda commodorum compensatione. Placare et lenire animos. Lenire desiderium alicujus literis mittendis accipiendisque. Contumelias alicujus leniri officiis amicorum.*

Lenis, ne, *facilis, mitis, indulgens, clemens*, πρᾶος, εὐμενής. X. *acer, fortis, severus, asper*. 5. Fam. 2. Sin aliquid impertivit tibi sui consilii, lenis a te et facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. Pro S. R. 154. Romani quondam in hostes lenissimi et mitissimi. Ad Brut. 7. Lenis in aliquem. 5. Fam. 15. Lenissimis verbis utens, re graviter accusans. 7. Att. 7. Auster lenissimus et mitis. 2. de Orat. 54.

Tractu orationis leni et æquabili. *aliter*, levi. 2. de Nat. 146. Vox lenis.)(.*Vox aspera*. 2. de Orat. 183. Oratio placida, summissa, lenis.

Syntaxis. *Lenis et facilis. Lenis et mitis auster. Lenis et æquabilis orationis tractus. Vox lenis. Lenis in aliquem. Lenissimis verbis uti.*

Lenitas, tis, *lenitudo, quasi quædam mollitia*, πραότης.)(.*severitas*. 2. C. 6. Non est jam lenitati locus, severitatem res ipsa flagitat. Par. 78. Lenitas est justitia in moderatione animadvertendi. *Ibid*. 81. Lenitatem mollitia animi imitatur. 4. Att. 11. Nunc lenitate dulces sumus. 1. de Orat. 53. Mentes ad lenitatem, misericordiamque revocare. Pro Sull. 18. Qua mollitia sum animi ac lenitate. 13. Fam. 1. Dare se ad lenitatem. Pro R. 10. Libertas lenitate legum munita. Pro Mur. 41. Qua in sorte sapiens prætor benevolentiam adjungit lenitate audiendi. 1. de Orat. 255. Neque minus hæc tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis et contentio probatur. 2. 64. Genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens. Orat. 53. Lenitas et æquabilitas orationis, et purum quoddam et candidum genus dicendi. 2. de Orat. 182. Lenitas vocis.

Adjuncta. *Æquabilis, amatoria, comica, grata, nova, perpetua, pristina, soluta, summa.*

Syntaxis. *Lenitate dulcis homo. Ad lenitatem et misericordiam revocare judices. Animi mollitia et lenitas. Dare se ad lenitatem. Oratio profluens cum æquabili lenitate. Gravissimi sermonis lenitas. Lenitas et æquabilitas orationis. Lenitas vocis.*

Leniter, *molliter, suaviter, quodammodo molli brachio*, πρᾴως.)(.*aspere*. De Somn. 4. Hic leniter arridens Scipio: Quæso, inquit, &c. Pro Cœl. 25. Oratio sensim ac leniter accendit animos. 3. de Orat. 102. Agere versum leniter et remisse. 1. Off. 133. Presse et leniter loqui. De Cl. 164. Leniter dicere.)(.*Aspere dicere*. 1. de Orat. 255. Tu qui multo dicis remissius et lenius, quam solebas. 5. Fam. 2. Sedens iis assensi, qui mihi lenissime sentire videbantur.

Lenitudo, inis, *lenitas*. Ver. 4. 136. Verebar, ne illorum nimia lenitudine oppugnarer. 5. Tusc. 46. Lenitudo orationis, mollitudo corporis. 1. Qu. Fr. 1. 31. Nam illud non solum est gravitatis, sed interdum etiam lenitudinis. *alii legunt*, lentitudinis.

Syntaxis. *Leniter sentire, arridere. Sensim ac leniter accendere animos. Remisse et leniter dicere.*

Leno, onis, *minister libidinis, minister improbissimæ cupiditatis*, μαστρωπός. Postq. in Sen. 11. Leno impurissimus. Pro Q. R. 20. Ballio ille improbissimus et perjurissimus leno.

Adjunct. *Improbissimus, et perjurissimus, impurissimus, turpissimus.*

Lenocinans, tis. Acad. Nullo prorsus commodo extrinsecus posito, et quasi lenocinante mercede.

Lenocinium, nii, μαστρωπεία. Pro Mur. 74. Utrum lenocinium, inquit, a grege delicatæ juventutis petebas? an, &c. Postq. in Sen. 10. Qui egestatem domestico lenocinio sustentavit. 2. de Nat. 146. Perspicuum est enim, quo corporum lenocinia processerint. Pro Sest. 138. Qui se vitiorum illecebris et cupiditatum lenociniis dediderunt.

Lenocinor, aris, μαστρωπεύω. Div. 48. Tibi serviet, tibi lenocinabitur, minus] aliquanto contendet, quam potest.

Lente, *remisse*, βραδέως. 2. Att. 13. Lente ferre aliquid. 2. de Orat. 287. Lente respondere alicui. Par. 1. Sed hæc obscuriora videri possunt, cum sine appositione exemplorum lentius disputantur.

Diu, μακρὸν χρόνον. 2. Att. 1. Quem librum tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente et fastidiose probavissem.

Lentiscus, sci, σχῖνος. 1. de D. 15.

Jam vero semper viridis semperque gravata
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu,
Ter fruges fundens tria tempora monstrat
arandi.

Lentitudo, inis, *tarditas*, βραδύτης. 4. Tuscul. 42. Stoici eam, quam nos lenitatem dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. 1. Qu. Fr. 1. 31. Nam illud non solum est gravitatis, sed interdum etiam lentitudinis. *Lege*, Lenitudo.

Lentulitas, tis, 3. Fam. 7. Ullam Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus existimas, quam ornamenta virtutis? *Lege*, Appietas.

Lentulus, li. De Arusp. 37. Nego ulla verba Lentulum, gravem oratorem ac disertum, sæpius, cum te accusaret, usurpasse, quam hæc, quæ nunc ex Hetruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur. *Clodium notat*. Att. l. 1. ep. 16.

Lentulus Clodiæ filius. Ep. l. 9. ep. 18. Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus, Scipio, Afranius fœde perierunt. Ad Qu. Fr. l. 2. ep. 2. Reliqua cum esset in Senatu contentio, Lentulusne an Pompeius reduceret, *Alexandrinum regem*, obtinere causam Lentulus videbatur. Verr. 5. Dicet clarissimus vir Cn. Lentulus Censor &c. Pro Flac. 45. Cumque eadem de re Cn. Lentulus, qui Censor fuit, Tenuitarum patronus literas misisset. Div. 13. Cn. Lentulus Marcellinus. Ver. 2. 95. Itaque in Senatu continuo Cn. Lentulus et Lucullus Coss. faciunt mentionem. *Ibid*. 103. Qua de re Cn. Lentulum patronum Siciliæ, clarissimum adolescentem, dicere audivistis. Pro Pomp. 68. Est vobis auctor, &c. *legis Maniliæ*, Cn. Lentulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium, summam gravitatem esse cognoscitis. In Vat. 27. Expectatisne, dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum et Qu. Claudium? Pro Cluent. 120. Quos ipse L. Gellius et Cn. Lentulus, duo Censores, clarissimi viri, sapientissimique ho-

mines, furti et captarum pecuniarum nomine notaverunt. Pro Dom. 124. Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Censori Tribunum plebis facere, *bona scilicet consecrare.* In Pis. 77. Nonne ad te L. Lentulus, qui tum erat prætor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum, multique mortales oratum in Albanum obsecratumque venerant, ne meas fortunas desereret. Div. 69. Cum P. Lentulus, is qui princeps fuit, accusabat M. Aquilium subscriptore C. Rutilio Rufo. 2. In Ant. 51. Nam cum L. Lentulo et C. Marcello Coss. Calend. Januar. labentem et prope cadentem Rempub. fulcire cuperetis, ipsique C. Cæsari, si sana mente esset, consulere velletis, tum iste venditum atque mancipatum Tribunatum consiliis vestris opposuit. *Bellum civile intelligit.* Post Red. ad Quir. 11. Kalend. vero Januarii, posteaquam orba Resp. Consulis fidem, tanquam legitimi tutoris imploravit, P. Lentulus Consul, parens, Deus, salus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, simul ac de solemni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quam de me (*Cicerone*) agendum judicavit. *Ibid.* 15. P. Lentulus Ædilis Curulis, me consule. 3. In Catil. 6. Tardissime autem Lentulus venit, credo, quod litteris dandis, præter consuetudinem, proxima nocte vigilarat. *Ibid.* 10. P. Lentuli avus, vir clarissimus, qui amavit unice patriam et cives suos. *Ibid.* 15. P. Lentulus quamquam patefactus judiciis et confessionibus suis, judicio Senatus non modo prætoris jus, verum etiam civis amiserat, tamen magistratu se abdicavit. *Ibid.* 4. Comperi legatos Allobrogum, belli Transalpini, et tumultus Gallici excitandi causa, a P. Lentulo esse sollicitatos. 4. In Cat. 2. P. Lentulus suum nomen, inductus a vatibus, fatale ad perniciem Reip. fore putavit. *Ibid.* 12. Mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse, se ex fatis sperasse, confessus est. *Ibid.* 10. P. Lentulus largitor et prodigus. 8. In Ant. 14. Quo in prælio, *contra C. Gracchum*, Lentulus grave vulnus accepit. Pro Dom. 70. et 71. *plura de lege pro Ciceronis reditu lata a P. Lentulo.*

Lentulus, a, um, *lassus.* 10. Att. 13. An existimas illum in isto genere lentulum, aut restrictum?

Lentus, a, um, *tardus, frigidus, remissus, βραδύς.* 2. C. 21. Hos ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos esse arbitror. De Clar. 178. Lentus in dicendo, ac pene frigidus. Hortens. Qui lentus indicere solebat. Incer. Quod judicis lenti et considerati est proprium.

Simplex. 2. de Orat. 279. Vir patiens ac lentus.

Productus. 1. Att. 10. Teneri Sullani lentum negotium.

Leo, onis, *λέων.* 1. Off. 41. Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur. et 5. de Fin. 38.

Leon, ontis, *nomen proprium.* 5. Tusc. 8.

Leonaticum. 3. de Nat. 50. Leonaticum delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur.

Leonidas, æ. De Fin. l. 2. 97. Leonidas autem, rex Lacedæmoniorum, se in Thermopylis, trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, cum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus.

Leonides, dis. Epist. lib. 16. ep. 21. Epicrates princeps Atheniensium, et Leonides, et horum cæteri similes.

Leontium, tii, *meretrix.* 1. de Nat. 94. Meretricula Leontium contra Theophrastum scribere ausa est scito illa quidem sermone et Attico.

Leontini, *populi.* Ver. 2. 160.

Leontinum, *urbs.* Ver. 3. 38.

Leontinus, campus. 2. I. A. 43. *et in Verrem sæpe.*

Leocorion. *Lege,* Leonaticum.

Lepide, *venuste, festive.* Orat. 149. et 3. de Orat. 169.

Lepidus, di. 2. de Orat. 287. Censor Lepidus, cum M. Antistio Pyrgensi equum ademisset, amicique cum vociferarentur, et quærerent, quid ille patri suo responderet, cur ademptum sibi equum diceret, cum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset: Me istorum, inquit, nihil credere. *Ibid.* M. Lepidus, cum cæteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare. Epist. ad Brut. ep. 15. Sed instrumentum regni delatum ad Lepidum et Antonium: quorum alter inconstantior, alter impurior, uterque pacem metuens, inimicus otio. *Ibid.* At in Lepido reprehendimur: cui cum statuam in rostris statuissemus, iidem illam evertimus, nos illum honore studuimus a furore revocare: vicit amentia levissimi hominis nostram prudentiam. *Ibid.* ep. 12. Itaque Lepidus crudelis in liberos, non is, qui Lepidum hostem judicat. *ubi plura de Lepido.* Epist. l. 10. ep. 21. Omnia feci, quare, Lepido conjuncto ad Rempub. defendendam, minore sollicitudine vestra, perditis resisterem. De Provinc. Cons. 20. M. Lepidus, qui bis Consul et Pontifex maximus fuit, non solum memoriæ testimonio, sed etiam annalium literis, et summi poetæ voce laudatus est. 3. In Cat. 24. Dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro Qu. Catulo.

Lepidus, a, um, *venustus, festivus, δεξιός, στωμύλος.* 2. in Cat. 23. Puer lepidus ac delicatus. 4. ad Her. 32. Lepida et concinna exornatio.

Lepison, *vir Trallianus.* Pro Flac. 52. Ubi erant illi, Pythidorus et Lepison, homines apud nos noti, inter suos nobiles.

Lepor, et Lepos, oris, *venustas, jucunditas, festivitas, hilaritas, humanitas, urbanitas, κομψότης, καλλιέπεια.* Ver. 5. 142. Homo affluens omni lepore ac venustate. 5. Tuscul. 55. Specimen humanitatis, salis, suavitatis, leporis. 1. de Orat. 17. Lepos quidam, facetiæque, et eruditio libero digna. 7. Fam. et

9. 15. Multa erat in homine jocunditas, et magnus in jocando lepos. 2. de Orat. 98. Alter leporem quendam et salem est consecutus. De Cl. 143. Facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. 1. de Orat. 159. Facetiarum quidam lepos. Orat. 96. Genus dicendi, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Pro Flac. 58. Sermonis lepor. 4. ad Her. 36. Lepos et festivitas orationis.

ADJUNCT. *Admirabilis, eximius, inusitatus, magnus, major, multus, oratorius, non scurrilis, vetus.*

SYNTAXIS. *Lepor et venustas. Magnus in jocando lepos. Leporem et salem consequi. Facetiarum et urbanitatis lepos. Lepos et festivitas orationis. Homo affluens lepore. Sententiarum lepores.*

Lepreon, *oppidum*. 6. Att. 2.

Leptis, Ver. 5. 154.

Lepus, poris, λαγωός. In Arat. Levipes lepus.

Lepusculus, li, *animal*, λαγίδιον. 1. de N. 89. Nec unquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculasque sæpe vidisset.

Lepusculus, a, um. Ver. 4. 47. *ὑποκοριστικόν. a Lepido.*

Lerna, æ, *palus Argiva, in qua hydra excetrave fuit.* 2. Tusc. 22. Hæc dextra lernam tetram, mactata excetra,—placavit. *Poeta.*

Lesbiacus, a, um, *a Lesbo Insula.* 3. Tusc. 77.

Lesbos, *Insula.* 9. Att. 11.

Lessus, vel Lessum, *quid sit, hisce verbis declarat Cicero.* 2. de L. 59. Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. *Hoc veteres interpretes, Sex. Ælius, L. Acilius non satis intelligere se dixerunt, sed suspicari, vestimenti aliquod genus funebris: Lælius lessum, quasi lugubrem ejulationem, ut vox ipsa significat: quod eo magis judico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat.*

Lethum, thi, *mors*, θάνατος. 10. Att. 12. Vide, quam turpi letho pereamus. 1. de D. 56. Eodem sibi letho, quo iste interiisset, esse pereundum. 2. de Legib. 22. Hos letho datos divos habento.

Levamen, inis, *levamentum*, ἀνάπαυσις. 12. Att. 17. Quod si esset aliquod levamen, id esset in te uno.

Levamentum, ti, *allevamentum, levamen*, παραμυθία. *Ibid.* 42. Scio, illam rem tibi fore levamento. 5. de Fin. 53. Levamentum doloris.

Levandus, a, um. *vide post* Leviter.

Levasso. De Sen. 1.

—*Si quid ego adjuero, curamve levasso.* Ennii.

Levatio, onis, *elevatio, levamen, levamentum*, κούφισις. 12. Att. 40. Si me levari vis, hæc est summa levatio. 6. Fam. 4. Quotidianus congressus et sermo magnæ mihi levationi est. 1. Tusc. 119. Quæ levationem habeant ægritudinum. 1. de Nat. 9. Reperire levationem malis. 12. Att. 28. Nec tamen a Bruto levationem ullam expecto. 4. de Fin. 67. Vestri levationem vitiorum fieri negant.

ADJUNCT. *Magna, major, summa.*

SYNTAXIS. *Id mihi est magnæ levationi. Id habet levationem ægritudinum. Reperire levationem malis. Expectare levationem ab aliquo. Vitiorum levationem fieri.*

Levatus, a, um. 6. Att. 2. Ita multæ civitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde levatæ sunt.

Leucadia, æ, *tragœdia.* 4. Tusc. 72.

Leucas, dis, *mons, aut promontorium. Ibid.* 40. Qui modum igitur vitio quærit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucade præcipitaverit, sustinere se, cum velit.

Leucate, tes, *locus.* 2. Att. 1. et l. 5. ep. 9.

Leucopetra, æ. 16. 6. Leucopetra Tarentinorum. 1. A. 7. Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegyni.

Leucothea, æ. 3. de Natur. 39. Leucothea, quæ fuit Ino, et ejus Palæmon filius. 1. Tuscul. 28. Leucothea Græce, Latine Matuta.

Leuctra, orum, *urbs.* 1. Tusc. 110. Priusque Bœotia Leuctra tollentur, quam pugnæ Leuctricæ gloria. 1. Off. 61.

Leuctricus. *Lege*, Leuctra.

Levidensis, se, εὐτελής. 9. Fam. 12. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. h. e. *leve, tenue.*

Leviculus, a, um. 5. Tuscul. 105. Leviculus sane noster Demosthenes.

Levipes, *lepus.* In Arat.

Levis, ve, *cujus partes ubique sunt æquabiles, politus*, λεῖος .)(. *Asper.* 1. de Nat. 66. Democriti corpuscula quædam levia, alia aspera, rotunda alia, &c. Par. 36. Loci plani an montuosi, leves an asperi. De Univ. 17. Deus mundum levem fecit, et undique æquabilem.

Non gravis, expeditus, κοῦφος, μετέωρος. 2. de Div. 26. Levis armatura.

Parvi momenti, vanus, tenuis, ἐλαφρός, μάταιος. Pro S. R. 112. Hoc minime videtur grave iis, qui minime ipsi leves sunt. Pro Q. R. 6. Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud judicem grave et sanctum esse ducetur? Pro Planc. 63. Alia quædam inania et levia conquiris. 1. Tusc. 95. Quod enim levius huic levitati nomen imponemus? 2. con. Rul. 44. Autoritas tenuis, persona levis.

Levitas, tis, *politura, ut Plinius ait*, λειότης .)(. *asperitas.* 3. de Orat. 97. In ipso tactu est modus et mollitudinis et levitatis. De Univ. 15. Figuram mundi levitate circumdedit. *Ibid.* 42. Speculorum levitas.

Qualitas contraria gravitati, sive proprie, sive translate, κουφότης, ματαιότης, χαυνότης. 2. de N. 70. Hæc plena sunt futilitatis summæque levitatis. 7. A. 9. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate turpius? Pro Fl.

24. Homines levitate Græci, crudelitate barbari. 1. de D. 134. Levitate, vanitate, malitia exclusa divinationem probo. 2. de Nat. 45. Cujus opinionis levitas confutata est. 1. Off. 90. Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. 1. de Fin. 61. Amatoriis levitatibus dediti. *alias*, lenitatibus. 2. Att. 1 De populari levitate aliquid deponere.

ADJUNCTA. *Aliena, amatoria, nimia, summa, perpetua, popularis, sublimis.*

SYNTAXIS. *Levis mundus et undique æquabilis. Id apud me leve et infirmum est, inane ac leve. Futilitatis et levitatis plena sunt omnia. Inconstantia, mobilitas, levitas. Amatoriæ levitates. Levis armatura, perama levis. Homo levitate Græcus. Levitas opinionis. Popularis levitas.*

Leviter, *quodammodo molli brachio, tenuiter, leniter, molliter, μικρὸν, ὀλίγως.* 2. A. 1. et 1. Off. 83. Medici leviter ægrotantes leviter curant. 7. Att. 17. Cum leviter lippirem, has literas dedi. 2. de N. 143. Genæ oculis subjectæ, leviterque eminentes. Pro S. R. 83. Non omnia dicam, et leviter unumquodque tangam. 1. de Div. 30. Bacillum incurvum, et leviter a summo inflexum. Orat. 21. Alii florentes et leviter ornati. 3. de Orat. 24. et pro Mur. 60. Homo leviter eruditus. 2. de Inv. 148. Quacumque in re quamvis leviter probabili. *Ibid.* 154. Leviter saucius. 1. Att. 10. Leviter dissidere inter se. Pro Cœl. 54. Leviter ferre aliquid. De Pro. 47. Levissime feram. De Arusp. 47. et 4. Fam. 3. Id graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam. Pro Sull. 31. Leviter dicere aliquid. *id est, quasi summissa voce.* Pro Sest. 145. Patria, quam, uti levissime dicam, certe texeram. 3. 17. Tamen, ut levissime dicam, dimicandum nobis fuisset. Pro Mur. 87. Is nemini, ut levissime dicam, odio fuit. 3. Fam. 10. Cum tu omnibus ornamentis redundares, illi, ut levissime dicam, multa deessent.

SYNTAXIS. *Leviter unumquodque tangere. Leviter ornatus, eruditus, saucius. Leviter dicere, ferre. Ut levissime dicam.*

Levandus, a, um, *minuendus.* 4. Fam. 3. Hæc tibi ad levandas molestias magna esse debent. 2. C. 15. Nunquam ego hoc optabo invidiæ meæ levandæ causa. 4. C. 10. Ne quis hujus supplicio levando se jactare possit. De Ami. 78. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus levandæ. *Ibid.* 72. Nonnulli etiam contemnendos se arbitrantur, qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere levandi sunt. 2. de Orat. 23. Aves levandi laboris sui causa passim volitare. 6. Att. 2. His ego duobus generibus civitatum facultatem ad se ære alieno liberandas aut levandas dedi.

Levo, as, *allevo, relevo, elevo, sublevo, minuo, lenio, levationem facio vel affero, laborem detraho, levationi sum, αἴρω, μετεωρίζω, παύω, καταπραΰνω* .)(. *affligo, urgeo.* 1. Att. 15. Tu qui sæpissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo. 11. 6. Nonnihil me levant literæ tuæ. 9. 6. Epistola tua me ægritudine levavit. 4. 7. Epistola tua sollicitum me de Quinto valde levavit. 2. de Orat. 268. Levare aliquem ignominia. Pro Cor. 40. Gaditani populum Romanum in caritate annonæ frumento suppeditato levarunt. Pro Milon. 73. Levare annonam. Ver. 3. 136. Levare atque ab se amovere aliquam suspicionem. 6. Att. 2. Liberare aut levare se ære alieno. 3. Fa. 8. Ut levarem miseriis perditas civitates. Orat. 120. Quem laborem nobis levavit Attici nostri labor. 12. Att. 49. Ut me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit. Pro S. R. 7. Levare calamitatem innocentium. 3. Qu. Fr. 9. Illum neque ursi, neque levavi. Ver. 3. 140. Levo me infamia. Frag. ep. Me levas cura. 3. Fam. 12. Leva me hoc onere. Postq. in Sen. 12. Levare calamitatem.

Polio, orno, λειουργέω. In Clod. Qui levare vultum, mollire vocem potes.

ADVERB. *Magnopere, mitius, multum, valde.*

Levor, aris. 3. de Nat. 9. Perspicuitas argumentatione levatur. 4. Acad. 69. Autoritas levatur inconstantia. 2. de Inv. 84. Criminationem levari. De Sen. 36. Corpora quidem defatigatione et exercitatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur. Ver. 5. 13. Hæc facta sunt, ut homines nobiles supplicio aut exilio levarentur. Pro Quint. 52. Rei atrocitas necessitudinis nomine levatur. 5. Att. 15. Levantur tamen miseræ civitates, quod nullus sit sumptus in nos, neque in legatos nostros. 12. 24. Nam mihi ut omnia contingant quæ volo, levari non possum. Ad Brut. 15. Quem cum a me dimittens, graviter ferrem, hoc levabor uno, quod, &c. 9. A. 12. Cujus luctus nullo solatio levari potest. Incer. Eorum morbus eodem tempore ingravesceret, eodem levaretur.

ADVERB. *Sensim, paululum.*

SYNTAXIS. *Levare molestias, dolores, suam invidiam. Levare amicitiam remissione usus. Litteræ tuæ me levant. Levare ægritudine aliquem. Levare annonam. Inconstantia levatur autoritas : id est,* minuitur. *Animi se exercendo levantur. Levari non possum : id est,* consolationem admittere. *Luctum aliquo solatio levari. Levare amicum opinione aliqua. Levandi laboris causa. Liberare se, aut levare ære alieno. Sermone et consolatione levare angorem alicujus. Aliquem de re aliqua sollicitum levare. In caritate annonæ levare civitatem frumento. Levare atque a se amovere aliquam suspicionem. Hunc laborem levat nobis tuus labor. Tuus adventus me levavit. Levare calamitatem innocentium. Levare aliquem infamia, cura, onere, ignominia.*

Lex, gis, *juris et æqui regula,* νόμος. 1. de Legib. 18. Lex est ratio insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria. 11. A. 28. Lex est recta, et a numine deorum tracta ratio, imperans honesta,

prohibens contraria. 1. de Leg. 42. Lex est recta ratio imperandi atque prohibendi. *Ibid.* 19. Lex est recta ratio in jubendo et vetando. 2. 13. Lex est justorum injustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt, et defendunt ac tuentur bonos. Pro Mil. 10. et Orat. 165. Est enim hæc, judices, non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. 1. de Leg. 19. Lex est naturæ vis, mens et ratio prudentis, juris atque injuriæ regula. *Ibid.* Lex quæ scripto sancit quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut vulgus appellat. 2. 8. Lex æternum quiddam, quod universum mundum regit, imperandi prohibendique sapientia. *Ibid.* 10. Lex vera atque princeps, apta ad jubendum et ad vetandum, ratio est summi Jovis. *Ibid.* 8. Lex illa, quam dii humano generi dederunt, est ratio mensque sapientis ad jubendum, et ad vetandum idonea. *Ibid.* Lex popularis. 4. de Fin. 11. Deus, cujus ad naturam apta ratio, vera illa et summa lex a Philosophis dicitur. 2. de Leg. 11. Illa divina mens, summa lex est: eadem, cum in homine est perfecta, est in mente sapientis. 3. 3. Cum legem dico, nihil aliud intelligi volo, quam imperium: sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. *Ibid.* Omnia jussis supremæ legis obtemperant. 2. Off. 41. Leges cum omnibus semper una atque eadem voce loquuntur. 3. de Leg. 2. Vere dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. 1. de Orat. 247. Legibus et præmia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiis. 1. de Natur. 36. Lex naturalis recta imperans, prohibensque contraria. 3. Off. 23. Hoc exigit naturæ ratio, quæ est lex divina et humana. *Ibid.* 27. Una continemur omnes et eadem lege naturæ. *Ibid.* 31. Lex naturæ quæ utilitatem hominum conservat et continet. 1. Tusc. 30. Consensio omnium gentium lex naturæ putanda est. 3. de L. 8. Salus populi suprema lex esto. 11. A. 28. 2. de Inv. 146. Omnis lex aut jubet aliquid, aut permittit, aut vetat, aut de genere omni, aut de parte quadam, aut communiter in plures res, aut in aliquam certam rem scripta est. *Ibid.* 145. Leges duas vel plures quandoque conservari non posse, quia discrepent inter se. 1. de Leg. 42. Stultissimum est, existimare omnia justa esse, quæ scita sint in populorum institutis aut legibus. Pro Clu. 146. Indignum est in ea civitate, quæ legibus teneatur, discedi a legibus: hoc enim vinculum est hujus dignitatis, qua fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis. *Ibid. multa pulchra de legibus.* Postq. in Sen. 10. Legem Trib. pleb. tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnunciare concilio, aut comitiis, ne legi intercedere liceret, ut lex Ælia et Fusia ne valerent. 2. A. 72. Ego leges perniciosas rogavi. 1. C. 28. Leges quæ de civium reorum supplicio rogatæ sunt. 2. de Leg. 11. Condere leges, sancire scita. *Ibid.* Describere jussa populis, componere et sancire leges. Pro Planc. 44. Leges quas Senatus de ambitu sancivit. Pro Domo 70. De me retulisti, legem promulgasti, tulisti. 13. Fam. 4. Promulgare legem de aliqua re. 10. A. 17. De quibus confirmandis et faciendis legem comitiis centuriatis ex autoritate nostra laturus est. Pro Dom. 47. Hanc legem Clodius scripsit. De Pro. 36. Pro Planc. 35. Sciscere legem de aliqua re. Pro Corn. 38. et 25. Populus Romanus legem jussit de civitate tribuenda. *Item innumerabiles aliæ leges de jure civili latæ.* 2. de Div. 47. Æra legum de cœlo tacta. 3. C. 19. Cum et legum æra fulminis tactu liquefacta sunt. 3. A. 30. Antonius falsas leges in æs incidendas, et in Capitolio figendas curavit. 14. Att. 12. Antonius fixit legem a dictatore comitiis latam. Pro Mil. 88. Incidebantur jam domi leges, quæ nos nostris servis addicerent. 1. A. 16. Quæ ille in æs incidit, in quo populi jussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur. *Ibid.* 19. Ea lege omnes judiciariæ leges Cæsaris dissolvuntur. Pro Mil. 10. Silent leges inter arma, nec se expectari jubent. 2. de Leg. 23. Optimæ reipublicæ leges dare consentaneas. *Ibid.* 35. Omnibus populis leges damus. 1. 17. Dare legem vivendi, et disciplinam populis. 3. Off. 109. Accipere legem, vel rogationem. De Ami. 96. Itaque lex populi suffragiis populi repudiata est. 5. A. 7. Hanc legem populus Romanus non accepit. 6. P. 3. Per vim et contra auspicia imponere leges reipublicæ. 7. A. 2. Conditiones ferre, leges imponere Senatui. *Ibid.* 15. Antonius leges civitati per vim imposuit. 4. Acad. 23. Imponere gravem legem alicui. 2. Qu. Fr. 3. Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando. 5. A. 7. Legem ante factam vidimus, quam futuram quisquam est suspicatus. I. P. 30. Hanc legem non dicam animi hominum, sed fasti ulli ferre possunt? *Ibid.* Lex inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium. Pro Sest. 56. Omnes leges, quæ sunt de jure et de tempore legum rogandarum, una rogatione delevit. *Ibid.* 55. Ut rogata lege, potestas fieret provinciæ commutandæ. *Ibid.* 37. Is in legem per vim latam jurare noluit. *Ibid.* 61. Quasi ille non in alias quoque leges, quas injuste rogatas putaret, jam ante jurarit. *Ibid.* 16. Clodius constrictus legum sacrarum catenis. 3. Off. 36. Perrumpere leges. 1. C. 18. Devincere et perfringere leges. Pro Cor. 20. Ea lex, quam habemus, &c. Pro Sull. 65. Lex ferri cœpta, nunquam posita est in Senatu. 2. con. Rull. 53. Nulla res parta bello, nondum legibus datis

venire debet. *Ibid.* 59. Legum datio. Pro Cæc. 74. Civili ac publica lege jus teneri. De Cl. 268. Is bene juris publici leges et instituta cognoverat. 1. de Orat. 40. Carbo ignarus legum, rudis in jure civili. *Ibid.* 256. Imponere nimis duras leges alicui. 2. cont. Rul. 65. In posterum hæc lex imperatoribus vestris constituetur. 1. de Orat. 86. Instituere civitates, scribere leges. *et ibidem de legibus instituendis aut vetandis.* 13. Att. 33. Nam ista lex perferretur. 3. Qu. Frat. 8. Perferre legem per vim. De Clar. 89. M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit. Ad Brut. 5. Nec, quo minus id postea liceret, ulla lex sanxit. 1. de Orat. 175. Agere lege in hæreditatem paternam. Pro Dom. 26. An licuit tibi de pernicie civis indemnati ferre non legem, sed nefarium privilegium? 2. Off. 40. Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. Pro Mur. 5. Legem de ambitu ita tuli, ut eam, quam mihimetipsi jam pridem tulerim de civium periculis defendendis, non abrogarem. Pro Mur. 74. Alteri nostri imperii præsidio disciplinam suam, legesque conservant. Ver. 4. 121. Leges cum vi conferre. 2. de Leg. 31. Leges non jure rogatas tollere, ut Titiam (*sic enim legendum est, pro,* ut etiam) decreto collegii, ut Livias consilio Philippi consulis et auguris. Pro L. Varen. In legem de sicariis commisit. Cont. C. Anton. Conans legem impedire. *Ibid.* Sed ego ea lege contentus sum, qua duos consules designatos uno tempore damnari vidimus. *Ibid.* Leges, quæstiones, judicia violavit. De præscrip. lib. Ita legibus Sullæ continetur status civitatis, ut his solutis stare ipsa non possit. Pro C. Corn. 1. Legem de libertinorum suffragiis Cornelius cum Manilio dedit. Quid est hoc, Dedit? an tulit, an rogavit, an hortatus est? nam tulisse ridiculum est, quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem, aut ad excogitandum reconditam: quæ lex paucis his annis non modo scripta sed etiam lata esset. *Ibid.* Cum is tribunus plebis duas leges tulisset in eo magistratu, unam perniciosam, alteram egregiam. *Ibid.* C. Cottam de legibus abrogandis ipsum ad Senatum retulisse. Possum dicere et M. Cottæ legem de judiciis privatis, anno post quam lata sit, a fratre ejus abrogatam. Legem Liciniam et Muciam de civibus regundis video constare inter omnes, non modo inutilem, sed perniciosam Reipub. fuisse. *Ibid.* Quatuor omnino genera sunt, in quibus per Senatum more majorum statuatur aliquid de legibus. Unum est ejusmodi, placere legem abrogari. Alterum, quæ lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri. Tertium est de legum abrogationibus: quo de genere persæpe S. C. fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia quæ derogaretur &c. *Ibid.* Est utique jus vetandi, cum ea lex feratur, quandiu non perfertur. *Ibid.* De corrigenda lege retulerunt. *Ibid.* Nisi hæc ipsa lex obstitisset. *Ibid.* Legem hanc Cornelii flagitabat, illam, quæ ex S. C. ferebatur, repudiabat. *Ibid.* Ut leges sacratas ipsi sibi restituerent. *Ibid.* Cassia lege suffragiorum jus potestasque convaluit: altera Cassia populi judicia firmavit. *Ibid.* Cum legem non modo accepit, sed etiam efflagitavit. *Ibid.* Causam lege Varia de majestate dixit. De Consolat. Quorum ingeniis et inventis omnem vitam legibus et institutis excultam constitutamque habemus. Incer. Lex Dei præclara et divina semper, quæ recta et honesta jubet, vetat prava et turpia: cui sanctissimæ et certissimæ legi juste ac legitime necesse est vivere.

Institutum, præceptum, regula, mos, ἦθος, *πρόσταγμα, κανών.* 1. Qu. Frat. 1. 8. Aliquem negligere eas leges, quibus est astrictus. Pro Mur. 60. Iniquam legem et miseram conditionem institui periculis hominum. *Ibid.* 11. Illos lex magis quædam accusatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Murenæ aliquid dicere coegit. De Ami. 40. Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. 1. de Leg. 4. Alias in historia leges observandas esse, alias in poemate. Orat. 198. In versibus certa quædam et definita lex est, quam sequi oportet. 3. de Orat. 188. Hanc ad legem dirigenda et formanda oratio est. 6. Att. 3. Pontinus enim ex pacto et conventu (nam ea lege exierat) jam a me discesserat.

Conditio. 5. Fam. 16. Homines ea lege natos esse, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra.

Hic habes Romanarum legum copiam. 1. Q. Fr. 1. 27. Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotii, et liberationem molestiæ. 2. 3. Lex quæ de iis ferretur, ut qui non discessissent, ea pœna, quæ est de vi, tenerentur. Pro Flacc. 13. Lege hac recenti et nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. Act. 1. Ver. 51. Lex Acilia de pecuniis repetundis. 1. A. 21. Lex Aurelia, quam M. Aurelius Cotta Prætor tulit, ut Senatores, Equites, Tribuni ærarii simul judicarent. *Lege Asconium Pædianum.* Pro Mur. 71. Lex Fabia, quæ est de numero sectatorum. et Pro Rab. 8. De servis alienis contra legem Fabiam retentis. Pro Clu. 151. Gracchus tulit legem, ne quis judicio circumveniretur. *Ibid.* 154. Ante Gracchum Sempronia dicebatur. 2. cont. Rul. 21. Licinia et Ebutia lex, ne, qui fert de aliqua curatione ac potestate, ei aut suis propinquis ea potestas curatiove mandetur. 3. 5. Flaccus interrex de Sulla legem tulit, ut omnia quæcunque ille fecisset, essent rata. *Ibid.* 6. Valeria lege et Corneliis legibus eripitur, cum datur. 2. de Fin. 55. Lex Voconia: Aderant multi amplissimi viri, quorum nemo censuit, plus filiæ dandum, quam posset ad eam lege Voconia pervenire. De Senect. 14. Lex Portia. Pro Rab. 12. De civibus Romanis contra legem Portiam verberatis aut necatis. *Ibid.* C. Gracchus legem

tulit, ne de capite civium Romanorum injussu nostro judicaretur. 4. C. 10. Lex Sempronia. Pro Mur. 3. *M. Cicero* legis ambitus lator. *Ib.* 67. Lex Calphurnia ambitus. *Ib.* 40. Lex L. Othonis, quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima. 4. Att. 15. Lex Plotia de judiciis. Pro Mil. 36. et de Clar. 305. Lex Varia de judiciis. 5. Att. 21. Lex Gabinia de syngrapha et de versura. 3. de Nat. 74. Lex Lectoria. *Ib.* Judicium publicum rei privatæ, lege Lectoria. *Ibid.* Judicium de dolo malo C. Aquilius protulit. De Clar. 131. Lex Aquilia de justitia. 1. de Orat. 246. Leges Manlianæ venalium vendendorum. 2. 107. Lex Apuleia de majestate. *Lege*, Majestas. *Ibid.* 284. Lex Thoria de iis, quorum a pecore agri publici depascebantur. De Senect. 10. et 2. de Orat. 286. Lex Cincia de donis et muneribus. De Clar. 55. Lex Menia, ut consules etiam ex plebe creari possent. *Ibid.* 57. C. Flaminius legem tulit de agro Gallico et Piceno viritim dividendo. *Ibid.* 63. Lex Licinia et Mutia, ut in suæ cujusque civitatis jus redigerentur cives. *Ibid.* 106. Legem de pecuniis repetundis L. Piso Trib. pleb. tulit. 13. Att. 47. Lex Pompeia. De Clar. 324. Lege Pompeia ternæ horæ ad dicendum datæ. *Ibid.* 222. Lex Sempronia frumentaria. Ad Brut. 5. Lex Domitia de sacerdotiis. *Ibidem.* C. Marius cum esset absens, lege Domitia factus est augur. *Ibid.* Lex Julia de sacerdotiis. Pro S. R. 55. Lex Memmia contra eos, qui sine causa et temere aliquem accusant. *In Pandectis tamen lib.* 48. *leg.* 1. *Ad senatusconsultum Turpilianum, lege Rhemmia, non Memmia legitur. Ibidem.* 155. Lex quæ de proscriptione est, sive Valeria est, sive Cornelia. 2. Qu. Fr. 12. Lex Puppia, ne diebus comitialibus Senatus haberetur. Pro Cl. 35. Lex Cornelia, qua reo licebat optare, clam an palam de se sententiam ferri vellet. Pro Flac. 21. Lex tabulas obsignatas in publico poni vult. 2. Qu. Fr. 12. Lex Gabinia, qua ex Calend. Febr. usque ad Cal. Martias legatis Senatus quotidie dari cogebatur. 1. de L. 55. De Cl. 128. et Orat. 102. Lex Manilia, ut singuli arbitri fines regerent. 3. de Leg. 35. De Ami. 41. et de Clar. 97. Leges tabellariæ quatuor: quarum prima, de magistratibus mandandis, ea est Gabinia, &c. deinde Cassia, de populi judicio: Carbonis est tertia, de jubendis legibus, ac vetandis: Celii quarta, qui etiam perduellionis judicio tabellam dedit. 3. de Leg. 38. Lex Maria pontes fecit angustos. Pro R. P. 8. Lex Julia jubet persequi ab iis ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, pervenerit. *Idem est in lege Cornelia et Servilia.* In Vat. 26. Vatinius legem tulit de alternis consiliis rejiciendis. Pro Planc. 36. Lex Licinia quæ est de sodalitiis. *Ib.* Plancius primus scivit legem de Publicanis. De Ar. 48. Leges Juliæ contra auspicia latæ. *Ibidem.* 32. Lex naturæ: Hoc si minus jure civili perscriptum est, lege tamen naturæ et communi jure gentium sancitum est. 2. de Leg. 18. Ut in veteribus sacratisque legibus. Pro Cæl. 70. Quintus Catulus legem tulit de vi. Arusp. 15. Lex de vi, quæ est in eos, qui universam rempublicam oppugnant. Pro Dom. 130. Lex Papyria vetat ædes injussu plebis consecrari. *Ibid.* 41. Lex Cæcilia et Didia. *Ibid.* 51. Lex Licinia, ne quis ipse sibi curationem ferret. 5. A. 8. Lex Cæcilia et Didia, ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut, quod nolit, accipere, aut, quod velit, repudiare. Pro Arch. 71. Data est civitas Silvani lege et Carbonis fœderatis, si tum cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, et si LX. diebus apud Prætorem essent professi. Pro Arch. 10. Lex Papia. Pro Corn. 21. Lex Julia, qua civitas est sociis et Latinis data. Pro Sull. 62. Rogatio Cæcilia, qua res judicatæ rescindebantur. 3. Off. 61. Lex Plectoria, qua vindicabantur hi, qui adolescentes circumscribebant. 5. A. 47. Leges annales. 13. 32. Lex Hircia Pompeianos omnes dignitate privabat. 1. 18. Et quid est, quod tam proprie dici possit actum ejus, qui togatus in Repub. cum potestate imperioque versatus sit, quam lex? Quære acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur: quære Sullæ: Corneliæ. 2. 56. Lex de alea: Licinius lege ea, quæ est de alea, condemnatus. I. P. 94. Lex judiciaria. 2. A. 44. Lex Roscia de sedendo ad spectacula. I. P. 50. Lex Julia de repetundis. *Ibid.* Lex Cornelia majestatis. De Pro. 46. Lex Helia et Fusia de auspiciis, &c. Cum lex feratur, de cœlo servari, obnuntiari, intercedi licere. 2. Att. 9. Lex Junia, Lex Licinia, lex Cælia, lex Didia. De Prov. 46. Leges Juliæ. Pro Domo 43. Pro Sest. 65. Leges sacratæ, quas tulit plebs Romana, cum in montem Sacrum secessit. *Ibidem.* 12. Lex Censoria, qua publicani tegebantur, ut publico frui possent. Pro Cor. 61. Lex Sempronia, de successione provinciarum. *Ibid.* 21. C. Furius tulit legem de testamentis. *Ibidem.* Quint. Voconius tulit legem de mulierum hæreditatibus. 2. de Leg. 39. Plato negat mutari posse musicas leges, sine mutatione legum publicarum. 2. Att. 9. Lex Ælia. 2. in Rul. 27. Lex Curiata. 3. Att. 15. Lex de collegis. Pro S. R. 125. Lex de proscriptione Valeria aut Cornelia. 12. Att. 35. Lex de sepulchris. 2. de In. 153. Lex de tempestate. Pro Cl. 148. Lex de veneno. 3. Tusc. 48. Lex frumentaria. Ver. 2. 22. Lex Hieronica. I. P. 90. Lex judiciaria. 1. de Leg. 42. Lex non justa, quam interrex tulit, ut Dictator, quem vellet, civium indicta causa impune posset occidere. Ver. 1. 109. Lex nummaria. Pro Do. sua. 128. Lex Papyria vetat, ædes injussu plebis consecrari. 2. Att. 19. Lex Roscia frumentaria. Ver. 2. 32. Lex Rupilia. 8. Fam. 12. Lex Scantinia. 13. Att. 7. 7. Fam. 26. Lex sumptuaria Cæsaris neglecta, eo absen-

te. 3. de Leg. 8. Lex suprema Consulibus salus populi esto. Ver. 3. 163. Lex Terentia. 2. de In. 149. Lex testamentaria. 8. Fam. 6. Lex viaria et alimentaria. 1. Tusc. 30. Lex naturæ, consensio omnium gentium. Brut. 106. Lex repetundarum L. Pisonis. 2. de Inv. 98. Lex Rhodiorum, de rostratis navibus publicandis. 10. Att. 1. Lex Solonis non probanda. 2. de Leg. 54. et 58. Lex duodecim tabularum inquit: Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. 1. de Orat. 167. Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex XII. tabul. permiserat: quod quum impetrasset, causa caderet. 1. Fam. 9. Legis Curiatæ usus. 2. ad Her. Leges communes. 2. de Leg. 14. Leges Titiæ, et Apuleiæ, et Liviæ nullæ, quæ uno versiculo Senatus puncto temporis sublatæ sunt. 2. Tus. 34. Leges Cretum, itemque Lycurgi laboribus erudiunt juventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. *Ibid.* Leges Cretum sive Jupiter, sive Minos sanxit, de Jovis quidem sententia, ut Poetæ ferunt.

ADJUNCT. *Æqua, et vehementer utilis, acerrima, bona, tam egregia, tamque præclara, antiqua, antiqua et mortua, accusatoria, gratissima, iniqua novaque, præcipua, improba, iniqua, accommodata, atque utilis, agraria, vehementer grata atque jucunda, optima, alimentaria, viaria, annalis, mala, extrema, gravis, et præclara, integra, laudabilis, necessaria, præclarissima, suprema, usitata, apta, mediocris, pulchra atque popularis, non atrox, sed mitissima, domestica, mollior, nummaria, testamentaria, cælestis, consentanea, magna.*) (. *brevis, princeps, et ultima, sempiterna, vera atque princeps, vetus, sacrataque, censoria, nefaria, perniciosa, certa, et definita, civilis, ac publica, communis, contraria, diligentissima, et sancta, gravissima, consularis, justa, sacrata, tabellaria, tribunitia, curiata, divina, humana, dura, et prope necessaria, durior, durissima, emendatrix vitiorum, commendatrix virtutum, perfecta, præclara, tyrannica, falsa, fatalis, ac necessaria, frumentaria, gravis, popularis, honesta, iniqua, et inutilis, iniquissima, invidiosa, judiciaria, justissima, atque optima, mala, melior, et utilior, perpetua, militaris, naturalis, recta imperans, prohibensque contraria, perpetua, et æterna, nefaria, recens, nova, perniciosissima, popularis, maxime salutaris, præclara, propria, recta, sanctissima, senatoria, socialis, summa, summa et vera, sumptuaria, varia, vectigalis, vitiosa, et inutilis, utilis.*

SYNTAXIS. *Legem rogare, ferre, sancire, describere, constituere, instituere, jubere, vetare, imponere, statuere, condere, componere, sciscere, edicere. Legibus teneri urbem. A lege discedere. Incidere leges ære, figere, refigere, accipere, facere, inurere. Legem perferre, suadere. Lege agere. Leges proferre, promulgare, dare, ponere, servare, conservare. Legibus adstringere. In legem jurare. Legi intercedere. Legem irritam facere, repudiare, infirmare, illidere, convellere, conculcare, delere, tollere, solvere, perrumpere, perfringere, dissolvere, abrogare, antiquare.*

Lexis, xis, *verbum.* 3. de Orat. 169. et Orat. 149. *Lege*, Emblema.

LI

Libamentum, ti, *libatio.* 2. de Leg. 29. Ut sacrificiorum libamenta serventur.

Libatio, onis, *libamentum, quidquid diis consecratur et offertur, ἀπαρχὴ, σπονδή.* De Ar. 21. Libationes epulæque ludorum.

Libella, læ, *numus argenteus.* 4. T. 26. Quis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Pro Qu. R. 11. Nisi planum facit H-S. LIII. ad libellam sibi deberi. 7. Att. 2. Fecit palam te ex libella, me ex teruncio: *intellige*, hæredem.

Libellus, li, *supplex libellus, βιβλίον.* 16. Att. 16. Atticus libellum composuit, eum mihi dedit, ut darem Cæsari: Cæsar autem rescripsit, æqua eum postulare. Pro Qu. 50. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur; huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur. *Ibid.* 27. et 61. Libellos Sex. Alphenus procurator P. Q. dejicit.

Commentarius, codex, liber parvus, ὑπόμνημα. Pro Clu. 197. Non illi in libellis laudationum decreta miserunt, sed, &c. 1. A. 16. An in chirographis et libellis acta Cæsaris firma erunt? *Ibid.* Memoriæ causa referre aliquid in libellum. 6. Att. 1. Habeo libellum, in quo est, Salaminii pecuniam debent M. Scaptio. Pro Arch. 25. Cum ei libellum malus poeta de populo subjecisset. 1. de Orat. 94. Scripsi illud in quodam libello, qui me imprudente et invito excidit. Hortens. Malo vel unum parvum de officio libellum, quam longam orationem pro seditioso homine Cornelio.

Litteræ, ἐπιστολή. 11. Fa. 11. Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti, qui in me inciderunt. Ver. 2. 183. Recita mihi hunc primum libellum, deinde illum alterum Canuleii.

ADJUNCTA. *Exilis, non magnus, verum aureolus, parvus, pusillus contemptusque.*

SYNTAXIS. *Libellum componere. In libellum referre memoriæ causa. Libellos proponere in locis celeberrimis, dejicere. Libellum alicui subjicere. Scribere aliquid in aliquo libello. Recitare libellum.*

Libens, tis, *lubens, ἑκὼν, ἄσμενος* .)(. *invitus.* 1. At. 11. Res nostræ, quæ tam libenti Senatu laudabantur a Crasso. 2. cont. Rull. 48. Quam dignitatem, etsi libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum. De Arusp. 10. Non modo patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. 2. Att. 4. Animo gaudenti ac libenti. Act. 1. Ver. 25. Animo libentissimo facere aliquid. 13. Fam. 65. Ut libentissimis Græcis nutu, quod velis, consequare. Pro Mil. 39. Cum totius Italiæ

concursus facti illius gloriam libens agnovisset. 1. Att. 14. 4. 2. Redemptores statim sunt demoliti, libentissimis omnibus. *Ibid.* 15. Neque patronis suis tam libentibus, quam accusatoribus.

Libenter, *libenti animo, studiose, sedulo, æquo animo, non repugnanter, non gravate, summo studio, voluntate summa, egregia animi alacritate, προθύμως, ἑκοντί, ἐθελοντί.* 1. Fa. 7. Quorum alterum mihi facere necesse est, si volo, &c. alterum facio libenter, ut &c. Div. 39. Libenter studioseque audire. De Cl. 83. Libenter uti priscis verbis. Frag. ep. Cui ego libentissime commodabo.

Syntaxis. *Libenti Senatu laudatus. Te libente dicam. Et patienti, et libenti animo. Libentissimo te discessi. Libenter ac studiose te audio.*

Liber, a, um, *non impeditus, expeditus, liberatus, solutus, nulla re implicatus, ingenuus, qui sui juris est, qui in sua potestate est, suo jure libertateque utitur, jus suum retinet, nemini mancipatus, vacuus, integer, ἐλεύθερος.*) (*servus, impeditus, implicatus.* 4. Acad. 105. Sic inducto et constituto probabili, et eo quidem expedito, soluto, libero, nulla re implicato. *Ibid.* 8. Hoc autem liberiores et solutiores sumus, quod integra nobis est judicandi potestas. 6. Fa. 7. Solutum esse existimatur, alteri male dicere, tamen, &c. impeditum, seipsum laudare, ne, &c. solum vero liberum alterum laudare, de quo, &c. 4. Acad. 123. Liber igitur a tali irrisione Socrates. 1. Att. 10. Sum enim et ab observando homine perverso liber, et ad dignitatem in repub. retinendam contra illius voluntatem solutus. 1. de Nat. 124. Epicurus homo ad scribendi licentiam liber. 2. 56. Sphæræ stellarum inerrantium ab ætherea conjunctione secretæ ac liberæ. 1. cont. Rul. 27. Consul solutus a cupiditatibus, liber a delictis. Pro Cl. 144. Dixi Avito statim de eo, qui coisset, quo quis condemnaretur, eum esse liberum. Ver. 4. 23. Vacuus, expers, solutus, ac liber ab omni sumptu et munere. 1. Off. 67. Si ab omni animi perturbatione liber sis. De Arusp. 11. Vestræ domus multo maxima ex parte sunt liberæ religione. Pro R. P. 12. Qua lege totus ordo solutus ac liber est. Ver. 5. 23. Supplicium a libero spiritu et communi luce seclusum. 2. 185. Soluto liberoque animo esse. Pro Syll. 86. Deos testor, integro me animo ac libero P. Sullæ causam defendere. 1. de Orat. 70. Poeta numeris astrictior, verborum licentia liberior. 3. 151. Verba inusitata, quæ sunt Poetarum licentiæ liberiora, quam nostræ. Pro Dom. 10. At enim liberum Senatus judicium propter metum non fuit. 1. C. 18. Tibi direptio sociorum impunita fuit ac libera. Orat. 78. Cum hæc duo ei liberiora fuerint. 2. de Div. 73. Tum igitur esset auspicium, si modo ei esset liberum, se ostendisse. *Ibid.* 151. Judicium audientium relinquere integrum ac liberum. *Ibid.* 67. Illa pars quæstionum vaga, libera, late patens. 3. de Nat. 45. Qui est de libera matre, liber est. Pro Cæc. 96. Non potest jure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non sit. Parad. 5. Nisi sapientem liberum esse neminem. 3. de Fin. 75. Liber, nec dominationi cujusquam parens. De Clar. 236. Ingenuo liberoque fastidio. 1. de Fin. 33. Libero tempore, cum soluta nobis est eligendi optio. Pro C. Cor. 1. Homo nimis in gratificando jure liber.

Adverb. *Æque, plane, vere, maxime.*

Syntaxis. *Expeditus, solutus, liber, non implicatus. Liber ab aliqua re. Ad scribendi licentiam liber. Poeta verborum licentia liberior. Verba Poetarum licentiæ liberiora, quam nostræ. Judicium audientium integrum ac liberum relinquere. Homo liber, nec dominationi cujusquam parens. Secretus ac liber animus a corporea conjunctione. A delictis liber. Solutus et liber ab omni sumptu. Religione liber. Soluto, liberoque animo esse, vivere, scribere, abire: integro, liberoque animo agere. Impunita et libera scelera. Liberum illi est abire. Ingenuum, liberumque fastidium.*

Liber, liberi. *Bacchus. Lege,* Bacchus. 2. de Nat. 62. Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem majores nostri consecraverunt. *Ibid.* Liber Cereris filius et frater Liberæ. 3. de Orat. 165. Liber pro vino, Ceres pro frugibus.

Liber, bri, *cortex, opus, opusculum, libellus, commentarii, monumenta, volumen, scripta, chartæ, βίβλος, σύγγραμμα.* 2. de Nat. 120. Trunci obducuntur libro, aut cortice, quo sint a frigoribus et a caloribus tutiores. 3. Off. 121. Hi tres libri inter Cratippi commentarios erunt recipiendi. De Senect. 2. Confectio hujus libri mihi jucunda fuit. *Ibid.* 54. Liber, quem de rebus rusticis scripsit. 2. de Orat. 223. Bruti libelli tres de jure civili. 8. Att. 16. 9. 11. Demetrii librum de concordia tibi remisi. *Ibid.* Demetrii liber περὶ ὁμονοίας. 2. Off. 16. Est Dicæarchi liber de interitu hominum, qui, &c. 6. Fam. 5. Liber tuus et lectus est, et legitur a me diligenter. 2. Qu. Fr. 12. Sed utros ejus habueris libros, (duo enim sunt corpora) an utrosque, nescio. 1. de Div. 6. Chrysippus, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno præterea de oraculis, uno de somniis; quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit. 3. Qu. Fr. 5. Sermo in novem et dies et libros distributus de optimo cive, sane texebatur opus luculenter. 2. Off. 43. Ea quæ essent, dictum est in superiore libro. 1. ad Her. 27. Quoniam satis hujus voluminis magnitudo crevit, in altero libro exponemus, &c. 6. Fam. 7. Peto a te, ne liber exeat: aut ita corrigas, ne mihi noceat. *Ibid.* Si liber exisset. 9. Att. 11. Nos autem in libris habemus, non modo, &c. De Fat. 2. Quod in aliis libris feci, qui sunt de Natura deorum, itemque in iis, quos de Divinatione edidi. 5. Att. 12. Libros per-

volutare. 9. 12. Exolvere. De Cla. 198. Volvendi sunt libri Catonis. Top. 1. et 1. Tusc. 25. Libros edere. 1. de Fin. 8. Quanquam a te ipso id quidem facio provocatus gratissimo mihi libro, quem ad me de virtute misisti. Incer. In libris de Repub. Platonis me comitem profiteor.

Adjunct. *Agrestis, abditus, obscurus, antiquus, aptus, argutulus, grandior, auguralis, suavissimus, domesticus, plenus quæstionum, varius, elegans, extremus, superior, gratissimus, haruspicinus, ritualis, improbus, reconditus, non inutilis, magnus, probatus, notior, utilis, optimus, refertus sententiis.*

Syntaxis. *Liber jam exiit. Libri confectio. In libris habemus. Libros pervolvere, evolvere, volvere, edere, scribere de re aliqua, legere, mittere, remittere, habere. Explicare aliquid duobus, aut pluribus libris. Sermo in libros novem distributus. Dictum est in libro superiore. Provocari gratissimo libro.*

Libera, *Proserpina Cereris filia.* De Nat. 62. et Ver. 4. 107.

Liberalia, orum, *Liberi, id est, Bacchi sacra, sacrive dies et festi. Bacchanalia, διονύσια.* 12. Fam. 25. Liberalibus litteras accepi tuas. 14. Att. 10. Liberalia tu accusas?

Liberalis, le, *largus, munificus, beneficus, prolixus, μεγαλοπρεπὴς, δαψιλὴς, ἐλευθέριος.*) (*.avarus, sordidus, avidus.* 1. de Orat. 32. Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam, &c. Pro Deiot. 26. Largus, beneficus, liberalis. Pro Q. R. 22. Roscius semper liberalissimus munificentissimusque fuit. *Ibid.* 21. Liberalis avidum fraudasse dicitur. Pro Flac. 14. Largum et liberale viaticum. 2. de Off. 52. Gratificandi liberalis voluntas.

Ingenuus, ἐλεύθερος.)(*.illiberalis.* Pro Cæl. 52. Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. Pro Flac. 40. In causa liberali. 4. Acad. 1. Omnis liberalis et digna homine nobili doctrina. 4. Fam. 4. Omnis ars et doctrina liberalis. 3. de Orat. 125. Liberales doctrinæ atque ingenuæ. 1. de Inv. 35. Artium liberalium magistri. 1. Off. 150. De artificiis et quæstubus, qui liberales, qui sordidi. Att. 12. 31. Aberratio liberalissima, doctoque homine dignissima.

Syntaxis. *Regium, liberale, munificum. Largus, beneficus, liberalis. Viaticum liberale, voluntas, mens, causa. Artes liberales et ingenuæ. Liberalis et digna homine nobili doctrina.*

Liberalitas, tis, *benignitas, beneficentia, largitas, bonitas, benefica voluntas, liberalis voluntas, voluntas benemerendi de aliquo, clementia, φιλοτιμία, ἐλευθερία.* 2. de Orat. 105. Raro illud datur, ut possis liberalitatem et benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere. Par. 77. Liberalitas in usu pecuniæ. Pro Flac. 85. Maximas audio tibi pro tua eximia liberalitate maximisque beneficiis in tuos venisse hæreditates. Brut. 3. Ne tua liberalitas dissolutior videatur. *Ibid.* 4. Unum hoc grato animo liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desiderat. Pro Q. R. 24. Qui tantas pecunias propter magnificentiam liberalitatis repudiavit. 1. Fam. 9. Commemoranda quædam et divina Cæsaris liberalitas. *Ibid.* 7. Virum tibi tua præstanti in eum liberalitate devinctum, &c. 2. Off. 64. Posse liberalitate uti, non spoliantem se patrimonio, nimirum est pecuniæ fructus maximus. De Cl. 97. Homo non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia et severitate popularis.

Adjuncta. *Angustior, benigna, gratuita.*) (*.conducta, mercenaria, cautior, et moderatior, commemoranda, et divina, dissolutior, eximia, grata, gratior, gratissima, incredibilis, modica, præstans, summa, uberior, et gratior, vulgaris.*

Syntaxis. *Liberalitas et benignitas. Liberalitatem a largitione sejungere. Liberalitas in usu pecuniæ. Id moderatiorem liberalitatem desiderat. Tua præstanti in me liberalitate devinctus. Propter liberalitatis magnificentiam pecunias repudiare. Liberalitate uti. Homo liberalitate popularis.*

Liberaliter, *ingenue, ἐλευθερίως.* 1. de Orat. 136. Homo ingenuus, liberaliterque educatus.

Large, ἀφειδῶς. Ver. 3. 204. Qua in re Senatus optime ac benignissime cum aratoribus egisset, large liberaliterque æstimasset, in ea, &c. 2. Qu. Fr. 5. Vivo liberalius quam solebam. Ver. 3. 196. Benigne ac liberaliter.

Liberandus, a, um. 6. Att. 2. His ego duobus generibus *civitatum* facultatem ad se ære alieno liberandas aut levandas dedi.

Liberatio, onis, *absolutio, ἀπαλλαγὴ, ἐλευθέρωσις.* Pro Lig. 1. Cum a te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati veniam impetravissent.

Vacuitas, ἀλυπία. 1. Q. Fr. 1. 27. et 1. de Fin. 37. Liberatio et vacuitas omnis molestiæ.

Liberator, oris, *vindex libertatis, ἐλευθερωτής.* 14. Att. 12. Romæ nostri liberatores tuti esse non possunt. 1. A. 6. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cujus a cervicibus jugum servile dejecerant.

Liberatus, a, um, *liber.* Pro S. R. 143. Culpa liberatus, crimine solutus, &c. 2. de Leg. 21. Templa liberata et effata habento. 1. Att. 14. Te a quartana liberatum gaudeo. Pro Dom. 104. Homines soluti et cura liberati. 2. de Nat. 8. Cum cavea liberati pulli pascerentur &c. Pro Mar. 13. Si aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. 1. Tusc. 1. Cum defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, &c.

Libere, *solute, ἀδεῶς, μετὰ παῤῥησίας.* Ver. 2. 176. Non vereor, ne magis accusatorie, quam libere dicere videar. Orat. 77. Ut ingredi libere, non licenter errare videatur. 4. Att. 16. Constanter et libere me gessi. Pro S. R. 22. Quem tu respirare libere non si-

nis. 2. de D. 100. Animus somno relaxatus solute movetur et libere. Pro Pl. 33. Asperius, inquit, locutus est, imo fortasse liberius.

Syntaxis. *Libere, et licenter errare. Constanter et libere se gerere. Solute animus ac libere movetur. Non aspere, sed liberius.*

Liberi, orum, *filii, τέκνα*. 8. Att. 2. Vagamur egentes cum conjugibus et liberis. 16. 11. Is ex C. Fabii filia liberos habuit. Ver. 5. 118. Idque postremo in parentes suos liberi orabant. Top. 86. et Ver. 3. 161. Suscipere liberos. 1. Off. 128. Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum. 3. Tusc. 58. Orbitates quoque liberorum prædicantur. Pro Clu. 31. Fratris autem liberos vita privavit. *hic de uno tantum filio loquitur.*

Adjuncta. *Cari, carissimi, certi, incolumes, et beati, communes, digni, et carissimi, impuri, et nefarii, jucundissimi, optatissimi, parvi, parvuli, simillimi, suavissimi, superstitiosi.*

Syntaxis. *Liberos habere, suscipere. Liberis dare operam. Orbitas liberorum.*

Libero, as, *vindico, libertatem do, in libertatem vindico, restituo, vel in integrum restituo, recupero, expedio, solvo, absolvo, laxo, relaxo, ἀπαλλάττω, ἐλευθερόω, ἐξαιρέομαι.* 1. de Or. 182. Si quis apud nos servisset ex populo fœderato, seseque liberasset. 3. Q. Fr. 1. Teque item ab eo vindico et libero. Ver. 5. 23. Cæteri ex his incommodis pecunia se liberarunt. Pro Fl. 98. M. Aquilium patres nostri multis avaritiæ criminibus testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, judicio liberaverunt. 3. de Ora. 175. Nam quæ vinxit modis forma, et relaxat et liberat immutatione ordinis. 13. Att. 22. Ego librarios tuos culpa libero. De Un. 17. Deus motum cœli ab omni erratione liberavit. 6. Att. 1. Næ tu me sollicitudine magna liberaris. Pro Cl. 6. Ut Judices hunc, quem jam bis condemnatum acceperant, liberarent. Ver. 2. 71. Qui Sopatrum eodem illo crimine liberarant. 1. Fam. 2. Prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. 14. Att. 21. Liberare se magno ære alieno. 6. 2. Liberare aut levare se ære alieno. 1. de Nat. 13. Ut omni me invidia liberem.

Liberor, aris. 3. cont. Rull. 9. Eodem capite obligata omnia liberantur. 2. de Div. 96. Quorum linguæ sic inhærerent, ut loqui non possent, eæ scalpello resectæ liberarentur?

Syntaxis. *Ab eo te vindico et libero. Liberare aliquem culpa. Liberare, aut levare se alieno ære. Liberare se pecunia ex incommodis. Liberare aliquem judicio, invidia, sollicitudine.*

Liberta, tæ. Div. 55.

Libertas, tis, *licentia, ἐξουσία, ἐλευθερία, αὐτονομία.*)(. *servitus.* 4. Acad. 30. Vereor, ne largiar ei, qui contradicturus est, majorem libertatem ac licentiam. *Ibid.* 120. Quanti ista libertas æstimanda est. Ver. 3. 3. Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatemque vivendi. 1. de Or. 226. Virtus tamen jus suum, et impunitam omnium rerum libertatem tenere debet. 10. Fam. 31. Libertas jucunda. Pro R. P. 24. Perdere libertatem. Pro Pl. 33. Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorando non est concessa libertas. Pro Rab. 31. Dare libertatem servo. Pro Pl. 16. Tabella dat eam libertatem, ut, quod velint, faciant. Pro Sest. 69. Eos voluntatem semper eandem, libertatem eandem non semper habuisse. 1. Off. 70. Libertatis proprium est, sic vivere, ut velis. 2. de Or. 145. Me tamen ista oscitans sapientia in libertatem vindicabit. 1. de N. 56. Solutus et in libertatem vindicatus. 15. Att. 13. De libertate retinenda, qua nihil est dulcius, tibi assentior. Pro Fl. 16. Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, et licentia concionum. Pro Dom. 22. Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. *Ibid.* 77. Nemo civis Rom. aut civitatem aut libertatem potest amittere, nisi ipse autor sit factus. 6. Att. 2. Αὐτονομία, id est, libertas suis legibus vivendi. Ad Brut. 16. Accipere libertatem ab aliquo. *Ibidem.* Civitas, quæ ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere possit. 2. Off. 24. Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quam retentæ. 6. A. 19. Aliæ nationes servitutem pati possunt, populi Romani est propria libertas. Par. 5. Libertas est potestas vivendi ut velis. 3. de Leg. 38. Libertatem largior populo, ut et autoritate valeant, et utantur bonis. *Ibid.* 39. Habeat sane populus tabellam, quasi vindicem libertatis. Frag. ep. Quo beneficio per te me in libertatem vindicassem.

Dea sic dicta. Pro Dom. 110. Libertas et templum Castoris.

Adjuncta. *Antiqua, equestris, carissima, communis, major, dulcis, dulcissima, immoderata, impunita, jucundior, propria, licita, tacita, nimia, otiosa, perpetua, præclara, pristina, publica, sancta, summa, tranquilla, vetus.*

Syntaxis. *Libertas et licentia. Libertatem vivendi sibi præcidere. In libertatem vindicare aliquem. Solutus, et in libertatem vindicatus. Libertatem retinere, largiri, dare, adimere, accipere, recipere, concedere, habere, tenere, perdere, amittere. Libertate se abdicare.*

Libertinus, a, um, *justa servitute manumissus, ἀπελεύθερος.* Pro Sest. 97. Sunt etiam libertini optimates. 1. de Orat. 38. Tyberius Gracchus libertinos in urbanas tribus transtulit. 3. A. 17. Ipse ex libertini filia suscepit liberos. Pro Cor. 28. Cn. Publicius libertinus homo. et Pro Sest. 110.

Libertus, *libertinus. Sed libertus ad patronum, libertinus ad ingenuum refertur, ἐξελεύθερος.* 13. Fa. 23. Peto a te, ut Ammonium libertum in patroni ejus negotio tueare. 1. Qu. Fr. 2. Species tam gratiosi liberti aut servi dignitatem non habet. Pro Sest.

76. Servi et liberti. Pro Mil. 90. Servos nostros libertos suos fecisset.

Adjuncta. *Conjunctus ac proximus, minus cautus, gratiosus, nequaquam improbus, paternus, ac probatissimus.*

Libet, bat, *collibet, placet, delectat, non displicet, sum contentus, volo, ἀρέσκει, φίλον ἐστί.* 2. de Orat. 16. Si tibi id minus libebit, non te urgebo. Pro Qu. 94. Si poterit Nævius id, quod libet, et ei libebit quod non licet. De Sen. 84. Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt. 5. Tusc. 43. Nihil quisquam, nisi quod libet, facere præclare potest. 1. Fam. 8. Vel etiam, id quod mihi maxime libet, ad nostra studia me referam. 4. Att. 7. Quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscideram. *Ibid.* 18. De republica non libet plura scribere. *Ibid.* Non libet fugere, aveo pugnare. 2. de D. 27. De quo primo hoc libet dicere &c. 1. de Nat. 92. Ut mihi quidem admirari liberet, esse, &c. *Ibid.* 13. Itaque mihi libet exclamare. 2. de Or. 348. De quo libitum mihi est paulo plura dicere, quam, &c. 14. Att. 21. Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo libere. 8. Att. 7. De proximo bello civili non libet dicere. De Sen. 42. Senectus efficit, ut non libeat, quod non oportet. 2. de Leg. 69. Quoniam libitum est vobis, me ad hæc impellere. pro Mil. 42. Vos et omnes boni vota faciebatis, ut Miloni uti virtute sua liberet. De Am. 41. De Gracchi tribunatu quid expectem, non libet augurari.

Libidinose, *intemperanter, luxuriose, ἀσελγῶς.* Div. 38. Libidinose, nefarie, crudeliter. 1. Off. 14. Cave, ne quid libidinose aut facias, aut cogites.

Libidinosus, a, um, *intemperans, mulierosus, ἀσελγὴς, γυναικομανὴς, φιλήδονος.* Postq. in Sen. 12. Vir libidinosus, impurus, intemperans. Pro Cæl. 13. Cum libidinosis luxuriose vivere. Pro Sul. 71. Audax, petulans, libidinosus. 6. Att. 3. Etenim est levis, libidinosus, salax. *aliter*, sagax. De Sen. 29. Libidinosa et intemperans adolescentia. I. P. 66. Nihil isto scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius. 1. de Fin. 59. Libidinosa voluptas. Ver. 2. 129. Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimusque. De Fat. 8.

Libido, sive Lubido, *ingenita procreandi cupiditas, φιλογυνία.* 2. de Nat. 128. In mare et in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. 1. Off. 54. Est hoc natura commune animantium omnium, ut habeant libidinem procreandi.

Furor, impetus non rectus, effrenata cupiditas, θυμὸς, ὁρμή. Orat. 219. Ubi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est. Pro Qu. 14. Res quæ libidine, non ratione geruntur. 3. de Fin. 32. Timere, mœrere, in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. De Arusp. 42. Clodius Cilicum libidines barbarorumque satiavit. 2. de Fin. 60. Satisne ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat? Ver. 3. 207. Quæ non nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit?

Luxuries, ἐπιθυμία. 1. de Orat. 194. Docemur autoritate nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. Ver. 2. 97. Voluntatem patris anteponendam putavit libidini suæ. 1. de N. 42. Effusæ in omni intemperantia libidines. I. P. 48. Profundæ libidines. Pro Cluent. 12. Repente exorta est mulieris importunæ nefaria libido. 1. C. 13. Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus tuis unquam, quod flagitium a toto corpore abfuit? 2. 8. Catilina aliis fructum libidinum pollicebatur, aliis, &c. *Ibid.* Non mediocres hominum libidines. Pro Milone 74. Is, cui nihil unquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. *Ibid.* 77. Nunquam ille a liberis, a conjugibus vestris effrænatas libidines suas cohibuisset. Pro Font. 27. Turpitudo, quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata sit. *Ibid.* 28. Quæ ad suspicionem stuprorum ac libidinum pertinent. I. P. 86. Civitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierunt. 2. A. 45. Puer emptus libidinis causa. 2. de Or. 226. Nihil superest, libidines totum dissiparunt. *Ibid.* 154. Timide tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. Ver. 1. 78. Tantæne tuæ, Verres, libidines erunt, ut eas capere ac sustinere non provinciæ populi Rom., non nationes exteræ possint? *Ibid.* Nisi libidini tuæ cupiditatique paruerit &c. Ver. 4. 115. Conferte hujus libidines cum illius continentia. Pro M. Cæl. 43. Nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum æs alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido. Hortens. Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliscit.

Voluntas, arbitrium, desiderium, studium, βούλησις, βουλὴ, γνώμη. Pro Fon. 26. Si perlatum erit in Galliam, equites Romanos rem ad illorum libidinem judicasse &c. 3. de Leg. 35. Suffragandi nimia libido. 2. de Inv. 132. Quæ in mentem aut in libidinem veniunt. 1. Fin. Ad libidinem fingere aliquid. Act. 1. Ver. 30. Ad nostrum arbitrium libidinemque adversariorum minas eludemus. Pro S. R. 141. Ad libidinem suam aliquem vexare. 2. Off. 84. Tanta in eo peccandi libido fuit, ut &c. De Sen. 40. Libido voluptatis ad omne facinus suscipiendum hominem compellit.

Adjuncta. *Avida, flagitiosa et perdita, consularis, effrænata, effrænata et nefaria, indomita, effusa, mera, flagitiosa, ignava, turbulenta, immanis, importunissima, inaudita, inexplebilis, intolerabilis, muliebris, juvenilis, non mediocris, nefaria, nimia, petulans, profusa, regia, tenebricosa, turpissima, tribunitia.*

Syntaxis. *Ubi libido dominatur &c. Res libidine, non ratione gerere. In libidine esse. Alicujus libidines satiare. Libidini parere. Libidines domitas habere. Effusæ in omni intemperantia libidines. Suas libidines cohibere. Ne-*

farias libidinum contumelias subire. Ad libidinem alicujus judicare. Nimia suffragandi libido. Quæ in mentem, aut in libidinem veniunt. Ad libidinem fingere aliquid. Libido procreandi, libido peccandi, libido voluptatis.

Libandus, a, um, *decerpendus*. 1. de Nat. 159. Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos.

Libatus, a, um, *decerptus*. 1. de Div. 110. et 2. 26. Divinitas, unde animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus.

Libo, as, *sacrifico, diis consecro, σπένδω, θύω*. 2. de L. 19. Certasque fruges certasque baccas sacerdotes publice libanto.

Delibo, carpo, decerpo, colligo, ἀπαρύω. 2. de In. 4. Ex variis ingeniis excellentissima quæque libavimus. 4. ad Her. 5. Libare suo nomini laudem ex aliorum laboribus. 5. Tusc. 82. Libasque ex omnibus, quodcunque te maxime specie veritatis movet. 1. de Orat. 218. Aliqua non ut sua possedisse, sed ut aliena libasse.

Syntaxis. *Ex floribus libare præcipuos. Libatus a Deo animus, vel a divinitate. Ex ingeniis primis multa libare. Sibi laudes ex aliorum laboribus libare. Aliena libare.*

Libra, æ, *statera, trutina, id est, instrumentum, quo res ponderantur, et examinantur, σταθμία*. 5. Tus. 51. et 5. de Fin. 91. Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam bonorum animi lancem putat, ut terram et maria deprimat. 1. de Orat. 228. Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis. 3. 159. Nexum, quod per libram agitur. *Lege*, Libella.

Libramentum, ti, *extremitas, ὁλκή*. 5. Acad. 116. Extremitatem et quasi libramentum, in quo nulla omnino crassitudo sit.

Librarium, rii, *catalogus, quem registrum vulgo vocant, commentarium, κατάλογος*. Pro Mil. 33. Exhibe, quæso, Sex. Clodi, librarium illud legum vestrarum.

Librariolus, li, *librarius, βιβλιοκάπηλος*. 4. Att. 4. Velim mihi mittas de librariolis tuis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus. 15. 7. et pro Corn. 14. Servus pacificatus est cum librariolo suo. 1. de Leg. 7. Nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

Librarius, a, um, *βιβλιοθήκη*. 2. A. 21. Nisi se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset.

Librarius, rii, *scriba, qui scribit libros, βιβλιογράφος. ii sunt quos nos nunc* typographos *vocamus*. 2. con. Rul. 14. Lex in publicum proponitur, concurrunt jussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. 10. A. 5. et pro Syl. 42. Illas tabulas describi statim ab omnibus librariis imperavi. 4. Att. 15. 13. 21. et 2. A. 8. Epistola librarii manus est. 3. de Orat. 171. Librariorum notæ. Orat. 228. Interductu librarii. 16. Fa. 21. Sed peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus, qui mihi exscribat hypomnemata. 4. Att. 4. De librariis, si me amas, diligenter adverte. 6. 6. Legi literas non tuas, sed librarii tui. 8. 21. Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus.

Libratus, a, um, *appensus, ponderatus*. 5. Tus. 69. Unde terra, et quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineantur.

Licenter, *nimis libere, immoderate, ἀμέτρως*. Orat. 77. Ut ingredi libere, non licenter errare videatur. Pro Cæl. 57. Servi licentius, liberius, familiarius cum domina viventes. 1. de N. 110. At quam licenter fluentium frequenter transitio fit visionum.

Licentia, æ, *libertas, impunitas, venia, libertas immoderata, ἐξουσία, ἄδεια*. Ver. 3. 3. Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatemque vivendi. 4. Acad. 30. Ne majorem largiar ei, qui contradicturus est, libertatem et licentiam. 1. Off. 103. Pueris non omnem licentiam ludendi damus. 10. Att. 4. Hi nisi me civitate expulissent, obtinere se non posse putaverunt licentiam cupiditatum suarum. De Clar. 316. Is redundantes nos et superfluentes juvenili quadam impunitate et licentia repressit. Pro Flacc. 16. Græcia hec uno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum. *Ibid.* 20. Græcorum dissoluta consuetudo et licentia impudens. Orat. 155. Consuetudo dabat hanc licentiam. 1. Q. Fr. 1. 18. Immoderata libertas, infinita hominum licentia. 1. cont. Rull. 15. Omnium rerum infinita atque intoleranda licentia. Pro Mur. 20. Ne ab isto concessam videamur habere licentiam fingendi. 1. de Nat. 124. Homo ad scribendi licentiam liber. 3. Orat. 37. Carmen liberiore quadam fruitur licentia. *Ibid.* 151. Verba prisca, quæ sunt Poetarum licentiæ liberiora. 1. 70. Poeta numeris astrictior, verborum licentia liberior. De Fat. 15. O licentiam jocularem! De Sen. 44. Tantum licentiæ dabat gloria. 3. Off. 20. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat. Ver. 3. 220. Dare licentiam hominibus pecuniarum eripiendarum. Pro Cæl. 48. Is abhorret non modo ab hujus seculi licentia, verum etiam a majorum consuetudine, atque concessis. 2. Off. 28. Nisi multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad unum tanta pervenisset licentia. Pro Dom. 131. Tu in civis domo simulacrum non libertatis publicæ, sed licentiæ collocasti. 15. Att. 11. Bella est autem hujus juris quinquennii licentia. Pro Font. 30. Quantam habent ad maledicendum licentiam. 1. Off. 148. Magnis illis et divinis bonis hanc licentiam assequebantur. De Am. 89. In iis perniciosus est error, qui existimant, peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. Pro Mil. 85. Quem si vicisset, habiturus esset impunitatem, et licentiam sempiternam. Pro Lig. 23. Vide, quid licentiæ, Cæsar, nobis tua

liberalitas det, vel potius quid audaciæ. Pro Cæl. 16. Cujus rei ipse perpetuam licentiam optaret. 4. Fam. 9. Magna gladiatorum est licentia. 2. de Fin. 70. Epicurus luxuriæ licentiam pollicetur. 2. de Div. 150. Resistere licentiæ alicujus. Ver. 3. 29. Hac licentia permissa, ut quantum vellent, auferrent. 1. de N. 108. A Democrito omnino hæc licentia. Ver. 2. 67. Cum iste calumniæ licentiam sua autoritate dedisset.

Oratoria exornatio, cum apud eos, quos aut vereri aut metuere debemus, tamen aliquid pro jure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligunt, cum in aliquo erratto vere reprehendi posse videantur. 4. ad Her. 49.

ADJUNCTA. *Admirabilis, jocularis, non aliena ab honestate, bella, dissoluta, immoderata, impudens, infinita, intoleranda, juvenilis, liberior, major, magna, militaris, perpetua, sempiterna.*

SYNTAXIS. *Licentiam alicui præcidere, largiri, dare, obtinere, permittere, concedere, assequi, habere, possidere. Licentiam exoriri. Redundare et superfluere licentia et impunitate. Libertas immoderata, et licentia. Dissoluta consuetudo, et licentia. Infinita licentia, infinita et intoleranda. Liber ad scribendi licentiam. Poetis est verborum licentia liberior. Id abhorret ab hujus seculi licentia. Licentia ad maledicendum. Peccatum omnium patere in amicitia licentiam. Habere impunitatem et licentiam sempiternam. Resistere licentiæ alicujus.*

Licentior, oris, ἀδεέστερος. 3. de Orat. 183. Inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus.

Liceo, es, *liceor, æstimo.* 12. Att. 24. De hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram.

Liceor, eris, *in licitationem pono, pretium defero, præconi publico subjicio, sub præcone subjicio, voci acerbissimæ præconis bona alicujus subjicio, μαγγανεύω.* Pro Cæc. 16. Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, fundus addicitur Ebutio. 3. Off. 61. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. Ver. 3. 77. Herbitenses liciti sunt usque eo quoad se efficere posse arbitrabantur. *Ibid.* 27. Eum qui manu quæsierit, an eum, qui digito licitus sit, possidere? *Ibid.* 99. Is liceri non destitit. *Ibid.* 160. Liceri contra aliquem. 12. Att. 37. Hæredes Scapulæ liceri cogitant.

Licet, bat, *licitum est, jus est, integrum est, jus habeo, fas est, licentiam habeo, decet, convenit, datur, potest, legibus conceditur, integrum est, ἔξεστιν, ἐνδέχεται.* 1. Tuscul. quæst. 33. Licuit otioso esse Themistocli, licuit Epaminondæ. 5. *Ibid.* 78. Peccare nemini licet. 6. Att. Licebit eum solus ames. 1. Att. 14. Quo in genere mihi negligenti esse non licet. Pro Fla. 71. Cur his per te frui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? Pro Cæl. 1. Vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. Pro Corn. 29. Si civi Romano licet esse Gaditanum. 9. Att. 2. Impetrabis, inquis, a Cæsare, ut tibi abesse liceat, et esse otiosum. 2. 1. Nihilo magis ei liciturum esset plebeio remp. perdere. Pro Qu. 94. Si poterit Nævius id, quod libet, et ei libebit, quod non licet. 2. contra Rull. 19. Ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret. Pro Mil. 44. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. 13. A. 14. Licere id dicimus, quod legibus, quod more majorum institutisque conceditur. Par. 3. Quod non licet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere. 3. de Orat. 107. De hac re in utranque partem disseri copiose licet. 2. de Div. 34. Sexcenta licet ejusmodi proferre. Pro Mur. 8. Non mihi jam licet, nec integrum est, ut miseros non defendam. Pro S. R. 127. Id quod postea, si per vos judices licitum erit, aperietur. *Ibid.* 49. Verum, quoniam ita Chrysogono videtur, artificium obliviscatur, et studium deponat licebit. 1. Fam. 8. Si per eum mihi licebit. 4. 5. Quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare. *bis.* 5. 91. Tibi licet, mihi nefas est oblivisci. 3. de Orat. 97. Licet hoc videre in reliquis sensibus. 1. de Div. 91. Videre licet nationes quasdam, &c. 1. Off. 102. Licet ora ipsa cernere iratorum, qui, &c. 1. de Div. 13. Mirari licet, quæ sint animadversa a medicis herbarum genera.

ADVERB. *Impune, nusquam, omnino, plane, recte, tuto.*

Licet, *pro quanquam, κἂν, εἰ καί.* De Am. 75. Quantumvis licet excellas. 3. de Leg. 24. Quantumvis enumeres multos licet, nullos tamen, &c. Postquam in Sen. 5. Licet corpus abesset meum, dignitas jam in patriam reverterat. Pro S. R. 31. Licet omnes in me terrores impendeant, subibo.

Licinius, nii. 3. de Orat. 225. Itaque idem Gracchus, quod potes audire, Catule, ex Licinio, cliente tuo, litterato homine, quem servum ille sibi habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula. 2. in Ant. 56. Licinium de alea condemnatum collusorem suum restituit, ut, quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolveret. Pro Cluent. 134. Cum in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodiisset, clara voce, ut omnis concio audire posset, dixit se scire, illum verbis conceptis pejerasse. Ver. 2. 22. Halesini pro multis et magnis suis majorumque suorum in Rempub. nostram meritis atque beneficiis, suo jure nuper L. Licinio, Qu. Mucio COSS., cum haberent inter se controversias de senatu cooptando, leges ab senatu nostro petiverunt.

Licinius, a, um. Pro P. Quin. 25. Atria Licinia. Pro Planc. 36. Nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitiis, omnes ambitus legis complexus est.

Licitatio, onis, *auctio, hasta, ὤνησις.* Ver. 2. 133. Exquisitis palam pretiis licitationi-

busque factis. 11. Att. 15. Cum ea pars, quæ videretur esse minor, licitatione expleri posset.

Licitator, oris, *qui rei sub hasta positæ pretium auget, πλειστηριάστης, πλειστηρίος*. 3. Off. 61. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. 7. Fam. 2. Nunc quando tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris væneat.

Lictor, oris, *apparitor, δημόσιος, ῥαβδοῦχος*. Ver. 5. 117. Aderat janitor carceris, carnifex prætoris, lictor Sestius. 1. Qu. Fr. 1. 10. Sit lictor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor, majoraque præferant fasces illi, ac secures dignitatis insignia, non potestatis. 2. con. Rul. 92. Deinde anteibant lictores non cum bacillis, sed, ut hic prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus. Pro Rab. Posth. 13. I lictor, colliga manus.

Adjunct. *Improvidus, molestissimus, proximus, valentissimus.*

Ligariana, æ, *oratio pro Ligario*. 13. Att. 19.

Ligatus, a, um, *vinctus, constrictus, alligatus, illigatus, colligatus*. 4. C. 13. Cum filium ejus impuberem ligatum a prætore missum in carcerem necandum esse dixit. De Univ. 13. Mundus ita cohæret, ut dissolvi nullo modo possit, nisi ab eodem, a quo est ligatus.

Ligneolus, a, um, *ligneus, ξύλινος*. 3. Qu. Fr. 7. Hanc scripsi ante ad lychnuchum ligneolum.

Ligneus, a, um, *ξύλινος, ξυλώδης*. 2. de Inv. 170. Uri posse ligneam materiam necesse est. 2. de Leg. 45. Ligneum autem quodcunque voluerit, uno e ligno dedicato. 2. de Inv. 149. Ligneæ soleæ in pedes inductæ. 5. Tusc. 59. Ponticulus ligneus.

Lignum, gni, *materia, lignea materia, robur, ξύλον, κᾶλον*. Ver. 1. 69. Ligna et sarmenta circundare, ignem subjicere cœperunt. *Ibid*. 45. Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri jussit.

Adjuncta. *Infelicissimum, viride, atque humidum.*

Ligures, *populi Italiæ*. 2. con. Rull. 94. Ligures montani, duri et agrestes. 1. de D. 78. Multos terræ motus in Liguribus factos esse. De Cl. 255. Pro Cl. 72. Pro Dom. 47. et pro Sest. 68. Qui Ligurum castella expugnaverunt.

Ligurio, is, *helluor, ἀναλίσκω, διαφθείρω*. Ver. 3. 177. Non leviter improbissima furta ligurire, sed devorare pecuniam. 11. Fa. 21. Cum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbavi rem.

Liguritio, onis, *helluatio, λιχνεία*. 4. Tusc. 26.

Ligusticus, a, um, *ut, bellum Ligusticum: id est, quod contra Ligures gestum est*. 2. de Nat.

Lilybæum, bæi. Div. 56. Lilybæum Verres venit.

Lilybætanus, a, um. *Ibid*. 55. Agonis est quædam Lilybætana. 13. Fam. 34.

Limatius, *adverb. ἀκριβέστερον*. De Clar. 35. Nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius.

Limatulus, a, um, *ἀκριβής*. 7. Fam. 33. Opus est hic limatulo et politulo tuo judicio.

Limatus, a, um, *limatior, perpolitus, elimatus, διηκριβωμένος*. 2. de N. 74. Vir moribus domesticis, ac nostrorum hominum urbanitate limatus. 1. de Orat. 180. Vir oratione maxime limatus et subtilis. De Clar. 93. 3. de Fin. 40. et 8. Fam. 1. Limatum dicendi genus. Or. 21. Alii subtili quadam et pressa oratione limati. 1. de O. 180. Vir limatus et subtilis. 5. de Fin. 12. De summo bono duo genera librorum sunt: unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius.

Syntaxis. *Moribus et urbanitate limatus. Oratione subtili et pressa limatus. Limatus et subtilis. Judicium limatum et politum.*

Limen, inis, *superior inferiorque januæ pars, introitus, janua, ostium, βαλός, βηλός*. 2. de N. 67. Fores in liminibus profanarum ædium januæ nominantur. Pro Dom. 60. Nec illi tam cupidi liminum meorum et valvarum fuerunt. Pro Cæc. 35. Non modo limine tectoque ædium suarum, sed primo aditu vestibuloque prohibere quempiam. Pro Cæl. 34. Qui simul ac pedem limine extulerat, &c. 5. Tus. 13. Extra ostium limenque carceris.

Limes, tis, *semita, via, οἶμος, ἀτραπός*. De Som. 19. Benemeritis de patria quasi limes ad cœli aditum patet.

Limo, as, *polio, detraho, elimo, ἀποξέω, διακριβόω*. 1. de Orat. 115. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit. De Cl. 236. Habuit a natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limaverat. 3. de Orat. 36. Sed tantum alteri affinxit, de altero limavit. *Ibid*. 188. Stylus qui et illa et hoc maxime ornat ac limat. De Op. 9. Quoniam se ipse ad minutarum genera causarum limaverat. 3. Fam 8. De tua benefica prolixaque natura limavit aliquid posterior annus.

Limor, aris. 1. Acad. 2. Institui quædam ad eum, quæ sunt magna sane, et limantur a me politius. 2. Off. 53. Veritas ipsa limatur in disputatione.

Adverb. *Consulto, politius.*

Syntaxis. *Animi acumen arte limare. De aliqua re limare. Stylus omnia ornat ac limat. Limare se ad. Fortuna limat multum de benefica et prolixa natura. Politius limare. Limatur in disputatione veritas.*

Limus, *πηλός, τίλμα*. In frag. ep. Luta et limum aggerebant.

Linea, æ, *filum, quo materiam et opera sua artifices dirigunt, vel ipsa figura, quæ filo colore infecto fit. Sunt etiam geometrarum lineæ, latitudine et crassitudine carentes, γραμμή*. 3. Qu. Fr. 1. Diphilus aliquando perpendiculo et linea discet uti. 4. At. 8. Lineam tenere in agendo. Parad. 1. Peccare, est tanquam transilire lineas: quod cum feceris, culpa commis-

sa est: quam longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. 1. Tusc. 40. Ferri sursum rectis lineis. 1. de Fin. 19. Ferri deorsum ad lineam.

SYNTAXIS. *In agendo tenere lineam. Lineas transit, qui peccat. Ferri sursum rectis lineis. Ad lineam ferri deorsum.*

Lineamentum, ti, *linea*, γραφὴ, διαγραφή. 4. Acad. 116. Lineamentum sine ulla latitudine.

Figura, forma quæ linearum ductu constat, σχῆμα, μορφὴ, τύπος. 3. de Fin. 75. Animi lineamenta pulcbriora sunt, quam corporis. 1. de Orat. 187. In geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines. De Cl. 298. Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem et colorem defuisse. 1. de Nat. 47. Compositio membrorum, conformatio lineamentorum. *Ibid.* 75. Deorum lineamenta atque formæ. Ver. 2. 89. Eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delectabant. 1. de D. 23. Aspersa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt. 2. 48. Cum ad lineamenta oris perventum est &c. Ver. 4. 98. Tu illius æris temperationem et operum lineamenta solus perspicis? Orat. 186. Numerus quasi quandam palæstram et extrema lineamenta orationi attulit. 2. Acad. Lunæ quæ lineamenta sint, potesne dicere?

SYNTAXIS. *Animi lineamenta. Conformatio lineamentorum. Lineamenta et formæ. Figura et lineamenta hospitæ. Afferre orationi palæstram et extrema lineamenta.*

Lingua, æ, *pars in animante vocis formandæ præcipua*. γλῶττα. 2. de Nat. 135. Linguam autem ad radices ejus hærens excipit stomachus. *Ibid.* 249. In ore sita lingua est, finita dentibus, quæ sonos vocis distinctos et pressos efficit, cum ad dentes, et ad alias partes pellit oris: itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes. 2. de D. 96. Quorum linguæ sic inhærerent, ut loqui non possent, hæ scalpello resectæ liberarentur? 1. de Orat. 115. Sunt quidam ita lingua hæsitantes, ita voce absoni, ut, &c. 3. 4. Hæc tibi est excidenda lingua, qua vel avulsa, libidinem tuam libertas mea refutabit. 1. 245. Ut totum illud uti lingua nuncuparat, in magistri carmine scriptum videretur. 1. Qu. Fr. 1. 31. Linguam omnibus diligentissime esse continendam. 2. de Or. 266. Gallus pictus ejecta lingua, buccis fluentibus. 1. 83. Oratores quidam lingua celeri et exercitata. *Ibid.* 114. Linguæ solutio, vocis sonus. Pro Flac. 54. Cujus lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio ventilata.

Sermo, διάλεκτος. 3. de Orat. 221. Verba neminem movent, nisi eum, qui ejusdem linguæ societate conjunctus est. 5. Tusc. 116. In his linguis, quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi sumus. 3. de Fi. 51. et 5. Lingua Latina inops. 3. Tusc. 9. et 10. Lingua Latina uberior Græca. 2. 35. Lingua Græca copiosior quam Latina. 1. de Fin. 10. Latinam linguam non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse, quam Græcam. 3. de Fin. 51. Cum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac novis: quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. Quanquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles. Ad Q. Fratr. 2. ep. 3. Surrexit Clodius, et tantus clamor a nostris, ut neque mente, neque lingua, neque ore consisteret. Pro Dom. 139. Nedum valeat id, quod imperitus adolescens &c. furtim, mente ac lingua titubante fecisse dicatur. 1. de Div. 102. Rebus divinis, quæ publice fierent, ut faverent linguis, imperabatur. In Pisonem 30. Quorum mens fuerit oppressa præmio, lingua astricta mercede. Famil. 9. ep. 11. Tibi autem idem consilii do, quod mihimetipsi, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus.

ADJUNCT. *Aliena, ficta, celer, et exercitata, copiosa, inops, locupletior, libera, titubans, uberior.*

SYNTAXIS. *Lingua finita dentibus. Inhærent linguæ balbis. Homo lingua hæsitans. Continere linguam. Ejecta lingua, id est.* exerta. *Conjunctus linguæ societate. Excidere linguam alicui. Homo lingua celeri et exercitata. Lingua consistere. Linguam astringere mercede. Linguam titubare. Favere linguis. Linguas hominum vitare.*

Linquens, tis. Pro Plan. 26. Minturnenses C. Marium linquentem terram eam, quam servaverat, lacrymis votisque omnibus prosecuti sunt. De Glor.

Hic situs est, vitæ jampridem lumina linquens.

Linquo, is, λείπω, ἀπολείπω. 1. de D. 18. *Luce serenanti vitalia lumina liquit.*

Linquor, eris. De Fat. 36. Ut is in Insula Lemno linqueretur.

Lintriculus, li, *linter*. 10. At. 12.

Linter, tris, *naviculæ genus*, σκάφη. De Clar. 216. Motus erat is in Curione, quem C. Julius in perpetuum notavit, cum ex eo, in utranque partem toto corpore vacillante, quæsivit, quis loqueretur e lintre? Pro Mil. 74. Lintribus in eam insulam materiam convexit.

Linternus, ager. 2. con. Rul. 65.

Linteum, tei, ὀθόνη. Pro Rab. 39. Merces fallaces quidem et fucosæ chartis et linteis et vitro delatæ.

Linteus, a, um, *ex lino*; *ut vestis lintea*, λίνεος. Ver. 5. 145.

Linum, ni, λίνον. *ibid.* 27. Reticulum tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. 3. C. 10. Tabellas proferri jussimus, linum incidimus, legimus.

Liparensis, se. Ver. 3. 85. Liparensium testimonium.

Lippio, pis, ὀφθαλμιάω. 7. Att. 14. Cum leviter lippirem, has literas dedi.

Lippitudo, dinis, *oculorum morbus ex pi-*

tuitæ destillatione. ὀφθαλμία. 4. Tusc. 81. Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. 8. Att. 21. Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus. *Ibid.* 16. Mihi molestior lippitudo erat etiam, quam ante fuerat. 1. 13. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset, sed dictavi propter lippitudinem. 2. Qu. Fr. 2. Non occupatione, sed parvula lippitudine adductus sum, ut dictarem hanc epistolam. 10. At. 19. Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

ADJUNCTA. *Diuturna, molesta, odiosa, perodiosa, parvula.*

Liquatus, a, um. 2. Tusc. 25. Guttæ liquatæ ardore solis.

Liquefacio, cis, *mollio,* ἐκτήκω. 5. Tusc. 16. Quem nullæ lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

Liquefactus, a, um. 2. de N. 26. Glaciem calore liquefactam et dilapsam diffundi. 3. Q. 19. Cum et legum æra liquefacta sunt.

Liquesco, is, *liquefio,* ἐκτήκομαι. 2. Tusc. 52. Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollitia.

SYNTAXIS. *Voluptates liquefaciunt animum. Voluptate liquescere, mollitiaque fluere. Glacies calore liquefacta et dilapsa.*

Liquet, bat, *constat,* φαίνεται, φανερόν ἐστι. Pro Cæc. 29. Cum causam non audisset, et potestas esset ampliandi, dixit sibi liquere. *Ibid.* 31. Cum quid liqueret, non habuistis. Pro Clu. 76. et 206. et 1. Att. 1. Judices non liquere dixerunt. 1. de Div. 6. Cum id, de quo Panætio non liquet, reliquis solis luce clarius esse videatur. 1. de Nat. 29. Protagoras sese negat omnino de Diis habere, quod liqueat. 2. de Nat. 3. Sed quod inter nos liqueat, ne tu quidem intelligis. 1. 118. Protagoras, cui neutrum liquerit, nec esse deos, nec non esse. 2. 3. Si haberem aliquid, quod liqueret. 4. Acad. 94. Si habes quod liqueat, &c. 1. de Inv. 64. Simili modo liquet, alteram quoque approbationem separatam esse.

Liquido, *certo,* φανερῶς. Ver. 3. 136. Nemo erat, quin hoc se audisse liquido diceret. 6. 124. Confirmare hoc liquido possum. 15. Fa. 6. Amicitiæ dedisti, quod liquido veritati dares. 10. 10. Tamen lectis tuis litteris, liquidius de toto sensu tuo judicavi. 2. de Fin. 38. Quod eo liquidius faciet, si, &c.

Liquidus, ὑγρὸς, ῥυτός. Pro Cæc. 78. Quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. 1. de Finib. 58. Liquida voluptas, et libera.

Liquo. *Lege,* Liquatus.

Liquor, oris, *humor,* ὑγρὸν, ἰκμάς.)(*concretio.* 2. de N. 26. Aquæ admixtum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. *Ibid.* 98. Liquores perlucidi amnium. De Un. 42. Causæ quæ vim habeant caloris et frigoris, concretionis et liquoris.

Liris, is, *fluvius.* 2. de L. 6. Ex eo loco Fibrenus statim præcipitat in Lirim. 5. de Leg. Descendamus ad Lirim.

Lis, tis, *controversia, judicium, res, causa, concertatio,* δίκη, ἔρις, διαφορά. 1. Off. 59. Si lis in judicio sit, propinquum potius defenderis. Pro Mur. 27. Rem an litem dici oporteat. Pro Q. R. 39. Roscium suas, non societatis lites redemisse. 2. de Or. 305. Quid si, cum pro altero dicas, litem tuam facias? Pro Q. R. 45. In sua lite vel in alieno judicio. 1. de Orat. 118. Multitudo litium, et varietas causarum. Ver. 3. 32. Bona sua repetere ac persequi lite atque judicio. 1. de Orat. 118. Lites, controversiæ et causæ. *Ibid.* 42. Intendere litem alicui. Pro R. P. 10. Inferre litem alicui. Pro Cl. 116. Litem capitis in aliquem inferre. *Ibid.* Ut lis hæc capitis æstimaretur. *Ibid.* Æstimationem litis non esse judicium. Pro Cl. 116. Si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt. Ver. 1. 95. C. Dolabellæ H. S. ad tricies litem esse æstimatam. 5. 184. H. S. VIII. millib. lis æstimata est. Act. 1. Ver. 38. Lis æstimata est eo nomine, quod, &c. Pro Mur. 42. Lites severe æstimatæ. 1. de Or. 197. Neque intelligebat, si ita esset, litem adversarium perditurum. Pro Qu. R. 3. Secundum tabulas alicujus litem dare. *Ibid.* 54. Litem damni injuria cum aliquo contestatam esse. 16. Att. 14. Non enim procuratores litem contestabuntur. Pro R. P. 9. In litibus æstimandis nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, aut tabulis privatorum, aut rationibus civium. *Ibid.* 8. Sunt lites æstimatæ A. Gabinio, nec prædes dati.

Disceptatio quævis, φιλονεικία. 1. de Leg. 53. Philosophi ætatem in litibus conterunt.

ADJUNC. *Intestata, privata, insolita, nova, reliqua.*

SYNTAXIS. *Lites redimere, suas facere. Sua bona lite persequi. Lis, controversia, causa. Litem inferre alicui, in aliquem. Æstimare capitis litem, litem perdere, contestari, facere, amittere, intendere. Multitudo litium et varietas causarum. Lis capitis in aliquem lata. Secundum tabulas alicujus litem dare. Ætatem in litibus conterere.*

Littera, æ, *nota, litteræ, scriptura,* γράμμα, χαρακτήρ. 2. de Nat. 93. Si innumerabiles unius et viginti formæ litterarum vel aureæ, vel quales libet aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis, annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici. 2. de Inv. 141. Litteræ quæ tenues et obscuræ notæ sunt voluntatis. 2. de L. 10. Neque cum litteris, quibus scita scribuntur, rectum aut oritur, aut occidit. 3. de Orat. 43. Ut Iota litteram tollas, et E plenissimum dicas. 2. de Div. 85. In robore insculptas fuisse priscarum litterarum notas. 2. de In. 16. Omne nomen ex aliquibus litteris scribitur. 2. de Orat. 240. In omnibus parietibus inscriptas fuisse litteras, tria LLL. duo MM. *Ibidem.* 249. Similitudo verbi ad litteram immutati, ut Nævius, Ignavius. 2. de Orat. 280. In ejus

tabulis ostendit litteras. A. F. P. R. et 2. de Orat. 260. Demosthenes ejus artis, cui studebat, primam litteram non poterat dicere. 3. de Finib. 74. Quid non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si unam litteram moveris, labent omnia? 15. Fa. 16. Puto te jam suppudere, cum hæc tertia jam epistola ante operis sit, quam tu schedulam aut litteram. 4. Acad. 6. Sed ne litteram quidem ullam facimus nisi forensem. 3. de Orat. 57. Cum ipse litteram Socrates nullam scripsisset. Pro Ar. 18. Nullam litteram scripsi. *id est, nihil scripsi.* 2. Fa. 17. Ille cum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram nunquam misit. De Cl. 27. Ante Periclem littera nulla est, quæ quidem ornatum habeat. 1. de Orat. 86. De frangendis cupiditatibus littera in eorum libris nulla invenitur. Ver. 4. 127. Quod iste, si unam litteram Græcam scisset, non sustulisset. 1. de In. 68. Desinite litteras legis perscrutari. 2. At. 2. Si homo esset, eum potius legeret, quam unam litteram scriberet. Part. 126. Ex consequentibus, quod ea littera de accusatore soleat dari judici. Pro Mil. 15. Littera salutaris, littera tristis in judicando. Pro S. R. 57. Crura quidem vobis nemo suffringet · sed si ego hos bene novi, litteram illam, cui vos usque eo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut &c. 7. Att. 2. Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ. Pro Syl. 45. Litteræ posteritatis causa repertæ sunt, quæ subsidio oblivioni esse possent. Pro Cæc. 38. Ut tantum facinus non in æquitate defensionis, sed in una littera latuisse videatur.

Eruditio, doctrina, peritia, παιδεία. De Ar. 18. Versor in studio litterarum. Pro Ar. 3. In studiis humanitatis ac litterarum versari. 2. de Leg. 3. Agere ætatem in litteris. Pro S. R. 121. Non est verisimile, ut Chrysogonus horum litteras adamarit, aut humanitatem. De Cl. 265. Erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam et reconditæ. 3. de Nat. 42. Qui interiores et reconditas litteras scrutantur. De Cla. 252. Multæ litteræ reconditæ et exquisitæ. 3. Fam. 10. Litteræ interiores. *Ibid.* 11. Litteræ disertæ. 2. de D. 98. L. Tarutius in primis Chaldaicis litteris eruditus. 2. de Orat. 72. Homo non hebes neque inexercitatus, neque politioris humanitatis et communium litterarum expers. I. P. 70. Græcus non Philosophia solum, sed etiam litteris, quod fere cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. 3. de Orat. 130. Geometria, musica, litteræ. De Cla. 153. Litterarum scientia et eloquendi elegantia. *Ibid.* 259. T. Flaminius litteras nesciebat. 2. A. 20. Tantum dicam, neque illos, neque ullas omnino te litteras nosse. *Ibid.* Meæ litteræ nomini Romano laudis aliquid afferunt. Pro Arch. 16. Ad percipiendam colendamque virtutem litteræ adjuvant. Ver. 4. 98. Homo sine ingenio, sine litteris. De Ar. 18. Non his delector aut utor omnino litteris, quæ nostros animos deterrent, atque avocant a religione. 9. Att. 12. Nunc mihi nihil libri, nihil litteræ, nihil doctrina prodest. 4. 16. Retuli me ad litteras et studia nostra. 1. Fam. 7. Litteris omnibus a pueritia deditus. Hortens. Litteris talibusque doctrinis ante excoli animos, et ad sapientiam concipiendam imbui et præparari decet.

Insuper memoria, seu monumenta, tabellæ, libelli, βίβλος. 1. de Orat. 192. Omnia enim hæc neque ita multis litteris aut voluminibus magnis continentur. Ver. 3. 209. Memoria, monumenta, litteræ. 3. de Nat. 48. Sed illud nomen veterum litteris est usitatius. 1. Tuscu. 6. Mandare litteris cogitationes suas, et tradere memoriæ. 4. Acad. 2. Consignare aliquid litteris, et mandare monumentis. 1. Tusc. 38. Extare litteris. 2. de Orat. 52. Custodire litteris aliqua. Ver. 3. 112. Nomina aratorum, et cum singulis pactiones Decumanorum litteris persequi et conficere necesse est. Pro Cluent. 186. Tu fortunas alterius litteris conscriptas in judicium afferes, neque earum litterarum obsignatarum autorem, neque testem ullum nominabis?

Multitudinis casu, epistola, tabulæ, codicilli, γράμματα. 15. Fam. 14. Id quando non accidit, utemur bono litterarum: et eadem fere absentes, quæ, si coram essemus, consequemur. 3. C. 6. Dare litteras alicui ad aliquem. 5. Att. 4. Litteras Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. 7. 24. Ecce Cassio litteræ, Nigidium a Domitio Capuam venisse, eum dicere, Vibullium e Piceno currere ad Cn., confestim insequi Cæsarem. *Ibid.* 22. Idibus vesperi e Philotimo litteras accepi, Domitium exercitum firmum habere, Cæsarem intercludi posse, eumque id timere. 1. Fam. 7. Legi tuas litteras, quibus ad me scribis, &c. 2. 7. De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces ex iis litteris, quas Thrasoni liberto tuo dedi. *Ibid.* Unis litteris totius æstatis res gestas ad Senatum perscribere. 4. 4. Sæpius ad aliquem litteras uno exemplo dare. 10. 18. Binæ continuæ litteræ. 5. Att. 21. Lucius queritur apud me per litteras, &c. 9. 19. Cum ejus clementiam Corfiniensem per litteras collaudavissem. 1. Fam. 7. Per litteras tecum sæpissime colloquar. Ver. 2. 24. Lucullus de Dionis injuria gravissime per litteras cum Verre questus est. 1. Att. 17. Ei nunc epistolæ litteris his respondeo. *Ibid.* 7. Non ejus generis meæ litteræ sunt, ut eas audeam temere committere. 4. Att. 3. Litteras in alienum incidere. 2. Fam. 4. Committere aliquid litteris. 1. Att. 10. Litteræ non committendæ sunt ejusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. 6. 3. Aperire litteras. Pro Plan. 85. Te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse. 5. Att. 4. Litteras tuas Funisulanus mihi dedit. 7. Fam. 5. Cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer

accuratius domi meæ, litteræ mihi dantur a te, &c. 10. 16. Litteræ frigidæ et inconstantes. 4. 9. Litteræ multis verbis scriptæ. 11. 11. Litteræ breves.)(. *Pleniores. Ibid.* 29. Et uberiores. 3. 11. Prudentia tuarum litterarum. 7. 33. Litteræ facetæ et elegantes. 3. 6. Litteræ scriptæ mea manu. 5. Att. 14. Antequam aliquo loco consedero, neque longas a me, neque mea manu litteras expectabis. 15. 17. A quo adhuc nulla littera est. Ver. 1. 92. Ut Romam venit, nullam litteram pupillo, nullam tutoribus reddidit.

Adjunct. *Accuratissimæ, amantissimæ, antemeridianæ, commodæ, consolatoriæ, suaves, nimis veteres, acerbæ, cruentæ, expectatissimæ, minaces, et acerbæ, acerbissimæ, aculeatæ, ardentes, bene longæ, tranquillæ, antiquiores, gratæ, jucundæ, hilariores, nec tamen firmæ, impudentissimæ, antiquissimæ, vehementes, argutissimæ, humanissimæ, ineptæ, obviæ, plenissimæ amoris, recentissimæ, atrocissimæ, priores, breves, longæ, insuavissimæ, breviores, fideles, longiores, variæ, quam celerrimæ, et quam creberrimæ, plenæ dignitatis, interiores, perbreves, commendatitiæ, proximæ, communes, complures, primæ, integræ, corruptæ, consulares, continuæ, stomachosiores, iniquæ, inusitatæ, contrariæ, iniquissimæ, refertissimæ officio, et suavitate, contumeliosæ, minaces, minime dignæ, raræ, simillimæ, crebræ, crebriores, gratæ, languidiores, odiosæ, creberrimæ, jucundissimæ, plenæ timoris, prudentiores, uberiores, victrices, domesticæ, falsæ, improbissimæ, mirabiles, præclaræ, expectatæ, uberrimæ, verissimæ, extremæ, facetæ, atque elegantes, longissimæ, rabiosulæ, fatuæque, falsæ, et corruptæ, incorruptæ, forenses, et senatoriæ, frigidæ, et inconstantes, gratiores, gratissimæ, gratissimæ et bellæ, inanes, matutinæ, necessariæ, novæ, pomeridianæ, superiores, ingratæ, interiores, et reconditæ, priscæ, satis liberales, liberiores, manifestæ, multæ, exquisitæ, plurimæ, vulgares, plures, et illustriores, pergratæ, suaviores, suavissimæ, tristes, perjucundæ, perpaucæ, minime obscuræ, raræ quidem, sed suaves, propriæ, publicæ.)(. privatæ, salutares, tristes, supervacaneæ, vespertinæ.*

Syntaxis. *Socrates litteram nullam scripsit.* id est nihil litteris mandavit. *In ejus libris littera invenitur de &c. Litteras legis perscrutari. Ejus manus accedit ad similitudinem litteræ tuæ. Litterarum exemplum, intermissio, intervallum, brevitas, crebritas, diligentia. Litteras scribere, mittere, dare, elicere, committere, perferre, afferre, referre, reddere, accipere, expectare, requirere, desiderare, intercipere, resignare, aperire, recitare. Litteras ab aliquo venire, volare, commeare, conquiescere, in alicujus manus incidere, aliquid loqui. Litteris rescribere, respondere. Litteris se dare, se dedere. Litteris instructus, tinctus, præditus, politus, doctus, eruditus. Ad litteras se referre. In litteras se abdere. Litteris se involvere. Litteras attingere, discere, vorare, scire, nescire. Litteris mandare, consignare. Homo sine ingenio, sine litteris, politioris humanitatis et communium litterarum expers, in studiis humanitatis ac litterarum versatus.*

Litterate, *scite, eleganter,* πεπαιδευμένως. 2. de Orat. 253. Belle et literate dicta laudantur. I. P. 61. Rationes enim ita sunt perscriptæ scite et literate, ut, &c. De Cl. 205. L. Ælius scriptorum veterum literate peritus. *Ibid.* 108. L. Furius Philus perbene Latine loqui putabatur, litteratiusque quam cæteri. De Arusp. 17. Litterate respondere.

Litteratura, æ, *ipsa scriptura,* γραμματεία. Part. 26. Memoria est germana litteraturæ quodammodo, et in dissimili genere persimilis. nam ut illa constat ex notis litterarum, et ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ: sic confectio memoriæ, tanquam cera, locis utitur, et in his imagines, ut litteras, collocat.

Est insuper varia eruditio, ἱστορία. 2. A. 116. Erat in Cæsare ingenium, ratio, memoria, litteratura, cogitatio, &c.

Litteratus, a, um, *liberaliter eruditus, doctus, et sciens,* γραμματικός. 9. Fam. 16. Frater tuus, quem litteratissimum fuisse judico, facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est. 3. de Nat. 22. Quod litteratum est, id est melius, quam quod non est litteratum. Pro Mur. 16. Tua nobilitas hominibus litteratis et historicis est notior. Pro Corn. 3. Viri litterati, ac studiis doctrinisque dediti. 3. Off. 58. Homo nec infacetus, et satis litteratus. De Cl. 81. Albinus et litteratus, et disertus fuit. *Ibid.* 265. Plena litteratæ senectutis oratio.

Litterarius. 5. Tusc. 105. Quid dulcius litterato otio?

Syntaxis. *Belle et litterate dicta. Scite et litterate scribere. Litterate peritus. Perbene Latine loqui, et litterate. Litterate respondere. Quod litteratum est. Litteratus et studiis doctrinisque deditus. Nec infacetus, et satis litteratus. Litteratus et disertus. Litterato otio nihil dulcius. Plena litteratæ senectutis oratio.*

Liternum, *villa.* 10. Att. 15.

Litterulæ, arum, γραμμάτιον. 7. 2. Chrysippum, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore habui. 6. 9. Admiratus σύγχυσιν litterularum, quæ solent compositissimæ et clarissimæ esse.

Adjuncta. *Argenteæ, minutæ, copiosissimæ, et clarissimæ, vacillantes.*

Litigandum. 2. Att. 7. Mira sum alacritate ad litigandum.

Litigans, tis. Pro Cæl. 27. Aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem.

Litigator, oris, φιλόνεικος. Pro Dom. 115. Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius quam æstimabat, &c.

Litigiosus, a, um, *litium cupidus, calumniator, controversus,* ἐριστικός. 1. de Orat. 255. Vereris, ne tua domus, si a litigiosis hominibus non colatur, a cæteris deseratur? 2. 182. Pro Mur. 26. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet? Pro Cæc. 14. Defensor nimium litigiosus. Pro Planc. 82. Si in familiaritate mea locus esset nemini, nisi

litigioso et nocenti, &c. 1. de Leg. 18. Ignoratio juris litigiosa est. 5. de Fin. 76. Habent enim bene longam et satis litigiosam disputationem. 3. de Orat. 106. Litigiosum prædium.

Litigo, as, *discepto*, φιλονεικέω, δικάζομαι. 13. Att. 36. Hircius cum Quintio acerrime pro me litigavit. 9. Fam. 25. Noli pati litigare fratres, et judiciis turpibus conflictari. De Ami. 99. Qui litigare se simulans blanditur, &c. 2. Qu. Fr. 9. Litigarem tecum, si fas esset, sed, &c. 13. A. 30. Hic cum C. fratre putat se litigare. Pro Qu. R. 53. Qui per se litigat.X. *Qui cognitorem dat.*

Syntaxis. *Litigare cum. Litigare, et judiciis conflictari. Per se litigare.*

Lito, as, *litor, bene promitto*, ἱλάσκομαι. Pro Fl. 96. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, &c.

Litor, aris, *lito*, θύομαι. 2. de D. 36. Hostia litatur pulcherrime. *Ibid.* 38. Cum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? quæ autem tanta inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis?

Litura, æ, *linea inducta ad aliquid delendum*, ἀλοιφή. Pro Cl. 41. Oppianicus, qui digito legata deleverat, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. 6. Fam. 7. Cum mendum scripturæ litura tollatur. Pro Arch. 9. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis. Ver. 1. 92. Deinde in codicis extremam ceram nomen infimum in flagitiosa litura fecit. 2. 104. Videtisne totum hoc nomen, coram ubi facit delatum, esse in litura? quid fuit istic antea scriptum, quod mendum ista litura correxit? *Ibid.* 191. Caudam illam Verris tanquam in luto, demersam esse in litura. Pro Arc. 9. Litura unius nominis commotus est.

Litus, oris, *ora terminusque terræ ad mare*, αἰγιαλὸς, ἀκτή. Top. 32. Litus est, qua fluctus eludit 2. de Inv. 97. In litore fluminis Eurotæ. Orat. 107. et 10. A. 8. Quid tam commune, quam mare fluctuantibus, litus ejectis? Pro Dom. 140. In litore deserto aram consecrare. 2. de Nat. 100. Amœnitates orarum et litorum. 12. Att. 10. 2. Qu. Fr. 15. Timebam litus insulæ.

Lituus, tui, *bacillus ita dictus*, λίτυος. 1. de Div. 30. Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus? *Ibid.* Lituus erat incurvum et leviter a summo inflexum bacillum. *Ibid.* Litus auguralis ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit. *Ibid.* Lituo Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit. 2. Att. 8. De lituis βοώπιδος. 2. de N. 9. De lituo Actii Navii.

Lividus, a, um, πελιδνός. 4. Tusc. 28. Ergo invidi, malevoli, lividi, &c. *Lege*, Invidus.

Livius, vii. De Cl. 72. Livius, qui primus fabulam docuit.

Livius, a, um. 2. de Leg. 14. Leges Liviæ.

Livor, oris, [*invidia*, φθόνος, 11. Fam. 10. Tu enim e certo sensu et vero judicas de nobis: quod isti ne faciant, summa malevolentia et livore impediuntur.

Est quoque nota percussionis in corpore sine vulnere, πελίωμα. 2. ad Her. 8. Si tumore aut livore decoloratum est corpus mortui.

LO

Locatio, onis, μίσθωσις. Ver. 3. 18. Ut induceretur locatio, postulaverunt. *Ibid.* Locationem facere. 4. Att. 3. Porticus Catuli locatione reficiebatur. Ver. 1. 152. Scelerata locatione spoliatus. Frag. ep. Locatio pretiosa.

Locatus, a, um. 2. cont. Rul. 49. Agri a censoribus locati sunt. De Cl. 209. Membra suo quæque loco locata. Orat. 217. Si quis eorum pedum in extremo locatus est, &c. Pro S. R. 56. Anseribus cibaria publice locantur in Capitolio, ut. &c. Ver. 5. 1. 9. Non palam vivorum funera locabantur. 1. de Orat. 138. Quæstio de re certis in personis et temporibus locata. 6. Att. 1. Civitatem in Catonis fide locatam funditus perdidissem. Pro Cæl. 67. Deinde forteis viros ab imperatrice in insidiis, atque in præsidio balnearum locatos. De Ami. 40. Etenim eo loco locati sumus, ut, &c. 1. Tusc. 80. Ipsi animi, magni refert, quali in corpore locati sint. De Consolat. Te, approbantibus diis immortalibus ipsis, in eorum cœtu locatam consecrabo.

Loco, as, *repono*, καθίστημι. 2. Fam. 6. Mentem denique omnem in Milonis Consulatu fixi et locavi. Pro Mur. 30. Duæ sunt artes, quæ possunt locare hominem in amplissimo gradu dignitatis. 1. Acad. 36. Inter recte factum et peccatum media locabat quædam.

Adapto, accommodo, τάττω. 3. Qu. Fr. 1. Ad Telluris quidem tuam statuam locavi.

Conducenti trado, ἐργολαβέω. 9. A. 16. Utique quæstores eam basim statuamque faciendam et in rostris statuendam locent. Ver. 1. 154. Locarat opus faciendum maxima pecunia. *Ibid.* 145. Opus quod tu H-S. DLX. millibus faciendum locasti. 1. de Inv. 47. Si Rhodiis turpe non est portorium locare, nec Hermocreonti quidem turpe est conducere. 15. Att. 16. Dolabella locum illum sternendum locavit. Pro Qu. R. 28. Disciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat se non minus H-S. CCCLIII. 2. A. 44. Curio te in matrimonio certo ac stabili locavit. 2. ad Her. 38. Locare aliquam alicui nuptiis. 3. de Leg. 11. Locassint, *pro locaverint*. Ver. 1. 130. Cum Consules ædes suas locavissent, &c.

Æstimo, τίθημι. De Amic. 104. Vos hortor, ut ita virtutem locetis, ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius putetis.

Syntaxis. *Locata suo loco membra. Locata anseribus in Capitolio cibaria. Locata certis in personis quæstio: id est*, constituta. Ci-

vitas locata in fide alicujus. Summo loco locatus. Animus in corpore locatus. Locare homines in insidiis. Mentem omnem in aliquo figere et locare. Hominem in amplissimo dignitatis gradu locare. Media quædam locare inter, &c. Locare statuam: itemque faciendam et statuendam locare. Locare opus faciendum maxima pecunia. Locare aliquam alicui nuptiis. Locare in matrimonio.

Locris, *regio*. 3. Att. 15.

Locrensis. 5. Tusc. 59. Doris Locrensis. et Ver. 5. 89.

Locri, *populi*. 6. Att. 1. 5. De Fin. 87. 2. de N. 6. I. P. 96.

Locuples, tis, *dives, abundans, idoneus, fide dignus, πλούσιος, πολυχρήματος, εὔπορος.* X. *Egens.* Div. 55. Mulier copiosa plane et locuples. 1. de Orat. 161. Tanquam in aliquam locupletem et refertam domum venissem. Pro Plan. 86. Egentes in locupletes armabantur. Pro Qu. R. 22. Egebat? imo locuples erat. 3. de Orat. 183. Cujus membra sunt in omni locupleti oratione diffusa. 5. de Fin. 13. Lysias oratione locuples, rebus jejunior. 4. ad Her. 45. Magnæ et locupletes copiæ. 2. de Div. 119. Jam Pythagoras et Plato locupletissimi autores jubent, &c. 1. 37. Collegit innumerabilia oracula Chrysippus, nec ullum sine locuplete autoritate ac teste. De Cl. 47. Locuples autor Thucydides. 7. Att. 7. Nec moderatior, quam Sulla in pecuniis locupletum. 8. 2. Quasi locupletior autor, quam Socrates, mihi quærendus sit. 1. de Fin. 10. Latina lingua non modo non inops, sed locupletior etiam est, quam Græca. 1. de Nat. 113. Locupletior hominum natura ad beate vivendum, quam deorum. 3. Off. 10. Quem enim locupletiorem quærimus, quam, &c. Frag. ep. Nec locupletem ad hoc autorem habebamus.

Adverb. *Maxime, parum, quidem, certe, sane.*

Syntaxis. *Copiosus et locuples. Domus locuples et referta. Oratio locuples. Oratione locuples, rebus jejunior. Copiæ magnæ et locupletes. Autoritas locuples. Auctor locuples.*

Locupletandus, a, um. 2. ad Her. 46. Quæ pertinent ad exaggerandam et locupletandam argumentationem.

Locupletatus, a, um. Ver. 5. 78. Mancipiis, argento, veste locupletatus.

Locupleto, as, *dito, divitiis augeo, orno, fortunis locupleto, augeo, πλουτίζω, καταπλουτίζω.* 2. Fam. 13. Mihi erat in animo civitates locupletare. 2. de Fin. 90. Sapientes locupletat ipsa natura. 1. cont. Rul. 67. Hæc lex eos fortunis locupletat. 1. de Orat. 234. Cujus artem cum indotatam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. De Clar. 331. Eloquentiam locupletasti graviorum artium instrumento. 2. de Inv. 1. Locupletare aliquem locum egregiis picturis.

Syntaxis. *Ornare et locupletare orationem. Locum locupletare picturis egregiis. Exaggerare et locupletare argumentationem. Locupletare aliquem fortunis. Artem verbis locupletare et ornare. Eloquentiam locupletare graviorum artium instrumento.*

Locus, ci. *Locus ab oppido quid differat, et quis in loquendo rectus usus, quæstio grammatica, τόπος, χῶρος.* 2. de Orat. 358. Corpus intelligi sine loco non potest. Par. 36. In locis autem et illa naturalia, maritimi an remoti a mari, plani an montuosi, læves an asperi, salubres an pestilentes, opaci an aprici: et illa fortuita, culti an inculti, celebres an deserti, coædificati an vasti, obscuri an rerum gestarum vestigiis nobilitati, consecrati an profani. De Cla. 289. Occupare locum in subselliis. 2. de Nat. 83. Aer videtur quasi locum dare et cedere. De Sen. 63. Cum quidam in theatrum grandis natu venisset, in magno consessu locum ei a suis civibus nusquam datum, memoriæ proditum est. Par. 1. Quibus circumscriptus est habitandi locus. 8. Att. 10. Respondit, se, quod in nummis haberet, nescire, quo loci esset. 2. ad Her. 7. Locus quæritur, publicus an privatus fuerit, cujusmodi loci attingant. 9. Fam. 2. Erit enim nobis honestius videri venisse in illa loca ploratum potius, quam natatum. 3. de Orat. 18. Locus opacus et frigidus in sylva. Ver. 5. 80. Locus amœnus et ab arbitris remotus. 2. de Orat. 290. Nec amœnum, nec salubrem locum censeo. De Cl. 289. Gratiosi scribæ sint in dando et cedendo loco. Pro S. R. 68. Locus opportunus, aptus ad eam rem. 1. de Inv. 29. Locus opportunus, tempus idoneum. 1. de Orat. 2. Qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ molestiarum et turbulentissimæ tempestates extiterunt. Ver. 3. 207. Locus intra Oceanum jam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non pervaserit, Pro L. Varen. Cum iter per agros et loca sola faceret. Con. C. Anton. Ut non esset locus tam sanctus, quo non adventus tuus crimen afferret. *Ibid.* Ut tibi primum locum concederem. *Ibid.* Te e postremo in tertium locum esse sublectum. Pro M. Scau. Propinquitas et celebritas loci. Frag. ep. Ut Hercules Antianus in alium locum transferretur. Oecon. 1. Præparatis idoneis locis. Oeco. 2. Qui me absente in meum locum substituitur. Hortens. Omnibus planetis in eundem recurrentibus locum. 3. de Leg. Neque dum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur. Incer. Qui fuit locus religiosissimus, is erit desertissimus.

Item occasio, facultas, conditio, gradus, numerus, καιρός, τόπος, ἀριθμός. 2. Fam. 5. Loco excelso et illustri sita est laus tua. 3. 8. Illud scio, meos multos, et illustres, et ex superiore et ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, &c. 1. de Off. 142. Locum autem actionis opportunitatem temporum esse dicunt. 4. Fa. 2. et 16. 12. Quem in locum res deducta sit, vides. Pro S. R. 153. Videte, quem in locum remp. perven-

turam putetis. Brut. 7. Res in eam locum venerat, ut, nisi, &c. 2. de Leg. 53. Eo loco res est ita soluta hæreditate, quasi ea pecunia legata non esset. 4. Fam. 3. Nihil loci relictum est tuæ scientiæ. 1. 9. Nulli improbo locus est ad remp. violandam. 3. 6. Iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse. 3. de Nat. 19. Repente avertis orationem, nec das respondendi locum. 1. de Orat. 118. Hæc turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis Oratoribus. Pro Qu. 53. Aliquid loci rationi et consilio dare, et sese colligere. *Ibid.* 61. Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? Orat. 127. Quotiescunque dabitur amplificandi locus. Pro Mur. 70. Homines tenues unum habent in nostrum ordinem proferendi beneficii locum. Orat. 243. Nullum habeo instituendi aut docendi locum. Pro Dom. 64. Non erat in tantis injuriis novæ crudelitatis locus. *Ibid.* 140. Ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Pro Plan. 82. Si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso aut nocenti, &c. Pro Qu. 49. Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. Pro Planc. 68. In tam maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. De Cla. 290. Est etiam in arte tanta huic minutæ subtilitati locus. 12. Att. 19. Nec est quidquam aut parvæ curæ, aut novæ loci. 2. de Orat. 219. In hoc altero, &c. quid habet ars loci? Pro Mur. 12. Maledicto nihil in hisce rebus loci est, omnia laus occupavit. 2. C. 6. Non est jam levitati locus, severitatem res ipsa flagitat. Pro Mur. 63. Esse apud hominem constantem ignoscendi locum. *Ibid.* 48. Quo mihi etiam durior locus est dicendi datus. Pro Dom. 86. Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit? Pro Do. 147. et pro Pl. 81. Qui in mea salute principem semper locum autoritatemque tenuistis. Qu. de Pet. 4. Prodest, quorum in locum ac numerum pervenire velis, ab iis ipsis illo loco ac numero dignum putari. 2. A. 71. Quem locum apud Cæsarem obtinuisti, quo numero fuisti. Ver. 5. 124. Ipsi in hostium numero locoque ducemini. 2. 134. Præsertimque eo numero et loco. Ad Br. 17. Habere aliquem loco patris. De Cl. 1. Ex quo augurum institutis in parentis eum loco colere debebam. Postquam in Sen. 34. Is mihi in filii loco fuisset, nunc certe erit parentis. 2. de Orat. 200. Sodales nobis in liberum loco more majorum esse debent. De Pro. 41. Is me habebat eodem loco, quo suum generum. Ad Brut. 13. Succedere alicui in parentis locum. I. P. 31. Tune etiam ausus meum illum discessum, &c. in maledicti et contumeliæ loco ponere? Pro Cl. 62. Objicere aliquid alicui in loco maledicti, vel criminis. De Cla. 137. Qui hoc munere in civitate functi sunt, ut tenerent Oratorum locum. 6. Att. 1. Perbono loco res est. 11. 13. Et tum meliore loco res erant nostræ. De Arusp. 61. Ut meliore simus loco, ne optandum quidem est. Pro Sest. 68. Res erat et causa nostra eo loci, ut erigere oculos et vivere videretur. Pro Dom. 36. Ille tibi loco filii per ætatem esse potest. 1. 61. Prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere. 2. Fa. 6. In loco beneficii, vel mercedis numerare aliquid. 1. Qu. Fr. 1. 10. Deferre aliquid alicui non in beneficii loco, sed in laboris et muneris. 3. de Nat. 76. Ubi igitur locus fuit errori deorum? 2. de Inv. 144. Petere sibi aliquid loco præmii. 10. Fam. 31. Cæsar me vetustissimorum familiarium loco habuit. 5. 3. Te mihi fratris loco esse duco. 2. de Fin. 50. Qui honestatem eo loco habet, ut sine ea jucunde posse vivi neget, &c. 1. de Orat. 183. Mulier, quæ in concubinæ locum duceretur. 7. Fam. 3. Criminis loco putant esse, quod vivam. 2. de Fin. 90. Qui voluptatem nullo loco numerat. 3. 66. Nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus. 13. Fam. 23. Esse magno loco apud regem. 3. 6. Tenere primum locum apud regem. 3. de Fin. 52. Obtinere primum vel secundum locum. De Cl. 81. Tenuit cum hoc locum quendam etiam Ser. Fulv. Orat. 4. At enim in Poetis non Homero soli locus est, sed et Sophocli, &c. Pro Cl. 150. Qui in summum locum civitatis non potuerunt ascendere. *Ibid.* 132. Locus Senatorius ludis. Pro Planc. 12. Esse ex equestri loco. 3. Fam. 9. Tua dignitas suum locum obtinebit. 2. de Orat. 198. Si placuerit, vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis. 11. Fam. 16. Litteræ non loco redditæ. Pro Cæl. 9. Quoad ætas M. Cælii dare potuit suspicioni locum. Pro Cor. 16. Cujus audita virtus dubitationi locum non daret. 1. Fam. 1. Sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. 2. de Nat. 128. Cum in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese. 11. A. 11. Qui se Consulatum in Bruti locum petere profitetur. 2. Off. 117. Nam ubi primum prudentiæ locus dabitur, &c. *Ibid.* Apud eum quem locum habet fortitudo? De Sen. 40. Libidine dominante temperantiæ locus non est. Parad. 5. Qui pertractant, non honestissimum locum servitutis tenent. *Ibid.* Qui civitatis locum infimum tenent. 2. de Invent. 149. Quo in numero hoc, et in quo loco illud haberi conveniat. 1. Att. 10. Res eodem est loco, quo reliquisti. 9. 6. Valde gaudeo, si nunc est ullus gaudendi locus. Ad Brut. 3. Nostræ res meliori loco videbantur. 1. Qu. Fr. 2. Via juris ejusmodi est quibusdam in rebus, ut nihil sit loci gratiæ. 2. 3. Loco aliquem movere. *Ibid.* Incidi in eum locum in dicendo, cum Sestius, multis vulneribus acceptis, subsidio Bestiæ servatus esset, &c.

Sedes doctrinæ, *τόποι*. 2. de Orat. 152. Aristoteles proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inveniretur. *Ibid.* 236. Locus et regio quasi ridiculi. Orat. 46. Aristoteles locos,

sic enim appellat, quasi argumentorum notas tradidit. Topic. 8. Locus est argumenti sedes. Par. 5. Loci sunt, in quibus latent argumenta. 2. de Orat. 118. Locos argumentorum paratos et expeditos habere oportet. *Ibid.* 162. Sedes et tanquam domicilia omnium argumentorum. 3. de Orat. 104. Loci communes, qui de universa re tractare solent, ut, &c. De Cl. 46. Scriptæ fuerunt et paratæ a Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes appellantur loci. *Ibid.* 82. Communibus locis uti. 4. Acad. 80. Desine communibus locis. Orat. 122. Traditi sunt, e quibus argumenta ducantur, duplices loci; uni e rebus ipsis, alteri assumpti, &c. 2. de Div. 3. Magnus locus philosophiæque proprius a Peripateticorum familia tractatus uberrime. Orat. 162. Est enim hic locus late patens de natura usuque verborum. *Ibid.* 136. Nullus locus a Demosthene edicitur sine conformatione quadam sententiæ. *Ib.* Inducere locos communes. Orat. 118. Loci Philosophiæ de religione, de morte, de pietate, &c. *Ibid.* 126. Αὔξησις in communibus locis maxime excellet, qui communes appellati, eo quod videntur multarum iidem esse causarum, sed proprii singularum esse debebunt. 2. de Invent. 48. Hæc argumenta, quæ transferri in multas causas possunt, locos communes nominamus. Par. 1. Aliquid conjicere in communes locos. 1. de Leg. 27. Exprimere aliquem locum in libris. Parad. 1. Cato cum sententiam in Senatu diceret, locos graves ex Philosophia tractabat. Orat. 72. Itaque hunc locum longe lateque patentem Philosophi solent in officiis tractare.

Adjunct. *Abditus, horribilis, et formidolosus, ignobilis, senatorius, venustus, accommodatus, æquus, æquus et planus, desertus, æstivus, exiguus, umbrosus, æthereus, altissimus, callidior, infimus, privatus, publicus, quietus, sanctissimus, tortuosus, alienus, communis, jejunus, et inanis, industrior, maxime opacus, et frigidus, alienus atque externus, incommodior, jucundior, miserrimus, altior, posterior, prior, celeberrimus, altissimus, et maxime excellens, vacuus, altissimus, et munitissimus, amœnus, durior, gladiatorius, remotus, antiquior, honestus, humilis, atque obscurus, inanis, indignissimus, obscurus, amplissimus, pulcherrimus, amœnus, et salubris, anceps, inauditus, lubricus, et volubilis, illustris, paratus, atque expeditus, angustus, clarissimus, princeps, vacuus, angustior, longinquus, et reconditus, superior, inferior, apertus, et propatulus, præclarus, atque editus, appositus, familiaris, aptus, assumptus, notus, et tractatus, patens longe, lateque, aptus et accommodatus, lubricus, aptior, consequens, antecedens, oratorius, finitimus, proprior, repugnans, aptissimus, opportunior, bellissimus, cœlestis, celeber, excelsus, invidiosus, celeberrimus, celeberrimus ac religiosissimus, equestris, et nobilissimus, clarissimus, maximus, certus, contrarius, opportunus, proprius, sacer, profanus, tutus, certus, ac definitus, excelsus, illustris, et clarus, rarus, et angustus, civilis, clarior, consularis, desertus, et inhumanus, desertior, difficilis, magnus, et proprius, proximus, difficilior, disjunctissimus, maximeque diversus, longinquus, et diversus, ornatissimus, liber, tolerabilis, dulcior, excelsus, et illustris, durissimus, et frigidissimus, mutuus, par, extremus, facillimus, feracior, et uberior, necessarius, gravis, honestissimus, idoneus, parvus, et angustus, impeditissimus, plurimus, proprius, planus, montuosus, levis, asper, infimus, medius, lætus, lubricus sane, et periculosus, præceps, maritimus, remotus a mari, saluber, pestilens, opacus, cultus, incultus, desertus, coædificatus, vastus, nobilitatus, consecratus, melior, sacer, et religiosus, simillimus, munitissimus, nobilis, occultus, parvus, occultior, opportunus, paternus, reliquus, perbonus, periculosissimus, redundans, exsiccatus, atque aridus, planissimus, præclarus, prætorius, primarius, quietus et tranquillitatis plenissimus, summus, sanctus, scopulosus, difficilisque, stabilis.*

Syntaxis. *Locum occupare, dare et cedere. Loco illustri, et excelso sita laus. Res deducitur, venit, est, in locum, in loco. Rationi et consilio locum dare. Docendi locum habere:* id est, tempus. *In hac re nihil est maledicto loci. Objicere aliquid alicui in loco maledicti. Principem tenere locum in alicujus salute. Locum habere apud aliquem præcipuum. Patris loco, et in loco habere, colere. Admonitionem in loco contumeliæ ponere. Prædæ loco magistratum gerere. Eo loci res est. In loco beneficii numerare, et deferre quippiam alicui. Litteræ non loco redditæ. Loco nullo numerare aliquem, aliquid. Apud aliquem esse magno loco, et locum tenere. In locum civitatis summum ascendere. Ex equestri loco esse. Conjicere causam in locos. Locos graves ex Philosophia tractare.*

Locutio, onis, *sermo,* ῥῆσις, φράσις .)(. *reticentia.* Orat. 64. Quanquam omnis locutio oratio est, tamen unius Oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. De Cla. 258. Solum et quasi fundamentum Oratoris vides locutionem emendatam et Latinam. *Ib.* Græca locutio. 3. ad Her. 23. Sermo est oratio remissa, et finitima quotidianæ locutioni. 1. Off. 146. Risus, locutio, reticentia, vocis summissio.

Logice, ces, *dialectica,* λογική. 1. de Fin. 22. Jam in altera Philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, Epicurus plane inermis ac nudus est, tollit defensiones, nihil de dividendo ac partiendo docet: non, quomodo efficiatur concludaturque ratio, tradit; non qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur, ostendit. De Fat. 1. Explicanda vis est ratioque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant: quæ de re futura, deque eo, quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quæstio est, quam περὶ δυνατῶν Philo-

sophi appellant, totaque est logice, quam rationem disserendi voco.

Logicus, a, um, λογικός. 4. Tusc. 33. Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici: quæ logica appellant, quia disseruntur subtilius: e quibus tanquam e scrupulosis cotibus enavigavit oratio.

Logodædalus, li, *verborum artifex, et auceps*, λογοδαίδαλος. Orat. 39. Thrasymachus Chalcedonius, et Leontinus Gorgias, at alii, quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Logi, *sermones, vel dictum ridiculum*, λόγοι. Pro Gallio. Ego te certe scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse. *Ex Nonio.*

Loligo, inis, *quasi voligo, piscis volitans*, τευθίς. 2. de D. 145. Loligines et Delphini exultantes tempestatem futuram significant.

Lolium, lii, *herba*, αἶρα. 2. Att. 2. De lolio sanus non es, de vino laudo.

Lomentum, ti, *farina fabarum*, κυάμινον ἄλευρον. 8. Fam. 14. Persuasum est ei, censuram lomentum, aut nitrum esse: errare mihi videtur: nam sordes eluere volens, venas sibi omnes et viscera aperit.

Longe, *procul, longinque*, πόῤῥω .)(. *prope.* 5. Att. 17. Appius quam longissime potuit, discessit. 14. Fam. 2. Longius non discedam. Pro Flac. 72. Longe omnino a Tyberi ad Caicum. 1. Tusc. 113. Satis longe ab oppido ad fanum. 3. de Nat. 57. In Arcadia non longe a Lusio flumine. Ver. 2. 53. Bidis oppidum est non longe a Syracusis. Pro Flac. 66. Non longe a gradibus Aureliis hæc causa dicitur. 4. Fam. 12. Cum non longe a Pyræo abessem. Pro D. 111. Ejus simulachrum non longe a Tanagris in sepulchro positum fuit. 12. Att. 22. Non progrediar longius, quam mihi concessum est. 2. de Nat. 54. Neque a sole longius unquam unius signi intervallo discessit. 2. Fam. 7. Longe absum, audio sero. 3. 8. Tam longe, inquis? *Ib.* 12. Cum tam longe abfuturus essem. 2. de Fin. 36. Prope, longe stare, movere. Pro Quin. 79. Quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? 3. Qu. F. 8. Isti Nervii quam longe sint, nescio. Pro Planc. 17. Longissime abesse ab aliquo. 4. Acad. 36. Longissime abesse a vero. De Prov. 29. Quid Oceano longius inveniri potest? Pro Sul. 54. Tempus muneris dandi longe abest .)(. *appropinquat.* De Clar. 60. Varro vitam Nævii producit longius. *Ib.* 129. Aliquis longius ætate provectus. Pro Rab. 29. Longius, quam vitæ termini postulant, cogitare. Ver. 2. 65. Epicrates longe mihi obviam processit. De Ar. 3. Iracundia longius digredi, quam convenit. 2. de Nat. 40. Sol longe lateque collucet. 1. de D. 79. Dii vim suam longe lateque diffundunt. 1. de Nat. 54. Longe lateque peregrinari. 5. Tusc. 76. Longe lateque se pandere. 2. de Fin. 68. Longe lateque plurimum tribuere alicui. Ver. 5. 114. Longe omnes multumque superare. 5. de Fin. 40. Cum longe multumque præstet mens. 2. 110. Nos longe multumque superamur a bestiis. 5. Tusc. 87. Longe et retro ponere. 2. de D. 119. Horum defensio repetita quam longe est? 4. de Fin. 21. Longe ad virtutem processerunt. 7. A. 19. In posterum quam longissime providere. 2. Fam. 8. Longe in posterum prospicere. 1. Att. 1. Ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. 5. Fam. 10. Longe alia conditione ac cæteri imperatores. 4. Acad. 101. Longe aliter se habere ac sensibus videatur. Ver. 2. 10. A quo mea voluntas longissime abhorret. 1. de Orat. 215. Multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ atque sejunctæ. De Cla. 55. T. Coruncanus longe plurimum ingenio valuit. 2. de Orat. 160. Ab Aristotelis inventis tibi videor non longe aberrare. De Cla. 230. Hortensius suos inter æquales longe præstitit. Orat. 162. Hæc dixi longius, quam instituta ratio postulabat: brevius autem, quam si hac de re una disputarem. Pro Sulla 49. Et erat huic judicio longe dissimilis illa contentio. 5. A. 49. Quorum longe vicit sapientia cunctos. De Cla. 224. Vir longe post natos homines improbissimus. 2. Tusc. 46. Volo autem dicere, illud homini longe optimum esse. De Ar. 53. Quorum mentes sunt perditæ, longeque a communi salute disjunctæ. Postqu. in Sen. 15. Cognoveram quam longe hunc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset. 14. Fam. 1. De Q. fratre nihil longe recusavi. 12. 22. Longe gentium. 1. de Leg. 3. Non longe a tua domo. Top. 8. Abesse, longeque disjunctum esse. 5. Att. 3. Quippe res est in manibus, tu autem abes longe gentium. 1. de Orat. 12. Quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctum. 2. A. 78. Cæsari venienti obviam longissime processit. 5. 1. Nihil unquam longius Cal. Jan. mihi visum est. Eleg. *Jam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes Relliquit.*

Syntaxis. *Quam longe est hinc in Galliam? Ille longe est. Longe ætate provectus. Longe obviam progredi. Longe lateque peregrinari. Longe lateque multum tribuere alicui. Longe omnes multumque superare. Longe ad virtutem procedere. Longe in posterum providere. Longe aliud, aliter, diversa, sejuncta. Longe plurimum ægrotare. Longe falleris opinione. Longe improbissimus. Longe optimum. Longe hinc abest ille. Nihil longe recuso. Longe gentium. Non longe e domo. Quid ea die longius erit?*

Longinquitas, tis, *diuturnitas*, χρονιότης, διαμονή .)(. *propinquitas.* 1. de D. 2. Eandem artem etiam Ægyptii longinquitate temporum innumerabilibus pene seculis consecuti putantur. 5. Tusc. 117. Dolores longinquitate producti vehementius torquent. 1. de Div. 12. 1. de Fin. 40. et 2. 88. Nihil est,

quod non longinquitas temporis efficere possit. 2. Fam. 9. Quo propter longinquitatem, et propter latrocinia tardissime omnia perferuntur. 1. de Inv. 38. Longinquitas loci. 10. Att. 16. Alter nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus est. Oeco. 1. Ne genus humanum temporis longinquitate occideret. 3. Tusc. 35. Sed tamen magna medicina, quam affert longinquitas temporis.

SYNTAXIS. *Dolor longinquitate productus. Longinquitas temporis, morbi, loci.*

Longinquus, a, um, *diuturnus, longus,* ἔκδημος, μακρὸς, πολυχρόνιος. Pro Mil. 77. Clodius æqualiter in propinquos, et in longinquos irruebat. Pro Deiot. 10. Homo longinquus et alienigena. 2. C. 29. Exterus hostis atque longinquus. Pro Pomp. 46. Ex locis tam longinquis et diversis. Ver. 3. 207. Locus longinquus et reconditus. 15. Fam. 9. Nos quidem longinqui, et a te ipso missi in ultimas regiones. 2. de Div. 28. At quam diuturna fuit ista observatio? aut quam longinquo tempore potuit observari? 2. de Nat. 161. Quarundam herbarum utilitatem longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. 1. de Div. 109. Longinqua observatio. 3. Att. 14. Longinqui temporis spes. Par. 112. Tempus differendi in longinquum. 2. de Fin. 94. Longinquus dolor. 3. 46. Nec longinquiora brevioribus anteponantur. In Arat. 10. Att. 1. Consilia in longinquum tempus differre. 15. 9. Nolo enim Lacedæmonem longinquam; Lanuvium existimavi.

SYNTAXIS. *Longinquus et alienigena. Exterus et longinquus. Diversa et longinqua loca. Longinquum et reconditum. Longinqui temporis usus et periclitatio. In longinquum differre. Longinquus dolor. Longinquos et proximos vexare.*

Longitudo, inis, *diuturnitas, longinquitas, proceritas,* μῆκος, μακρότης. Ver. 5. 26. Noctis longitudo stupris et flagitiis conterebatur. 1. de Nat. 54. Immensitas latitudinum, longitudinum, altitudinum. 3. de Leg. 30. Tempus vero largitur longitudo diei. 9. A. 2. Non eum longitudo itineris retardavit. 1. de Inv. 29. Rerum longitudo et obscuritas orationis. Orat. 173. Longitudinum et brevitatum in sonis judicium. *Ib.* 221. Longitudo ambitus. Par. 59. Longitudo orationis. De Univ. 21. Diffindere aliquid in longitudinem. Protag. Indignitas voluptatis ad molestiam in magnitudine aut longitudine posita.

Longiusculus, a, um, *paulo longior.* Pro Arch. 25. Quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis.

Longulus, a, um, *satis longus,* μακρότερος. 16. Att. 13. Longulum sane iter.

SYNTAXIS. *Conterere noctis longitudinem. In longitudinem aliquid diffindere. Longulum iter. Longitudo itineris eum retardavit. Longitudo rerum et orationis obscuritas.*

Longus, a, um, *longinquus, diuturnus, procerus, productus, temporibus productus, longinquitate productus,* μακρὸς, δολιχὸς, ἐκτεταμένος .)(. *præcisus, brevis.* 16. Att. 11. Mihi, ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quæque optima videtur. 12. 5. Quotidie tamen horæ, quibus expectabam, longæ videbantur. 6. 5. Cupiam longiorem epistolam facere. 2. 9. Ille dialogus, quem ais longum esse, &c. Ver. 2. 130. Mensis XLV. dies longus. 3. de Orat. 181. Syllaba producta atque longa. 12. Att. 19. Tempus nimium longum. Ver. 1. 156. De omnibus longum est dicere. Pro Cluent. 36. Jam, ut, &c. et quibus, &c. longum est mihi dicere, præsertim ad alia properanti. Ver. 4. 135. et 2. de Orat. 119. Longum est et non necessarium commemorare, quæ, &c. Pro Rab. 7. An de tabulario incenso longa oratio est exprimenda? an de civibus necatis plura dicenda sunt? *Ib.* Nam quid ego ad id longam orationem comparem? 1. de Nat. 102. Possum de aliis dicere, sed nolo esse longus, ita concludam tamen, &c. 3. C. 10. Cethego nimium id longum videbatur. Ac ne longum sit, Quirites, jussimus. Pro Sest. 12. Longum est dicere, sed hoc breve dicam. 1. de Leg. 22. Non faciam longius, huc enim pertinet, &c. 5. de Fin. 16. Non opus est exemplis hoc facere longius. 3. de Orat. 194. Contractione brevius fieri, aut productione longius. De Clar. 273. Verbum in longius ductum. Ver. 4. 39. Nihil ei longius videbatur, quam, &c. 11. Fam. 28. Tum ille, nihil sibi fuisse longius, quam ut me videret. Pro R. P. 35. Nec mihi longius est quidquam, quam videre hominum vultus. 4. Tusc. 47. Nec longius quidquam vobis, quam dextræ gladium dum accommodet alter. 2. de Leg. 24. Ac ne longum fiat, videte. 1. 13. In longum sermonem me vocas. 7. Att. 13. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed, &c. 1. Qu. Fr. 1. 36. Tua quaque longissima epistola delector, et ipse in scribendo sæpe sum longior. 1. Off. 30. Illa, quæ quasi longo intervallo interjecta videmus. De Sen. 69. Breve tempus ætatis satis est longum ad bene honesteque vivendum. Incer. Fuisse Nævium Pollionem pede longiorem, quam quenquam longissimum.

ADVERB. *Bene, nimium, sane.*

SYNTAXIS. *Producta et longa syllaba. Longus in dicendo. Longum est dicere, sed breve dicam. Non faciam longius exemplis. In longius ducere verba. Nihil mihi fuit longius, quam ut te viderem. In longum vocare sermonem. De omnibus longum est, et non necessarium commemorare. Nolo esse longior. Ac ne longum sit, jussimus &c. Ne longum fiat, &c. Pollio est pede longior, quam quisquam longissimus.*

Loquacitas, tis, πολυλογία, ἀδολεσχία, φλυαρία. 12. Att. 10. 1. de Orat. 105. Qui non Græci alicujus quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt. 7. 13. Loquacitati ignosces, quæ, &c. 6. Fam. 4. Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. 1. de

Leg. 7. Accii loquacitas habet aliquid argutiarum.

Adjuncta. *Insolita, perennis, et profluens, rudis, et indocta, quotidiana.*

Loquaciter, ἀδολέσχως. Pro Mur. 26. Quid huic tam loquaciter litigioso responderes?

Loquax, cis, *multus in loquendo, garrulus*, φλύαρος, λάλος, στωμύλος. De Sen. 55. Senectus est natura loquacior. Pro Fl. 48. Repente homo loquacissimus obmutuit. Pro Mur. 30. Orator odiosus in dicendo ac loquax. 2. de Orat. 160. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. 3. 140. Malo indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem. Pro Cluen. 176. Servus nimium loquax.

Loquens, tis. De Amic. 93. Vitium notandum levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Lim.

Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Loquor, eris, *sermonem habeo, commemoro, dico, aio, verba facio, vocem mitto, sermonem confero, mihi oratio est cum aliquo*, λαλέω, φθέγγομαι, μυθέω, λέγω. 5. Att. 1. Ex quo veni ad ea, quæ fueramus ego et tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. 3. de Finib. 9. Sæpiusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter. 6. Att. 1. Hoc non noram tum, cum Democrito tuo locutus sum. 1. Fam. 2. Ita sum cum illo locutus. *Ibid.* 8. Loqui cum aliquo de aliqua re. 8. Attic. 21. Multum loqui cum aliquo. *Ibid.* 22. Cum quasi tecum loquor. 6. 2. Loqui asperius de aliqua re. Pro Planc. 33. Asperius, inquit, locutus est aliquid aliquando. Pro S. R. 140. Desinat dicere, male aliquem locutum esse, si quis vere ac libere locutus sit. 1. Tuscul. 13. Pugnantia te loqui non vides? *Ibid.* 37. Loqui ex ore alterius. 3. Fam. 10. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus. Ver. 1. 68. Cum in eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loqueretur. 2. de Orat. 61. Poetas omnino quasi alia quadam lingua locutos, non conor attingere. 9. Att. 14. Hi quidem mera scelera loquuntur. *Ibid.* 15. Dolabella suis litteris merum bellum loquitur. Pro Mil. 54. Res loquitur, judices, ipsa, quæ, &c. Pro Dom. 86. Ut annales populi Rom. loquuntur. Pro Quint. 93. Is fatetur, se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse. De Clar. 108. Is perbene Latine loqui putabatur, litteratiusque quam cæteri. 1. de Orat. 144. Loqui primum pure et Latine, deinde plane et dilucide, tum ad rerum dignitatem apte et quasi decore. 9. Att. 17. Cæsarem loqui quiddam αὐθεντικῶς narrabant. 1. 6. Cum Attilio sum locutus. 10. 4. De ea re nos inter nos locuti sumus. De Cla. 140. Inquinate loqui. *Ibid.* Ipsum Latine loqui est in magna laude ponendum. 1. de Leg. 2. Dum Latine loquentur litteræ, quercus huic loco non deerit. *Ibid.* 27. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur. Pro M. Scau. Ab ipsa stiva mecum homines loquebantur. Fragm. epist. Quæ facete et breviter et acute locuti essemus.

Adverb. *Abundanter, confidentius, melius, simpliciter, splendide, suaviter, accuratius, accurate, accusatorie, planius, acute, bene latine, copiosius, inquinate, inusitate, latine, diligenter, eleganter, elegantissime, non pessime, non literatius, male, prudenter, optime, perbene latine, sane bene, valde prudenter, et acute, acute nimis, asperius, ambigue, amicissime, ample, elate, aperte, ferventer, honorifice, humane, vehementer, apte, aspere, decore, dilucide, divinitus, graviter, verecundius, asperrime, improbissime, barbare, belle, desperanter, severe, bene, commode, commodius, commodissime, communiter, compressius, confuse, constanter, frugaliter, græce, egregie, plane, populariter, turpiter, considerate, copiose, coram, fortiter, libere, digne satis, diligentius, diutius, emendate, pulchre, familiariter, generatim, atque universe, sigillatim, vulgo, gloriose, gravius, hilarius, hiulce, præclare, mystice, similiter, vaste, honeste, magnifice, uberius, humanissime, inconstanter, indulgenter nimis, leviter, presse, separatim, liberalissime, perlibenter, mirabiliter, obscure, opportune, ornatissime, pure, palam, pessime, placide, sedate, poetice, recte, suavissime, sincere, temere, vere, usitate, verissime.*

Syntaxis. *Ego et tu inter nos loquuti. Loqui aliquid, et de aliqua re. Pugnantia loqui, ex ore alterius, pro suo sensu ac dolore. Mera scelera, bellum litteris loqui. Annales loquuntur.* Αὐθεντικῶς *loqui. Ipsum latine loqui laudandum est. Loqui asperius, inquinate, facete, acute &c.*

Lorica, æ, *corporis contra tela munimentum et armatura, quæ interdum ex laminulis ferreis, interdum ex catenulis constat, aut ex alia materia*, θώραξ, ἐπιτείχισμα. Ver. 4. 97. In hoc fano loricas galeasque æneas P. Scipio posuerat. Pro Mur. 52. Descendi in campum cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret, verum, &c. Pro Fl. 41. Mithridates ambulat cum lorica: metuit enim, &c.

Lorum, ri, *corrigia*, λῶρος, ἱμάς. De Ar. 23. Si puer ille thensam aut lorum omisit. 8. A. 24. Cum eum servi publici loris ceciderunt.

LU

Lubens, tis, *libens*, ἑκών. 2. de Orat. 195. Me vero lubente, inquam, Antonius dixerit.

Lubenter, *libenter*, ἑκόντι. De Cl. 251.

Lubentinæ. 2. de N. 61. Lubentinæ Veneris templum.

Lubet, bat, *libet*, ἀρέσκει, δοκεῖ. De Sen. 58. Id ipsum tamen ut lubebit, quoniam, &c. De Cl. 44.

Lubido, inis, *libido*. 1. de Repub. autore Nonio. Ergo non probares consilio palso libidines.

Lubricus, a, um, *praeceps*, *periculosus*, ὀλισθηρός, σφαλερός. Ver. 5. 136. Ætas puerilis maxime lubrica atque incerta. 2. de N. 142. Natura oculos fecit lubricos et mobiles. Pro Flac. 105. Via praeceps et lubrica. 4. Acad. 68. Ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse videtur et lubrica. 1. Off. 65. Qui locus est sane lubricus, quod vix invenitur, qui, &c. Pro Pl. 5. Sed mihi in causa facili et explicata, perdifficilis et lubrica defensionis ratio proponitur. Pro Cœl. 41. Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. I. P. 68. Lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps. 5. A. 50. Dominandi cupiditas præceps et lubrica. Orat. 98. Versari in lubrico. *Ibid.* Is magnus Orator est, minimeque in lubrico versabitur. 4. Tusc. 41. Quia sunt in lubrico, incitataque semel in proclive labuntur.

SYNTAXIS. *Lubrica et incerta ætas. Lubricus et mobilis oculus. Lubrica via, et præceps. Consuetudo periculosa et lubrica. In causa facili defensio lubrica. In lubrico versari, esse. Lubricum orationis genus.*

Luca, *urbs Hetruriæ*. 1. Fam. 9.

Lucani, *populi*. 1. Tusc. 89. 13. A. 12.

Lucanica, æ, ἀλλᾶς. 9. Fam. 16. Solebam antea delectari oleis et lucanicis tuis.

Luceium, *castellum*. Pro Deiot. 21.

Lucellum, li, *quæsticulus*, κερδύφιον. Ver. 3. 72. Apronio lucelli aliquid jussi sunt dare. *Ibid.* Si Apronianum lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur. 9. de Div. 34. Qua ex cognatione naturæ, et quasi concentu atque consensu, convenire potest fissum jecoris cum lucello meo.

Lucendo. 2. de N. 68. Luna a lucendo nominata est.

Lucensis. 13. Fam. 13. Princeps Lucensis municipii.

Luceo, es, *splendeo*, λάμπω, φαίνω. Pro Pomp. 41. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet. De Somn. 8. Luna, quæ luce lucet aliena. 2. de Nat. 107.

Atque uno mentum radianti sidere lucet.

De Clar. 327. Et ingenii quædam forma lucebat, exercitatione perfecta erat. Pro Sest. 60. Virtus lucet in tenebris, splendetque per sese semper. 13. A. 24. Sed illa ornamenta in virtute et industria posita lucent. 3. Att. 15. Mea officia, quæ parum antea luxerunt. Pro Mil. 62. Cum res ipsa tot, tam claris argumentis signisque luceat. 1. Off. 30. Æquitas lucet ipsa per se. *Ibid.* 51. Qui lumen de suo lumine accendit, facit, ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

SYNTAXIS. *Imperii splendor lucet. Aliena luce luna lucet. Virtus in tenebris lucet. Per se lucet æquitas. Res hæc claris argumentis signisque lucet.*

Luceria, *civitas*. Pro Cluent. 197.

Lucerna, æ, *lumen*, *lychnus*, λαμπάς. 7. Att. 7. Ἐμπεριλεσχήσομαί σοι jamdudum: et facerem diutius, nisi me lucerna desereret. 4. Acad. 80. Cum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. 2. de Div. 120. Duo lucernæ lumina pro uno videri quodam obtutu oculorum. 3. de Finib. 45. Lumen lucernæ offunditur vel obscuratur luce solis. 4. 29. In sole lucernam adhibere. 8. Att. 2. Cum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam.

Lucescit, bat, *dilucescit*, *lucere incipit*. *Lege*, Advesperascit.

Lucet, bat, *dies est*, ἡμέρα ἐστίν. 4. Att. 95. Si dicis, nunc lucere, et verum dicis: lucet igitur. 8. 10. Cœpi consilium, ut exirem ante quam luceret. 8. Att. 31. Quin Scævola quotidie, simul atque luceret, faciebat omnibus sui conveniendi potestatem. Pro S. R. 97. Nondum lucebat, cum hoc Ameriæ scitum est. Pro Cl. 27. Puer postridie, antequam luceret, combustus est. 1. de Div. 47. Ubi lucere cœpit. 6. Att. 2. Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet, urget turba. 16. 13. Nondum legere poteramus: nam et lumina dimiseramus, nec satis lucebat: cum autem luceret, &c.

Lucide, *dilucide*, φανερῶς. 2. de Orat. 108. Lucide breviterque definire aliquid.

Lucifer, ri. 2. de Nat. 54. Stella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, Latine Lucifer dicitur. De Un. 26. Lucifer deinde, et sancta Mercurii stella.

Lucifera, æ, *Lucina*. 2. de N. 68. *Lege*, Lucina.

Lucifugus, a, um, φιλόσκιος. 1. de Fin. 61. Ecce autem alii minuti et angusti, aut omnia semper desperantes, aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi.

Lucina, æ, *lucifera*. 2. de Natur. 68. Apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, apud nos Junonem Lucinam in pariendo invocant.

Luciscus, sci, *luscosus*, *qui mane et vesperi vitio oculorum parum videt*, μύωψ. 4. Att. 15. Jam enim tibi lucisci loquerentur, &c.

Lucius, *prænomen Romanis celebre.*

Lucretia, æ. 2. de Leg. 10. Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. 5. de Fin. 64. Lucretia stuprum per vim oblatum voluntaria morte luit.

Lucretinus. 8. Att. 11. Sol Lucretinus.

Lucretius, tii, 2. Qu. Frat. 10. Lucretii poemata lita sunt multis luminibus ingenii, multæ tamen artis.

Lucrifacio, cis, κερδαίνω. Pro Fl. 91. Minus igitur lucrifacit. 11. Fam. 20.

Lucrifactus, a, um. Ver. 3. 174. Jam vero ab isto omnem ex ærario pecuniam lucrifactam videtis.

Lucrifieri. Ver. 3. 111. Quid si ostendo, in hac una emptione lucrifieri tritici modios centum?

Lucrinum, *lacus*. 2. de Orat. 22. Conchas eos et umbilicos ad Caietam et ad Lucrinum legere consuesse. 3. Acad. Sedemus ad Lucrinum, pisciculosque exultantes videmus.

Lucrinensis, se. 4. Att. 9.

Lucror, aris, *lucrifacio, lucrum facio, quæstum facio, compendium facio, quæro, mereo, quæstum consequor, in lucro pono, κερδαίνω, χρηματίζομαι*. Ver. 5. 61. Iste quod nautæ nomine acceperat, lucrabatur. 2. Off. 84. Ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. Ver. 1. 33. Dedecora prætereantur, lucrentur indicia veteris infamiæ. Par. 1. Cum lucrari impune posset auri pondo decem.

Lucrum, cri, *quæstus, compendium, fœneratio, κέρδος, καρπὸς, ὄνησις*. 5. Tusc. 9. Alii emendi aut vendendi quæstu et lucro ducuntur. 11. Fam. 20. Totam istam cantilenam ex hoc pendunt, ut quam plurimum lucri faciant. Ver. 1. 72. Apronio dent lucrum tritici medimna XXXIV. *ter. Ibid.* 86. Plus lucri nomine eripitur, quam quantum exararant. Ver. 3. 85. Numerant Valentio lucri H-S. XXX. millia. 13. A. 40. Quibus, utri ceciderint, lucro futurum est. Pro Flacc. 91. Emit aliquid, quod certe multo pluris esset: dat de lucro, nihil detrahit de vivo: minus igitur lucri facit. Ver. 1. 30. Reliquas res ad lucrum prædamque revocavit. 3. 86. Facere lucrum ex vectigalibus publicis. 9. Fam. 17. De lucro vivere. Pro Flacc. 40. Quiescant igitur, et me hoc in lucro ponere patiantur. 7. Fam. 24. Id ego in lucris pono. 13. Att. 27. Pro Flac. 57. Amissum est præter spem, quod erat spe devoratum lucrum. 2. de Div. 34. Num etiam, si fissum cujusdammodi fuerit in jecore, lucrum ostenditur?

Adjuncta. *Frumentarium, immensum, atque infinitum, improbissimum, magnum, præsens, maximum, præclarum.*

Syntaxis. *Quæstu et lucro duci. Multum lucri facere. Lucri nomine aliquid eripere. Esse lucro. Dat de lucro, nihil de vivo detrahit. Omnia ad lucrum revocare. De lucro vivere. Facere lucrum ex &c. Lucrum spe devorare. Ponere aliquid in lucro*, vel *in lucris.*

· Luctandum. 1. Off. 107. Alii velocitate ad cursum, alii viribus ad luctandum valent.

Luctatio, onis, *concertatio, ἀγὼν, ἆθλος*. De Fat. 12. Causa, in qua tibi cum Diodoro magna luctatio est. 2. de Finib. 43. Nam cum Academicis incerta luctatio est. De Fat. 30. Sine adversario nulla luctatio est. 2. de Legib. 38. Cursus, pugillatio, luctatio.

Luctificus, a, um. 2. Tusc. 25. Luctifica clades.

Luctor, aris, *contendo, altercor, ἀγωνίζομαι, παλαίω*. 1. de Orat. 74. Non luctabor, inquit, tecum, Crasse, amplius. Pro Syl. 47. Nondum statuo te virium satis habere, ut ego tecum luctari et congredi debeam. De Fato. 30. Luctabitur Olympiis Milo. *Ibid.* Sive habuerit adversarium, sive non habuerit, luctabitur.

Luctuosus, a, um, *luctu præditus, funestus, habens luctum, πολύθρηνος, θρηνώδης*. 2. de Orat. 211. Afflicta et prostrata virtus maxime luctuosa est. Pro Sest. 27. O diem illum reipub. luctuosum! Ver. 5. 118. Hoc si luctuosum est parenti, redimat pretio sepeliendi potestatem. Postq. in Sen. 24. Cujus discessus omnibus honestis luctuosus visus est. 5. Famil. 14. Miseris his temporibus et luctuosis. 3. Qu. Fratr. 8. Funus perluctuosum. 3. de Orat. 8. et 2. cont. Rul. 47. Luctuosum, acerbum, grave. Cont. C. Ant. Prætereo illum pene acerbum et luctuosum populo Rom. diem.

Luctus, us, *mœstitia, mœror, squalor, sordes, lacrymæ, fletus, sordes lugubres, desiderium, γόος, θρῆνος, πένθος*. 4. Tusc. 18. Luctus est ægritudo ex ejus, qui charus fuit, interitu acerbo. Pro Flac. 106. Orat, ne suum luctum patris lacrymis, patris mœrorem suo fletu augeatis. Pro Pl. 21. Quam quidem multitudinem, judices, nunc videtis in squalore et luctu vobis supplicem. 5. Fam. 1. In luctu et squalore sum. Pro Sest. 32. Erat in luctu Senatus, squalebat civitas. 3. Off. 94. Esse in maximis luctibus. I. P. 88. In sordibus, lamentis, luctuque jacuisti. 3. Tusc. Quam diu vixit, vixit in luctu. I. P. 18. Ut eos, quos luctu affecerat, lugere non sineret. 2. Att. 7. Ne et meum mœrorem exagitem, et te in eundem luctum vocem. Pro Planc. 73. Tristis et acerbus luctus. 2. de Leg. 65. Habet enim luctum concursus hominum. 2. de Orat. 193. Mihi Telamon iratus furere luctu filii videtur. Pro Cluent. 188. Mulier in familiæ luctum et in privignorum funus nupsit. *Ibid.* 192. Spectaculum sordium, atque luctus. Pro S. R. 23. Aliquis miser luctu perditus. *aliter* præditus. 3. Tusc. 63. Luctus elocutiones complures. 2. Att. 10. Ne illius squalorem, luctumque aspicerem. 1. Off. 23. Incidere in maximos luctus. Ver. 3. 207. Sustinere populus Rom. nationum luctum, lacrymas, querimonias non potest. 3. Att. 8. Cum me afflictum, et confectum luctu audies, existimato, &c. 14. Fam. 1. Luctus percipere ex aliquo. 3. Att. 21. 4. Fam. 20. Ea scripsisti, quæ levare luctum possent. 2. de Leg. 22. Luctum in Divos manes minuunto. Pro Sext. 63. Luctum haurire. 14. in Ant. 34. Atque utinam his adhiberi publice posset oratio, qua deponerent mœrorem et luctum. 3. Tusc. 43. Tum plane luctum omnem absterseris. 5. Fam. 16. Luctus maximos vetustate tollit diuturnitas. 3. Tusc. Luctus aliorum exemplis leniuntur.

Adjunct. *Acerbissimus, magnus, continuatus, domesticus, gravissimus, major, impudens, maximus, publicus, summus, tristis, et acerbus.*

Syntaxis. *Luctuosa tempora bonis et honestis viris. Misera tempora et luctuosa. Funus perluctuosum. Prostrata virtus luctuosa est. Luctu affectum lugere non sinis? Vocare in luctum. Id luctum habet. Esse in luctu et squalore. Esse in maximis luctibus. Vivere in luctu. In sordibus, lamentis, luctuque jacere. Nubere in familiæ luctum. Incidere in maximos luctus. Aliquis miser luctu perditus,* vel

præditus. Luctum haurire, percipere, tollere, deponere, levare, lenire, abstergere, augere. Luctu confici.

Lucubratio, onis, *vigilia, nocturna commentatio, νυκτογραφία*. 2. de Div. 142. Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi, quibus antea uti non solebam.

Ficta et vana excogitatio. 1. de Nat. 95. Ista, quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum.

Lucubratus, a, um, *elaboratus, excusus, elucubratus, διαπεπονημένος*. Par. 1. Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus.

Luculente, *copiose, splendide, λαμπρῶς, περιφανῶς*. De Cla. 76. Scripsere alii rem versibus, et luculente quidem scripserunt. 14. Att. 23. et 3. Off. 102. Quanquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur.

Luculenter, *luculente, egregie*. 2. de Fin. 15. Cum Græce (ut videor) luculenter sciam.

Acriter. 3. Off. 60. Hoc quidem sane luculenter. 3. Qu. Fr. 2. Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius. *Ibid*. 5. Sane texebatur opus luculenter.

Luculentus, a, um, *elegans, εὐδόκιμος*. 7. Att. 16. Pompeius scriptor luculentus. De Clar. 102. Cœlius Antipater scriptor luculentus. 12. Att. 22. Cato verbis luculentioribus et pluribus rem comprehenderat.

Apertus. 4. A. 5. Præclara et luculenta reclamatione vestra factum Martialium comprobavistis.

Egregius, ἔξοχος. De Clar. 129. Licinius habitus est sane (ut ita dicam) luculentus patronus. 2. Att. 7. Dicæarchum recte amas, luculentus homo est.

Certus, fidelis, πιστός. 10. Att. 16. Servius de duabus legionibus luculentos autores esse dicebat. *Ibid*. 14. Nunc credo, ut est luculentus autor, &c.

Facilis et expeditus, ῥᾴδιος. 4. Att. 15. Etenim est luculenta res.

Præstans, διαφέρων. 16. Att. 4. Sunt præterea navigia luculenta Sexti Bucillani.

Splendidus, clarus, lucidus, λαμπρός. 7. Fam. 10. Camino luculento utendum censeo.

Honestus, amplus, πρέπων. 12. A. 19. Luculentum matrimonium.

Insignis, grandis, μέγας. 6. 17. Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix.

Syntaxis. *Luculenter dicere, scire. Luculenter aliquem calefacere. Opus luculenter texere. Luculenta verba, navigia, caminus, res, plaga. Illum recte amas, homo luculentus est. Luculentus autor, scriptor, patronus.*

Lucullanus. 16. Att. 11. Lucullanus fundus.

Lucullus, li. 4. Acad. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Multa de Lucullo, et ejus ingenio, et in re militari peritia*. 1. Att. 16. Quo facilius Græcas suas historias probaret Romani hominis esse, in iis barbara quædam et σόλοικα dispersit. *Ibid*. 13. At vereor, ne Lucullus, quoniam Græcum poema condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam spectet. L. P. 44. et de Arusp. 12. M. Lucullus ex Macedonia provincia triumphavit. Pro Cluen. 137. M. Lucullus, et C. Cassius Coss. L. P. 77. *Deprecator salutis Ciceronis*. Pro Dom. 132.

Lucus, ci, *nemus sacrum, ἄλσος, τέμενος*. Ver. 4. 107. Circa Ennam lacus, lucique sunt plurimi. 1. de Div. 101. Lucus Vestæ. 2. 40. et 2. de Leg. 19. Lucos in agris habento, et larium sedem. 5. Fam. 20. Domus habet lucum: quem si excideris, multum prospexeris. Pro Mil. 86. Vos enim, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro et obtestor.

Ludendi. 1. Off. 104. Ludendi autem est quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, &c. Suppeditant autem et campus noster et studia venandi honesta exempla ludendi.

Ludens, tis, *jocans*. 5. de Finib. 31. Si quando pueris ludentes minamur. Part. 1. Ego vero illa ipsa ludens conjeci in communes locos.

Ludibrium, brii, *irrisio, χλεύασμα, αἰσχύνη*. Ad Br. 2. Sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Rom. 4. ad Heren. 52. Ludibrio et despectui cupiam esse. Pro Dom. 131. Libertatis signum posuisti ad ludibrium impudentiæ. Par. 1. Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putavit.

Syntaxis. *Ludibrio, et despectui esse. Ad ludibrium impudentiæ facere, aut ponere aliquid. Ludibria fortunæ.*

Ludibundus, a, um, *alacer*. Ver. 3. 156. Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. *ter*.

Lætus, φαιδρός. 16. Fam. 9. Inde austro lenissimo ad Hydruntem ludibundi pervenimus.

Ludicrus, a, um, *jocularis, παιγνιώδης*. 1. de N. 103. At pueri etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. 1. de Orat. 147. Quæ agenda sunt in foro, tanquam in acie, exercitatione quasi ludicra prædiscere et meditari. 2. 84. Ars ludicra armorum gladiatori et militi prodest aliquid. 4. Acad. 6. Clarorum virorum ludicros sermones esse non oportet.

Ludificatio, onis, *χλευασμός*. Pro Sest. 75. Cum omni mora, ludificatione, calumnia Senatus autoritas impediretur, venit tandem, &c.

Ludifico, as, *illudo, χλευάζω, ἐξαπατάω*. Pro Quint. 54. Si quis latitare, ac diutius ludificare videatur.

Ludificor, aris, *ludifico*. Pro S. R. 55. Is aperte ludificari ac calumniari sciens videtur.

Syntaxis. *Exercitatio ludicra. Armorum ars ludicra. Impedire Senatus auctoritatem ludificatione. Latitare ac ludificare creditorem. Ludificari et calumniari.*

Ludius, dii, *histrio, ὑποκριτής*. Pro Sest. 116. Clodius ludius non solum spectator, sed actor, et acroama. De Arusp. 22. Quum ille servorum et ludiorum multitudini Sena-

tum populumque Rom. vinctum tradidisset, &c.

Ludo, is, *ludo utor, delectationis causa exerceor*, παίζω. 1. de Orat. 73. Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus, didicerintne palæstram, an nesciant. *Ibid.* 217. Pila bene et duodecim scriptis ludere. 2. A. 56. Qui non dubitaret vel in foro alea ludere.

Deludo, καταγελάω. 2. Qu. Fr. 14. Domitius in Senatu lusit Appium. *Ibid.* 11. Eumque lusi jocose satis. 2. de Orat. 222. Disputationem aliquam facetiis ludere. 3. 69. Verum in me quidem ille lusit, ut solet.

Jocor. 7. Fa. 5. Hæc spondeo non illo vetere verbo, quod jure lusisti. 2. de Divin. 53. Hoc civili bello quam multa luserunt?

Adverb. *Bene, jocose satis, familiariter, lautissime, lepide, studiose.*

Ludor, eris, *derideor.* 8. Fam. 5. Sic multum ac diu ludetur. 1. de Orat. 50. Oratio aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Pro Fl. Ludi te non intelligebas?

Adverb. *Multum ac diu.* 8. Fam.

Ludus, di, *munus, spectaculum*, ἀγών. Pro Mur. 39. Populus ac vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur. *Ibid.* Elegantia ludorum, et scenæ magnificentia. *Ibid.* Ludi magnificentissimi. *Ibid.* Ego qui trinos ludos feceram. De Arusp. 24. Hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt. 3. de Orat. 125. In maxima illa ludorum celebritate quinquennali. 16. At. 5. Commissio ludorum, et confectorum ludorum nuncii. 3. Qu. Frat. 4. Quo die ludi committebantur: id est, VIII. Cal. Nov. 3. de Fin. 8. Ludis commissis. 3. Qu. Fra. 8. Is ludos apparat magnificentissimos: sic, inquam, ut nemo sumptuosiores. stulte bis terque non postulatus: vel quia munus magnificum dederat, vel quia potuerat magistrum se, non ædilem putare. Pro Sest. 116. Qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecit. I. P. 65. Paratissimi magnificentissimique ludi. Pro Arch. 13. Celebrare dies festos ludorum. *Ibid.* Ludorum epulare sacrificium. De Cl. 78. Facere ludos Apollini. 2. Att. 19. Ludi Apollinares. Ver. 5. 36. Ludi Romani antiquissimi. I. P. 8. Ludi compitalitii. 1. de Div. 55. Ludi votivi. 7. Fam. 1. 16. Att. 5. Ludi Osci, ludi Græci. 2. A. 110. Heri quartus in circo dies ludorum Romanorum fuit, Antonius ad populum tulit, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur. 2. de Leg. 22. Ludis publicis popularem lætitiam in cantu et fidibus et tibiis moderanto. 2. C. 91. Ludus gladiatorius. Pro Qu. Gall. Omnes logi, qui ludis dicti sunt &c. 1. de Orat. 24. Ludorum Romanorum diebus.

Exercitatio, ἄσκησις. 1. Att. 13. Ludus talarius. Pro Cœl. 28. Datur enim huic aliquis ludus ætati, concessu omnium. *Ibid.* 42. Dare aliquid temporis ad ludum ætati. *Ibid.* 11. Ut exercitatione ludoque campestri uteremur. 3. de Orat. 55. Ludus pilæ, vel tesserarum, vel talorum. 1. Off. 150. Adde his, si placet, unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.

Jocus, παιδιά. *Ibid.* 103. Nec enim ad ludum et jocum facti sumus. Ver. 1. 55. Per ludum et jocum evertere aliquem. 7. 180. Per ludum et negligentiam ad honores pervenire. 4. A. 11. Nullus ei ludus videtur esse jucundior, quam cruor, quam cædes, &c. 2. de Orat. 72. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. 2. de Finib. 27. Illa perdiscere ludus est.

Schola, γυμνάσιον, διδασκαλεῖον. 1. de N. 72. Epicuri pater ludi magister fuit. 9. Fam. 18. Ut Dionysius tyrannus cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse: sic ego, sublatis judiciis, amisso regno forensi, ludum quasi habere cœpi. 2. de Orat. 94. Isocrates magister istorum omnium, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt. De Cl. 32. Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Pro Pom. 28. Is e ludo atque pueritiæ disciplina in militiæ disciplinam profectus est. 2. de Orat. 100. Hæc est enim in ludo causarum fere formula. 3. Q. Fr. 4. Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. Pro M. Font. Mater tua, dum vixit, ludum, postquam mortua est, magistros habuit.

Adjunct. *Ludi Ædiles, amplissimi, magnificentissimi, antiquissimi, sanctissimi, apparatissimi, mediocres, casti, solemnes, religiosi, castissimi, maximi, campestres, compitalitii, gladiatorii, gymnici, jucundi, novi, plebeii, primi, votivi, publici, summi, circenses, sumptuosi, talarii.*

Syntaxis. *Ludos apparare, curare, facere, committere, instaurare, spectare. Ludis delectari. Ludorum celebritas quinquennalis. Commissio ludorum. Celebrare dies festos ludorum. Facere ludos Apollini. Datur juventuti ludus aliquis concessu omnium. Dare aliquid temporis ad ludum. Uti exercitatione ludoque campestri. Factus ad ludum et jocum. Per ludum et jocum evertere aliquem. Per ludum et negligentiam ad honores pervenire. Hæc perdiscere ludus est. Aperire ludum, habere ludum.* id est, scholam.

Luendus, a, um. Pro Mil. 10. Cum ei, qui expectare velit, ante injusta pœna luenda sit, quam justa repetenda. Ver. 1. 8. Innocentium sanguis istius supplicio luendus est. Hortens. Qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt.

Lues, is, *pestis*, λοιμός, ὄλεθρος. De Ar. 24. Ut eos ludos hæc lues impura pollueret.

Lugendi. 3. Tusc. 62. Hinc sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, pedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones.

Lugens, tis. Pro Dom. 26. Lugente Senatu, mœrentibus bonis omnibus. Pro Mur. 88. Statua deformata lugensque.

Lugeo, es, *in luctu sum, squaleo, mœreo*, πενθέω, οἰμώζω, στενάζω. 12. A. 25. Quis bonus non luget mortem Trebonii? 2. de Inv. 97. Illa hostium mortem lugebat. Pro Pl. 101. et 4. Fam. 5. Hos pro me lugere, hos gemere videbam. I. P. 18. Senatum reipub. occasum atque interitum lugere vetuisti. Pro Mil. 20. Illius mortem æquo animo nemo ferre potest: luget Senatus, mœret equester ordo, tota civitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniæ, agri denique tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant. De Clar. 266. Omittamus lugere. 8. Att. 15. Neque vero nunc consilium tuum reprehendo, sed fortunam Reipub. lugeo. 2. de Orat. 199. Lugere suos. 1. Tusc. 83. Quid ego nunc lugeam vitam hominum?

Adverb. *Aperte, graviter, quam honestissime, pie.*

Lugubris, bre, *funebris*, πενθικός, ἐπικήδειος. Postq. ad Quir. 7. Fratris mei lacrymæ sordesque lugubres. 2. de Leg. 59. Lugubris ejulatio. 1. Tus. 30. Lugubris lamentatio, fletusque mœrens.

Lumbus, bi, ἰξύς. In Arat.

—Et Cepheus conditur ante
Lumborum tenus, &c.—

Lumen, inis, *lux*, σέλας, φάος, φῶς, φέγγος. 1. de Div. 79. Noctu lumine apposito experrecta nutrix animadvertit puerum, &c. Pro Sul. 40. Vos mihi in tantis tenebris clarissimum lumen prætulistis. 3. de Nat. 9. Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluit. De Cl. 66. Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. De Somn. 3. Hic tu ostendas oportet patriæ lumen animi, ingenii, consiliique tui. 1. de Orat. 184. Prope cunctis civibus lumen ingenii et consilii sui porrigere atque tendere. Pro Dom. 115. et 2. de Nat. 95. Varietas luminum Lunæ. 2. de Div. 91. Luna Solis lumine illustrari putatur. 1. Off. 51. Qui lumen de suo lumine accendit, facit ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit. De Clar. 261. Tabulas bene pictas in bono lumine collocare. 2. de Glor.

Hic situs est vitæ jampridem lumina linquens.
Prognost.
Ast autem tenui quæ candent lumine Phatnæ.
Incer.
Jupiter auctiferas lustravit lumine terras.

Exornatio, σχῆμα, σχῆμα. 2. de Orat. 119. Certis dicendi luminibus ornare orationem.

Fenestra. 1. 179. M. Buculeius cum ædes L. Fusio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit. *Ibid.* Quod cuicumque particula cœli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina putabat.

Dies, ἡμέρα. 7. Att. 25. et pro R. P. 29. Cæsaris interdicta, si te secundo lumine hic offendero, respuentur.

Oculi, ὀφθαλμός. 5. Tuscul. 114. et pro Dom. 105. Democritus, luminibus amissis, alba scilicet et atra discernere non poterat.

Adjunct. *Æternum, altum, clarum, commune, crebrum, divinum, illustre, lætum, magnum, mediocre, obscurum, parvum, perpetuum, plenum, rutilum, summum, tenue, varium, bonum, certum, clarissimum, vehemens, dilucidum, breve, probabile, suave, gravissimum, honestum, fervidum, plenissimum, tenuissimum, latum, vitale.*

Syntaxis. *Lumen extinguere. Lumen afferre, adhibere, præferre alicui. Lumen opponere. Lumina ab animo ad oculos perforata. Obstruere luminibus alicujus, vel officere. Lumen animi, ingenii, consiliique sui patriæ ostendere. Lumine illustrari. Lumen de suo lumine accendere. Tabulas bene pictas in bono lumine collocare. Dicendi luminibus ornare orationem. Lumina amittere*, id est oculos.

Luminare, is, *fenestra, lumina*, θυρίς. 15. Att. 26. Octavam partem tui luminarium, mediam abstrahere memineris. *Alius*, luminum.

Luminosus, a, um, *illustris, eminens, excellens.* Orat. 125. Tum sunt maxime luminosæ, et quasi actuosæ partes duæ.

Luna, æ, σελήνη, μήνη. De Somn. 10. In infimo orbe radiis solis accensa convertitur. 2. de Div. 91. Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram prope contingens. *Ibid.* Luna solis lumine illustrari putatur. *Ibid.* 10. Luna suo lumine, an solis utatur. 2. de Nat. 68. Luna a lucendo nominata est, eademque est Lucina. *Lege*, Diana. 3. de Orat. 176. Luna accessu suo et recessu solis lumen accipit. 2. de Nat. 51. Jam solis annuos cursus spatiis menstruis luna consequitur. Solis annuam lustrationem, solis incensa radiis menstruo spatio luna complet. Ver. 2. 129. Siculi suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunæque ratione. 2. de N. 103. Luna major quam dimidia pars terræ. 4. Acad. 123. Habitari ait Xenophanes in luna. 1. de Div. 18.

Cum claram speciem concreto lumine luna
Abdidit, et subito stellanti nocte perempta est.

Ibid. 97. Cum duo visi soles, et cum lunæ tres. 1. Tuscul. 92. Cum luna laborat. 2. de Fin. 302. Epicurus lunæ dies singulos vim quandam habere credidit. 2. de Div. 91. Cum ortus nascentium luna moderetur. 2. de Nat. 19. Æstus maritimos fretorumque angustias ortu aut obitu lunæ commoveri. 2. de Div. 34. Quid de fretis et maritimis æstibus dicam? quorum accessus et recessus lunæ motibus gubernantur. *Ibid.* 96. Plus terrarum situs, quam lunæ tactus ad nascendum valere. *aliter*, tractus. *Ibid.* 38. Ostrea

et conchylia omnia cum luna crescunt, pariterque decrescunt. *Ibid.* Arbores cum luna simul senescentes tempestive cædi. 4. Acad. 89. Intendit Apollo arcum luna innixus. 2. de Nat. 19. Luna a sole illuminata, graviditates et partus affert. *Ibid.* 103. Luna eam lucem, quam accepit a sole, mittit in terras. *Ibid.* Luna subjecta Soli, atque opposita nostris oculis, ejus lumen obscurat. De Uni. 28. Luna quando lustrato suo cursu Solem consecuta est, fit mensis. 2. de Natu. 51. Luna iisdem spatiis vagatur, quibus Sol. *Ibid.* 56. Luna omnium ultima versatur in terris. 4. Aca. 123. Luna, terra multarum urbium et montium, secundum Xenophanem. De Un. 26. Lunæ cursus terram proxime ambit. 2. de Nat. 69. Lunæ cursus menses nominantur, quia mensa spatia conficiunt. *Ibid.* 95. Lunæ luminum varietas cum crescentis, tum senescentis. 1. Tusc. 68. Lunamque accretione et diminutione luminis, quasi fastorum notantem et significantem dies. 10. Att. 4. Non ante lunam novam. Somn. Scip. 10. Infra lunam nihil est nisi mortale et caducum, præter animos hominum munere deorum datos. *Ibid.* Supra lunam sunt omnia æterna. De Univ. In luna deos spargens. 2. Aca. Quid? Lunæ quæ lineamenta sint, potesne dicere? Cur ejus nascentis alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua? Prognost.

Ut cum Luna means Hyperionis officit orbi.

Lunaris, re, σεληναῖος. De Somn. 12. Gravissimo autem sono movetur hic lunaris atque infimus cursus.

SYNTAXIS. *Luna radiis Solis accensa*, vel *incensa*, *Solis lumine illustrata*, *a Sole illuminata*, *Solis lumine usa*. *Accessu suo et recessu Solis lumen accipit*. *Luna laborat*. *Mare Lunæ motibus gubernatur*. *Lucem, quam accipit a Sole, mittit in terras*. *Iisdem spatiis vagatur, quibus Sol*. *Lunæ cursus terram proxime ambit*.

Luo, is, *persolvo*, τίνω. 2. Att. 9. Itaque mei peccati pœnas luo. Pro Syll. 76. Luere pœnas Reipubl.

Abstergo, ἀπολούω. De Sen. 75. Qui morte sua luit collegæ in Cannensi ignominia temeritatem.

Expio. 5. de Fin. 54. Lucretia stuprum per vim oblatum voluntaria morte luit.

Luor, eris, *expleor*, *abstergor*. Ver. 1. 77. Sceleratorum libido innocentium sanguine luitur. Ad Brut. 12. Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui.

SYNTAXIS. *Luere pœnas alicui*. *Peccati pœnas luere*. *Morte sua luere temeritatem*. *Stuprum per vim oblatum sua morte luere*, *sanguine luere*. *Scelera parentum lui filiorum pœnis*.

Lupa, æ, *meretrix*, *scortum*, πάλλαξ. Pro Mil. 56. Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Lupercal, lis, *locus*, λυκαῖον. 7. Fam. 20. Velia non est vilior, quam Lupercal. *Proverbium*.

Lupercalia, orum, λύκαια. 2. Qu. Fr. 12. et 2. A. 87. Ad Lupercalia, C. Cæsari, &c. Frag. ep. Data Lupercalibus, quo die, &c.

Luperci, orum. Pro Cœl. 26. Fera quædam sodalitas, et plane pastoritia, atque agrestis germanorum lupercorum: quorum coitio, &c. Frag. ep. Lupercis id vectigal dedisse.

Lupinus, ni, λύκιος. 1. ad Her. 23. Folliculus lupinus. 3. C. 10. Romulus parvus atque lactens, uberibus lupinis inhians.

Lupus, pi, λύκος. 3. A. 27. O præclarum custodem ovium (ut aiunt) lupum! 13. Att. 33. De Varrone loquebamur, lupus in fabula.

Lurco, onis, λαίμαργος. 1. 13. Lurco Tribunus plebis, &c.

Luscus, a, um, *uno captus oculo*, ἀλαὸς, μονόφθαλμος. 2. de Orat. 246. Hic luscus familiaris meus, C. Sextius. *Ibid.* Id dixit, quod conveniret in omnes luscos.

Lusio, onis, *lusus*, παῖγμα. 3. Qu. Fr. 4. Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. 5. de Fin. 55. Pueri lusionibus vel laboriosis delectantur. De Senect. 58. Habeant igitur alii sibi arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, et pilam, sibi natationes et cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras. 1. de Orat. 73. Qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione proprio artificio palæstræ.

Lusitania, *regio*. 10. Fam. 33.

Lusitani, *populi*. De Clar. 89.

Lusius, *fluvius*. 3. de N. 57. *Ideo dictus, quod in eo Jupiter infans lotus sit, autore Pausania in Arcadicis.*

Lustrandus, a, um. 1. de Div. 102. In lustranda colonia ab eo, qui eam deducebat.

Lustratio, onis, *peragratio*, περίλευσις, κάθαρσις. 2. A. 57. Peragratio itinerum, lustratio municipiorum. 5. Tusc. 79. et 1. de Nat. 88. Non montivagos atque sylvestres cursus lustrationesque patiuntur.

Lustratus, a, um. De Uni. 28. Mensis autem, quando Luna lustrato suo cursu solem consecuta est.

Lustro, as, *peragro*, περιτρέχω, περιπολέω, περιοδεύω, καθαίρω. 2. de Nat. 54. Mercurii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. *Ibid.* 161. Totam licet animis tanquam oculis lustrare terram. 2. Fam. 13. Lustrare jurisdictionem. 5. de Fin. 87. Pythagoras Ægyptum lustravit. 4. Tusc. 43. Lustrare ultimas terras. De Somn. 10. Sol cuncta sua luce lustrat et complet. 1. Off. 57. Cum omnia ratione animoque lustraveris, &c. De Univers. 27. Cum alia majorem lustrarent orbem. 5. Att. 20. Ad III. Cal. exercitum lustravi apud Iconium. 12. A. 8. et 1. de Div. 102. Cum imperator exercitum, Censor populum lustraret, &c. Incert.

Jupiter auctiferas lustravit lumine terras.

SYNTAXIS. *Stella lustrat orbem suum. Totam lustrare animis terram. Lustrare jurisdictionem, Ægyptum, ultimas terras. Sol cuncta sua luce lustrat et complet. Omni ratione animoque lustrare aliquid. Lustrare exercitum, lustrare populum.*

Lustrum, stri, *quinquennale spatium, πενταετία, ας, idem quod Olympias Græcis.* 1. de Orat. 113. Quæritur, qui domini voluntate census sit, continuone, an ubi conditum lustrum, sit liber? Attic. 15. Sub lustrum censeri germani negotiatoris est. 4. 15. Lustrum jam desperatum est. 2. de Orat. 268. Lustrum condere, et taurum immolare. 2. Fam. 13. Publicanis etiam superioris lustri reliqua sine sociorum ulla querela conservaram. 6. Att. 2. Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri reddiderunt.

Est etiam ganea, popina. Pro Cæl. 57. Domus, in qua lustra, libidines, luxuries versantur. Postq. in Sen. 12. Cur in lustris et helluationibus hujus saltatoris eximia virtus tamdiu cessavit? Pro Sest. 20. Aliquis emersus ex tenebris lustrorum ac stuprorum. 2. A. 6. Vino lustrisque confectus. Pro Cœl. 57. Conviviorum ac lustrorum libido. 13. A. 24. In lustris, popinis, alea, vino tempus ætatis omne consumpsisses.

Lusus, a, um, *illûsus, irrisus.* 2. de Fin. 2. Sed et illum, et cæteros sophistas lusos videmus a Socrate.

Luteus, a, um, *nullius pretii, aut ponderis, levis, ineptus, hebes, χλωρός.* Ver. 3. 35. Deinde in hoc homo luteus, etiam callidus ac veterator esse vult. 4. 32. Tum illos cœpisse Prætori dicere: Putasse se, id quod audissent, alicujus pretii scyphos esse Pamphili: luteum negotium esse, non dignum, quod in suo argento Verres haberet.

Lutulentus, a, um, *luto plenus, et impurus, πηλώδης, βορβορώδης.* I. P. 1. Pauci ista tua lutulenta vitia noveramus. *Ibid.* 27. Lutulente Cæsoni. Pro Qu. R. 20. Persona illa lutulenta, impura, invisa. Pro Qu. Gall. Humus lutulenta vino.

Lutum, ti, *πηλὸς, βόρβορος.* I. P. 59. Hic homulus ex argilla et luto factus. *Ibid.* 62. O lutum! o sordes! Ver. 4. 53. Verres in luto totius corporis vestigiis volutatus. Ver. 2. 191. Vides caudam illam Verris tanquam in luto demersam esse in litura. Frag. ep. Luta et limum aggerebant. Incer. In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre pulverem.

SYNTAXIS. *Luteus homo. Homulus ex argilla et luto factus. In luto volutare. Lutum aggerere. Vitia lutulenta, persona lutulenta.*

Lux, cis, *lumen, τὸ φῶς, ἡ αὐγὴ, φέγγος.* 2. de Div. 51. Si Deus erat, cur se contra naturam abdidit, ut patefactus aratro lucem aspiceret? Pro S. R. 63. Propter quos hanc suavissimam lucem aspexeris, eos indignissime luce privare. *Ibid.* 131. Commoda, quibus utimur, lucem, qua fruimur, spiritum, quem ducimus, a deo nobis dari atque impartiri videmus. Pro Quint. 74. Communi luce privari. Pro Cl. 31. Hanc a natura propriam lucem accipere. De Clar. 12. Tanquam ad aspiciendam lucem esse revocatum. De Arusp. 49. Lucem non aspicere, *id est, latere. Ibid.* 57. Eodem tempore suscipimur in lucem, et hoc cœlesti spiritu augemur. 1. C. 15. Potestne tibi hujus vitæ hæc lux, aut hujus spiritus cœli esse jucundus? cum &c. 1. de Div. 6. Cum id reliquis solis videatur luce clarius. Pro Cœl. 22. Signa omni luce clariora. *Ibid.* 47. Sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate, et clarissima luce lætatur. 4. Acad. 62. Proferre in lucem res occultas.

Facilitas. 1. de Nat. 11. Lucem autoris fortasse desiderant sententiæ. *Ibid.* 6. Lucem eripere, et quasi noctem quandam rebus offundere. 4. Acad. 46. Quanta luce ea circumfusa sunt, &c.

Dignitas, honor. Pro Pomp. 33. Qui tam brevi tempore lucem afferre Reipub. potuit. 1. de Orat. 157. Et illa commendatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. 2. 36. Historia lux veritatis. 4. C. 11. Hæc urbs lux orbis terrarum, arx omnium gentium. 1. A. 4. Lux quædam videbatur oblata. Pro Deiot. 30. Obscuram familiam e tenebris in lucem evocare. Pro Dom. 7. Mithridates in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiæ luce versatur. 2. Off. 44. Tanquam in clarissima luce versetur. 2. A. 76. Primum redii luce, non tenebris; deinde, &c. 14. Fam. 2. Hem mea lux, meum desiderium. Pro Ligar. 6. Lux liberalitatis et sapientiæ. 4. Acad. 26. Lux lumenque vitæ, ratio. Cato. 49. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit? 1. Att. 1. Lucis aliquid afferre nostris rebus. De Cla. 32. Forensi luce carere. 4. Ac. 31. Luce veritatis menti hominis nihil dulcius.

Dies. 4. ad Her. 49. Luce noctem, nocte lucem expectas. Pro S. R. Si canes luce latrent, opinor iis crura suffringantur. 12. A. 25. Quis audeat luce? quis in militari via? quis bene comitatum? quis illustrem aggredi? Pro Sest. 83. Luce palam occidi. I. P. 23. Cum arma in templum Castoris luce et palam comportabantur. 3. Off. 93. Luce palam in foro saltare. 2. de Div. 57. Cur ante lucem Galli cantant? 2. Qu. Fra. 3. Pridie iduum hæc scripsi ante lucem. 1. Fam. 2. 4. 12. et 2. de Orat. 259. Si ad te bene ante lucem venisset. 4. Att. 3. Metellus cum prima luce in campum currebat. Pro Milon. 99. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii.

Sydus. In Ar. *Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco.*

Vita. 3. Tusc. 26. Tu te, Thyesta, damnabis, orbabisque luce, propter vim sceleris alieni? 2. 10. Finis hujus lucis. *id est, vitæ.* Ver. 5. 74. Cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ ceperant, securi statim percussis,

ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? 1. Tusc. 12. Omnes denique miseros, qui hac luce careant: *id est, qui defuncti sint.*

Frequentia. 1. Qu. Fr. 1. 7. In luce Asiæ, in oculis provinciæ, atque in auribus omnium gentium esse positam. De Sen. 12. Nec vero ille in luce modo, atque in oculis civium magnus, sed intus domique præstantior. 3. Att. 19. Lucem omnino fugeram.

Cœlum. 1. Div. 47. Cum mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit.

Adjuncta. *Aliena, clara, magna, nec parva nec clara, tenuis, clarissima, communis, dulcis, illustris, forensis, insolita, larga, propria, suavissima, verissima.*

Syntaxis. *Lucem aspicere. Luce privari, frui. Lucem dare atque impartire, accipere. Suscipi in lucem. Solis luce id clarius est,* vel *omni luce clarius est. Proferre in lucem res occultas. Lucem eripere et quasi noctem quandam rebus offundere. Magna luce hæc circumfusa sunt. Lux quædam videtur oblata. E tenebris in lucem evocare. In Asiæ luce versari. Redii luce, non tenebris. Lucis aliquid rebus afferre. Forensi luce carere. Luce palam occidi,* vel *luce et palam. Ante lucem,* vel *bene ante lucem. Prima luce. Centesima lux est hæc ab. Dare alicui lucis usuram diuturnam. Lucis usuram eripere. Luce carere. In luce et oculis omnium magnus. Lucem fugere. Cum in lucem animus excesserit.*

Luxuria, æ, et Luxuries, ei, *luxus, intemperantia, libido,* ἀκρασία, et ἀκρατία, ἀσωτία, φιληδία, φιληδονία, φιλογυνία. Pro S. R. 75. In urbe luxuries creatur, ex luxuria avaritia, ex avaritia erumpit audacia. 2. de Orat. 171. Avaritiam si tollere vultis, mater ejus est tollenda luxuries. 1. cont. Rullum. 20. Luxuries Annibalem Capuæ corrupit. Pro Mur. 13. In quo luxuriam reperire non potest, in eo te umbram luxuriæ reperturum, putas? *Ibid.* 76. Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. 1. Off. 106. Turpe est diffluere luxuria. I. P. 48. Nova quædam et inaudita luxuries. Pro Cœl. 43. Profusa luxuries. Pro Corn. 56. Tum luxuriam illius, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur, &c. Ver. 2. 154. In mulierum corruptelis, et in ejusmodi luxuria atque nequitia. Pro Cæl. 57. Domus, in qua lustra, libidines, luxuries, &c. versantur. Pro S. R. 39. De luxuria se purgavit Erutius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. *Ibid.* 6. Quod per scelus adeptus sis, id per luxuriam effundere atque consumere. 2. de Orat. 135. Quod sumptuosus, de luxuria, &c. *Ibid.* 96. In summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stilo depascenda est. Div. 3. et Ver. 3. 160. Luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis. 1. ad Her. 8. Inertia, ignavia, desidia, luxuria. 1. Off. 92. Hæc libidini potius luxuriæque, quam liberalitati et beneficentiæ pareat. *Ibid.* 123. Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est.

Inutilis, absque fructu, lascivia. 3. de Orat. 153. Luxuriem esse in herbis.

Adjunct. *Agrestis, nova et inaudita, privata, profusa, singularis, turpis, fœdissima, vitiosa, atque turpis.*

Syntaxis. *Luxuria diffluere. De luxuria se purgare. Per luxuriam bona sua effundere atque consumere. Herbarum luxuries.*

Luxuriose, *intemperanter,* ἀκρατῶς, ἀκολάστως, ἀσώτως. Pro Cæl. 13. Cum libidinosis luxuriose vivere. 2. de Fin. 21. Qui cum luxuriose viverent, &c.

Luxuriosus, a, um, *asotus, intemperans,* ἄσωτος, ἀκόλαστος. 2. de Fin. 22. Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quod ita vivunt, ut persequantur cujusque modi voluptates. 2. cont. Rul. 47. Aliquis ut in suis rebus, ita in rep. luxuriosus nepos. I. P. 66. Nihil isto scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius. Orat. 81. Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. 2. A. 66. Multa et lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis.

Luxus, us, *intemperantia, profusioque in victu et cultu corporis,* πολυτέλεια, μεγαλοπρέπεια. Ver. 3. 62. Nisi forte existimatis, eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit.

LY

Lybia. *Lege,* Libya.

Lycaonia, *regio.* 15. Fam. 1.

Lycaones, *populi.* 2. de Leg. 33. 3. Fam. 10.

Lyceum, cei. 1. de D. 8. Cum ambulandi causa in Lyceum venissemus: nam id superiori gymnasio nomen est. 2. 8. Tum in bibliotheca, quæ in Lyceo est, assedimus. 1. de Orat. 98. Et longe Academiæ illi, ac Lyceo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. 1. de Div. 22. Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo. 1. Acad. 17.

Lychnuchus, chi, *quidquid lucernam sustinet: nam ut candelabrum candelæ, sic lychnuchus lucernæ fulcrum appellatur,* λυχνοῦχος, ου. 3. Qu. Frat. 7. Hanc scripsi ante ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat perjucundus, quod eum te aiebant, cum esses Sami, curasse faciendum.

Lychnus, ni, *lucerna,* ὁ λύχνος, ου. Pro Cœl. 67. Lux alia est solis et lychnorum. *Proverbium.*

Lycii, *populi.* Ver. 4. 21. 6. Att. 5.

Lycomedes, is. De Amic. 77. Nec enim Neoptolemus Trojam capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impedientem audire voluisset.

Lycurgeus, a, um, *durus, severus, qualis fuit Lycurgus, qui leges duras Lacedæmoniis tulit.* 1. Att. 10. Nosmetipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur.

Lycurgus, gi. De Cla. 130. M. Brutus

accusationem factitavit, ut Athenis Lycurgus. 1. de Div. 96. Lycurgus quidem, qui Lacedæmoniorum Remp. temperavit, leges suas autoritate Apollinis Delphici confirmavit. 2. Tusc. 34. Cretensium quidem leges, quas sive Jupiter, sive Minos sanxit, de Jovis quidem sententia, ut Poetæ ferunt, itemque Lycurgi, laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo. 5. 7. Lycurgi temporibus traditur fuisse Homerus. 1. de Orat. 58. Jam vero de legibus instituendis, de bello, de pace, de sociis, de vectigalibus, de jure civium generatim in ordines ætatesque descripto, dicant vel Græci, si volunt, Lycurgum, aut Solonem, &c. *Ibid.* 197. Si cum *Græcorum* Lycurgo, aut Dracone, et Solone nostras leges conferre volueritis. 2. de Orat. 97. Lycurgus, et Æschines. 3. 53. Lycurgus, et Pittacus. De Clar. 36. Lycurgus, et Dinarchus Oratores. *Ibid.* 40. Cujus, *Homeri*, etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum, siquidem non infra superiorem Lycurgum fuit, a quo est disciplina Lacedæmoniorum astricta legibus.

Lydia, æ, *regio.* Pro Flac. 65. Quid dicam de Lydia? &c.

Lydus. Pro Flac. 65. Quis unquam Græcus comœdiam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset?

Lymphatus, a, um, *furens, insanus, νυμφόληπτος, φρενόληπτος, ου.* 1. de Div. 80. Flexanima, tanquam lymphata, ut Bacchi sacris commota. *Poetæ.*

Lynceus, a, um, *perspicax, λυγκικὸς, λύγκειος, λυγκεύς.* Ver. 3. 35. Homo lynceus. 9. Fam. 2. Quis tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat?

Lyra, æ, *fides, λύρα, ας.* 1. Tusc. 4. Themistocles cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior.

Lyricus, a, um, *λυρικὸς.* Orat. 183. Poetæ, qui λυρικοὶ a Græcis vocantur, quos cum cantu spoliaveris, nuda pene remanet oratio.

Lysias. 1. de Orat. 231. Disertissimus scriptor Lysias. De Cl. 35. Lysias subtilis scriptor et elegans. Orat. 29. Venustissimus ille scriptor et politissimus Lysias.

Lysidicus. 11. A. 14. Lysidicus ipse in Græco verbo, qui omnia jura dissolvit.

Lysander, dri, *versutissimus Lacedæmoniorum dux.* 1. Off. 109. De Sen. 59. Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis. 1. de D. 96. Quas, *leges Lycurgi*, cum vellet Lysander commutare, eadem est religione prohibitus. 1. Off. 509. Versutissimum, et patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus. 1. de Div. 75. Namque et Lysandri, qui Lacedæmoniorum clarissimus fuerat, statuæ, quæ Delphis stabat, in capite corona subito exstitit ex asperis herbis et agrestibus: stellæque aureæ, quæ Delphis erant a Lacedæmoniis positæ post navalem illam victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt, qua in pugna Castor et Pollux cum Lacedæmoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum, stellæ aureæ, quas dixi, Delphis positæ, paulo ante Leuctricam pugnam deciderunt, neque repertæ sunt. 2. 68. At in Lysandri statuæ capite Delphis exstitit corona ex asperis herbis, et quidem subito. 2. Off. 80. Ac propter hoc injuriæ genus Lacedæmonii Lysandrum Ephorum expulerunt.

Lysimachus, chi. 1. Tusc. 102. Cyrenæum Theodorum Philosophum non ignobilem nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur, istis, quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putrescat.

Lysippus, *fictor insignis.* 4. Acad. 85.

Lysis. 1. Off. 155. Lysis Pythagoræus Epaminondam erudivit.

Λύσις. 3. Tusc. 61. Ex quo ipsam ægritudinem λύπην Chrysippus, quasi λύσιν, id est solutionem totius hominis appellatam putat.

DE LITERA M.

M Litera in consonantibus Latinis nuncupatur liquida. 2. de Orat. 240. Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas L L L, duo M M.

In numeris indicat mille.

Ante nomina propria, Marcus.

MA

Macedo, onis. 5. Att. 48. Quid Macedo Alexander?

Macedonia, æ, *regio.* 3. Att. 4. I. P. 55. et 57.

Macedonicus, a, um. Ver. 4. 129. Signum Macedonicum. In Pis. 55. Imperator Macedonicus. 16. Att. 8. Legiones Macedonicæ.

Macellum, li, *locus in quo venduntur omnia, quæ vescendi causa in urbem afferuntur, κρεοπώλιον, ου, τὸ ὀψοπώλιον.* 2. de D. 59. Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem, annonam in macello cariorem fore. 2. de Fin. 50. Quæ est ista laus, quæ possit e macello peti?

Macer, cra, um, *tenuis, ἀσθενὴς, λεπτός.* 2. cont. Rull. 66. Solum exile et macrum.

Maceria, æ, *murus in agro et villa, ἡ αἱμασία, φραγμὸς, τὸ τειχίον.* 16. Fam. 18. Helico nequissimus sestertia ducenta dabat nullo aprico horto, nulla maceria, nulla casa.

Machærophorus, ri, *gladiator, macheram ferens, μαχαιροφόρος.* 2. Qu. Frat. 10. Hominem portavi ad Baias, octophoro Aniciano machærophoris centum sequentibus.

Macharensis. Ver. 3. 47. Macharensis ager.

Machina, æ, *machinatio, μηχανὴ, μηχάνημα, ὄργανον, μῆχαρ.* Ver. 1. 145. Columnæ machina apposita dejectæ, eisdem lapidibus repositæ sunt. *Ibid.* 147. I. P. 43. M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris

illigatum in machina necaverunt. 2. con. Rul. 49. Hæc tota lex ad Pompeii opes evertendas, tanquam machina, comparatur. Qu. de Pet. 6. Quo in magistratu amicam, quam palam domi habebat, de machinis emit.

Ars, astutia, dolus, δόλος. Pro Dom. 27. Iisdem machinis sperant me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. Brut. 18. Omnes adhibeo machinas ad tenendum adolescentem. 3. de Nat. 73. Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ. *Ibid.* Commoliri dolum et machinam aliquam ad quempiam.

Machinatio, onis, *artificium*, δόλος, μηχανή. 2. 97. Cum machinatione quadam aliquid moveri videmus, ut sphæram, horas, &c. *Ibid.* 123. Etiam machinatio quædam atque solertia. 2. de Orat. 72. Judex tanquam machinatione aliqua tum ad severitatem, tum ad remissionem est contorquendus.

Machinator, oris, *architectus*, *fabricator*, μηχανητὴς, τεχνάστης. Pro S. R. 132. Scio, omnium architectum et machinatorem esse Chrysogonum. 1. con. Rul. 16.

Machinatus, a, um. 2. de N. 149. Ad usum orationis incredibile est quanta opera machinata natura sit. 3. de Orat. 172. Hæc quidam machinati sunt ad voluptatem. 2. de Nat. 128. Quod perpetuitatis causa machinata natura est. De Univ. 7. Quæramus igitur causam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus sit, ut originem rerum et molitionem novam quæreret.

Machinor, aris, *translate*, *struo*, *molior*, *excogito*, ἐπιμηχανάομαι, συσκευάζομαι, ἐπιβουλεύω, τεχνάζω. 3. de Nat. 66. Sibi ipsi nefariam pestem machinari. Act. 1. Ver. 15. Cum interea aliud quiddam jamdiu machinaretur. Pro Domo sua 54. Nihil aliud nisi uti ne quid per vim agi posset, machinabare. 2. ad Her. 28. et 4. 13. Machinari necem vel calamitatem alicui.

Syntaxis. *Machina apposita dejicere aliquid. Illigare aliquem in machina. De machinis emere. Machinis aliquem labefactare. Adhibere omnes machinas ad. Commoliri dolum et machinam ad. Machinatione quadam movere aliquid. Tamquam machinatione quadam judicem contorquere ad. Machinari aliquid ad voluptatem. Sibi ipsi pestem machinari. Machinari necem vel calamitatem alteri.*

Macies, ei, *corporis tenuitas*, *siccitas*, *gracilitas*, ἰσχνότης, λεπτότης. 2. cont. Rull. 93. Homo grandi macié torridus, contemptus et abjectus. 3. Att. 15. Crassum libertum ais tibi de mea macie sollicitudineque narrasse. 3. Tusc. 26. Corpus macie extabuit. 7. A. 12. Profectus est ad bellum A. Hirtius, vir fortissimus: at qua imbecillitate, qua macie? sed animi vires corporis imbecillitas non retardavit.

Macrocolum, li, *charta*, *membranula*, μακρόκωλον, ου. 16. Att. 3. Sed tamen idem syntagma misi ad te retractatius, et quidem archetypon ipsum crebris locis inculcatum et refectum: hunc tu translatum in macrocolum, lege in arcano convivis. 13. 25. Impensam facimus in macrocolo.

Mactandus, a, um. In Vat. 36. Quo etiam majore es malo mactandus.

Mactatus, a, um. Ver. 4. 26. Cum videant jus civitatis illo supplicio esse mactatum. 2. Tusc. 22. Mactata excetra.

Macte, *vox hortationem significans*, εὖγε, καλῶς, εὖγε τῆς ἀρετῆς. Att. 12. 7. Macte virtute: mihi quidem gratum, &c. 15. 28. Servuli aiebant eum et agripetas ejectos a Buthrotiis, macte. 1. Tuscul. 40. Macte virtute: ego enim ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. 6. Att. 9. Quæso, quid nobis futurum est, macte scribas. *aliter*, mature.

Macto, as, *interficio*, σφάττω, καταθύω. De Arusp. 42. Clodius divisores omnium tribuum domi suæ crudelissima morte mactavit. 1. C. 33. Tum tu Jupiter hos æternis suppliciis vivos mortuosque mactabis. Pro Flac. 95. Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiorem? In Vat. 14. Inferorum animas elicere, et puerorum extis deos manes mactare.

Mactor, aris. 1. C. 27. Nonne hunc summo supplicio mactari imperabis? 1. P. 16. Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto mactatus essem.

Macula, æ, *labes*, ἡ κηλὶς, ἴδος, ὁ σπῖλος, ὄμοργμα, στίγμα. 1. de N. 80. Est autem corporis macula nævus. Pro S. R. 113. Legationis cæremoniam polluere, maculisque afficere. Pro Pomp. 7. Delenda est nobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Ad Brut. 15. Magna macula per vos deleta. Pro Sest. 63. Quoniam illa in republ. macula regni publicati maneret, quam nemo posset eluere. Pro Corn. 15. Est hujus seculi labes quædam et macula, virtuti invidere. Pro Do. 23. Omnium libidinum maculis notatissimus. Pro Planc. 30. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis? Ver. 5. 120. Maculas flagitiorum tuorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. Pro Cluent. 12. Macula familiæ.

Est item, retis foramen, seu plaga. Lege, Reticulum. De Somn. 14. In ipsis terræ quasi maculis, ubi habitatur, &c.

Adjuncta. *Insignis, magna, minuta.*

Maculo, as, *maculis afficio*, *commaculo*, *inquino*, *oblino*, *polluo*, *fœdo*, *contamino*, *labem infero*, *maculis aspergo*, μιαίνω, μολύνω. De Arusp. 27. Qui castissimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet. Pro Mil. 86. Et tu, sancte Jupiter, cujus ille latus, nemora, finesque sæpe omni nefario stupro et scelere maculavit. Pro Sest. 60. Maculare splendorem alicujus.

Syntaxis. *Polluere et maculis afficere. Maculam delere, suscipere, eluere, inurere. Maculis notatus, aspersus. Omni dedecore maculare splendorem alicujus. Stupro et scelere maculare. Macula concepta ex.*

Maculosus, a, um, *maculis respersus*, *κατάστικτος*, *ῥυπαρὸς*, *οῦ*. 2. A. 73. Vestis Pompeii non multa eaque maculosa. 1. Att. 13. Maculosi Senatores.

Madefactus, a, um. 14. A. 6. Imbuti sanguine gladii exercituum nostrorum, vel madefacti potius.

Madefio, fis, *perfundor*, *respergor*, *διϋγραίνομαι*, *διαίνομαι*, *βρέχομαι*. 1. de D. 68. Itaque vaticinatus est, madefactum iri minus 30. diebus Græciam sanguine.

Madens, tis. Postquam in Sen. 12. Madens coma, compositus capillus.

Madeo, es, *madefio*. 2. A. 105. Natabant pavimenta vino, madebant parietes.

Madidus, a, um, *perfusus*, *διάβροχος*, *κάθυγρος*, *ὑγρὸς*, *ὑπόμβρος*. 2. Qu. Fr. 11. Sed ille fasciculus totus aqua madidus mihi redditus est.

Mæna, æ, *piscis marinus*, *quem Theodorus Gaza Alecem vertit*, *ἡ μαινίς*. 2. de Fin. 91. Qui voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere, se accipenserem mænæ non anteponere.

Mæotis, is, *palus Scythica*. 5. Tus. 49. A sole exoriente supra Mæoti' paludes, nemo est, qui factis me æquiparare queat. *Poeta.* 2. con. Rul. 51. Cum Mithridates amisso exercitu, &c. Mæotide, et illis paludibus, &c. defendatur, &c.

Mage, *magis*. 7. Fam. Pro Mur. 30.

Non ex jure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt.——Ennii.

Magicus, a, um, *μαγικὸς*, *κὴ*, *κόν*. 1. de Or. Magicum carmen.

Magis, *plus*, *μᾶλλον*, *πλέον*, *μειζόνως*, *ἄμεινον*. 6. Fam. 17. Quotidie magis ac magis suspicor, te in Epirum profectum. 2. Fam. 18. Sed mihi magis magisque quotidie de rationibus tuis cogitanti placet &c. 1. A. 5. Quotidie magis magisque perditi homines urbi minabantur. Par. 3. Nihil huic addi potest, quo magis virtus sit. Pro Mil. 17. Non magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit. Pro Planc. 60. Is magis ædilis fieri non potuisset. Pro S. R. 39. Annos natus magis quadraginta. 2. Fa. 6. Ita contendit, ut nihil unquam magis. 2. de Orat. 15. Magis adeo id facultate, quam alia ulla culpa mea contigit. 16. Fam. 19. Expecto tuas litteras, teipsum multo magis. 2. de Orat. 139. Ac multo etiam magis ad vos. Pro Fl. 69. Nunc vero hoc magis, quod, &c. 2. cont. Rull. 96. Imo vero etiam hoc magis, quam, &c. quod, &c. 5. Div. Atque eo magis, si, &c. *Ibid.* 77. Mementote non tam illos esse nobis, quam hos pertimescendos: atque etiam hoc magis sunt timendi, quod, &c. 1. Off. 72. Capessentibus remp. nihil minus, quam Philosophis, haud scio an magis etiam, despicientia adhibenda sit rerum humanarum. 16. Att. 5. Magis est quod gratuler tibi, quam quod te rogem. Pro Cæl. 14. Cujus in magnis catervis amicorum si fuit etiam Cassius, magis est, ut ipse moleste ferat, errasse se, quam ut istius amicitiæ crimen reformidet. 14. Att. 20. De Græcia magis ac magis cogito.

Syntaxis. *Magis ac magis. Magis magisque. Annos magis 40. natus. Magis est quod lugeas, quam quod, &c.*

Magister, stri, *præceptor*, *doctor*, *autor*, *διδάσκαλος*, *προστάτης*, *παιδευτὴς*, *καθηγητὴς*, *οῦ*. 1. de N. 72. Epicurus gloriabatur, se magistrum habuisse nullum. 2. A. 90. Quanquam te bonum timor faciebat non diuturni magister officii. De Senect. 29. Nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenuerunt vires. 2. A. 8. Jam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta jam proferam, nihil sapere docuit. 1. de Orat. 244. Pueri in hoc genere apud magistros exercentur. Pro S. R. 118. Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit. De Cl. 104. Gracchus semper habuit exquisitos e Græcia magistros. 2. de Orat. 133. Magistri, ad quos filios nostros mittimus. 1. de Inv. 35. Artium liberalium magistri, vivendi præceptores. 9. Fa. 16. Magister cœnandi, discipulus dicendi. 2. de Orat. 94. Isocrates magister omnium istorum, &c. Orat. 10. Plato gravissimus autor, et magister intelligendi et dicendi. *Ibid.* 17. et 1. de N. 33. Aristoteles a magistro Platone dissentiens. 3. de Orat. 137. Plato non linguæ solum, verum etiam animi ac virtutis magister. Pro Mur. 65. Vestri præceptores et virtutis magistri. *id est, Stoici.* 2. de Nat. 128. Orat. 112. Existimator alicujus artificii, non magister. Pro Rab. P. 9. Usus est magister optimus. 1. de Orat. 150. Stylus effector dicendi, ac magister. Ver. 3. 54. Dux et magister ad faciendum aliquid. Pro Cor. 27. Tum vero jus omne noster iste magister mutandæ civitatis ignorat. 2. de Orat. 197. Quamobrem hoc vos doceo, bonus ego videlicet et eruditus magister. De Arusp. 18. Ego habeo autores et magistros colendarum religionum, majores nostros. Pro Do. 104. Autor et magister publicæ religionis. *Ibid.* 141. Præsertim illo magistro, qui cogeretur docere, antequam ipse didicisset. Pro Cæc. 32. Te uti in hac re magistro volo. Div. 47. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit &c. De Sen. 46. Summus magister in populo. 5. Att. 15. et Ver. 2. 169. Magister scripturæ. *Lege*, Scriptura. *Ibid.* 182. Magistri qui tabulas habebant. *Ibid.* 173. Quidam qui tum magister erat ejus societatis. 11. Att. 10. 13. Fa. 9. et 65. Pro Pl. 32. P. Crassus maximarum societatum autor, plurimarum magister. 1. Att. 1. L. Pontius, quem putabant magistrum fore, si bona venirent. Pro Qu. 50. Cui magistri fiunt et domini constituuntur, qui qua lege, qua conditione pereat, pronuncient, huic, &c. Hortens. Imbecillus est pudoris magister timor. *Ibid.* Cum sine magistro senserit, quid natura desideret.

Magister equitum, cui imperium summum in equites erat, ut dictatori in populum. 9. At. 18. Sulla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur et magister equitum. 3. de Leg. 8. Isque ave sinistra dictus populi magister esto. *Ibid.* 10. Magister populi equitumque.

Adjunct. *Bonus, et eruditus, novus et eruditus, exquisitus, perfectus, familiaris, gratissimus, optimus, et præstantissimus, ineptus, imbecillus, magnus, et sapiens, maximus, molestus, optimus, senior, summus, vetus.*

Syntaxis. *Magistrum habere. Artium liberalium magistri. Plato auctor et magister intelligendi. Timor non diuturni magister officii. Apud magistrum exerceri. Habere exquisitos magistros. Mittere filios suos ad magistrum. Magister cœnandi. Non linguæ solum, sed etiam animi ac virtutis magister. Dux et magister ad faciendum aliquid. Uti aliquo magistro. Summus magister in populo. Stilus perfector dicendi et magister. Magister populi equitumque.*

Magisterium, rii, *magistri dignitas et officium, censura, προεδρία, προστασία.* De Sen. 46. Me vero et magisteria delectant a majoribus instituta, et is sermo, qui a summo adhibetur in poculis. De Prov. Cons. 46. Magisterium morum.

Magistra, æ, διδάσκαλος, ἡ. 1. de N. 40. Legis æternæ vis, quæ quasi dux vitæ et magistra officiorum sit. 2. de Orat. 36. et 1. Off. 128. Natura magistra et duce. 5. Tusc. 5. Philosophia magistra vitæ. Pro S. R. 75. Vita rustica parsimoniæ et diligentiæ magistra est. De Clar. 296.

Magistratus, us, *dignitas, honor, potestas, fasces, procuratio negotii et muneris publici, qui cum potestate est, qui potestatem gerit,* ἄρχων, οντος, ἡ ἀρχὴ, ῆς, δύναμις. De Am. 64. Ubi eos inveniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes amicitiæ non anteponant? Pro Mur. 74. Cato negat judicium hominum in magistratibus mandandis, voluptatibus corrumpi oportere. *Ibid.* 76. Nulla re allici mentes hominum oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate. 1. Off. 124. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere, se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem et decus sustinére, servare leges, jura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. Pro Sest. 55. Censura sanctissimus magistratus. Ver. 4. 137. Ad me venit Heraclius is, qui tum magistratum Syracusis habebat. 1. Off. 149. Cedere iis, qui magistratum habebant. Pro Plan. 8. Tum enim magistratum non gerebat is, qui cœperat. Pro Plan. 15. Libertas populi in mandandis magistratibus. *Ibid.* 61. Commissi sunt iis magistratus. Ad Brut. 10. Nemo tribunus plebis, nemo alio magistratu, nemo privatus auctor extitit. 5. Dum unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. *Ibid.* C. Marius factus est augur. Pro Clu. 146. Legum ministri magistratus. 2. con. Rull. 26. Lege Curiata magistratum non dari, cui nullis comitiis ante sit datus. 3. Fam. 10. Creare et gerere magistratum, et gerere potestatem. 5. 2. Atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate privavit. Pro Qu. 10. Magistratum æquum adhuc reperire non potui. Ver. 3. 190. Secuti sunt avariores magistratus. 1. Qu. Fr. 1. 17. Qui in magistratibus injuriose decreverant, eodem ipsis privatis erat jure parendum. 5. A. 52. Ut ei triennium ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceat. 3. de Leg. 2. Magistratus hæc est vis, ut præsit præscribatque recta et utilia et conjuncta cum legibus: ut enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. 3. de Leg. 33. Suffragia in magistratibus mandandis palam ferre melius esset. *Ibid.* 47. Qui magistratu abierint, apud censores edant, et exponant, quid in magistratu gesserint. 12. Famil. 14. Nam quod huc properent in magistratum venire, causam non habent. Pro C. Cornel. 1. Cum is tribunus plebis duas leges tulisset in eo magistratu. Pro Sext. 79. Ut suis munitus tuto in foro magistratum gereret.

Adjunc. *Æquus, amens, amplissimus, annuus, mutus, lex loquens, minor, novus, provincialis, proximus, sanctissimus, avarior, egregius, improbus, ac rapax, certus, ineptus, levissimus, liber, maximus, patricius, præsens, summus.*

Syntaxis. *Magistratum alicui mandare, dare, committere, abrogare. Magistratum petere, habere, gerere, capere, inire, adipisci, assequi. Magistratum creare, constituere. Magistratu abire, se abdicare. In magistratu esse. In magistratum venire.*

Magnanimitas, tis, *magnitudo animi,* μεγαλοφροσύνη, μεγαλοψυχία. 1. Off. 152. Quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.

Magnanimus, a, um, *vir magni animi, vir altus et excellens,* μεγαλόψυχος, μεγαλόφρων. 1. Off. 63. Vir fortis et magnanimus.

Magnes, tis, μάγνης, ητος. 1. de Div. 86. Ut si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat et trahat: at rationem, cur ita sit, afferre nequeam.

Item qui est a Magnesia Thessaliæ regione. De Clar. 316. Dionysius Magnes.

Magnifacio, cis, μεγαλίζομαι, περὶ πολλοῦ ἡγέομαι. 13. Fa. 16. Ejus libertum Apollonium jam tum equidem, cum ille viveret, et magnifaciebam et probabam.

Magnifice, *splendide,* μεγαλοπρεπῶς, φιλοτίμως. De Clar. 254. Amice et magnifice te laudatum puto. Ver. 3. 155. Magnifice laudari ab aliquo. Pro Qu. 93. Ver. 1. 65. Magnifice ac splendide ornare convivium. 2. de Inven. 116. Vasa magnifice et pretiose cælata. Ver. 4. 62. Exornat ample

magnificeque triclinium. Pro Do. 115. Iste habitare laxe et magnifice voluit. 2. C. 1. Magnifice vicimus. Ad Brut. 16. Juvat enim magnifice loqui. 4. ad Her. 30. Hic qui se magnifice jactat et ostentat. 9. A. 13. Magnifice enim Sulpitius majorum continentiam diligebat. 1. Off. 92. Hæc præscripta servantem licet magnifice vivere.

Syntaxis. *Magnifice ac splendide convivium ornare. Laxe magnificeque habitare. Magnifice vincere, loqui, se jactare, vivere. Magnifice laudari. Vasa magnifice et pretiose cælata. Ample magnificeque exornare.*

Magnificentia, æ, *splendor*, μεγαλειότης, μεγαλοπρέπεια, φιλοτιμία. 2. de Inv. 163. Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum, cum animi ampla quadam et splendida propositione, agitatio et administratio. 1. 110. Virtus et magnificentia, in qua gravitas et autoritas est. Orat. 83. Si ut in apparatu epularum, a magnificentia recedens, non se parvum solum, sed etiam elegantem videri volet. Pro Mur. 76. Odit pop. Rom. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. 2. cont. Rull. 22. Hoc vix est liberi populi, vix vestrorum amicorum magnificentiæ. 1. de Leg. 61. In hac ille rerum magnificentia, &c. Pro Q. R. 24. Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiavit. 3. de L. 30. Lucullo objecta est magnificentia villæ Tusculanæ. 5. Tusc. 61. Magnificentia ædium regiarum. *Ibid.* 96. Magnificentia et sumptus epularum. 1. Off. 72. Capessentibus rempublicam et magnificentia, et despicientia adhibenda est rerum humanarum. 2. de Leg. 66. Funerum sepulchrorumque magnificentia. 1. Off. 140. Cavendum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas. *Ibid.* L. Lucullus, cujus quam multi villarum magnificentiam imitati sunt. 2. 56. Theophrastus est multus in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum. De Ami. 21. Qui virtutem verborum magnificentia metiuntur.

Syntaxis. *Liberalitatis magnificentia, villæ, epularum, ædium, funerum, sepulchrorum. Extra modum sumptu et magnificentia prodire. Verborum magnificentia metiri virtutem. Capessentibus remp. adhibenda est magnificentia.*

Magnificentissime. 2. Att. 21. Jactare se magnificentissime. 14. 4. Nostri autem ἥρωες, quod per seipsos confici potuit, gloriosissime et magnificentissime confecerunt.

Magnificus, a, um, *lautus, splendidus, summo splendore præditus, delicatus*, μεγαλόψυχος, μεγαλόφρων. Ver. 1. 58. Vidi forum adornatum magnifico ornatu. 3. Qu. Fr. 8. Ludi magnificentissimi, et munus sumptuosum atque magnificum. 1. de Orat. 161. Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ. 9. Fam. 16. Cœna magnifica et lauta. 5. Tusc. 61. Stragulum magnificis operibus pictum. 7. Fa. 1. Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque magnificæ. 2. de Or. 89. Genus dicendi magnificum atque præclarum. Orat. 15. Cum præclara quædam et magnifica didicisset. De Opt. 12. Ii, quos nihil excelsum magnificumque delectat. 1. Off. 79. Animus excelsus et magnificus. 2. de Div. 5. Magnificum etiam illud Romanisque hominibus gloriosum, ut, &c. 2. con. Rul. 79. Cætera illa magnifica pop. Rom. vectigalia. De Cla. 261. Voce, motu, forma etiam magnifica et gloriosa ostentatio civitatis. 2. de Leg. 2. Villa magnifica. 4. Att. 15. Illam autem, quam locavit, facit magnificentissimam. 2. Off. 57. Luc. Crassus magnificentissima ædilitate functus est. 2. con. Rul. 4. Est hoc amplissimum, sed illud magnificentius, quam, &c. De Cl. 128. Genus dicendi magnificentius et ornatius. I. P. 3. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus Consulatum, quam quemadmodum ceperimus. Postq. in Sen. 2. Senatus, a quo sæpe magnificentissimis decretis ornati sumus. De Cl. 201. Id melius est quod splendidius et magnificentius. Pro Deiot. 19. Cui magnificentissima dona usque ad Numantiam ex Asia misit. Pro Dom. 142. Italiæ magnificentissimus ille motus.

Syntaxis. *Magnificus ornatus, ludi, munera, cœna, stragulum, opus, venatio, oratio, animus, vectigal, villa. Magnificum est dicere. Splendidum ac magnificum. Excelsum et magnificum. Lautum et magnificum. Sumptuosum et magnificum. Magnifica et gloriosa ostentatio.*

Magniloquentia, tiæ, καλλιῤῥημοσύνη, μεγαλοῤῥημοσύνη. Orat. 191. Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ est accommodatior. 13. Fam. 15. Homeri magniloquentia.

Magnitudo, inis, *amplitudo, granditas, moles, ubertas*, τὸ μέγεθος. 3. de Fin. 45. Magnitudo maris Ægei. 1. Off. 154. Metiri magnitudinem mundi. 13. A. 5. Si maria, montes, regionum magnitudines interessent. 1. de Orat. 15. Magnitudo et varietas, multitudoque causarum. Ver. 5. 23. Genus prædandi ad magnitudinem quæstus immensum et infinitum. *Ibid.* Magnitudo frigorum. Part. 81. Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extollendis. 1. Fam. 7. Magnitudinem animi tui ne inflectas cujusquam injuria. 2. 7. Magnitudo et vis amoris. 2. cont. Rull. 94. Magnitudo fructuum: *id est, abundantia.* Pro Deiot. 30. Esto, concedatur hæc quoque acerbitatis et odii magnitudo. Protag. Indignitas voluptatis ad molestiam in magnitudine aut longitudine alterius posita.

Adjuncta. *Admirabilis, inusitata, excellens, vera, et sapiens, eximia, immensa, immensa et interminata, incredibilis, insignis, nova, singularis, mirabilis, par, paterna, præsens, subita, summa, tenuis.*

Syntaxis. *Magnitudinem metiri. Magnitudo et varietas multitudoque causarum. Magnitudo quæstus. Magnitudo animi. Acer-*

bilatis et odii magnitudo. Magnitudo et vis amoris. Magnitudo fructuum, id est copia.

Magni esse, *et id genus.* 15. Fa. 15. Magni erunt mihi literæ tuæ. 10. Att. 8. Non possum dissimulare mihi famam quoque, quamvis sit falsa, magni esse. 1. Nat. 7. Magni interest ad decus et laudem civitatis.

Magno, *magno pretio.*)(.*parvo.* Pro Q. R. 32. Magno tuam dimidiam partem decidisti. 2. con. Rul. 34. Ement agros, quos volent, et quam volent magno. 1. Att. 14. De aliquo conducere nimium magno. Ver. 4. 13. Quid? tu ista permagno æstimas. Ver. 3. 71. Magno vendidisti.

Magnopere, *nimio opere,* ἐπιμελῶς, σφόδρα, λίαν, ἄγαν, μάλα. 2. Fam. 6. Cum has ad te quam primum litteras magnopere perferri vellemus. 4. Att. 16. Et si quæris, nulla est magnopere commota συμπάθεια. 2. de Invent. 2. Cum puerorum formas et corpora magno hic opere miraretur &c. 1. de Legib. 53. Gellius Philosophis magnopere autor fuit, ut, &c. 13. Att. 28. Magno opere accersitus. 13. Fa. 34. Magnoque opere abs te peto.

Magnus, a, um, *amplus, grandis, non mediocris, non parvus, uberior, bonus, late patens, immanis, infinitus, vastus, insanus, longe lateque patens,* μέγας, μεγαλεῖος. 1. de Orat. 222. Quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam. 2. de Nat. 167. Magna dii curant, parva negligunt. 1. de Orat. 235. Hæc enim ars sine controversia et magna est, et late patet, et ad multos pertinet, et summo in honore semper fuit, et clarissimi cives ei studio etiam hodie præsunt. 6. Fa. 7. Quanquam id magnum et amplum est. Orat. 33. Magnum opus et arduum, Brute, conamur. 2. cont. Rul. 41. Magna mihi res non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse. Pro Mur. 8. Mihi cum eo et vetus et magna amicitia est. Orat. 50. Partes magnæ et graves. 1. Fam. 1. Magna eloquentia, magna gravitas, magnum studium, magna contentio. 1. de Inv. 6. Multæ et magnæ res. *Ibid.* Quædam magna et ampla pars. 2. Tusc. 15. Experiar equidem, sed magna res est. *Ibid.* 4. Quos enumerare magnum est, ita sunt multi. Pro Plan. 86. Decertare mihi ferro magnum fuit, &c. 1. Q. Fr. 2. Nam si te vicinis tuis anteponis, valde magnum facis. Orat. 105. Nos magnum fecissemus, si potuissemus, &c. 2. de Nat. 166. Nemo vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit. *Ibid.* Magnis viris prospere eveniunt semper omnes res. Pro Quint. 93. Artes, quibus tu magnus es, tibi concedo. 2. Off. 16. Dicæarchus Peripateticus magnus et copiosus. Pro Mur. 62. Neque disputandi causa, ut magna pars, sed, &c. 2. de Inv. 83. Augere aliquid, et majus facere. De Cla. 222. M. Drusus tuus magnus avunculus. 3. Off. 70. In his magni judicis est, statuere quid sit æquum. 3. de Leg. 40. Quorum generum in utroque magnus noster Cato est. 10. Fam. 6. Magnus Consul et Consularis. 2. de Nat. 73. Magnus locus: *id est, amplam præbens materiam.* Ver. 2. 176. Numerus frumenti magnus. 6. Att. 1. Magnus prætextatus illo die fuit. 2. Qu. Fr. 13. Magnus veterator. 1. de Nat. 121. Vir magnus in primis. Pro Dom. sua 1. Magna causa. 2. de Orat. 154. Magna Græcia. De Arusp. 57. Magna natio. 11. Att. 3. Magna pecunia. Pro Deiot. 36. Magna procuratio. 2. de Nat. 53. Magna quæstio est. 2. de Orat. 250. Magnum caput. 3. Ph. 13. Magnum consilium. 4. Acad. 1. et 2. Magnum ingenium L. Luculli. 1. 2. Magnum opus in manibus habeo. 2. Att. 14. Magnum quid et multæ cogitationis atque otii. 4. Tusc. 37. Quid enim videtur ei magnum, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo? 1. Acad. 7. Magnum est, efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum et simplex bonum. 1. Off. 53. Magnum est eadem habere monumenta majorum, iisdem uti sacris, sepulchra habere communia. De Amic. 71. Magnum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. 14. Att. 1. Quidquid erit non modo magnum, sed etiam parvum, scribes. 11. Fam. 9. Magnum atque honestum te esse. 2. de Natur. 51. Magnum annum nominaverunt Mathematici, qui tum efficitur, cum Solis et Lunæ, et quinque errantium stellarum, ad eandem inter se comparationem, confectis omnium spatiis, est facta conversio. 2. de N. 17. Si domum magnam pulchramque videris. 4. Tusc. 9. Chrysippus et Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis et definiendis occupati sunt: *id est, magna ex parte.* 5. Fam. 11. Nullam rem neque tam magnam neque tam parvam putet, quæ, &c. 3. de Leg. 14. A magno homine et in primis erudito Panætio tractata. 3. de Fin. 29. Stabili et firmo, et magno animo vir. 5. Attic. 14. Magno timore esse. 1. Tusc. 1. Aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, &c. Pro Cæc. 92. Magna voce confiteri. Ver. 3. 120. Magni aratores. I. P. 8. Magni ludi. 3. de Leg. 14. Magni in rep. viri. Part. 55. Magna quæ videntur, in duplici genere sunt. Orat. 14. Magnis sæpe rectissime parva conferuntur.

Adverb. *Æque, bene, plane, mirifice, multo, sane, valde.*

Syntaxis. *Magnum et amplum. Magna et multiplex disciplina. Non magna res est. Magnum est audere, &c. Valde magnum facis, si. Hac arte tu magnus es. Id ago, ut magna pars, quo, &c. Magnum et honestum te esse volo. Scribe quidquid est, vel magnum, vel parvum.*

Magus, gi, μάγος, ου. 1. de Div. 46. Magi, quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis. *Ibid.* 90. Et in Persis Magi augurantur et divinant. 2. de Leg. 26. Magi Persarum. 1. de N. 43. Portenta Magorum Ægyptiorum dementia.

Majalis, lis, *verres castratus*, χοῖρος, τομίας, ου. Cicero apud Isidorum lib. 2. c. 31. Consulem quærebam, quem in isto majali invenire non poteram.

Majestas, tis, *imperium, summa amplitudo, dignitas*, τὸ ἀξίωμα, μεγαλειότης, σεμνότης, ἀξιοπρέπεια, ας, εὐπρέπεια, δόξα. 2. de Orat. 164. Majestas est amplitudo ac dignitas civitatis. De Inv. 55. Majestatem minuere est aliquid de rep., cum potestatem non habeas, administrare. 2. de Orat. 201. Lex Apuleia, qua, qui majestatem minuisset, capitis pœna afficiebatur. Pro Rab. 2. Ut illud summum auxilium majestatis atque imperii de repub. tollatur. *Ibid.* 20. Ut imperium populi Romani, majestasque conservaretur. Pro Cor. 36. Servare et conservare majestatem populi. 2. de Orat. 107. Majestas ab aliquo imminuta. 1. de Div. 82. Dii non censent esse majestatis suæ, præsignificare hominibus, quæ sunt futura. *Ibid.* 83. Neque hoc alienum ducunt majestate sua. 2. de Nat. 77. Sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in majestatem deorum. 4. Acad. 120. Pro S. R. 54. Majestas judicum. I. P. 24. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis. 1. A. 21. Qui majestatem popul. Rom. per vim minuerit, &c. De Am. 96. Quanta illa fuit gravitas? quanta in oratione majestas? 3. Fa. 11. Majestatem augeo. *Ibid.* Est majestas, ut Sulla voluit, ne in quemvis impune declamare liceret.

Syntaxis. *Majestatem minuere, vel imminuere. Alienum hoc est majestate Senatus. Species, dignitas, majestas consulis. Majestatem augere, conservare, retinere. Alienum ducere majestate sua. Hoc non cadit in majestatem Deorum. Quanta gravitas, quanta in oratione majestas.*

Major, jus, μείζων, ονος. Top. 23. Quod in re majore valet, valet idem in minore. 1. Qu. Fr. 3. Quem ego ut fratrem majorem verebar. 2. de Leg. 24. Prorsus majorem quidem rem nullam sciscam aliter, in minoribus, si voles, remittam hoc tibi. 1. Tusc. 59. Qui in aliquo majore studio et arte versantur. 1. de Div. 28. Nihil fere quondam majoris rei, nisi auspicato, gerebatur. 2. 50. Ejus aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem majorem cum admiratione edidit. 8. Att. 9. Balbus major, et Balbus minor. Par. 1. Africanus major, et Africanus minor. De Am. 41. Cato major. 1. Off. 12. Quæ cura exsuscitat etiam animos majores et ad rem gerendam facit. 2. Tusc. 56. Qui volunt exclamare majus, toto corpore contentioni vocis asserviunt. 1. de Orat. 13. Majore delectatione, spe uberiore, præmiis amplioribus ad perdiscendum commoveri. *Ibid.* 95. Studio acriore, otio ac facultate discendi majore, ac maturiore, et labore atque industria superiore. M. Cat. Ut majora omnia re, quam fama, viderentur.

Majores, orum, *patres, superiores*, πρεσβύτεροι, πρόγονοι. *It. posteri, posteriores.* Div. 69. Patres majoresque nostri. 3. A. 25. L. Philippus vir avo, patre, majoribusque suis dignissimus. 1. de Fin. 24. Quales ejus majores fuissent. 1. Off. 121. Majores imitandi, at non eorum vitia. 1. Qu. Fr. 1. 10. Majores nostri libertis suis non multo secus ac servis imperabant. 2. ad Her. 10. Majores quibus in rebus quæstiones interponi voluerint. 13. Fam. 28. Majorum suorum autoritate satis commendati fidei tuæ. 5. 1. Majorum nostrorum clementia. 15. 12. Ex majorum dignitate eum honorem a te administrari. 3. de L. 41. Majorum exempla nosse debet Senator. 13. Fa. 10. Majorum mos. 1. Att. 1. Majorum more sine fuco ac fallaciis. 12. Fa. 22. Majorum similem aliquando fore populum Romanum. 2. de Leg. 3. Majorum nostrorum hic multa vestigia. 1. Off. 109. Audivi ex majoribus natu hoc idem fuisse. De Jur. civil. Nec vero scientia juris majoribus suis Qu. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit.

Adjuncta. *Obscuri, optimi, et probatissimi.*

Maius, ii, Θαργηλιών, μεταγειτνιών. 13. Att. 5. Ille diem negabat esse mense Maio. 2. 7. Maiæ Calend. Idus. 4. 9. Nonæ.

Majusculus, a, um, *grandior*, μικρὸν τι. 9. Fa. 10. In aliqua majuscula cura negotioque versari.

Mala, læ, *maxilla*, γνάθος. 3. Orat. 215. Ut meos malis miser manderem natos.

Male, *prave, nequiter, incommode, vitiose, improbe, mala ratione*, κακῶς, πονηρῶς, φαύλως. 15. Att. 1. O factum male de Alexione! 2. de Orat. 313. Male enim se res habet, quæ, &c. De Senect. 18. Et Carthagini male jamdiu cogitanti bellum inferatur. Pro Mur. 62. Errasti aliqua in re, male dici putat Cato. De Sen. 22. Male rem gerere. 2. C. 21. Male gerendo negotio. Pro Quin. 84. Qui cum omnibus creditoribus male agat. *Ibid.* 52. Qui permulta male agendi causa fraudandique fecerunt. De Clar. 88. Male mulctatus. Orat. 157. Male sonabat iisdem. 13. Att. 50. Non dubito, quin me male oderit. Pro S. R. 140. Aliquem male locutum esse. 6. Att. 1. et pro Cæl. 38. et 1. Att. 15. Male audire.

Malea, *sive* Maleæ, *Laconiæ promontorium.* 4. Fam. 12.

Maledice, κακολόγως, ὑβριστικῶς. 1. Off. 134. Cum de absentibus maledice contumelioseque dicitur.

Maledico, cis, *maledictis figo, carpo, rodo, vellico, obtrecto, detraho, petulantissima lingua aliquem insector, maledictis onero*, κακολογέω, λοιδορῶ, ὀνειδίζω. 2. de Orat. 305. Si quis alteri maledicit, petulans videtur. 1. de Nat. 94. Epicurus Phœdoni Socratico turpissime maledixit. Pro Cæl. 8. Petulanter maledicere alicui. Pro Sestio 80. Maledicito homini Reatino. 3. de Orat. 136. Pericles, in cujus labris veteres comici, etiam cum illi

maledicerent, (quod tum Athenis fieri licebat) leporem habitasse, dixerunt. Pro Deiot. 28. Non debebas optimo viro fugitivi ore maledicere. Pro Cæl. 6. Aliud est maledicere, aliud accusare. 6. Fa. 7. Cujus summa criminis hæc est, quod armatus adversario maledixi. 3. 8. Si quispiam maledicit, &c.

Adverb. *Contumeliosissime, petulanter, turpissime.*

Syntaxis. *Turpiter alicui maledicere. Petulanter maledicere. Ore fugitivi alicui maledicere. Aliud est maledicere, aliud accusare.*

Maledictio, onis, *κακολογία, κατάρα*. Pro Cælio 6. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

Maledictum, cti, *convicium, probrum, contumelia, κακηγορία, βλασφημία*. Pro Mur. 13. Saltatorem appellat L. Murenam Cato. maledictum est, si vere objicitur, vehementis accusatoris. *Ibid.* Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. 2. Qu. Fr. 3. Cum omnia maledicta, versus etiam obscœnissimi, in Clodium et Clodiam dicerentur. Pro Clu. 62. In maledicti vel criminis loco aliquid alicui objicere. Pro Flac. 7. Maledictum omne, non modo crimen effugit. *Ibid.* 48. Aliquem probris omnibus maledictisque vexare. 11. Att. 8. Omnia in aliquem maledicta conferre. Pro Sul. 25. Verbi invidia contumeliaque maledicti. 1. de Nat. 94. Epicurus omnes figebat maledictis. De Cl. 173. Aliquis cum aculeo et maledicto facetus. Pro Cæl. 15. A maledictis pudicitiæ ad conjurationis invidiam oratio est nostra delapsa. Pro Dom. 94. Extinctum jam est illud maledictum crudelitatis. 13. A. 40. Quem ego inustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. In Vat. 5. Cum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis objiciendam putaris. Pro Planc. 30. Nec ulla alia conjecta sunt maledicta in ejus vitam. *Ibid.* 33. Maledicta in aliquem aspere et ferociter et libere dicta. Brut. 17. Tantumque is tribuit huic indulgentiæ, ut se maledictis non abstineat. Pro Planc. 57. Nihil est tam volucre, quam maledictum: nihil facilius emittitur: nihil citius excipitur: nihil latius dissipatur.

Adjunc. *Commune, pervulgatum, volucre.*

Syntaxis. *Dicere maledicta in aliquem. Probris et maledictis vexare. Maledicta conferre* vel *conjicere in aliquem. Maledictis figere aliquem. Aliquis cum aculeo et maledicto facetus. Objicere aliquid alicui in maledicto,* vel *in maledicti loco. Maledicti loco ponere. Maledicta in aliquem aspere, ferociter ac libere dicta. Maledictis se abstinere. Maledictis lacessere. Maledicta congerere. Maledictum extinguere, effugere.*

Maledicus, ci, *obtrectator, mordax, petulans, procax, habens aculeos, momus, κακολόγος, κακορρήμων, λοίδορος*. Pro Flac. 68. In tam suspiciosa et maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Pro Cæl. 38. At fuit fama. Quotusquisque istam effugere potest in tam maledica civitate? 2. ad Heren. 12. Homo natura malevolus et maledicus. Pro Mur. 13. Maledicus conviciator. 1. Att. 15. Publicanus maledicus. Pro Flac. 7. Qui in maledicentissima civitate omne crimen effugit.

Malefacio, cis, *male mereor, perniciose mereor, πανουργέω, κακουργῶ, κακόω*. 11. Fa. 21. Dii isti Seguleio malefaciant.

Malefactum, cti, *κακούργημα, κακουργία*. 2. Off. 61. Beneficia male locata, malefacta arbitror. 2. de Inv. 108. Deinde adversarius malefacta augebit.

Maleficiose, *malitiose, nefarie, κακούργως, ὑβριστικῶς*. Pro Cæc. 20. Cum hoc novæ litis genus tam maleficiose intenderet.

Maleficium, cii, *malefactum, damnum, κακουργία, ἀδίκημα, ἀδικία, ας* .)(. *gratia*. Pro Cæl. 74. Beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati. Pro Pl. 47. Noli maleficium putare esse gratiam.

Scelus, peccatum. Pro Cæl. 53. Perficiendi et occultandi maleficii spes. 5. A. 15. Conscientia maleficiorum. Pro S. R. 8. Supplicia pro maleficiis suis metuere. *Ibidem* 11. Maleficia manifesta. Pro Cæc. 100. Maleficium exilio multatum. *Ibid.* 6. Punire maleficium. 2. ad Her. 8. Qui indicet aut factum esse maleficium, aut a quo factum sit. 1. de Inv. 103. Non factitatum est, ne a barbaris quidem, hoc maleficium. Pro S. R. 62. Committere maleficium, et admittere maleficium.

Adjuncta. *Cogitatum, levius, vehementissimum, majus, voluntarium, vulgare, manifestum, minimum, simile portenti ac prodigii, tam atrox, tam singulare, præsens, recens.*

Syntaxis. *Conscientia maleficiorum. Maleficium committere, admittere, perficere, occultare, facere, factitare, multare, punire.*

Maleficus, a, um, *reus, male meritus, κακόεργος, κακότεχνος*. Ver. 5. 143. In maleficorum sceleratorumque custodias tu tantum numerum civium Rom. includere ausus es? 5. Tuscul. 57. Vir maleficus natura et injustus. De Leg. Quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur.

Male meritus, a, um, *κακοποιήσας*. Postquam ad Quir. 22. Male meritis referre quod debeas. 3. ad Her. 4. Ulcisci male meritos oportet.

Maleolens, tis, *κακόζων*. 2. de Orat. 249. At in maleolentem, Video me a te circumveniri, subridicule Philippus.

Male pacatus, a, um. 5. Att. 20. Ager male pacatus.

Male precor, aris, *execror, καταράομαι, ἐπαράομαι*. 1. P. 33. Utrum tandem bono viro et sapienti optabilius putas, sic exire a patria, ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit: an quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam et perpetuam esse vellent?

Male sentiens, tis. 1. P. 10. An potest esse

ulla excusatio, non dicam male sentienti, sed, &c.

Male materiatus, a, um, *ex mala materia factus.* 3. Off. 54. Ædes male materiatæ.

Male vestitus, a, um. I. P. 61. Ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam Cœlimontanam sitiens pervenerim.

Malevolentia, æ, *mala gratia, δύσνοια.* 4. Tusc. 20. Malevolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. 1. Qu. Fr. 1. 34. Posteriorum erit verius judicium, obtrectatione et malevolentia liberatum. 1. Fam. 9. Novi animum tuum tum mihi amicissimum, tum nulla in cæteros malevolentia suffusum. Pro Pl. 22. Vicinitas non infuscata malevolentia. Pro Cor. 18. Deprecandæ malevolentiæ causa. 1. Fa. 1. Senatus religionis calumniam non religione, sed malevolentia, et illius regiæ largitionis invidia comprobat.

Adjuncta. *Abscondita, assueta mendaciis, non fucata, fallax.*

Syntaxis. *Obtrectatio et malevolentia. Animus suffusus malevolentia, infuscatus malevolentia. Deprecandæ malevolentiæ causa. Malevolentiæ occurrere.*

Malevolus, a, um, *in aliquem malevolentia suffusus, κακόνοος, κακόφρων, δύσνοος.* 2. Fam. 17. Ille si omnibus est malevolus, minus offendor in me. 2. ad Heren. 12. Homo natura maledicus, et malevolus. Pro Cor. 56. Ut malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus. Pro R. P. 40. Tum subinvisum apud malevolos Posthumi nomen. Pro Q. R. 34. Quoniam tam natura malevolus es. 2. Q. Fr. 3. Cato auditus est magno silentio malevolorum. 3. Fam. 10. Sed ne summorum quidem hominum malevolis de me sermonibus crederet. 7. Att. 2. Cato in me turpiter fuit malevolus. Pro Deiot. 33. Ex urbanis malevolorum sermunculis hæc collecta sunt.

Syntaxis. *Malevoli, iniqui, invidi. Cunctis malevolus. Malevolus sermo. Homo natura maledicus et malevolus. Turpiter malevolus.*

Malitia, æ, *fraus, calliditas, κακία, πονηρία, πονηρότης, κακουργία, μοχθηρία.* 3. de Natur. 75. Malitia est versuta et fallax nocendi ratio. 4. Tusc. 34. Virtuti contraria est vitiositas: sic enim malo, quam malitiam appellare, quam Græci κακίαν vocant. nam malitia certi cujusdam vitii nomen est, ut vitiositas omnium. Pro Qu. R. 46. Perfidia et malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui. Pro Quin. 56. Per summam fraudem et malitiam fingere aliquid. Pro Cluent. 70. Ad omnem malitiam et fraudem mentem suam versare, hæc secum cogitans, cœpit. Ver. 2. 135. Hæc vero ejus erat ars et malitia miranda. Pro Qu. R. 20. Supercilia illa rasa olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur. Pro Cæci. 2. Id malitia jam est usitatum. 1. de Divin. 144. Levitate, novitate, malitia exclusa vanitatem probo. 2. 27. Testes aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. 4. de Fin. 52. Fraus, improbitas, malitia, culpa, turpitudo. 9. Fam. 19. Tamen a malitia non discedis. 3. ad Heren. 11. et 2. de Inv. 105. 106. 107. Utile putamus ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci. 3. Off. 71. Malitia quæ vult videri se esse prudentiam, sed ab ea distat plurimum. Par. 81. Prudentiam malitia imitatur. 15. Att. 25. Mihi imposuisset aliquid, ni tua malitia affuisset. 1. Off. 62. Insidiis et malitia laudem est adeptus. 2. 10. Hi sæpe versutos homines et callidos admirantes, eorum malitiam, sapientiam judicant, &c. *Ibid.* Omnis opinio ad eam spem traducenda, ut honestis consiliis justisque factis, non fraude et malitia, se intelligant ea, quæ velint, consequi posse.

Adjunct. *Summa, vetus, usitata.*

Syntaxis. *Versuta et fallax malitia. Perfidia et malitia insidiosa. Per fraudem summam et malitiam fingere. Ars et malitia. Malitia et calliditas. Fraus, improbitas, malitia, Discedere a malitia. Malitia vult videri se esse prudentiam. Insidiæ et malitia.*

Malitiose, *callide, subdole, versute, κακοτέχνως, κακούργως, πανούργως.* Ver. 2. 132. Nihil sane vafre, nec malitiose facere conatus est. Orat. 190. et pro S. R. 111. Etiam si intelligendo fecit malitiose. 15. Att. 13. Clodium nihil arbitror malitiose, quanquam sceleste quidem egerit. 3. Off. 61. Dolose aut malitiose agere aliquid.

Malitiosus, a, um, *versutus, callidus, astutus, fallax, tectus, obscurus, veterator, κακόνους, κακοῦργος, κακοήθης,* .X. *apertus, simplex.* 3. Off. 57. et 1. 33. Existunt etiam injuriæ sæpe calumnia quadam, et nimis callida, sed malitiosa juris interpretatione. 3. de Repub. Non sunt in disputando vafri, non veteratores, non malitiosi. Pro Qu. 56. Num malitiosum negas fraudulentum? jam id quidem arrogas tibi.

Malleolus, li, *surculus est, vitis præsertim, utrinque capitatus, τὸ σφυρίον, μόσχευμα, ὁ νέος βλαστός.* De Sen. 52. Malleoli, plantæ, sarmenta, &c.

Item manipulus sparteus, pice contectus. 1. C. 32. Malleolos ad incendendam urbem facesque comparare. Pro Mil. 65. Domus scutis referta, plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum.

Malo, vis, *magis volo, προαιροῦμαι, προαιρέω, προτιμῶ.* 12. Att. 22. et de Clar. 184. Meo judicio multo stare malo, quam aliorum. 8. Att. 7. Malo, me cum Pompeio vinci, quam cum istis vincere. 13. 22. Scripta nostra nusquam malo esse, quam apud te. 1. Tusc. 100. Næ ego haud paulo hunc animum malim, quam omnium fortunas. 3. de Finib. 36. Quis non multis partibus malit? 6. Att. 1. Noli putare me quidquam maluisse, quam ut mandatis tuis satisfacerem. 7. 15. Cato ipse jam servire, quam pugnare mavult. 2. Div. Evanuisse mavultis, &c. Pro Qu. 9. Prætor judicium prius de probro, quam de re maluit fieri. Pro Planc. 59. Ego illi omnia

malo, quam mihi. 2. Att. 16. In hac re malo universæ Asiæ et negotiatoribus. 14. 13. Tamen arbitror, malle te quietam senectutem potius agere, quam sollicitam. Orat. 154. Nequire, pro non quire: malle, pro magis velle: nolle, pro non velle. 6. Att. 1. Multo enim malo hunc a Pontidia, quam illum a Servilia. 15. 18. Domi enim manere, si recte possum, multo malim.

Syntaxis. *Multo malo scribere, quam. Multis partibus id malo. Potius malo dicere, quam.*

Malva, *herba satis cognita, μαλάχη.* 7. Fam. 26. Beta et malva.

Maluginensis. 2. de Orat. 260. M. Scipio Maluginensis.

Malum, li, *pomum.* Fam. 8. ep. 15. *Lege,* Pastus.

Malum, li, *damnum, incommodum, detrimentum, pestis in malis, κακὸν, κακία, πῆμα.* 1. de Orat. 247. Quam sit bellum cavere malum, omnes etiam, nullo docente, scimus. 2. Att. 115. Servire est postremum malorum omnium. Ver. 3. 201. Minima malorum eligenda. 3. Off. 102. Minima de malis. 1. Tusc. 76. Mortem non esse in malis. 8. Att. 11. Malorum Ilias. *proverbium. Ibid.* 9. Quod horum malorum, quorum aliquod certe subeundum est, minimum putes. 5. A. 31. Omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius. Pro Dom. 12. Medicina, quæ et illud nativum malum, et hoc delectum sanare posset. Pro Planc. 33. Libertas malis oppressa civilibus, jam extollere caput, et aliquando recreata se erigere incipit. 2. A. 46. Cum tanta mala florentissimæ familiæ sedavi, vel potius sustuli. 2. de Div. 33. Semina malorum. De Amic. 10. Nihil mali accidisse Scipioni puto. 5. Att. 21. Commemorat, quid etiam mali C. Julius fecerit, cum, &c. 1. A. 5. Cum superet in urbe infinitum malum. 9. Famil. 10. Malis onerari. 7. Att. 2. Virum bonum oportet esse, ne malum habeat. 1. de Legib. 41. Sed quod metuat, ne emanet: id est, ne malum habeat. 1. Tuscu. 15. Infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus in vita. *Ib.* 85. Qui nihil mali habeat. 3. de Leg. 17. Magnum dicis malum: nam, &c. *Ib.* 23. Sed est iniqua in omni re accusanda, prætermissis bonis, malorum enumeratio. 4. Tusc. 63. Neque ira cœlitum invectum malum, quod non natura humana patiendo efferat. *Poeta.*

Adjuncta. *Æternum, et infinitum, sempiternum, et diuturnum, alienum, inveteratum, insperatum, nec opinatum, improvisum, gravius, mediocre, odiosum, parvum, præsens, recens, sempiternum, turpe, appropinquans, intolerabile, novum, civile ac domesticum, civile, commune, occultum, intestinum ac domesticum, commune, et quasi fatale, insitum in natura, nativum, exiguum et minimum, extremum, triste, humanum, imminens, infinitum, ingens, intestinum, levius, magnum, permagnum, majus, maximum, minimum, precipuum, præstantissimum, robustum, præteritum, summum, urbanum.*

Syntaxis. *Postremum malorum omnium servire est. Minima malorum eligere,* vel *minima de malis. Aliquid esse in malis. Malorum Ilias. Malum nascens opprimere. Malis opprimi, onerari, urgeri. Malum sanare, sedare, tollere, depellere, cavere. Mala habere, subire, sustinere, contrahere. Malum nasci, impendere, erumpere, manare, serpere, crescere, ingravescere. Malum facere, afferre, invehere.*

Malum, *vox per interrogationem inter alia interjecta verba indignationem significat, φεῦ.* 2. Off. 53. Quæ te (malum, inquit) ratio in istam spem induxit? ut, &c. 1. A. 15. Quænam (malum) est ista voluntaria servitus? 10. 18. Quæ (malum) est ista ratio? Ver. 2. 43. Quæ (malum) ista fuit amentia? Pro Qu. R. 56. Quæ (malum) stultitia fuit?

Malus, a, um, *κακὸς, πονηρὸς, μοχθηρὸς, φαῦλος.* 3. Off. 39. Philosophi quidam minime mali illi quidem, sed non satis acuti. 1. P. 73. Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum. *Ibid.* Malus Poeta. 3. de Nat. 74. Judicium de dolo malo, et de fide mala.

Malus, li, *quam navis arborem vocant, ἱστὸς.* Ver. 5. 87. Cleomenes malum erigi, vela fieri, ancoras præcidi imperat. De Sen. 17. Cum alii malos scandant, alii per foros cursent. 3. de Orat. 178. In navigio antennæ, vela, mali. In Arat. A prora ad malum, a malo ad puppim.

Mamers, tis, *oppidum Siciliæ, nunc Messana, unde Messanenses et Mamertini iidem.* Ver. 5. 159.

Mamertinus, a, um. 2. 13. Mamertina civitas. 4. 2. Cum apud tuos Mamertinos inveniare improbissima ratione esse prædatus.

Mamma, æ, *uber, θηλὴ, μαζός.* 2. de Nat. 128. Quæ multiplices fœtus procreant, iis mammarum data est multitudo. *Ibid.* Quæ paulo ante nata sunt, sine magistro, duce natura, mammas appetunt. 2. de Div. 85. Puer lactens, in gremio matris sedens, mammam appetens. 3. de Fin. 18. Viris mammæ atque barba.

Manceps, cipis, *qui conducit, vel emit aliquid publicum, μισθωτὴς, τελώνης, ἐγχολάβος.* Div. 33. Mancipes a civitatibus pro frumento pecunias exegerunt. Ver. 3. 172. Cum frumentum ex decumis Romam mancipes advexissent. 1. 141. Quid ageret, cœpit cogitare si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. Pro Dom. 48. Postremo ne in prædæ quidem societate mancipem aut prædonem socium reperire potuisti. Pro S. R. 21. Hominis studiosissimi nobilitatis manceps sit Chrysogonus. 12. Att. 3. Delegatio in mancipe annua.

Mancipatus, a, um, *subjectus, in alterius traditus potestatem, astrictus.* De Senec. 37. Senectus honesta est, si se ipsa defendit, si

jus suum retinet, si nemini mancipata est. 2. A. 51. Tum iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit.

Mancipi, *res omnis, quæ abalienari potest.* To. 28. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt.

Mancipium, pii, *servitus, res mancipi, ὑποχείριον, ἀνδράποδον. Proprie rem significat, quæ possidetur. Sic rem mancipio dare, aut accipere, significat jus possidendi dare, aut accipere.* 7. Fam. 29. Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ, Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius. *Ibid.* 30. Attici proprium te esse scribis mancipio et nexu; meum autem usu et fructu. Topic. 45. Finge mancipio aliquem dedisse id, quod mancipio dari non potest, num idcirco id ejus factum est, qui accepit? aut num is, qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligavit? *Ibid.* 100. Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere: *id est, quasi jure emptionis et venditionis.* De Ar. 14. Multæ sunt domus jure mancipii, et jure nexi. Pro Cæc. 74. Cum omnia tua jure mancipii sint, ea potesne retinere? 1. Att. 1. Res, quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. *Ibid.* Lex mancipii: Quidquid in mancipio vitii fuerit, venditor si sciret, nec emptori dixerit, id præstato. 1. de Orat. 178. Cum Marius ædes Auratæ vendidisset, neque servire quandam earum ædium partem in mancipii lege dixisset, defendebamus quidquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, præstare debere. 3. Off. 67. Ædes Sergio serviebant, sed in mancipio Marius non dixerat. Pro Mur. 3. In iis rebus repetendis, quæ mancipii sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. Brut. 16. Arma quærenda putavimus, ut esset sui juris ac mancipii resp. 1. de Orat. 173. Nexorum ac mancipiorum jura. 5. Att. 1. Sunt aliquot satisdationes secundum mancipia. 13. 50. Vestorius ad me scripsit, ut juberem mancipio dari servo suo, pro mea parte, Hetereio cuidam fundum Brinnianum, ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. 15. Att. 25. Quod Cærelliæ velle videris mancipio dare ad eam summam, quæ sub præcone fuit maxima, id opinor esse CCCLXXX.

Servus, captivus. Div. 55. Mancipia, pro servis symphoniacis. 8. Att. 11. Conculcari miseram Italiam videbis a mancipiis utriusque ex omni genere collectis. Pro Planc. 62. In mancipiis parandis. 4. Att. 15. Nulla spes prædæ nisi ex mancipiis: *id est, ex hostibus captis.* 12. 27. Mancipium, vel mancupium. 3. Off. 91. In mancipio vendendo ea vitia dicenda sunt, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili. *Ibid.* 71. In mancipiorum venditione venditorum fraus omnis excluditur.

Mancipo, as, *προσάγομαι, ἐξανδραποδίζω.* 1. de Fin. 24. Cum L. Torquatus illam severitatem in eo filio adhibuit, quam in adoptionem D. Syllano mancipaverat.

Syntaxis. *Tuus sum mancipio et nexu, illius sum et fructu. Dare aliquid alicui mancipio. Id meum est jure mancipii. Accipere aliquid mancipio. Resp. est sui juris ac mancipii. Nexorum et mancipiorum jura.*

Mancus, a, um, *curtus, debilis, ξυρός.* Pro Rab. 21. Quintus Scævola mancus, ac membris omnibus captus, ac debilis. 1. Off. 154. Cognitio naturæ manca quodammodo atque imperfecta est, si nulla actio rerum consequatur. 3. de Fin. 20. Qui mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem. Pro Mil. 25. Occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram, consule Milone.

Syntaxis. *Mancus, membris captus ac debilis. Mancus et imperfectus.*

Mandatum, ti, *res mandata, ἐντολή, πρόσταγμα, ἐπίταγμα.* 6. Att. 1. Noli putare, me quidquam maluisse, quam ut mandatis tuis satisfacerem. 5. 1. Reliquum est, ut mandata nostra exhaurias. 1. 12. Tu mandata effice, quæ recepisti. 2. Qu. Fr. 13. Tua mandata persequar diligenter. 2. A. 86. A nobis id certe mandatum non habebas. 15. Att. 19. A Dolabella mandata habeo. 3. C. 8. Habere mandatum, vel mandata, et literas ab aliquo ad aliquem. 6. A. 6. Dare mandata alicui de magnis rebus. 3. Fam. 11. et 11. 8. Dare mandata alicui ad aliquem. Pro S. R. 113. Qui mandat, vel qui mandatum recipit. 8. A. 25. Accipere mandata ab aliquo. 3. Fam. 1. Omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des velim. 7. 2. Mandatum tuum curabo diligenter. 9. Att. 8. Agere mandata alicujus. 8. 20. Afferre mandata ad aliquem, ut, &c. 5. A. 26. Quamvis severa legatis mandata dederimus. Pro Sull. 65. Et id mandato Sullæ Qu. Metellus prætor se loqui dixit, Sullam nolle, &c. Pro Planc. 30. Idem postea præ mandatis requisitus. Pro S. R. 111. Itaque mandati judicium constitutum est, non minus turpe, quam furti. *Ibid.* In mandatis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. 5. Att. 4. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo et maximo mandato. 9. A. 9. Exequi mandata. *Ibid.* Conficere mandata. 8. Att. 19. Ego Vetustileo ad te mandata dedi. 2. Qu. Frat. 13. Facies scilicet, ut mea mandata digeras, persequare, conficias. 3. 1. Vibulius de mea mansione mandata Cæsaris ad Pompeium pertulit. 7. Att. 13. L. Cæsarem vidi cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas. *Ibid.* Qui tantis de rebus huic mandata dederit: nisi forte non dedit, et hic sermone aliquo arrepto mandatis abusus est. *Ibid.* 14. Deferre mandata.

Adjunct. *Absurdissimum, domesticum, primum et maximum, improbum, molestum, publicum, severum, timidius, turpe.*

Syntaxis. *Habere mandata et litteras ab*

aliquo ad aliquem. Dare mandata alicui ad aliquem. Accipere mandata ab aliquo. Mandata dare de re aliqua. Curare mandata diligenter. Agere mandata alicujus. Afferre ad aliquem. Dicere aliquid mandato alterius. Mandati judicium constituere. Mandata exequi, conficere, digerere, persequi, perferre ad aliquem, deferre, exposcere, explicare, exhaurire, efficere, recipere, exponere. Mandatis satisfacere. Cum mandatis mittere.

Mandandus, a, um, *tradendus.* Pro Pl. 7. Populus mandandis magistratibus non inanis est dignitatis judex. Pro Pomp. 1. Autoritatis tantum in me est, quantum vos honoribus mandandum esse voluistis.

Mandaturus, a, um, *commendaturus.* 5. Fam. 12. Cum mihi sæpe ostenderis, te accuratissime nostrorum temporum consilia, atque eventus literis mandaturum.

Mandatus, a, um, *conservatus.* Ver. 3. 73. Quorum renunciatio legibus illorum, et literis publicis mandata est.

Imperatus. Pro S. R. 111. Si quis rem mandatam malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi gratia, aut negligentius, eum majores nostri summum admisisse dedecus existimabant.

Mando, as, *jubeo, impero, impono, præscribo, προστάττω, ἐντέλλομαι, ἐπιτάττω, ἐπιτρέπω.* 3. Att. 20. Sed tibi nihil mando nominatim, me totum tuo amori fideique commendo. 4. 2. Hortensius ad me venit: cui deposcenti mea mandata cætera universe mandavi: illud probe, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias. Pro S. R. 115. Non hanc ei rem Sex. Rosc. mandavit, sed ipse a decurionibus publice T. Roscio mandatus est. 3. Fam. 4. Mandavi filio, quæ illum vellem loqui tecum. *Ibid.* 5. Diligenter mandare aliquid alicui per literas. Pro S. R. 113. Qui mandat, vel qui mandatum recipit. 7. Att. 1. Age, hoc malum quod mihi commune est cum omnibus, nihil tibi mando, ut de eo cogites.

Commendo, committo, trado, concedo, consigno. 4. Acad. 2. Mandare monumentis. 2. de Div. 69. Simiæ Dodonææ improbitatem historiis Græcis mandatam esse demiror. 2. de Orat. 52. Mandare literis res omnes singulorum annorum. Orat. 140. De artificio dicendi literis tam multa mandare. Pro Arch. 20. Mandare versibus æternum laborum alicujus præconium. 2. Off. 3. Mandare scriptis actiones suas. Pro Dom. 76. Mandare factum alicujus immortalitati. 2. de Div. 50. Alicujus loquentis verba excipere, literisque mandare. 1. C. 27. Percipite, quæso, diligenter quæ dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. 6. Fam. 13. Quare mihi crede, et memoriæ manda, me, &c. Pro Quin. 24. Quæso, ut eum diem memoriæ mandetis. 2. de Orat. 7. et pro Mil. 79. 4. C. 10. Cæsar non dubitat, P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare. 1. C. 20. Vitam suam fugæ solitudinique mandare. 2. de N. 151. Mandare aliqua condita vetustati. 2. cont. Rul. 18. Populus per religionem Sacerdotia mandare non poterat. Ver. 4. 81. Populus Romanus hominibus novis honores mandat. 4. Acad. 2. Literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus. 2. de Orat. 7. Mandare literis sermonem aliquorum. 3. 1. Instituenti mihi eum sermonem referre, et mandare huic tertio libro, quem, &c. 3. A. 21. Sententiolas edicti cujusdam memoriæ mandavi. De Am. 1. Cujus disputationis sententias memoriæ mandavi. Ver. 5. 35. Mihi magistratum populus Romanus mandavit. 1. de Nat. 7. Mandare aliquid literis. 13. Fa. 16. Mandare literis res gestas alicujus. Incert.

Tunc se fluctifero tradit mandatque paroni.

Mitto, στέλλω. 1. Att. 10. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possis includere.

Expello, ejicio, ἀποπέμπω. Pro Sul. 57. Dimittere aliquem a se, et mandare in ultimas terras.

Mandor, aris, *mittor, amandor.* Pro Qu. 50. Is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed etiam, si fieri potest, infra mortuos mandatur.

Jubeor. 1. de Orat. 249. Mandari aliquid procuratori de agricultura.

Commendor. Pro Sest. 102. Hæc monumentis annalium mandantur. De Cl. 26. Athenis primum monumentis et literis oratio est cœpta mandari.

Adverb. *Accuratissime, diligenter, diligentissime, nominatim, penitus, plane, privatim, probe, universe.*

Syntaxis. *Mandare alicui rem aliquam probe. Diligenter mandare aliquid alicui per litteras. Mandare, et mandata recipere. Mandare aliquid monumentis, historiis, litteris, versibus. Mandare scriptis actiones suas. Mandare factum alicujus immortalitati. Hæc animis vestris mentibusque mandate. Mihi crede et memoriæ manda, me, &c. Aliquem æternis tenebris vinculisque mandare. Vitam suam fugæ solitudinique mandare. Mandare honores hominibus novis. Mandare litteris sermonem aliquorum. Mandare res gestas monumentis annalium. Mandare aliquem in ultimas terras, infra mortuos.*

Mandens, tis. De Arusp. 59.

Mando, is, *conficio, μασσάομαι, ἐσθίω.* 3. de Orat. 215. et 4. Tusc. 77. Impius hortatur me frater, ut meos malis miser manderem natos. *Poetæ. Lege,* Mansus. 2. de Nat. 122. Animalia alia sugunt, alia vorant, alia mandunt.

Mandor, eris. *Ibid.* 134. Dentibus manditur, extenuatur, et molitur cibus.

Mane, *diluculo, primo diluculo, prima luce, cum prima luce, πρωῒ, ἕωθεν, πρωῒ τῆς ἡμέρας.* Ver. 2. 98. Mane Cal. Decemb. Sthenium citari jubet. 13. Att. 9. Hodie mane Dollabella. Multus sermo ad multum diem. *Ibid.*

30. Cras mane putat, &c. 14. 11. et 4. 9. Bene. mane hæc scripsi. 5. 4. Quarum alteras multo mane mihi dedit. 11. 12. Eo die mane. 3. C. 20. Hodierno die mane, &c. Ver. 1. 68. Postridie mane. Ver. 2. 41. 1. Fam. 1. Nam hæc Idib. mane scripsi. 1. C. 10. Exclusi eos, quos tu mane salutatum miseras. 5. Att. 20. Saturnalibus mane se mihi Pindennisæ dediderunt. 13. 30. V. Calendarum mane accepi a Demea litteras pridie datas. 14. 29. VIII. Iduum litteras dederam bene mane.

Manendum. 8. 13. Ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, quod plura, &c. potest fieri, &c. 9. 12. Si Lepidus et Volcatius remanent, manendum puto.

Manens, tis, *stans, διαμένων* .)(. *movens.* 4. Tusc. 30. Vitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem moventes. 6. Fam. 6. Rerum hoc natura non patietur; nec manens, nec mutata ratio feret. De Som. 12. Nam terra immobilis manens, ima sede semper hæret.

Maneo, es, *remaneo, commoror, resto, sto, sum, hæreo, μένω, διαμένω.* 3. Off. 99. In patria manere, esse domi suæ. Pro Dom. 6. Scio me domi mansisse. 2. Att. 22. Vellem Romæ mansisses. 2. A. 38. Tu nunquam in hac urbe mansisses. 7. Att. 13. Eo die Capua discessi, et mansi Calib. 9. 1. et 5. 16. Multis in locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerunque. 1. de D. 59. Cum in villa manerem. 9. Fam. 2. Adhuc Romæ maneo, hæc ego suspicans. 7. 3. Si manerem in Italia, verebare, ne officio deessem: si proficiscerer ad bellum, periculum te meum commovebat. 4. 13. Manere in vita. Ipsum quod maneam in vita, peccare me existimo .)(. *excedere e vita.* 5. 2. Ego te mihi semper amicum esse volui, maneo in voluntate, et quoad voles tu, permanebo. 1. Att. 1. Manere in officio. Pro Dom. 66. Manere in fide. Act. 1. Ver. 16. Manere in conditione atque pacto. 9. Att. 2. Manere in sententia. Pro Sest. 58. Is in pristina mente mansit. 12. Fam. 28. Societas inter nos semper manebit. 10. 35. Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. 4. 13. Si jus vetus et mos antiquus maneret. De Prov. 46. Legem Heliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam. Pro Qu. 34. Non patiar istam manere suspicionem, nos, rem judicari, nolle. Ver. 4. 122. Parietes, quorum ornatus tot sæcula manserat, nudos deformatosque reliquit. 14. Att. 14. Mihi cum eo nulla contentio jam manet. 7. 15. Plerique negant, Cæsarem in conditione mansurum. 9. 21. In eo mansimus, ne &c. Pro Cluent. 176. Servi vi tormentorum adducti in veritate manserunt. 1. de Div. 5. Cum omnes Socratici manerent in antiquorum Philosophorum sententia. Ver. 5. 82. Manere in amicitia fideque pop. Romani. 5. Att. Si integra in Senatu nostra causa ad Calend. Jan. manserit. 2. Off. 43. Is tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Rom. manebit. Post. ad Quir. 19. Quod viro forti adimi non potest, id mihi manet et permanebit. 2. de Fin. Summus dolor plures dies manere potest. 1. Fam. 9. Ea mihi conditio maneat, qua profectus sum. 10. Att. 7. Manere in provincia ex Senatusconsulto. 2. Off. 29. Itaque parietes urbis modo stant et manent, iique ipsi jam extrema scelera metuentes. I. P. 61. Nummus interea mihi, Cæsar, neglecto triumpho, domi manet, et manebit. 1. A. 8. Cum intempesta nox esset, mansi in villa P. Valerii. 2. 11. Clodii fatum te, sicut C. Curionem, manet. 3. Off. 49. Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile. 1. de Leg. 2. Multa diutius commemoratione manent, quam natura stare potuerunt. De Univers. 40. Atque is quidem constanter in suo manebat statu. Pro R. P. 25. Quamobrem illud maneat ac fixum sit, quod neque moveri, neque mutari potest, &c. 1. de Nat. 29. Nihil semper suo statu manet. Pro C. Cornel. 1. Bonum in summa republ. manet. In Clod. Manet illa in Republ. bonorum consensio.

Adverb. *Constanter, constantius, firmius, diutius, in perpetuum, perpetuo, propemodum, recte.*

Syntaxis. *Manens affectio vitium est. Terra immobilis manens. Manere in vita, in voluntate, in officio, in fide, in conditione atque pacto, in sententia, in mente pristina. Id animo fixum manet. Si jus maneat. Cum aliquo alicui contentionem manere. In eo manendum, ne, &c. Manere in amicitia fideque alicujus. Manere in veritate. Dum memoria rerum Romanarum manebit. Id mihi manet et permanebit. Ea mihi conditio maneat, qua &c. Manet te idem fatum. Maneat ergo, esse &c. Constanter in suo statu manere. Illud maneat ac fixum sit.*

Manes, nium, *inferorum animæ, dii manes, οἱ νέρτεροι.* 2. de Leg. 22. Deorum manium jura sancta esto, hos letho datos divos habento, sumptum in ollos luctumque minuunto. I. P. 16. A me quidem pœnas expetistis, quibus conjuratorum manes mortuorum expiaretis. In Vat. 14. Inferorum animas elicere, et puerorum extis deos manes mactare. Ver. 5. 112. A diis manibus venire: *id est, ab inferis.* Par. 90. Æquitas tripartita est: una ad superos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinet.

Syntaxis. *Dii manes. Mortuorum manes expiare. Puerorum extis deos manes mactare. Venire a diis manibus.*

Manetur. 8. Att. 3. Id si est, in Italia fortasse manebitur.

Mania. *Lege,* Insania.

Manica, cæ, *χειρίς, ἴδος, χειρίδιον.* 11. Philipp. 26. Antonius solet accipere manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere.

Manicatus, a, um, *χειριδωτὸς, οῦ.* 2. C. 22. Manicatæ et talares et tritæ tunicæ.

Manifeste, *manifesto, palam, perspicue, clare, non obscure, σαφῶς, φανερῶς.* 3. 4. Ut-

tota res a vobis manifesto deprehenderetur. *Ibid.* 17. Hæc in rempub. conjuratio manifeste inventa atque deprehensa est. Pro Flac. 68. Aliquid manifeste deprehensum.

Manifesto. De Cl. 276. Manifesto compperisse aliquid, et manu tenere. Pro Clu. 42. Facilius manifesto compertum atque deprehensum. *Ibid.* Aliquid manifesto deprehensum apparere. 2. de Inv. Manifesto teneri in re turpi.

Manifestus, a, um, *clarus, perspicuus, apertus, non obscurus, illustris, palam propositus, vulgatus, testatus, contestatus, de quo constat, de quo liquet, quod in promptu est, quod patet et notum est omnibus, quod tenetur, quod ante oculos est, in medio positum,* δῆλος, ἔκδηλος, σαφής, πάνδηλος. Ver. 2. 183. Hoc quidem certe manifestum erit. Act. 1. Ver. 48. Res notæ, testatæ, manifestæ. 3. 134. Res tam nota ac manifesta omnibus. 3. C. 11. Scelus manifestum atque deprehensum. Pro S. R. 95. Quæ ita aperta et manifesta sunt, ut, &c. De Ar. 36. Manifestum perjurium. Div. 33. Manifestum et in medio positum et apertum.

Syntaxis. *Manifeste inventum et deprehensum. Notum, testatum, manifestum. Manifestum habere. Manifestum, in medio positum et apertum. Manifesto comperisse aliquid atque tenere. Manifesto compertum atque deprehensum.*

Manilianus, a, um. Pro C. Corn. 1. Maniliana offensio.

Manilius, lii. *Roman. cognomen.* De Clar. 106. L. Piso Trib. pleb. legem primus de pecuniis repetundis Censorino et Manilio Coss. tulit. Epist. lib. 7. ep. 8. Querar cum Vacerra, et Manilio. *Jurisconsultos intelligit.* Pro Clu. 39. Manilium plerique noratis. non ille honorem a pueritia, non studia virtutis, non ullum existimationis bonæ fructum unquam cogitarat. *Ibid.* 38. Hominem ante pedes Qu. Manilii, qui tum erat Triumvir, constituunt. *Ibid.* 39. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. Pro Pomp. 69. C. Manili, primum istam tuam et legem, et voluntatem, et sententiam laudo, vehementissimeque comprobo. Pro Q. R. Comœd. 44. Quid expectas, quam mox ego Luscium et Manilium dicam, ordine, esse Senatores; ætate, grandes natu; natura, sanctos et religiosos; copiis rei familiaris, locupletes et pecuniosos.

Manilius, a, um. Ut Lex Manilia. Pro Mur. 47. De Clar. 127. Nam rogatione Manilia, Jugurthinæ conjurationis invidia, cum pro sese ipse dixisset, oppressus est. *Ibid.* 128. Nam invidiosa lege Manilia C. Galbam sacerdotem, et quatuor consulares, &c. Gracchani judices sustulerunt.

Manipularis, re, *qui de manipulo, id est, parva quadam militum manu est,* εἰς τῆς σπείρας, εἰστελὴς ἐν τοῖς στρατιώταις. 9. Att. 12. Doleo, quod non Pompeium tanquam unus manipularis secutus sum. 1. A. 20. Addo etiam judices manipulares ex legione Alaudarum. 5. 12.

Manlianum, *villa Q. Ciceronis.* 3. ad Qu. Fr.

Manlianus, a, um, *tyrannicus, crudelis, qualis fuit Manlius quidam Romæ.* 2. de Fin. 105. Vide, ne Manliana sint ista vestra, aut majora etiam, si imperes, quod facere non possim. 1. de Orator. 246. Manlianæ leges venalium vendendorum.

Manlius, lii. 1. in Cat. 7. Meministine, me ante diem XII. Calend. Novemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis, &c. C. Manlium, audaciæ satellitem, atque administrum tuæ? Pro Mur. 36. Quis Q. Catulum, humanitate, sapientia, integritate antecellentem, a Cn. Manlio superari posse arbitratus est? Pro Planc. 12. Præposuisse se Qu. Catulo in summa familia nato, sapientissimo et sanctissimo viro, non dico C. Serenum subtilissimum hominem; (fuit enim animi satis magni et consilii) sed Cn. Manlium non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta et sordida. Pro Flac. 93. Flacidii affinem nihil interrogas? nihil ejus generum pari fide præditum C. Manlium? 2. Philip. 87. et 114. M. Manlius propter suspicionem regni appetendi necatus. Pro Dom. 101. M. Manlius cum ab adscensu Capitolii Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficii sui gloria: regnum appetisse est judicatus, ergo ejus domum eversam duobus lucis convestitam videtis. 3. in Cat. 14. Idem hoc decretum est in Qu. Manlium Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus. Act. 1. Ver. 30. Qu. Manlium, et Qu. Cornificium, duos severissimos atque integerrimos judices, quod Trib. pleb. tum erunt, judices non habebimus. Ver. 2. 123. Agrigentini, quos T. Manlius prætor ex S. C. ex oppidis Siculorum deduxit Agrigentum. 1. I. A. 32. Propter unius M. Manlii scelus, decreto gentis Manliæ, neminem patricium M. Manlium vocari licet.

Mano, as, *fluo, redundo, fundo, dissominor, dispergor, latius dissipor, serpo, percrebresco,* βρύω, ῥέω, ἐκρέω. 2. de Nat. 51. Multaque e luna manant et fluunt, quibus animantes alantur, et augescant, et pubescant. De Fat. 19. Æternis causis naturæ necessitate manantibus verum est id, quod, &c. 3. de Nat. 49. Illa superiora, unde hæc manant. 2. de Orat. 117. A capite, quod velimus, arcessere, et, unde omnia manant, videre. Pro Planc. 57. Aliquid sine capite manare, et ejus autorem non extare. 1. A. 5. Cum serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius. 5. Tusc. 72. Manare et fundi per omnes partes. De Somn. 14. Homines, qui terram incolunt, interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit. 5. Tusc. 8. Idque eorum nomen usque ad Pythagoræ manavit ætatem. 4. C. 6. Latius opinione disseminatum est hoc

malum: manavit non solum per Italiam, sed etiam transcendit Alpes, obscure serpens occupavit multas provincias. Pro Clu. 73. Manarat sermo in consilio, pecuniæ quandam mentionem inter judices esse versatam. 1. Off. 61. Genera quatuor, ex quibus honestas officiumque manaret. *Ibid.* 152. Omnis honestas manat a partibus quatuor. 1. de Nat. 40. Qui aer per maria manat, is est Neptunus. 1. de Nat. 39. Quæ natura fluunt atque manant. 3. Off. 70. Fidei bonæ nomen manat latissime. 2. C. 11. Quæ resecanda erant, non patiar ad perniciem civitatis manare. 1. de Div. 74. Herculis simulachrum multo sudore manavit. 14. A. 15. Cum hoc triduo tristis a Mutina fama manaret. Parad. 3. Peccata ex vitiis manant. 1. de Leg. 63. Nisi ea fuerint, unde illa manant. 3. de Orat. 59. Ab Aristippo Cyrenaica philosophia manavit. 2. Off. 80. Contagiones malorum, quæ a Lacedæmoniis profectæ, manarunt latius. 2. Off. 67. Latius manat eorum industria.

Adverb. *Communiter, late, latius, latissime, longe, longius.*

Syntaxis. *Æternæ causæ naturæ necessitate manantes. Serpit in urbe infinitum malum, et manat in dies latius. Multa e Luna manant et fluunt. Manare et fundi per omnes partes. Usque ad nostram manavit ætatem. Manavit sermo in urbe, esse &c. Quæ natura fluunt atque manant. Id ad perniciem civitatis manavit. Simulacrum sudore manat. Tristis a Mutina fama manavit. Peccata ex vitiis manant. Latius manavit industria tua. A te manavit hoc genus Philosophiæ.*

Mansio, onis, ἡ μονή.)(. *decessio.* 8. Att. 23. Cautior certe est mansio, honestior putatur trajectio. 2. 16. Nam ita mansionem illam deplorat, ut quemvis movere possit. 4. Fa. 4. Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat. 3. de Fin. 60. Mansio in vita.)(. *excessus e vita.* 9. Att. 4. Mansio Formiis. 3. Qu. Fr. 1. Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, ex parte gaudeo.

Mansuefactus, a, um, *domitus, τετιθασσευμένος.* 1. Tusc. 62. A quibus mansuefacti et exculti ad elegantiora defluximus.

Mansuete, *leniter, humane, πρᾴως.* Pro Mar. 9. Mansuete facere aliquid. 1. ad Her. 8.

Mansuetudo, inis, *lenitas, facilitas, ἐπιείκεια, ἡμερότης, πρᾳότης.* 2. Off. 15. Quas res et mansuetudo animi consecuta et verecundia est. *Ibid.* 32. Mansuetudo morum ac facilitas. 2. de Orat. 182. Facilitas, liberalitas, mansuetudo, pietas. 5. Att. 18. Incredibilis videtur et nostra mansuetudo, et abstinentia. 1. Q. Fr. 1. 20. Omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis.

Mansuetus, a, um, *mitis, lenis, facilis, εὐήθης, ἐπιεικὴς, εὐκάρμοστος, εὐπαράγωγος, πρᾷος.*)(. *ferus, immanis.* 3. A. 23. Quæro, cur tam subito mansuetus in Senatu fuerit: cum in edictis tam fuisset ferus. Pro Mil. 20. Mansuetus civis. 2. de Orat. 201. In meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus visus sum. 1. de Inv. 2. Mansuetus, mitis.

Syntaxis. *Mansuefactus et excultus. Mansuetudo animi. Morum mansuetudo et facilitas. Omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. Mansuetus et mitis.*

Mansurus, a, um. 12. Att. 28. Sed erant causæ, cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum: et, ut nunc est, mansuræ videntur. 16. 10. Eodem die vulgo loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini.

Mansus, a, um, *confectus, emollitus, μασηθείς.* 2. de Orat. 162. Omnia minima mansa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inserere.

Μαντική. *Lege*, Divinatio.

Mantinea, *civitas.* 5. Fam. 12.

Mantes, *vates, μάντις.* 1. de Div. 95. Athenienses omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt.

Manubiæ, arum, *præda, spoliave ex hostibus capta, λάφυρα, σκῦλα.* Pro Arch. 27. Fulvius Martis manubias Musis consecravit. 3. de Orat. 10. Rostra imperatoriis manubiis ornat. Pro Dom. 114. Tu M. Fulvii domum monumentum tuarum manubiarum esse voluisti. Ver. 3. 186. Quæ ex præda aut manubiis est abs te donatio constituta. 1. 154. Qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecit. 1. Fa. 9. Non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat. 1. cont. Rull. 12. Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis &c. *Ibid.* 13. Cui manubias remittit. *Ibid.* et 2. 60. Si est æquum, prædas ac manubias suas imperatores non in monumenta deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre: sed ad Decemviros tanquam ad dominos reportare &c. *Ibid.* 61. Remissis manubiis frui. *Ibid.* Accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum. De Leg. agr. Prædam, manubias, sectionem, castra denique vendent.

Syntaxis. *Ornare locum aliquem manubiis imperatoriis. Facere sibi manubias ex manubiis alterius. Remittere alicui manubias, conferre in, reportare ad. Frui manubiis.*

Manubrium, rii, *capulus, λαβή.* Ver. 4. 62. Trulla excavata cum manubrio aureo.

Manuconsertum, *παρεμβληθεὶν.* 7. Fa. 13. 1. de Orat. 41. Pro Mur. 26. et 30. Ex jure manuconsertum. *Lege*, Consertus.

Manufactus, a, um, *χειροποίητος, χειροτέχνητος.*)(. *naturalis.* 2. Off. 14. Portus manufacti. Pro Mar. 11. Nihil est opere aut manu factum, quod non aliquando consumat vetustas. 3. de Fin. 74. Quid autem est aut in natura, quæ &c. aut in operibus manufactis, &c.

Manumissio, onis, *libertatis datio, ἐλευθέ-*

ρωσις, ἀπάλλαξις, ἀπελευθερία. Pro Cæl. 68. Scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio.

Manumissus, a, um, ἀφεθεὶς, ἐλεύθερος, ἀπελευθερωθεὶς, λυτρωθεὶς, ἀπαλλαγεὶς. Pro Cæl. 68. 13. Fa. 77. Adsunt servi de cognatorum sententia manumissi.

Manumitto, tis, *libertatem do*, λυτρόω, ἀπολυτρόω, ἐλευθερόω. Pro Mil. 58. et 1. Qu. Fr. 2. Milo servos manumisit. *Ibid*. 58. Manu vero cur miserit, si quæris, nescis, &c.

Manuprecium. *vide post* Manus.

Manus, us, χεὶρ, παλάμη. 2. de Natu. 105. Natura dedit homini manus aptas, et multarum artium ministras. *Ibid*. Manus apta ad eliciendos sonos nervorum et tibiarum admotione digitorum. 2. de Orat. 146. Manus lava, inquit, et cœna. Ver. 4. 63. Iste unumquodque vas in manus sumere, laudare, mirari. Pro Cæl. 63. Cum Licinius pyxidem teneret in manu. De Arusp. 22. Cujus ab avia mater manibus esset accepta. 1. Att. 9. Clodius per manus servulæ servatus fuit et eductus. De Pr. 39. Per manus hanc provinciam tradi ei, cui minime vos velitis. Pro Planc. 29. Procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. 2. contr. Rul. 15. Itaque hoc animo legem sumsi in manus, ut, &c. 1. C. 16. Jam tibi extorta est sica ista de manibus. Act. 1. Ver. 16. Quam spem nunc habent in manibus, breviter exponam. 7. Att. 8. Habeamus in manibus Antonii concionem. Act. 1. Ver. 17. Libelli nominum vestrorum erant in manibus omnium. 16. Att. 5. Scripta tua, quæ in manibus habebam. Orat. 105. Quoniam Demosthenem totum cognovisti, nec eum dimittis e manibus. 1. Acad. 2. Deponere aliquid de manibus. 1. Qu. Fr. 1. 19. Ponere aliquid de manibus. 13. Att. 23. Libros, quos Bruto mittimus, in manibus habent librarii. 1. Acad. 2. Sed habeo opus magnum in manibus, quod, &c. 1. Fam. 9. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic osculabantur, ut, &c. Orat. 131. Puerum infantem in manib. perorantes tenuimus. 3. de Nat. 19. Quæstio, quæ nunc in manib. est. 4. Att. 12. Libri oratorii diu multumque in manibus fuerunt. 4. Tuscul. 18. Philosophi quamcunque rem habeant in manibus, in eam, quæ conveniunt, congerunt omnia. 13. Att. 45. Omisi ea, quæ in manibus habebam: quod jusseras, edolavi. 3. Qu. Fr. 1. Multos dies epistolam hanc in manibus habui propter commorationem tabellariorum. De Clar. 125. Sed ecce in manibus vir præstantissimo ingenio: *id est, C. Gracchus*. *Ibid*. 126. Manus extrema non accessit operibus ejus. 2. Tusc. 8. Sumere aliquid in manus. 3. de Orat. 15. Qui hos libros in manus sument. De Clar. 133. Nunquam enim libelli illi in manus inciderunt. 3. Off. 34. Nihil de iis, quæ in manus meas venerunt &c. 2. Qu. Fr. 14. Quicunque calamus in manus meas venit, eo sic utor tanquam bono. 1. de Orat. 94. Libellus, qui me imprudente et invito excidit, et pervenit in manus hominum. 2. 202. Causa illa mihi tum est elapsa de manibus. Pro Cæl. 66. Fugit aliquis e manibus. Emittere aliquem de manibus. *Ibid*. 64. Amittere aliquem de manibus. 4. Att. 14. Res est in manibus. Ver. 3. 60. Hæc civitas tam procul a manibus tuis, atque a conspectu tuo remota. Orat. 27. Demosthenes negat in eo positas esse fortunas Græciæ, in hoc eum, huc, an illuc manum porrexerit. 5. de Finib. 93. Qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisse. Ver. 5. 28. Itaque erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus e convivio, tanquam e prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. 4. 24. In quem scyphum de manu jacere conatus est. 12. A. 9. Quorum epistolas in manu teneo. De Sen. 38. Septimus originum liber est in manibus. 5. Att. 14. Neque semper mea manu literas expectabis, &c. Qu. de Pet. 37. Sæpe fit, ut agantur ea, quæ non putaris: illa, quæ credideris in manibus esse, ut aliqua de causa non agantur. 1. Tuscul. 71. Cum pene in manu jam mortiferum illud poculum teneret. Pro Qu. 97. Manus Sexti Nævii in propinquorum proscribendis bonis exercitata. 4. Acad. 63. Hortensius vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus tolleret. De Univ. 16. Itaque nec ei manus affixit, quia nec capiendum quidquam erat, nec repellendum. 2. de Natur. 150. Ex quo intelligitur, adinventa animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos. Pro P. Opp. Telum ei e manibus ereptum est. Contr. C. Ant. Quod caput manibus ipse suis detulit. Pro M. Scau. Ne in manus incideret inimicorum. De Consol. Cedo et manum tollo. Incer. Quod sit manibus humanis laboratum.

Facultas, potestas, ἐξουσία. 4. Tuscul. 68. Cui in manu sit, quem esse dementem velit. 14. 2. Verum hæc non sunt in nostra manu, 8. Fa. 6. Quam velis eum obligare, in tua manu est. 10. 23. Vocontii sub manu sunt, per quorum loca mihi fideliter patet iter. 7. 5. Totum hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuam istam, et victoria et fide præstantem. Ad Brut. 10. Victoria excidit e manibus.

Vis, βία. 2. Att. 7. Afferre manus sibi ipsi.)(*abstinere manus a seipso*. Ver. 1. 47. Afferre manus sacrilegas alicui fano. 3. Att. 15. Afferre manus suis vulneribus. 4. ad Her. 39. Inferre manus alicui. 1. C. 21. Inferre vim et manus alicui. Pro Qu. R. 48. Ipsa mihi veritas manum injecit, et paulisper consistere coegit. 1. Off. 23. Is manus violenter videtur afferre socio.

Arma, ferrum, ξίφος. Ver. 5. 28. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam

veniebat. Pro Clu. 136. Cum tribunus plebis, populo concitato, rem pene ad manus revocavisset, &c.

Copiæ, multitudo, δύναμις. 15. Fa. 4. Militum firma manus. 1. 13. Quos impetus in totam illam manum feci? 1. de Inven. 102. Factum per vim, per manum opulentam. Pro Cæc. 33. Qui manum fecerit, copias paraverit, multitudinem hominum coegerit, armarit, instruxerit, &c. 2. Att. 25. Plena manu laudare aliquem. 3. Off. 68. Leges tollunt astutias, quatenus manu tenere rem possunt: philosophi, quatenus ratione et intelligentia. 16. Att 11. et 14.. Oppius me hortabatur, ut manum veteranorum complecterer. 5. 18. Stamus animis: et quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus etiam manu. 1. 1. Illam manum tu mihi cura ut præstes. 2. Qu. Fr. 3. Manus ad Quirinalia paratur. *Ibid.* Sed magna manus ex Piceno atque ex Gallia expectatur, ut etiam Catonis rogationibus de Milone et Lentulo resistamus. *Lege,* Multitudo. Hortens. Democriti manus urgebatur. Est enim non magna.

Scriptio, chirographum. 7. Att. 2. Alexidis animum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ: Manum non amabam, quia indicabat te non valere. 8. 21. Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus. 16. 14. Noli putare, pigritia facere me, quod non mea manu scribam. 2. 23. Epistola manu mea scripta. 4. 15. Epistola librarii manu est. 5. 14. Antequam aliquo loco consedero, neque longas a me, neque semper mea manu literas expectabis. 3. Qu. Fr. 3. Occupationum mearum signum tibi sit librarii manus. 2. A. 8. Litteræ, &c. sunt enim librarii manu. 8. Att. 1. Sed in ea Pompeii epistola erat in extremo ipsius manu: Tu censeo, &c. 3. Qu. Fr. 1. Hæc inter cœnam Tyroni dictavi, ne mireris alia manu esse. 11. Fam. 23. Quæ superioribus litteris mea manu scripsi. 3. Cat. 10. Introductus Statilius cognovit manum et signum suum. Ver. 3. 154. Epistola Timarchidis manu scripta. 11. Att. Hæc ad te mea manu.

Promiscua vis. 2. Off. 60. Quod præsens tanquam in manu datur, commodius est. De Am. 99. Atque ad extremum dat manus, vinci se patitur. Top. 23. Cum mulier viro in manum convenit. Pro Font. 2. Conferre ferrum ac manus cum aliquo. 7. Att. 10. Conferre manum cum hoste. 2. 1. Si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. 3. de Orat. 223. Quem servum sibi ille habuit ad manum. De Am. 102. Virtus Scipionis non mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam, &c. *Ibid.* 96. Sed affuistis, et est in manibus oratio. De Sen. 22. Tum dicitur, eam fabulam, quam in manibus habebat, et proxime scripserat, judicibus recitasse. 2. de Invent. 153. Tendere manus ad aliquem. 13. Att. 20. An tu non frustra existimas hæc in manibus habere? De Cl. 776. Cum indicia mortis se comperisse manifesto, et manu tenere diceret, &c.

Adjunct. *Adversa, leva, aliena, antiqua, apta, feminea, pia, victrix, importuna, contaminata et cruenta, scelestissima, tribunitia, tremebunda, contaminata, crudelissima, furacissima, nefaria, cruenta, dextra, sinistra, exigua, extrema, facinorosissima, firma, gypsatissima, hostilis, humana, impia, impia et scelerata, importuna, peregrina, infirma, notissima, sancta, invicta, magna, maxima, muliebris, munitissima, nugifera, opulenta, parva, parvula, permagna, regia, sacrilega, atque impia, scelerata, supplex.*

Syntaxis. *In manus aliquid sumere. In manu tenere. Per alicujus manus servari. De manibus extorquere. In manibus habere spem. Esse in manibus aliquid. Platonem non dimittere e manibus, de manibus deponere, et ponere. Habere in manibus opus, librum, disputationem. Diu habeo in manibus epistolam propter moram tabellariorum. Manus extrema lucubrationi accessit. In manus liber incidit, venit. E manibus elapsa est causa, fugit. De manibus emittere, amittere. Jacere de manu telum in. In manu nostra id non est. Sub manu esse. De manu mea in tuam hunc trado. Manibus excidit victoria. Sibi manus afferre, inferre. Manus et vim inferre. Injicere alicui manum. Violenter afferre manus alicui. Ad manus et pugnam res venit. Ad manus revocare rem, arma. Factum per vim, per opulentam manum. Copias parare, manum facere, multitudinem cogere. Cum manu magna. Hæc tua manus est: id est,* scriptura. *Manu sua scribere. Hæc mea manu. Dare manum, vinci se pati. Ferrum et manum cum aliquo conferre. Pisces ad manum accedentes. Ad manum habere servos. Manu tenere dolos alicujus, exploratos habere. Hoc præsens tamquam in manu datur.*

Manupretium, *dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque operis ducitur.* Ver. 1. 147. Et manupretii machinæ. *Sic et legit et interpretatur Asconius, non majus pretium, ut fere in omnibus codicibus legebatur,* I. P. 57. Provincia tibi ista manupretium fuerit non eversæ per te, sed perditæ civitatis.

Marathenus. De Clar. 100. Menelaus Marathenus.

Marathon, onis, *oppidum et campus in Græcia.* 1. Off. 61. Rhetorum campus de Marathone.

Marathonius, a, um. 4. Tusc. 49. Taurus Marathonius. 9. Att. 12. Pugna Marathonia.

Marcellea, orum, *dies M. Marcello a Syracusanis consecratus.* Ver. 2. 51. et 154.

Marcellus, lli. Ver. 4. 86. Equestres sunt medio in foro Marcellorum statuæ, sicuti fere cæteris in oppidis Siciliæ. *Ibid.* 2. 18. Scit is, qui est in consilio, C. Marcellus. Pro Sext. 9. Idemque C. Marcellum, cum is non solum Capuam venisset, verum etiam se quasi armorum studio in maximam fami-

litum conjecisset, exterminandum ex illa urbe curavit. 2. in Anton. 51. Ver. 2. 4. Ille ipse M. Marcellus, cujus in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem cæteri Siculi perspexerunt &c. Pro Qu. 54. I. P. 44. M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari periit in mari: qui tamen ob virtutem gloria et laude vivit. Ver. 4. 131. Sic habetote, plures esse a Syracusanis istius adventu deos, quam victoria Marcelli homines desideratos. *Ibid.* 3. 135. Hi rem ad virum primarium summo officio ac virtute præditum, M. Marcellum, qui erat pupilli tutor, deferunt. 2. de Nat. 165. Att. lib. 13. epist. 10. Brutus purgat Cæsarem de interitu Marcelli. *Ibid.* Minime miror, te et graviter ferre de Marcello, et plura vereri periculi genera. Pro Sul. 19. et 20. Atque idem ego neque P. Sullam supplicem ferre, neque eosdem Marcellos, *patrem et filium*, neque hujus M. Messallæ, hominis necessarii, preces sustinere potui. De Clar. 12. Atque ut post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam prælio, populus se Romanus erexit &c. Epist. libr. 6. ep. 6. Cæsar Marcellum, cui maxime succensebat, cum summa illius dignitate restituit. 3. de Na. 80. Cur Marcellum Annibal interemit? Div. 13. Marcellorum nomini tota illa provincia (*Sicilia*) adjuncta est.

Marcus, *prænomen multis Romanorum familiis commune.*

Mare, ris, *altum, salum, profundum, pelagus, pontus, æquor*, ἅλς, θάλασσα, πόντος. 5. Tus. 69. Unde terra, et quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineat. Pro Cl. 138. Ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari solet: sic, &c. 1. Tusc. 73. Tanquam ratis in mari immenso, nostra vehitur oratio. I. P. 57. Cum mare vastissimum hyeme transibas. 1. de Nat. 97. Belluæ, quæ in mari rubro Indiave gignuntur. Pro Pl. 15. Illæ undæ comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi æstu, ut ad alios accedant, ab aliis recedant. 5. Fa. 9. Terra marique conquirere aliquem. 9. Att. 3. 3. de Orat. 66. Superum mare Ionium. 8. Att. 3. Infero mari nobis, incerto cursu, hyeme maxima navigandum est. *Ibid.* 25. Iter ad mare superum. 4. Acad. 105. Mare illud, quod nunc Favonio nascente purpureum videtur &c. 2. A. Quid? Mare nonne cæruleum? At ejus unda, cum est pulsa remis, purpurascit. *Ibid.* Quid tam planum videtur, quam mare? ex quo etiam æquor illud Poetæ vocant. Eleg.

Jam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes Relliquit.

Adjuncta. *Angustum, latum, periculosumque, cæruleum, flavum, purpureum, clausum, scopulosum atque infestum, immensum, inferum, medium, infestum, superum, inflatum, magnum, difficile, murmurans, profundum, et immensum, tranquillum, rubrum, totum, vastissimum, universum.*

Syntaxis. *Cavernis maria sustineri, ventorum vi agitari atque turbari. Mare transire. Terra marique aliquem conquirere. Incerto cursu navigare mari Infero.*

Margarita, æ, μαργαρίτης, μάργαρον. Ver. 4. 1. Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, quin abstulerit. Orat. 78. Ornatus insignis quasi margaritarum.

Marianus, a, um. 3. cont. Rul. 7. Marianus tribunus plebis. 1. de Leg. 2. Mariana quercus.

Marinus, a, um, *maritimus*, ἁλικὸς, θαλάσσιος, πόντιος. 2. de Nat. 43. Astra quæ marinis terrenisque humoribus aluntur. 2. de Div. 34. Marini æstus. *Lege*, Maritimus.

Maritalis, le, γαμήλιος, γαμικός. Oecon. 1. Maritale conjugium sic comparatum est natura, ut &c.

Maritimus, a, um, *marinus*, παραθαλάσσιος, ἐνάλιος, πελάγιος. 2. de N. 132. Æstus maritimi multum accedentes et recedentes. Ver. 2. 185. Insula, quæ undique exitus maritimos habet. Pro Planc. 96. Maritimus cursus. Part. 36. Loci maritimi. 5. Tus. 40. Quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset. 1. de N. 79. Maritimus Triton. 2. Att. 16. Maritimum hospitium. 3. de N. 45. Maritimæ nuptiæ. V. 68. Homines maritimi. 2. Fam. 16. In maritimis sum.

Maritus, ti, *vir*, ἀνὴρ, πόσις, γάμμος. Pro Rabir. 8. Chariorem huic sororis maritum, quam filium fuisse. 1. C. 26. Vigilare ad insidiandum somno maritorum. 1. de In. 52. Ut maritus sis quam optimæ mulieris. Pro Planc. 30. Maritum appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina.

Marmor, oris, μάρμαρος, et μάρμαρον. Pro Dom. 111. Ejus simulachrum e marmore in sepulchro positum fuit. 2. de Div. 48. In omni marmore necesse est inesse vel Praxitelia capita. Pro Ar. 22. Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus e marmore.

Marmoreus, a, um, μαρμάρεος, μαρμάρινος. Ver. 4. 1. Signum marmoreum, eburneum, æneum. Pro Dom. 6. Columnæ marmoreæ, &c. Par. 1. Tecta marmorea. *Ibid.* 6. Sola marmorea. 4. Att. 16. Septa tributis comitiis marmorea sumus et tecta facturi.

Marucini, *populi*. Pro Cluent. 197. et 7. Phil. 23.

Mars, tis, *Mavors*, ὁ Ἄρης. 4. A. 5. Legio Martia, quæ mihi videtur divinitus ab eo deo traxisse nomen, e quo populum Romanum generatum accepimus. 2. de Nat. 54. Jovi proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις, quæ Martis stella dicitur: eaque IV. et XX. mensibus, sex, ut opinor, dieb. minus, eundem lustrat orbem. De Som. 9. Tum rutilus horribilis terris ille fulgor, quem Martem dicitis. 2. de Nat. 119. Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit. Pro Arch. 27. Fulvius Martis manubias Musis conse-

cravit. 3. de Orat. 167. Martem belli esse communem. 6. Fam. 4. Cum omnis belli Mars communis, et incerti semper exitus prœliorum sint. Pro Sest. 12. Nimium communem Martem, bellique casum metuens. Pro Corn. 39. Qui veterem illam speciem fœderis Martiani semper omni sanctiorem Marte duxerunt: *aliter*, Majestate. Pro Marcell. 17. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ. Pro Mil. 57. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem. 3. Off. 34. Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed (ut dicitur) marte nostro. 2. A. 95. Rex ipse sua sponte, nullis commentariis Cæsaris, suo marte res suas recuperavit.

Syntaxis. *Mars belli communis, et incertus casus. Incertus pugnarum exitus et Mars communis. Suo marte aliquid agere.*

Marsi, *populi*. Pro Dom. 116. Is in Marsis natus est.

Marsicus, a, um. 2. con. Rul. 89. Marsicum bellum.

Martialis, le, ἀρεῖος, et ἀρήϊος. De Ar. 12. L. Lentulus flamen Martialis. Pro Clu. 43. Martiales quidam Larini appellantur ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibus Larinatium consecrati.

Martianus, a, um. Ut Martianum fœdus. Pro Cor. 39.

Martii fratres, *vates*. 1. de Div. 89.

Martius, a, um, ἀρήϊος. Pro Rabir. 11. Campus Martius. 4. A. 5. Legio Martia. 8. Att. 3. Calendis Martiis provinciæ decernebantur. 14. Att. 20. Idibus Martiis.

Mas, maris, ἄῤῥην, ἄρσην. 1. de N. 96. Et deos mares et fœminas esse dicitis. Part. 35. et 2. de Nat. 128. In mari et in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. De Ar. 57. Sacra maribus non invisa solum, sed etiam inaudita. 1. de D. 36. et 2. 62. Anguis mas, et anguis fœmina. 2. de L. 29. Hostia mas et hostia fœmina.

Massicum, *mons*. 2. cont. Rull. 65. In Massici radices deducamini.

Massilia, æ, *urbs*. Pro Flac. 63. Neque vero te, Massilia, prætereo, quæ &c. Pro Font. 3. Urbs Massilia.

Massiliensis, se. Pro Fon. 4. Civitas Massiliensium.

Mastanesosi, regnum. In Vat. 12.

Mastruca, æ, *Sardorum vestis*, μαστρούκη. Pro Scau. Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca tentavit?

Mastrucatus, a, um, *ut togatus*. De Prov. 15. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis gesta.

Matellio, onis, *vasis genus ad aquam hauriendam*, λάσανον. Par. 5. Matellio Corinthius.

Mater, tris, *parens, educatrix*, μήτηρ, μάμμη. 3. de Nat. 46. Hecate, quæ matre Asteria est, sorore Latona. 2. de Div. 85. Jupiter puer, qui lactens cum Junone in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens, castissime colitur a matribus. 1. de Leg. 58. Sapientia mater omnium bonarum artium. 2. de Orat. 171. Luxuries avaritiæ mater. De Ar. 24. Mater magna. Pro Cl. 12. Sassia mater. 1. Aca. 37. Mater omnium perturbationum, intemperantia. 2. *de Leg*. 56. Matris terræ operimento corpus in sepultura obducitur. *Ibid*. Ut quasi matris terræ sinus et gremium mortuo tribueretur. Pro M. Font. Mater tua, dum vixit, ludum, postquam mortua est, magistros habuit. Pro Flac. 91. et 92.

Adjunct. *Egregia, ac præclara, infesta, atque inimica, conscelerata, libera, misera, lamentansque, et abjecta, optima, plena pietatis, sanctissima.*

Matercula, æ, *diminutivum a mater*, μητρίδιον, μητρίδιον. Pro Fl. 91. Materculæ suæ festivus filius.

Materfamilias, *est quæ in mariti familiam, et bonorum partem venit. Est etiam notæ autoritatis fœmina, ut Ulp. Jurisconsultus dicit: quæ eadem est matrona*, οἰκοδέσποινα. Pro Cæl. 32. Si matremfamilias secus, quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. Topic. 14. Uxoris duæ formæ sunt: una matrumfamilias, altera earum quæ tantummodo uxores habentur.

Materia, æ, *et* Materies, ei, *substantia, ex qua fit aliquid*, ὕλη. 2. de Inv. 170. Uri posse ligneam materiam necesse est. 2. de Orat. 190. Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest. 3. Nat. 92. Materiam rerum, ex qua et in qua omnia sunt, totam esse flexibilem et commutabilem. 4. Acad. 118. Plato ex materia in se omnia recipiente mundum esse factum censet. 1. de Leg. 24. Perpetuis cursibus, conversionibusque cœlestibus extitisse materiam quandam serendi generis humani. 1. Ac. 24. 27. Sed subjectam putant omnibus sine ulla specie, atque carentem omni illa qualitate, &c. materiam quandam, ex qua omnia expressa atque effecta sint, quæ tota omnia accipere possit, omnibus modis mutare, atque etiam ex omni parte, eoque etiam interire non in nihilum, sed in suas partes. 3. de Natu. in Fragm. Non est probabile, eam materiam rerum, unde orta sunt omnia, esse divina providentia effectam, sed habere et habuisse vim et naturam suam. *Ibid*. Ut igitur faber non ipse facit materiam, sed ea utitur, quæ sit parata: fictorque item e cera; sic isti providentiæ divinæ materiam præsto esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. Quod si non est a Deo materia facta, ne Terra quidem, &c.

Lignorum apparatus. Top. 59. Ut materiæ, ferramenta, &c. Ver. 1. 147. Nam illo non saxum, non materies advecta est. Pro Mil. 75. Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma convexit. Ver. 5. 47. Reliqua est materies: hanc Rheginis publice, quod Mamertini materiem non habent, imperavisti.

Copia, sylva, 2. de Orat. 88. Facilius, si-

eat in vitibus, revocantur ea, quæ se nimium profuderunt, quam si nihil valet materies, nova sarmenta cultura excitantur. 1. de In. 34. Veruntamen non incommodum videtur, quandam sylvam atque materiam universam, ante permistam et confusam, exponere omnium argumentationum.

Id de quo sunt facultatum tractationes, seges, materia subjecta, ὑπόθεσις. 5. Fam. 12. Quod si te adducemus, ut hoc suscipias, erit materies digna facultate et copia tua. 2. Att. 7. Quod me, ut scribam aliquid, hortaris, crescit mihi quidem materies, ut dicis, sed, &c. 2. A. 42. Sed materia facilis in te et in tuos dicta dicere. 1. de Inv. 7. Materia artis est, in qua omnis ars et ea facultas, quæ conficitur ex arte, versatur: ut si medicinæ materiam dicamus morbos et vulnera, quod in his omnis medicina versetur. 1. de Orat. 201. Hæc, tanquam aliqua materies, Oratoribus subjecta esse debent. Orat. 201. Est enim in utroque et materia et tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. 1. Off. 16. Quocirca huic quasi materia, quam tractet, et in qua versetur, subjecta est veritas. 1. de Orat. 49. Si ornate locutus est Physicus ille Democritus, materies illa fuit Physici: ornatus vero verborum, Oratoris putandus est. Par. 88. Est etiam quasi quædam materies subjecta honestati. 3. de Fin. 60. Estque illa subjecta quasi materia sapientiæ. Orat. 185. In verbis inest materia quædam, in numeris expolitio. 2. de Orat. 145. Materies orationis cujusque generis. Par. 38. Materia ad argumentum subjecta. 1. de Orat. 10. Pene infinita vis et materia artium illarum &c. Pro Cæc. 80. Materia æquitatis. Pro Mil. 36. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem atque materiam suæ gloriæ?

Facultas. 2. de Orat. 239. Est etiam deformitatis, et corporis vitiorum satis bella materies ad jocandum. *Ibid.* 262. Materiam aliam esse joci, aliam severitatis. 11. A. 22. Aut suspicioni crimen, aut invidiæ materiam dedisse videbimur. 1. Qu. Fr. 2. Hoc sic habeto, materiam omnem sermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dedisse. De Clar. 43. Illa mors vulgaris nullam præbebat materiam ad ornatum. 2. de Orat. 342. Opes superbiæ ac libidini facultatem ac materiam dare. 3. Fam. 6. Sed tamen probabilem materiam nacti sermonis, conabantur, &c. 2. Q. Fr. 1. Lupus egit causam agri Campani satis accurate; materiam rei non ignoras. Pro S. R. 89. Etenim in singulis ejusmodi materies est, ut singulos dies possis consumere. Pro Do. 11. Nonne id agendum nobis fuit, ut materiam subtraheremus furori tuo? *Ibid.* 13. Providendum fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret.

Inventio. Ver. 3. 160. Fac enim fuisse in isto C. Lælii, M. Catonis materiam atque indolem: quid ex eo boni sperari potest?

ADJUNC. *Satis bella, culta, sylvestris, dividua, individua, mutabilis, individua, atque simplex, exilis.*)(.*uberrima, facilis, flexibilis, et commutabilis, infinita et immensa, lignea, maxima.*

SYNTAXIS. *Uritur lignea materia. Rerum materia, ex qua, et in qua. Serendi materia. Subjecta rebus materia. Sylva et confusa argumentorum materia. Scribendi materia. Materia medicinæ morbus. Materiam tractare, in ea versari. Seges et materia laudum. Opes libidini materiam et facultatem dant. Materia facilis in te dicere. Materia ad argumentum subjecta. Infinita vis et materia artium. Seges et materia gloriæ. Satis bella materies ad jocandum. Horum sermonum materiam tu dedisti. Id præbet materiam ad. Materiam subtrahere furori. Materiam nancisci, habere.*

Materiatus, a, um, *ex materia constans, ὑλικός.* 3. Off. 54. Ædes male materiatæ et ruinosæ.

Materis, is, *Gallorum telum et hasta militaris.* 4. ad Her. 44. Aut idem Gallos significans dicat: nec tam facile ex Italia materis Transalpina depulsa est. *Loco* materis, *prius legebatur* armatura. *Esse autem materim proprium Gallorum telum, docet Nonius ex Sisenna.*

Maternus, a, um, *μητρικὸς, μητρῷος.* Pro Cl. 12. Nomen maternum amantius indulgentiusque. Pro S. R. 66. Maternus paternusque sanguis.

Matertera, æ, *matris soror, θεῖα.* 2. de Orat. 2. C. Aculeo, quocum erat nostra matertera. 1. de D. 104. Puellam defatigatam petiisse a matertera, ut sibi concederet, paulisper ut in ejus sella requiesceret.

Mathematicus, a, um, *μαθηματικός.* 1. de Orat. 10. Ii, qui mathematici vocantur, magna in obscuritate rerum et recondita in arte et multiplici subtilique versantur. 2. de Div. 10. Quæ in Geometria describuntur, &c. mathematicorum sunt, non ariolorum. 1. Tusc. 4. In summo apud illos honore Geometria fuit, itaque nihil mathematicis illustrius. 1. de Fin. 72. Mathematica a falsis initiis profecta, vera esse non possunt. 2. 15. Nec de re artificiosa loquitur, ut mathematici. 5. 7. Mathematici, Poetæ, Musici, Medici denique, &c. 5. Tusc. 18. Mathematicorum mos est, non Philosophorum. nam Geometræ cum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato: illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est. 4. Acad. 116. *de Geometricis et mathematicis probationibus.* 2. de D. 91. Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate feratur. 2. de Nat. 48. Eruditus pulvis mathematicorum.

Matricida, æ, *qui matrem occidit, parricida, μητροφόνος, μητροκτόνος.* 1. Qu. Fr. 2. Zeuxis, quem scribis certissimum matricidam tibi a me intime commendari. De Arusp. 39. Somnium matricidarum.

Matricidium, dii, *μητροκτονία, μητροφονία.* 1. de Inv. 18. Orestes si accusetur matricidii.

Matrimus, a, um, *cujus mater vivit, ὁ μητέρα ἔχων.* De Ar. 23. Si puer ille patrimus et matrimus terram non tenuit, &c.

Matrimonium, nii, *viri et mulieris legitima conjugatio, ἐπιγαμία, γάμος.* Pro Clu. 175. Jus matrimonii castum et legitimum damnatione viri sublatum putabat. 1. de Div. 104. Collocare aliquam in matrimonium. Ver. 2. 89. et 3. de Leg. 36. Habere aliquam in matrimonio. Pro Cæc. 10. Is habuit in matrimonio Cæsenniam. Pro Clu. 125. et 126. Is Sassiam in matrimonium ducere cupivit. Pro Cælio 34. Te modo Quint. Metelli matrimonium tenuisse scis. Pro Cluent. 35. Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. 2. A. 44. Curio te a meretricio quæstu abduxit, et tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili et certo collocavit. Ver. 3. 164.

Syntaxis. *Collocare in matrimonium. Habere aliquam in matrimonio. Ducere in matrimonium. Matrimonium tenere. Nuptiæ non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. In matrimonio certo et stabili collocare.*

Matrona, æ, *marita, mulier, quæ uxor est, materfamilias, οἰκοδέσποινα, γυνή.* Pro Cæl. 32. Si matremfamilias secus, quam matronarum dignitas postulat, nominamus. 3. de Nat. 47. Natio dea, quæ partus matronarum tuetur. De Arusp. 24. Quo matrona nulla adiit. 7. Fam. 6. Matronæ opulentæ optimates.

Maturationes, *festinationes, properationes, ἐπιτάχυνσις.* 3. ad Her. 3.

Maturatus, a, um, *ἐπιπεπαινόμενος.* De Senect. 53. Uva primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. 1. de N. 4. Omnia, quæ terra gignit, maturata pubescunt.

Mature, *cito, celeriter, ὡραίως, ταχέως, ἐπισπεύδων.* Pro Mur. 22. et 3. Fam. 3. Ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. 3. Qu. Fr. 1. Balbum ais mature Romam bene comitatum esse venturum. 5. A. 54. Quæ sine mora, matureque decreta facilius, &c. Ver. 4. 96. Custodes mature sentiunt. 3. 60. Eo celerius de isto transigamus, quo maturius ad Apronium veniamus. 3. de Ora. 71. Qui omnium maturissime ad publicas causas accesserim. Pro Cæc. 7. Hæc res maturissime judicanda est. De Sen. 32.

Maturesco, scis, *perficior, absolvor, ἐκπεπαίνομαι, θερίζω.* 2. de N. 69. Partus maturescunt aut septem, aut novem lunæ mensibus.

Maturitas, tis, *tempestivitas, tempus maturum, πέπανσις, ὡραιότης, ἀκμή.* 2. de Or. 88. Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutus. 1. Tusc. 68. Maturitas frugum. 3. Qu. Fr. 8. Sed ejus rei maturitas nondum venit. 2. de N. 119. Luna a sole illuminata graviditates, et partus affert, maturitatesque gignendi. 1. Tusc. 68. Commutationes temporum quadripartitæ ad maturitatem frugum aptæ. 1. de Nat. 101. Temporum mutationes, maturitates, vicissitudinesque cognovissent. 1. Att. 17. Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est. 4. Fam. 4. Hoc studium quotidie ingravescit, credo maturitate ætatis ad prudentiam. 6. 18. Etsi abest maturitas ætatis. De Senect. 71. Sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. *Ibid.* 33. Maturitas senectutis. *Ibid.* 5. Maturitas tempestiva. 1. de Div. 16. Hæc arbor arandi maturitatem ad signum floris accommodat. De Clar. 318. Sed videbatur illud in me jam esse perfectum, et habere maturitatem quandam suam. Pro Cæl. 76. Quæ studia in adolescentia, tanquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, et quantæ fruges industriæ sint futuræ. 1. C. 31. Sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris et avaritiæ maturitas in nostri Consulatus tempus erupit. De Cla. 8. Cum oratio nostra canesceret, et haberet suam quandam maturitatem, et quasi senectutem. *Ibid.* 161. Ut dicendi Latine prima maturitas, in qua ætate extitisset, posset notari. 9. Fam. 14. Ut res ipsa maturitatem tibi animadvertendi omnium concessu daret. Or. 107. Adolescens non tam re et maturitate, quam spe et expectatione laudatus. 2. de Nat. 155. Eorum *siderum* cursus dimetati, maturitates temporum, et varietates, mutationesque cognovimus.

Maturo, as, *maturitatem affero, accelero, propero, σπεύδω, ἐπισπεύδω, ἐπιταχύνω.* Ad Brut. 10. Quod ut faceres, idque maturares, magnopere desiderabat respublica. Pro Clu. 171. Maturare mortem alicui. 2. Fa. 17. Successor tuus non potest ita maturare ullo modo, ut tu me in Asia possis convenire. 4. Att. 1. Te expecto et oro ut matures venire.

Maturus, a, um, *coctus, tempestivus, ἀκμαῖος, ὡραῖος, ὥριμος.* De Cl. 288. Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset, ac mitior. 13. Att. 17. Vides quam maturum sit. 2. de Div. 64. *Edidit hæc Calchas, quæ jam matura videtis.* 9. Fa. 5. Mihi vero bene maturum videtur fore. 10. 10. Sed ne maturum quidem etiamnum fuit? *id est, tempus.* 1. de Div. 36. Maturam mortem oppetere. 1. de Orat. 95. Otium ac facultas discendi major ac maturior. 4. ad Her. 26. Ut virtutes in ætate maturissima velint comparare. De Sen. 76. Satietas vitæ tempus maturum mortis affert. 6. A. 19. Venit tempus, Quir., serius omnino, quam dignum pop. Romano fuit: sed tamen ita maturum, ut differri jam hora non possit. 1. Q. Fr. 1. 1. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. 15. Att. 4. Componendum argumentum est, et scribendi expectandum tempus maturius. De Senect. 71. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur, si matura et cocta, decidunt.

Syntaxis. *Maturissime ad causas accedere. Gignendi maturitas, facilitas. Legendi*

nunc maturitas est. Senectæ maturitas. Id in illo maturitatem habet. Maturitas furoris et avaritiæ nunc erumpit. Orationis maturitas et senectus. Mortem alicui maturare. Maturissima ætas. Fructus maturus et coctus in arbore. Maturus et mitis scriptor. Maturitatem dare, afferre, assequi.

Matuta, *Cadmi filia.* 1. Tus. 28. 3. de N. 48.

Matutinus, a, um, ἑωθινός, ἑῷος. 1. Att. 15. Cum bene completa domus est tempore matutino. 7. Fa. 1. Matutina tempora lectiunculis consumo. 12. Att. 52. Hodie expectabam tuas literas matutinas aut postmeridianas. Ad Br. 4. Matutina salutatio. 1. de Div. 14.

Et matutinis acredula vocibus instat.

Mavors, *Mars.* 2. de Natur. et 3. 62. Mavors quia magna vertit.

Mauri, *populi.* 10. Fa. 30.

Mauritania, æ. Pro Syl. 56. Rex Mauritaniæ. In Vat. 12. Venisti ad fretum per Mauritaniam.

Maxilla, æ, *mala,* γνάθος, παρειά. Or. 153. Literam e maxillis et taxillis consuetudo elegans Latini sermonis evellet.

Maxime, *summe, potissimum, præcipue, immortaliter,* μάλιστα, πλεῖστον. 1. Off. 49. Ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. 8. A. 31. Maxime equidem vellem, ut, &c. secundo autem loco, &c. 5. Fa. 2. Tam sum amicus Reipublicæ, quam qui maxime. 1. de Orat. 149. Dicere quam maxime ad veritatem accommodate. Par. 114. Quæ vel maxime prosunt. 2. de N. 16. Hoc mihi videtur vel maxime confirmare, &c. 2. Qu. Fr. 5. Domus celebratur ut cum maxime. De Senect. 38. Causarum illustrium, quascunque defendi, nunc quam maxime conficio orationes. 4. ad Her. 18. Hoc maxime admodum mihi accommodatum est. 1. de Or. 152. 153. 154.

Cum primis, præsertim. Ora. 120. Cognoscat etiam res gestas, maxime scilicet nostræ civitatis. *Ibid.* 109. An ego Poetis, et maxime tragicis concederem, &c. 8. Att. 12. Scribe aliquid, et maxime si, &c. 11. 12. Eo maxime, quod, &c. 2. de N. 166. Quæ ratio Poetas, maximeque Homerum impulit, &c. 2. Att. 24. Maximeque in eo est reprehensus, quod dixerat, &c. 2. de N. 25. Et id maxime hyeme. 8. Att. 12. Maximeque quod sit, &c. 5. Fin. 1. Maximeque quod is locus id temporis vacuus esset. 1. Fa. 7. Et eos maxime debuerunt et plurimum potuerunt juvare. Pro D. 47. Intuemini paulisper animis juventutem, et maxime eos, qui, &c. 9. Att. 22. Ego consiliis tuis usus sum maxime, quod et gravitatem in congressu nostro tenui; et ad urbem, &c. 1. Fa. 9. Quod ego cum audissem ex aliis, maxime ex meo fratre cognovi.

Maximopere, *summopere,* μάλιστα πάντων. 3. 2. A te maximopere peto et quæso, &c.

Συνταξις. *Ut quisque maxime dives, ita. Maxime velim ut. Tam est bonus, quam qui maxime. Hoc ego vel maxime cupio. Eo maxime te amo, quod. Quam maxime te cupio adesse. Domus ejus celebratur ut cum maxime.*

Maximus, a, um, *amplissimus, summus, immanis, incredibilis, ingens, singularis, unicus,* μέγιστος. 2. de N. 64. 3. Q. Fr. 1. Respondi epistolæ maximæ, nunc audi de minuscula. 2. de Fin. 93. Maximum malum, maximus dolor. 13. Fa. 50. Multa illius in me officia, multa in illum mea quoque, et, quod maximum est, summus inter nos amor et mutuus. 3. Qu. Fr. 1. Omnia minima, maxima ad Cæsarem mitti sciebam. Hortens. Vel omnium maximum Stoicorum Possidonium vidi.

ME

Meandrus, dri, *anfractus,* ἕλιξ, ἑλίκη. I. P. 53. Quos tu meandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula flexionesque quæsisti?

Means, tis, *iens, incedens,* διερχόμενος. Prognost.

Ut cum Luna means Hyperionis officit orbi.

Mecum, tecum, secum, μετ' ἐμοῦ, μετὰ μοῦ. Orat. 154. Ex eo est mecum et tecum, non cum me et cum te: ut esset simile illius nobiscum et vobiscum. Postq. in Sen. 31. Multa mecum ipse reputavi. 2. de Leg. 1. et 1. de Invent. 1. Sæpe mecum ipse cogito, &c. Pro Qu. 53. Si tecum hæc duo verba fecisses, &c. Pro Cæl. 43. Vosmet vobiscum recordamini. 3. Tus. 30. Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxime, meditari secum oportet, quo pacto adversam ærumnam ferant. 1. Off. 144. Si quis, cum causam sit acturus, in itinere secum ipse meditetur, aut si quid aliud attente cogitet, non reprehendatur. 9. Att. 13. Legi tuas litteras, quibus mecum agebas, ut, &c. De Sen. 49. Nunc tanquam emeritis stipendiis ambitionis, mecum sum, mecumque (ut dicitur) vivo.

Medea, æ. 3. de Nat. 48. Medea duobus avis, Sole et Oceano, Æeta patre, matre Idya procreata est. Pro Pom. 22. Ex Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur; quam prædicant in fuga fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, mœrorque patrius celeritatem persequendi retardaret.

Medendum. 12. Fa. 10. Sunt enim permulta, quibus est medendum.

Medeor, eris, *sano, curo, medicinam affero, adhibeo, facio, curationem adhibeo, remedium adhibeo, facio, procuro,* ἰάομαι, ἰατρεύω, φαρμακεύω. Pro S. R. 128. Intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam, reduviam curem. 2. de Or. 186. Medici, qui morbis, qui vulneribus, qui oculis mederentur. 1. 169. Laborantibus succurrere, ægris mederi, afflictos excitare. 2. 186. Cum morbo alicui mederi vis, consuetudo valentis et naturæ

corporis cognoscenda est. 1. Qu. Fr. 1. 24. Mederi incommoda hominum. 1. contra Rull. 26. Huic malo pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Pro Sest. 135. Hi medentur reipublicæ, qui exsecant pestem aliquam tanquam strumam civitatis. *Ibid.* 31. Ut afflictæ Reipublicæ, quantum posset, mederetur. Ver. 4. 114. Medemini religioni sociorum, judices, conservate vestram autoritatem. 13. Att. 9. Si quid est enim offensionis, hæc res mederi potest. 3. Tusc. 54. Nec ille liber medetur vulneribus, sed cicatricibus. 7. Famil. 28. Dies etiam stultis mederi solet. 2. de Div. 3. Consolatio mihi aliquantum medetur. Ad Brut. 9. Velim, facilius quam tunc mihi, nunc tibi tute medeare.

Adverb. *Facile, facilius, aliquantum.*

Syntaxis. *Dum capiti mederi debeo, reduviam curo. Mederi ægris, mederi morbis, mederi oculis. Mederi incommoda hominum. Mederi afflictæ reip., religioni sociorum. Dies mederi solet etiam stultis.*

Medi, *populi.* 2. de Off. 41.

Mediastinus, *mancipium vilissimum, μεσαύλιος δοῦλος. Lege,* Exercitus.

Medicamen, inis, *medicamentum, ἴαμα, φάρμακον.* In Piso. 13. Cum diceres, te violentis quibusdam medicaminibus solere curari.

Medicamentum, ti, *medicamen, medicina, remedium, ἴαμα, φαρμακεία.* 3. Off. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad intercutem. *Ibid.* Si eo medicamento sanus factus fuerit. De Clar. 217. Cn. Octavius multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. 2. de Nat. 132. Terræ plenæ medicamentorum salutarium. 9. Att. 4. Medicamenta, quæ parantur. 1. de Inv. 30. Ut vulneri præsto medicamentum sit. Pro Clu. 32. Mulier partum sibi ipsi medicamentis abegit. Orat. 79. Fucata medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur. 2. de Fin. 22. Medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant. Ver. 3. 152. Panchrestum medicamentum. Pro Clu. 201. Id huic ærumnosissimo non venenum, sed multorum medicamentum laborum fuisset. Hort. Sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam.

Syntaxis. *Medicamentum alicui dare ad aliquid. Medicamentis delibutus. Parare medicamenta. Medicamentum præsto est vulneri. Partum medicamentis abigere. Fucata medicamenta candoris et ruboris. Medicamentum panchrestum. Medicamentum laborum.*

Medicina, æ, *medicamentum, remedium, valetudinis curatio, ars medendi, ἰατρεία, ἰατρική, ἴασις.* 16. Att. 14. Desperatis vetat Hippocrates adhibere medicinam. 12. 22. Fortis ægroti est, accipere medicinam. 2. de Orat. 186. Medicus diligens ægro adhibet medicinam. 2. de Div. 125. Ægro a medico petere medicinam. Pro Cluent. 178. Exercere medicinam. 2. de Or. 339. His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur. 1. de D. 24. An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt. Pro Quin. 8. Si adversarii falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum, jecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. 13. Fam. 7. Ita sum levatus, ut Deus mihi aliquis medicinam fecisse videatur. 1. Att. 15. Quanquam animus est præsens, tamen voluntas ipsa medicinam efficit. *Lamb. legit,* voluntas ipsa me deficit. Div. 70. Nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur. 2. C. 17. Deinde singulis medicinam consilii atque orationis meæ, si quam potero, afferam. 4. Tuscul. 24. Medicina quæ sanaret cupiditatem. De Amic. 10. Sed non egeo medicina, me ipse consolor. 5. Fam. 15. Petere medicinam a litteris. 1. Off. 151. Quibus autem artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quæritur: ut medicina, architectura, &c. 2. de Natu. 12. Quia non omnes convalescunt, idcirco ars nulla medicina est? 3. de Or. 130. Medicina in multas partes discerpta. 10. ad Att. 16. Medicina imbecillior est, quam morbus. 2. Att. 1. Medicina non minus esset probanda, quæ sanaret vitiosas partes Reipublicæ, quam quæ exsecaret. 3. Tusc. 35. Est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas et dies. *Ibid.* 1. Medicina animi cur non tam desiderata, tam culta, tam grata, et probata, quam corporis? *Ibid.* 54. Medicina calamitatis. Post red. in Senat. 8. Medicina Consularis. 1. Acad. 11. Medicina doloris. Pro Sest. 51. Medicina periculorum. 5. Fam. 16. Medicina temporis. *id est, quam diuturnitas affert mœrori.* 5. de Fin. 16. Quoniam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. 3. Tuscu. 1. Medicinæ utilitas deorum immortalium inventioni est consecrata, *nimirum Apollini et Æsculapio.* 4. 63. Ut magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. 3. de Fin. 24. Inscite autem medicinæ ultimum cum ultimo sapientiæ comparatur. 2. Qu. Fr. 15. Ad medicinam reipublicæ accedere. 5. Fin. 54. Et medicinam quandam laboris afferret. 5. Fam. 15. Medicinam perpetuam ab aliquo repetere. 2. Att. 23. Medicinam quærere. 2. Div. 123. Medicina sublata tollitur omnis autoritas somniorum.

Adjunct. *Consularis, grata, et probata, suspecta, et invisa, tarda, sed magna, tempestiva, imbecillior, major, perpetua.*

Syntaxis. *Adhibere medicinam alicui. Accipere medicinam. Petere ab aliquo homine,* vel *ab aliqua re medicinam, repetere, quærere. Exercere medicinam. Medicinam facere, et alicui facere. Medicinam incommodis reperire. Medicinam alicui afferre. Egere medicina. Medicina sanari cupiditatem, sanari vitiosas reip. partes. Medicinam affert longinquitas et dies. Medicina calamitatis, doloris, periculorum. Ad medicinam reip. accedere. Medicinam tollere.*

Medicus, ci, ἰατρός, θεραπευτής. Pro Clu. 57. In morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque op-

simus quæritur. 2. de Div. 9. Ad ægros non vates, sed medicos solemus adducere. 1. 13. Mirari licet, quæ sint a medicis animadversa herbarum genera, quæ radicum, &c. Pro Cl. 40. Ad quam cum adduxisset medicum illum suum, mulier exclamabat, se ab eo nullo modo velle curari, quo curante, suos omnes perdidisset. De Fat. 29. Sive medicum adhibueris, sive non, convalesces. De Ar. 35. Qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem utitur. 2. de Or. 38. Si medicus de morbis diserte dixerit, &c. 1. 62. Asclepiades, quo nos medico et amico usi sumus, eloquentia vincebat cæteros medicos. 16. Fam. 4. De medico et tu bene existimari scribis, et ego sic audio, sed plane curationes ejus non probo. *Ibid.* 9. Curio misi, ut medico honos haberetur. 3. de Nat. 76. Ut si medicus gravitatem morbi, gubernator vim tempestatis accuset &c. Ad Brut. 6. Medicus Pansæ de morte ejus insimulatus. 16. Fam. 4. Medico puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. 8. Att. 11. Medico salus proposita est. 16. Fam. 14. Medico mercedis quantum poscet, promitti jubeto. 15. Att. 1. Quod Medicum summum tantus improviso morbus oppresserit. 4. Fam. 5. Mali medici in aliis scientiam profitentur, ipsi se curare non possunt. 3. de Nat. 15. Medici quoque sæpe falluntur. 2. Tuscul. 54. Medici quanquam sæpe intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt, illo morbo eos esse morituros. *Ibid.* 142. Medici ex quibusdam rebus et advenientes et crescentes morbos intelligunt. 3. Tusc. 23. Medici, causa morbi inventa, curationem esse inventam putant. Pro Clu. 57. Medici nihil præter artificium præstant. 16. Fa. 4. Medici curationes. 1. 9. Medici solius salutis, aliptæ etiam virium et coloris rationem habent. 2. de Nat. 126. Medicorum ingeniis nuper, id est, paucis ante seculis, reperta. 2. de Leg. 13. Medicorum præcepta dici vere non possunt, si quæ inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint. 4. Fa. 12. Medicos cogere. 2. de Or. 186. Medico diligenti, priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est. Incer. Hippocrates nobilissimus medicus.

Adjunct. *Callidus, jam cognitus, et sæpe victor, ignobilis, nobilissimus, atque optimus, diligens, suavis, summus.*

Medietas, tis, *media pars, medium, ἡ μεσότης, μέσον.* De Univ. 20. Partes rursus intervallis ita locabat, ut singulis essent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Græci *μεσότητας* appellant: sed quasi id dixerim, ita intelligatur.

Medimnum, mni, *mensuræ genus senos modios capiens, μέδιμνος, ου.* Ver. 3. 56. Tritici septem millia medimnum. *Ibid.* Medimna DCC. *Ibid.* 110. Medimna XXXVI.; hoc est, tritici modium CCXVI. *Ibid.* 112. In jugero Leontini agri medimnum fere tritici seritur. *Ibid.* Totidem medimna decumæ debeantur. *Ibid.* 113. Ut plus quam decem medimna ex jugero ararent: medimnum ex jugere in decumano dari poterat. *Ibid.* 114. Ut jugera singula ternis medimnis decidere liceret.

Mediocris, cre, *modicus, μέτριος.* 3. Tusc. 22. Omne malum etiam mediocre magnum est. 2. de Orat. 119. Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. *Ibid.* Hoc tamen prudentiæ est pene mediocris. 1. de Orat. 6. Permultos excellentes in quoque genere videbis non mediocrium artium, sed pene maximarum. *Ibid.* 133. Mediocris eloquentia. *Ibid.* 94. Mediocres homines. De Cl. 137. L. Cotta in mediocrium Oratorum numero dicendi non ita multum laude processit. *Ibid.* 117. Is fuit mediocris in dicendo. 2. de Orat. 84. Parvæ aut mediocres res. 4. Acad. 17. Quidam e Philosophis, et hi quidem non mediocres. 5. Famil. 12. Non enim fuit aut mediocre, aut obscurum. *Ibid.* 8. Maxima, minima, mediocria. De Cl. 100. Fannius in mediocribus Oratoribus habitus est. Hortens. Eundem non modo ex mediocri pecunia, sed etiam ex tenui percipere possum.

Mediocritas, tis, *modus, nec nimium, nec parum, μετριότης, μέτρον.* De Clar. 149. Omnis virtus est, ut vetus Academia dixit, mediocritas. Pro Mur. 63. Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. 1. Off. 89. Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium et parum, quæ placet Peripateticis. 4. Acad. 135. Peripatetici mediocritatem perturbationum mihi non sane probant. Ad Brut. 15. Est scilicet utriusque rei modus, et quædam in utroque genere mediocritas. 1. de Orat. 117. Mediocritatem in dicendo C. Cœlio honori fuisse. 1. Off. 140. Villarum magnificentia, quarum quidem certus est adhibendus modus; ad mediocritatemque revocandus. 2. 59. In his autem ipsis mediocritas regula optima est. 2. A. 2. Non video quid in hac mea mediocritate ingenii despicere possit Antonius. 3. ad Her. 26. Mediocritas vultus .)(. *hilaritas, tristitia.* De Cl. 235. Lentulus cæterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultavit, in qua excellens fuit. 3. Tusc. 74.

Mediocriter, *modice, ἐπιεικῶς, μετρίως.* 3. Tusc. 22. Corpus etiamsi mediocriter ægrum est, sanum non est. 1. de Orat. 91. Neminem scriptorem artis, ne mediocriter quidem doctum, fuisse &c. 4. ad Her. 7. Quivis mediocriter litteratus. Con. C. Ant. Injurias mediocriter ferre.

Syntaxis. *Virtus mediocritate moderata. Tenere mediocritatem. Modus et mediocritas, Modus ad mediocritatem revocandus. Viri mediocritas. Mediocritas dicendi, et in dicendo.*

Mediolanensis. 1. P. 62. Mediolanensis præco.

Meditandi. 1. de Orat. 136. Quid Crassus ageret meditandi aut discendi causa. De Clar. 88. Non in agendo solum, sed in meditando etiam fuit vehemens. 1. de Orat. 260. Demosthenes perfecit meditando, ut nemo planius eo loqueretur.

Meditatio, onis, *commentatio, exercitatio*, *μελέτημα, ἄσκησις, σκέψις*. De Clar. 139. Nulla meditationis suspicio; imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. 2. de Orat. 118. Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. 2. de Div. 96. Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt, ut Demosthenes. Pro Cl. 82. Anni sunt octo, cum ista causa in ista meditatione versatur. 3. Tusc. 32. Stulta est meditatio futuri mali. 9. A. 2. Servius in ipsa cura et meditatione obeundi sui muneris obiit. 2. Tusc. 41. Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet.

Meditatus, a, um, *cogitatus, præparatus, commentatus, ἐσκεμμένος* .)(. *ex tempore*. 1. Off. 27. Leviora sunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata et præparata inferuntur. De Ar. 3. Nihil feci non diu consideratum, et multo ante meditatum. Pro Qu. 39. Cum paratus meditatusque venisses. 2. A. 85. Attuleras domo meditatum et cogitatum scelus. 2. de Orat. 118. Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet, ad omnem usum, &c. 3. Tusc. 30. Sint semper omnia homini humana meditata. 2. de Orat. 246. Ea quia meditata putantur esse, minus ridentur. 1. 257. Accuratæ et meditatæ commentationes. 10. A. 6. Quod verbum non tibi excidit, ut sæpe fit, casu, descriptum, meditatum, cogitatum attulisti. 3. 36. Jam accedunt Consules, multos jam menses de populi Romani libertate commentati atque meditati. De Arusp. 55. Veruntamen nocturnis vigiliis justitium illud conceptum ac meditatum est. 1. C. 26. Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui, jacere humi, &c. Ver. 1. 102. Nos qui meditati ad dicendum paratique venimus.

ADVERB. *Maxime, multo ante, in perpetuum.*

Mediterraneus.)(. *maritimus, μεσόγειος*. 1. de Nat. 88. Ita fit, ut mediterranei mare esse non credant. Ver. 3. 192. Enna mediterranea est maxime. *Ibid.* 85. Ab hac insula hæc lucra, tanquam a mediterraneis, exigebantur. 5. 69. Homines maxime mediterranei.

Meditor, aris, *attente cogito, commentor, ἐμμελετάω, φιλοσοφῶ, φροντίζω*. 2. Pa. 5. Tu tamen ea para, meditare, cogita, quæ, &c. 1. 7. Hæc multo ante meditare, huc te pares, &c. 5. Att. 11. Sed ego hanc ἀνεξίαν in unum annum meditatus sum. Meditare adversus Brutum causam meam. 8. 11. Vides, quam causam mediter. Pro Mur. 43. Meditari accusationem. 3. de N. 1. Ego enim, te disputante, quid contradicerem, mecum ipse meditabar. 1. P. 59. Meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas. Pro Fl. 11. Græcus testis non jurisjurandi, sed lædendi verba meditatur. 9. Att. 20. Ex ejus nuncio meditabar, quomodo cum illo loquar. 2. con. Rull. 13. Is designatus alio vultu, &c. esse meditabatur. 1. de Orat. 32. Age vero, ne semper forum, subsellia, rostra, curiamque mediteris. 1. Off. 144. Ut si quis, cum causam sit acturus, secum ipse meditetur, aut si quid aliud attente cogitet, non reprehendatur. 2. Fam. 3. Aut, ne ad eam meditere, imparatum te offendam. 1. 8. Hæc ad te ob eam causam maxime scribo, ut jam de tua quoque ratione meditere. Ver. 1. 12. Meditetur de ducibus hostium, &c. 2. in Anton. 116.

Exerceo, ἀσκέω. 1. de Orat. 147. Quæ in foro agenda sunt exercitatione quasi ludicra, prædiscere et meditari. De Clar. 302. Nullum patior esse diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum.

SYNTAXIS. *In meditando vehemens. Meditatio et exercitatio cuncta perficit. In hac meditatione versatur causa. Meditata et præparata sunt ista. Meditatum et cogitatum scelus afferre domo. Accurata et meditata commentatio. Conceptum ac meditatum. Prædiscere et meditari ludicra exercitatione, quæ in foro agenda sunt. Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet, &c. De libertate commentari et meditari. Meditatus et paratus ad dicendum venit. Meditari aliquid ad aliquid. Id ego in unum annum meditatus sum. Lædendi verba meditari. Meditabar, quomodo &c. Ne semper forum mediteris. Secum ipse meditatur. Jam de te meditare. Habere aliquid multa commentatione ac meditatione paratum atque expeditum.*

Medius, a, um, *intermedius, interjectus, μεσαίτατος, μεσήτιος, μέσος*. 3. de Orat. 190. Nam versus æque prima, et media et extrema pars attenditur. Orat. 127. Quod et inter media argumenta faciendum est. *Ibid.* 218. Oratio vel oriens, vel media, vel cadens. De Pro. 43. Tempus proximum, medium, ultimum. Pro Clu. 185. Ne in extrema quidem, aut media, aut aliqua denique parte quæstionis verbum fecit ullum. Pro Do. 49. Cum tu furens per medium forum popularis volitares. 2. Qu. Fr. 2. Dixi pro Bestia in foro medio. 1. de Div. 31. Qui in vinea media dicitur constitisse. 1. de Orat. 180. In testamentorum formulis, hoc est, in medio jure civili versari. Pro Cl. 30. Mulier in media potione exclamavit, &c. 1. Tusc. 40. Terra in medio mundo sita. De Somn. 12. Medius mundi locus. 1. Tusc. 40. Ut illæ superiores in medium locum mundi gravitate ferantur. 2. de Nat. 116. Mare medium terræ locum expetens. *Ibid.* Id medium, infimum in sphæra est. Orat. 193. Est tertius ac medius inter illos. De Opt. 2. Alii eis interjecti et tanquam medii. 1. Acad. 36. Iis ipsis alia interjecta et media numerabat,

Ibid. Neutra autem in mediis relinquebat. 10. Att. 12. Nam qui se medium esse vult, in patria manet: qui proficiscitur, aliquid de alterutra parte judicare videtur. 3. de Orat. 175. Itaque tum graves sumus, tum subtiles, tam medium quiddam tenemus. In Vat. 16. Ex quibus partim tecum sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant. 2. Off. 89. Quidam ad medium januæ sedentes. 1. de Finib. 13. Primum veniat in medium Epicuri ratio. Ver. 5. 93. Ver. 2. 175. et 2. de Inv. 46. Venire in medium et procedere in medium. Act. 1. Ver. 29. 2. de Fin. 76. 15. Fa. 2. et 2. de Orat. 102. Proferre aliquid in medium. Pro Cl. 77. Itaque judices incensi suspicione, rem in medium vocare cœperunt. Pro S. R. 20. De medio tollere, *id est, interficere. Ibid.* 112. Recede de medio, per alium transigam. *Ibid.* 23. et Ver. 2. 175. Removere aliquid de medio. Ver. 2. 104. Tabulæ sunt in medio. Div. 33. Quæ in medio posita sunt.)(. *obscura.* 1. de Orat. 12. Dicendi ratio in medio posita. 5. Tusc. 94. Obscœnas voluptates faciles, communes, in medio sitas esse dicunt. Ver. 1. 29. Proponere aliquid in medio. Pro Cæl. 48. Neminem nominabo, tantum in medio relinquam. 7. 158. et 1. de N. 13. Ponam in medio sententias Philosophorum. Pro Dom. 138. Hæc non sunt quæsita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumpta de medio, et rebus palam per magistratus actis. 2. de Inv. 7. Atque hic quidem ipse, et sese ipsum nobis, et eos, qui ante se fuerant, in medio posuit, ut cæteros, et seipsum per se cognosceremus. De Clar. 87. Unum quasi comperendinatus medium diem fuisse. 3. de Orat. 175. Cum verba jacentia sustulimus e medio. 1. Off. 21. Communes utilitates in medium afferre. 3. 37. Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio. 5. A. 32. Alteri victi sunt, alteri sunt e mediis C. Cæsaris partibus. 8. 4. Inter bellum et pacem medium nihil est. 10. 10. Qui duorum fratrum ætatibus medius interjectus, vitiis cum utroque certabat. De Univ. 13. Unum interjectum medium, et seipsum, et ea, quibus esset interpositum, colligaret. Lim.

Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers.

Syntaxis. *In media potione exclamare. In medio mundo sita terra. In medium locum mundi ferri. Medium quiddam tenere. Medium tenere cursum. Venire in medium, in medium procedere, aliquid proferre, rem vocare. De medio tollere, removere, recedere. Res de medio sumptæ,* id est, omnibus agnitæ. *Tempus proximum, medium, ultimum. Esse tertium ac medium inter aliquos. Interjectus et tanquam medius. Neutra in mediis relinquere. Ad medium januæ sedere. Dicendi ratio in medio posita, voluptates in medio sitæ. Proponere aliquid in medio, relinquere, ponere. Communes utilitates in medium afferre. Pellere aliquid e medio. Inter duo hæc medium est nihil. Illis ætatibus medius interjectus.*

Mediusfidius, *jurandi formula, seu adverb. ut mehercules,* νὴ Δία. 8. Att. 24. Quod Lentulum voluisti hic remanere, mihi gratissimum mediusfidius fecisti. Pro Syl. 83. Si mediusfidius indices, &c. 5. Fa. 21. Unum mediusfidius tecum diem libentius posuerim, &c. 4. Att. 4. Mediusfidius næ tu emisti lolum præclarum.

Medulla, æ, *pingue ossium media replens,* μυελός. 5. Tuscul. 27. Metrodorus omne bonum in visceribus medullisque condidit. 15. Fa. 16. Neque solum de te, qui mihi hæres in medullis &c. De Clar. 59. Suadæ medulla. *Lege,* Suada. 15. Att. 4. Prætereo illa, quæ mihi sunt inclusa in medullis. 4. Tusc. 24. Cum hic fervor tanquam in venis medullisque insederit. 1. A. 36. Qui in medullis Pop. Rom. ac visceribus hærebant.

Syntaxis. *In visceribus ac medullis. Ille in medullis hæret patri. Venis et medullis insidet malum. In medullis et visceribus alicujus hærere.*

Megalensia, ium. De Arusp. 24. Ludi quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu, Megalensibus fieri celebrarique voluerunt. 1. Fa. 9. Scripsi hæc ipsis Megalensibus.

Megalesia, orum. De Arusp. 22. et 24. Tota denique hoc ædile, servorum Megalesia fuerunt.

Megabocchus, *id est, Pomp.* 2. Att. 7.

Megara, æ, *urbs.* 1. de D. 57. 4. Fam. 5. 1. ad Her. 14.

Megareus, a, um. 4. Acad. 129. Euclides Megareus.

Megaricus, a, um. De Fat. 10. Stilpo Megaricus Philosophus. 3. de Orat. 59. et 4. Ac. 129. Megarici Philosophi a Menedemo Eretrio Eretriaci appellati. *Iidem etiam* Eleatici *dicti a Parmenide et Zenone. Ibid.* Megarici, quorum fuit nobilis disciplina. De Fato, et 4. Acad. 129. Ab Euclide Megareo Megarici dicti: qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, et simile, et idem semper.

Megaris, idis, *locus non longe a Syracusis.* Ver. 5. 62.

Megarensis, se. *Ibid.* 15.

Mehercule, Mehercules. *Lege,* Hercules.

Mei, ἐμοῦ, μοῦ. Postq. ad Quir. 8. Qui fletu suo desiderium mei memoriamque renovaret. *Ibid.* 1. Ut aliquando vos memoria mei desideriumque teneret. De Arusp. 5. Clodius nihil fecit odio mei, sed, &c.

Mel, lis, τὸ μέλι, μέλιτος. De Sen. 56. Villa abundat lacte, caseo, melle. 1. de Fin. 30. Nivem esse albam, dulce mel. 3. 34. Mel dulcissimum est, suo tamen proprio genere, non comparatione cum aliis dulce esse sentitur. 2. de D. 86. Eo loco mel ex olea fluxisse dicunt. Ver. 2. 183. Quæro, unde CCCC. amphoras mellis habueris? De Senect. 31. Ex Nestoris lingua melle dulcior

fluebat oratio. Orat. 32. Xenophon, cujus sermo est melle dulcior. Hortens. Alterius ingenium sic acre, ut mel Hymettium dicimus.

Melampus, *vates*. 2. de Leg. 33.

Melancholia, æ, *atra bilis*. 3. Tuscul. 11. Quem nos furorem, μελαγχολίαν Græci vocant: quasi vero atra bili solum mens moveatur, &c.

Melancholicus, a, um, μελαγχολικός. 1. 80. Aristoteles ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorem esse non moleste feram. 1. de D. 81. Qui valetudinis vitio furunt, et melancholici dicuntur, habent aliquid in animis præsagiens atque divinum.

Melicus, a, um, *a μέλει, id est, cantu, lyricus Poeta dicitur*. μελικὸς, οῦ. De Opt. 1. Melici ac Dithyrambici Poetæ.

Melior, ius, *potior, commodior, præstabilior, lectior*, κρείττων, ἀμείνων.)(. *deterior*. 14. Att. 22. Hirtium per me meliorem fieri volunt. Ad Br. 7. Tibi resp. melior est facienda. Pro Flac. 65. Phrygem plagis fieri meliorem. 1. de Inv. 52. Ut neque vir melior, neque fœmina lectior in terris sit. 14. Att. 22. Nemo unquam neque Orator, neque Poeta, qui quenquam meliorem quam se arbitraretur. De Ar. 61. Meliore loco esse. 14. Att. 18. Puto rem meliore loco esse debere. *Ibid*. 16. Incipit res melius ire, quam putaram. *Ibid*. Spero meliora. 4. de Fin. 43. Is melior quàm Pyrrho, deterior quam cæteri. Ad Brut. 18. Utrum redire mihi conducit, an commorari melius est? 11. Att. 7. Ii tamen ipsi se hoc melius habent, quam nos, quod &c. 3. de Orat. 219. Quo melius nostri illi senes, qui, &c. 3. Off. 60. Melius, æquius. 1. ad Her. 25. Melius, satius, potius. 4. Att. 6. Litteræ, quibus intellexi Lentulo esse melius. Parad. 1. Nihil bonum est, quod non eum, qui possidet, meliorem facit.

Syntaxis. *Res meliore loco est. Melius it. Illi melius jam est. Plagæ meliorem faciunt improbum. Is se melius habet, quam nos.*

Melita, æ. Ver. 4. 103. Insula est Melita, satis late ab Sicilia mari disjuncta. 3. Att. 10. 6. et 7.

Melitensis, se. Ver. 2. 176. Melitensis vestis. 5. 27. Melitensis rosa.

Melius, *a Melo insula dicitur*. 1. de N. 2. Diagoras Melius.

Melius, *commodius*, ἄμεινον.)(. *pejus*. 1. de Fin. 63. In dialectica autem nullam vim existimavit esse, nec ad melius vivendum, nec ad commodius disserendum. et 4. 54.

Meliuscule, *aliquanto melius*, βέλτιον. 16. Fa. 5. Volebam ad te Marionem mittere, quem, cum meliuscule tibi esset, ad me remitteres.

Mellaria, cella, *ut vinaria, ut olearia, ut penuaria*, μελισσὼν, ῶνος. De Sen. 56.

Mellitus, a, um, *suavis, dulcis*, μελιτήριος, -ς, ον. 1. Att. 15. Mellitus puer.

Melos, *cantus*. 2. de Nat. 89. Sylvani melo consimilem ad aures cantum, et auditum refert. *Poetæ*.

Membrana, æ, διφθέρα, ας. *Ibid*. 142. Natura oculos membranis tenuissimis vestivit ac sepsit. Incer. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum.

Membranula, læ, *macrocolum, charta*, τὸ ὑμένιον. 4. Att. 4. Librariis imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant.

Membratim, μερικῶς. Orat. 212. Incise membratimvè dicere. Par. 121. Narratio autem accusatoris erit quasi membratim gesti negotii suspiciosa explicatio.

Membrum, bri, *pars corporis: translate, pars aliarum rerum*, κῶλον. 8. Att. 1. Nec sum miratus, eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. 3. de Fin. 18. Jam membrorum, id est, partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes, &c. alia nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni. Par. 1. Qui hæc commutabilia pecuniæ membra solo verbo Bona putaverunt appellanda. Orat. 211. et 223. Quæ Græci κόμματα et κῶλα nominant, nos recte incisa et membra dicimus. 4. ad Her. 27. Membrum orationis quid sit. De Clar. 162. In membra quædam, quæ Græci κῶλα vocant, dispertiebat orationem libentius. 3. de Orat. 188. Sæpe carpenda membris minutioribus oratio est. *Ibid*. Oratio articulis membrisque distincta. Orat. 223. Ex duobus versibus, id est, membris perfecta comprehensio est. 1. de Nat. 9. Omnes partes atque membra Philosophiæ. Orat. 74. Causæ, earumque quasi membra. Hortens. Aut ejus partes, quasi membra quædam, cædendæ.

Adjunct. *Commutabile, imbecillum et commutabile, humanum, minutius, proximum, tenuissimum, tumidum, turgidum.*

Syntaxis. *Partes et membra Philosophiæ. Causarum membra. Membrum orationis. Dispertire orationem in membra. Carpere orationem membris minutioribus. Orationem articulis membrisque distinguere. Ex duobus membris perfecta comprehensio.*

Memini, isti, *memoria teneo, memoria repeto, commemoro*, μνημονεύω. Ver. 4. 32. Memini, Pamphilum hospitem meum mihi narrare, se, &c. 8. Att. 11. Memini, tibi librum afferri a Demetrio Magnete. Pro Plan. 101. Memini enim, memini, nec unquam obliviscar noctis illius. 1. Fa. 9. Non potui magis oblivisci temporum meorum, et meminisse actionum. 2. A. 91. Meministi ipse de exulibus, scis de immunitate quid dixeris. Pro Pom. 47. De felicitate, quam præstare de seipso nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus. 1. de Leg. 14. Ego memini, summos fuisse in civitate nostra viros, qui, &c. Pro S. R. 122. et 1. Fa. 9. Meministi, me ita distribuisse causam, &c. De Somn. 1. Omnia alicujus dicta et facta

meminisse. 3. Fa. 8. Dixi, me non meminisse ullum tempus laudandi, aut locum dari. *id est, datum esse*. Pro Pl. 80. Qui patriæ beneficia meminerunt. 15. Att. 26. Sed de Erote meminero, et de omnibus. 3. de Orat. 192. Antipater ille, quem tu probe meministi. 2. de Fin. 63. Balbus fuit Lanuvinus, quem meminisse tu non potes. Pro Mur. 42. Cui placet, obliviscitur: cui dolet, meminit. 8. Att. 23. Sed memento, præter Appium neminem esse, &c. 15. 25. Varroni memineris excusare tarditatem litterarum mearum. 5. de Fin. 3. Vivorum memini, nec mortuorum oblivisci possum. 4. Acad. 106. Omnia meminit Styron Epicuri dogmata. 10. Fa. 12. Meminisse mandata. 6. 3. De illo ne meminisse quidem volo. 2. 1. Te rogo, ut memineris, quantæcunque, &c. 9. Att. 6. Causa igitur non bona est? imo optima, sed agetur (memento) fœdissime. *Ibid*. 11. Quin ea ipsa, quæ a te commemorantur, non memini.

Adverb. *Diligentissime, grate, jucunde, suaviter, melius, omnino, præclare, probe, recte.*

Syntaxis. *Memini hanc rem, hujus rei, de hac re. Meminisse et commemorare. Meminisse mandata.*

Memor, oris, *non oblitus*, μνήμων. 1. Fa. 7. Qui non tam memores essent virtutis tuæ, quam laudis inimici. *Ibid*. 9. Ut officium meum, memoremque in benemeritos animum præstarem. 1. de Leg. 22. Homo animal acutum, memor, &c. 2. de Orat. 140. Diligens, memor, sobrius. Orat. 3. 192. Homo ingeniosus ac memor. 13. Fa. 25. et 2. cont. Rull. 21. Memor et gratus. 7. Att. 3. Custos urbis me præclaræ inscriptionis memorem esse cogeret. De Clar. 302. Memor et quæ dicta contra, quæque ipse dixisset.

Memorabilis, le, *memorandus, memoria dignus, commemorabilis*, μνημονευτός, ἀξιόλογος. De Clar. 49. Multa jam memorabilia in domesticis et in bellicis rebus effecerat. Ad Brut. 7. Res a te gesta memorabilis, et pene cœlestis. 15. A. 44. Cujus memorabilis et divina virtus lucem affert reipub. De Ami. 4. Familiaritas C. Lælii et P. Scipionis maxime memorabilis fuit. 1. de Legib. 8. Incurret enim in illum memorabilem annum suum.

Syntaxis. *Animum in benemeritos memorem præstare. Ingeniosus ac memor. Memor quæ dixerim. Res memorabilis et pæne cœlestis. Memorabile ac divinum. Annus memorabilis.*

Memoria, æ, *facultas animæ rerum perceptarum custos*, μνεία, μνημεία, τὸ μνημεῖον. 1. de Inven. 9. Memoria est firma animi rerum et verborum ad inventionem perceptio. 2. 160. Memoria est, per quam animus repetit ea, quæ fuerunt. 1. de Orat. 18. Memoria thesaurus omnium rerum: quæ nisi custos inventis excogitatisque rebus et verbis adhibeatur, intelligemus, omnia etiamsi præclara fuerint, in oratore peritura. De Cl. 301. Hortensius tanta memoria fuit, ut, quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet. De Sene. 21. Nec sepulchra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. *Ibid*. Sepulchris legendis redeo in memoriam mortuorum. De Senect. 38. Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro vesperi. De Senec. 78. Memoria præteritorum, futurorum providentia. 3. C. 13. Et quoniam nondum est perscriptum Senatusc., ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus censuerit, exponam. 3. ad Her. 27. Memoria thesaurus rerum inventarum, et custos. 2. de Orat. 36. Historia vita memoriæ. Part. 26. Memoria est gemina litteraturæ quodammmodo, &c. 2. de Orat. 351. Simonides Chius primus artem memoriæ protulisse fertur. 1. Tusc. 57. Habet primum animus memoriam, et eam quidem infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem esse vult superioris vitæ.

Recordatio. 1. de Orat. 4. Mihi repetenda est veteris cujusdam memoriæ non satis explicata recordatio. De Cl. 9. Quorum memoria et recordatio mihi jucunda sane fuit. Pro Flac. 60. Revocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam. Pro Sull. 37. Antonii commemoratio memoriam Sullæ retulit. Pro Arch. 1. Pueritiæ memoriam recordari ultimam. *Ibid*. 8. De hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare. 1. de Divin. 12. Nihil est, quod non longinquitas temporum, excipiente memoria prodendisque monumentis, efficere possit. 2. de Orat. 8. Deberi hoc a me tantis hominum ingeniis putavi, ut, cum etiam nunc vivam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, si possem. *Ibid*. 52. Cujus rei memoriæque publicæ retinendæ causa Pon. Max. annales scribebat. 2. de Orat. 122. Nihil unquam audivi, quod non in memoria mea penitus insederit. *Themistoclis dictum*. Brut. 14. Liber quo iste omnem rerum memoriam breviter complexus est. *Ibid*. 19. Ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impelli. 3. de Leg. 24. Nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos. Pro Deiot. 20. Repetere memoriam præteriti temporis. 5. de Fin. 2. Cujus etiam illi hortuli non memoriam solum mihi afferunt, sed, &c. Pro Dom. 112. Monumentum quod positum est, ut esset indicium oppressi Senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis. 1. de Orat. 113. Motus animi celeres, et ad memoriam firmi atque diuturni. *Ibid*. 96. Aliquid ex sermone alicujus memoria dignum excipere. 2. de Inv. 4. Viri nomine et memoria digni. 1. de Orat. 127. Aliquid animo percipere, et memoria custodire. Pro Clu. 140. Perinde quasi id hominum memoria non comprehendatur. 1. de Orat. 154. Legere aliquam orationem ad eum finem, quem memoria possis comprehendere. Div. 39. Memoria complecti aliqua. 13. Att. 31. Ut mea memoria est. 3. ad Her. 18. Nuper-

rime dictum facile memoriæ mandatur. Pro Quint. 24. Quæso eum diem memoriæ mandetis. 6. Fam. 13. Quare mihi crede, et memoriæ manda. 1. 9. Quid sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. 1. de Inv. 98. Ita in memoriam redibit auditor. Ver. 1. 120. Quæso redite in memoriam, quæ libido istius fuerit, &c. 2. de Nat. 104. Multa carmina ex iis memoria teneo. 13. A. 3. Tenete vestra memoria, quod sæpe ostenditis, &c. 7. Fa. 3. Quin etiam ipsum diem memoria teneo. Pro Pomp. 19. Pro Sex. Rosc. 35. Retinere memoria aliquid. 3. de Fin. 9. Retinere memoriam alicujus. 1. de Orat. 142. Memoria sepire res inventas. De Cl. 38. Ut memoriam concinnitatis suæ relinqueret. 2. de Inv. 3. Earum nomina multi Poetæ memoriæ tradiderunt, vel prodiderunt. 8. Fam. 3. Prodere memoriam alicujus rei posteris. 5. 16. Prodere aliquid memoriæ, aut litteris. 6. 12. Conservare memoriam beneficiorum acceptorum. 3. ad Her. 29. Habere memoriam alicujus rei. 1. de Inv. 98. Reducere in memoriam. *Ibid.* 100. Renovare memoriam. *Ibid.* 99. Memoria auditoris de confirmatione redintegrabitur. 3. ad Her. 4. Habere memoriam alicujus rei præsentem, vel auditam. 11. Fa. 27. Quantum memoria repetere præterita possum. 5. 16. Repetere memoria eventus aliorum. 1. de Orat. 1. Repetere memoria res antiquas. 8. Fa. 1. Dare operam memoriæ alicujus. 4. Att. 15. Sed tamen habet ædilitas ejus memoriam non ingratam. Postq. in Sen. 5. Cn. Pompeius omnium seculorum, omnis memoriæ facile princeps. 2. A. 32. Quæ res unquam erit commendatior hominum memoriæ sempiternæ? De Arusp. 37. Quod sacrificium nemo, ante P. Clodium, omni memoria violavit, nemo unquam adiit. Pro Dom. 147. Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis et memoriæ nostræ relinquemus. 3. Off. 5. Cratippus noster, princeps hujus memoriæ Philosophorum. Pro Corn. 29. Multi etiam superiori memoria. Pro Sest. 33. Consules non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendi. *Ibid.* 36. Tanta multitudo, quanta mea memoria nunquam ullo in judicio fuit. In Vatin. 33. Quod in hac Repub. non modo factum ante nunquam est, sed in omni memoria est omnino inauditum. 1. de Invent. 1. Res ab nostra memoria propter vetustatem remotæ. 5. Fam. 8. Ea sint evulsa ex omni memoria vitaque nostra. 2. de Div. 146. Quomodo hæc infinita aut memoria complecti, aut observando notare possumus? Para. 3. Istum doctum virum fuisse memoriæ traditum est. Pro Mur. 59. Nam hoc memoriæ traditum est. 3. de Orat. 14. Prodere memoriæ sermonem alicujus. 1. 181. Quia memoriæ sic esset proditum. *Ibid.* 83. Quid, quod usu patrum memoria venit? Pro Syl. 18. Ex memoria deponere insidias factas. Pro Qu. 57. In memoriam rediit Quintius, quo die, &c. Pro Sull. 34. P. Sullæ nomen in memoria Cassio non fuit. Postq. ad Quir. 1. Ut aliquando vos memoria mei desideriumque teneret. 13. A. 40. Quem ego injustum, &c. tradam hominum memoriæ sempiternæ. De Sen. 19. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. Pro Rab. 15. Iste omnes verborum acerbitates non ex memoria vestra patrumque vestrorum, sed ex annalium monumentis ac regum commentariis conquisivit. Pro Font. 33. Quod sæpe et nostra, et patrum memoria usuvenit. Postq. ad Quir. 7. C. Marius nostra patrumque memoria subiit indignissimam fortunam. Pro Rab. 25. Causam suscepi antiquiorem memoria tua. 1. C. 16. Hoc post hominum memoriam contigit nemini. Ver. 3. 44. Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit. 11. Fa. 5. Res post hominum memoriam maxima. 1. de Orat. 16. Quis non jure miretur, ex omni memoria ætatum, temporum, civitatum, tam exiguum numerum Oratorum inveniri? Pro Pomp. 54. Rhodiorum usque ad nostram memoriam gloria remansit. Ad Brut. 15. Omnia bella, quæ memoria nostra fuerunt. Pro Font. 2. et 2. Tusc. 9. Nostra autem memoria Philo &c. 2. con. Rull. 3. Perlongo intervallo prope memoriæ temporumque nostrorum. 2. Fa. 1. Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio. 6. 17. Quare grata mihi est et memoria tua nostræ conjunctionis, et ejus etiam augendæ voluntas. 2. de Finib. 98. Rationes tuas te video compensare cum istis doloribus, non memoriam corpore perceptarum voluptatum. Pro M. Scau. Unus ex omni memoria sceleratissimus. Frag. epist. Promissa tua memoria teneas. Oec. 1. Quia partis opibus æque fuit opus memoria et diligentia, non minorem fœminæ quam viro earum tribuit possessionem natura. 1. de Fin. 57. Stulti malorum memoria torquentur.

Monumentum. 9. Att. 10. Ut gratus plus denique esse in maximi beneficii memoria possim. De Clar. 144. Sed ordinem sequens in memoriam et notam æqualem necessario incurro. 1. Qu. Fratr. Amplissimis monumentis consecrare memoriam nominis sui. De Ami. 38. Sed loquor de iis, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. Pro Dom. 44. Hoc est maxime insigne ad memoriam crudelitatis, &c. 1. de Orat. 129. Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam id, in quo aliquid offenderis. Pro Dom. 87. Hujus viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagavit. De Cl. 214. Nullam memoriam antiquitatis collegerat. Frag. epist. Monumentum ad memoriam spectare debet posteritatis.

Nomen, fama. 3. de N. 50. Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. 1. Fa. 7. Magna memoria Consulatus tui. Pro M. Scau. Ut M. Æmilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria,

cum avi gloria, sordidissimæ genti condonetur.

Adjuncta. *Acerba, acris, hebes, immortalis, naturalis, nimis necessaria, viva, æqualis, æterna, altior, bona, melior, brevis, aut nulla, clara, communis, digna, divina, jucunda, nota, et æqualis, summa, diuturna, fidelis, germana, grata, gratissima, gravissima, infinita, ingratissima, non ingrata, insignis, jucunda, diuturnaque, quam jucundissima, major, præstantior, mira, multa, nimia, præterita, publica, recens, recentior et conjunctior, sempiterna, singularis, suavis, superior, vetus, ultima.*

Syntaxis. *Vir nomine et memoria dignus. Monumentum ad memoriam gloriæ sempiternam. Memoriam servare inviolate, pieque. Nullus in omni memoria perniciosus tribunus. Memoriam repetere, prodere, afferre, referre. Memoria tenere, custodire, percipere, retinere, comprehende, re complecti, repetere. Mandare, tradere memoriæ. In memoriam reducere, redigere. Propagare aliquid memoriæ, vel ad memoriam. Memoriam sui relinquere. Memoriæ tradere, prodere. Memoriam habere, renovare, conservare, redintegrare. Omnis memoriæ Princeps. Ex omni ætatum memoria perpauci sunt viri boni. Usque ad nostram memoriam. Memoria nostra antiquius, prius. Memoria patrum, et nostra facta bella. Longo nostræ memoriæ temporumque intervallo. Memoriam perdere. In memoriam redire alicujus rei. Ut mea memoria est. In memoriam incurrere alicujus. Memoriam amplissimis consecrare monumentis. Hoc est maxime insigne ad memoriam pietatis. Colligere memoriam antiquitatis. Divinis honoribus memoriam alicujus consecrare. Memoria vacillare. Ex memoria exponere : id est,* memoriter. *Id penitus insedit in mea memoria.*

Memoriola, læ. 12. Att. 1. Memoriola vacillare.

Memoriter, *ex memoria, sine scripto, μνημονικῶς*. 1. de Nat. 92. Enumerasti memoriter Philosophorum sententias. 2. de Div. 14. In quo nostra quædam Aratea memoriter a te pronunciata sunt. 1. de Orat. 88. Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demosthenis. 3. ad Her. 30. De Am. 1. Is multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter et jucunde solebat. De Clar. 303. Rem memoriter complecti. 4. de Fin. 1. Næ tu ista posuisti tam multa memoriter. 4. Att. 3. Memoriter recitare.)(. *de scripto dicere.* In Vat. 10. Tum memoriter respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. 4. Acad. Oratio Luculli, quæ est habita memoriter, copiosa, &c.

Syntaxis. *Pronunciare aliquid memoriter, narrare, complecti, ponere, recitare. Memoriter respondere. Orationem habere memoriter. Enumerare memoriter sententias Philosophorum.*

Memoro, as, *commemoro, prosequor, ἀναμνάω, μνημονεύω*. Ver. 1. 122. In plebem vero Romanam utrum superbiam prius memorem, an crudelitatem? 1. de Leg. 7. Nam quid Accium memorem? qui, &c. 2. 61. Clarorum virorum laudes in concione memoranto, easque ad cantus et ad tibicinem prosequuntor. 2. de Fin. 15. Heraclius de natura nimis obscure memoravit.

Appello, dico. De Univ. 35. Oceanum Cœli Terræque filium memorant.

Mendacium, cii, *vanitas, falsitas, orationis vanitas, ἀνάπλασμα, ψεῦδος*. Ver. 4. 124. Nolo illos esse temeritati meæ et mendacio conscios. Pro Clu. 72. Homo qui esset totus ex fraude et mendacio compositus. 1. de Inven. 90. Falsum est, in quo perspicue mendacium est. *Ibid.* 4. Stare a mendacio contra verum. 4. Acad. 80. Opinionis hoc est mendacium, non oculorum. Pro Mur. 92. Improbi hominis est mendacio fallere. Pro Cl. 168. Magnum et impudens mendacium. Qui. de Pet. 37. Dicere mendacium alicui. 4. ad Her. 26. Ille sibi a mendacio non temperat.

Adjuncta. *Impudens, magnum atque impudens, modestum, sed non infacetum.*

Mendaciunculum, li, *ψευδολόγιον, ου*. 2. de Orat. 241. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Syntaxis. *Homo totus ex fraude et mendacio compositus. Stare a mendacio contra verum. Mendacio fallere. Dicere mendacium alicui. A mendacio sibi temperare. Mendaciunculis aspergere aliquid.*

Mendax, cis, *vanus, totus ex fraude et mendacio compositus, futilis, ψευδὴς, λογοποιός*. Pro Qu. R. 46. Nihil interest inter perjurum et mendacem: nam qui mentitur, pejerare consuevit. 3. Off. 91. et 2. de Orat. 51. Si, ut nosti, satis est non esse mendacem, &c. 2. de Div. 146. Mendaci homini ne verum quidem credere solemus. *Ibid.* 127. Falsis et mendacibus visis mentes mortalium concitare. 2. cont. Rullum. 94. Carthaginenses fraudulenti et mendaces.

Mendicitas, tis, *paupertas, πτωχεία*. 5. de Fin. 32. Cum mendicitatem multi perpetiantur, &c. Pro S. R. 86. Hic in summa mendicitate est. 4. C. 10. Ut omnes animi cruciatus et corporis egestas, et mendicitas consequatur. Pro Flac. 35. Potuit dare Servilius: nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. In Vat. 23. Qui in eo magistratu non modo emerseris ex mendicitate, sed, &c. 11. A. 4. Pastus mendicitatis. 5. 20. Hujus mendicitas, aviditate conjuncta, in fortunas nostras imminebat.

Mendiculus, li, *πτωχὸς, οῦ*. 2. C. 5. Exercitus collectus ex rusticis mendiculis. *rectius forte legas,* mediastinis. *Lege,* Exercitus.

Mendicus, a, um, *mendiculus, pauper, qui pedem in suo ponere non potest, ἀγύρτης, πτωχὸς, λιτός*. Pro Mur. 61. Sapientes, si mendicissimi sint, divites esse. 5. de Fin. 84. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest. 3. de Orator. 90. Instrumentum hoc forense exiguum sane atque mendicum est. 8. Att. 10. Ex mendicis fieri repente divites.

Mendose, *vitiose, ψευδῶς*. 3. Qu. Fr. 5.

Libri mendose et scribuntur et veneunt. 1. Att. 10. Ad IIII. Non. Decembris mendose fuisse animadverteram, 1. de Invent. 8. Ars mendose scripta.

Mendosus, a, um, *vitiosus*, πλημμελὴς, ἑος. De Clar. 62. Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. 2. de Orat. 83. In quo et deesse aliquam partem, et superare mendosum est.

Mendum, di, *vitium*, *erratum*, πλημμέλημα, σφάλμα. Ver. 2. 104. Quid fuit antea scriptum? quod mendum ista litura correxit? 13. Att. 23. Menda librariorum tolluntur. 6. Fam. 7. Nam cum mendum scripturæ litura tollatur, meus error exilio corrigitur. 2. Att. 7. Castritianum mendum nos corrigemus. 14. 24. Idus Martiæ magnum mendum continent.

Meneclius, a, um. De Clar. 326. Meneclium studium.

Menenii, *populi*. Ver. 3. 102.

Menelaus, lai. De Clar. 50. Menelaum ipsum dulcem quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem.

Menia, *columna Romæ fuit, ad quam servi fugitivi fures adligabantur: ut hodie quoque ubique fieri videmus in foro, infamiæ causa, furunculos ad columnam quandam vinciri: ea vero a Menio quodam, qui eam erexit, appellata est.* Div. 50. et pro Sest. 124.

Menon. *Platonis liber*. 1. Tusc. 57.

Mens, tis, *ratio*, *animi pars princeps*, *intelligentia*, νόος, νοῦς, διανοία, ας. 3. 10. Mens, cui regnum totius animi a natura tributum est. 5. de Fin. 24. Præstantia mentis, cui tota hominis natura paret. 9. Acad. 100. Mente moveri. 3. Off. 44. Mente nihil homini dedit Deus ipse divinius. 3. Att. 15. A mente deseri. 5. Fam. 2. Ab illa mente desisteret. Pro Quint. 4. et 3. P. 13. Mente bona audire, *id est*, *libenter*. 4. Acad. 53. et 1. Off. 94. Mente captus. 4. Acad. 31. Menti hominis veritatis luce nihil dulcius. 1. de Nat. 33. Menti tribuit omnem divinitatem Aristoteles. *Ibid*. Menti divinum principatum tribuit Theophrastus. 1. Acad. 30. Mentem solam censebant Academici idoneam, cui crederetur. 13. A. 24. Cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres. 1. de Nat. 25. Eam mentem deum esse dixit Thales Milesius, quæ ex aqua cuncta fingeret. 1. Qu. Fr. 4. Mentem exturbare. 2. de Natur. 29. Principatum in se habere naturam necesse est, ut in homine mentem, in belua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus. 3. Tuscul. 8. Mentem tranquillitate constantiaque vacuam Philosophi nominaverunt insaniam, propterea quod in animo perturbato, sicut in corpore, sanitas esse non possit. 1. Acad. 29. Mens mundi nonnunquam fortuna ab Academicis vocatur. *Ibid*. 30. Mens rerum judex. 1. Tuscul. 73. Quemadmodum qui acutis oculis deficientem solem intuentur, aspectum omnino amittunt: sic mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebescit. 2. de Nat. 45. Mentis aciem abducere a consuetudine oculorum. I. P. 48. Si tuæ mentis compos fuisses. 3. Att. 14. Mentis errore me ex dolore affici. 2. de Nat. 43. Putant aliquid interesse ad mentis intelligentiam, quo cibo utare. 1. 26. Mentis infinitæ modum et omnium rerum descriptionem vi ac ratione designari et confici primus voluit Anaxagoras. 5. Tusc. 66. Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione solertiæ. Som. 19. Mens cujusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest. 4. Acad. 31. Mens hominis ad rerum scientiam vitæque constantiam aptissima. *Ib*. Mens hominis usque eo Philosophiam ipsam corroborat, ut virtutem efficiat, ex qua re una vita omnis apta sit. 3. de Nat. 21. Comprehendere aliquid mente. 4. Acad. 14. Mente incitatus: *id est, quasi furens*. 1. de Div. 60. Ea pars animi, quæ mentis ac rationis particeps est. Pro Milon. Dii illum in eam mentem impulerunt, Dii illi mentem dederunt, Dii illi mentem injecerunt, ut conaretur, &c. 1. Off. 105. Hominis mens discendo alitur, et cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique et audiendi delectatione ducitur. Pro Mil. 85. Mens nostra, qua sapimus, qua providemus, qua hæc ipsa agimus ac dicimus, &c. 4. Acad. 30. Mens sensuum fons est. 5. de Fin. 36. Mens princeps animi pars est. 2. de Nat. 18. Mens, consilium, cogitatio, prudentia. Cat. 36. Mens atque animus, nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. 1. Tusc. 41. Horum igitur aliquid animus est, ne tam vegeta mens aut in corde, cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa jaceat. De Sen. 40. Homini sive natura sive Deus nihil mente præstabilius dedit. 1. de Nat. 39. Mens nostra cogitatione quidvis potest depingere. *Ibid*. Totius naturæ mens atque animus. Orat. 200. Mens, qua nihil est celerius. 4. Acad. 48. Mens movetur ipsa per sese. 1. 49. Mens intelligentiaque nostra infixa in eas imagines, &c. 4. Att. 2. Mentis sensus. 1. de Nat. 26. Aperta simplexque mens nulla re adjuncta fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur. De Sen. 72. Integra mente. 1. Tusc. 70. Mens divina in capite. Pro M. Scaur. Quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. Timæ. Ratione et mente divina ad originem temporis curriculum inventum est Solis et Lunæ. 2. de Fin. 45. Quod rationem habeant a natura datam, mentemque et acrem, et vigentem, celerrimeque multa simul agitantem, et, ut ita dicam, sagacem: quæ et causas rerum et consecutiones videat: et similitudines transferat: et disjuncta conjungat: et cum præsentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ consequentis statum.

Animus. 1. de Nat. 26. Mens cingitur

corpore externo. 4. Acad. 30. Mens naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus movetur. 1. Tusc. 80. Mens omni turbido motu semper vacat. *Ibid.* Secundum Platonem, qui perturbationes a mente procul semovet ac discludit. 4. Acad. 31. Mens sensibus utitur. 2. Fin. 45. Mens acris et vigens. 4. Att. 8. Mens addita videtur meis ædibus. 4. Acad. 30. Mens alia visa sic arripit, ut his statim utatur: aliqua sic recondit, e quibus memoria oritur: cætera autem similitudinibus constituit, ex quibus efficiuntur notitiæ rerum. 2. de Nat. 18. Mens aliqua est ex hominum solertia, et ea quidem acrior et divina. 1. Div. 128. Mens concitata. 4. Tusc. 53. Est igitur aliquid, quod conturbata mens melius facere possit, quam constans. 1. Acad. 26. Mentes singulares e cœlo: *hoc est, animi singulorum.* 1. de N. 121. Principia, mentesque, quæ sunt in universo. Pro Rab. 29. Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maxime quod optimi et sapientissimi cujusque animus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. 2. de Nat. 71. Mente et voce pura, integra, incorrupta deos venerari debeamus. 9. Att. 16. Mente sana scriptæ literæ. 3. de Nat. 21. Sevocare mentem ab oculis. 4. Tusc. 3. Mentem suam a cogitationum intentione, cantu, fidibusque ad tranquillitatem traducere. 5. Tusc. 70. Existit illa a Deo Delphis præcepta cognitio, ut ipsa se mens agnoscat, conjunctamque cum divina mente se sentiat. 2. Div. 117. Mens provida rerum futurarum. 1. 128. Mens soluta somno. Pro Rab. 30. Mentes sapientissimorum et fortissimorum civium, quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem sanctimoniamque demigrasse. Pro Mur. 1. Ut vestræ mentes atque sententiæ cum populi Rom. voluntate suffragiisque consentiant. 5. Tusc. 67. Nihil est in homine sagaci et bona mente melius.

Cogitatio. 1. 37. Mente complecti aliquid. *Ibid.* 46. Eadem mente res dissimillimas comprehendimus. 2. Qu. Frat. 3. Neque mente, neque lingua, neque ore consistere. 10. Famil. 5. Mente tota, omnique animi impetu in rempub. incumbas.

Consilium, sensus, propositum, voluntas, sententia. De Ar. 41. Ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad bonam mentem voluntatemque esse conversa. *Ibid.* 58. Senatus princeps salutis mentisque publicæ. 1. de Orat. 180. Ego autem defendebam hac eum mente fuisse, ut si, &c. 12. Fam. 14. Ea mente feci, ut, &c. 1. de Nat. 51. Sine aliqua mente natura mundum efficere non potuit. 4. Att. 3. Mentis meæ sensus, aut omnino vitæ status. I. P. 50. Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, diisque immortalibus eas, quæ gravissimæ sunt, furore atque insania penderet, ausus esset, &c. De Arusp. 58. Mens publica. 10. Fam. 24. Quæ mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria, &c. avocarint. Ver. 5. 28. Plerique fusi sine ulla mente ac sine ullo sensu jacebant. 1. de Natur. 4. Deorum mente ac ratione mundum administrari ac regi.

Ingenium, natura. 3. de Orat. 195. Mentibus nostris nihil magis cognatum, quam numeri atque voces. 5. Tusc. 68. Mentibus tardis virtus non facile committitur. Ver. 5. 35. O dii immortales, quid interest inter mentes hominum et cogitationes? Post red. in Senat. 9. Mens angusta, humilis, parva. 11. Fa. 1. Mente pessima et infidelissima esse. 5. Tusc. 78. Mentes imbutæ pravitatis erroribus.

Memoria. 2. de Nat. 168. Hæc mihi fere in mentem veniebant, quæ dicenda putarem de natura deorum. De Arusp. 55. Nisi existimatis, illi hanc eversionem civitatis in mentem subito nec cogitanti venire potuisse. 7. Fam. 3. Mihi solet in mentem venire illius temporis. Pro Quint. 6. Non minus sæpe mihi venit in mentem potestatis, quam æquitatis tuæ. 2. de Orat. 249. Ut, quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. Quin. de Pet. 41. Hæc mihi veniebant in mentem de duabus illis commotionibus. 12. Att. 36. Nunquam ea res mihi tam belle in mentem venire potuisset. 7. 13. Cum autem Dolabella venit in mentem, paulum respiro. Pro Font. 9. Non ei in Gallia primum venit in mentem, ut portorium vini institueret. 1. de Orat. 240. Quid tibi in mentem venit ita respondere? 2. de Div. 57. Quid in mentem venit Callistheni dicere, Deos, &c. De Clar. 22. Mihi in mentem venit vereri, ecquid nam, &c. 4. Fa. 13. Mihi in mentem venit optare. I. P. 46. Mihi non venerat in mentem, furorem et insaniam optare vobis. 4. Fam. 10. Venit mihi in mentem subvereri, ne, &c.

ADJUNCT. *Acrior, et divina, acrior, et ingens, sagax, æterna, constans, aperta, simplexque, pura, integra, incorrupta, sempiterna, optissima, fons sensuum, angusta, humilis, parva, bona, prava, conscelerata, ac nefaria, effrenata, atque præceps, liberalis, constantissima, nefaria, demens, recta, divina, atque æterna, domestica, et civilis, perfecta, tarda, infirma, furibunda, hostilis, humana, ignara, idonea, imbecilla, impia, improvida, infensa, et adversa, intima, libera, memor, provida, melior, optima, pessima, et infidelissima, præstantissima, pristina, sana, sanctissima, soluta, et libera, sentiens, et movens, tranquilla.*

SYNTAXIS. *Mente bona aliquid audire. Mente captus. Mentem exturbare. Mens principatum in homine habet. Mentis aciem abducere a consuetudine oculorum. Mentis compotem esse. Mens cujusque is est quisque. Comprehendere aliquid mente. Mente incitatus. Mentis ac rationis particeps. Dii me in hanc mentem impulerunt, hanc mihi mentem dederunt,* vel *injecerunt. Mens discendo alitur.*

Mens princeps animi pars. Mens atque animus extinguuntur senectute. Mens nostra cogitatione depingit. Mens movetur ipsa per sese. Mens cingitur corpore. Mente sana scribere. Sevocare mentem ab oculis. Mentem a cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Mente complecti aliquid. Non consistere mente. Mente tota omnique animi impetu in remp. incumbere. Ea mente id feci, ut &c. Mentis suæ esse, hoc est esse sanum. *Mente pessima et infidelissima esse. Mens imbuta pravitatis erroribus. Id mihi in mentem venit. Venit mihi Platonis in mentem. Solet mihi venire in mentem illius temporis. In mentem venit, respondere, &c.*

Mensa, æ, *τράπεζα.* Ver. 4. 37. Tu maximam et pulcherrimam mensam citream a Lutadio abstulisti. 5. Tusc. 51. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos jussit consistere. *Ibid.* Nec manum porrigebat in mensam. *Ibid.* 62. Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur. *Ibid.* 100. Mensæ Italicæ et Syracusanæ. 2. de Fin. 23. Asoti, qui in mensam vomant, et qui de conviviis auferantur. I. P. 67. Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida, et servi sordidati ministrant. *Ibid.* Mensam tolli jubet. 14. Att. 6. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa apud Vestorium. 5. 1. Cui tamen Quintus de mensa misit; illa rejecit. De Arusp. 57. Deorum ignes, solemnes mensæ, abditi ac penetrales foci. 3. de Nat. 84. Mensæ argenteæ in delubris. Ver. 4. 131. Mensæ Delphicæ e marmore. Pro Flac. 44. Si prætor dedit, a quæstore numeravit: quæstor a mensa publica: mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. I. P. 88. Quid stipendium militibus per omnes annos a civitatibus mensis palam propositis, numeratum? De Senect. 44. Senectus caret epulis, extructisque mensis, et frequentibus poculis. 2. de Leg. 66. Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum. Oecon. 1. Vasa quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent.

Adjuncta. *Argentea, extrema, extructa, hospitalis, maxima, et pulcherrima, publica, sana, secunda, solemnis.*

Mensarius, *trapezita, argentarius, τραπεζίτης.* Pro Flac. 44. Civitas in qua nummus moveri nullus potest sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus, quatuor mensariis.

Syntaxis. *Ad mensam servos consistere. Manum in mensam porrigere. Mensas cibis extruere. In mensam vomere. Mensam tollere. Hæc scripsi, apposita secunda mensa. Mensis palam propositis, pecuniam numerare. Senectus caret epulis extructisque mensis.*

Mensio, onis, *dimensio, mensura, μέτρησις, τὸ μέτρον, ου.* Orat. 177. Aures, vel animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem.

Mensis, sis, *cursus Lunæ, ὁ μὴν, μηνός.* 2. de Nat. 69. Lunæ cursus, qui, quia mensa spatia conficiunt, menses vocantur. 2. de Leg. 54. Sed mensem, credo, extremum anni, ut veteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur. 5. Fam. 6. Omnino res tota in mensem Januarium rejecta erat. 1. cont. Rull. 4. Auctio constituta in mensem Januarii. 1. Att. 1. Excurremus mense Septembri legati ad Pisonem. Pro Planc. 90. Ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commovi. 6. Att. 2. Non Maii in Ciliciam cogitabam: ibi cum Junium mensum consumpsissem, Quintilem in redita ponerem. 2. A. 100. O præclaram illam percursationem tuam mense Aprili, atque Maio. 13. Att. 5. Illam diem negabant esse mense Maio. Ver. 2. 128. Cephaledi mensis est certus, quo mense, &c. 3. de Nat. 56. Anni primus mensis apud Ægyptios Thoyt vocatur. De Un. 28. Mensis autem, quando luna, lustrato cursu suo, solem consecuta est.

Adjuncta. *Æstivus, hybernus, certus, intercalaris, longus, legitimus, longior, rigidissimus, unus, dimidiatusque, comitialis, dimidiatus, extremus, posterior, primus.*

Menstruus, a, um, *quod ad mensem durat, et singulis mensibus fit, ἐμμήνιος.* Pro Qu. R. 86. Adversaria sunt menstrua, tabulæ sunt æternæ. *Ibid.* Qui tabulas conficiunt menstruas, pene rationes in eas transferunt. 1. de Nat. 88. Solis annuam lustrationem menstruo spatio luna complet. 4. de Fin. 30. Si ei, qui jucunde vixerit annos decem, vita jucunda menstrua addatur. Ver. 3. 72. Menstrua cibaria. 2. de L. 45. In delubris communibus textile, nec operosius quam mulieris opus menstruum. 1. de Inv. 39. Cum alicujus annui, menstrui, diurni, nocturnive spatii certa significatione. Oec. 1. Quid menstruum esset, seposuimus.

Mensura, ræ, *modus, μέτρον.* De Clar. 15. Hesiodus eadem mensura reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. 1. Off. 41. Ea, quæ acceperis utenda, majore mensura, si modo possis, reddere jubet Hesiodus. 13. Att. 13. Orat. 67. Quidquid sub aurium mensuram aliquam cadit, numerus vocatur. De Univ. 28. Ut esset mensura quædam evidens, quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatesque declarat.

Adjunct. *Cumulatior, evidens, major.*

Mensus, a, um, *μεμετρημένος.* 2. de Nat. 69. Menses, quia mensa spatia conficiunt, nominantur.

Menta, æ, *herba nota, μίνθη.* 9. Fam. 22. Ruta et menta, recte utrumque. Volo mentam pusillam ita appellare, ut rutulam: non licet.

Mente captus, *delirus, παράφρων, ονος.* 3. C. 21. Hic quis potest esse tam aversus a vero, tam mente captus, qui, &c. I. P. 47. Vecors, furiosus, mente captus, tragico illo Oreste aut Athamante dementior. 1. Off. 94. Falli, errare, decipi, labi, tam dedecet, quam delirare et mente esse captum

Mentio, onis, *sermo, commemoratio, usurpatio, ἡ μνεία, ας, μνῆσις, εως.* Div. 50. Casu

in eorum mentionem incidi. 5. 165. Mentione atque usurpatione civitatis, mortis moram assequi. De Am. 3. Cum Scævola in eam mentionem incidisset. Pro S. R. 5. Ejus rei mentio facta non est. Pro Quint. 37. Doce aliquando mentionem fecisse. Pro Cæl. 60. Sed hæc facta illius clarissimi viri mentio mentem meam dolore impedivit. De Cl. 117. Et quoniam Stoicorum est facta mentio, &c. *Ibid.* 131. Non fecissem hominis pene infimi mentionem, nisi, &c. I. P. 23. Tu etiam facis mentionem consulatus tui? Pro Cl. 73. Pecuniæ mentionem quandam inter judices esse versatam. 3. de Leg. 14. Demetrius ille, de quo supra feci mentionem. 3. cont. Rull. 4. De quo apud vos ante feci mentionem. Postquam ad Quir. 9. Nunquam de C. Mario in Senatu mentio facta est. 2. Qu. Fr. 10. De te a Sipylo mentio est honorifica facta. 2. A. 39. Nunquam ab eo mentio de me nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii. 8. Fa. 4. Mentio facta est de legione ea, quæ, &c. *Ibid.* Sed non statim sub mentionem et convicium obtrectatorum. 5. Att. 9. Nec tui mentionem intermitti finimus. Ver. 2. 95. Pro S. R. 5.

Adjuncta. *Fatua, honorifica, honorifica et plena desiderii, indigna.*

Syntaxis. *In mentionem alicujus incidere. Mentionem rei cujusdam inter aliquos versari. Mentionem facere Cæsaris, et de Cæsare. Intermittere mentionem alicujus.*

Mentior, iris, *ementior, mendacium dico, temporis caussa fingo, ψεύδομαι, ψευδομυθῶ.* Pro Q. R. 46. Nam qui mentitur, pejerare consuevit. 2. de Nat. 15. In quibus rebus nihil unquam vetustas mentita sit. 4. Acad. 96. Si te mentiri dicis, verumque dicis, mentiris. 12. Att. 22. Mentiri in aliqua re. 3. de Nat. 14. Præsertim cum isti plurimis de rebus divinis mentiantur. 2. de Orat. 189. De me autem nihil est causæ, cur mentiar. 4. Acad. 13. Et de hoc quidem nihil mentiuntur. De Clar. 42. Concessum est Rhetoribus mentiri, ut, &c. Pro Cl. 62. Redargue me, si mentior. Pro Planc. 72. Me, quæ de Plancio dicerem, mentiri, et temporis causa fingere. 1. Qu. Fr. 1. 12. Natura, frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime. 1. Off. 150. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur.

Adverb. *Admodum, aperte, cupide, et libenter, gloriose, honestius, improbe, impudenter, impudentissime.*

Mentitio, onis, *a mentior, ut videtur: id est, mendacium, ἀνάπλασμα.* 3. ad Her. 3. Maturationes, mentitiones, &c. *Alii leg.* Mentiones.

Mentitus, a, um, *falsus, ἐψευσμένος.* 2. de Nat. 56. Quæ ordine et ratione vacant, ea mentita, et falsa, plenaque erroris sunt.

Syntaxis. *Mentior in hoc, de hoc, hoc in aliquem. Quæ ratione vacant, ea mentita et falsa plenaque erroris sunt.*

Mentor, oris. Ver. 4. 38. *Lege,* Toreuma. 9. Att. 7. Vellem habere Homeri illam Minervam simulatam Mentoris, cui dicerem, *μέντορ*, &c.

Mentum, ti, *pars subjecta ori, a gula eminens, in qua barba, ἀνθερεών.* 13. A. 24. Cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres. Ver. 4. 94. Rictus simulachri Herculis ac mentum paulo attritius. 2. de Orat. 266. Testius in dicendo mentum intorquens. I. P. 14. Altero ad mentum depresso supercilio. 1. Tusculan. 10. Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. 4. ad Her. 64. Hic, cui sane magna est in mento cicatrix. *Ibid.* Sinistra mentum sublevare.

Meracius, *ἀκρατέστερον.* 3. de Natur. 78. Vinum meracius sumere.

Mercator, oris, *negotiator, venalitius, mercaturam faciens, venditor et emptor.* Orat. 232. Divitiæ, quibus omnes Africanos multi venalitii mercatoresque superarunt. Postq. in Sen. 9. Mercatores provinciarum, ac venditores vestræ dignitatis. 1. Off. 150. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, ut statim vendant.

Mercandus, a, um. 9. Att. 4. Ego vero hæc officia mercanda vita puto.

Mercatura, æ, *nundinatio, negotiatio, ἐμπορία.* Ver. 5. 71. Alii a prædonibus erant capti cum mercaturas facerent. Parad. 6. Qui honeste rem quærunt mercaturis faciendis. 2. cont. Rul. 64. et 5. de Fin. 91. Quæstuosissima emendi et vendendi mercatura. 1. de Nat. 123. Non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. 1. Off. 151. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna et copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda. 3. 6. Ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus sis, inanem redire turpissimum est. *Alii leg.* Mercatum.

Adjuncta. *Magna et copiosa.*)(. *Sordida, tenuis, quæstuosa, quæstuosissima, turpissima.*

Mercatus, us, *nundinæ, emporium, conventus, πανήγυρις.* 2. A. 6. Cum domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia. 2. de Inv. 14. Quidam proficiscens ad mercatum quendam, et secum aliquantum nummorum ferens, &c. Ver. 2. 133. Tanto mercatu prætoris indicto concurritur undique ad istum Syracusas. 3. A. 30. Earumque rerum omnium Antonius domesticum mercatum instituit. 5. Tusc. 9. Pythagoras dixit similem sibi videri vitam hominum et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate: nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronæ peterent, alii emendi aut vendendi quæstu lucroque ducerentur, esset autem quoddam genus eorum, qui, &c. item nos &c.

Syntaxis. *Mercaturam facere. Emendi ac vendendi mercatura. Rem quærere merca-*

turis faciendis. *Tanquam ad mercaturam bonarum artium proficisci. Hic omnia turpissimo mercatu venalia sunt. Indicere mercatum, instituere, haberi.*

Mercedula, æ, τὸ μισθάριον, ου. 13. Att. 11. Constituere mercedulas prædiorum. 1. de Orat. 198. Homines mercedula adducti.

Mercenarius, a, um, *operarius conductus,* μισθαρνὴς, πυλάτης, πηλοφόρος.)(. *gratuitus.* 2. Off. 150. Illiberales et sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. 1. de Leg. 48. Quid liberalitas, gratuitane est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta. I. P. 49. Gabinius tribuit se mercenarium comitem regi. Pro Milo. 46. Trib. Pleb. Clodii mercenarius. 3. Fam. 11. De mercenariis testibus a suis civitatibus notandis, &c. Ver. 5. 58. Audite decretum mercenarii prætoris. Pro Cæc. 58. Si tuus servus nullus fuerit, et omnes alieni ac mercenarii. Pro Cluent. 163. Ennius egens quidam mercenarius Oppianici. 1. Off. 41. Uti servis, ut mercenariis, ad operam exigendam. Pro Sest. 82. Mercenarius meus. Ver. 1. 111. Caput mercenario procemio ornatum.

Merces, edis, *pensio, præmium, pretium, fructus,* μισθὸς, φόριον, ου. Pro Arch. 28. Virtus nullam aliam mercedem laborum periculorumque suorum desiderat, præter hanc laudis et gloriæ. 3. Fam. 10. Tribuere mercedem laborum alicui. 4. Acad. 98. Minam Diogenes reddet: hæc enim erat merces Dialecticorum. 2. de Orat. 210. Si quam gloriam peperit, ea non est æqua merces laboris et periculorum. Pro Dom. 23. Cum ab eo merces tui beneficii pretiumque provinciæ meo sanguine tibi esset persolutum. I. P. 30. Quorum mens erat oppressa præmio, lingua adstricta mercede. 1. de Div. 92. Ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis autoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum. Pro Mur. 67. Si mercede conducti obviam candidatis issent. Ver. 5. 49. Pretio atque mercede minuisti majestatem reipub. *Ibid.* 109. Ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. *Ibid.* 133. Mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas esse. Ad Brut. 17. Merces Antonii oppressi poscitur, in Antonii locum successio. Pro S. R. 80. Mihi videris, Eruci, una mercede duas res assequi velle. *Ibid.* Accusare eos, a quibus mercedem accepisti. 3. Q. Fr. 3. Magna nobis a te proposita merces est. *Ibid.* 1. Id me scis antea tibi esse pollicitum: quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? 2. de Fin. 99. Probitas præmiorum mercedibus evocata. *Ibid.* 85. Vides igitur, si amicitiam emolumento metiare, summas familiaritates prædiorum pretiosorum mercede superari. 2. Fam. 6. Numerare aliquid in loco mercedis, vel beneficii. 1. Att. 13. Noctes certarum mulierum pro mercedis cumulo fuerunt. Ver. 3. 76. Merces pretiumque impudentiæ. 1. 147. Quantam pauces operæ, et mercedes fabrorum tulerunt. 3. Tusc. 12. Nam istuc nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. 1. de Orat. 126. Summus ille doctor Apollonius cum mercede doceret, non patiebatur, &c. 1. Fam. 9. Tamen in molestia gaudeo, eandem fidem te cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoveram. 2. A. 8. Jam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta jam proferam, nihil sapere docuit. *Ibid.* 43. At quanta merces rhetori data? *Ibid.* Ut pro tanta mercede nihil sapere disceres. 12. Att. 31. Ut sumptus hujus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti et Aventini. 15. 17. Velim quæras ab Erote, ubi mercedes insularum? *Ibid.* 20. Mercedes dotalium prædiorum. Pro Dom. 29. Data est merces erroris mei magna. De Ami. 82. Ipse se quisque diligit, non ut aliquam a seipso mercedem exigat charitatis suæ, &c. 1. Off. 150. Est enim illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Ver. 3. 119. Ut si quis villicus eo fundo, cui H-S. dena merces esset, excisis arboribus ac venditis, &c. Con. C. Anton. Augere mercedes. Acad. Honestatem ipsam suo splendore in se animos ducere, nullo prorsus commodo extrinsecus posito, et quasi lenocinante mercede. 12. Att. 31. Majores sumptus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur.

Adjunct. *Æqua, certa, fallax, fucosa, iniqua, magna, parva, publica.*

Syntaxis. *Mercedem dare, constituere, tribuere, persolvere. Mercede lingua astricta, adducta. Mercede conductus. Accipere mercedem, proponere. Mercedis loco numerare. Merces ac pretium pietatis. Mercede docere. Magna mercede facere periculum. Agri merces annua.* id est, pensio.

Mercor, aris, *nundinor, emo,* ἐμπορεύω, ὠνέομαι. Ver. 2. 122. Ab isto et præco Senatorium ordinem pretio mercatus est, et pueri Senatorium nomen nundinati sunt. Pro Flac. 46. Is fundum Romæ mercatus est de pupillo. 7. Fam. 23. Si ea mercatus esses, quæ volueram. 1. Off. 150. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. Pro S. R. 133. Mercari aliquam rem magno pretio. Oecon. 2. Mercari villicum tanquam fabrum.

Mercurialis, le. 2. Q. Fr. 5. Capitolini et Mercuriales. *id est, sacerdotes, vel augures.*

Mercurius, rii, *Hermes,* ὁ Ἑρμῆς. 3. de Nat. 56. Mercurius unus Cœlo patre, Die matre natus. *et ibi de Mercuriis multa.* 2. 54. Infra hanc autem stella Mercurii est, ea στίλβων appellatur a Græcis, quæ anno fere vertente signiferum lustrat orbem, neque a Sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. De Un. 26. Lucifer et sancta Mercurii stella. De Som. 10. Mercurii cursus. 7. Fam. Mercurii

signum. De Som. 12. Mercurii et Veneris eadem vis.

Merens, tis. 5. A. 28. Honores bene de rep. meritorum et merentium.

Mereo, es, et Mereor, eris, *commereo, promereor, lucror, μισθοφορέω*. Div. 60. Injurias ferendo majorem laudem, quam ulciscendo merere. 1. de Orat. 232. Respondit se meruisse, ut maximis honoribus decoraretur. 2. C. 4. Si illum, ut erat meritus, morte mulctassem. 4. 3. Dii omnibus, pro eo ac merentur, gratiam referunt. 3. Q. Fr. 9. Ipsum, et ut rogas, amo, et ut meretur, et ut debeo. Ad Brut. 15. Ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna parentum pervenit. Pro S. R. 44. Alicui fructum, quem meruit, retribuere. 10. Fam. 17. Fac valeas, dignitatemque meam, si mereor, tuearis. 9. Att. 5. Hoc sæpe facturus sum, ita de me mereris. Pro Sest. 21. Mereri de aliquo. Ver. 3. 59. Male mereri de aliquo. De Am. 92. Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui, &c. Orat. 166. Eam, quam benemeritam esse autumas, dicis male mereri. 10. Att. 4. Cum cogito me de repub. meruisse optime. Postq. ad Quir. 22. Vobis, qui de me optime meriti estis, gratiam referam. 12. Fam. 12. Ac velim, ut de repub. meremus, sic felices simus. 13. 4. A te peto, ut ita de repub. mereare, ut, &c. Pro Font. 5. Optime de sociis meritum esse. De Clar. 254. Bene de aliquo meritum esse. 1. Fam. 9. Lætor te de me esse optime meritum. 3. de Leg. 32. Perniciose merentur de rep. vitiosi principes. 7. Att. 1. Pompeius erat de me optime meritus. 9. 6. Ita meruisse illum de me puto, ut *ἀχαριστίας* crimen subire non audeam. 2. A. 119. Opto, ut ita cuique eveniat, ut de repub. quisque mereatur. Pro Milon. 94. Stet hæc urbs præclara, quoquo modo merita de me erit.

Milito. Pro Cæl. 11. Mereri stipendia. Pro Mur. 11. Muræna adolescens, patre suo imperatore, meruit. Pro Rab. 21. P. Servilius, quo tu imperatore Labiene meruisti. Ver. 5. 160. Clamabat se meruisse cum L. Prælio. Pro Mur. Meruisse stipendia 12. in bello. 1. A. 20. Qui equo meruisset. 2. de Orat. 258. Asellus merens stipendia. Pro Q. R. 28. Nam illa membra mereri per se non amplius possunt duodecim æris. *Ibid.* 23. Roscius H-S. CCCLIII. merere et potuit et debuit. 1. de Nat. 67. Quid enim mereas, ut Epicurus esse desinas? 2. de Fin. 74. Quid enim mereri velis jam cum magistratum inieris? &c. quid mereris igitur, ut te dicas, &c. Ver. 4. 135. Quid arbitramini Rheginos merere velle, ut ab iis marmorea Venus illa auferatur?

Adverb. *Male, melius, optime, perniciosius, proxime.*

Syntaxis. *Respondit se meruisse, ut &c. Ut erat meritus. Dii omnibus, pro eo ac merentur, gratiam referunt. Mereri pœnam, fructum, laudem. Si mereor, si ita de te mereor. Male mereri de aliquo, bene, melius, optime. De me optime meritus. Ut de rep. meremus, sic, &c. Perniciose mereri de rep. Quoquo modo meritus de me es. Mereri*, et *merere stipendia*, vel absolute *mereri*, aut *merere*.

Meretricius, a, um, *ἑταιρικός*. Pro Cæl. 37. Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? *Ibid.* 1. Aliquem meretriciis opibus accusari. *Ibid.* 48. Meretricia vita, meretricius mos, meretricii amores. Ver. 3. 6. Meretricia disciplina. 2. A. 44. Meretricius quæstus.

Meretrix, cis, *scortum, lupa, mulier vulgata omnibus, πόρνη*. Pro Dom. 111. Tanagræa quædam meretrix fuisse dicitur. Pro Cæl. 49. Ut non solum meretrix, sed procax etiam videatur. *Ibid.* Lais et Citheris meretrices.

Meretricula, æ, *ἑταιρίδιον*. 1. de N. 94. Sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est. Ver. 3. 30. Non a patre ei traditi, sed a meretricula commendati.

Mergo, is, *immergo, βαπτίζω*. 2. de Nat. 124. Aves quæ se in mari mergunt, et emergunt. *Ibid.* 8. Mergere aliquem in aquam.

Mergor, geris. In Arat. - - *Mergitur unda Delphinus.*—

Meridianus, a, um, *δείλιος, μεσημβρινός*. 3. de Orat. 17. Omne illud meridianum tempus Crassum in attentissima cura posuisse.

Meridiatio, onis, *meridianus somnus, μεσημβρία*. 2. de Div. 142. Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam.

Meridies, ei, *media diei pars, μεσημβρία, τὸ μέσον τῆς ἡμέρας*. Orat. 157. Meridiem dixerunt, non medidiem: credo, quod erat insuavius. 2. Tusc. 9. Cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, post meridiem in Academiam descendimus. 4. Att. 3. Milo permansit ad meridiem. 13. 45. Hodie Antii, cras ante meridiem domi. 2. Q. Fr. 15. Ego eodem die post meridiem Vatinium aderam defensurus. 1. Att. 1. Si judicatum erit meridie non liquere.

Australis mundi regio. 2. de N. 50. Sol cursum inflectit tum ad Septentriones, tum ad meridiem. 1. de Div. 31. Qui ad meridiem spectans in vinea media dicitur constitisse. 5. de Leg. Sol paululum a meridie devexus videtur.

Syntaxis. *Ante, post meridiem, Ad meridiem manere. Ad meridiem spectare, cursum inflectere, esse devexum.*

Merito, Meritissimo, *jure, optimo jure, ἀξίως, εἰκότως, δικαίως, ἐνδίκως, κατ' ἀξίαν*. 1. Off. 111. Ver. 5. 171. Et merito et jure commovebamur. 1. de Orat. 234. Quem omnes amare meritissimo, pro ejus eximia suavitate, debemus. 3. C. 14. Deinde prætores merito ac jure laudantur.

Merito, as, *μισθοφορέω*. Ver. 3. 119. Ut si quis villicus ex eo fundo, qui H-S. dena

meritasset, excisis arboribus ac venditis, &c. domino XX. millia nummum pro X. miserit, &c. *Al. leg.* merces esset.

Meritorius, a, um, *impudicus*, μισθαρνητικός. 2. A. 105. Pueri ingenui cum meritoriis, scorta inter matresfamilias versabantur.

Meritum, ti, *promeritum, beneficium*, εὐεργέτημα, ἡ ἀξία, ας. 1. Fa. 8. Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. 1. 1. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, ut, &c. 3. A. 39. Ut pro tantis eorum in Remp. meritis honores eis habeantur, gratiæque referantur. Orat. 133. De suis in remp. meritis dicere. 11. Fa. 17. Magna ejus in me non dico officia, sed merita. 10. 24. Tu cujus ille tanta merita habet, quanta nemo præter me. De Ami. 26. Dare et recipere merita. 3. A. 14. Propter eorum divinum et immortale meritum. 3. C. 15. Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est. 3. A. 25. Meritoque vestro maximas gratias vobis omnes et agere et habere debemus. 4. Att. 11. Apud patronum te in maxima gratia posui, et hercule merito tuo feci. 14. Fa. 2. Pisonem nostrum merito ejus amo plurimum. Pro Sest. 39. C. Cæsar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat.

Adjunc. *Merita amplissima, egregia, præstantissima, divina, magna, præclara, divina immortaliaque, multa, præclaraque, immortalia, innumerabilia, magna atque incredibilia, majorá, maxima et pene immortalia, maxima et plurima, minora, multa, et magna, perpetua, singularia, summa.*

Meriturus, a, um. 1. Acad. 26. Tu vero bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus.

Meritus, a, um, *debitus, justus*, ἄξιος. 2. de Orat. 203. Aliquam iracundiam non injustam, sed meritam ac debitam fuisse defendere. 3. 14. Alicui debitam gratiam meritamque referre. Pro Mil. 86. Vobis ille seram quidem, sed justam et debitam pœnam persolvit. Pro Dom. 37. Imberbis adolescentulus, bene valens et meritus. 5. Tusc. 6. Philosophia optime de hominum est vita merita.

Adverb. *Bene, optime, præclare, divinitus, mirifice, male.*

Syntaxis. *Merito et jure. Jure et merito. Nullam partem tuorum meritorum referenda gratia consequi possum. Magnitudo tuorum erga me meritorum. Tanta ejus in remp. merita. Magna ejus in me non dico officia, sed merita potius. Merita habere, dare, recipere. Merito tuo id facio; gratias ago; te amo plurimum. Tu nullo meo merito a me alienus es. Debitam gratiam meritamque alicui referre.*

Merula, æ, *avis solitaria*, κόττυφος. 4. de Fin. 44. Evolare merulas.

Merus, a, um, *solus, purus, liquidus*, ἄκρατος, ἀμικτος. 1. Att. 15. Non homo, sed litus, atque aer et solitudo mera. 4. Att. 7. Cherippus mera monstra nunciarat. 9. 15. Dolabella suis litteris merum bellum loquitur. 6. 3. Meræ nugæ. 9. 12. Meræ proscriptiones. 3. de Nat. 94. Vehementius invectus es in meram Stoicorum rationem. *Alii leg.* In eam.

Merx, cis, *res venalis*, τὸ ὤνιον. Pro Pomp. 15. Insula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant. In Vat. 12. Cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares. Pro Rab. 39. Fallaces et fucosæ merces chartis et linteis et vitro delatæ. 2. de In. 154. Ille, cujus merces erant, in gladium incubuit.

Mesopotamia, miæ. 2. de Na. 13. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehit.

Messana, *civitas*. Ver. 1. 27.

Messis, sis, ἄμητος. 1. de Orat. 249. Nemo ignorat, quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium. 5. Att. 21. Fames tum erat in hac mea Asia: messis enim nulla fuerat. Ver. 3. 125. Semente prohibita, et messe amissa. Parad. 6. Qui cædes municipiorum, qui illam Sullani temporis messem recordaretur.

Messor, oris, θεριστής. 3. de Orat. 43. Non mihi Oratores antiquos, sed messores videris imitari.

Messorius, a, um, θεριστικὸς, κὴ, κόν. Pro Sest. 82. Gracchus messoria se corbe contexit.

Met, *particula*. Pro Mar. 13. Cæsar memet tibi reddidit. 3. de Orat. 71. Non de memet ipso, sed de Oratore dico. *Ibid.* 29. Quanquam memet mei pœnitet. 2. cont. Rull. 2. Memet ipsum. Pro Cæl. 25. Propterea quod egomet, &c. 1. Att. 5. Nobismetipsis tum denique, cum illo venimus, placemus. 2. de Na. 58. Ut nosmetipsi qui animis movemur et sensibus. 3. 47. Nobismetipsis.

Meta, tæ, *conus, terminus*, κῶνος, τὸ τέρμα. 2. de Div. 17. Umbra terræ, quæ est meta noctis. Pro Cæl. 75. In hoc flexu quasi ætatis, fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia nova mulieris, &c.

Metapontum, *Italiæ oppidum*. 5. de Fin. 4.

Metator, oris, διατάκτης. 11. A. 12. Saxa castrorum antea metator, nunc, ut, sperat, urbis. 14. 10. Saxa peritus metator et callidus urbem jam. decempeda sua diviserat. *Lege*, Decempedator.

Metellinus, a, um. 1. Att. 10. Oratio Metellina.

Metellus, li, *Cæciliæ gentis Romæ fuit cognomen*. 2. de Nat. 165. Metellus primo bello Punico. 1. Tusc. 85. Metellus ille honoratus quatuor filiis. *ubi Metelli et Priami comparatio*. Pro Arch. 26. Quid? a Qu. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucullos impetravisset? *Archias*. Pro Sext. 130. Ut etiam Qu. Metellus Cos. qui mihi

vel maxime ex magnis contentionibus Reipub. fuisset inimicus, de mea salute retulerit. Pro Planc. 69. Vidi Qu. Metellum Pium Cos. prætoriis comitiis, petente Q. Calidio, populo Romano supplicasse. 1. Tusc. 86. Metelli sperat sibi quisque fortunam. Att. lib. 4. ep. 3. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus quasi deviis currebat. *Ibid.* Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furiosissimæ Publii. Ep. lib. 5. ep. 2. *Multa de Q. Metelli Trib. pleb. injuriis in Ciceronem.* Ver. 4. 126. Metelli Porticus. Att. lib. 1. ep. 13. Tabulas Metelli Numidici, cum hæ (ut mos est) circumferrentur, nostri judices aspicere noluerunt. 3. de Nat. 81. Qu. Varius Metellum veneno sustulerat. Att. lib. 10. ep. 7. Qui (*Cæsar*) duarum rerum simulationem tam cito amiserit, mansuetudinis in Metello, divitiarum in ærario. In Pis. Qu. Metellus, &c. designatus Cos. cum quidem Trib. pleb. suo auxilio magnos ludos contra S. C. facere jussisset, fieri vetuit, atque id quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Pro Cluent. 119. L. Metellus Cn. Domitius Censores. *De Q. Metello multis in locis multa Cicero.* De Prov. Cons. 20. C. Mario inimici omnes Metelli. Act. 1. Ver. 29. Metelli fato consules facti.

Metendus, a, um. 3. Tuscul. 59. Vita omnibus metenda, ut fruges. *Poetæ.*

Methymnæus. 2. 67. Arion Methymnæus.

Metiendus, a, um, *mensurandus, μετρητέος.* 5. 49. Obscœnas voluptates non genere, aut loco, aut ordine, sed forma, ætate, et figura metiendas putant. Parad. 3. Nec enim peccata rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt. Orat. 194. Pedes non syllabis, sed intervallis metiendos esse.

Metior, iris, *dimetior, permetior, pondero, definio, dirigo, describo, norma, regula, ἀπομετρέω, διαμετρέω, μετρέω.* Ver. 3. 192. Coge, ut ad aquam tibi Ennenses frumentum metiantur. 9. Fa. 17. Veientem agrum metiuntur. 1. de Natur. 21. Æternitas, quam nulla temporis circumscriptio metitur. 1. Off. 154. Etiamsi metiri se mundi magnitudinem posse putet. 4. Acad. 128. Nec affirmabunt signum illud, si mensi erunt, sex pedum esse. Ver. 3. 197. Metiri numos. *id est, numerare.* 1. Tuscul. 90. Patriæ charitatem non sensu nostro, sed salute ipsius patriæ metiri. 2. de Finib. 85. Metiri amicitiam sua ipsius amicitiæ charitate. 7. Famil. 12. 3. de Orat. 59. et 2. de Finib. 56. Metiri omnia sua voluptate. 12. A. 31. Totum hujusce rei consilium non periculo meo, sed utilitate reip. metiar. 1. de Orat. 7. Clarorum hominum scientiam rerum gestarum magnitudine metiri. 8. Att. 16. Ego qui omnia officio metior. 2. de Orat. 335. Pecuniæ fructum utilitate metimur. 10. Famil. 4. Fidelitas, quam ego ex mea conscientia metior. 3. Qu. Fr. 1. Sese autem mensum pedibus aiebat passuum IIII. M. *Ibid.* Sum ipse mensus ab eo ponticulo, qui, &c. 1. Off. 5. Qui summum bonum suis commodis, non honestate metitur. *Ibid.* 110. Studia nostra naturæ regula metiamur. 3. *Ibid.* 18. Qui omnia metiuntur emolumentis et commodis. 3. de Orat. 183. Quod metiri possumus intervallis æqualibus. Para. 6. Ex eo quantum cuique sat est, metiuntur homines divitiarum modum. 2. A. 111. Tu omnia quæstu tuo, non Cæsaris dignitate metiris. De Ami. 21. Jam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur, nec metiamur eam, ut quidam indocti, verborum magnificentia. Or. 227. Sonantia omnia, quæ metiri auribus possumus. 8. Fam. 6. Curio legem viariam et alimentariam, quas lubet ædiles metiri, jactavit. De Opt. 10. Vim eloquentiæ non rei natura, sed facultate metiri. Orat. 23. Eloquentiamque ipsius viribus, non imbecillitate sua metiantur. De Senect. 45. Neque enim ipsorum conviviorum delectationes corporis voluptatibus magis, quam cœtu amicorum et sermonibus metiebar. I. P. 68. Epicurei res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiuntur.

Adverb. *Omnino, populariter, recte.*

Syntaxis. *Patriæ caritatem non sensu nostro, sed ipsius patriæ salute metiri. Metiri omnia voluptate, periculo suo, utilitate reip., officio, honestate, suis commodis. Fidelitatem ex sua conscientia metiri. Studia sua naturæ regula metiri. Metiri intervallis æqualibus. Omnia quæstu suo, non rerum ipsarum dignitate metiri. Metiri virtutem verborum magnificentia. Metiri auribus verba. Eloquentiam non rei natura et ipsius viribus, sed sua facultate metiri. Conviviorum delectationes non corporis voluptatibus, sed cœtu amicorum sermonibusque metiri.*

Meto, tis, *demeto, ἀμάω, δρέπω.* 2. de Orat. 261. Ut sementem feceris, ita metes.

Metor, aris, *ὁρίζω.* 10. Fa. 18. Sed certe nisi uno loco metaremur, magnum periculum ipse Lepidus, &c. adiret. *Alii leg.* hærerem: *Alii* me tenerem.

Metonymia, *figura, quæ et* Immutatio *et* Traductio *appellatur*. Lege, Hypallage.

Metuendus, a, um, *φοβητέος, α, ον.* De Arusp. 62. Quædam multæ metuendæque res. 1. Famil. 5. Quanquam omnia sunt metuenda, nihil magis quam perfidiam timemus. Pro C. Cornel. 2. O ingenia metuenda!

Metuo, tuis, *timeo, horreo, in metu sum, in metu pono, metum habeo, φοβέομαι, δείδω.* Pro S. R. 8. Supplicia, quæ a vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent. 10. Att. 4. Frater meus non tam de sua, quam de mea vita metuit. 7. 13. Metuere omnia ab aliquo. 5. Fa. 6. Metuere insidias ab aliquo. 2. ad Her. 28. Ab inimico sibi periculum metuebat.

Adverb. *Diligentius, magnopere, plane, valde.*

Metus, us, *timor, formido, suspicio, terror,*

pavor, exanimatio, φόβος, δέος. 4. Tuscul. 80. Metus est expectatio mali. 5. 52. Est enim metus, futuræ ægritudinis sollicita recordatio. *hic animadverte futuri recordationem*. 1. C. 18. Patria tota in metu est propter te unum. 4. Tusc. 64. Ægritudini finitimus est metus: est enim metus, ut ægritudo præsentis, sic ille futuri mali. Itaque nonnulli ægritudinis partem quandam metum esse dicebant; alii autem metum præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ. *Ibid*. 19. Sub metum subjecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido. 5. 41. Sine metu is habendus est, non qui parum metuit, sed qui omnino metu vacat. 2. Off. 93. Malus custos diuturnitatis metus. 3. Famil. 10. Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui. Pro Pomp. 14. Provincia a metu calamitatis est defendenda. 1. con. Rul. 23. Civitas soluta suspicione, suspensa metu. 8. Fa. 4. Incutere metum alicui. Ver. 2. 135. Afferre metum. 14. Att. 23. Quid autem absurdius hunc metuere, alterum in metu non ponere? *id est, alterum non metuere*. 1. de Orat. 121. Fractus et debilitatus metu. 5. de Fin. 31. Refugit sanguis metu. Pro Sest. 101. Quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit unquam de suo cursu, aut spe, aut metu dimovere. Oec. 1. Metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Hort. Exalbescere metu. 15. Fam. 1. Diffugiunt qui sunt, metu oblato. Ver. 2. 67. 5. *Ibid*. 24. 2. ad Q. Fratr. 1. Eo metu injecto, repente magna querimonia omnium discessimus. 2. Tusc. 10. Objiciebatur interdum animo metus quidam et dolor. Pro Mil. 65. Non poteram in illius mei patriæque custodis tanta suspicione non metu exanimari. Pro Cluent. 200. Qui nunc primum &c. erigere animum, et paullum respirare a metu cœpit. De Harusp. 48. Posteaquam respirare vos a metu cædis vidit, &c. 2. Tusc. 59. His levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis et gloria. Ver. 5. 130. Hunc ego si metum Siciliæ, damnatione istius, dejecero &c. 9. Fam. 16. Volo enim abstergere animi tui metum. *Ibid*. 14. Liberasti igitur et urbem periculo, et civitatem metu. 15. *Ibid*. 2. Reliquos metu liberaret. 1. Philip. 25. Vacui metu esse debemus.

Adjunct. *Amplior, non mediocris, communis, consularis, diurnus, et nocturnus, falsus, atque inanis, finitimus, permanens, subsequens, et quasi comes, inanis, magnus, major, novus, parvus, præcipuus, præsens, quotidianus, reliquus, temerarius, summus.*

Syntaxis. *De sua vita metuere. Metuere omnia ab aliquo. Metuere sibi periculum ab inimico. Sine metu esse. Metu vacare. Malus custos diuturnitatis metus. Metum habere. A metu aliquem defendere. Suspensum esse metu. Incutere alicui metum, afferre, offerre, injicere, objicere. Frangi et debilitari metu. Metu dimovere aliquem de suo cursu. Metu exanimari, a metu respirare. Metum levare, dejicere, abstergere. Metu liberare. Metu vacuus.*

Meus, a, um, ἐμός, ἐμὴ, ἐμόν. De Arusp. 40. Aruspicum verba sunt omnia, nihil addo de meo. De Fat. 3. Utriusque studii mea possessio est. 2. de Leg. 17. Quod quidem ego facerem, nisi plane esse vellem meus. Con. C. Anto. Meo maxime beneficio.

MI

Micans, tis, *vacillans, nutans*, στίλβων, ἀστράπτων, ἀστεράπτων. 1. de Div. 106.

—*Et varia graviter cervice micantem.*

Radians. 2. de N. 110. Stella micans radiis, &c. 1. de D. 18.

Concursusque gravis stellarum ardore micantis.

Mico, as, *vibro*, ἅπτω, vel ἄσσω. 2. de Nat. 24. Jam vero venæ et arteriæ micare non desinunt.

Digitis jactis ludo. 2. de Div. 85. Quid enim sors est? idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod tesseras. 3. Off. 77. Cum fidem alicujus bonitatemque laudent, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices.

Migratio, onis, *loci mutatio, discessus*, ἀνάστασις. 1. Tusc. 27. et 98. et Pro Cæl. 18. 9. Fa. 8. Mors est quasi migratio commutatioque vitæ.

Migratur. 1. Tusc. 97. Aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur.

Migro, as, *alio ad habitandum eo, solum verto vel muto*, ἀνοικίζομαι, ἀπωκίω, μετανάω. 14. Att. 9. Itaque non solum inquilini, sed mures etiam migraverunt. 7. Fa. 23. Ut migrare tantopere festines. 1. Tusc. 82. Video te alta spectare, et velle in cœlum migrare. 1. de Div. 8. Credo, ne communi jure migrare videatur. 2. de Leg. 55. Ex hac vita migrare. 1. de Fin. 62. Migrare de vita. De Som. 1. Antequam ex hac vita migro.

Negligo, transgredior, infringo. 1. Off. 31. Ut quæ pertinent et ad veritatem, et ad fidem, ea migrare interdum, et non servare, sit justum. 3. de Fin. 67. Qui jus conservat, justus: qui migrat, injustus est. 3. de Leg. 11. Quod quis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto.

Mihi. 1. de Orat. 174. Tu mihi cum in circulo decipiare adversarii stipulatiuncula, ego tibi ullam causam majorem committendam putem? Ver. 1. 82. Tu mihi, cum circumsessus a tam illustri civitate sis propter tuum scelus, &c. hic tibi perfugium speras futurum? 3. Tusc. 74. Hic mihi afferunt mediocritates, quæ, &c. 2. de Orat. 85. Sit enim mihi tinctus litteris, &c. De Arusp. 26. Is mihi etiam generis sui mentionem facit. I. P. 2. Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Ver. 1. 156. Is mihi etiam queritur. 2. 26. Tu mihi ita defendas? 1. A. 25. Quas tu mihi interces-

siones inquis? Pro Mur. 13. Tu mihi id arripis, quod, &c. 2. C. 4. Tongillum mihi eduxit, quem, &c. Pro Clu. 114. Quid mihi damnatos ambitus colligitis?

Miles, itis, *στρατιώτης, πολέμιος, ὁπλίτης, ου.* Pro Pomp. 28. Pompeius extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris. Pro Cornel. 47. C. Marius P. Africani discipulus ac miles. Pro Cluent. 128. Miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit. 3. Fa. 3. Sic intellexeram, permultos a te milites esse dimissos. Pro Cæcin. 61. Tanquam si arma militis inspiciunda sint. *Ibid.* 99. Jam populus cum eum vendidit, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed judicat, non esse eum liberum, qui, ut liber sit, adire periculum noluit. 11. A. 38. Tirones milites .X. *veterani milites.* 10. Fa. 32. Miles legionarius, et miles auxiliarius. Pro Fla. 8. Fortissimus miles. 7. A. 24. Qui vicinos suos cohortatus est, ut milites fierent. 8. 4. Ut milites fiant sine vi, sine tumultu, studio, et voluntate. Pro Deio. 28. Hic adolescens meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. Pro Mur. 30. Horridus miles amatur.

ADJUNCT. *Acer, bonus, ignarus, ac timidus, inexercitatus, prudens, legionarius, auxiliarius, crudelissimus, sanctissimus, firmus, fortissimus, gloriosus, gregarius, horridus, nocturnus, melior, optimus, paratissimus, perditus, perditus atque egens, tiro, veteranus, vetus.*

SYNTAXIS. *Militem esse alicujus. Africani discipulus ac miles. Milites dimittere. Militem fieri. Horridus miles amatur.*

Milesius, a, um. Pro Cluent. 32. Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, &c.

Miletus, *urbs.* Ver. 1. 87.

Militaris, re, *bellicus, castrensis, στρατιωτικός.* Pro Cæl. 11. Eadem erat, si mereri stipendia cœperamus, castrensis ratio et militaris. Pro Mur. 22. Rei militaris virtus præstat cæteris omnibus. 1. Off. 61. Statuas videmus ornatu fere militari. Pro Flac. Cum per leges militares effugere liceret iniquitatem tribuni. Pro Pomp. 28. Scientia rei militaris. 1. de Orat. 131. Rem militarem discere. Pro Mur. 11. Militaris labor. 9. Fa. 25. Pyrrhi et Cineæ libri de re militari. Pro Clu. 99. Tribuni militares. 2. C. 13. Signa militaria.

Militia, tiæ, *res militaris, bellum, στρατεία, et στρατιά.* Pro Pomp. 28. Pompeius ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est. 3. de Orat. 132. Illi et domi et militiæ fidem suam præstabant. 5. Tuscul. 55. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita. 1. Off. 86. Secundo aliquem obligare militiæ sacramento, quia priore amisso, jure pugnare cum hostibus non possit. 3. 97. Ulysses simulatione insaniæ militiam subterfugere voluit. Pro Mur. Militia urbana. Incer. Ad militiam euntibus dari solebant custodes, quibus primo anno regerentur.

ADJUNCT. *Communis, muliebris, prima, plena sollicitudinis, urbana, vetus.*

Milito, as, *mereo, stipendia mereor, stipendia in bello mereo, στρατεύω.* 1. Off. 36. Pompilius Imperator tenebat provinciam, in cujus exercitu Catonis filius tiro militabat.

SYNTAXIS. *Ratio militaris et castrensis. Res, ornatus, labor militaris. Discere rem militarem. Rei militaris virtus. In militiæ disciplinam proficisci. Domi et militiæ præclarus. Militiæ sacramento aliquem obligare. Ad militiam ire.*

Mille, *χίλιοι, χίλιαι, χίλια.* Ver. 3. 37. 201. Qui mille modium dedisset, H-S. VIII. millia dare coactus est. 7. Att. 14. Scutorum in ludo mille fuerunt. 4. 15. Septa cingemus excelsa porticu; ut mille passuum conficiatur. Pro R. P. 30. Mille talentum accessionem esse factam. 3. ad Her. 38. Imagines mille verborum. 13. Fa. 9. Mille equites via breviori præmissi. Pro Cl. 87. Quadraginta iratorum accessio millium quid valet? Pro Sext. 29. Edixitque ut abesset ab urbe millia passuum ducenta. Pro Quin. 78. Septingenta millia passuum. Ver. 3. 171. Sexaginta millia modium tritici. Pro Clu. 69. Sexaginta millia nummum. 1. de Na. 96. Sexcenta millia mundorum. Ver. 2. 53. Hæreditas H-S. quingentorum millium. 2. Off. 73. Non esse in civitate duo millia hominum, qui rem haberent. Pro R. P. 30. Undecim millia talentum ad Gabinium pervenerunt. Pro Dom. 56. Quid illa tot fortissimorum virorum millia? Pro Cluent. 74. et 82. H-S. quadraginta millia nummum in singulos judices distributa. 9. Att. 4. Hic numerus est hominum mille XXX. Ver. 3. 78. Coguntur dare tritici modios MMMDC. *Ibid.* 83. Tritici modios (*alii,* modium, *legunt*) quinque millia. Pro R. P. 36. Quibus superciliis renuentes huic decem millium crimini. Pro Clu. 22. Is filio XL. millia legavit. Pro Clu. 69. Sestertia (*alii,* Sestertium, *legunt*) sexcenta quadraginta millia. Pro R. P. 21. Qui vociferabare decem millia talenta Gabinio esse promissa. 10. Fa. 30. Nam ei obviam processeram millia passus (*alii,* passuum *legunt*) centum *Galbæ.* Ver. 2. 137. Hæc denaria XXXIX. millia. 6. A. 15. Quis unquam in illo Jano inventus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum? 14. 12. Si quis mille aut duo millia occidisset. Pro Milon. 53. Quo in fundo facile mille hominum versabatur. 3. Off. 92. An emat denario, quod sit mille denarium. Hortens. Quod fit post XII. millia nongentos quinquaginta quatuor annos.

Millesimus, a, um, *χιλιοστός.* De Fat. 13. Neque necesse fuit Cypsellum regnare Corinthi, quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset. 2. Att. 4. Millesima pars.

Milliare, ris, *milliarium, μιλιάριον.* 6. 1. Accepi litteras tuas ad quintum milliare Laodiceæ.

Milliarium, rii, *milliare, millium, mille passus.* De Cla. 54. Cum plebs prope ripam Anienis ad III. milliarium consedisset. 8.

Att. 5. Postea audivi a tertio milliario tum eum isse, &c. *Ibid.* 9. Si quidem etiam vos duos tales ad quintum milliarium.

Millies, χιλιάκις. 14. 9. Mori millies præstitit, quam hæc pati. 8. 11. Potius mori millies, quam istiusmodi quidquam cogitare. Pro Rab. 15. Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam, &c.

Millium, lii, *milliarium*, χιλιαῖον. 3. Att. 3. Rogatio confecta est, ut mihi ultra quadraginta millia liceat esse. Pro Cæc. 28. Is non ausus est dicere, quot millia fundus suus abesset ab urbe: nam cum dixisset minus abesse LIII., populus cum risu acclamavit, ipsa esse. Pro Cluen. 27. Thennum abest a Larino octodecim millia passuum. 16. Att. 7. Erat enim Brutus citra Veliam millia passuum III. 6. A. 5. Dum ne exercitum propius urbem Romam CC. mill. admoveret. 7. *Ibid.* 26.

Milonianus, a, um. Orat. 165. In Miloniana, &c.

Milvinus, a, um, ἰκτινικός. 1. Qu. Frat. 2. Licinius plagiarius cum suo pullo milvino.

Milvius. *Lege*, Mulvius.

Milvus, vi, *avis rapax, pullis gallinarum infesta*, ἰκτίν. 2. de N. 125. Milvo est quoddam bellum naturale cum corvo.

Milyades, *populi*. Ver. 1. 96.

Mima, æ, ἱεταιρίς. Ver. 3. 83. Tertiæ mimæ condonavit. 2. A. 58. Inter quos *lictores* aperta lectica mima portabatur. 13. A. 24. Cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres. 2. *Ibid.* 20. Uxor mima.

Mimas, antis. Incer. Erythræo oppido superpositum montem Mimanta.

Mimicus, a, um, *obscœnus*, ἑταιρικός, μιμικός. 2. de Orat. 239. Vitandum est utrumque Oratori, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. I. P. 55. Responsione mimica me lacessivit.

Mimula, æ, ἑταιρίς. Pro Planc. 30. Raptam esse mimulam. 2. A. 60. Venisti Brundusium in sinum quidem et complexum tuæ mimulæ.

Mimus, mi, *qui dicta factaque aliorum quadam cum lascivia et obscœnitate imitatur. Quod si quis idipsum versibus faciat, et is Poeta* mimus *erit, et versus quoque* mimi *dicentur*, μῖμος, ἑταιρίς. 2. de Orat. 242. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas. 2. de Orat. 259. Tutor mimus vetus, oppido ridiculus. Pro Cœl. 65. Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ: in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde scabilla concrepant, aulæum tollitur. 11. A. 13. Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. 2. A. 65. Persona de mimo modo egens, repente dives. Ver. 3. 78. Tertia Isidori mimi filia. 2. A. 101. Mimos dico in agro Campano collocatos.

Mina, æ, *libra æris est, et pondo apud Romanos. Nam hæc tria idem sunt. Continet autem mina drachmas centum, valet hodie aureis nummis decem*, μνᾶ. 2. Off. 56. Si emere aquæ sextarium mina cogetur, &c. 4. Acad. 98. Si recte conclusit, teneo: si vitiose, minam Diogeni reddet: ab eo enim Dialecticam didicerat: hæc autem erat merces Dialecticorum. 5. Tusc. 91. Quos cum tristiores vidisset, XXX. minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. 2. de Legib. 68. A Platone funerum sumptus præfinitur ex censibus, a minis quinque ad minam.

Minaciter, *minis, aspere*, ἀπειλητικῶς. 1. de Orat. 90. Adversarios minaciter terrere possumus. 11. Fa. 3. Minaciter agere. 5. A. 21. Num putatis, dixisse eum minacius quam facturum fuisse?

Minæ, arum, *minatio, comminatio, terror, terrores, terror verborum*, ἀπειλὴ, ἐπειλὴ, ἀπειλή.) (. *blanditiæ*. 2. Att. 19. Minæ, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. 1. de Orat. 247. Virtutem instituendo ac persuadendo, non minis et vi ac metu tradi. Pro Font. 24. Alicujus minis ac terrore commoveri. Pro Mur. 43. Accusandi terrores ac minæ. Pro Qu. 47. Minas jactare, pericula intendere, formidines opponere. 2. con. Rul. 40. Terrorem damnationis et minas, quanti volet, æstimabit. De Ar. 2. Is se e curia repente proripuit, cum quibusdam fractis jam atque manibus minis, et cum illius Pisoniani temporis Gabinianique terroribus. Pro Font. 23. Hi contra vagantur erecti passim toto foro cum quibusdam minis, et barbaro atque immani terrore. Pro Clu. 24. Clamore et minis aliquem insequi.

Minans, tis. 11. Fam. 3. Nulla minantis autoritas apud liberos est.

Minatio, onis, *comminatio*, ἀπείλησις. 2. de Orat. 288. Execrationes, admirationes, minationes.

Minax, cis, *horrificus*, ἀπειλητικός. 16. Fa. 11. et 11. 3. Cæsar minaces et acerbas litteras ad Senatum misit. Pro Font. 26. Induciomarus iste minax atque arrogans. 9. Att. Sermones minaces. 2. de Div. 85. Minacia somnia. *alias*, minantia.

Syntaxis. *Minas alicui proponere. Minæ tuæ modice me tangunt. Alicujus minis ac terrore commoveri. Accusandi terrores ac minæ. Minas jactare. Clamore et minis aliquem insequi. Minaciter agere. Dicere minacius, quam facere.*

Minerva, æ, *Pallas*, ἀθήνη. 2. de Natu. 67. Minerva autem dicta, quæ vel minueret, vel minaretur. 3. 59. Minervæ plures. *Ibid.* 53. Minerva, quam principem et inventricem belli ferunt. *Ibid.* 55. Ex Vulcano et Minerva Apollo natus. Pro Do. 92. 1. de Nat. 101. Minerva galeata. Pro Do. 144. Minerva custos urbis. Par. 1. Non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phidiæ. 12. Fa. 25. Causam tuam egi non invita Minerva: etenim eo ipso die Senatus decrevit, ut Minerva nostra custos urbis, quam turbo dejecerat, restitueretur. De Am. 19. Agamus igitur pingui Minerva, ut

aiunt. 1. Off. 110. Nihil decet invita, (ut aiunt) Minerva: *id est, adversante et repugnante natura.* 9. Fa. 18. 1. Acad. 18. Nam si non sua Minervam, (ut aiunt) tamen inepte quisque Minervam docet. 9. Att. 7. Hic ego vellem habere Homeri illam Minervam simulatam Mentoris. De Cl. 257. Minervæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ.

Adjuncta. *Custos urbis, galeata, inventrix quadrigarum, invita, pinguis, princeps, et inventrix belli.*

Minianus Jupiter. 9. Fa. 16.

Miniatulus, a, um. 16. Att. 11. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Miniatus, a, um, *ruber. hinc* Miniatulus, μιλτωτός. 15. Att. 15. His litteris scriptis me ad συντάξεις dedi: quæ quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint.

Minime, *minimum, minime omnium,* ἥκιστα, ἐλάχιστα. De Cl. 207. Sed mihi placebat Pomponius maxime, vel dicam minime displicebat. 1. de Fin. 3. Sic isti curiosi, quos offendit noster minime nobis jucundus labor. 1. Att. 14. Te alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. De Clar. 302. Minime vulgare genus dicendi. 1. de Orat. 112. Hoc ego præsente ineptus esse minime vellem. 3. Off. 39. Philosophi quidam minime mali illi quidem, sed non satis acuti. Pro S. R. 112. Hoc minime videtur grave iis, qui minime ipsi leves sunt. Ver. 4. 125. Vidi vos in hoc non minime commoveri. 2. de Orat. 322. Est id in totam orationem confundendum, nec minime in extremam.

Minimum, ἐλάχιστον. Orat. 91. Hoc in genere nervorum est vel minimum, suavitatis autem vel plurimum. 14. Att. 12. Nosque cum multæ litteræ, tum non minimum idus quoque Martiæ consolentur. 1. Fa. 9. Non præmiis, quæ apud me minimum valent.

Minimi facere, ἐλαχίστου ποιεῖν. De Finib. 42. Virtus voluptatem minimi facit.

Minimus, a, um, *tantulus, tenuissimus,* ἐλάχιστος, ἥκιστος, ὀλίγιστος. 3. Qu. Frat. 1. Omnia minima maxima ad Cæsarem mitti sciebam. 1. de Orat. 169. Aliquem in minimis tenuissimisque rebus labi. 2. Att. Ne minima quidem dubitatio, &c. 3. Off. 102. Primum minima de malis. 4. Fa. 9. At erat tuæ virtutis, in minimis tuas res ponere, de rep. vehementius laborare. 1. de Fin. 20. Ne illud quidem physici est, credere aliquid esse minimum. 1. Acad. 27. Nihil in rerum natura minimum, quod dividi nequeat. 3. Off. 3. Ex malis eligere minima oportet. De Fat. 22. Quum declinat atomus intervallo minimo, id appellat ἐλάχιστον. *sc. Epicurus. Ibid.* 46. Cur atomi minimo declinant intervallo? majore non? cur declinant uno minimo, non declinant duobus, aut tribus? 1. de Leg. 55. Hæc ne minimum quidem, utrum adsit, an absit, interest.

Minister, tri, et Ministra, æ, *administer, administrator, satelles, comes, famulus, servus,* ἀγγελιώτης, διάκονος, θεραπευτής, ὑπηρέτης. 1. de Orat. 253. Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis jurisperitos. *Ibid.* 198. Infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in judiciis Oratoribus. Pro Clu. 146. Legum ministri magistratus. 1. Fa. 9. Consules servi ac ministri seditionum. 2. 7. Minister consiliorum. Ver. 3. 21. Minister ac satelles cupiditatum. 1. de Orat. 75. Omnes artes ministræ ac comites Oratoris. Pro Cæl. 52. Huic tanto facinori tua domus popularis ministra esse non debuit. 1. Tusc. 75. Res familiaris ministra et famula corporis. 2. de Fin. 37. Tu virtutes voluptatum satellites et ministras esse voluisti. Pro Cl. 43. Martiales quidam Larini appellantur ministri publici Martis, atque ei Deo consecrati. 1. Qu. Fr. 1. 7. Prætor omnes ministros imperii sui sociis et civibus, et reipub. præstare videatur. *Ibid.* 10. Sit annulus tuus non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. 2. Off. 53. Ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et præbitorem putent. De Un. 42. Quibus utitur ministris Deus. 2. de Nat. 150. Manus multarum artium ministræ.

Syntaxis. *Ministros habere. Ministrum se præbere alicui. Servus ac minister seditionum. Minister ac satelles cupiditatum. Artes ministræ et comites oratoris. Virtutes voluptatum satellites et ministræ. Uti ministris. Manus multarum artium ministræ.*

Ministrator, oris, *minister,* ὑπηρέτης. 2. de Orat. 305. Ministratores petis, non adversarium. Pro Flac. 53. Hic mihi Mæandrius, quasi ministrator aderat, subjiciens, &c.

Ministratrix, cis, *ministra,* ὑπηρέτις. 1. de Orat. 75. Ut omnes comites et ministratrices esse diceres. *aliter,* ministras.

Ministro, as, *servio,* διακονέω, ὑπουργέω, ὑπηρετέω. I. P. 67. Mensa extructa multa carne subrancida, servi sordidati ministrant. I. P. 26. Cum ardentes faces furiis Clodianis pene ipse Consul ministrabas. 2. de Fin. 23. et 69. Adsint etiam formosi pueri, qui ministrent. 1. de Nat. 113. Ministrare pocula alicui.

Ministratur, *inservitur.* 16. Fa. 14. Acastum retine, quo commodius tibi ministratur. Ver. 3. 105. Cum in eis conviviis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. I. P. 67. Ipse solus bibiturus, quæ eodem de solio ministrentur.

Minitans, tis. 5. Tuscul. 42. Minitanti Philippo. Ver. 5. 159. 2. Cat. 1.

Minitor, aris, ἀπειλῶ. 1. Tuscul. 102. Istis quæso ista horribilia minitare purpuratis tuis. 3. de Orat. 216. et 6. A. 10. Minitari mortem alicui. 2. Att. 19. P. mihi minitatur. 11. A. 37. Qui huic urbi ferro ignique minitantur. 13. P. 47. Qui patriæ igni ferroque minitatur. Pro Cæc. 27. Cum Ebutius Cæcinæ malum minitaretur. 1. Tusc. 102. Cum ei Lysimachus rex crucem minitaretur.

Minor, aris, *minitor, minas jacto, terreo, clamore et minis aliquem insequor, verbis terreo, terrorem infero alicui, denunciatione periculi terreo, periculum capitis alicui ostento, vim denuncio, periculum judicii cuipiam intendo, periculum vel judicium alicui denuncio, belli et vastitatis metum infero, terrorem injicio, terrorem jacto et oppono, metum cædis injicio, ἀπειλέω.* Ver. 4. 149. Nisi vehementius homini minatus essem, tabularum potestas mihi facta non esset. 5. Fa. 2. Me appellabat, mihi minabatur. 5. de Fin. 31. Si quando pueris ludentes minamur, &c. Pro Plan. 95. Cum mea domus ardore suo deflagrationem urbi minaretur. 2. de Div. 38. Quæ autem inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis. Ver. 2. 73. Gravius minari cuipiam. 13. A. 21. Hostis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

Adverb. *Acerrime, vehementius, crudeliter, gravius, vehementer, mediocriter, quotidie magis, magisque.*

Minor, oris, *ἐλάττων, μείων, ἥττων.* Top. 23. Quod in re minore valet, valeat in majore. 2. de L. 51. Eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione, quam hæredibus omnibus esset relicta. 9. Fa. 21. Papyrii fuerunt patricii minorum gentium. 1. Att. 9.

Minotaurus, ri. 12. Fa. 25. Cum magna offensione Minotauri. *id est, Calvisii et Tauri.*

Minturnæ, *locus.* 5. Att. 1. et 2. cont. Rul. 36.

Minturnensis. 5. Att. 20. Post red. ad Qu. 20. et in Pis. 43.

Minuendus, a, um. 1. de Fin. 51. Quæ tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest?

Minio. *vide,* Mynio, *substant.*

Minuo, is, *diminuo, detraho, derogo, delibo, exhaurio, extenuo, levo, elevo, debilito, remitto, καθαιρέω, μινύθω, λεπτύνω.* 3. Fa. 8. Ut sumtus egentissimarum civitatum minuerem sine ulla imminutione dignitatis tuæ. De Fat. 3. Nec ea, quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem. 2. de Inv. 59. Quæstio est, majestatemne minuerit. Pro Fla. 28. Minuis, inquit, gloriam Pompeii, imo tu auges molestiam. 1. de Fin. 51. Quas *cupiditates* nulla præda unquam improbe parta minuit, sed auget potius atque inflammat.

Minuor, eris. Pro Mur. 42. Nonnullorum amicorum studia minui solere in eos, qui provincias contemnunt. 4. C. 13. Ne quid de summa dignitate reip. minueretur. Pro Do. 36. Ut ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur. 1. con. Rul. 14. Minuetur hujus pecuniæ invidia. 11. Att. 10. Si putares meam molestiam minui posse.

Minuritio. *vide* Munio, *substant.*

Minus, *adverb. ἔλαττον, μεῖον, ἧττον.* 1. de Or. 109. Non intelligo, quamobrem non si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione ars esse videatur. Ver. 5. 69. Si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. 1. de D. 24. At nonnunquam ea, quæ prædicta sunt, minus eveniunt. 3. Fa. 1. Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus. 7. 1. Ut aliquid ad te scriberem hujusmodi, quo minus te prætermisisse ludos pœniteret. *Ibid.* Quod si assecutus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen consolabor, quod, &c. Pro Arch. 33. Cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare. 3. de Nat. 3. Itaque cogito ea, quæ minus intellexi, requirere.

Minus.)(. *plus.* 5. Att. 13. Præstitimus enim patriæ non minus certe, quam debuimus: plus profecto, quam est animo cujusquam aut consilio hominis postulatum. Pro Q. R. 28. Is locabat se minus H-S. CCC. Ver. 2. 140. et 1. 153. Minus XXX. diebus totam triennii præturam rescidisset. 3. 114. Minus tribus medimnis in jugerum nemo dedit. 1. de Div. 68. Madefactum iri minus XXX. diebus Græciam sanguine. Pro Cæc. 28. Cum si uno minus damnarent, condemnari reus non posset. *Ibidem.* Dixit minus abesse LIII. 2. de N. 54. Quatuor et viginti mensibus sex (ut opinor) diebus minus. 8. Att. 9. Multo minus movent minæ. *Ibidem.* Minus multa dederunt illi Reip. pignora. 2. de Orat. 37. Non si qui, &c. eo minus &c. 2. Att. 4. Id prope dimidio minoris constabit illo loco. Ver. 3. 151. Decumas XXX. mod. minoris, quam potuit, vendidisse. 14. Att. 1. Ille gaudens affirmat minus diebus XX. tumultum Gallicum &c.

Minusculus, *μικρότερος.* 14. Att. 12. Minusculam villam utique Quinto traditurus sum. 3. Qu. Frat. 1. Rescripsi Epistolæ maximæ: nunc audi de minuscula.

Minutatim, *gradatim, perexigue, λεπτομερῶς.* 4. Acad. 49. Cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. *Ibid.* 92. Minutatim et gradatim interrogare. Qu. de Pet. 27. Minutatim ex communibus proprii evadunt. 16. Att. 1. Xenocratem perexigue et γλισχρῶς præbere minutatimque.

Minute, *exiliter, anguste, jejune, tenuiter, subtiliter, λεπτῶς.* Orat. 123. Grandia minute dicere. 4. Acad. 42. et 4. de Fin. 7. Hæc autem universa concidunt etiam minutius.

Minutia, *via.* 9. Att. 4.

Minutia, *porticus.* 2. Att. 84.

Minutus, a, um, *angustus, parvus, λεπτός, σμικρός, λεπτομερής.*)(*grandis.* Part. 57. Nihil nimis enucleandum, minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit. 2. de Orat. 159. Genus sermonis exile, aridum, concisum, minutum, et fractum. De Clar. 286. Orat. 40. Concisus numeris minutis Thrasymachus. *Ibid.* 39. Minutos numeros sequi. 1. de Div. 39. Chrysippus multa et minuta somnia collegit, sed exam-

psis grandioribus decuit uti. 4. Acad. 120. Minutorum opusculorum fabricator. De Clar. 256. Orator præstat minutis imperatoribus. 1. de Div. 62. Qui ut rationem non redderet, tamen hos minutos philosophos vinceret. 1. de Fin. 61. Ecce autem alii minuti et angusti, aut omnia semper desperantes, aut malevoli, invidi, difficiles. 3. de Orat. 119. Minutæ et angustæ concertationes. 3. de Orat. 167. et Orat. 94. Ut cum grandem orationem pro magna, minutum animum pro parvo dicimus. Parad. 1. Cato minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit.

Syntaxis. *Minuta diligentia, animus, oratio, numerus, somnium, imperator, philosophus. Homo minutus et angustus. Interrogatiuncula minuta.*

Mirabilis, le, *admirabilis, mirificus, mirandus*, θεσπέσιος, θαυμαστὸς, παράδοξος. Parad. 5. Nec hoc est tam re, quam dictu inopinatum atque mirabile. Pro Lig. 11. Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigiis similia. 3. de Orat. 195. Mirabile est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in judicando. 2. de Div. 43. Mirabile est, quomodo, &c. *Ibid.* 66. Atque hæc ostentorum genera mirabile nihil habent. Orat. 39. Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles, qui, &c. Topic. 67. Mirabilis copia dicendi. 2. de Orat. 191. Ac ne forte hoc magnum et mirabile videatur, &c. 2. de Div. 49.

Mirabilitas, tis, *admiratio*, θαυμασμὸς, θαῦμα. 2. Off. 38. Ergo et hæc animi despicientia mirabilitatem magnam fecit. *alias*, admirabilitatem.

Mirabiliter, *admirabiliter, mirandum in modum, mire, mirifice*, θαυμαστῶς, θαυμασίως. 4. Fa. 13. Omnes mirabiliter de te et loquuntur et sentiunt. 2. Att. 25. Mirabiliter enim morosus est. 1. de Orat. 94. Qui mirabilius et magnificentius augere posset atque ornare quæ vellet. 1. de Div. 123. Quæ mirabiliter a Socrate divinata sunt.

Syntaxis. *Re et dictu inopinatum, et mirabile. Mirabile, et prodigii simile. Mirabile est, quomodo vivas. Ostentum hoc mirabile nil habet. Mirabiliter laudatus, morosus. Mirabiliter et magnifice augere et ornare dictum. Mirabiliter de aliquo loqui et sentire.*

Miraculum, li, *prodigium, portentum*, θαῦμα, μεγαλούργημα. 1. de Nat. 18. Portenta et miracula non disserentium philosophorum, sed, &c.

Mirandus, a, um, *mirabilis, admirabilis, habens aliquid admirationis*, θαυμαστός. Ver. 5. 67. Opus ingens, in mirandam altitudinem depressum. 3. Fa. 10. Quæ minime mihi miranda acciderunt. 9. Att. 6. Mirandum enim in modum Cn. noster Syllani regni similitudinem concupivit. 3. de Natur. 62. In enodandis nominibus quod mirandum sit, laboratis. *alias*, miserandum.

Miratio, onis, *admiratio*, θαύμασις, θαυμασμός. 2. de Div. 49. Causarum ignoratio in re nova mirationem facit.

Mire, *mirabiliter*, θαυμαστῶς. 16. Att. 11. Puero municipia mire favent.

Mirifice, *mire, mirabiliter*, θαυμαστικῶς. 1. de Nat. 58. Te ab eo mirifice diligi intelligebam. 1. de Leg. 54. Hi de omnibus rebus mirifice congruunt. 4. Acad. 5. Mirifice delectari aliqua re. 2. Att. 19. Tantum doleo, ac mirifice quidem. 5. 17. Nam omnes mirifice συμφιλοδοξοῦσιν gloriæ meæ. 3. 11. 12. 12.

Mirificus, a, um, *mirus, mirabilis*, θαυματοποιὸς, θαυμαστικός. 2. de Div. 46. Sed te mirificam in latebram conjecisti. 11. Att. 11. Cato convicium Pisoni mirificum fecit. *Ibid.* 13. Spectator pugnarum mirificarum. 3. Fa. 11. Mirificamque cepi voluptatem. 14. Att. 12. Agere mirificas gratias alicui. 5. 17. Lepta noster mirificus. 14. Fa. 3.

Syntaxis. *Hoc minime mihi mirandum accidit. Mirandum in modum concupiscere. Cato mirificum convicium Pisoni fecit. Agere alicui mirificas gratias.*

Mirmillo, onis, *gladiator*, μαχαιρομάχος, ἀθλητής. 6. Phil. 10. Etiamne ab hoc mirmillone Asiatico Senatus mandata, &c. audientur? Phil. 3. 31. Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator. *Ibid.* 13. L. frater, qui mirmillo Mylasis depugnarat.

Miror, aris, *admiror, demiror, mihi mirum, mirabile, admirandum videtur, stupesco, obstupesco*, θαυμάζω, ἄγαμαι. 2. de In. 2. Cum puerorum formas magno hic opere miraretur. 10. Att. 4. et 12. Fam. 12. Mirari satis hominis negligentiam non queo. De Ar. 46. Atque ego hunc non miror: quid enim faciat? at illos homines sapientissimos miror, &c. 2. Off. 56. In his infinitis sumptibus nihil homines magnopere mirantur. 2. de Orat. 56. Id mehercule, inquit Catulus, admirans, illud jam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc, cum hæc nesciret, in dicendo posse tantum. 10. Att. 13. et 19. Soleo mirari de nescio queis H-S. XX. 2. de Div. 51. Cato mirari se dicebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cum vidisset. De Cla. 91. Quod mirari non possum in eis, qui nihil scripserunt. 8. Att. 18. Miror quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. *Ibid.* Miror te ad me nihil scribere. Pro S. R. 1. Miror quid sit, quod, &c. 2. Off. 56. Miror quid in mentem venerit Theophrasto in eo libro, &c. 1. de Div. 13. Mirari licet quæ sint animadversa a medicis herbarum genera. De Ami. 53. Quanquam miror in illa superbia si quenquam amicum habere potuit. 1. de N. 96. Equidem satis mirari non possum, unde, &c. Orat. 11. Miror, quid hæc ad te pertineant. Ver. 2. 134. Sed ne miremini, qua ratione, &c. 1. de Orat. 165. Enimvero, inquit Crassus, mirari satis non queo, etiam te, &c. Div. 1. Si quis forte miratur, me, &c. 1. de Orat. 19. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis. 15. Att. 14.

Sed tamen ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc causæ sumpsi, quod ex te ipso coram antea nihil potuissem cognoscere. 16. 21. Non dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quod.

ADVERB. *Admodum, magnopere, maxime, vehementer.*

SYNTAXIS. *Mirari rem aliquam, in re aliqua, de re aliqua. Miror, quod scribas, miror te scribere, miror quid scribas, miror si scribas, miror qua ratione scribas, miror cur scribas. Mirari desinamus, quæ sit causa &c. Non dubito, quin mirere, atque stomachere, quod &c.*

Mirus, a, um, θαυμάσιος, θαυμαστός. 2. Fa. 11. Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile meorum. *Ibid.* De pantheris agitur, &c. sed mira paucitas est. 2. de Orat. 184. Hoc igitur mirum quiddam valet. Orat. 87. Sales in dicendo mirum quantum valent. Aliter *nimium.* 1. Fa. 31. Minime mirum tibi debet videri, me, &c. 1. de Orat. 214. Per mihi mirum visum est, te, &c. Pro Rab. 25. Mihi mirum videtur unde, &c. De Ar. 8. Nec mirum, si hoc vobis ridiculum videtur, &c. Pro S. R. 52. Nec mirum, qui, &c. quippe qui, &c. *Ibid.* 22. Neque enim mirum, si aliquid non animadvertat. Ver. 2. 133. Nec mirum omnibus, &c. 2. de Orat. 279. Mirum ni cantem.

ADVERB. *Privatim, publice, valde.*

SYNTAXIS. *Sales in dicendo mirum quantum valent. Mirum mihi videtur. Per mihi mirum est. Nec mirum, si. Mirum, ni rideas.*

Misanthropos. *Lege,* Timon.

Miscendus, a, um. 4. Tusc. 67. Maius mihi miscendum malum. Orat. 197. In perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi pedes.

Misceo, es, *permisceo, turbo, perturbo, confundo,* ἐγκαταμίγνυμι, μίγνυμι. 3. de Leg. 19. Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit. 2. con. Rul. 90. Qui iniquis imperiis rempublicam miscerent. Pro S. R. 91. In tenebris ruebant, omniaque miscebant. De Arusp. 46. Miscere et turbare omnia. 1. de Div. 60. Ut cum matre corpus miscere videamur.

Tempero. 2. de Fi. 17. Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens.

Misceor, eris, *admisceor, confundor.* Orat. 196. Quos autem numeros, cum quibus, tanquam purpuram, misceri oporteat, dicendum est. 2. de Div. 86. Sortes quæ pueri manu miscentur atque ducuntur. 3. Off. 119. Aliquid ex dissimilibus rebus misceri et temperari. 1. A. 13. Parentalia cum supplicationibus misceri. 4. C. 6. Nova quædam misceri et concitari mala.

Misellus, li, ἀθλιώτερος. 3. Att. 23. Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo, &c. tuere quoad poteris. 14. Fam. 4. Illius misellæ et matrimonio et famæ serviendum est.

Misenus, vel Misenum, *promontorium, et portus Italiæ, ad Caietam, a Miseno tubicine Æneæ ibi sepulto appellatus.* Pro Pomp. 33. 2. A. 48. 2. de Orat. 60.

Miser, a, um, *calamitosus, ærumnosus, infelix, afflictus, prostratus, jacens, qui in miseria est,* ταλαίπωρος, δύστηνος, ἄθλιος. Part. 57. Nihil tam miserabile, quam ex beato miser. Pro Plan. 84. Ego miseris et laborantibus nihil negare possum. Ad Brut. 4. Miserorum fortunam insectari. Par. 1. Ærumnosus, infœlix, miser. Pro Qu. 94. Miser atque infœlix. Pro S. R. 77. Res misera et calamitosa. 4. C. 12. Hæc mihi videntur misera atque miseranda. Pro Cl. 7. Spero locum hunc ejus fortunæ miseræ multumque jactatæ portum futurum. Pro Fla. 71. Cur unus tu Apollonienses miseriores habes, quam aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam? 11. A. 8. Qui magnos dolores perferunt, hos non miseros, sed laboriosos solemus dicere. 8. Att. 11. Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. Pro C. Corn. 1. Spectaculum genere et exemplo miserum ac funestum.

Miserabilis, le, *miserandus,* ἐλεεινός, οἰκτρός. Par. 57. Nihil tam miserabile, quam ex beato miser. 2. de Orat. 196. Non solum miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. 2. A. 73. Auctionis miserabilis aspectus. Pro Do. 59. Cum ejus squalor inauditus omnibus mortalibus miserabilis videbatur. 2. de Orat. 197. et 193. Orat. 56. Vox ad miserabilem sonum inflexa. 2. de Fin. 65. Casus miserabilis. De Consolat. Miserabilis ignoratio veri.

SYNTAXIS. *Ex beato miser. Miser et laborans. Ærumnosus, infœlix, miser. Res misera et calamitosa. Fortuna misera et jactata. Aspectus auctionis, squalor, vox, casus miserabilis.*

Miserabiliter, *miserandum in modum,* οἰκτρῶς, ἐλεεινῶς. 1. Tus. 96. Non miserabiliter vir clarus emoritur. 14. Att. 10. At Cæsar in foro combustus, laudatusque miserabiliter. 10. 10. M. Cælii quidem epistolam scriptam miserabiliter, &c.

Miserandus, a, um, *miserabilis,* οἰκτρός, ἐλεεινός. 1. de Orat. 169. Aliquem ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. 2. 278. Oratio tua omnibus miseranda visa est. 4. C. 12. Hæc mihi videntur misera atque miseranda. De Prov. 5. Miserandum in modum necari.

Miseratio, onis, *commiseratio, misericordia,* οἰκτείρημα, οἰκτιρμός, οἰκτισμός. Orat. 131. Miseratione mens judicum permovenda est. 2. A. 90. Tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio. Part. 56. Odia incitantur, miseratio nascitur. 2. de Orat. 196. Non fuit hæc sine meis lacrymis, non sine dolore magno miseratio. De Clar. 82. Miserationibus, et communibus locis uti. 5. Fa. 12. Quem enim nostrum moriens Epaminondas non cum quadam miseratione delectat?

Misere, ἐλεεινῶς, οἰκτρῶς. 3. de Fin. 50. Ad beate misereve vivendum. 7. Att. 16.

Eas ego, quoad scivemus, utrum, turpe pace nobis, an misere bello esset utendum, in Formiano esse volui, &c.

Misereor, eris, *me miseret, misericordiam alicui tribuo vel impertior, misericordia alicujus me tenet, alicujus supplicio misericordia commoveor, οἰκτείρω, σπλαγχνίζομαι.* Ver. 1. 72. Audite, quæso, judices, et aliquando misereminì sociorum. 4. Att. 5. Qui misereri mei debent, non desinunt invidere. 4. ad Her. 66. Miserere nostri. 1. 24. Et tamen postulat, ut sui misereantur. 1. de In. 48. Ut majoribus assurgatur, ut supplicum misereatur. 8. Fa. 1. Usque eo, ut ego misererer ejus esuriei. 6. 7. Miserere temporis. Ad Brut. 16. Miserebor vestri.

Miseret, bat, *οἶκτος γίνεται, ἔλεος γίνεται.* 1. de Div. 66. et. 2. A. 90. Mea mater, tui me miseret, mei piget. Pro Lig. 14. Cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat. Pro. Mil. 93. Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant.

Miseria, æ, *calamitas, ærumna, ἀθλιότης, ταλαιπωρία, δυστυχία.* 5. de Fin. 95. Ubi est virtus, ibi esse miseria et ærumna non potest. Par. 2. et 3. Tusc. 39. Te miseriæ, te ærumnæ premunt omnes. 2. de Div. 86. Stoici omnia cum superstitiosa sollicitudine et miseria credunt. 2. A. 24. Quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias nunquam incidissemus. 3. de Finib. 48. Item qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miseria est. 7. Fam. 3. Miseriæ, in quibus tot annos versamur. *Alii leg.* Vexamur. 9. *Ibid.* 13. Ut nulla ratione se ab illa miseria eripere posset. De Clar. 329. Sed illum videtur felicitas ipsius, qua semper est usus, ab eis miseriis, quæ consecutæ sunt, morte vindicasse.

Adjuncta. *Aliena, communis, diuturna, humana, insignis, maxima, perennis, præsens, voluntaria, sempiterna, summa.*

Syntaxis. *Miseriis et ærumnis premi. Esse in miseria. In miseriam incidere. In miseriis versari. A miseria eripere. A miseriis vindicare.*

Misericordia, diæ, *miseratio, clementia, οἶκτος, ἔλεος, ἐλεημοσύνη .)(. invidia, invidentia.* 4. Tusc. 18. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius injuria laborantis. 3. 21. Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. Pro Rab. P. 46. Nam in eum, cui misericordia opitulari debebant, invidia quæsita est. Pro Pl. 3. Peto a vobis, ut ei vestram misericordiam, me deprecante, tribuatis. Pro Qu. 97. Quintius Sex. Nævium obsecravit, ut aliquando misericordiam caperet aliquam, si non propinquitatis, at ætatis suæ. Postq. ad Quir. 1. Ut aliquando vos memoria mei, misericordia, desideriumque teneret. 2. A. 86. At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abjiciebas. Pro Rab. 5. Obsecro adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in reipublicæ salute sapientiam. Ad Br. 12. Impartiri misericordiam alicui. Pro Mil. 93. Implorare et exposcere misericordiam. Pro Pom. 24. Afflictæ regum fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiam. 2. de Orat. 195. Non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus. Pro Clu. 24. Omnes odio Oppianici et illius adolescentis misericordia commoventur. 10. Att. 13. Nihil est filio meo tractabilius, cujus misericordia languidiora adhuc consilia cepi. 8. 12. Et sic frangor sæpe misericordia puerorum. Pro Lig. 28. Postq. in Sen. 16. Vir clementia et misericordia singulari. 1. de Orat. 53. Mentes ad lenitatem misericordiamque revocare. Pro Mur. 87. Misericordiam spoliatio Consulatus magnam habere debet. Pro Rab. 24. Qui hominis seditiosi imagine desideria imperitorum misericordia commoveret. 1. C. 16. Ut misericordia permotus esse videar. 4. Tusc. 18. Nemo proditoris supplicio misericordia commovetur. Pro Mur. 65. Misericordia commotus ne sis, sed tamen est laus aliqua humanitatis. 1. Qu. Fr. 2. Misericordia moveor. 1. de Orat. 227. Concitare misericordiam populo. 2. 278. Oratores in epilogo misericordiam movent. Pro S. R. 145. Prædia mea tu possides, ego aliena misericordia vivo. Pro Mil. 93. Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant. Pro Deiot. 40. Non debeo tentare, quonam modo dicendo misericordiam tuam commovere possim: ipsa enim occurrere solet supplicib. nulla oratione evocata.

Adjunc. *Aliena, pristina, grata, grata et admirabilis, jucunda, magna, maxima, mira, singularis.*

Syntaxis. *Misericordiam alicui tribuere. Capere misericordiam ætatis. Me tenet misericordia illius. In alicujus fortunis misericordiam adhibere, misericordiam alicui impartiri. Ad misericordiam allicere. Captare, commovere misericordiam. Frangi misericordia amicorum. Misericordia capi. Ad lenitatem et misericordiam mentes revocare. Casus hic misericordiam habet. Misericordia moveor, commoveor, permoveor. Misericordiam concitare, movere, commovere. Alicujus vivere misericordia. Misericordiam alicujus requirere, efflagitare. Misericordia tua occurrit supplicibus, nulla oratione evocata.*

Misericors, ordis, *clemens, cujus animus alieno incommodo commovetur, ἐλεήμων, εὔσπλαγχνος.* Pro S. R. Vir bonus, fortis et misericors. Pro Cæcin. 26. Testis qui in re misericordem se præbuit, et in testimonio religiosum. Pro Lig. 15. Cum etiam hi, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem. 1. de In. 106. Animus auditoris mitis et misericors. 2. ad Heren. 25. Supplex, mansuetus, misericors. Postquam in Sen. 16. Misericordem esse.

Miseror, aris, *commiseror, οἰκτείρω, ἐλεαίρω,*

λαγέομαι. Pro Mur. 55. Non queo satis hujus eventum fortunamque miserari. *Ibid.* 88. Quare quid invidendum Murenæ sit in hoc præclaro Consulatu, non video: quæ miseranda sunt, vos perspicere potestis. 4. Fa. 9. Nec eam minus diligere debes, sed miserari potius.

Μισογυνία. Lege, Mulierositas.

Missio, onis, *βολή, ἄφεσις.* 1. Att. 4. De litterarum missione sine causa abs te accusor. 7. A. 1. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui.

Demissio, ἀποπομπή. 1. Tuscul. 114. Silenus a Mida captus hoc ei muneris pro sua missione dedisse dicitur. Ver. 5. 100. Missio remigum. 5. Fa. 12. Missio ludorum.

Missus, us, *missio.* 8. Att. 9. VII. Calen. vesperi Balbus minor ad me venit, occulta via currens ad Lentulum Cos. missu Cæsaris cum litteris, &c.

Missus, a, um, *dimissus.* 9. Att. 8. Duo præfecti fabrum Pompeii, qui in meam potestatem venerunt, et a me missi sunt. *Ibid.* Et eum statim missum feci. 8. 18. Æquum est, me a te impetrare, ut cohortes, quæ ex Piceno venerunt, missas facias. 3. Off. 112. Juravitque se illum interfecturum, nisi sibi jusjurandum dedisset, se patrem missum esse facturum. 5. A. 53. Easque legiones, bello confecto, missas fieri placet. Pro Flac. 49. 8. Fam. 8. Quibus de causis missi fieri debeant. 1. ad Her. 11. Si eum missum fecerimus. Ver. 5. 99. Dicebat quisque quos missos sciret esse. 9. Att. 1. Remotis sive omnino missis lictoribus. Pro Sest. 138. Qui voluptatibus ducuntur, missos faciant honores. Ver. 3. 104. Hos agros missos facio. Pro S. R. 132. Sed hæc missa faciam, quæ jam facta sunt. Orat. 222. Missos faciant patronos, ipsi prodeant. 8. Att. 11. Memini librum afferri a Demetrio Magnete, ad te missum scio περὶ ὁμονοίας, eum velim mihi mittas. De Cl. 55. Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captivis recuperandis missus orator. Brut. 16. Particulam litterarum tuarum, quas misisti Octavio, legi missam ab Attico mihi. Pro Flac. 6. Vox de quæstura nulla missa.

Adverb. *Contentius, recte, ultro, undique.*

Mitesco, is, *mitior fio, πραΰνομαι.* Oecon. 3. Cum vero affecta jam prope æstate uvas a Sole mitescere tempus est.

Mitificatus, a, um, *concoctus, mitigatus.* 2. de Div. 57. In omne corpus diviso, et mitificato cibo, gallos cantus edere. *legitur etiam,* modificato.

Mithridates, *rex Ponti.* Pro Pomp. *sæpe.* Pro Flac. Pro Mur.

Mithridaticus, a, um. Pro Pompeio 7. Mithridaticum bellum.

Mitigandus, a, um, *immutandus.* 2. de Nat. 151. Materia autem, &c. ad mitigandum cibum utimur.

Mitigatio, onis, *delinitio, excusatio, πράϋνσις.* 4. ad Her. 50. Licentia si nimium videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

Mitigatus, a, um, *placatus.* 6. Fa. 1. Is magna signa dedit animi erga te mitigati. 1. de Inv. 24. Animus erga aliquem mitigatus.

Mitigo, as, *mitiorem facio, lenio, placo, sedo, flecto, καταπραΰνω, πραΰνω.* 1. Fam. 9. Eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. *Ibid.* 4. Me ipsum longinquitas temporis mitigavit. 2. de Orat. 236. Risus tristitiam mitigat et relaxat. 1. 202. Populum excitatum in bonos mitigare. 2. 304. Invidiam extenuando mitigare. Pro Cor. 57. Quanquam istorum animos, qui ipsi Cornelio invident, non est difficillimum mitigare. 1. Qu. Fr. 17. Severitatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

Mitigor, aris, *lenior.* 3. de Orat. 14. Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur. 2. de Leg. 36. Qui ex agresti vita exculti ad humanitatem mitigati sumus. 3. Att. 15. Dolores mitigantur vetustate. Pro Mur. 65. Ac te jam usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Pro Cæl. 77. Jam ætas omnia, jam ista dies mitigarit.

Syntaxis. *Eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Longinquitas temporis homines mitigat. Mitigare tristitiam, et relaxare. Invidiam mitigare. Labor gloria compensatus mitigatur. Ex agresti vita mitigari ad humanitatem. Flectere, lenire, mitigare. Ætas, dies mitigat omnia. Severitatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.*

Mitis, te, *moderatus, placatus, lenis, mansuetus* .)(. *asper, durus, ferus, immanis, ἤπιος, εὐμενής, πρᾶος.* 5. Att. 1. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quantum erat frater meus in sororem tuam. Pro Mur. 60. Accessit his tot doctrina non moderata, nec mitis, sed paulo asperior ac durior. De Senect. 28. Compta oratio ac mitis. De Cl. 287. Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset ac mitior. 1. de Inv. 106. Animus auditoris mitis et misericors. 2. Tusc. 53. Patientia dolorem mitiorem facit. 1. de Inv. 2. Mitis et mansuetus. 4. C. 10. Homo mitissimus atque lenissimus. 7. Att. 2. Auster lenissimus et mitis.

Mitra, æ, *redimiculum, muliebre capitis ornamentum, quasi corona quædam, μίτρα.* De Ar. 44. P. Claudius a coma, a mitra, &c. factus est popularis.

Mitrella, æ, *alias,* Mitella, *μιτρίδιον.* Pro R. P. 26. Deliciarum causa quosdam cum mitrella sæpe videmus.

Mitto, is, *ablego, πέμπω, στέλλω.* 5. Att. 7. Quotidie vel potius in singulos dies breviores litteras ad te mitto. 6. 5. Velim obvias mihi litteras quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas. 7. 22. Cæsaris litterarum exemplum tibi misi: rogaras enim. 9. 6. Sic ergo habeto, salutares te mihi litteras misisse. De Pro. 25. Mittere litteras ad aliquem de suis rebus. 12. Att. 39. Itaque misi librum ad Muscam. De Senect. 3.

Hunc vero librum de Senectute ad te misimus. 10. Fa. 12. Paulo post idem Munatius eas litteras legendas dedit, quas ipsi miseras, et eas quas publice. *Ibidem*. Ex litteris, quas mihi misisti, &c. 1. 9. Quod rogas, ut mea tibi scripta mittam, &c. 2. de Nat. 103. Luna eam lucem, quam a sole accepit, mittit in terras. 8. Att. 16. Demetrii Magnetis librum, quem ad te misit de concordia, velim mihi mittas. 13. 47. Laudationem Portiæ tibi misi correctam, ut, &c. 1. A. 12. Cumque languerem de via, misi pro amicitia, qui hoc diceret, &c. 2. Att. 4. Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti. Ver. 1. 26. Mittere in consilium.

Jubeo, *προστάττω*. 16. Fa. 9. Curio misi, ut medico honos haberetur, et tibi daret quod opus esset.

Scribo, *γράφω*. 2. Fam. 8. Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata, et Chresti compilationem mitteres? 1. de Finib. 8. Quanquam a te ipso id quidem facio provocatus gratissimo mihi libro, quem ad me de virtute misisti.

Omitto, *ἐάω*, *λείπω*. I. P. 47. Mitto de amissa maxima parte exercitus. De Clar. 65. At quem virum dii boni? mitto civem, aut Senatorem, &c. quis illo gravior? 7. Att. 20. Mitto illam fugam, &c. Pro Mur. 33. Mitto prælia, prætereo, &c. 7. Att. 2. Mitto alia, quæ audio multa, mitto furta, &c.

Ejaculo, *dirigo*, *βάλλω*. Orat. 87. Jacere ac mittere ridicula. Joc. lib.

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda.

Educo, *emitto*, *ἐκβάλλω*. 6. Att. 1. Mittere sanguinem. Pro Sest. 42. Vocem pro repub. nemo misit. Pro C. Cornel. 1. Vocem illam Consulem mittere coegisti.

Invado, *ἐπιτίθημι*. Pro Mil. 77. Vota enim fecerat is, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones.

Adverb. *Commodius*, *crebro*, *quam sæpissime*, *familiariter*, *large satis*, *mature*, *necessario*, *serius*, *protinus*, *vulgo*, *obviam*, *omnino serius*, *proxime*, *publice*, *quam primum*, *raro*, *statim*, *sortito*, *suppliciter*.

Syntaxis. *Mittere litteras ad aliquem, et alicui. Misi filio, ut veniret. Jacere ac mittere ridicula. Se mittere in hostes. Misi, qui hoc diceret. Mittere judices in consilium. Mittere sanguinem, h. e.* emittere.

Mitylene, es, *sive*, Mitylenæ, arum, *urbs in Lesbo*. 2. contr. Rul. 40. Quid Mitylenæ? quæ certæ vestræ, Quirites, belli lege, ac victoriæ jure factæ sunt: urbs et natura et situ et descriptione ædificiorum et pulchritudine, in primis nobilis: agri jucundi et fertiles, &c. et 1. Tusc. 77.

Mitylenæ. 1. Att. 11. et 7. 7.

Mixtus, a, um, *rectius*, Mistus, *concretus*, *confusus*. De Univ. 38. Voluptate et molestia mixtus amor. 1. de Nat. 75. Ille fusus et candore mixtus rubor. 2. Off. 49. Sic est in oratione mixta modestiæ gravitas. 2. C. 21. Quartum genus sane varium et mixtum et turbulentum &c. 5. Tusc. 45. Si ea mixta ex dissimilibus erunt.

MN

Mnemonica, *præcepta de memoria*. 3. ad Her. 30. et 40.

Mnemosyne, es. 3. de Natu. 54.

MO

Mobilis, le, *volaticus*, *volubilis*, *quod modo huc*, *modo illuc transfertur*, *εὐκίνητος*. 2. 142. Natura oculos fecit lubricos et mobiles. *Ibid.* 30. Mundi fervor ille purior, perlucidior, mobiliorque. *Ibid.* Ardor mobilissimus.

Varius, *fluxus*, *levis*, *inconstans*, *caducus*. Pro Dom. 146. Caduca semper et mobilia hæc esse duxi. 5. Fam. 1. Te tamen mobili in me meoque animo esse non sperabam. *Ibid.* 2. Nec in te animo fui mobili, sed ita stabili, ut, &c.

Mobilitas, tis, *motus*, *inconstantia*, *εὐκινησία*. 2. de Nat. 42. Sidera animalia sensu acerrimo et mobilitate celerrima esse. 1. de Orat. 127. Linguæ mobilitas, celeritas verborum. 7. Phil. 9. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate turpius?

Mobiliter, *εὐκινήτως*. 2. de N. 24. Cum cor animantis evulsum ita mobiliter palpitaret &c. 2. de Div. 129. Animus mobiliter agitatus.

Moderandus, a, um. 1. de Or. 18. Actio vocis conformatione moderanda est. 1. Off. 141. Quæ pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderanda sunt. Ver. 3. 103. Sentio, judices, moderandum mihi esse jam orationi meæ, fugiendamque vestram satietatem. 1. de Nat. 1. Quæstio ad moderandam religionem necessaria. 1. de Orat. 226. Cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem tradidit. 2. 72. Judex est omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus.

Moderans, tis. Orat. 59. Trunco magis toto se ipse moderans. 3. de Nat. 94. Deus cœlum versans, terram tuens, maria moderans.

Moderate, *modeste*, *modice*, *ἐγκρατῶς*, *εὐτάκτως*, *σωφρόνως*. 1. cont. Rull. 18. Qui copiam rerum moderate ferre non possunt. 2. de Or. 46. Si amiserit, moderatius tulisse. 6. Fa. 1. Omnia humana placate et moderate feramus. Pro Sul. 10. Autoritas, &c. qua moderate ego utar, &c. Or. 176. Hoc genus Isocrates moderatius temperavit. 2. Off. 18. Iis quibuscum congregamur, uti moderate et scienter. 1. de Fin. 2. Qui moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant.

Moderatio, onis, *temperantia*, *temperatio*, *mediocritas*, *modus*, *ἐγκράτεια*, *μετριότης*, *διάκρισις*, *συνθεσις*. 2. de Nat. 92. Conflagrare terras necesse est a tantis ardoribus, mode-

ratione et temperatione sublata. 3. 85. Mundi divina in homines moderatio. 2. de Div. 95. Hoc temperatio lunæ cœlique moderatio efficit. Pro Cæl. 42. Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur, parcat juventus pudicitiæ suæ, &c. 3. Off. 96. Altera in conformatione et moderatione continentiæ et temperantiæ cernitur. 2. de Or. 85. Languentis populi incitatio, et effrænati moderatio. Pro Sest. 72. Quæ etiam collegæ ejus moderatio de me? 2. de Or. 233. Adhibenda est etiam in jocando moderatio. Pro. Fl. 31. Tempestatum moderatio atque conversio. Orat. 60. Tum oculorum est quædam magna moderatio. 2. con. Rull. 2. Quare adhibebitur a me certa ratio moderatioque dicendi. 1. de Or. 254. Histrio adstrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum. Pro Dom. 147. Etenim ad nostrum usum propemodum jam est definita moderatio rei familiaris. 2. de Orat. 342. Bonitas et moderatio. 1. Off. 98. Ordo et constantia et moderatio dictorum omnium, atque factorum. *Ibid.* 17. Ordo autem et constantia et moderatio. &c. De Sen. 1. Novi enim moderationem et gravitatem animi tui. 11. Att. 24. Moderatione paulo minus temperatus. 1. Off. 96. Ut in eo moderatio et temperantia appareat cum specie quadam liberali. 2. A. 10. Si meam in dicendo moderationem, modestiamque cognoscitis.

Adjunc. *Certa, divina, facilis, magna, singularis, summa.*

Syntaxis. *Moderate ferre. Placate et moderate ferre. Quibuscum congregamur, iis uti moderate et scienter. Moderatio ac temperatio. Præscriptionem et moderationem tenere. Continentiæ et temperantiæ moderatio. Adhibere in jocando moderationem. Certa ratio moderatioque dicendi. Adstrictus numerorum moderatione et pedum. Moderatio rei familiaris. Moderatio dictorum omnium atque factorum. Moderatio et gravitas animi. Moderatione temperatus. Moderatio et modestia in dicendo.*

Moderator, oris, et Moderatrix, cis, *rector, gubernator, οἰκονόμος, ἐπιστάτης.* 2. de Nat. 90. Rector et moderator, et tanquam architectus tanti operis. Or. 70. Moderator ille, et quasi temperator hujus varietatis. Part. 10. Disceptator, id est, rei sententiæque moderator. Or. 123. Eloquens sit personarum temporumque moderator. 1. Tusc. 68. Sol moderator et dux temporum. De Som. 10. Sol dux, et princeps, et moderator luminum reliquorum. 2. de Leg. 15. Dominos esse omnium rerum et moderatores deos. 2. Fa. 6. Ventorum moderator quidam, et quasi gubernator. 1. 9. Tu eris omnium moderator consiliorum meorum. 3. de N. 92. Divina providentia fictrix et moderatrix materiæ. Pro Flac. 57. Curia moderatrix officii. 5. Tusc. 42. Temperantia est moderatrix omnium commotionum. 5. A. 50. Cæsar remp. sibi judicem constituit, et moderatricem omnium factorum. Or. 24. Semper Oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia. 8. Att. 11. Huic moderatori reip. civium vita proposita est.

Moderatus, *temperatus, æquabilis, constans, ἐπιεικὴς, σώφρων, εὔτακτος.* 2. de Or. 156. Ego ista studia non improbo, moderata modo sint. 2. A. 40. Id magno argumento sit, me in utroque fuisse moderatum. Pro Mur. 60. Doctrina non moderata, nec mitis, sed paulo asperior ac durior, quam, &c. 1. de Div. 61. Qui moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. Pro Mur. 63. Nostri illi moderati et temperati homines, &c. *Ibid.* Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. Part. 3. Vita, quæ omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debet. Pro Mur. 13. Convivium moderatum atque honestum. De Cl. 8. Otium moderatum et honestum. Or. 59. Excursio moderata, eaque rara. 12. Fa. 27. Temperati moderatique mores. Pro Cor. 9. et 1. Ac. 33. Vir castus et moderatus. 3. de Or. 97. Unguentum moderatum. 3. A. 28. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. 2. 34. Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inveniri potest? 1. Qu. Fr. 1. 8. Vir natura ipsa moderatus. 4. Tus. 41. Utrum moderatas perturbationes approbent, an moderatam injustitiam, moderatam ignaviam, intemperantiam.

Moderor, aris, *modum adhibeo, tempero, guberno, certa ratione guberno, metior, moderationem adhibeo, ἐπιστατέω, διοικέω, πρυτανεύω, κυβερνάω, οἰκονομέω.* 2. de Inv. 154. Moderari navim ex scapha. Par. 1. Regere, gubernare, moderari. Pro Cor. 61. Sententiam aliquam, tanquam navigium aliquod ex reip. tempestate moderari. Pro Fl. 12. Noster testis se ipse sustentat, omnia verba moderatur. Pro Sul. 78. Tormenta gubernat dolor, et moderatur natura cujusque. De Ar. 7. Atque hoc si moderetur et cogitet, si contentus sit, &c. 5. Tus. 104. Tibicines, iique, qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderantur. 2. de Or. 247. Tempus igitur dicendi prudentia et gravitate moderabimur. 2. Fam. 7. Te hortor, ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. 5. Tusc. 71. Causæ, quibus ratio moderatur. 2. de Fi. 81. Moderari consilia sua officio. 8. Fam. 5. Nam si hoc more moderari possemus, ut, &c. 1. de Orat. 111. Quanquam moderabor ipse, ne, &c. 1. Qu. Fr. 1. 31. Moderari vero animo et orationi, cum sis iratus, non mediocris ingenii est. 14. A. 17. Sententiam suam non semper utilitate reip. sed cum spe, tum metu moderari. Pro Cæl. 7. Tecum agam lenius, quod pudor tuus moderatur orationi meæ. Pro Fl. 67. Lurco moderatus est in testimonia dicendo religioni suæ. Orat. 51. Causæ, quibus totis moderatur oratio. 5. Att. 20. Quinto togam puram jubebo dari, cui Deiotarus moderatur. De Or. Oratio sine vinculis sibi ipsa mode-

ratur. Par. 15. Auditorum aures moderantur Oratori prudenti. Ver. 3. 227. Venti et tempestates res rusticas moderantur. 4. Ac. 119. Mens quæ omnia moderetur, moveat, regat. 2. de D. 91. Dum ortus nascentium luna moderetur, &c.

Syntaxis. *Rector, moderator, et architectus operis. Varietatis moderator et quasi temperator. Sol moderator et dux temporum. Dux, princeps, et moderator luminum reliquorum. Deus rerum dominus et moderator. Ventorum moderator et quasi gubernator. Moderator consiliorum meorum. Curia moderatrix officii. Temperantia moderatrix omnium commotionum. Oratorum eloquentiæ moderatrix est auditorum prudentia. Non moderatus ac mitis, sed paullo asperior ac durior. Virtutes mediocritate quadam moderatæ. Otium moderatum et honestum. Temperati moderatique mores. Vir natura ipsa moderatus. Suo, non alieno arbitrio cantum numerosque moderari. Tempus dicendi prudentia moderari. Omnia gubernare et moderari prudentia. Moderari officio consilia sua. Moderari animo et orationi, cum sis iratus. Sententiam suam spe, aut metu, non utilitate reip. moderari. Pudor tuus moderatur orationi meæ. Auditorum aures moderantur oratori prudenti. Venti et tempestates res rusticas moderantur.*

Modeste, *moderate,* ἠθικῶς, κοσμίως, σωφρόνως. 3. de Leg. 5. Modeste parere. 2. cont. Rull. 18. In ea vestri isti satellites modeste insolentiam suam continebunt.

Modestia, æ, *modus, moderatio, pudor, frugalitas,* σωφροσύνη, φιλοκοσμία. 1. Off. 15. Omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo et modus, in quo inest modestia et temperantia. 3. ad Her. 3. Modestia est, in animo continens moderatio cupiditatum. 1. Off. 142. Modestia, quo in verbo modus inest. 2. de Inv. 164. Modestia est, per quam pudor honestus claram et stabilem comparat autoritatem. 7. Att. 5. Tyronem propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum. 11. Fa. 27. Vitæ modestia non parum valet contra falsos rumores. I. P. 9. Severitas censoria magistra pudoris et modestiæ. 1. de D. 66. Virginalis modestia. 1. Off. 46. Qui virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, justitia. *Ibid.* 142. Modestia sic definitur a Stoicis, ut sit scientia earum rerum, quæ agentur aut dicentur, loco suo collocandarum. *Ibid.* Modestia est scientia opportunitatis, idoneorum ad agendum temporum. 2. 49. Si inest in oratione mixta modestiæ gravitas, nil admirabilius fieri potest. 2. In A. 10. Si meam in dicendo moderationem modestiamque cognoscitis.

Adjunct. *Singularis, summa, virginalis.*

Modestus, a, um, ἐπιεικής, μετριοπαθής. 5. Fa. 6. Homo frugi et modestus. 13. At. 29. Modestus et frugi vir. *Ibid.* 10. Nam et modestum hominem cognosces et prudentem. 10. 6. Pulsus est modestior rex, et probior, et integrior. Pro Mur. 53. Adolescentia modestissima. Pro Plan. 27. Adolescentis modestissimi pudor. 2. cont. Rull. 85. Plebs optima, et modestissimi mores. Acad. Academicos præ illis *Stoicis* modestos cautosque homines visum iri Epicuro.

Syntaxis. *Vitæ modestia. Mixta modestiæ gravitas. Homo frugi et modestus. Modesti mores.*

Modice, *moderate, mediocriter,* συμμέτρως, ἐμμέτρως. 2. Att. 19. Minæ, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. Pro Sul. 80. Quanquam a me de ea timide modiceque dicetur. 1. de Or. 132. Modice et scienter uti aliqua re. 11. A. 7. Modice ferre aliquod malum. Part. 74. Genere breviter modiceque laudato. 4. Fa. 4. Sed quoniam is fortasse arbitraretur, me hanc rempub. non putare, si perpetuo facerem, modice hoc faciam, aut etiam intra modum.

Modicus, a, um, *paucus, parvus,* μέτριος, ἔμμετρος. Parad. 6. Pecunia mea est ad vulgi opinionem mediocris, ad meam modica, ad tuam nulla.

Mediocris, moderatus. 2. de Orat. 137. Argumenta si ex reis numeres, innumerabilia sunt: si ex rebus, valde modica. *Ibid.* 146. Generum quæstiones modicæ et paucæ sunt. 3. de L. 40. Quæ in patribus aguntur, modica sunto. *id est, modesta atque sedata.* 1. de Div. 115. Si modo temperatis escis modicisque potationibus est affectus. 4. Att. 5. Sed tamen modici fuimus in apotheosi. 5. de Fin. 31. Hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quædam essent modica natura. De Sen. 38. Utendum est exercitationibus modicis. Orat. 69. Genus dicendi subtile, modicum, vehemens. *Ibid.* 86. Actio modica jactatione corporis. *Ibid.* Modica intervalla.

Modificatus, a, um, *a propria natura ad aliquem modum (τρόπον vocant Græci) traductus et immutatus,* διαμετρητός. Par. 17. Verba ab Oratore modificata et inflexa quodammodo. 3. de Orat. 184. Verba illa modificata esse debebant. 2. de Div. 57. Gallos, in omne corpus diviso et modificato cibo (*id est, concocto*) cantus edere, quiete satiatos. *Legitur etiam,* mitificato cibo.

Syntaxis. *Timide modiceque dicere; breviter modiceque. Modice et scienter uti aliqua re. Modice facere, aut etiam intra modum. Modificata verba, et inflexa quodammodo.*

Modius, dii, *sexta pars medimni,* μόδιος. Ver. 3. 110. et Div. 30. Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegit. 3. 78. Coguntur Æschrio dare tritici modios MMMDC. *id est, medimna* DC. *ut supra dixerat. Ibid.* 76. et 2. Off. 58. Marcus Sejus in caritate annonæ asse modium populo dedit. De Am. 69. Verum est id, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit.

Modo, *paulo ante, memoria nostra,* ἀρτίως. 2. Off. 75. Modo enim hoc malum in hanc

remp. invasit. Ver. 4. 6. Nuper, quid dico nuper? imo vero modo, et plane paulo ante. Orat. 39. Quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia, minuta nimisque depicta. 4. Fa. 5. Modo uno tempore viri clarissimi interierunt. De Cl. 69. et 2. Off. 77.

Tamen, saltem. 12. Att. 43. Contudi animum, et fortasse vici, si modo permansero. 4. Acad. 86. Denique videantur sane, ne affirmentur modo. Pro Flac. 64. Quanquam quis ignorat, qui modo unquam mediocriter hæc scire curavit? 2. de orator. 146. Hæc omnibus, qui ea mediocriter modo considerant, pertractata esse possunt. 10. Fa. 16. Si vos mediocris modo fortuna reip. adjuverit. 1. 5. Si Pompeius paulum modo sibi placere ostenderit. 6. Orat. 28. Hi unum modo quale sit, suspicantur. 3. de Orat 194. Si in his paulum modo offensum est. 2. 157. In hac arte, si modo est hæc ars. 1. de D. 86. Nemo unquam aliter Philosophus sensit, in quo modo esset autoritas. De Cl. 267. Lentulus satis erat fortis Orator, si modo orator. 6. Fa. 19. Si modo tecti satis est. Brut. 17. Servitutem, honorificam modo, non aspernari. Div. 46. Vide modo etiam, atque considera. 8. Fa. 2. Vide modo, inquis, &c. 10. 8. Ut vel omnem impetum belli in me convertere non recusem, si modo meo casu patriæ periculum morari possim. 16. 12. Videtur, si insaniet, posse opprimi, modo ut Urbe salva. 7. 1. Modo ut tibi constiterit fructus otii tui. Orat. 28. Putant enim, qui inculte dicat, modo id eleganter faciat, eum solum Attice dicere. *id est, si modo.*

Nunc, hic aliquando. 13. Att. 25. O Academiam volaticam modo huc, modo illuc! 2. 15. Modo hoc, modo illud audire. 2. de D. 62. Carneades modo ait hoc, modo illud. *Ibid.* 93. Modo hoc, modo illo modo affici. 1. de N. 31. Modo unum, tum autem plures. *Ibid.* 35. Modo mundum, tum mentem putat, &c. 2. A. 65. Modo egens; repente dives. Pro Font. 2. Provincia Gallia constat ex iis generibus hominum, qui partim nostra memoria bella cum populo Rom. acerba gesserunt: partim modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis notati, modo ab Senatu agris multati sunt: partim, &c.

Solummodo. 8. Fam. 12. 9. *Ibid.* 2. Studia, a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem.

Modulate, *concinne, numerose, composite,* ἀρμοδίως, ἐμμελῶς. 2. de Nat. 22. Tibiæ modulate canentes, et fidiculæ numerose sonantes.

Modulor, aris, *metior, moderor,* μέλπω, μελῳδέω. 3. de Orat. 183. Aves hominum vocem natura modulantur ipsa. Orat. 58. Ipsa natura quasi modulatur hominum orationem.

Modus, di, *mensura,* μέτρον, ὅρος. 1. Off. 135. Ut incipiendi ratio fuerit, ita sit definiendi modus. *Ibid.* 141. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere. *Ibid.* 106. Diligenter tenendus est modus voluptatis fruendæ. 2. de Nat. 50. Solis accessus et recessus frigoris et caloris modum temperant. Orat. 60. Oculorum et hilaritatis et vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. 3. de Orat. 97. In ipso tacta est modus mollitudinis et lenitatis. Orat. 73. In omnibus rebus videndum est, quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. Pro S. R. 99. Nullus modus est hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. Pro Cluent. 96. Judicium, in quo modus non est habitus, non mos, consuetudoque servata. Pro Mur. 72. Hoc ab eo more et modo factum est. 1. Off. 104. Ludendi est modus quidam retinendus, ut ne nimis omnia profundamus. 2. Qu. Fr. 6. ἀμφιλαφίαν, quam tu soles dicere, bono modo desidero. 13. Att. 23. De die tantum videto: et id ipsum bono modo tantum, quantum videbitur. 2. Off. 15. Omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo et modus. 2. de Orat. 358. Pictoris cujusdam summi ratione et modo, formarum varietate locos distinguentis. 4. Acad. 137. Hæc tibi tam sunt defendenda, quam mœnia, mihi autem bono modo. 4. Fam. 4. Modice faciam, aut etiam intra modum. *Ibid.* 7. Sed habet ista res medium quendam modum. *Ibid.* Sed est earum non satietas, sed modus. 2. de Fin. 27. Ergo et avarus erit, sed finite: et adulter, sed habebit modum. 2. Tuscul. 45. Nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum terminat. 1. 4. Terminare modum artis utilitate. 1. de Fin. 3. Statuere modum alienæ industriæ. 3. ad Her. 5. Statuere modum unicuique rei. Pro Syl. 48. Statuere modum inimicitiarum. Pro Pomp. 26. Statuere modum imperio. 1. de Fin. 2. Constituere modum rebus infinitis. Pro Sul. 46. Nisi tibi aliquem vitæ modum constitueris, coges me, &c. Pro Mar. 26. Definire modum alicui rei. 5. Tusc. 80. Apponere et adhibere modum. 1. de Inv. 41. Modus est, in quo, quemadmodum, et quo animo factum sit, quæritur. 2. Tusc. 20. Est igitur ad hunc modum sermo institutus. 1. de Inven. 83. Atque ea quidem argumenta ad hunc modum tentari oportebit. *Ibid.* 45. In qua utrum concesseris, reprehenditur, ad hunc modum. *Ibid.* 8. Sine certarum personarum interpositione ad hunc modum: ut si quis, &c. *Ibid.* 46. Quod sine ullo teste firmatur hoc modo; nemo est, &c. 2. de D. 120. Sive sic est, sive illo modo. Pro Quin. 28. Modo et ratione omnia facere. Parad. 6. Non æstimatione census, sed victu atque cultu terminatur divitiarum modus. Ad Brut. 15. Est scilicet utriusque rei modus, sicut reliquarum. 1. Off. 14. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes et ordinem, honestatem et decus conservabimus. *Ibid.* 119. In omnibus, quæ aguntur, ex eo modo, quem quisque nactus est, quid deceat, exquirimus. De

Sen. 86. Nam habet natura ut aliarum rerum omnium, sic vivendi modum. Par. 3. Etiam in minimis rebus, siquidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus. *Ibid.* 6. Ex eo quantum cuique sat est, metiuntur homines divitiarum modum. *Ibid.* Quantum cuique sat est, ad id accommodatur divitiarum modus. 2. de L. 66. Demetrius sepulchris novis finivit modum. 1. Off. 140. Cavendum est, etiamsi ædifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas. 3. de Orat. 38. Vox quasi extra modum absona. 1. de D. 100. Cum lacus Albanus præter modum crevisset. Ver. 3. 46. Tamen antiquum modum sationis nulla ex parte exequi potuit. Pro Flac. 80. Voluisti magnum agri modum censere. 13. Att. 33. De modo agri. Pro Cluent. 191. Quibus finem fecit non mulieris modus, sed amicorum autoritas. Incert. Ut ita diceret, quo modo se quilibet posse confideret. *Ibid.* Si omni modo vitam impetrare cupiunt.

Mensura item in musicis. 1. de Orat. 187. Ut in musicis numeri, et voces, et modi. 2. de D. 9. Surdus varietates vocum, aut modos noscere non potest. 2. De L. 38. Antiquus vocum modus, et varii canendi soni. *Ibid.* Oculos cervicesque pariter cum modorum flexionibus torquent. 1. de Orat. 254. Roscius dicebat, se, quo plus sibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, et cantus remissiores esse facturum. De Som. 12. Illi octo cursus, in quibus eadem vis est duorum modorum, septem efficiunt distinctos intervallis sonos. Orat. 198. Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi, sed universa comprehensio. *Ibid.* 193. In eis singulis pedibus modus inest, aut sesquiplex, aut duplex, aut par. 1. de Orat. 151. Non poetico, sed quodam oratorio numero et modo. 3. 182. Poetæ, quos necessitas cogit, et ipsi numeri, et modi. De suis consil. Tarditate modorum et gravitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.

Versus. 3. Tusc. 45. Carmen et rebus, et verbis, et modis lugubre. 1. 106. Pressi et flebiles modi.

Finis. Ver. 2. 118. Nos modum aliquem et finem orationi nostræ faciamus. *Ibid.* 144. Quid vero modum statuarum haberi nullum placet? atqui habeatur necesse est. 1. de L. 53. Facere modum controversiarum. 3. de N. 90. Quinam internecioni hominum modus paretur. Pro Pomp. 3. Itaque mihi non tam copia, quam modus in dicendo quærendus est. 5. Fa. 16. et 13. 2. Facere modum lugendi. 10. 3. Quare faciam modum.

Conditio. 5. de Fin. 36. Jam vero animus non esse solum, sed etiam cujusdam modi debet esse. 2. de D. 34. Num etiam si fissum cujusdam modi fuerit, in jecore lucrum ostenditur? Ver. 4. 7. Homines cujusquam modi. Pro Fla. 40. Cum tabulæ ipsæ, cujusque modi sunt, proferantur. Qu. de Pet. 42. In tot hominum cujusque modi vitiis. 2. de Inv. 134. Lex cujuscemodi sit. Pro S. R. 95. Vereor, cujusque modi es, Rosci, ne, &c. Ver. 2. 31. Ejusdem modi totum jus prætorium. 4. Acad. 100. Quia possit ejusdem modi existere falsum aliquod, cujusmodi hoc verum. 2. de Fin. 100. An ejusdem modi? 1. Aca. 26. Uniusmodi et simplex. 3. de Fin. 19. Istiusmodi res. 1. Att. 13. Istiusmodi quidquam cogitare. 2. de Inv. 21. Cum res aliusmodi est ac putatur. Orat. 123. Nec enim semper tractantur uno modo. 6. Att. 2. Omni modo egi cum rege, et ago quotidie. Ver. 2. 9. Humano modo, et usitato more. Pro Mur. 26. Tibicinis Latini modo. 1. de D. 88. Ceteros umbrarum vagari modo.

Ratio. 11. Fa. 22. 15. 10. et 16. Att. 19. Peto a te majorem in modum, ut, &c. 2. Qu. Fra. 13. In majorem modum. 16. Fa. 7. Mirum in modum gaudeo, &c. 1. Att. 2. 9. 6. 2. 8. et Ver. 4. 134. Mirandum in modum iratus est. 5. Att. 13. Mirabilem in modum. *Ibid.* 16. Incredibilem in modum. De Prov. 5. Miserandum in modum necari. Act. 1. Ver. 13. Servilem in modum cruciari. De Pro. 5. Hostilem in modum. 5. Att. 9. Hilarem in modum. De Fat. Chrysippus intricatur hoc modo.

Adjuncta. *Amabilissimus, antiquus, aptus, austerus, florentior, gravis, melior, hostilis, humanus, novus, incredibilis, mirabilis, magnus, major, mirus, mirandus, miserandus, simplex, duplex, naturalis, optimus, non poeticus, sed oratorius, tardior, pressus et flebilis, servilis, varius.*

Syntaxis. *More et modo facere aliquid. Modum tenere, retinere, servare. Habere modum in re aliqua. Ordo rerum et modus, ratio et modus. Facere aliquid intra modum. Est non satietas, sed modus. Modum alicujus rei temperare. Terminare, statuere, definire modum alicui rei, et alicujus rei. Constituere modum alicui rei, et alicujus rei sibi. Apponere et adhibere rebus modum. Ad hunc modum, hoc modo, bono modo, modo et ratione aliquid facere. Cultu atque victu terminare modum divitiarum. Modum metiri, finire, accommodare ad aliquid. Prodire extra modum. Crescere præter modum. Magnus agri modus. Vocum varietates et modi. Modorum flexiones. Oratorius numerus et modus. Facere modum aliquem et finem orationi. Patere modum controversiarum. Parare modum alicui rei, quærere. Vitia cujusque modi. Cujusque modi es. Omni modo egi et ago. Majorem in modum, mirum in modum, mirandum in modum, mirabilem in modum, incredibilem in modum, miserandum in modum, servilem in modum, hostilem in modum.*

Mœchus, chi, *adulter*, μοιχός. 8. Fa. 7. Ocella nemini persuasisset, se mœchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset.

Mœnia, um, *muri urbis*, τεῖχος, περίβολος.

3. de N. 95. Muri urbis, quos vos Pontifices sanctos esse dicitis, diligentiusque urbem religione, quam ipsis mœnibus cingitis. Pro Plan. 97. Brundusium veni, vel potius ad mœnia accessi. Pro Sest. 91. Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, mœnibus sepserunt. 4. Acad. 137. Hæc tibi tam sunt defendenda, quam mœnia. 8. Att. 3. Armatum ad patriæ mœnia accedere. 1. de Leg. 61. Cum sese non unis circundatum mœnibus popularem alicujus loci, sed civem totius mundi agnoverit.

Mœrendi. 3. Tusc. 65. Ut apud Homerum quotidianæ neces, interitusque multorum sedationem mœrendi afferunt, &c. *Ibid.* Intellectum est, nihil profici mœrendo.

Mœrens, tis, *mœstus*. 1. 30. Illa lugubris lamentatio, fletusque mœrens. Pro Sull. 74. P. Sulla mœrens, demissus, afflictus. 4. Fam. 6. et 2. de Orat. 195. Nec domo mœrens ad Rempubl. confugere possum. Pro Dom. 26. Lugente Senatu, mœrentibus bonis omnibus. Pro Corn. 56. Homines alienis bonis mœrentes.

Mœreo, es, *doleo, lugeo, gemo, in mœstitia sum, voce et querelis dolorem indico*, λυπέομαι, ἄχθομαι, σκυθρωπάζω. 14. Fam. 2. Nec miror, sed mœreo casum ejusmodi. 1. Qu. Fr. 3. Illud mœreo, quod, &c. 1. Tusc. 105. At illa sicut acerbissimam rem mœret &c. Pro Sest. 39. Non verebar, ne quis perditorum civium mortem mœreret. 32. Etiamne edicere audeas, ne homines suam, meam, Reip. mœrerent calamitatem? 1. Tusc. 115. Cum graviter filii mortem mœreret. 4. Fa. 5. Amici, qui tuo dolore mœrent. Pro Sest. 25. Qui Rempub. nimis tarde concidere mœrent. 1. Tusc. 30. Nemo enim mœret suo incommodo. Orat. 74. Cum tristis esset Calchas, mœstior Ulysses, mœreret Menelaus. 9. A. 12. Ut nemo unquam unici filii morte magis doluerit, quam ille mœret patris. I. P. 21. Cum omnes boni abditi inclusique mœrerent, templa gemerent, &c.

Mœror, oris, *ægritudo flebilis*, ἀδημονία, ἀλγηδών. 4. Tusc. 18. 12. Att. 27. Mœrorem minui, dolorem non potui. 2. de Orat. 195. Cum C. Marius mœrorem orationis meæ lacrymis suis adjuvaret. 5. Fa. 2. et 15. Cum a me exponeretur, quanto in mœrore versatus essem. 10. Att. 4. Jacet in mœrore meus frater. Pro Sest. 68. Discesserat ab Asia frater meus magno squalore, sed multo majore mœrore. 12. Att. 15. Nihil enim de mœrore minuendo scriptum ab ullo est, quod, &c. 3. Tusc. 26. Mœrore se conficere. 12. Att. 15. A mœrore recreari. 2. C. 2. Mœrore profligatus. 5. de Fin. 59. Mœrores qui animos exedunt conficiuntque curis.

Adjunct. *Assiduus, communis, dignus, domesticus, luctuosus, gravis, gloriosus, incredibilis, major, infinitus, magnus, quotidianus, novus, patrius, summus.*

Syntaxis. *Lugubris lamentatio fletusque mœrens. Homines alienis bonis mœrentes. Mœrere casum, mortem, calamitatem alicujus. Ego tuo dolore mœreo. Mœrorem minuere. Mœrorem alicujus lacrymis suis adjuvare. Versari in mœrore, jacere. Mœrore se conficere. A mœrore recreari. Mœrore profligatus. Mœrores animum exedunt.*

Mœste, λυπηρῶς, ἀλγεινῶς. 3. ad Her. 24. Tum clementer, mœste, hilare in omnes partes commutabimus.

Mœstitia, æ, *mœror, tristitia, luctus, squalor*, λύπη, κατήφεια. 1. Tusc. 106. Pressi et flebiles modi, qui totis theatris mœstitiam inferant. 2. A. 37. Tanta in mœstitia sui, quanta, &c. 1. Off. 146. Superciliorum remissio, aut contractio, mœstitia, hilaritas, &c. Orat. 148. Resistere mœstitiæ. *Ibid.* 53. Severitas, et quasi mœstitia orationis.

Mœstus, a, um, *tristis, mœrens, sordidatus*, κατηφὴς, λυπηρὸς, σκυθρωπός. 2. de Orat. 195. Cum excitavi mœstum ac sordidatum senem. Postq. in Senat. 12. Cum eum incultum, horridum, mœstumque vidisses. 4. Fa. 6. Ut tum me a Repub. mœstum domus excipiebat, &c. 3. ad Her. 27. Mœsto et conturbato vultu.

Syntaxis. *Mœstitiam alicui inferre. In mœstitia esse. Resistere mœstitiæ. Mœstus ac sordidatus. Incultus, horridus, mœstus. Mœstus et conturbatus.*

Mola, æ, *far tostum sale respersum, libatio*, μύλη. 2. de Div. 37. Cor est in extis, jam abscedet, simul ac molam ut vinum inspergeris.

Et saxum quo frumentum frangitur. 2. Att. 1. Pavonius Rhodi videtur molis potius quam Moloni operam dedisse.

Moles, lis, βάρος, ἄχθος, μέγεθος. Ver. 4. 118. Fons munitione ac mole lapidum a mari disjunctus. 4. Att. 15. Aditus insulæ muniti sunt mirificis molibus. 9. 17. Ab utroque portus cornu moles jacimus. Pro Milo. 86. Albanorum aræ, quas ille cæsis lucis substructionum insanis molibus oppresserat. 14. A. 33. Erit igitur extructa moles opere magnifico, incisæ litteræ, divinæ virtutis testes sempiternæ. 2. con. Rull. 88. Hi Capuam sedem novæ Reip. constituunt, molem contra veterem Rempubl. comparant. 1. C. 23. Vix molem istius injuriæ sustinebo. 3. 17. Non facile tantam molem mali a cervicibus depulissem. 2. Off. 14. Agrorum irrigationes, moles oppositæ fluctibus.

Adjunct. *Insana, major, mirifica.*

Moleste, *graviter*, δυσχερῶς, λυπηρῶς, χαλεπῶς. 1. Fa. 9. Sane moleste Pompeium id ferre constabat. 13. Att. 22. Te de prædio aviæ exerceri moleste fero. 1. 14. Jam illud moleste rogo, ut, &c.

Molestia, æ, *cura, sollicitudo, angor, negotium, ægritudo permanens*, δυσχέρεια, ἀδημονία. 4. Tusc. 18. 3. de Orat. 1. Acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. 13. Fa. 7. Omnes molestias et sollicitudines, quibus te miserrimam habui, deposui. Pro Syl. 1. Ex hujus incommodis

magnam animo molestiam capio. Pro Q. R. 34. Nunquam hac te cura et molestia liberabo. 2. Fa. 16. Nisi jam ratio ipsa depulisset omnes molestias. 1. 9. In molestia gaudeo. 16. 12. Habeo etiam illam molestiam, quod, &c. 4. 13. Esse in maximis molestiis. *Ibid.* 3. et 12. 30. Trahere molestiam ex pernicie Reipub. 2. Att. 1. Exhibere molestiam alicui. 8. 3. Sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam. 2. Qu. Fr. 9. Nunc mihi jucunditatis plena epistola hoc aspersit molestiæ, quod, &c. 3. 8. Delevit mihi omnem molestiam recentior epistola. De Amic. 92. Qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt, &c. 1. de Fin. 51. Quæ tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest, quanta, &c.

Adjuncta. *Consequens, diuturnior, magna, propria, honestissima, incredibilis, ingens, maxima, minor, judicialis, magna, et minime necessaria, major, minima, varia, provincialis, vetus.*

Molestus, a, um, *gravis, intempestivus, odiosus, negotiosus, laboriosus,* λυπηρὸς, δυσχερὴς, χαλεπός. De Am. 22. Amicitia nunquam intempestiva, nunquam molesta est. 1. Off. 70. Minus aliis gravis aut molesta vita est otiosorum. Pro Mur. 18. Provincia negotiosa et molesta. 3. de Leg. 19. Nihil laboriosius molestiusque provincia. 2. de Nat. 59. Labor operosus, et molestus. 1. Acad. 14. Academiam renovari a te, nisi molestum est, velim. 2. de Orat. 14. Nos quidem, nisi forte molesti vobis intervenimus, venisse delectat. De Sen. 47. Cupidis talium rerum odiosum et molestum est fortasse carere. De Amic. 74. Sunt enim quidam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant. Div. 36. Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque elóquentiæ multo molestissima.

Adverb. *Magnopere, diutius, omnino, sane, valde.*

Syntaxis. *Magnam animo molestiam capere ex aliqua re. Veterem animi curam molestiamque renovare. Molestium deponere. Cura et molestia liberare. Ratio depellit molestias. Habere molestiam. Esse in maximis molestiis. Trahere molestiam ex re aliqua. Exhibere molestiam alicui. Tua epistola hoc mihi aspersit molestiæ, delevit molestiam omnem. Vitæ molestias minuere, augere. Provincia negotiosa et molesta. Labor operosus et molestus.*

Moliendus, a, um, 2. de Orat. 206. Hæc fere sunt in judicum animis oratione molienda, amor, odium, &c.

Moliens, tis, μηχανώμενος, ἀναςτύων. 1. de Nat. 77. Agens aliquid et moliens Deus. 2. 59. Non cessans Deus, nec, quæ agit, moliens cum labore operoso et molesto. De Sen. 26. Senectus est operosa, et semper agens aliquid et moliens, tale scilicet, &c. Par. 6. Reus corruptelam judicii moliens. De Univ. 11. Mundum efficere moliens Deus, terram primum ignemque jungebat, &c. Pro Planc. 3. M. Drusus multa in Remp. moliens.

Molior, iris, *ago, struo, conor, et quodammodo machinor, paro,* ἀναςτύω, πραγματεύομαι, μηχανάομαι. 1. de N. 2. Utrum dii nihil agant, nihil moliantur, atque ab omni curatione et administratione rerum vacent, an contra ab iis cuncta regantur. *Ibid.* 51. Deus nulla opera molitur. 6. Fa. 10. Agam ipse per me, et moliar. 4. Acad. 22. Ut moliatur aliquid et faciat. De Uni. 3. Qui aliquod munus efficere molitur. 1. Fa. 5. Nunc id speramus atque molimur, ut, &c. Ver. 4. 95. Hora amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. 5. 87. et 6. Fa. 12. Non te pœnitet pro ratione temporum ita esse molitum. 1. de Fin. 50. Si molita quippiam est. Pro Sest. 1. Moliri periculum alicui. Pro Cl. 176. Moliri insidias alicui. *Ibid.* 178. Struere et moliri aliquid calamitatis alicui. Pro S. R. 22. Moliri aliquid mali. 2. cont. Rull. 10. Moliri aliquid occulte. 1. Tusc. 16. Moliri majora. 2. C. 1. Pestem patriæ nefarie moliri. De Ar. 40. Quis igitur hanc optimatium discordiam molitur? 7. Att. 7. Nisi quid occulte Cæsar per tribunos molitus erit. Pro S. R. 90. Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. 9. Att. 4. Equidem illud molior, ut mihi Cæsar concedat, ut absim. Orat. 37. De quo molimur aliquid exquisitius dicere. 14. Att. 24. Minime obscurum est, quod isti moliuntur. 16. 8. Octavius magna molitur. Pro Milon. 68. Si Milonem de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas.

Adverb. *Aliquando, nefarie, maxime, occulte, obscure, palam.*

Syntaxis. *Agens aliquid, et moliens Deus. Moliri aliquid cum labore operoso et molesto. Mundum efficit moliens Deus. Agere et moliri. Moliri et facere. Amplius mense moliri in legendo. Moliri periculum, insidias, calamitatem alicui. Moliri aliquid occulte per aliquem. Moliri pestem patriæ. Illud molior, ut, &c. Magna moliri. Nefarie cogitare aut moliri aliquid de vita alicujus.*

Molitio, nis, *machinatio, fabricatio,* παρασκευὴ, κατασκευή. 1. de Nat. 19. Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? *Ibid.* 23. Tanta rerum molitio. De Un. 7. Originem rerum et molitionem novam quærens.

Molitor, oris, *machinator, fabricator, architectus,* σκευαστὴς, ἐργάτης. De Un. 14. Effector mundi et molitor Deus.

Molliendus, a, um. 1. de N. 96. Sed usu mollienda nobis dura verba sunt.

Mollio, is, *mitigo, moderor,* θρύπτω, καταμαλάττω, μάττω, καταπραΰνω. 9. Att. 12. Ætas jam deflexa ad otium domesticarum me rerum delectatione mollivit. De Sen. 10. Fabius Annibalem juveniliter exultantem patientia sua molliebat. 2. Tusc. 27. Poetæ molliunt animos nostros. In Clod. Mollire vocem.

Effœmino. 5. Tusc. 78. Sed nos animum opinionibus, maloque more delinitum mollivimus.

Mollior, iris, *liquor, liquefio.* 2. de Natu. 134. Dentibus manditur, extenuatur, et mollitur cibus. *Ibid.* 26. Frigoribus durescit humor, et idem vicissim mollitur tepefactus, et tabescit calore.

Effœminor. 12. A. 8. Ipsa illa Martia legio hoc nuncio languescet et mollietur.

Mollipes, dis, *μαλακόπους*. 1. de Div. 15.

Mollipedesque boves spectantes lumina cœli.

Mollis, lis, *tener, tractabilis, flexibilis, effœminatus, μαλακὸς, μαλθακὸς, τρυφερός .)(. durus.* De Cl. 38. Hic inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit. Orat. 52. Oratio mollis et tenera, et ita flexibilis, ut sequatur, quocunque torqueas. 2. de Orat. 95. Genus dicendi molle et remissum. 1. Off. 129. Ne quid effœminatum, aut molle, aut ne quid durum, aut rusticum sit. 2. Qu. Frat. 15. Infima auricula mollior. 1. de Orat. 226. Philosophus mollis, languidus, enervatus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens. 1. de Fin. 37. et 5. 12. Voluptarius, delicatus, et mollis. De Cl. 225. Solutus et mollis in gestu. 2. Att. 6. Quodammodo molli brachio objurgare aliquem. Pro Mil. 43. Molle, tenerum, fragile, flexibile. 1. Off. 71. Molliorem esse in dolore. Ver. 1. 26. Utram igitur putas legem molliorem? 2. Tusc. 36. Cultus mollissimus. 3. de Orat. 175. Mollissima cera. 1. Tusc. 95. Cogitationibus mollissimis effœminamur. Hortens. Modestiores, et ad capienda præcepta molliores.

Molliter, *cum luxu, ἁβρῶς, τρυφερῶς.* 3. de Orat. 60. Recubare alicubi molliter ac delicate. 1. Off. 106. Delicate et molliter vivere.

Leniter, πρᾴως. 1. Fa. 9. Id enim feci parce et molliter. 2. de Nat. 129. Aves nidos construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt. De Senect. 5. Quod ferendum est molliter sapienti.

Syntaxis. *Patientia sua mollire aliquem. Animum opinionibus maloque more delinitum mollire. Languescere et molliri. Mollem teneramque reddere orationem. Genus dicendi molle et remissum. Dura verba mollit usus. Philosophus mollis, languidus, enervatus. Solutus et mollis in gestu. Molli brachio objurgare aliquem. Molliorem esse in dolore. Cultus mollissimus. Ad capienda præcepta mollior. Delicate et molliter vivere. Facere aliquid parce et molliter. Ferre molliter aliquid.*

Mollitia, æ, et Mollities, ei, *mollitudo, teneritas, lenitudo, ἁβρότης, μαλακότης, τρυφή.* Part. 81. Lenitatem mollitia animi imitatur. 1. de Fin. 33. et 2. Tusc. 52. Qui officia deserunt mollitia animi, *id est, laborum et dolorum fuga.* 5. de Fin. 58. In primo ortu inest mollities, et teneritas quædam. 1. Att. 14. Agilitas, ut ita dicam, mollitiesque naturæ. 12. 26. Nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiam, et consuetudinem victus. Pro Syl. 18. Qua mollitia sum animi et lenitate. 2. de L. 38. Civitatum mores lapsi ad mollitiem, pariter sunt immutati cum cantibus. Orat. 59. Mollitia cervicum.

Mollitudo, inis. 2. de Natur. 136. In pulmonibus inest raritas quædam, et assimilis spongiæ mollitudo. 3. de Orat. 97. et 159. In ipso tactu est et mollitudinis et levitatis modus. 5. Tusc. 46. Mollitudo corporis, lenitudo orationis. 3. ad Her. 20. Mollitudo vocis, cum eam torquere pro commodo nostro possumus.

Mollitus, a, um. 2. de Nat. 130. Nilus recedens agros mollitos oblimatosque ad serendum relinquit.

Syntaxis. *Lenitatem mollitia animi imitatur. Infantis mollities et teneritas. Animi mollitia et lenitate esse. Mollitudo pulmonis, vocis. Mollitus ager.*

Momentum, ti, *punctum temporis, pondus, vis, motus, item et loci vestigium et temporis, ῥοπὴ, δύναμις, ὄφελος.* 6. Fa. 10. Omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittemus tempus tui juvandi. 5. de Fin. 88. Nec ullo minimo momento plus ei vitæ tribuo, quam Stoici. 1. A. 26. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. 1. de Div. 118. Parvis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. 3. Off. 11. Omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti instar obtinent. 2. cont. Rul. 80. An ignoratis, cætera vectigalia perlevi sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? 5. de Fin. 11. Momenta temporum. Pro Mur. 3. M. Cato diligentissime perpendens momenta officiorum omnium. *Ibid.* 18. Quæstura utriusque propemodum pari momento sortis fuit. 3. de Fin. 31. Nihil aliud alii momento ullo antepones. 1. Acad. 44. Paria in contrariis partibus rationum momenta. Orat. 48. Non semper ex eisdem *causis* eadem argumentorum momenta sunt. 2. de Fin. 38. Hoc nihil habet momenti. 4. Aca. 124. Ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta. Pro Mur. 62. Petunt aliquid publicani, cave quidquam habeat momenti gratia. 4. de Finib. 47. Hæc res nullum habet momentum ad beatam vitam. *Ibid.* Qui ad appetitionem rerum esse in his momenta diceret. *Ibid.* Minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum. 5. de Fin. 37. In his momenta sunt maxima ad beate vivendum. 1. 51. Hoc plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam affert momenti, quam eorum utrumvis. Ver. 5. 176. In Repub. permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum. Brut. 1. Non enim ignoras, quanta momenta sint in Rep. temporum. Pro Font. 4. Ut sua autoritas aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. Pro Mur. 90. Si quid habet aut momenti commendatio, aut autoritatis confirmatio mea. In Vat. 1. Testimonium tuum nullius momenti putatur. *Ibid.* 9. Id est maximi momenti et ponderis. 2. de Inv. 77. Magno

momento esse ad persuadendum. Pro Fon. 11. Ad unamquamque rem æstimandam, momentoque suo ponderandam. 1. de Orat. 142. Inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio disponere. 2. de N. 117. Astra forma ipsa figuraque sua momenta sustinent. 1. Tusc. 49. Elementa habent inter se divisa momenta.

ADJUNCT. *Magnum, maximum, minimum, perleve, par, parvum, permagnum, publicum.*

SYNTAXIS. *Observare momenta. Minimis momentis maximæ temporum inclinationes. Perleve momentum fortunæ. Officiorum momenta, sortis, rationum, gratiæ. Id non habet momentum ad beatam vitam. In hoc est maximum momentum ad. Id momentum affert ad. Nullius momenti putatur. Momentum ac pondus. Id magno est momento ad. Res æstimare, momentoque suo ponderare. Ordine, momento, judicioque disponere.*

Momus, mi, *qui nihil non carpit, reprehensor, obtrectator,* μῶμος. 5. Att. 20. Ut etiam Ligurino Momo satisfaciam.

Monedula, læ, *avis, quæ monetam pecuniamve furatur, cujus est admodum cupida,* κολοιός. Pro Flac. 76. Non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant. *Proverbium.*

Monendus, a, um, *admonendus.* De Ami. 90. Nam et monendi sæpe amici sunt, et objurgandi: et hæc accipienda amice, cum benevole fiunt.

Moneo, es, *admoneo, suadeo, hortor, præcipio, prædico,* εἰσηγοῦμαι, συμβουλεύω, καταμιμνήσκω. 2. de Inven. 66. Pietas officium erga parentes conservare monet. 2. de Div. 132. Mea causa me mones, quod non intelligam? quid igitur me mones? *Ibid.* 133. Quæ nostra causa mones. 2. Qu. Frat. 3. Tu me de retinenda Sestii gratia litteris monuisti. 11. Att. 16. Te oro, ut Terentiam moneas de testamento. 1. Fam. 1. Monere aliquem, ut fugiat infamiam. 1. Off. 37. Monere ut aliquid faciat. De Arusp. 53. Cum dii monent de optimatium discordiis. 2. C. 20. Sed eos hoc moneo, desinant furere &c. 1. Off. 90. Ut recte præcipere videantur, qui monent, &c. 14. Att. 21. Id ipsum quod me mones, &c. 2. de Orat. 97. Hic Sulpitius, Me quidem (inquit) recte mones. 3. Fa. 3. Eaque me ex tuis mandatis monuit, quæ, &c. 2. Fa. 16. Quæ tu me mones ut caveam. 1. ad Heren. 1. Si te unum illud monuerimus. 10. Fa. 1. Monere atque hortari aliquem. 4. 3. Monente et denunciante te. Act. 1. Ver. 36. Moneo, prædico, ante denuncio. 10. Fa. 4. Autoritate monere. 7. A. 20. Equidem non deero, monebo, prædicabo, denunciabo, et testabor semper deos et homines, quid sentiam.

ADVERB. *Accuratissime, amice, prudenter, temere, amicissime, diligenter, sero, identidem, magnopere, recte, sapienter, temere, varie.*

Moneor, eris. De Amic. 90. Sed quum tot signis natura declaret, quid velit, obsurdescimus tamen nescio quo modo: nec ea, quæ ab ea monemur, audimus &c. De Arusp. 45. De quo ipso nunc monemur.

Moneta, æ, *a monendo dicta. Juno autem Moneta appellabatur, quod in ejus æde publicæ monetæ pecuniæque Romæ cudebantur,* νόμισμα. 3. de N. 47. et 1. de D. 101. Juno moneta. 7. in A. 1. 8. Att. 7.

Monetalis, le, *qui monetam cudit.* 10. 13. Monetali autem ascripsi, quod ille ad me proconsulem, &c.

Monile, lis, *colli ornamentum,* ὅρμος, ὅρμισκος. Ver. 4. 39. Monile ex auro et gemmis.

Monimentum ti, *rectius,* Monumentum, ὑπομνηματισμός, *memoria, litteræ, commentarii, publicum opus, tropheæum, moles, sepulchrum,* μνῆμα, σῆμα. 1. de Inven. 39. Res, quarum monimenta certa in litteris extant. 5. Fa. 12. Cupio quam celerrime res nostras monimentis commendari tuis. 6. 6. Nec nos quidem nostra divinatio fallet, quam sapientissimorum virorum monimentis atque præceptis consecuti sumus. 1. de Orat. 201. Monimenta rerum gestarum, et vetustatis exempla Oratori nota esse debent. 2. 53. Qui sine ullis ornamentis monimenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. 5. Fam. 20. Nisi ista pecunia gravissimis esset certissimisque monimentis testata, cui data, quo senatusconsulto, &c. Pro R. 15. Istæ omnes et suppliciorum et verborum acerbitates non ex memoria nostra ac patrum nostrorum, sed ex annalium monumentis atque ex regum commentariis conquisivit. De Cl. 62. Ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si quis ejusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam. Ad Brut. 15. Extare enim volebam in crudelissimos hostes monimenta odii publici sempiterna. 1. Qu. Fr. 1. 21. Cum ad templum monimentumque nostrum civitates pecunias decrevissent. 2. con. Rul. 97. Hæc tu sceleris vestigia, quam monimenta majorum sapientiæ sequi maluisti. 3. C. 26. Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo. *Ibid.* In animis ego vestris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia condi et collocari volo. Pro Ar. 27. Aditus templorum ac monimentorum suorum carminibus exornavit. Pro Dom. 112. Monumentum quod positum est, ut esset indicium oppressi Senatus, ad memoriam sempiternam turpitudinis. *Ibid.* 51. Quid? quod nunc apud pontifices agis, te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse, te in meis ædibus signum dedicasse. *Ibid.* 100. Si mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet inimico doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, &c. Ver. 5. 152. Apud te, cujus nullum in Repub. unquam monumentum fuit. 1. Fa. 9. 4. 12. Monmentum ei marmoreum faciendum locaverunt. 1. Tusc. 31. Monu-

menta sepulcrorum. 2. de Fin. 116. Elogia monumentorum. Ver. 2. 177. et 4. 26. Indicia et monumenta furtorum. 2. de Inven. 70. Statuere æterna insignia posteris, et statuere æternum monumentum. L. P. 92. Is in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis victoriæque insignia et monumenta essent. *Ibid.* Ætas tropbæis monumentisque finem affert. Pro S. R. 146. Nec sibi quidquam patrium, ne monumenti quidem causa reliquit. Pro Milon. 105. Hujus vos animi monumenta tenebitis, *id est, memoriam.* 13. A. 26. Cujus consulatus est ex omni monumentorum memoria revulsus. De Cl. 26. 4. Acad. 2. 1. 3. et 1. de Div. 33. Nota res est, et a teipso mandata monumentis. Pro Sest. 102. Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Pro R. P. 43. Hæc res annalium monumentis celebratur. Pro Dom. 86. Ut annales pop. Romani et monumenta antiquitatis loquuntur. *Ibid.* 137. Nullum ex ea dedicatione litterarum extat monumentum. Pro Planc. 94. Hæc de sapientissimis viris monumenta nobis litteræ prodiderunt. 1. de Div. 12. Nihil est quod non longinquitas temporum excipiente memoria, prodendisque monumentis efficere possit. 2. cont. Rull. 87. Hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis. Pro Sul. 41. Publica monumenta. 1. Qu. Fr. 1. 22. Studia et artes, quæ sunt nobis Græciæ monimentis disciplinisque traditæ. *Ibid.* 35. Amplissimis monimentis consecrare memoriam nominis sui. 1. Off. 55. Magnum est enim, eadem habere monimenta majorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere communia. 3. 4. Nulla ejus ingenii monimenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus extat. Pro Dom. 137. In urbe monumentum deletæ Reipub. collocatis. Frag. epist. Quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam. Hortens. Ex annalium monumentis res bellica, aut omnis Reipub. disciplina cognoscitur. 14. in Ant. 31. Placet mihi militibus qui pugnantes occiderunt, monumentum fieri quam amplissimum. 1. A. 17. An illa non gravissimis ignominiis, monumentisque hujus orationis ad posteritatis memoriam sunt notanda, quod M. Antonius, &c. *Ibid.* 39. Clarissimum monumentum clementiæ suæ. 2. con. Rul. 60. Prædas ac manubias in monumenta Deorum immortalium conferre.

ADJUNCTA. *Æternum, celeberrimum, clarissimumque, amplissimum, antiquissimum, maximum, certum, clarissimum, clarissimum et pulcherrimum, religiosum, clarius, gloriosum, gratum, gravissimum, certissimumque, immortale, marmoreum, publicum, pulcherrimum, sempiternum, summum, vetus.*

SYNTAXIS. *Monimentis commendatum, testatum, mandatum. Testimonium et monimentum virtutis. Sepulcrorum monumenta. Monumentum statuere, tenere. Ex omni monumentorum memoria revellere. Annalium monumentis celebrare. Loquuntur annales et antiquitatum monumenta. Litterarum monumenta testantur. Memoriam alicujus amplissimis consecrare monumentis. Monumentum alicujus rei in aliquo loco collocare. Ingenii sui monumenta mandata litteris.*

Monitio, onis, *admonitio, παραίνεσις, νουθέτησις.* De Ami. 91. Monitio acerbitate, objurgatio contumelia vacare debent.

Monitor, oris, *admonitor, magister, παραινέτης, καθηγητής.* 2. de Orat. 99. Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quam acuti magistri. 4. C. 9. Cæsar monitor et autor hujus sententiæ. Pro Mur. 77. Appellare cives per monitorem. Div. 52.

Monitum, ti, *præceptum, monitio, παράγγελμα, παραίνεσις.* 14. A. 20. Meæ aures dies et noctes omnium præceptis et monitis patuerunt. 5. Fa. 2. Meis consiliis monitisque nituntur. *Ibid.* 13. Monitis præceptisque. De Arus. 54. Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu conjecturaque raperemur. 13. Fam. 3.

Monitus, us, *monitio, παραγγελία.* 2. Div. 86. Sortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur.

Monitus, a, um. 5. Fa. 17. Memoria nostræ amicitiæ, et virtute filii tui monitus. 5. Att. 10. Per me ipse tamen acrius vestigiis tuis monitus de te cogitabam.

SYNTAXIS. *Preceptis monitisque alicujus patere aures. Consiliis monitisque alicujus niti. Duci monitis amicorum, non sensu et conjecturis rapi.*

Monogrammus, mi, *pictus, tenuiso, tiosus, μονόγραμμος.* 2. de N. 59. Epicurus monogrammos deos, et nihil agentes commentus est.

Mons, tis, *ὄρος, πέτρος.* De Pro. 34. Nihil est jam ultra illam montium altitudinem, quod sit pertimescendum. 2. de Nat. 98. Impendentium montium altitudines. *Ibid.* 132. Montes vestiti ac sylvestres. *Ibid.* 161. Vestitus densissimi montium. De Cl. 54. Mons qui sacer appellatus est. 1. de Div. 18.

Cum tumulos Albano in monte nivales Lustrasti.

1. de Orat. 36. Genus hominum in montibus ac sylvis dissipatum. Pro C. Cor. 1. Montem illum trans Anienem, qui hodie mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, æternum memoriæ causa consecrarent. Incer. Erythæo oppido superpositum montem Mimanta.

ADJUNCTA. *Altissimus, altus, apricus, impendens, sylvester, vestitus, patrius.*

Monstro, as, *demonstro, commonstro, ostendo, doceo, patefacio, digitum ad rem intendo, δείκνυμι, δηλόω, φανερόω.* 1. Off. 51. Homo qui erranti comiter monstrat viam. *Ex Ennio.* 1. de D. 133. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. 16. Fam. 22. Tu, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis, *id est, docebis.* 1. de L. 2.

At quam Ulysses Deli se palmam vidisse dixit, hodie monstrant eandem.

Adverb. *Benigne, comiter, non gravate.*

Monstrosus, a, um, *portentosus*, τεράστιος, τερατώδης. 1. de Fin. 61. Alii lucifugi, monstrosi. 2. de D. 69. Monstrosissima bestia.

Monstrose, τερατωδῶς. *Ibid.* 146. Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstrose cogitari potest, quod non possimus somniare.

Monstrum, tri, *ostentum, portentum, prodigium*, τέρας, τεράστιον. 1. de Div. 93. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. 2. de N. 7. et 2. C. 1. Nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis comparabitur. Ver. 3. 171. Non mihi jam furtum, sed monstrum atque prodigium videbatur. De Ar. 26. Periculum ex aliquo monstro significatum cavere. 4. Tusc. 63. Dicere monstra. I. P. 31. Immanissimum ac fœdissimum monstrum.

Adjunct. *Certissimum, disjunctum, diversumque, falsum, perditum, non salutare, fatale, immanissimum, et fœdissimum, magnum, merum, mirabile, novum.*

Montanus, a, um, ὄρειος. 2. cont. Rull. 94. Ligures montani, duri, et agrestes. Pro Dom. 74. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui, &c.

Montivagus, a, um, ὀρειβάτης. 5. Tuscul. 79. Non montivagos et sylvestres cursus patiuntur.

Montosus, a, um, *montuosus*, ὄρειος. Pro Pla. 32. Aspera et montosa regio. Partit. 36. Plani an montosi loci. *Alii*, montuosi *legunt*.

Montuosus, a, um, *vel potius*, Montosus. De Ami. 70. Locis montuosis delectamur, et sylvestribus.

Mopsus. *Argivorum rex, et vates.* 2. de N. 7. et 1. de D. 88.

Mopsuhestia, vel Moshestia, vel Mopsbetia potius, *urbs a Mopso condita, ab eoque sic appellata, et ager in Cilicia.* 3. Fam. 8.

Mora, ræ, *cunctatio, dilatio, tarditas, retardatio, procrastinatio, tergiversatio*, ἀναβολή, διατριβή, μέλλησις. 2. de Inv. 146. Deinde utrum statim fieri necesse sit, an habeat aliquam moram et sustentationem. 11. Att. 25. Multam mihi moram afferunt. 5. A. 25. Ista legatio moram et tarditatem afferet bello. Ver. 5. 165. Ut supplicii aliquam parvam moram posset afferre. 16. Att. 2. De Publio autem quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam. 10. Fa. 22. Propter tarditatem sententiarum, moramque rerum. Pro Sull. 58. Venire omnes suas possessiones maluit, quam ullam moram fieri cuiquam creditorum suorum. Ver. 5. 165. Non modo effugium, sed ne moram quidem mortis assequi potuit. Brut. 5. Omnino Pansa vivo celeriora omnia putabamus, nunc per auspicia longam moram video. Pro Cæc. 7. Qui igitur convenit, quæ causa, &c. eandem esse moram ad judicandum? *Ibid.* 6. Moram ad condemnandum acquisisse. 13. Att. 3. Non enim puto tam expeditum judicium, ut non habeat aliquid moræ. Pro Rab. 8. Cum ad judicii moram familiaris funeris excusatio quæreretur. Ver. 5. 165. Moram supplicio quærere. Pro Cæc. 4. Judicandi justam moram ac religionem judicibus injicere. 1. C. 9. Dixisti paululum tibi esse etiam nunc moræ, quod ego viverem. Pro Mil. 55. Quid ergo erat moræ et tergiversationis? 12. Fam. 12. Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persolvo. 1. Acad. 1. Quod cum audivissemus, nullam moram interponendam putavimus, quin videremus, &c. 1. de Inven. 12. Inferre moram et impedimentum alicui. 10. Fa. 31. Esse in mora. Br. 18. Quod ego, ut debui, sine mora feci. 3. C. 5. et 8. Fa. 8. Illi sine recusatione, ac sine ulla mora negotium susceperunt. 11. Att. 11. Sine mora facere aliquid, abjecta omni cunctatione. Orat. 53. Distincta alios, et interpuncta intervalla, moræ, respirationesque delectant. 10. A. 1. Tu nullam moram interposuisti, quin quam primum maximo gaudio frueremur. 6. 2. Quæ cum viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putavi. *Ibid.* 7. Utinam hæc legatio nihil haberet moræ. 8. 17. Tu omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus. 5. Att. 21. Tibi, ut video, et spero, nulla ad decedendum mora. *Ibid.* In his γλυκυπικρὸν illud confirmas, moram mihi nullam fore. De Fat. Comitia sine mora futura videntur.

Adjunct. *Justa, longa, minima, parva, utilior.*

Syntaxis. *Id habet aliquam moram et sustentationem. Moram afferre alicui homini, vel alicui rei, vel alicujus rei. Moram facere. Moram fieri creditoribus. Moram mortis assequi. Judicium habet aliquid moræ. Ad judicii moram quærere aliquid. Moram supplicio quærere. Justam moram judicandi et religionem judicibus injicere. Paullulum moræ etiam nunc mihi est. Quid est moræ et tergiversationis? Habeo paullum moræ, dum &c. Moram interponere. Inferre moram, et impedimentum alicui. Esse in mora. Sine mora aliquid facere.*

Moralis, le, ἠθικός. De Fat. 1. Nos eam partem Philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem.

Moratus, a, um, *moribus præditus et perpolitus, institutus*, διατεθείς. 1. de Orat. 85. Ea, sine quibus civitates nec esse, nec bene moratæ esse possunt. De Clar. 7. Bene morata, et bene constituta civitas. De Sene. 62. Optime morata civitas. Pro Mil. 94. Quamprimum tetigero bene moratam et liberam civitatem. Part. 82. Quemadmodum quis institutus moratusve fuerit. 2. Tusc. 11. et 1. de Fin. 63. Quotusquisque Philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ut ratio postulat? 2. de Orat. 184. Probus,

bene moratus, et bonus vir. De Ami. 47. 54. Bene moratus, bene institutus. 1. de Div. 66. O poema tenerum, et moratum, atque molle! 2. Off. 41. Apud majores nostros fruendæ justitiæ causa videntur olim bene morati constituti reges.

Syntaxis. *Civitas bene morata et constituta, optime morata. Institutus ac bene moratus. Ita moratus, ut, &c. Probus, bene moratus, vir bonus. Tenerum et moratum poema. Ita moratus, ut ratio postulat.*

Morbosus, a, um, νοσηρὸς, νοσώδης. 4. Tusc. 53. Majores nostri iracundos solos morbosos nominaverunt.

Morbus, bi, *ægrotatio, malum*, νόσος, νόσημα, ἀῤῥώστημα. 1. C. 31. Ut homines ægri morbo gravi, cum æstu febrique jactantur, si aquam gelidam biberint, prius relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque affligantur: sic hic morbus, qui est in Repub. relevatus istius pœna, vehementius reliquis vivis ingravescet. 3. Tuscul. 8. Qui in morbo sunt, sani non sunt. *Ibid.* 92. Corpus quod in morbo est. 1. Off. 83. Medici leviter ægrotantes leviter curant, gravioribus morbis periculosas curationes et ancipites adhibent. Pro Cl. 175. et 1. C. 31. Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ægrotavit. 15. Att. 2. 13. Fa. 29. Ille in morbum incidit, ex quo non convaluit. 1. Tusc. 79. Cadere in morbum. 12. Fam. 30. Gravius ægrotant ii, qui cum levati morbo videntur, in eum de integro inciderunt. Postquam ad Quir. 4. Bona valetudo jucundior est eis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt. 1. de D. 63. Qui sunt morbo gravi et mortifero affecti. I. P. 85. Qui cum uno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset; dubitabat nemo, &c. De Fat. 17. Ut in eo, qui mortifero morbo urgetur, &c. 2. de Div. 15. Medicus morbum ingravescentem ratione providet. *Ibid.* 12. Num vates acutius conjiciet morbi naturam, quam medicus? *Ibid.* *Ægrotus* evasit ex morbo. Pro Planc. 90. Si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumpserit, tamen, &c. Pro Sul. 76. Ex magnis, et diuturnis, et jam desperatis Reipub. morbis ista repente vis erupit, ut ea confecta et ejecta, convalescere aliquando et sanari civitas posset. 3. de Nat. 84. Misero diuturnoque morbo tabescere. 4. Tusc. 31. Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. 2. de Nat. 59. Deus morbum non metuens ex defatigatione membrorum. 10. Att. 18. Tu quartana cares, et novum morbum removisti. *Ibid.* 19. Valetudinem tuam jam confirmatam esse et a vetere morbo, et a novis tentationibus gaudeo. 5. Tusc. 32. 33. Morbo teneri. 7. Att. 5. Pyliam in idem genus morbi delapsam audio. 11. 6. Tulliæ meæ morbus et imbecillitas corporis me exanimat. Pro Clu. 57. In morbis corporis ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus adhibetur. Pro Clu. 22. Mulier oppressa morbo est. 7. Fa. 26. Morbi senescentis remissio. 4. Tusc. 22. Cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi, ægrotationesque nascuntur. *Ibid.* 23. Ex perturbationibus morbi conficiuntur, quæ vocant illi νοσήματα. 15. Att. 1. Cum hominem temperantem, summum medicum, tantus improviso morbus oppresserit. 2. de Fin. 96. Tanti aderant morbi vesicæ et viscerum. 1. de Fin. 96. Nec vero quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. *id est, animi vel corporis.* 7. Fam. 26. Ego autem cum omnes morbos reformido, tum in quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat, δυσουρικὰ, καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum edacitatis morbum putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. *Ibid.* Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam, nam et vires et corpus amisi: sed si morbum depulero, facile illa revocabo. Ver. 1. 91. Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo et cupiditate. 1. Fa. 9. Quod morbo impeditus in Ciliciam non transieris. Pro Sul. 53. Quas oras quasi morbus quidam illius furoris pervaserat. 2. de Orat. 186. Mederi morbo alicui. 5. de Fin. 84. Bonum valetudo, miserum morbus. 1. de Div. 13. Mirari licet, quæ sit animadversa a medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. De Univ. 14. Nullus morbus mundum potest, aut senectus affligere. 2. de Div. 142. Medici ex quibusdam rebus et advenientes morbos, et crescentes intelligunt. 9. A. 15. Aliquis infirmus ex gravi et periculoso morbo. *Ibid.* Contra vim gravitatemque morbi contendit, ut ad castra perveniret. 10. 16. Alter nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus est. De Sen. 67. Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur. Incer. Cum simul ægrotare cœpissent, et eorum morbus eodem tempore ingravesceret, eodem levaretur, &c.

Adjunct. *Difficillimus, gravis, gravior, gravis et mortifer, gravis et diuturnus, gravissimus, gravis et periculosus, imbecillior, ingravescens, insanabilis, magnus et diuturnus, desperatus, miser, et diuturnus, mortifer, odiosus, perniciosior, opinabilis, et voluntarius, perpetuus, senescens, vetus.*

Syntaxis. *In morbo esse, in morbum incidere, cadere. Ex morbo convalescere. Morbo affligi, urgeri, tentari, affici, levari, morbo recreari, evadere. Morbo teneri, impediri. In morbum delabi. Removere morbum. Opprimi morbo. Morbus et ægrotatio. Morbum depellere. Morbo mederi. Ex gravissimi morbi longinquitate recreari. Morbus ingravescit.*

Mordax, cis, *aculeatus, dentatus*, δήκτης, δηκτικός. 2. de Orat. 240. Lacerat lacertum Largii mordax Memmius.

Mordeo, es, *figo, carpo, perstringo*, δάκνω,

κωμῳδίᾳ. 3. Att. 13. Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra. Pro S. R. 57. Canes et latrare et mordere possunt. 11. Att. 7. Si qua sint in tuis literis, quæ me mordeant. 1. Fam. 9. Par pari referto, quod eam mordeat. 4. Tusculan. 82. Si paupertas momordit, si ignominia pupugit. 6. Att. 2. Qui scribis, mordere te interdum, quod non simul sis. 3. Fa. 12. Neque non me tamen mordet aliquid, &c. 11. 24. Si frænum momorderis.

Mordeor, eris. 4. Tusculan. 44. Morderi est melius conscientia.

Mordicus, *arcte, constanter*, ὀδάξ. 4. Acad. 51. Perspicuitas, quam mordicus tenere debemus. 3. de Fin. 78. Verba tenent mordicus.

Morsus. 2. Qu. Fr. Auriculam fortasse mordicus abstulisset.

Moribundus, a, um, *moriens*, ἀποθνήσκων. Pro Sest. 85. Tribunum plebis, plus viginti vulneribus acceptis, jacentem moribundumque vidistis.

Morigeror, aris, *morem gero, obsequor, satisfacio, placeo*, πειθαρχέω, χαρίζομαι. Orat. 159. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. *Lege*, Mos.

Moriendum. De Senect. 74. Moriendum certe est: et id incertum, an eo ipso die, &c.

Morior, eris, *emorior, cado, occido, intereo, decedo, animam ago, mortem obeo, mortem oppeto, de vita decedo, exeo, vita, ex vita, a vita discedo, migro, emigro, demigro, excedo, vitam amitto, ago supremum diem vitæ, vitam cum morte commuto, diem obeo, extinguor, extremum spiritum effundo, ex corporis vinculis tanquam ex carcere evolo*, θνήσκω, ἀποθνήσκω, θανοῦμαι, ἀποψύχω. 6. Fa. 3. Ita enim vivere, ut non sit vivendum, miserrimum est: mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. De Sen. 83. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo. 9. Att. 4. Videbatur vel mori satius fuisse, quam &c. Pro Qu. 14. Moritur in Gallia Quintius, et moritur repentino. 1. Att. 2. Aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse. 10. Fa. 33. Ex vulnere mori. Postquam in Sen. 3. Nunquam vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama morietur. Pro Cæl. 76. Ut iste interpositus sermo deliciarum desidiæque moreretur. I. P. 93. Ne suavissimi hominis memoria moreretur. De Senect. 71. Adolescentes mori sic mihi videntur, ut cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senes autem sic, ut sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur. 8. Fa. 13. Mori et agere animam.

Adjunct. *Acerbe, indigne, intestato, repentino.*

Moror, aris, *commoror, maneo, cunctor, in mora sum*, ἐπέχω, βραδύνω, χλιαζω. 15. Fa. 17. Tu quod adhuc Brundusii moratus es, valde probo. 12. 15. Diutius morari, aut expectare præsidium non necesse habui. 11. 9. Dabo operam, ne Antonius in Italia moretur. *Ibid.* 24. Ego in Italia morabor. 15. 2. Tempus ejus tridui, quod in his castris morabar, in magno officio et necessario mihi ponendum putavi. 5. Att. 16. Moratus triduum Laodiceæ, et totidem dies Sinadæ, audivi, &c. 16. 5. Brutus valde moratur non tergiversans, sed expectans, &c. 7. 1. Quam vellem nunc in provincia morari. 3. de Orat. 72. Cum Athenis diutius essem moratus. 1. C. 20. Si hic morari æquo animo non potes, abi in alias terras. De Som. 6. Quid moror in terris? I. P. 27. Nec est passus, in Repub. diutius vestrorum scelerum pestem morari. 8. Att. 18. Cum constituisses ad me venire, miror, quam ob causam moratus sis. 5. in Ant. 33. et 13. Att. 37.

Retardo, moram affero, injicio, moram et impedimentum infero, ἐνθύνω, τρίβω. 11. 24. Multa eum in Asia dicuntur morari. 15. Fa. 11. Si me navigatio non morabitur. 5. A. 26. Tamen legatorum nomen belli celeritatem morabitur. 1. de Divin. 21.

Hæc tardata diu species, multumque morata,
Consule te, tandem celsa est in sede locata.

In Vat. 12. Morari aliquem conscendentem. 13. At. 31. Ego morabor te. 2. Fa. 16. Curtius cogitat dibaphum; sed eum infector moratur. *Ibid.* 15. Nisi quid me Etesiæ morabuntur. 6. 20. Si quid eum vel impediet, vel morabitur. 13. Att. 23. Libri ad Varronem nos morabantur. 10. Fa. 8. Si modo meo casu Reip. periculum morari possim. 1. Tusc. 113. Cum enim illam ad solemne sacrificium curru vehi jus esset, morarenturque jumenta, &c. Ver. 4. 104. Hic iste omnia, ne multis vos morer, asportanda curavit.

Adverb. *Diutius, paulum, valde.*

Syntaxis. *Nisi quid te impedit vel moratur. Reipub. periculum suis casibus morari. Ne multis morer, h. e.* ne te pluribus teneam.

Morose, *fastidiose, importune*, δυσαρέστως, κακοήθως. De Cl. 236. M. Piso iracundius respuebat ineptias hominum, sive morose, ut putabatur, sive ingenuo liberoque fastidio.

Morositas, tis, *difficultas*, δυσκολία, δυσαρεστία. 1. Off. 88. Ne si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem et odiosam incidamus. De Senectut. 65. At morositas tamen habet aliquid excusationis.

Morosus, a, um, *difficilis, inhumanus, importunus*, δύσκολος, δυσάρεστος. 7. Fa. 15. Morosi sunt, qui amant. Orat. 104. Usque eo difficiles et morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. 1. Att. 10. et 2. de Orat. 251. Genus cavillandi morosum. 2. Att. 25. Mirabiliter enim morosus est. *aliter*, moratus. De Senect. 65. At sunt morosi, anxii, iracundi, et difficiles senes. 2. de Orat. 279. Homo morosus. 2. Qu. Fr. 4. In defendendo moroso homine cumulatissime satisfecimus.

Syntaxis. *Non morose sed ingenuo liberoque fastidio. Incidere in morositatem. Homo*

difficilis et morosus. Genus cavillandi morosum. Submorosa et ridicula.

Mors, tis, *interitus, occasus, lethum, exitus, discessus, supremus dies, excessus e vita, extremus vitæ dies, excessus, fatum, fatum extremum,* θάνατος, διαφθορὰ, τελευτή. 1. Tusculan. 18. Sunt qui discessum animi a corpore putant esse mortem: sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed una animum et corpus occidere, animumque cum corpore extingui. *Ibid.* 98. Mortem esse migrationem in eas oras, quas qui e vita excesserunt, incolunt. *Ibid.* 27. Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem commutationemque vitæ. *Ibid.* 92. Somnus est imago mortis. Pro Sest. 47. Cum sit omnibus definita mors, optandum est, ut vita quæ necessitati debetur, patriæ potius donata, quam reservata naturæ videatur. Pro Milo. 102. Mortem naturæ finem esse, non pœnam. Pro Quint. 49. Mors honesta sæpe vitam turpem exornat; vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. 4. C. 3. Nec enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. 1. de Leg. 31. Mors fugitur quasi dissolutio naturæ. 6. Fa. 21. Omnium rerum mors est extremum. 4. A. 13. Mortem omnibus natura proposuit. 1. Off. 81. Mors servituti turpitudinique anteponenda est. 4. C. 20. Mors, quam illi mihi minitantur, omnibus est parata. De Senect. 67. Omni ætati mors est communis. 1. Tuscul. 91. Mors propter incertos casus quotidie imminet, et propter vitæ brevitatem nunquam longe potest abesse. 1. de Fin. 60. Mors, quæ, quasi saxum Tantalo, semper impendet. 4. C. 7. Mortem a diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturæ, aut laborum, et miseriarum finem esse: itaque eam sapientes nunquam inviti, fortes etiam sæpe libenter appetiverunt. 11. Fa. 28. Nunquam honesta mors fugienda, sæpe etiam appetenda est. 8. A. 29. Turpis fuga mortis omni est morte pejor. 2. de Fin. 97. Præclaræ mortes sunt imperatoriæ. 4. Fa. 12. Et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus, qui ei mortem afferret. Pro S. R. 37. Qui mortem obtulerit parenti. 4. Fa. 12. Vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. Pro Cl. 170. Homines inimicos suos morte affici volunt. De Cla. 103. Carbo morte voluntaria se a severitate judicum vindicavit. 5. A. 48. Alex. tertio et trigesimo anno mortem obiit. Ver. 3. 129. Consciscere mortem sibi ipsi. 1. Tusc. 116. Mortes oppetitæ. Pro Sest. 83. Morte obita. 1. Tusc. 97. Mitti ad mortem. *Ibid.* 100. Duci ad mortem. 2. Off. 70. Patrocinio vero se usos, aut clientes appellari, mortis instar putant. Pro Do. 98. Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. Pro Cæc. 10. Sicut is in morte sua testamento declaravit. 1. Qu. Fr. 4. Lacrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt. 9. A. 5. Et huic et multis aliis mors ob rempubl. habita honori fuit. 12. 30. Mors necessitatem habeat fati: aut, si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. 14. 31. O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria est potissimum reddita! De Ami. 13. Non enim assentior iis, qui hæc nuper disserere cœperunt: cum corporibus animas simul interire, atque omnia morte deleri. 1. de Fin. 49. Mortem contemnit, qua qui affecti sunt, in eadem causa sunt, qua antequam nati. *Ibid.* Maximos *dolores* morte finiri. De Leg. Mors aut meliorem, quam qui est in vita, aut certe non deteriorem est allatura statum.

Adjunct. *Acerba, acerba crudelisque, acerbior, extrema, indignissima, misera, atque indignissima, acerbissima, atrocior, necessaria, teterrima, beata, nefaria, subita, bellica, bona, certa, communis, voluntaria, consentanea vitæ, honesta, crudelis, et miserabilis, crudelissima, matura, propinqua, clara, optabilis, fatalis, fœda.*) (*gloriosa, fœdissima, fortunata, præclara, immatura, levior, melior, misera, turpis, perniciosa, perspicua, præsens, pristina, repentina, terribilis, turpissima, vulgaris.*

Syntaxis. *Mortem alicui minitari, parare. Mors imminet, impendet, constituta hominibus est. Mortem appetere, fugere, afferre alicui, aut offerre. Morte affici. Morte voluntaria se a severitate judicii vindicare. Mortem obire. Mortem sibi consciscere. Mortem oppetere. Ad mortem ire, mitti, duci. Morte complorata. Omnia morte deleri. Maximos dolores morte finiri.*

Morsus, us, *dentium ictus, vel rostri,* δηγμὸς, κάψις. 2. Tusc. 53. Acer morsus doloris. 4. 15. Ut ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat. 2. Off. 24. Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quam retentæ. 12. Att. 19. Recordationes quasi morsu quodam dolorem efficiunt. 1. de Div. 16. Quid aristolochia ad morsus serpentum possit. *Ibid.* 13. Herbæ ad morsum bestiarum. 5. Tusc. 77. Certare pugnis, calcibus, unguibus, morsu. De Fat. 36. Philoctetes ulceratus serpentis morsu. De Sen. 51. Et contra avium minorum morsum munitur vallo aristarum. 2. de Div. 63.

Cui ferus immani laceravit viscera morsu.

2. de Fin. 94. et 2. Tusc. 19.

E viperino morsu venæ viscerum
Veneno imbutæ tetros cruciatus cient. Poet.

Adjuncta. *Acer, acrior, acerrimus, immanis, viperinus.*

Mortalis, le, *dissolubilis, morti opportunus,* βροτὸς, θνητὸς, ἐφημερός. 3. de Nat. 32. Omne animal mortale et dissolubile est. De Un. 36. Homines mortali conditione esse generatos. 14. A. 33. Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. De Sen. 80.

Animum, dum in corpore mortali est, vivere. *Ibid.* Animum non esse mortalem. 1. de Leg. 61. Quod in iis mortale et caducum, quod divinum æternumque sit. 1. de Nat. 20. Plato fecit mundum mortalem. 1. Off. 120. Fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videtur. Pro Rab. P. 32. Nec me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.

Homo. Pro Do. 99. Quod Senatus et populus Rom. et omnes mortales judicarunt. 1. P. 96. Omnes mortales omnium generum, ætatum, &c. 3. de Natu. 86. Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, &c. 2. de Fin. 7. Omnes mortales, qui ubique sunt. Ver. 2. 190. Ut omnes mortales videre possint, &c. Pro S. R. 95. Ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognosceretur. Pro D. 59. Cum ejus mœror inauditus omnibus mortalibus miserabilis videretur. De Ar. 56. Qui sit unus omnium mortalium sine ulla dubitatione deterrimus. Para. 2. Quo beatius esse mortali nihil potest. Pro Flac. 40. Quem nemo, qui mortalis esset, audivit. Ver. 2. 107. Nemo omnium mortalium. 5. 178. et Div. 5. Defendo multos mortales. Pro S. Ros. 11. Quæ sit omnium mortalium expectatio, vides.

Syntaxis. *Mortale ac dissolubile. Mortale et caducum. Mortali conditione esse. Mortales inimicitias habere. Nemo omnium mortalium.*

Mortalitas, tis, *mortalis vitæ conditio, naturæ communis fragilitas,* θνητόν. 1. de Natu. 26. Omne, quod ortum est, mortalitas consequitur.

Mortifer, a, um, *mortem afferens, perniciosus, pestifer,* δυσθάνατος, θανατηφόρος. 1. de Div. 63. Qui sunt morbo gravi et mortifero affecti. 1. Tusc. 7. Mortiferum poculum. Pro Sest. 44. In Vat. 20. Plaga mortifera. Pro Syll. 73. Accepit P. Sylla vehemens et mortiferum vulnus. 2. de Div. 62. Emissio maris anguis erat mortifera Corneliæ. 4. Acad. 120. Cur Deus mortifera tam multa terra marique disperserit. 2. de Leg. 13. Præcepta, quæ imperiti pro salutaribus mortifera conscripserunt.

Mortuus, a, um, *morte deletus, sensu ac vita carens, qui nusquam est, qui ex hac vita migravit, e vita excessit, consumptus,* ἀδμαματὸς, ἀλίβας, ἄπνοος. 12. Att. 27. Amo illum mortuum. 2. de Leg. 60. Homini mortuo ne ossa legito. 1. de Orat. 245. Si causam ageres militis, patrem ejus dicendo a mortuis excitares. Pro Quint. 49. Is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed etiam, si fieri potest, infra mortuos amandatur. Postquam ad Quir. 10. Infra omnes mortuos amandatus esset. Pro Mil. 76. Inferre mortuum in domum alicujus. I. P. 88. Cum tu, quod tibi succederetur, exsanguis et mortuus concidisti. De Sen. 27. Athletæ senis lacerti mortui sunt. De Cla. 43. Themistocles veneno poto mortuus concidit. 1. Qu. Fr. 3. Quædam effigies spirantis mortui. Pro Milo. 92. Excitare aliquem a mortuis. 2. Att. 19. Cum Cæsar venisset mortuo plausu, &c.

Mos, oris, *consuetudo, institutum, disciplina, usus, ritus, modus,* ἔθος, ἦθος. 1. de Orat. 84. Hic enim est mos patrius Academiæ, adversari semper omnibus in disputando. De Cl. 84. Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. Ver. 5. 64. Cum omnes, ut mos est, ut fieri solet, concurrerent. *Ibid.* 27. Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur. 1. Acad. 1. Ut mos amicorum est. Ver. 1. 66. Tum ille negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. 12. Fa. 17. Sed quia mos est ita faciendi, rogo. 2. Off. 66. Quod in patriis est moribus, multorum causa gratuito defendere. 2. cont. Rul. 1. Est hoc in more positum institutoque majorum, ut ii, qui, &c. 13. Att. 19. Quæ autem his temporibus scripsi, Aristotelicum morem habent. 1. Off. 129. Nostro quidem more cum parentibus puberes filii non levantur. *Ibid.* 148. Quæ more aguntur institutisque civilibus. Pro Mur. 1. More institutoque majorum, &c. Pro Cæc. 2. Causam more institutoque omnium defendi. Pro Qu. 63. Ita tamen more et instituto per Tribunum. 1. Off. 148. Contra morem consuetudinemque civilem aliquid facere. Pro Clu. 96. Non mos consuetudoque servata. Pro Cæc. 2. Vis moribus facta. *Ibid.* 20. Ut de fundo Cæcinna moribus deduceretur. *id est, more et consuetudine. Ibid.* 27. Ut moribus deductio fieret. 3. de Orat. 133. Et nostro more aliquando, non Rhetorico loquamur. 2. cont. Rull. 26. Jam hoc inauditum, et plane novo more, uti, &c. De Clar. 132. Non antiquo illo more, sed hoc nostro eruditus. Pro Cæc. 36. Prætor quemadmodum more et exemplo opitulari possit, non habebit. Ver. 2. 67. Hoc injecto metu judicibus, nullo more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse? &c. 10. Att. 6. Pompeius Sullano more exemploque vincet. Orat. 27. Inclinata ululantique voce Asiatico more canere. *Ibid.* 207. Placet dici omnia Isocrateo Theopompeoque more. De Un. 1. Multa sunt a nobis in Academicis Carneadeo more et modo disputata. Pro Cæl. 33. Agere austero more et modo. Pro Mur. 72. Hoc ab ejus amicis more et modo factum est. Ver. 2. 9. Humano modo, usitato more. 8. Fa. 5. Nam si hoc more moderari possemus, ut, &c. 14. Att. 4. Nostro more, ne patiamur intermitti litteras. Pro Flacc. 14. Quæ accusatorio jure et more sunt facta. 11. Fa. 29. Etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem. Pro Cæl. 38. More meretricio vivere. 1. de Inv. 2. More bestiarum vagari. Pro Qu. R. 56. Nisi forte tu perverso more id facis. 1. Tusc. 30. Vitioso more effici quidpiam. 1. de Orat. 107. Non gravabor breviter, meo more, quid qua-

que de re sentiam, dicere. 2. de Fin. 15. Suo more loqui. *Ibid.* 112. Voluptas in corpore omnium Latine loquentium more ponitur. *Ibid.* 112. Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in usu atque hominum more et sermone versatur. De Senect. 5. Gigantum more bellare cum diis. Ver. 1. 66. Fit sermo inter eos et invitatio, ut Græco more biberetur. Orat. 46. Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem, &c. 1. Off. 64. Apud Platonem est, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi. Pro Flac. 15. O morem præclarum, et disciplinam, quam a majoribus accepimus. 2. de Inv. 162. Perducere aliquid in morem. 2. de Orat. 122. Qui hoc primus in mores nostros induxit. 3. de Orat. 93. Græcorum prudentiam posse ad nostrum morem usumque transferri. 5. Tusc. 11. Quem morem cum Carneades tenuisset, &c. 2. de Fin. 1. Retinere morem, et revocare morem. 5. Fa. 20. Mos antiquus manet. Part. 62. Utrum Jus in natura sit, an in more. 1. de Inv. 35. Apud quos, quo more, cujus arbitratu sit educatus. 1. Acad. 37. Virtus natura, vel more perfecta. 2. Att. 16. Utrique a me mos gestus est. 2. Fa. 17. Sed tibi morem gessi. Pro Qu. 9. Alicujus studio ac cupiditati morem gerere. 1. de Orat. 105. Gerendus est tibi mos adolescentibus, Crasse. Pro Flac. 62. Lacedæmonii, qui soli jam tot annos unis moribus et nunquam mutatis legibus vivunt. 12. Fa. 27. Temperati moderatique mores. 16. Att. 16. Tua singularis humanitas, suavissimique mores. 2. Fa. 5. Mores perditi. 6. Att. 1. Dionysius mihi quidem in moribus est, pueri autem aiunt, eum furenter irasci. 5. de Fin. 12. Aristoteles et ejus filius Nicomachus, cujus accurate scripti de moribus libri, dicuntur esse Aristotelis. 4. 5. Philosophiæ pars, qua mores conformari putantur. Pro S. R. 38. Mores feros immanemque naturam alicujus ostendere. 1. Qu. Fr. 3. Desidero filiam, effigiem moris, sermonis, animi mei. 2. de Orat. 184. Mores Oratoris effingit oratio. *Ibid.* Exprimere oratione mores alicujus justos, integros, religiosos, timidos, perferentes injuriarum. Pro S. R. 109. Totam vitam, naturam, moresque alicujus cognoscere. Pro Cor. 43. Cæsar inveteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaque delevit. 1. Off. 118. Plerumque parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur. 3. 44. Præclarum a majoribus accepimus morem rogandi judicis, si ea teneremus, quæ salva fide facere possit. I. P. 30. Lex contra omnes leges nullo scripta more. 2. A. 69. Quid unquam domus illa viderat, nisi pudicum? nisi ex optimo more et sanctissima disciplina? Parad. 5. Suis quisque fingitur moribus. 2. de Leg. 23. Tamen hæc erant fere in more majorum, qui tum, ut lex, valebat. Pro Deiot. 28. Imitari potius avi mores disciplinamque debebas. 2. de Leg. 40. Oraculum editum est, eas potissimum religiones tenendas esse, quæ essent in more majorum. In L. Pison. Qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen. Horten. Quantum inter se homines studiis, moribus, omni vitæ ratione differant. *Ibid.* Imitator, ut sibi quidem videtur, naturæ mos vindicat, &c.

Adjuncta. *Accusatorius, unus et nunquam mutatus, amabilis, antiquus, perditus, austerus, meretricius, bonus, bonus et modestus, melior, civilis, commodus, improbus, imperitus, usitatus, communis, insulsus, et novus, corruptus, dispar, facillimus, domesticus, verius, externus, facilior, ferus, gratissimus, et humanissimus, immanis, et barbarus, vetus, humanior, justus, integer, religiosus, timidus, rusticus, serius, malus, modestissimus, notus, novus, optimus, patrius, perversus, præclarus, regius, pristinus, reconditus, rhetoricus, severissimus, suavissimus, suavissimus atque optimus, temperatus, moderatusque, vetustus, vitiosus, utilis, inutilis.*

Syntaxis. *Mos est, moris est Græciæ. Hoc est in more positum institutoque majorum. In patriis est moribus. Mos et institutum patrum. Mos et consuetudo. Id factum est moribus. Vincere alicujus more et exemplo. Carneadeo more et modo. Hoc factum est more et modo. Humano modo, usitato more loquor. Hoc potius more scribo, quam ut cohorter. Facere more perverso, vitioso. Exerceri ad morem dicendi Latinorum. Alicui morem gerere. Ille mihi in moribus est. id est,* bene moratus. *Contra morem consuetudinemque civilem aliquid facere. Servare morem. In communi quodum usu atque hominum more aliquid versari. Suo more loqui. Gigantum more bellare cum Diis. Græco more bibere. Perducere aliquid in morem. Inducere aliquid in mores nostros. Ad nostrum morem et usum transferre. Morem tenere, retinere, revocare. Mos antiquus manet. Unis moribus gentem vivere. Mores conformare. Oratio effingit mores oratoris. Exprimere oratione mores alicujus. Barbariem ex moribus delere. Ad alicujus consuetudinem moremque deduci. Lex nullo scripta more. Omnia esse ex optimo more et sanctissima disciplina. Suis quemque fingi moribus. Esse aliquid in more majorum.*

Mosbestia, *urbs, quam Græci* μοψουεστίαν *vocant. Lege,* Mopsubestia.

Motio, onis, *commotio, motus,* κίνησις, φορά. De Fat. 43. Qui protusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. 2. de Nat. 52. Ex disparibus motionibus magnum annum confici. De Un. 27. Orbium motio transversa.

Affectus. 1. Ac. 32. Animi motiones atque rationes. 1. Tusc. 22.

Adjunct. *Continuata et perennis, dispar, suavis, transversa.*

Motus, us, *motio, momentum, agitatio, pulsus, impulsus,* ὦθημα, καρδμὸς, ὁρμή. De Un.

17. Deus motum dedit cœlo eum, qui figuræ ejus sit aptissimus. De Som. 9. Orbes qui versantur retro contrario motu atque cœlum. *Ibid.* 21. Quod animal est, id motu cietur interiore. 2. de Div. 10. Sol, Luna, quem motum habeat. 2. de Nat. 23. Omne quod est calidum et igneum, cietur et agitatur motu suo. 3. 27. Natura omnia ciens motibus mutationibusque suis. 4. Acad. 119. Tantum motum mutationemque moliri. 2. de Div. 94. In maximis motibus mutationibusque cœli. 3. Tus. 53. Eo enim erant vultu, oratione, omni reliquo motu et statu, ut eos Argivos diceres. 2. de N. 32. Motus principium ab animis esse ductum. 1. de Div. 70. Pars animi, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet. De Un. 41. Ut sex motib. veheretur &c. De Fat. 22. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, cum declinat atomus intervallo minimo. *Ibid.* 23. Esse quendam motum animi voluntarium. De Sen. 78. Cum animus semper agitetur, nec principium habeat motus, quia ipse se movet, nec finem quidem habebit motus. 1. Off. 130. Nam palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. Hortens. Cujus *voluptatis* motus ut quisque est maximus, ita est inimicissimus Philosophiæ.

Affectus, commotio, perturbatio. 1. de Orat. 220. Animorum motus aut judicibus, aut populo dicendo miscere atque agitare. *Ibid.* Philosophi quidam omnino motus negant in animis ullos esse debere. 1. Off. 131. Elaborandum est, ne animi motus a natura recedat. *Ibid.* 132. Motus animorum duplices sunt: alteri cogitationis, alteri appetitus. *Ibid.* 136. Ut perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes. 2. 18. Motus animi turbati, quos Græci πάθη vocant. De Cl. 93. Cum omnis motus animi, tanquam ventus, hominem defecerat. De Un. 38. Ira, et metus, et reliqui motus animi. 2. de Div. 128. Nunquam animus agitatione et motu vacuus esse potest. 2. de Finib. 10. Res quæ dulcem motum afferunt sensibus. *Ibid.* Tum esse in motu voluptatem. *Ibid.* 16. Sic enim appellat hanc dulcem, in motu, illam nihil dolentis, in stabilitate. 1. de Orat. 17. Omnes animorum motus pernoscendi. *Ibid.* 113. Animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui, &c. Orat. 134. Motus cogitationis celeriter agitatus.

Concursus, turba, tumultus, impetus. Pro Flac. 94. Videtis in quo motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. 2. de Div. 122. Majores enim, quam ulli insani efficerent motus somniantes. 2. C. 26. Is omnes motus Catilinæ conatusque prohibuit. Postq. ad Quir. 10. Nullus in eorum reditu motus municipiorum factus est. 2. de Orat. 199. Si quis motus populi factus est. Pro Do. 142. Totius Italiæ magnificentissimus ille motus municipiorumque concursus. Pro Flac. 23. Motus quidam temerarius Græculæ concionis. 2. C. 4. Qui nullum reipub. motum afferre poterant.

Motus, a, um, κινηθείς. Pro Cæc. 37. Si ne tuorum quidem quisquam loco motus erit, &c.

Adjuncta. *Acerrimus, accommodatus et aptus, duplex, admirabilis, certus, et æquabilis, constans, externus, finitus et æquabilis, igneus, necessarius, alienus, asper, adversus, contrarius, inimicusque, opinabilis, et voluntarius, turbidus, aptissimus, vehementior, celer, acutus, firmus, atque diuturnus, levis, celer et difficilis, venustus, certus, certus et necessarius, conjunctus, et continens, inanis, incertus, constantissimus, incredibilis, liber, maximus, deformis, flexus, fractusque, solutus, ac vagus, dispar, dissimillimus, interior, sempiternus, turbidus, varius, dulcis, jucundus, non impotens, non intemperans, inferior, magnificentissimus, magnus, maximus, tantus, et tam præclarus, minimus, naturalis, nimius, novus, odiosior. palæstricus, pronus, obliquus, supinus, solutus, et liber, volucris, reliquus, turbulentus, vagus, repentinus, temerarius, voluntarius, utilis.*

Syntaxis. *Motum dare corpori. Retro contrario motu versari. Motu suo cieri et agitari. Cientur cuncta motibus, et mutationibus suis. Animi motus, et agitatio. Motus cogitationis celeriter agitatus. Italiæ magnificentissimus motus. Id motum habet. Motum mutationemque moliri. Motus extra pondus et plagam. Cogitatione et motu vacuus. Dulcem motum afferre sensibus. Versari in motu temporum. Motus conatusque alicujus prohibere. Motus populi factus est. Morem reip. afferre.*

Movens, tis. 2. de Fin. 31. Summum bonum puer utra voluptate dijudicabit, stante, an movente?

Moveo, es, *cieo, agito, pello, impello, verso, ago,* δονέω, *μετακινέω.* 2. de Div. 89. Ut Signiferi orbis una quæque pars alia alio modo moveat immutetque cœlum, perinde ut quæque stellæ in his finitimisque partibus sint quoque tempore. 2. Q. Fr. 3. Loco aliquem movere.

Removeo, amoveo. 1. de Div. 77. Cum signifer primi hastati signum non posset movere loco.

Abduco. 2. A. 52. Movere aliquem de sententia.

Arceo. 2. de Orat. 272. Movere aliquem tribu. 3. Off. 76. Ut veros hæredes moveat, atque in eorum locum ipse succedat.

Muto. 2. Off. 81. Quinquaginta annorum possessiones movere non nimis æquum putabat.

Discedo. Ver. 4. 40. Movere castra ex aliquo loco, et vasa colligere. 5. Fa. 21. Ne te moveas istinc tam infirma valetudine. 9. Att. 1. Postquam ille Canusio moverat. 4. 9. Ego me de Cumano movi ante diem, &c.

Vexo, sollicito. 16. Att. 3. Multa me movent in discessu, in primis quod, &c. 9. At. 19. Neque illud me movet, &c.

Cogo, hortor. 1. Fa. 7. Quæ quidem me

cohortatio ne tibi inanis esse videatur, illa me causa movet. 11. Att. 5. Quæ me causæ moverint, quam acerbæ, quam novæ, non queo scribere.

Invito, allicio. 1. Off. 98. Pulchritudo corporis movet oculos et delectat. *Ibid.* Decorum movet approbationem eorum, quibuscum vivitur.

Excito, efficio. 2. de Leg. Eam petitionem comparasti, quæ et risus et querelas moveret. 1. de Orat. 228. Qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret. 3. de Fin. 49. Quia cogitationes comprehensionesque rerum, e quibus efficiuntur artes, appetitiones movent. Part. 114. Quæ quidem vel maxime suspicionem movent. 2. de Orat. 254. Sed admirationem magis quam risum movet. 2. Att. 14. Quantam tu mihi moves expectationem de sermone Bibuli! Orat. 236. Orator non approbationes solum, sed admirationes, plausus, clamores movere debet. Pro Mur. 28. Movere stomachum alicui. 1. de Fin. 2. Veritus ne movere hominum studia viderer, &c. Pro Qu. Gall. Quantos is plausus et clamores movet?

Adverb. *Valde, leviter, permultum, longius, magnopere, mirabiliter, necessario, omnino, vehementius.*

Moveor, eris, *agor.* 2. de Nat. 32. Ex se et sua sponte moveri. *Ibid.* 58. Ut nosmetipsi, qui animis movemur et sensibus. 3. 92. Hominum membra nulla contentione, mente ipsa ac voluntate moventur. De Fat. 24. Atomos per inane moveri gravitate et pondere. 2. cont. Rull. 57. Se moveri possessionibus, amicissimis sedibus, ac diis penatibus negant oportere. 4. Fa. 9. Non est porro tuum, uno sensu oculorum moveri. Pro Deiot. 11. Movebar animo, et de salute populi Rom. extimescebam. 2. Qu. Fr. 3. Itaque magnæ mihi res moveri videbantur. 8. Att. 23. Nec me Consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur. Hortens. Quis tantus est gurges, qui dies et noctes sine ulla minimi temporis intermissione velit ita moveri suos sensus, ut moventur in summis voluptatibus? Pro Clu. 122.

Adverb. *Acute, constanter, placide, dulciter, jucunde, facilius, vehementer, fortuito, immoderate, velocissime, inaniter, vere, libere, solute, varie, magnopere, maxime, mediocriter, peracute, tardius, valde.*

Syntaxis. *Movere aliquem de sententia. Stomachum movere, approbationes, plausus, clamores, querelas, risus, fletum, suspicionem, expectationem. Movere castra. Movere se ex aliquo loco. Hoc nihil me movet. Hæc me causa movit. Ex se suaque sponte moveri. Animo sensibusque moveri. Moveor animo, et extimesco. Magnæ nunc res moventur. Moveri hominum studia.*

Mox, *quam mox, statim,* βραχύ. 10. Att. 4. Præteriit villam meam Curio, jussitque mihi nunciari, mox se venturum. 1. C. 4. Nox nulla intercessit, mox interfectus est. 2. de Inv. 85. Non necesse est expectare, quin mox judicium fiat. 4. de Finib. 8. De summo bono mox, ut dixi, videbimus. 1. de Div. 47. Discedo parumper a somniis, ad quæ mox revertar.

MU

Mucro, onis, ἄκρον, στόμωμα. 3. C. 2. Iidem gladios in rempub. districtos retudimus, mucronesque eorum a jugulis nostris rejecimus. 14. A. 6. Dubitare, utrum mucrones nostrorum militum in cive, an in hoste figantur. Pro Cor. 123. Censorius stylus, cujus mucronem multis remediis majores nostri retuderunt. 3. de Leg. 21. Clodius mucronem tribunitium exacuit in nos. Pro Cæc. 84. Hic est mucro defensionis tuæ.

Muginor, aris, *cunctor, moror, et forte, quod alii boni autores dicunt,* Musso: *id est, taceo, et dissimulo,* μύζω. 16. Att. 12. De Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum.

Mugio, gis, *clamor boum est mugitus,* βρυμαίνω, βρυμάω. 4. ad Her. 43. Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Mugitus, us, *boum a sono ficta vox, ut etiam mugire,* βουμυκή. 1. de Div. 35. Terræ mugitus. *translatio est.*

Mula, læ, ἡμίονος. 2. de Div. 49. Mulæ partus a te prolatus est: res mirabilis propterea, quia non sæpe fit. et 1. 35.

Mulceo, ces, *permulceo, lenio,* καταθέλγω, κηλέω. In Arat.

Ut res nulla feras possit mulcere procellas.
Ibid.

Hæc augens anima vitali flamine mulcet.

Mulceor. In Arat.

—Huic cervix dextra mulcetur Aquari.

Mulciber, bri. *Vulcanus.* 2. Tusc. 23. Jovisque numen Mulcibri ascivit manus. *Poetæ.*

Mulcta, æ, vel Multa, *pœna,* ζημία. Pro Cæc. 98. Nostri cives sæpe in colonias profecti sunt, aut sua voluntate, aut legis mulcta, quam sufferre non poterant. Ver. 2. 25. In cujus testamento, quodam loco, si commissum quid esset, mulcta erat Veneri. De Clar. 131. L. Casilenus ab L. Sabelio mulctam lege Aquilia de justitia petivit. De Opt. 22. Æschines a Ctesiphonte mulctam petiit. 11. P. 18. Crassus consul Pont. Max. Flacco collegæ Flamini Martiali mulctam dixit, si a sacris discessisset: quam mulctam populus Romanus remisit. Pro Rab. 8. Illud quod est in eadem mulctæ irrogatione perscriptum. 1. A. 12. Quis unquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid est ultra pignus, aut mulctam? Pro Mil. 37. Irrogare mulctam alicui. 5. Fa. 20. Ut mulcta tam gravis T. Mario depelleretur.

Mulctatio, onis, *direptio,* τίμησις. Pro Rab. 16. Misera mulctatio bonorum, miserum exilium.

Mulctatus, a, um, *lege judicioque condem-*

natus, ζημιωθείς. Pro Cæcin. 100. In nulla lege nostra reperietur, maleficium ullum exilio esse mulctatum. Ver. 2. 21. Hæredem jussum esse facere, &c. nisi fecerit, Veneri Ericinæ esse mulctatum. Pro Font. 2. Galli a Senatu agris urbibusque mulctati sunt.

Male acceptus, non judicio. De Cl. 88. Addebat etiam, scriptores illos male mulctatos exisse cum Galba. *id est, male acceptos, aut affectos.* Ver. 4. 94. Qui primo, cum obsistere conarentur, male mulctati clavis ac fustibus repelluntur. Pro Mil. 38. Qua in turba C. Urbanius ita est mulctatus, ut vitam amiserit. Ver. 1. 14. Multos crudelissime per vim morte esse mulctatos.

Perditus. Pro R. P. 2. Cum ab ipsa fortuna crudelissime videat hujus consilia esse mulctata.

Adverb. *Crudelissime, quam minime, non parum, male.*

Mulcto, as, *afficio, punio*, εὐθύνω, κατασκεύω. Pro Cornel. 42. Populus Gaditanus hunc mulcta et pœna mulctavit. 1. Tusc. 50. Qui animos nostros quasi capite damnatos morte mulctant. 1. C. 28. Persæpe privati perniciosos cives morte mulctarunt. 2. 4. Si illum, ut erat meritus, morte mulctassem. Pro Sest. 58. Majores nostri Antiochum Asia mulctarunt. 2. cont. Rull. 34. Liberos populos agris mulctandi summa potestas datur. Postq. in Sen. 33. Quod si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer, morte me ipse potius, quam sempiterno dolore mulctassem. Pro Lig. 12. Sulla quos oderat, morte mulctabat. Pro Clu. 29. Hunc leges exilio, natura morte mulctavit. 1. Tusc. 100. Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctaverit, quam sine mutatione et sine versura possem dissolvere.

Mulctor, aris. 1. de Orat. 194. Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte mulctantur. De Pro. 38. Mulctari imperatorem diminutione provinciæ, contumeliosum est. 6. Fa. 7. Stultitia mulctatur fama. 5. Tusc. 107. At mulctantur bonis exules.

Syntaxis. *Hanc legis mulctam sufferre non possum. Mulctam ab aliquo petere. Mulctam alicui dicere, remittere. Depellere mulctam alicui, et irrogare. Maleficium exilio mulctatum. Mulctatus, et male mulctatus. id est,* male acceptus. *Consilia a fortuna mulctata. Agro et urbe mulctatus. Mulcta et pœna mulctatus, morte, provincia, bonis. Se morte mulctare. id est,* sibi manus inferre. *Mulctari provinciæ diminutione. Stultitia mulctatur fama.*

Mulgens, entis, θηλάζων. In Arat. *Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis.* aliter, *Mulcens.*

Muliebris, re, *quod est mulieris, mollis*, γυναικικός. 1. Off. 130. Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. Pro Mil. 28. Muliebri et delicato ancillarum puerorumque comitatu. 2. de Inv. 1. Excellens muliebris formæ pulchritudo. 1. Off. 61. *Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem Illaque virgo viri.*

3. de Orat. 58. Vox muliebris. Pro Cæl. 67. Muliebre bellum. 2. Tusc. 15. Enervata muliebrisque sententia.

Muliebriter, *effœminate*, γυναικείως, γυναικικῶς. 2. Tusc. 48. Si se lamentis muliebriter lacrymisque dedet, vinciatur. *Ibid.* 55. Ne quid serviliter muliebriterve faciamus.

Mulier, ris, *fœmina generis humani*, ἡ γυνὴ, γυναικός. Pro Mur. 27. Mulieres omnes propter infirmitatem consilii majores in tutorum potestate esse voluerunt. Pro Cæc. 72. Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. 2. de Leg. 29. Ut sentiant omnes mulieres, in natura fœminarum Deum castitatem pati. *Ibid.* 59. Mulieres genas ne radunto. 5. Tusc. 78. Mulieres in India, cum est cujusque earum vir mortuus, in certamen, judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptæ: quæ est victrix, ea læta, prosequentibus suis, una cum viro in rogum imponitur: illa victa mœsta discedit. 2. de Leg. 37. Mulierum famam ut multorum oculis lux clara custodiat, diligentissime faciendum est. *Ibid.* 22. Mulierum nocturna sacrificia ne sunto, præter olla, quæ pro populo rite fient, &c. 3. de Orat. 30. Mulieres in sermone incorruptam antiquitatem facilius, quam viri conservant. 14. Fa. 18. Sed rursus illud me movet, quod video omnes bonos abesse Roma, et eos mulieres suas secum habere. Pro Clu. 184. Mulier abundat audacia: consilio et ratione deficitur. Oecon. 1. Mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit natura.

Adjuncta. *Ægra, beatissima, misella, ærumnosa, miserrima, beata, ac nobilis, dives, immoderata, ingeniosa, molesta, proterva, temeraria, procax, irata, amens, audax, crudelis, crudelis atque importuna, crudelissima, furiosa, imperita, importuna, libera, nefaria, avarissima, casta, perdives, et nobilis, probata, et nobilis, immunda, insulsa, indecora, consularis, copiosa, et locuples, digna, nobilis, pecuniosa, ignota, impudicissima, nobilis et formosa, ingenua, locuples, inornata, insana, misera, suavissima, et optatissima, nota, quam optima, propinqua, seditiosa, timida.*

Mulierarius, a, um, γυναικώδης, φιλογύνης. Pro Cæl. 66. Mulieraria manus. *id est, multitudo a muliere in insidiis collocata.*

Muliercula, æ, γυναικάριον, γύναιον. 2. C. 23. Num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? 4. Fam. 5. In unius mulierculæ animula si jactura facta sit &c. 5. Tusc. 103. Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ. De Amic. 46. Ex eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri. Ver. 4. 47. Quæ forsitan vobis parva esse videantur,

sed magnum et acerbum dolorem commovent, mulierculis præsertim, quum eripiantur e manibus ea, quibus ad res divinas uti consueverunt. *id est, matronis pauperibus.* 2. Off. 57. Bene etiam colligitur, hæc pueris, et mulierculis, et servis esse grata. 1. Tusc. 36. Frequens consessus theatri, in quo sunt mulierculæ et pueri, movetur.

Mulierositas, tis, *cupiditas fœminæ voluptatis, seu viri in mulieres amor*, *φιλογυνία*. 4. Tusc. 25. Ut mulierositas, ut ita appellem eam, quæ Græcis φιλογυνία dicitur.

Mulierosus, a, um, *mulierum appetens*, *γυναικομανὴς, φιλογύνης*. De Fat. 10. Stiphonem scribunt et ebriosum et mulierosum fuisse.

Mulio, onis, *qui mulos agit*, *ὀρεωκόμος*. 10. Fam. 18. Ventidius mulio Planci. Incer. P. Ventidium mulionem castrensem suffaraneum fuisse. Alii, *castrensis furnariæ*, legunt.

Mulionius, a, um, *quod mulionis est*, *ἡμιονηλατικός*. Pro Sest. 82. Mulionia penula.

Mullulus, li, *mullus piscis*, *τριγλάριον*. Parad. 5. Aliquem summis populi beneficiis usum barbatulos mullulos exceptantem de piscina, et pertractantem.

Mullus, li, *τρίγλα, μύλλος*. 2. Att. 1. Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sunt, qui ad manum accedant.

Mulsum, si, *potio ex vino melleque confecta*, *οἰνόμελι*. 2. de Fi. 17. Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, et qui illud sitiens bibat. 2. de Orat. 282. Suadebat Cranius, ut mulsum frigidum biberet: at ille, Perdam, inquit, vocem. Pro Cl. 166. Dare venenum in mulso.

Multatus, vide, Mulctatus.

Multifariam, *multis locis*, *πολυειδῶς*. 2. de Orat. 174. Aurum multifariam defossum. 1. de Leg. 40. Judicia quæ quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt.

Multiformis, me, *varius, diversus*, *πολυειδής* .)(. *uniusmodi*. 1. Ac. 26. Principes qualitates sunt uniusmodi et simplices: ex his autem ortæ variæ sunt, et quasi multiformes.

Multijuges, gium, *multæ et variæ, multiplices, plures*, *πολύζυγοι*. 14. Att. 9. Litteras multijuges accepi uno tempore a Vestorii liberto.

Multimodis, *multis modis*. 3. de Orat. 216.

Multimodis sum circumventus, morbo, exilio, atque inopia, &c. Poetæ.

Multiplex, plicis, *varius, copiosus*, *πολύπλοκος, πολύπτυχος*. De Sen. 52. Vitis serpens multiplici lapsu et erratico. Pro Fl. 6. Præturæ jurisdictio res varia, et multiplex ad suspiciones et simultates. De Am. 66. Multiplex et tortuosum ingenium. 2. de N. 136. Alvus multiplex et tortuosa. Pro Cæl. 14. Varia multiplexque natura. 1. de Orat. 222. Magna multiplexque disciplina. 2. de Nat. 128. Quæ multiplices fœtus procreant, his mammarum data est multitudo. Orat. 12. Multiplices variique sermones. De Cl. 119. Genus orationis vagum, fusum, et multiplex, 1. Acad. 17. Plato, qui varius, et multiplex, et copiosus fuit. 4. ad Her. 68. Anceps, et multiplex verborum potestas in ambiguis. 5. Tusc. 11. Multiplex ratio disputandi. De Cl. 289. Corona multiplex. 6. Att. 2. Sed est magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium, &c. 1. de Orat. 8. Recondita in arte, multiplicique versantur.

Multiplicabilis, le, *multiplex*, *πολλαπλασιαστός*. 2. Tusc. 22.

Hæc interemit tortu multiplicabili draconem.
Poetæ.

Multiplicatus, a, um, *auctus*, *πολλαπλασιασθείς*. 1. Q. Fr. 2. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus. 1. Off. 139. Clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solum, sed ignominiam et calamitatem retulit. 10. Fa. 8. Aucto exercitu, auxiliisque multiplicatis.

Multitudo, dinis, *frequentia, celebritas, turba, cœtus, caterva, chorus, populus, vulgus, corona, manus, colluvies*, *ἀγὼν, ἀφθονία, συμμορία*. Act. 1. Ver. 18. Cum maxima frequentia a multitudine domum reducebatur. 1. Off. 65. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. *Ibid.* 118. Alii multitudinis judicio feruntur, quæque majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. 2. de Fin. 81. Sed tamen non gravissimum est testimonium multitudinis. 2. Tus. 4. Philosophia paucis contenta judicibus, multitudinem consulto fugiens. 2. de Fin. 49. Et si quando turpe non sit, tamen non est non turpe, cum a multitudine laudetur. 2. Tusc. 63. Itaque fama et multitudinis judicio moventur, ut id honestum putent, quod a plerisque laudetur: te autem, etsi in oculis sis multitudinis, tamen ejus judicio stare nolim, nec, quod illa putat, idem te putare pulcherrimum. Ver. 2. 160. Quanta multitudo, quanta vis hominum. Ad Brut. 3. Nam tantæ multitudinis, quantum capit urbs nostra, concursus est ad me factus.

Copia, vis. 1. de Orat. 15. Magnitudo et varietas, multitudoque causarum, &c. Post Reditum ad Quirit. 5. Magnitudo multitudoque vestrorum beneficiorum. 4. C. 20. Ego, quanta manus est conjuratorum hominum, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video. Pro Dom. 89. Multitudo hominum congregata ex servis conductis. Pro Cæc. 33. Qui manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coegerit, &c.

Adjunc. *Armata, concitata, domestica, egens ac perdita, imperita, imperita et concitata, incredibilis, innumerabilis, indocta, infinita, magna, major, maxima, non minor, miranda, repentina, splendidior, turpis, et infirma, contempta, et abjecta, universa, urbana.*

Syntaxis. *Ex errore imperitæ multitudi-*

nis pendere. Multitudinis judicio ferri. Moveri fama et multitudinis judicio. Multitudinis concursus ad me factus.

Multo, *longe, multis vel omnibus partibus, non paulo, haud paulo, longo intervallo,* πολλῷ. 1. de Orat. 11. Multo pauciores Oratores, quam Poetæ boni reperiuntur. 8. Att. 13. Ea cognovi commodiora esse multo, quam ut, &c. 12. 22. Meoque judicio multo stare malo, quam omnium reliquorum. 4. ad Her. 59. Expolitio adjuvat et exornat orationem, sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. 1. de Orat. 59. Illud jam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc, &c. De Sen. 36. Nec vero corpori solum subveniendum est, sed etiam menti atque animo multo magis. Pro Mil. 93. Atque haud scio, an multo etiam sit adjuvandus magis: etenim, &c. 8. Att. 9. Multo minus movebant minæ. 1. Off. 157. Sic homines, ac multo etiam magis natura congregati, &c. 2. de Orat. 139. Ac multo etiam. Postquam in Sen. 3. Non multo post discessum meum. 1. C. 15. Aut non post multo commissa.

Multum, *valde, bene, sane, non parum, non paulum,* πολύ. Pro Quint. 3. M. Junius in hac causa multum et sæpe versatus. 3. de Leg. 33. Res multum ac sæpe quæsita. 8. Att. 21. ep. 21. Multum mecum municipales homines loquuntur. Ver. 5. 114. Longe omnes multumque superare. 2. de Div. 1. Quærenti mihi, multumque et diu cogitanti, quanam re possem, &c. 1. de Orat. 152. Diu multumque scriptitare. 4. Att. 12. Libri diu ac multum in manibus fuerunt. Pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis fuit.

Syntaxis. *Multo etiam est adjuvandus magis. Non post multo. Longe omnes, multumque superare. Diu ac multum. Multum ac diu.*

Multus, a, um, *multiplex,* πολύς. 2. de Nat. 138. Venæ crebræ, multæque toto corpore intextæ sunt. *Ibid.* 137. Per venas admodum multas. 1. de Orat. 222. Multæ, copiosæ, variæque rationes. 2. 214. Multa, et varia, et copiosa ratione. 1. de Inv. 6. Multæ et magnæ res. 3. Fa. 8. Cum tu tam multis verbis ad me scripsisses. 2. de Nat. 92. Hi tanti ignes, tamque multi. 1. de Orat. 37. Quorum multa &c. Pro Sull. 73. Hæc diu, multum, et multo labore quæsita, una eripuit hora. De Arusp. 62. Cum quibusdam multis metuendisque rebus. De Senect. 59. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Ver. 2. 154. Non minus multas statuas posuit, quam abstulit. 7. Fa. 14. Minus multa. De Cl. 273. M. Calidius, qui non fuit Orator unus e multis, potius inter multos prope singularis fuit. *Ibid.* 333. Ut numerarer in multis. 1. Off. 109. Ut unus de multis esse videatur. 2. de Fin. 66. Tenuis L. Virginius, unusque de multis. 4. Fam. 14. Nimium multa. 2. de Fin. 59. Satis multa. 1. ad Her. 1. Ne parum multa scisse viderentur. 2. de Orat. 288. Nimis multa in genera dividere. 2. de Inv. 1. Multi, plures, complures, frequentes. Act. 1. Ver. 7. Multa, complura, frequentia.

Præclarus. 2. Fa. 10. Tuum nomen multum est in his locis.

Prolixus, nimius, λαμυρός. 4. Aca. 17. Antipatrumque, qui multus in eo fuisset, reprehendebant. 2. de Orat. 17. Qui in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur. 2. de Natu. 119. Nolo in hac re multus videri. 2. Off. 56. Theophrastus est multus in laudanda magnificentia. 2. de Orat. 358. Ne in re nota et pervulgata multus et insolens sim. 1. de Leg. 7. Accius in orationibus multus et ineptus ad multam inobedientiam.

Ratione pretii. 2. de Orat. 101. Nonnulli, dum operam suam multi existimari volunt, volitant, &c. Ver. 5. 23. Statuite, quanti hoc putetis, et quam multo redemisse.

Temporis discrimine. 13. Att. 9. Multus sermo ad multum diem. 2. Qu. Fr. 8. Multa nocte veni ad Pompeium.

Syntaxis. *Parum multa, nimium multa. Nomen alicujus esse multum in patria. In hac re ne sim multus et insolens. Ad multam noctem, ad multum diem, multa nocte veni. Admodum multus. Orator unus e multis,* vel *de multis. Numerari in multis. Nimium multa, satis multa. Nolo in re nota multus videri.*

Mulvius, sive Molvius, *quem Milvium quidam vocant, pons est Tiberis in via Flaminia, ad secundum ab urbe lapidem.* 3. C. 5. Occulte ad pontem Mulvium pervenerunt.

Mulus, li, ὀρεύς, ἡμίονος. 2. de Nat. 159. Longum est mulorum persequi utilitates et asinorum. Top. 36. Mulus clitellarius. 16. Fa. 9. Equum et mulum Brundusii reliqui. 9. 18. Potes mulo isto Romam pervehi. 15. Att. 18. Petii ab eo de mulis vecturæ, itineri, &c. 2. cont. Rull. 32. Deinde ornat eum mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili.

Mummius, mii. 2. de Orat. 268. Post red. in Senat. 3. Non multo post discessum meum, universi me revocavistis, referente L. Mummio fortissimo atque optimo viro: quem habuit ille pestifer annus et maxime fidelem, et minime timidum, si dimicare placuisset, defensorem salutis meæ. 1. cont. Rull. 5. Jubent venire agrum optimum et fructuosissimum Corinthium, qui L. Mummii imperio ad vectigalia pop. Ro. adjunctus est. Ver. 4. 4. Itaque ille L. Mummius cum Thespiis ea, quæ ad Ædem Fœlicitatis sunt, cæteraque profana ex illo oppido signa tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit. Pro Dom. 125. Quid? Exemplo tuo (*Clodium alloquitur*) bona tua nonne L. Mummius vir omnium fortissimus atque optimus consecravit? Pro Sext. 26. L. Mummius ad Senatum de Repub. retulit, Senatusque frequens vestem pro mea salute mutandam censuit. *Ibid.* 68. Decrevit Senatus

frequens de meo reditu Calend. Junii, dissentiente nullo, referente L. Mummio, cujus in mea causa nunquam fides virtusque contremuit. Pro Muræn. 31. Triumphus L. Mummii de Corinthis. Ver. 3. 123. M. Mummius prætor Cn. Pompeio, M. Crasso Coss.

Munatius, tii, *Catilinæ familiaris*. 2. In Cat. 4. *et de alio Munatio*. 10. Fam epist. 12. Interim ad me venit Munatius noster, ut consueverat, et ego ei litteras tuas ostendi: nihil dum enim sciebat.

Mundanus, a, um, κοσμικός. 5. Tusc. 108. Socrates quidem cum rogaretur, cujatem se esse diceret, mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur.

Munditia, æ, *lautitia, elegantia*, κοσμιότης, εὐκοσμία. 1. Off. 130. Adhibenda est præterea munditia non odiosa, nec exquisita nimis. Orat. 79. Elegantia modo et munditia remanebit. 9. Fa. 20. Lautitia, munditia, elegantia.

Mundus, a, um, *lautus, elegans*, ἁγνός, καθάριος. 2. Qu. Fr. 3. Tuam domum in carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. 2. de Fin. 23. Vir mundus et elegans. *Lege*, Asotus.

Mundus, di, *universitas rerum, omnis natura, rerum natura, quod in natura rerum est, universa natura*, κόσμος. 2. de Na. 154. Est enim mundus quasi communis deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque. *Ibid.* Mundus deorum et hominum causa factus est. 1. de Leg. 23. Universus hic mundus una civitas communis deorum atque hominum existimanda est. 3. de Fin. 64. Mundum autem hunc censent regi numine deorum, et esse quasi communem urbem et civitatem hominum et deorum. 2. de Divin. 91. Cœlum ipsum quod extremum atque ultimum mundi est. 2. de Leg. 16. In cœlo et mundo inesse mentem et rationem. 4. Acad. 55. Democritus ait innumerabiles esse mundos. 1. de Nat. 97. Sexcenta millia mundorum. 2. 132. Mente et consilio omnia in hoc mundo administrari. *Ibid.* 21. Mundum esse deum animantem, compotem rationis. *Ibid.* 25. Anaximandri opinio est, innumerabiles esse mundos. *Ibid.* 20. Plato dixit mundum fore sempiternum. De Univ. 31. Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. 3. de Orat. 176. Status hujus totius mundi atque naturæ. De Am. 24. Quæ in rerum natura totoque mundo constant, quæque moventur. 3. de Leg. 3. Sine quo nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. De Am. 90. Si quis e cœlo naturam mundi pulchritudinemque siderum perspiceret &c. 1. Off. 154. Metiri mundi magnitudinem. 2. de Leg. 26. Mundus hic omnis templum est deorum, et domus. De Un. 3. Omne cœlum sive mundus, sive quovis alio vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatus sit. *Ibid.* 7. 8. 9. 10. Hunc mundum animal esse, idque intelligens, et divina providentia constitutum. 1. de Leg. Una eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur.

ADJUNCT. *Ardens, quam aptissimus, bonus, et præstabilis, expers consilii, et rationis, globosus, immensus, ornatissimus, et pulcherrimus, stabilis, animans et sapiens fidicen, bonus, salutaris, ornatus, constans, communis, levis et undique æquabilis, perfectus, atque absolutus, pulcher, singularis, mortalis, sempiternus, rotundus, quietus, universus, volubilis.*

Mundus, di, *muliebris ornatus et virilis*, ἀνάθημα γυναικεῖον. Œc. 1. Secrevimus mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur.

Munero, as, *muneror*, δωρέομαι, βραβεύω. Pro Deiot. 17. Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat.

Muneror, aris, *largior*. 7. Att. 2. Alexion me opipare muneratus est. 2. de Inv. 3. Aliud alii commodi aliquo adjuncto incommodo natura muneratur.

Munia, orum, *munera, onera*, προσήκοντα. Pro Mur. 73. Hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. Pro Sest. 138. Qui suis cervicibus tanta munia sustinent, hi sunt optimatum principes.

Municeps, ipis, *civis popularis, qui e municipio est*, πολίτης, συντελεστής. Ad Brut. 8. C. 8. Nasennius municeps Suessanus. De Cl. 246. M. Pontidius municeps noster. Ver. 5. 157. P. Cavius Cossanus municeps. *Ibid.* 160. Clamabat se municipem Cossanum esse. 9. Att. 22. Ego Ciceroni meo Arpini potissimum togam puram dedi, idque municipibus meis fuit gratum. Pro Cl. 196. Non illi vos de unius municipis fortunis arbitrantur sententiam laturos: sed, &c. 2. de Leg. 5. Ego et Catoni et omnibus municipibus duas esse censeo patrias. 13. Fa. 58. Lucius tribulis et municeps et familiaris meus. *Ibid.* 11. Mei municipes Arpinates.

Municipalis, le, *ex municipio*, ἰδιωτικός. Pro Sull. 26. Est enim ipse a materno genere municipalis. 8. Att. 11. Ex dolore municipali. Pro Sest. 97. et Qu. de Pet. 25. Sunt municipales rusticique Romani. 2. A. 58. Homines municipales et rusticani. 3. de Leg. 36. Municipalis respub. 8. Att. 21. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani.

Municipium, pii, *conventus, præfectura*, πόλις. 13. Fa. 11. Non dubito, quin scias, non solum cujus municipii sim, sed etiam quam diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri. Pro S. R. 15. Roscius municeps Amerinus fuit, genere et nobilitate sui municipii facile primus. Pro Sest. 32. Nullum erat municipium Italiæ, nulla colonia, nulla præfectura, quæ non, &c. 4. de Fin. 7. Stoici totum hunc mundum municipium suum esse existimabant. 3. A. 14. Omnes qui sumus e municipiis &c. Pro Pl. 19. Tu

es ex municipio antiquissimo Tusculano. 2. C. 24. Urbes coloniarum ac municipiorum. 2. cont. Rull. 85. Pro S. R. 43. Homines illius ordinis ex municipiis rusticanis. Pro L. Varen. C. Ancharius Rufus fuit e municipio Fulginate. In L. Pisonem. Nec municipii de me optime meriti dignitas patitur.

ADJUNCTA. *Antiquissimum, illustre, clarissimum, fidelissimum, et fortissimum, frequens mæstumque, frequens, gratissimum, grave, firmum, honestum, honestissimum, illustre, nobile, immune, integerrimum, rusticanum, vetus.*

Munifice, *liberaliter, large, prolixe, δωρηματικῶς*. 3. de Nat. 69. Munifice et large dare aliquid. 5. de Fin. 65. Societatem hominum munifice et æque tuens justitia dicitur.

Munificus, a, um, *liberalis, largus, δωρηματικός*. 2. Off. 63. Convenit autem tum dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. 1. de Or. 32. Quid porro tam liberale ac munificum, &c. Pro Qu. 22. Roscius liberalissimus munificentissimusque fuit.

Muniendus, a, um. 4. Fa. 14. Novarum me necessitudinum fidelitate contra veterum inimicorum perfidiam muniendum putavi.

Munio, is, *sepio, adorno, firmo, confirmo, obvallo, ἀσφαλίζω, σκέπω*. Pro Mur. 48. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obstruebant. De Provin. 34. Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine. 1. Tusc. 32. Munire sibi tutam viam in cœlum. 2. de Orat. 202. Qui primum tibi munisti ad te audiendum viam. 1. Att. 24. Munire sibi tutam viam ad retinendas opes. 9. 8. Hæc nova sit ratio vincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus. Pro Pomp. 34. Atque hæc tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsidiis classibusque munivit. Pro Sull. 79. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. 1. C. 8. Illam coloniam meis præsidiis, custodiis, vigiliisque munivi. *Ibid.* 10. Domum meam præsidiis majoribus munivi atque firmavi. Pro Sest. 78. Qui se præsidio munierit. 2. de Fin. 88. Tueri et munire se benevolentia multorum. Pro Rab. 3. Intercludere omnes seditionum vias, munire præsidia reipub. 9. Fa. 18. Munio me ad hæc tempora.

Munior, iris. De Sen. 51. Et contra avium minorum morsum munitur vallo aristarum.

Munio, onis, *genus carminis*. 1. de Or. 251. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toties, quoties perscribitur, pæanem aut munionem citarimus. *Alii*, Munychionem. *Alii*, Minuritionem, et Minuonem *legunt*.

Munitio, onis, *ἀσφάλεια*. Pro Font. 7. Objectum est etiam, quæstum M. Fonteium ex viarum munitione fecisse, ut aut ne cogeret munire, aut id, quod munitum esset, ne improbaret. Ver. 4. 118. Fons, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. I. P. 40. Munitio Thessalonicæ. 13. A. 20. Antonius Mutinam operibus munitionibusque sepsit. 2. de Or. 320.

SYNTAXIS. *Hoc tibi accusandi viam munit. Munire sibi viam in cœlum, ad opes. Firmissimis præsidiis munire. Suis præsidiis, custodiis, vigiliisque munire aliquid. Munire atque firmare. Tueri et munire benevolentia. Munire se novarum necessitudinum fidelitate. Munio me ad hæc tempora. Operibus munitionibusque urbem sepire.*

Munito, as, *munio*. Pro S. R. 140. Nunc quam viam munitet, quod iter affectet, videtis.

Munitus, a, um, *septus, vallatus, stipatus, armatus*. Pro Sest. 95. Qui stipatus semper sicariis, septus armatis, munitus judicibus fuit. Parad. 2. Regulus tot virtutum præsidio munitus, tantoque comitatu circumseptus. 2. Off. 15. Effectumque est, ut esset vita munitior, atque ut, &c. Pro Mur. 56. Cujus ingenio paterni omnes amici munitiores esse debebant. Qu. de Pet. 21. Partis ac fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oportet. 1. de Div. 45. Is sapientia munitum pectus gerit. Pro Flac. 103. Aliquis bonorum omnium præsidio non modo munitus, sed etiam ornatus. De Ar. 15. Domus tot senatusconsultis munita atque septa. *Ibid.* 14. Domus publico omni præcipuo divino, et humano jure munita. 2. Fa. 10. Castella munita, oppida munitissima. 2. Att. 7. Castellum natura munitum. De Pro. 4. Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum non turribus, sed trophæis munita. 4. Att. 15. Aditus insulæ muniti sunt mirificis molib. Pro Sest. 79. Ut a suis munitus tuto in foro esset. 2. Att. 25. Nos firmissima hominum benevolentia muniti sumus. 2. de Nat. 143. Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. De Ami. 30. Qui virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat. Pro Pomp. 64. Nulla domus nostris magistratibus satis clausa atque munita fuit. Pro Rab. 10. Libertas lenitate legum munita. Pro Mur. 23. Illud dico, nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam. Pro Flac. 64. Græcia Asiæ oram maritimam cinxit urbibus, non ut munitam coloniis illam gentem, sed ut obsessam teneret. Act. 1. Ver. 4. Nihil tam munitum, quod non expugnari possit. 2. con. Rul. 86. Urbs natura ac loco munita, succincta portubus, armata muris. Ver. 5. 38. Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. 2. Qu. Frat. 3. Pompeius dixit, munitiorem se ad custodiendam vitam suam fore, quam Africanus. 1. de Fin. 51. Quod si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse et muniti videntur, &c.

ADVERB. *Bene, maxime, satis.*

SYNTAXIS. *Stipatus, septus, munitus. Amicitiis fretus atque munitus. Et munitus et or-*

natus. Trophæis munita regio. Amicis et ab amicis munitus. Via munita ad honores, id est facilis, aperta. *Urbs natura et loco munita. Munitus ad vitæ custodiam. Munitus contra aliquem. Pectus sapientia munitum. Homo virtutum præsidio munitus*, vel *bonorum omnium præsidio. Domus senatusconsultis munita atque septa.*

Munus, eris, *γέρας, δῶρον*. 2. A. 116. Cæsar muneribus, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat. 3. Qu. Fr. 8. Orat. 35. Munus magnificum dare. Ver. 2. 62. Mittit homini munera satis large, &c. De Ar. 6. Aliquem quasi divino munere donatum reipub. videri. 9. Fa. 12. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. De Univ. 44. Philosophia data est nobis deorum concessu atque munere. 2. de Div. 5. Quod enim munus afferre reipub. majus meliusve possumus, quam si, &c. Postquam in Sen. 2. Deorum beneficio et munere. 3. Off. 121. Munera perinde sunt, ut accipiuntur. 1. Acad. 7. Dare munus alicui. 1. ad Heren. 27. Largiri munus alicui. Pro Syl. 54. Quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret. *Ibid.* Posset alia familia Fausti munus præbere.

Officium, provincia, λειτούργημα. 3. de Orat. 117. Meque ad meum munus pensumque revocabo. De Cla. 63. Is functus est omni civium munere. *Ibid.* 113. Rutilius magnum munus de jure respondendi sustinebat. De Somn. 7. Ne munus assignatum a Deo defugisse videamini. 2. Off. 13. Invectio certe nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. Pro Cluen. 28. Mater audivit sibi non solum filium, sed etiam exequiarum munus ereptum. 2. de Div. 7. Tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit a publico officio et munere. *Ibid.* Tum pristinis orbati muneribus hæc studia renovare cœpimus. *Ibid.* 107. Sine oculis non potest extare officium et munus oculorum. 3. Tusc. 15. Oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum. *Ibid.* Ad exequendum munus suum. 9. A. 1. Non quod ei cura defuerit in tanto officio, tantoque munere. De Am. 22. Valetudo opportuna est, ut dolore careas, et muneribus fungare corporis. 6. Att. 5. Paucos dies habebam reliquos annui muneris. 2. Off. 74. Sin aliqua necessitas hujus muneris alicui reipub. obvenerit, danda, &c. De Sen. 29. Aliquem ad omne officii munus instruere. *Ibid.* 34. Masanissa senex omnia regis officia et munera exequitur. *Ibid.* 35. Quidam senes nullum officii aut omnino vitæ munus exequi possunt. *Ibid.* 77. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur. De Ami. 69. Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. Parad. 1. Quoniam illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. 1. de Leg. 5. Mihi videris eorum studiis, qui literis delectantur, debere hoc munus. *Ibid.* 10. Qui consulentibus respondet, senectutis grato atque honesto fungitur munere. *Ibid.* 14. Qui ei muneri præfuerunt. *Ibid.* 16. Cujus muneris colendi efficiendique causa nati sumus. 2. de Leg. 6. Tanquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem, &c. Fungor aliquo munere. Colo et efficio aliquod munus. 4. Acad. 121. Dare alicui immunitatem munerum. 2. de Orat. 41. Videamus, quid ei negotii demus, cuique eum muneri velimus esse præpositum. 1. 262. Oratoris proprium officium ac munus. Pro Font. 15. Alicui muneri atque officio præesse. 1. de Orat. 199. Honoribus ac reipub. muneribus perfunctus senex. 2. 62. Videtisne quantum munus sit oratoris historia? 1. 116. Magnum quiddam est onus ac munus profiteri, &c. Ver. 1. 65. Munus hoc meum non est; cum meæ partes sunt hospitum recipiendorum, id libenter facio. 1. de Nat. 19. Qui ministri tanti muneris fuerunt. Part. 132. Quo exposito, munus promissi omne confecero. 3. Off. 4. Nulla tamen ejus ingenii monumenta mandata literis, nullum opus otii, nullum solitudinis munus extat. De Pro. 35. Susceptum reip. munus explere. 2. de Orat. 345. Singularum virtutum certa quædam sunt officia ac munera. 5. Fa. 9. Hoc quidquid est oneris ac muneris. 10. 12. Sustinere munus consulare. 5. 2. Tanti ac tam præclari muneris societas. 6. 14. Munus officii ac studii erga aliquem. 1. Att. 1. In omni munere candidatorio fungendo. 3. Tusc. 15. Munus animi est ratione uti. Pro Mil. 22. Principum munus est, resistere levitati multitudinis, &c. 4. de Fin. 36. Officium munusque sapientis, &c. 11. Fa. 5. Tuum est hoc munus, tuæ partes. 5. Tusc. 38. Tenere suum munus. 8. Fa. 8. Deferre munus alicui. 1. de Orat. 40. Tu qui tuo magis studio, quam proprio munere aliquo disertorum jus a nobis civile didicisti. 1. Qu. Frat. 1. 16. Parvi refert abs te ipso jus dici æquabiliter et diligenter, nisi idem ab iis fiet, quibus tu ejus muneris aliquam partem concesseris. *Ibid.* 36. In extrema parte muneris ac negotii tui diligentissimus. Hortens. Jucundum nobis, perfunctis muneribus humanis, occasum fore.

Ludi. 2. Off. 56. Theophrastus est multus in laudanda magnificentia popularium munerum.

ADJUNCTA. *Ædilitium, populare, amplum, gratum, amplissimum, pulcherrimumque, leve, atque commune, annuum, infinitum, candidatorium, certum, mediocre, consulare, dignum, divinum, exiguum, gratum, atque honestum, necessarium, extraordinarium, gladiatorium, grave, gravius, gravissimum, humanum, latum, perfectum, senatorium, magnificentissimum, magnificum, magnum, majus, aut melius, magnum et amplum, par, et gratum, vile, præclarissimum, præclarum, pristinum, privatum, publicum, proprium, quotidianum, pro-*

vinciále, pulcherrimum, regium, servile, sordidum, summum.

SYNTAXIS. *Muneribus aliquem lenire. Munus dare, largiri, mittere, afferre. Homo divino munere donatus reip. Deorum concessu atatque munere, deorum beneficio et munere. Munus præbere. Revocare se ad suum munus pensumque. Fungi munere. Sustinere munus. Defugere munus assignatum. Exsequiarum munus. Quantum vacabit a publico officio et munere. Pristinis orbatus muneribus. Munus fungendum. Exequi munus. Muneribus fungi corporis. Instruere aliquem ad omne officii munus. Nullum officii, aut omnino vitæ munus exequi. Munere perfungi. Munus explere, obire. Præesse muneri. Munus colere et efficere. Dare alicui immunitatem munerum. Munus hoc meum est. Promissi munus conficere. Hoc quidquid est oneris ac muneris. Munus officii ac studii erga aliquem. Tenere munus suum. Deferre munus alicui. Partem aliquam muneris alteri concedere.*

Munusculum, li, δωρημάτιον. 3. Off. 73. Alieni facinoris munusculum non repudiarunt. 9. Fam. 12. Munusculum levidense.

Munychio. *Vide*, Munio.

Muræna, æ, *piscis*, μύραινα. Par. 5. Mullorum et murænarum copia.

Murgentinus, *ager*. Ver. 3. 47.

Muria, æ, *aqua multo sale condita, quam Plin. salsuginem etiam vocat*, ἁλμαία, ταριχεία. 3. de Fin. 45. Stilla muriæ.

Murmur, ris, *mugitus, fremitus*, γογγυσμὸς, μορμύρος. 3. de Orat. 159. Murmur maris. In Arat.

Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.

Murmurans, tis. De Arusp. 17. Vidi hesterno die quendam murmurantem, qui, &c. 5. Tuscul. 116. Fremitus murmurantis maris.

Murmuro, as, μορμυρίζω, μορμύρω. 4. ad Her. 43. Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Murus, ri, *mœnia, propugnaculum*, τεῖχος. 3. de Nat. 95. Muri urbis, quos vos sanctos esse dicitis. Pro Pomp. 55. Insula Delos parva sine muro nihil timet. 1. Off. 35. Aries murum percussit. 2. Att. 4. De muro imperavi Philotimo, ne impediret. 4. de Fin. 22. Si Annibal ad portas venisset, murumque jaculo trajecisset. Ver. 5. 2. Ad omneis meos impetus, quasi murus quidam, boni nomen imperatoris opponitur. 4. C. 23. Dum memoria Consulatus mei vestris erit infixa mentibus, firmissimo me muro septum esse arbitrabor. I. P. 9. Lex Ælia et Fusia propugnacula murique tranquillitatis et otii.

Mus, ris, μῦς, σμίνθος. 2. de Nat. 17. Non possis adduci, ut muribus domum et mustellis ædificatam putes. 1. de Div. 99. Clypeos a muribus esse derosos. 2. 59. Mures diem et noctem aliquid rodentes scuta an cribra corroserint. 14. Att. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed mures migraverunt. 2. de Nat. 157. Nec enim homines murum aut formicarum causa frumentum condunt. 2. de Div. 59. Si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum. *Ibid.* Quod clypeos Lanuvii mures nocte essent. *Alii*, resissent, *legunt*. *Ibid.* Platonis Politiam nuper apud me mures corroserunt.

Musa, æ, μοῦσα. 3. de Nat. 54. Musæ primæ quatuor natæ Jove, Thelxiope, Mneme, Aœde, Melete: secundæ ex Jove et Mnemosyne novem: tertiæ ex Jove et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent Poetæ appellare. Pro Ar. 27. In qua urbe Imperatores prope armati Poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt. Orat. 62. Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt. 1. Fa. 9. Ab Oratoribus disjungo me fere, referoque ad mansuetiores Musas. 5. Tusc. 66. Quis est enim, qui cum Musis, id est, cum humanitate et cum doctrina habeat aliquod commercium, qui, &c. 3. de Nat. 45. Orpheus et Rhesus matre Musa nati. Pro Arch. 20. Nemo est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum præconium facile patiatur. Orat. 12. Forenses causæ agrestioribus musis relictæ. 2. Att. 4. Interea quidem cum Musis nos delectabimus. *Ibid.* 5. Cum omnibus Musis rationem habere cogito. 1. Acad. 1. Silent diutius Musæ Varronis, quam solebant.

ADJUNCTA. *Agrestiores, mansuetiores, proximæ, superiores, pulchellæ.*

Musca, æ, μυῖα. De Cl. 217. Hodie te istic muscæ comedissent. 2. de Orat. 247. Puer abige muscas.

Muscosus, a, um, *humore sordidus, squalidus, obsoletus*, βρυώδης. 3. Qu. Fr. 1. Jam ἀπαιδευτησίᾳ nihil alsius, nihil muscosius.

Musculus, li, *exiguus mus*, μύσκος. 2. de Div. 33. Musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri.

Musica, æ, *cantus, symphonia*, μουσική. 3. de Orat. 130. Musicam Damon et Aristoxenus tractaverunt. 2. de Nat. 22. Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? idem scilicet censeres, in platanis inesse musicam.

Musicus, a, um, μουσικός. 1. de Orat. 187. Ut in musicis numeri et voces et modi. *Ibid.* 10. Qui musicis penitus se dedidit, quin, &c. 5. Tuscul. 63. Musicorum vero perstudiosum accepimus. *id est*, *Dionysium*. 1. Off. 146. Ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. 2. de Divin. 9. Qui fidibus aut tibiis uti volunt, earum tractationem non ab aruspicibus accipiunt, sed a musicis. I. P. 22. Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam musicus jacebat, &c. 2. Tusc. 12. Si absurde canat is, qui se haberi velit musicum. 1. 4. Ergo in Græcia musici floruerunt. 3. de Fin. 4. Geometræ, musici, grammatici. *Ibid.* Timotheus musicus.

Musicus, a, um, μουσικός. 2. de Leg. 39.

Plato negat, mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum.

Mustaceum, cei, *cibi genus ex farina, caseo, aniso, cumino, adipe, musto, et de virga lauri abrasa aliquid suppositis foliis lauri cum coquitur, ut Cato docet.* 5. Att. 20. Laureolam in mustaceo quærere. *Bibulum hoc proverbio notat, qui sine labore in re frivola præclaram quæreret gloriam.*

Mustella, æ, *γαλῆ*. 2. de Nat. 17. Non possis adduci, ut domum muribus et mustellis ædificatam putes. Incer. Mustella catulos suos quotidie transfert, mutatque sedem.

Mustum, ti, *γλεῦκος*. De Cla. 287. Nova ista quasi de musto ac lacu fervida oratio.

Mutabilis, le, *habens mutationem, ἀλλοπρόσαλλος, ἀψίκορος*. 3. de Nat. 30. Omne corpus mutabile est. De Un. 24. Materia mutabilis. De Un. 32. Sidera quæ vaga et mutabili ratione labuntur.

Mutabilitas, tis, *εὐκινησία, ἀστασία*. 4. Tusc. 76. Inconstantia mutabilitasque mentis.

Mutandi. Pro Do. 78. Quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant.

Mutatio, onis, *permutatio, motus, conversio, inclinatio, μεταβολὴ, παραλλαγὴ, μετάλλαξις*. 12. A. 6. Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii. Pro Quint. 12. Fit magna mutatio loci, non ingenii. 1. Fa. 7. Atque ita, ut nullam mutationem unquam habitura res esse videatur. 2. de Nat. 103. Luna varias mutationes lucis habet. 3. 27. Natura omnia ciens, et agitans motibus et mutationibus suis. 4. Ac. 119. Ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri. 2. de Nat. 50. Mutationes quatuor temporum. 3. 31. Mutationes elementorum inter se. Pro Clu. 54. Crebra coloris mutatio. 1. Off. 120. Morum facienda mutatio est. 1. de Div. 118. Extorum fieri mutatio potest. 1. Off. 22. Mutatio officiorum dando, accipiendo. 8. Att. 1. Nemo doctus unquam mutationem consilii, inconstantiam dixit esse. 1. Off. 120. Eam mutationem, si tempora adjuvabunt, facilius, commodiusque faciemus. 1. A. 33. Unde igitur subito tanta ista mutatio?

Adjunct. *Crebra, manifesta, suspiciosa, magna, maxima, minuta, misera, varia.*

Syntaxis. *Fit loci mutatio, non ingenii. Nullam mutationem res habitura est. Natura omnia ciens et agitans mutationibus. Motum mutationemque moliri. Mutationes elementorum inter se. Morum facienda mutatio. Mutatio officiorum dando, accipiendo.*

Mutatus, a, um. 9. Fa. 21. Alii mutati voluntate sint. 6. 6. Rerum hoc, &c. nec manens nec mutata ratio feret. 2. de Fin. 29. Probitas gratuita, non mutata voluptatibus. *aliter*, mutuata. *aliter*, invitata. Pro S. R. 103. Versa et mutata in pejorem partem sunt omnia. Pro Corn. 42. Illum civitate mutatum esse fateor.

Adverb. *Leviter, paulatim, repente, valde.*

Mutia, *festus dies Quin. Mutio ob bene administratam Asiam consecratus.* Ver. 2. 51.

Mutiensis, *ager in Sicilia.* Ver. 3. 101.

Mutilatus, a, um, *diminutus, κολοβωθείς.* 3. A. 31. Antonius in Galliam mutilatum ducit exercitum.

Mutilus, a, um, *diminutus, mutilatus, κολοβός.* Orat. 178. Animus mutila sentit quædam, et quasi decurtata. *Ibid.* 32. Mutila quædam et hiantia loqui.

Mutina, æ, *urbs.* 5. A. 24. Antonius circumsedit Mutinam, firmissimam et splendidissimam populi Romani coloniam. Brut. 10.

Mutinensis, se. *Ibid.* ep. 5. Mutinensis fuga.

Muto, as, *mutationem facio, permuto, verto, inverto, converto, immuto, commuto, vario, ἀλλάττομαι, ἀμείβω, μεταλαμβάνω.* Postquam in Sen. 11. Vos vestem mutandam censuistis, cunctique mutastis. 2. Q. Fr. 3. Pro Corn. 27. Neque mutare civitatem quisquam invitus potest, neque, si velit, mutare non potest. Orat. 59. Ergo ille princeps variabit, mutabit, &c. 7. Att. 22. 4. Fa. 4. Philotimi literis lectis mutavi consilium de mulieribus. Pro Mur. 61. Sapientem sententiam mutare nunquam. De Clar. 314. Mutare consuetudinem dicendi. Pro Cluent. 31. Mutare testamentum. De Pro. 25. Posteaque rebus gestis mentes vestras voluntatemque mutastis. Pro Do. 23. Cui quidem cum Ciliciam dedisses, mutasti pactionem. Para. 4. Mutare solum. Incer. Mustella catulos suos quotidie transfert mutatque sedem.

Mutor, aris. 3. de Orat. 175. Idque ad omnem rationem mutatur et vertitur. Pro Corn. 31. Ne quis invitus civitate mutetur.

Syntaxis. *Variare et mutare consilium, civitatem, vestem, sententiam. Mentem suam voluntatemque mutare. Mutare consuetudinem dicendi. Mutare testamentum. Mutare solum. Ad omnem rationem mutari et verti.*

Mutuatio, onis, *δάνεισις, δάνεισμα.* 3. de Orat. 154. Translationes quasi mutuationes sunt, cum quod non habeas, aliunde sumas. 1. Tusc. 100. Mulctari ea pœna, quæ sine mutuatione et sine versura possit dissolvi. Pro Flacc. 47. Cum multos minutis mutuationibus fraudavisset, &c.

Mutuatus. 8. Att. 6. Sumptus mutuatus. 2. Tusc. 43. A viris virtus nomen est mutuata.

Mutue, *mutuo, vicissim, ἐναλλὰξ, ἀμοιβαίως.* 5. Fa. 2. Tu ipse, velim judices, satisne videatur his omnibus rebus tuus adventus, cum proxime Romam venisti, mutue respondisse. *Alii leg.* mutuo. *Ibid.* 7. Officiis non mutue respondetur.

Mutuo, *mutuum, ἀμοιβαίως.* 10. 15. Fac valeas, meque mutuo diligas. 5. 7. Officiis mutuo respondere. 10. 25. Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim extiterunt, &c. *Ibid.* 9. Te, ut diligas me, si mutuo me facturum scis, rogo. 5. Satisne videatur his omnibus rebus tuus adventus mutuo respondisse. Orat. 80. Verbum aut translatum, aut factum aliunde, ut mutuo, aut factum ab ipso, aut, &c.

Mutuor, aris, *quod non habeo aliunde sumo, mutuum aliquid sumo, utendum accipio*, δανείζω, et δανείζομαι. 15. Att. 15. Cum abundare debeam, cogor mutuari. 3. Qu. Frat. 6. Tu quidquam ab alio mutuaris? 7. Att. 3. Age, a Cælio mutuabimur. 2. de Nat. 91. Mutuemur hoc quoque verbum. Orat. 211. Aut novum verbum facere, aut a simili mutuari. 1. de Orat. 256. Cætera vero a familiari meo Longo mutuabor. *Ibid.* 55. Quæ sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis. De Fat. 3. Orator subtilitatem ab Academia mutuatur, et ei vicissim reddit ubertatem orationis, et ornamenta dicendi. 3. de Orat. 69.

Adverb. *Aliunde, aliunde officium.*

Mutus, a, um, *elinguis, tacitus*, ἄβαξ, ἄφωνος. Postquam in S. 5. Mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. 1. Qu. Frat. 1. 19. Qui mutis pecudibus præsunt. 1. de Fin. 71. Si mutæ etiam bestiæ loquerentur, &c. 3. de Leg. 2. Lex est mutus magistratus. 3. C. 10. Imago avi tui clarissimi viri, quæ te a tanto scelere etiam muta revocare debuit. Ver. 5. 170. Omnia muta atque inanima commoverentur. 1. de N. 36. Res inanimatæ atque mutæ. 8. Att. 22. Nullum fuit tempus post has fugas et formidines, quod magis debuerit mutum esse a litteris, propterea quod, &c. 4. ad Her. 66. Cum res muta aut informis fit eloquens et formata. 5. Tusc. 69. Muti vel loquentis origo. Or. 138. Muta quædam eloquentia inducere. 3. C. 26. Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. 2. de Orat. 160. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. Pro Fl. 6. Muta est hujus temporis accusatio. Pro Dom. 134. Is mutam in delicto personam nomenque præbuit. *Ibid.* 25. Civitas fracta malis, muta, debilitata, abjecta metu. 3. A. 22. Satius est mutum esse, quam quod nemo intelligat, dicere.

Syntaxis. *Mutum forum, bestia. Inanimæ res ac mutæ. Tempus a litteris mutum. Mutum, tacitum. Fractus, mutus, abjectus, debilitatus. Lex mutus magistratus. Omnia muta atque inanima. Muta quædam eloquentia. Satius est mutum esse, quam, quod nemo intelligat, dicere.*

Mutuum, *mutuo*. 12. Fam. 28. Tibi ex S. C. imperandum, mutuumque sumendum censeo.

Mutuus, a, um, *pariter atque æquabiliter respondens, par*, κατάλληλος, ἀμοιβαῖος. 16. Att. 16. Tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. Pro S. R. 111. Idcirco amicitiæ comparantur, ut commodum mutuis officiis gubernetur. De Am. 22. In amici mutua benevolentia conquiescere. 5. Fa. 2. Mutuum in amicitia est, cum par voluntas accipitur, et redditur. 10. 4. Tuus erga me mutuus amor. 5. 2. Tribuere alicui mutuam voluntatem. 13. 4. Pro pari inter nos et mutua benevolentia. *Ibid.* 65. Multa et magna inter nos officia, paria et mutua intercedunt. 11. 22. Cum Appio summa mihi necessitudo est, multis ejus officiis et meis mutuis constituta. 1. Off. 56. Beneficia mutua et grata esse debent. 10. Att. 13. Ille mihi H-S. quatuordecim non reddit, quæ dedi ejus filio mutua. 11. 3. Dare pecuniam mutuam alicui. 2. cont. Rull. 82. Dare frumentum mutuum alicui. 10. A. 26. Sumere pecunias mutuas ab aliquo. Pro Flac. 10. Da mihi testimonium mutuum. *Ibid.* 46.

MY

Mycenensis. 2. de Fi. 18.

Mylasa, *urbs*. 5. A. 20. et 6. 13.

Mylaseis, vel Mylasii, *populi*. 13. Fa. 26.

Myndus, *oppidum*. Ver. 1. 86.

Myndenses. 3. Fa. 8.

Myoparo, onis, *navis piratica*. Ver. 3. 186.

Myrina, *urbs Lemni*. 5. Fa. 20.

Myrmecides, dis. 4. Acad. 20. Ut etiam inter Deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.

Myron, onis, *fictor, qui Herculem ex ære fecit*. Ver. 4. 5. et 3. de Orat. 23.

Μυροθήκιον, arcula, vel pyxis, in qua unguenta pigmentaque temperantur, et asservantur. *Lege*, Arcula.

Mysia, *regio*. Orat. 25. Caria, Phrygia, Mysia.

Mysius, a, um. 1. Qu. Fra. 1. 20.

Mysterium, rii, *initia, sacra, res occulta*, μυστήριον. 1. Tusc. 29. Reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradantur mysteriis. 2. de Legib. 36. Mysteria, quæ appellantur initia, &c. 3. de Orat. 72. Quod mysteria non referrent, &c. 2. de Natur. 62. Quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. 3. de Orat. 61. Hoc tacitum tanquam mysterium teneas. Pro Mur. 25. Id enunciatis vestris mysteriis totum est contemptum. 4. Acad. 60. Quæ sunt tandem ista mysteria? cur celatis? 4. Tusc. 55. Ne rhetorum aperiamus mysteria. 1. de Orat. 206. Quid si petimus ab Antonio, ut ea nobis explicet, et illa dicendi mysteria enunciet? 4. Att. 17. Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus. 5. 22. Velim rescribas certum (*retine elegantiam*) quo die mysteria futura sint. 6. 1. Faciesque me, in quem diem incidant mysteria, certiorem.

Syntaxis. *Quæ traduntur mysteriis. Mysteria referre. Tacitum tanquam mysterium tenere. Enunciare mysteria. Celare mysteria. Aperire mysteria. Hoc tantum habet mysteriorum.*

Mysius, a, um. Pro Flac. 65. Mysorum ultimus. *proverbium.*

Mystagogus, gi, *Rex sacrorum, et magister*, μυσταγωγός. Ver. 4. 132. Itaque ii, qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, et unumquidque ostendere, quos illi Mystagogos vocant, &c.

DE LITERA N.

N Littera Latinorum semivocalis, ac liquida. Addita L significabat in judiciis, Non liquere.

NA

Næ, *profecto, valde,* ναὶ, νὴ δία. 2. A. 3. Næ tu, si id fecisses, melius famæ tuæ consuluisses. 4. Att. 4. Mediusfidius næ tu emisti locum præclarum. 1. Tusc. 74. Næ ille mediusfidius vir sapiens lætus morietur. 2. de Natur. 1. Næ ego incautus, qui cum Academico et eodem rhetore congredi conatus sum. Ver. 4. 81. Næ ista præclara nobilitas desinat queri, popul. Roma. hominibus novis honores mandare. 6. Att. 1. Næ tu me sollicitudine magna liberaris. De Cla. 249. Næ ego velim, &c. 7. Famil. 1. Næ tu haud paulo plus delectationis habuisti, quam quisquam nostrum. *Ibid.* 23. Næ ego multo libentius emerim diversorium Tarracinæ. 3. Tuscul. 8. Næ ista gloriosa sapientia non magno æstimanda est, siquidem non multum differt ab insania. 4. Acad. 117. Quod si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longe aberit, ut argumentis credat Philosophorum. 2. C. 6. Næ illi vehementer errant, si, &c.

Nænia, et Næniæ, *ἰάλεμος, μονῳδία.* 2. de de L. 61. Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque ad cantus et tibicinem prosequuntor: cui nomen Næniæ: quo vocabulo etiam Græcis cantus lugubres nominantur.

Nævius, *poeta comicus.* De Clar. 60.

Nævus, vi, σπῖλος. 1. de Nat. 80. Nævus in articulo pueri delectat Alceum: at est corporis macula nævus &c. De Cl. 313. Totum aliquem non nævo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni velle cognoscere.

Nam, *namque, enim, etenim, atque, siquidem, γὰρ, ἐπεί.* 13. Fa. 4. Cum eo mihi summa necessitudo est: magno enim beneficio meo affectus, cumulatissime mihi gratiam retulit: nam nec in honoribus meis unquam defuit, nec in laboribus. 3. C. 23. Quamobrem, Quirites, celebratote, &c. nam multi, &c. erepti enim, &c. 1. de Inv. 8. Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur. 14. Fa. 1. 2. de Orat. 144. Nam hercule, inquit Antonius, si, &c. et Ver. 2. 72. Nam hercule, inquit, &c. *Ibid.* Nam speraveram, inquit arator, me ad denarium perventurum. 3. Att. 20. Nam quod purgas eos, &c. 9. 2. Nam quod negas, &c. 8. A. 16. Nam quod me tecum iracunde agere dixisti, non est ita vehementer, &c.

Particula adjecta majoris virtutis gratia, interrogando. Pro Cœl. 67. Ex quibus requiram quonam modo latuerint. 11. Att. 12. Quamnam rationem allaturus es hujus rei? 1. de Div. 43. Cujusnam modi est Tarquinii somnium? Brut. 2. Quinque cohortibus quid senam facturum arbitratur? Part. 48. Ecquonam modo? *Ibid.* 26. Numquidnam restat?

Nanciscor, eris, *invenio, adipiscor, consequor, assequor, mihi obvenit,* καταλαμβάνω, εὑρίσκω. 2. de Nat. 125. Alter alterius, ubicumque nactus est, ova frangit. 1. Tusc. 74. Cato sic abiit e vita, ut causam moriendi se nactum esse gauderet. Orat. 22. Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse se cuperet. 1. de Finib. 14. Quoniam nacti te, inquit, sumus. 2. Qu. Fr. 13. Cujus rei nonnullam consuetudinem nactus sum, &c. Pro Mil. 77. Quonam modo imperium ferre potuissetis, si id ille nactus esset? De Somn. 20. Ne vim ullam nanciscatur, quæ a primo impulsu moveatur. 11. Fa. 12. Si quid firmitatis nactus sit Antonius. 12. 16. Nactus plusculum laxamenti. 3. 7. Cum plus otii nactus ero. 3. de Nat. 84. Potestas quam ille per scelus erat nactus. *Ibid.* 87. Nacti aliquid fortuiti boni. 2. de N. 161. Jam vero immanes belluas nanciscimur venando. 13. Fa. 7. Tamen majorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam, &c. De Senect. 52. Vitis ut se erigat, claviculis quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur. Ver. 1. 104. Sortem est nactus urbanæ provinciæ.

Nanque, *siquidem,* καὶ γάρ. 1. de Orat. 101. Tum ille: Nanque quod tu non poteris, nemo poterit. *Ibid.* 71. Nanque illud quare Scævola negasti? 10. Fam. 15. Nanque assiduis internunciis, &c.

Nar, *fluvius.* 4. Att. 14. In Nar defluit Velinus lacus.

Narbonensis, se. Pro Font. 4.

Narbo, onis. *Ibid.* 3. Est in provincia Galliæ Narbo Marcius, colonia nostrorum civium, specula populi Romani. 2. A. 34.

Naris, ris, *nasi foramen geminum,* ῥὶν vel ῥίς. 2. de Natu. 141. Nares, eo quod odor ad superiora fertur, recte sursum sunt. *Ibid.* 134. Os adjunctis naribus spiritu augetur. *Ibid.* 145. Nares semper patent. 3. Tusc. 43. Fasciculum ad nares admovere. 1. de Div. 15.

Naribus humiferum duxere ex aere succum.

Narniensis, *tribus.* 2. cont. Rull. 78. Incer. In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre pulverem.

Narrona, *urbs.* 13. Fa. 77.

Narratio, onis, *rerum gestarum, aut ut gestarum expositio,* ἀφήγημα, ἱστορία. 2. de Orat. 80. Deinde rem narrare, ita ut narratio verisimilis sit, ut aperta, ut brevis. *Ibid.* 329. Narratio obscura totam obcæcat orationem. Orat. 124. Narrationes credibiles nec historico, sed prope quotidiano sermone explicatæ dilucide. *Ibid.* 213. Si exponenda narratio est &c. Part. 31. Narratio est rerum explicatio, et quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei. 2. de Orat.

330. Omnis orationis reliquæ fons est narratio. 2. ad Her. 3. Narratio accusatoria in conjecturali causa quid habere debeat. 1. de Inv. 29. Aperta narratio poterit esse, si ut quidque primum gestum erit, ita primum exponetur, &c. 1. ad Her. 15. Narratio quo brevior, eo dilucidior. Part. 13. Narratio in suasione rara. 2. de Orat. 80. et 83. Deinde rem narrare ita, ut narratio verisimilis sit, ut aperta, ut brevis. 1. ad Her. 16. Verisimilis narratio erit, si, ut mos, ut opinio, ut natura postulat, dicemus. 2. 3. Defensoris narratio simplicem et dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicionis. Part. 13. Narratio præteritarum aut præsentium rerum est. 3. ad Her. 17. Narrationis dispositio. 1. 13. Genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festivitatem, animorum dissimilitudinem, gravitatem, lenitatem, &c. *Ibid.* Narrationis in negotiorum expositione positæ partes tres. 1. de Inv. 28. Narrationis virtutes tres. Orat. 210. Exponere narrationem. 6. Att. 2. In multis nominibus in Trophoniana Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quod, &c. 3. de Orat. 330. Quando utendum sit, aut non sit narratione, id est consilii. 1. de Inv. 27. et 1. ad Her. 12. Narrationum tria sunt genera. Unum genus est, in quo ipsa causa, et omnis ratio controversiæ continetur. Alterum, in quo digressio aliqua extra causam aut criminationis, &c. aut amplificationis causa interponitur. Tertium genus est remotum a civilibus causis, quod delectationis causa non inutili cum exercitatione dicitur et scribitur. *De Narratione vide ad Her. lib.* 1. *de Inv. lib.* 1.

Adjunc. *Aperta, brevis, dilucida, ficta, longa, obscura, perspicua, indocta, molesta, verisimilis, probabilis, plana, credibilis, evidens, moderata, incredibilis, jucunda, accommodata, suavis.*

Narrator, oris, διηγητὴς, ἐξηγητής. 2. de Orat. 54. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. *Ibid.* 219. Imitator et narrator facetus.

Narro, as, *rem gestam narratione expono, rem demonstro, dico,* διηγέομαι, δίειμι, ἀναγινώσκω. 3. Fa. 1. Jucunda mihi ejus oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. 3. Att. 15. Crassi libertum, ais, tibi de mea sollicitudine macieque narrasse. 3. ad Her. 14. et 2. de Orat. 241. Ut mores ejus, de quo narres, exprimantur. 13. 33. Othonem quod speras posse vinci, sane bene narras. 15. 21. Narro tibi: Quintus exultat lætitia. 2. 7. Narra mihi: reges Armenii patritios salutare non solent? *Ibid.* 12. Narro tibi: plane relegatus mihi videor, posteaquam in Formiano sum. 9. 12. Narro tibi: hæc loca venusta sunt. 16. 13. Male narras de Nepotis filio.

Adverb. *Bene hercule, breviter, interrupte, perverse, diligenter, enodate, dilucide, multum sane, sæpe, probabiliter, graviter sane, et probe, ornate, venuste, jucunde, memoriter, male, novissime, palam, secreto, sane bene.*

Narthecium, cii, *myrothecium,* ναρθήκιον. 2. de Finib. 22. Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. 2. Acad. *Nonius. Lege,* Unguentum.

Narus, a, um, *gnarus,* ἐπιστήμων, ἔμπειρος. Orat. 159. Noti erant, et navi, et nari; quibus cum In præponi oporteret, dulcius visum est, Ignoti, ignavi, ignari, dicere, quam ut veritas postulabat.

Nari, *oppidum.* 3. Att. 2. Datum VI. Id. April. Naris Luc. *aliter,* Naryci Locr, *a Narix.*

Nascendi. 3. Cat. 2. Nascendi incerta conditio, et sine sensu nascimur.

Nascens, tis. De Clar. 27. Thucydides qui non nascentibus Athenis, sed jam adultis fuit. 2. Academ. Nascentis Lunæ cornua.

Nascor, eris, *orior, in vitam venio, introeo, ingredior, ortum habeo, in lucem edor, suscipior,* βλαστάνω, γίνομαι. Pro S. R. 46. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere. &c. Orat. 10. Cætera nascuntur et occidunt. 1. Tuscul. 9. Quoniam etiam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. 2. de Fin. 78. Sed ipsum a se oritur, et sua sponte nascitur. 4. 53. Timiditas ex rebus nascitur. De Cl. 45. Nec in impeditis, et regum dominatione devinctis nasci cupiditas dicendi solet. 2. Off. 16. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.

Syntaxis. *Patre certo nasci. Omnia nascuntur et occidunt. In miseriam nasci sempiternam. A se oriri et sua sponte nasci. Pestis homini ab homine nascitur.*

Nassa, æ, *vas vimineum ad capiendos pisces,* ὁ κύρτος, ου, φόρμιον, ου. 15. Att. 20. Ex hac nassa exire constitui non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.

Nasturtium, tii, *herba acri et odore et sapore, quam Græci cardamum vocant,* κάρδαμον, σαυρίδιον. 5. Tuscul. 99. Persas negat Xenophon ad panem adhibere quidquam præter nasturtium. 2. de Fin. 92.

Nasus, si, μυκτήρ. 2. de Nat. 143. Nasus ita locatus, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur.

Natalis, le, γενέθλιος. Brut. 15. Cum is dies casu Bruti natalis esset. 7. 5. et 9. Att. 4. Natali die tuo scripsisti epistolam, &c. Pro Fl. 102. Hunc ego diem vere natalem hujus urbis, aut certe salutarem appellare possum. 3. Att. 20. 2. de Fin. 101. Agere diem suum natalem quotannis. 2. de Div. 87. Chaldæis in prædictione et in notatione cujusque vitæ ex natali die minime credendum est. 2. de Fin. 102. Nullus est igitur cujusquam dies natalis. At habetur; Sed ut sit, etiamne post mortem coletur?

Natalitius, a, um, *ad natalem diem pertinens,* γενεθλιακός. 2. de Divin. 88. Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt.

Ibid. 91. Chaldæi notant sidera natalitia. 2. A. 15. Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. *hoc est, festa diei natalis.*

Syntaxis. *Scripsi hæc natali die meo. Dies natalis urbis. Agere diem natalem suum, colere. Notare sidera natalitia. Dare natalitia.*

Natandi. Pro Cœl. 36. Quo omnis juventus natandi causa venit. Ep. l. 7. ep. 10. Studiosissimus homo natandi.

Natans, tis. 2. de Inv. 153. et 7. Fa. 10. Naufragus quidam natans, &c.

Natatio, onis, *natandi actus*, νεῦσις, νῆξις. De Sen. 58. Natatio et cursus.

Natio, onis, *gens, genus*, γονὴ, γένος. De Provin. 33. Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum et Helvetiorum prœliis fœlicissime decertavit. Pro Font. 25. Exteræ nationes et gentes. Pro Cl. 72. Is se Ligurem non fecit, ne nationis magis suæ, quam generis uti cognomine videretur. 3. de Nat. 93. Deum non curare singulos homines, nec civitates, nec nationes, et gentes. 2. de Orat. 18. Erudita illa Græcorum natio. 1. de Inv. 35. Atque hominum genus in natione consideratur, Graius, an Barbarus. De Ar. et pro Sest. 97. Deteriores cavere, quarum quidem est magna natio. De Provin. 32. Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello quam lacessendas putaverunt. *Ibid.* 33. Quas nationes nemo unquam fuit qui non frangi domarique cuperet. 10. A. 20. Omnes nationes servitutem ferre possunt, nostra civitas non potest.

Ordo. Pro Mur. 69. Tota natio candidatorum. Pro Sest. 97. Natio optimatium. In Pis. 54. Nemo tibi obviam venit, ne de officiosissima quidem natione candidatorum.

Adjuncta. *Acerrima, et maxima, immanis, bellicosissima, inimicissima, dedita scientiæ, eruditissima, extera, externa, immanis, ac barbara, levissima, religiosa, magna, officiosissima, misera, ultima.*

Natio, *dea.* 3. de Nat. 47. Natio dea, quæ quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Natio nominata est.

Nativus, a, um, *ortum habens*, ἐγγενὴς, γεννητός. 1. de N. 25. Anaximandri opinio est, nativos esse deos, longis intervallis orientes occidentesque.

Germanus, apud nos ortus. Par. 16. Simplicia verba partim nativa, partim reperta. 2. de Nat. 103. Belluæ ad saxa nativis testis inhærentes. Pro Dom. 12. Medicina, quæ et illud nativum malum et hoc delatum sanare posset. De Arusp. 19. Hujus gentis ac terræ domesticus nativusque sensus.

Nato, as, *no, trano*, νήχομαι, νέομαι, νέω. 3. de Natur. 62. In quo quidem magis tu mihi natare visus es, quam ipse Neptunus. Item 7. Fa. 10.

Exundo, madesco. 2. A. 105. Natabant pavimenta vino.

Natrix, cis, *serpentis genus*, ὕδρος. 2. Acad. 120. Cur Deus tantam vim natricum et viperarum fecerit? cur mortifera tam multa passim disperserit?

Natu, *id est, ætate aut major, aut minor.* 4. Acad. 61. Aliquot annis minor natu. Pro Cluen. 107. Ex his omnibus natu minimus Quin. Saturius. 2. de Orat. 58. Minimus natu horum omnium Timæus. Ver. 3. 128. Grandes natu matres. 1. 76. Grandis natu parens. 1. Tusc. 3. Qui fuit major natu, quam Plautus. De Senect. 10. Non admodum grandis natu, sed tamen ætate provectior. 1. Off. 109. Ego ex majoribus natu audivi, &c. Græci: παρὰ τῶν πρεσβυτέρων.

Natura, æ, *communis hominum parens, Deus ipse*, φύσις, γενά. 2. de Nat. 81. Namque alii naturam censent esse vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios: alii autem, vim participem rationis atque ordinis tanquam via progredientem, declarantemque, quid cujusque rei causa efficiat, quid sequatur: cujus solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando. *et ibi deinceps multa de natura. Ibid.* 58. Omnis natura artificiosa est. *et ibi rursus de natura multa.* Par. 1. Cum tibi sive Deus sive mater (ut ita dicam) rerum omnium natura dederit animum, &c. 1. Tusc. 118. Natura parens omnium. 5. 37. Natura communis parens. 1. de Fin. 25. Omnium est natura communis. 1. de Nat. 39. Communis rerum natura universa, atque omnia continens. 2. 128. Provida solersque natura. Ver. 5. 35. Ut omnia quæ jucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. 2. de Leg. 2. Natura in his ipsis rebus, quæ ad quietem animi et delectationem quæruntur, dominatur. 5. Tusc. 3. Vereor enim ne natura, quum corpora nobis infirma dedisset, iisque et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adjunxisset, animos quoque dederit et corporum doloribus congruentes, et separatim suis angoribus et molestiis implicatos. 2. de Inv. 3. Natura simplici in genere nihil ex omni parte perfectum expolivit. 3. de Orat. 176. Fabricata est hoc incredibiliter natura. 2. 219. Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura. 1. de Fin. 23. Ad majora enim quædam nos natura genuit et conformavit. 5. Tusc. 37. Natura quidquid genuit, non modo animal, sed etiam quod ita esset ortum e terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quodque genere perfectum esse voluit. 3. 2. Quod si natura tales nos genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque optima duce cursum vitæ conficere possemus, haud erat sane, quod quisquam rationem ac doctrinam requireret. 1. Fin. 45. Natura ipsa divitias, quibus contenta est, et parabiles et terminatas habet. Cat. 86. Natura sicut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum habet. 2. Tusc. 46. Natura nihil habet præstantius, nihil quod magis expetat, quam honestatem, quam laudem, quam dig-

nitatem, quam decus. 1. de Nat. 43. Natura ipsa deorum notionem in animis hominum impressit. 2. de Fin. 46. Natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi. 3. ad Her. 36. Natura mihi extremum invenit. 3. Tusc. 2. Natura parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis morib. opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. 2. de N. 29. Natura est igitur, quæ contineat mundum omnem, eumque tueatur. *Ibid.* 142. Natura, qua nihil potest esse callidius. 4. Acad. 32. Natura in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abstrusit. 4. Tusc. 58. Natura de animis hoc merita melius, quod corporum adjumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est. 1. de Nat. 53. Natura mundus effectus: nihil opus fuit fabrica. 1. de D. 13. Est enim vis et natura quædam, quæ futura prænunciat, quorum vim atque naturam ratio nunquam explicuit. Pro Rab. 30. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. 1. Tusc. 93. Natura dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. 1. de Nat. 56. Naturam excellentem atque præstantem pie sancteque colimus. 4. Tusc. 58. Nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, ut corporibus tot res salutares, animis nullam invenerit. 1. de Leg. 33. A natura dati hominibus igniculi, a corruptela malæ consuetudinis extinguuntur, exoriunturque et confirmantur vitia contraria. De Un. 38. A natura datum homini vivendi curriculum. 1. Off. 147. Major pars eo fere deferri solet, quo a natura ipsa deducitur. 2. Div. 26. A natura deorum haustos animos et delibatos habemus. 1. de L. 20. A natura repetenda juris stirps. 11. Fa. 21. Sim etenim impudens, si plus postulem, quam homini a natura rerum tribui potest. 1. Acad. 14. Naturam in duas species partiebantur Academici, in materiam et formam. De Amic. 90. Si quis in cœlum ascendisset, naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, si solitarius esset, insuavem illam admirationem ei fore. 1. de Nat. 45. Quæ nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos æternos et beatos haberemus. De Sen. 78. Non potest ea natura, quæ res eas contineat, esse mortalis. Oecon. 1. Maritale conjugium sic comparatum est natura &c. *Ibid.* A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam: viri autem ad exercitationem forensem et extraneam. *Ibid.* Simplex natura non omnes res commodas amplecti volebat. Horten. Tunc obsequatur naturæ, cum sine magistro senserit quid natura desideret. 1. de Leg. Una eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur: sic omnes homines inter se natura confusi pravitate dissentiunt.

Vis ingenita, causa intima in rebus universis. 5. Tusc. 102. Aperta enim res est, et quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. 3. 71. Natura affert dolorem. 1. Div. 118. Natura parvis momentis multa aut affingit, aut mutat, aut detrahit. Læl. 32. Natura mutari non potest. 1. de Nat. 78. Natura quam blanda conciliatrix, et quasi sui lena. 5. Tusc. 96. 2. Fin. 91. Natura parvo cultu contenta est. 2. de Div. 96. Natura depravata. 1. Tusc. 30. Natura divina. 4. Att. 16. Quæ ad naturam maxime vita est. 1. Acad. 34. Naturæ investigatio. 2. de In. 67. Naturæ jura a vulgari intelligentia sunt remotiora. 11. P. 28. Naturæ lex. 6. Fa. 6. Naturæ liberalitas. 2. de N. 82. Naturæ nomine omnia Epicurus appellat. 1. de In. 35. Naturæ partes quibus in rebus versentur. 6. Fa. 4. Tum vetat in eo vim timere, quo nos jam natura ipsa pene perduxerit. 1. de Leg. 27. Natura per se longius progreditur, quæ nullo docente profecta ab iis, quorum ex prima et inchoata intelligentia genera cognovit, confirmat ipsa per se rationem, et perficit. Pro S. R. 71. Aliquid ex rerum natura sustulisse. 1. de In. 161. Natura jus est. *id est, jus naturale est.* 1. de N. 84. Naturæ speculator, venatorque physicus. Cat. 30. Naturæ via una est, eaque simplex. 1. Ac. 28. Naturæ sentientis vim, animum mundi esse dicunt Academici. 4. Acad. 38. Naturæ accommodatum. 2. de Leg. 13. Natura antiquissima, et rerum omnium princeps, ad quam leges hominum diriguntur. 2. de N. 58. Natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. 1. Tusc. 91. Natura sic se habet, ut, &c. 2. 5. Quod natura fert. 5. de Fin. 26. Omnis natura conservatrix sui est. 4. 32. Omnis natura diligens sui est. 5. 26. Omnis natura propositum habet quasi finem et extremum, se ut custodiat quam in optimo sui generis statu. De Amic. 19. Natura optima recte vivendi dux. 2. Fin. 49. Naturæ obsisti non potest. 1. Acad. 19. Naturæ parere. *Ibid.* 28. Natura mundi sempiterna, secundum Academicos. 1. de N. 44. De quo natura omnium consentit, id verum esse necesse est. 13. Att. 10. Rerum natura non videbatur ferre. 1. de Fin. 23. Natura, juxta Epicurum, adsciscit et reprobat, id est, voluptatem et dolorem. 2. Tusc. 30. Omnia, quæ natura aspernatur, in malis sunt: quæ adsciscit, in bonis. 1. Acad. 28. Natura sentiens est, secundum Academicos. 1. Tusc. 61. Natura terrena, mortalis et caduca. De Sen. 5. Naturam optimam ducem, tanquam Deum, sequimur, eique paremus. Læl. 50. Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura. 1. de Nat. 22. Omnes natura numini divino parent. 3. de Orat. 193. In omni genere magna quædam est vis incredibilisque naturæ. Pro Sul. 78. Tormentum gubernat dolor et moderatur natura cujusque tum animi, tum corporis. *Ibid.* Ut ipsa

ex vi sua naturaque facile perspicitur. De Clar. 271. Gestus natura ita venustus, ut ars etiam, quæ non erat, et e disciplina motus quidam videretur accedere. 1. Off. 110. Nihil contra naturam universam est contendendum. 2. de Leg. 16. Naturæ rerum omnium rem ullam præstare cum nefas sit dicere, rationem esse in ea confitendum est. Cat. 5. Quid enim est aliud gigantum modo bellare cum diis, nisi repugnare naturæ? Pro Clu. 29. Vos auditis de eo, in quem judices non estis, &c. de eo, qui et naturæ et legibus satisfecit, quem leges exilio, natura morte multavit. Ad Br. 9. Naturæ servire. Pro Marc. 28. Naturam ipsam explere satietate vivendi. 2. de Leg. 62. Ad naturam jura nostra accommodari gaudeo. 1. de Nat. 39. Ea quæ natura fluerent atque manarent. 1. Ac. 29. Natura sentiente nihil valentius, a quo intereat. 13. Fa. 12. Natura tributum est id optimo cuique, ut laudem velit consequi. 1. de Leg. 30. Naturam ducem nactus non est quisquam hominum, qui ad virtutem pervenire non possit. 1. de Nat. 29. Natura illa quæ imagines fundat, ac mittat &c. 1. Tusc. 44. Natura inest in mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi. Pro Sul. 83. Hoc natura est insitum, ut quem timueris, quicum de vita, fortunisque contenderis, cujus ex insidiis evaseris, hunc semper oderis. 1. de Orat. 215. Natura non est interdictum singulis hominibus artes plures nosse.

Mundi moles, rerum universitas. 1. Ac. 28. In natura ratio perfecta, juxta Academicos. 2. de N. 30. Naturam eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere necesse est. Pro Rab. 24. Atqui videmus hæc in rerum natura tria fuisse. 1. de N. 39. Naturæ universæ animus et mens. 2. de Orat. 45. In naturæ bonis Crassus se vinci æquo animo ferebat: in iis vero, quæ sibi homines parare possent, pati non poterat. De Univ. 43. Naturæ intelligentis sapientisque causas primas conquirere. 2. de N. 138. Naturæ fabrica incredibilis. 3. 28. Naturam quasi cogitatione continuatam conspirare. 1. de In. 34. Naturam definire difficile. De Provinc. 43. Si ex rerum natura non possum evellere: *hoc est, delere, tollere.* De Am. 23. Quod si exemeris ex rerum natura benevolentiæ conjunctionem, nec domus ulla, nec urbs stare poterit. 2. Div. 33. Natura rerum uno consensu juncta et continens, ut Physicis placet. 4. Ac. 54. Quod rerum natura non patitur. 1. 28. Natura cohærens et continuata cum omnibus suis partibus. 1. de Leg. 46. In natura est bonum ipsum, non in opinionibus: nam ni ita esset, beati quoque opinione essent. 1. de Fi. 18. In rerum natura duo quærenda sunt: unum, quæ materia sit, ex qua quæque res efficiatur: alterum, quæ vis sit, quæ quidque efficiat. 2. 16. In natura rerum tria sunt: unum, cum in voluptate sumus, alterum, cum in dolore, tertium, cum nec in voluptate, nec in dolore. 3. Tusc. 47. In natura tria sunt: unum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere, nec dolere.

Essentia. De Fat. 25. Motus enim voluntarius eam naturam in se ipse continet, ut sit in nostra potestate, nobisq; pareat: nec id sine causa; ejus enim rei causa ipsa natura est. 1. de Orat. 196. Cujus rei tanta est vis, tanta natura, ut, &c. 2. 160. Acie mentis rerum omnium vim naturamq; videre. 2. 163. Argumenta aut ex sua sumi vi atq; natura, aut assumi foris. Pro Mar. 8. Sed tamen ea vicisti, quæ et naturam, et conditionem, ut vinci possent, habebant. 3. de Na. 29. Naturam patibilem habet omne animal. 2. 27. Natura ignis et ea ipsa tota fervida est, et cæteris naturis vitalem impertit calorem. 5. de Fin. 26. Naturas esse diversas, ut aliud equo sit natura, aliud bovi, aliud homini. *Ibid.* 10. Theophrastus persecutus est stirpium naturas, &c. 1. 50. Vis et natura justitiæ. *Ibid.* 63. Vis verborum et natura orationis. 12. Att. 5. Natura noscenda est, non facultas. 2. de Nat. 32. Mundus melior, quam ulla natura. De Somn. 21. Hæc est natura propria animæ atque vis, ut ipsa a seipsa moveatur. 2. de Nat. 39. Hominis natura perfecta non est. 1. de Leg. 17. Natura juris ab hominis repetenda natura. 1. de Fin. 50. Vis et natura justitiæ. 4. Acad. 114. Naturam rerum omnium evolvere. 1. de Orat. 94. Id si est difficile nobis, si tamen in re positum atque natura &c. 4. Acad. 38. Ad naturam accommodatum. 6. Fam. 10. Ad rerum naturam delabi. 1. de L. 45. In natura non in opinione sita arboris aut equi virtus. 2. de Nat. 162. Nostris manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur. 1. 1. De natura deorum quæstio perdifficilis et perobscura. De Cons. Castos, puros, integros, levi quodam ac facili lapsu ad deos, id est, ad naturam sui similem pervolare.

Ingenium. Pro Marc. 9. Victoria, quæ natura insolens est. 1. Tusc. 32. Naturæ specimen ex optima quaque natura capiendum. 5. 78. Natura semper est invicta. 1. 32. Nulla melior in hominum genere natura, quam eorum, qui se natos ad homines juvandos, tutandos, conservandos arbitrabantur. De Clar. 279. Atque hic a magistris parum institutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum. 4. Tusc. 62. Continet autem sedationem animi humani in conspectu posita natura. 10. Att. 4. Natura corrupit Hortensii filium, non patris culpa. Cat. 84. Natura commorandi nobis diversorium dedit, non habitandi. 5. de Fin. 61. Natura in pueris, ut in speculis, cernitur. 1. Q. Fr. 1. 6. Naturæ tuæ ea adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit. 1. de Orat. 113. Naturam atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. 1. Tusc. 2. Quæ natura, non litteris assecuti sumus. 5. de Fin. 55. Cum sic hominis natura generata sit, ut, &c. 4. Tusc. 80. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut in-

vidi, aut tale quid, ii sunt constituti quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen. 4. Acad. 11. Natura lenissimus homo. 1. Tusc. 35. Optima natura esse. 13. Fa. 11. Pro natura tua. Pro Qu. 19. Natura tristi et recondita fuit. 4. Tusc. 63.

——*Neque ira cœlitum invectum malum,*
Quod non natura humana patiendo efferat.

Animus, ratio, judicium, mens, consilium. 1. de Leg. 45. Natura dijudicanda sunt honesta et turpia. 1. de Fin. 71. Magistra ac duce natura. 1. Tusc. 29. Tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognoverant. *Ibid.* 31. Naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam judicare, maximum argumentum est, quod omnibus curæ sunt, et maxime quidem quæ post mortem futura sint.

Mores. 1. Acad. 20. Naturæ perfectio virtus. 1. Fa. 9. Habui non temporum solum rationem eorum, sed etiam naturæ. *id est, morum.* 1. Q. Fr. 1. 29. Naturæ acerbitas. 1. Att. 14. Naturæ agilitas, ut ita dicam, et mollities. 3. de Nat. 27. Naturæ ista sunt, Balbe, naturæ non artificiose ambulantis, &c. sed omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus suis. 13. Fa. 78. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio et munio: cognitum per teipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia hospitioque judicabis. Pro Ar. 15. Sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina quam sine natura valuisse doctrinam. *Ibid.* Aliquem sine doctrina naturæ habitu esse moderatum. *Ibid.* Cum ad naturam eximiam et illustrem accesserit ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solet existere. 2. de Div. 95. Eodem temporis puncto nati, dissimiles et naturas, et vitas, et casus habent. 4. Tusc. 80. Qui se naturam cujusque ex forma perspicere profitebatur. 1. Qu. Fr. 1. 11. Natura uniuscujusque multis simulationum involucris tegitur. Brut. 1. Voluntates hominum occultæ, multiplicesque naturæ. De Ami. 27. Si aliquem nacti sumus, cujus cum moribus et natura congruamus. 1. Q. Fr. 1. 18. Natura moderata, natura vitiosa.

Elementum. 1. de Nat. 29. Quatuor naturas, ex quibus omnia constare vult Empedocles, divinas esse censet.

Temperatura. 2. de Orat. 186. Medico et consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est. I. P. 10. Præter naturam et fatum. 4. Tusc. 71. An quidquam potest esse secundum naturam, quod fit repugnante ratione? Cat. 71. Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. 3. Off. 23. Secundum naturam vivere. 1. 100. Naturam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus. 2. de N. 43. Neque naturam significat: est enim plena rationis. Ver. 5. 26. Natura loci ac cœli Syracusarum.

Origo, ortus, initium, principium. 2. de Leg. 5. Naturæ patria una, altera civitatis. Orat. 152. Hoc non natura fit, sed quodam instituto. De Clar. 275. Sive quod natura non esset ita factus. Pro Cl. 72. Vitia quæ ab natura habeas, studio atque artificio quodam malitiæ condire.

Corpus. 1. de N. 123. Quæ autem animans natura, nihil curans? 2. 33. Natura prima et inchoata. 3. 31. Natura maxime cedens et dissipabilis. 1. 104. Naturis, quæ sine animis sunt, locus est proprius. 2. 84. Superis externisque naturis alitur terra. *al.* æternis. 1. Tusc. 20. et 65. Quinta quædam natura ab Aristotele inducta. *et ibi de natura, quam substantiam vocant, præclara quædam.* De Som. 20. Vel concidat omne cœlum, omnisque natura, consistat necesse est animus. 2. de Nat. 28. In omni fusum est natura calidum illud atque igneum. 1. Tusc. 41. Quinta illa non nominata magis quam non intellecta natura.

Vulva, uterus. 2. de Div. 145. Parere quædam matrona cupiens, dubitans essetne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam, retulit; negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse.

Constitutio. 2. de L. agr. 94. Carthaginenses fraudulenti et mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos, multis et variis mercatorum sermonibus ad studium fallendi studio quæstus vocabantur. 15. Fa. 4. Natura illius montis. 2. Q. Fr. 15. Quos tu situs, quasi naturas rerum et locorum habes. 1. Fa. 7. Ea est natura et ratio provinciæ tuæ, ut, &c. 2. de Orat. 132. Natura causæ.

Status, conditio, cursus. 6. Fa. 6. Natura atque ratio temporum civilium. *Ibid.* 5. Ea natura rerum est, et is temporum cursus.

Adjunct. *Paulo acrior, admirabilis, antiquior, antiquissima, socors, negligensque, angustior, cedens, maxime dissipabilis, commutabilis, humida, patibilis, animabilis, spirabilisque, artificiosa, beata, cælestis, altissima, æthereaque, consultrix, et provida, continuata, deterrima, inanima, multiplex, et tortuosa, obscura, par, perfecta, perfectior, plenior, præpotens, atque excellens, non solitaria, neque simplex, honesta, terrena, ultima perfectaque, dux optima, imbecilla, satis apta, aspera, fervida, benefica, beata et æterna, beata et immortalis, beata et sempiterna, divina, excellens, præsensque, excellens atque præstans, eximia, præstansque, locupletior, optima, et præstantissima, perobscura, præstans, prima inchoataque, provida, solersque, pulcherrima, sempiterna, supera, externaque, cælestis, et divina, vana, communis, congruens, diversa, recta, dissimilis, superior, eximia atque illustris, fera atque immanis, humana, idonea, ignea, melior, sui similis, tacita, usitata, notaque, immanis, acerbaque, immanis atque importuna, impurissima, infensa atque inimica, intelligens, sapiensque, invicta, terrena et mortalis, vitiosa, mira, varia, mitis clemensque, obscurior, mortalis.*)

(. *immortalis, multo firmior et constantior, propria, perfecta, præstans, æternaque, præstans singularisque, simplex, tristis, tristis ac recondita, varia multiplexque, universa, voluptaria.*

Syntaxis. *Natura mater omnium, communis parens. Natura et vis animæ. Gestus natura venustus. Naturam habere ad dicendum. Naturæ habitus sine doctrina. Concidet omne cœlum, omnisque natura. Contra naturam universam contendere. Non natura, sed instituto. Victoria natura insolens. Tanta rei vis, tanta natura. Natura corporis medico noscenda. Loci ac cœli Italici natura. A natura vitium habere. In rerum esse natura. Ex rerum natura tollere. Id natura, ita natura comparatum est. Natura legis norma. Animans natura, artifex, consultrix, et provida utilitatum nostrarum. Aeris natura cedens, dissipabilis, cohærens, continuata cum suis partibus. Natura blanda conciliatrix ac sui lena, sui diligens. Caussæ natura, id est,* constitutio. *Universæ naturæ mens et animus. Solvere naturæ debitum. Animalis natura patibilis. Natura fert, ut &c. Naturæ satisfacere.*

Naturalis, le, *physicus, innatus, insitus, naturæ conjunctus vel copulatus, a natura profectus vel ortus, secundum naturam, quod a natura est,* φυσικὸς, γόνιμος. De Cl. 19. Eisque libris ad memoriam rerum naturalium comprehendendam impulsi sumus. Part. 64. In obscuris naturalibusque quæstionibus. 1. de Fin. 19. Motus naturalis. 3. A. 15. Pater naturalis. De Cl. 209. Omnium causarum unum est naturale principium. De Fat. 9. Nostrarum voluntatum et appetitionum non sunt causæ naturales et antecedentes: nihil enim esset in nostra potestate. 1. de Div. 12. Hæc enim duo genera divinandi naturalia sunt. Pro Cæl. 11. Nisi ipse se cum domestica disciplina, tum etiam naturali quodam bono defenderet. De Cl. 36. Naturalis, non fucatus nitor. 1. Off. 50. Naturalis quædam societas. 1. de Orat. 117. Ut homines adolescentes, si quid naturale forte non habeant, deterreantur. 1. de Finib. 31. Naturalis atque insita in animis nostris notio. De Cla. 130. Facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatæ voluntatis. 2. de Nat. 125. Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo.

Syntaxis. *Pater naturalis. Naturalis, non fucatus nitor. Naturalis atque insita vis. Naturale stirpis bonum degenerat.*

Naturaliter, *a natura, secundum naturam, naturæ ipsius habitu,* φυσικῶς, κατὰ φύσιν. De Sen. 27. Quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet.

Natus, ti, *filius,* παῖς, γεγονώς. De Amic. 27. Ea charitas, quæ est inter natos et parentes. 5. de Fin. 65. A primo satu, quo a procreatoribus nati diliguntur.

Natus, a, um, *editus, procreatus, factus, prognatus, alicujus satu vel partu editus.* 3. de Nat. 45. Orpheus et Rhesus matre Musa nati. *Ibid.* 48. Circe e Perside Oceani filia nata. 3. Tusc. 26. Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus. Postquam ad Quir. 5. A parentibus parvus sum procreatus, a vobis natus sum consularis. 5. de Fin. 63. Natus, susceptus et institutus ad laudem. 1. de Orat. 99. Cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognovi. *Ibid.* 90. Ita nati sumus, ut rem gestam exponere, et de omnibus rebus loqui sine arte possimus. Ver. 2. 134. Reperiebam hunc ad istius flagitiosas libidines natum atque aptum fuisse et factum. De Fin. 39. Equus natus ad cursum, canis natus ad indagandum. 4. Fa. 13. Natus ad agendum semper aliquid dignum viro. De Ar. 6. Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis. *Ibid.* T. Annius ad hanc pestem funditus delendam natus esse videtur. Pro Sest. 89. Vir ad dignitatem et gloriam natus. Pro Cæl. 59. Ille vir, qui se natum huic imperio putavit. Pro Cor. 3. L. Crassus homo natus ad dicendi singularem quandam facultatem. 12. A. 9. Cæsar deorum beneficio natus ad hæc tempora. 11. 37. Aliquis ad facinus prædamque natus. Orat. 99. At hic noster ad hoc unum est natus, in hoc solo se exercuit. Part. 91. Genus hominum ad honestatem natum. De Cl. 239. Cn. Pompeius vir ad omnia summa natus. 2. de Nat. 159. Boum cervices natæ ad jugum. De Provin. 10. Syrorum natio nata servituti. I. P. 41. Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. De Cla. 282. Multitudo et forum, cui nata eloquentia est. Pro Mur. 75. et 81. Tuum est, Cato, qui non tibi, sed patriæ natus es, videre, &c. 1. Off. 22. Non nobis solum nati sumus, sed, &c. 3. de Orat. 131. Græci nati in literis. 1. de Orat. 115. Quidam sunt ita habiles, &c. ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. 7. Att. 8. Animadverteram, posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire. *Ibid.* 14. In his locis pro re nata non incommode possunt esse. 14. 6. Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. Ver. 3. 62. Eques Rom. prope annos LXXXX. natus. 3. de Orat. 71. et de Cla. 224. Annos natus unum et viginti. Pro Clu. 110. Cum annos ad quinquaginta natus esset. 1. de Leg. 28. Homines ad justitiam esse natos. 2. contra Rull. 89. Ante extingui atque opprimi, quam plane exortum ac natum esse. 1. 18. Homines in veteri dignitate fortunaque nati. 1. de Leg. 16. Cujus causa nati et in lucem editi sumus. Pro Quin. 85. Ex quo hæc omnia nata et profecta sunt. 4. de Finib. 4. Omnes nati sumus ad societatem et communitatem generis humani. Top. 44. Filius natus in decem mensib. De proscript. li. Homines honestis parentibus ac majoribus nati. Acad. Hominem natum ad nihil esse aliud, quam hones-

tatem. 2. de Fin. 45. Non sibi se solum natum meminerit, sed patriæ, sed suis.

Adverb. *Fortuito, ex improviso, necessario, optime.*

Syntaxis. *Cæsare natus vel e Cæsare. A vobis natus consularis. Natus, susceptus, et institutus ad laudem. Natus et aptus ad. Natus, aptus, factus. Natus ad agendum semper aliquid. Ad dignitatem et gloriam natus. Natus ad dicendi singularem quandam facultatem. Deorum beneficio natus ad hæc tempora. Huic imperio natus. Ad facinus prædamque natus. Ad hoc unum est natus. Ad omnia summa natus. Natus ad jugum; natus servituti; natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. Multitudini et foro nata est eloquentia. Non sibi, sed patriæ se natum putare. Natus in litteris. Pro re nata aliquid facere. Annos natus sexaginta. In veteri dignitate fortunaque natus. Natus et in lucem editus. Honestis parentibus ac majoribus natus.*

Navale, lis, *armamentarium, locus, in quo naves navaliaque opera fiunt, et servantur,* ναύλοχον. Muri, navalia, portus, aquarum ductus. 2. Off. 60.

Navalis, le, νήϊος, ναυτικός. 1. de Orat. 62. Si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum, &c. De Sen. 13. Pedestres navalesve pugnæ. Pro Mur. 33. Pugna navalis ad Tenedum. Pro Pomp. 55. Disciplina navalis. *Ibid.* 28. Navale bellum. 10. Att. Ver. 5. 60.

Navarchus, chi, *magister et gubernator navis, navicularius,* ναύαρχος. Ver. 5. 59. Sumtum omnem in classem navarcho suo quæque civitas dabat. *Ibid.* 83. Navarchis imperare. 3. 186. Forum Syracusanum navarchorum sanguine redundavit.

Nauci, *juglandis putamen, resve nihili,* τὸ περίψημα, ατος. 1. de Divinat. 133. Non habeo denique nauci Marsum augurem.

Naufragium, gii, *jactura, quæ fit in mari, navi fracta, calamitas,* ἔκβρασμα, ναυαγία, ναυφθορία. 16. Fa. 9. Interea, qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. 1. de Div. 24. Tot clarissimorum ducum regumque naufragium. 1. de Inv. 4. Maxima ac miserrima naufragia fiebant. Pro Rab. 25. Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titii navem afflictam, et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. 4. Att. 17. Hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat. 3. Off. 89. 90. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si poterit? Pro S. R. 147. Quem tu e patrimonio tanquam e naufragio nudum ejecisti. Pro Do. 137. Quod in naufragio reipub. tenebris offusis, demerso populo, &c. 1. Fa. 9. Naufragium rei familiaris. Pro Sest. 15. In quo naufragio reipub. colligendo et reficiendo, saluti communi omnia reperientur P. Sestii consilia esse versata. I. P. 43. Ut tu naufragio expulsus penderes, &c. 12. A. 19. Qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana saxa projectus est. 2. Att. 7. Naufragia ex terra intueri. 12. P. 36. Naufragia ex latrociniis.

Naufragus, a, um, *qui naufragium facit, ejectus,* ναυαγός. 2. de Inv. 153. Naufragus quidam natans. De Fat. 6. Ut in illo naufrago, &c. 1. C. 30. et 2. 24. Pro Syll. 41. Aliquis patrimonio naufragus. I. P. 42. Martium Africa expulsum, naufragumque vidit. 3. Off. 90. Duo naufragi in una tabula.

Syntaxis. *Naufragium facere. Naufragium fortunarum, rei familiaris, patrimonii. Tabulam de naufragio arripere. Ejicere aliquem nudum tamquam e naufragio. Naufragium reipublicæ. Naufragium colligere et reficere. Ex naufragio projectus ad &c. Naufragus patrimonio. Expulsum patria naufragumque esse.*

Navicula, æ, ἐφόλκιον. Postquam ad Quir. 20. Marius cum parva navicula trajecit in Africam. 4. Acad. 148. Nos ad naviculas nostros ascendimus.

Navicularia, æ, *ars nautica,* ναυκληρία. Ver. 5. 45. Naviculariam facere.

Navicularius, rii, *naviculator, navis gubernator,* ναύκληρος. 16. Fa. 9. Naviges cum honesto aliquo homine, cujus autoritate navicularius moveatur. 9. Att. 3. Ego nautas illum non putabam habiturum: ille confidebat, et eo magis, quod audita navicularii hominis liberalitas esset. Ver. 2. 137. Ut aratores, ut mercatores, ut navicularii.

Naviculator, oris, *navicularius.* Pro Pomp. 11. Mercatoribus ac naviculatoribus injuriosius tractatis.

Navigandum. 8. Att. 3. Infero mari nobis incerto cursu, hyeme maxima navigandum est.

Navigans, tis, *qui navigat, navi vectus.* 3. Off. 89. *bis.* 10. Att. 11. Recordor enim cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ navigans, quam fuerim sollicitus.

Navigatio, onis, *cursus, cursus maritimus,* ναυτιλία. 3. de Nat. 83. Videtisne, inquit, amici, quam bona a diis navigatio sacrilegis detur? 2. Qu. Fr. 5. Aiebant, te prima navigatione transmissurum. *Ibid.* Primam navigationem ne omiseris. De Sen. 71. Aliquando in portum ex longa navigatione venire. 13. Fam. 68. Navigationum cursus.

Adjuncta. *Bona, hyberna, et odiosa, longa, longa et hyemalis, minime portuosa, perdifficilis, vehementior.*

Navigiolum, li, πλοιάριον. 12. Fa. 15. Nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur.

Navigium, gii, *navis,* πλοῖον, ναῦς. 2. de Nat. 151. Arborum consectio magnos usus affert ad navigia facienda. 3. de Orat. 178. In navigio latera, carinæ, prora, puppis, antennæ, vela, mali. Pro Corn. 61. Sententiam aliquam tanquam aliquod navigium ex Reipub. tempestate moderari. 15. Att. 11. Prorsus dissolutum offendi navigium, vel potius dissipatum. 4. Acad. 100. Proficisci probo navigio, bono gubernatore, ac tran-

quillitate. 16. Att. 1. Navigia minuta. *Ibid.* 4. Navigia luculenta.

Adjunct. *Luculentum, minutum, magnum* .)(. *parvum, parvulum, perparvum, probum.*

Navigo, as, *navem ago, nave et in navi vehor, ἀποπλέω, πλέω.* 3. de Nat. 83. Dionysius navigabat Syracusas, isque cum secundissime cursum teneret, Videtisne, inquit, &c. 16. Fam. 8. Rogo te, ne naviges nisi explorate. Pro Dom. 24. Cum ipse archipirata cum grege prædonum plenissimis velis navigaret. 2. de Fin. 112. Cum Xerxes maria ambulavisset, terramque navigasset, &c. 16. Att. 6. Magis commode quam strenue navigavi. Pro Flac. 32. Reliquum est, ut quæratur, utrum ista classis cursu et remis, an sumptu tantum et literis navigarit. Incer. Ut navem perforet, in qua ipse naviget.

Adverb. *Bellissime, caute, explorate, periculose, recte, temere, bene, commode, considerate, diligenter, expeditius, strenue, feliciter, incommode, tarde, incommodissime, tardius, prospere, quam cautissime, tuto.*

Syntaxis. *Dant venti bonam navigationem. Navigatione prima transmittere. Navigationum cursus. Ex longa navigatione in portum venire. Navigia facere. Navigium ex tempestate moderari. Navigium dissolutum ac dissipatum. Proficisci probo navigio. Explorate navigare. Plenissimis velis navigare. Strenue navigare. Magnam partem remis navigare.*

Navis, is, *navigium, ναῦς, πλοῖον.* Ver. 5. 43. Navem maximam triremis instar palam ædificavit. 4. Fam. 12. Dum ab Epidauro Piræum navi advectus essem. 12. 25. Conscende nobiscum, et quidem ad puppim: una navis est jam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus: utinam prospero cursu. 4. Acad. 148. Ascendere ad navim. 3. de Nat. 89. Quæsivitque, num etiam in iis navibus Diagoram vehi crederent. 1. de Orat. 153. Ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum. 8. Att. 18. Ut omnes copiæ navibus Dyrrachium transportarentur. 1. de Inv. 58. Eadem navigii ratio est: nam navis optime cursum conficit ea, quæ scientissimo gubernatore utitur. Pro Pla. 94. Vidi navem secundis ventis cursum tenentem suum. I. P. 20. Qui maximis turbinibus ac fluctibus Reipub. navem gubernassem, salvamque in portu collocassem. 3. Off. 89. Quoad perventum sit eo, quo sumta navis est, non domini est navis, sed navigantium. In Vat. 12. Mercatores e navi egredientes terrere, conscendentes morari. 1. de Orat. 174. Evertere navem in portu. 1. de D. 68. Conscensio in navem. Ver. 5. 132. Navis instructa et ornata. 13. Attic. 21. Cum ad villam nostram navis appelleretur. 14. 22. E Pompeiano navi advectus sum in Luculli nostri hospitium: egressus autem e navi, accepi tuas litteras. Ver. 5. 103. Qui naves inanes non modo habuerunt, sed etiam apertas. *Ibid.* Qui solus habuerit constratam navem, et minus exinanitam.

Adjuncta. *Bona, constrata, et magna, inanis, aperta, instructa, ornataque, pulcherrima, atque ornatissima, optima, formosissima, referta, semiplena, idonea, longa, oneraria, maxima, onusta, parva, rostrata, tuta ac fidelis.*

Syntaxis. *Navim ædificare. Navi ab aliquo loco ad alium advehi. Navibus vehi. Navim tenere rectam prospero cursu. Ascendere ad navim. Navis retinet motum et cursum suum, cum inhibent remiges. Conficit cursum navis, quæ utitur sciente gubernatore. Cursum suum navis tenet secundis ventis. Navim salvam in portu collocare. Quo sumta est navis?* id est ad quem locum. *Navem in portu evertere. In navem conscensio. Navem instruere, et ornare. Navis appellitur ad littus. Navim gubernare, navim conscendere, e navi egredi.*

Navita, *nauta, ναύτης, ναυτίλος.* 2. Tusc. 23.

Noctem parentes timidi adnectunt navitæ.
id est, navem. Poetæ.

Navitas, tis, *industria, σπουδή.* 10. Fam. 25. Ista opera tua, navitas, animus in rempublicam, &c.

Naviter, *strenue, ἐπισπερχῶς, σπουδαίως.* 5. 12. Qui semel verecundiæ finem transierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem.

Navo, as, *do, præsto, exhibeo, ἐργάζομαι, σπεύδω, σπουδάζω. Significat opere, et effectu aliquem juvare, aut aliquid magno conatu præstare, aut operam dare alicui.* 2. de Orat. 26. Equidem jam mihi videor navasse operam, quod huc venerim. Brut. 8. Tibi omnes navare operam et studium volunt. Qu. de Pet. 14. Qui etiamsi suffragandi studia non navant, tamen afferunt petitori aliquid dignitatis. 2. Fam. 10. Ut cum hic tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te benevolentiam navare possimus. 15. 4. Quam vellem Bruto studium tuum navare potuisses. *Ibid.* 13. At petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata, sed tamen navare operam volebam. *Ibid.* 12. Utinam potuissem pro tuis amplissimis erga me studiis, atque beneficiis tibi operam meam, studiumque navare. 9. 2. Etsi minus in curia atque in foro; at in literis et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare Reipub. et de moribus ac legibus quærere. 6. 1. Nemo est tam afflictus, qui, si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit navare aliquid et efficere. 9. Att. 12. Utinam aliquod in hac miseria Reipub. πολιτικὸν opus efficere et navare mihi liceat. Pro Cæl. 67. Sed, si me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam. De Arusp. 1. Navare operam alicui, atque ei sese venditare. 10. Fam. 25. Navare operam Reip. De Clar. 281. Qui navarat miles operam imperatori.

Syntaxis. *Magna est navitas tua in Rempub. Bene et naviter impudens. Operam jam navasti, quod veneris. Operam et studium alicui navare. Suffragandi studia navare. Suam in aliquem benevolentiam, operam suam navare. Navare reip. Navare aliquid et efficere.*

Naupactum, *urbs Macedoniæ: alii,* Neopactum. In P. 91.

Nausea, æ, *stomachi fastidium, vomendique cupiditas,* ναυτία, ναυτίασις. 14. Att. 10. Tua ὑπηνέμιος nausea abiit. 16. Fam. 11. Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger. 5. Att. 13. Navigavimus sine timore et nausea.

Nauseans, tis, ναυτιάων. 15. Fa. 25. Quam ego ructantem et nauseantem conjeci, &c. 7. 26. Vidit me nauseantem. 5. Att. 21. Epistola, quam dedisti nauseans Buthroto.

Nauseo, as, *stomachi fastidio laboro, abhorreo,* ναυτιάω, ναυτιάω. 1. de Nat. 85. Quam bellum erat confiteri potius nescire, quod nescires, quam ista effutientem nauseare. 2. A. 84. Sudat, pallet, quidlibet, modo ne nauseet, faciat.

Nauseola, æ, *nausea,* τὸ ἱμετίδιον. 14. Att. 8.

Nauta, tæ, *naviculator, navicularius,* ναύτης, ναυτίλος. 9. Att. 3. Ego nautas eum non putabam habiturum, ille confidebat: et eo magis, quod audita navicularis hominis liberalitas esset. 16. Fam. 9. Nautæ solent festinare quæstus sui causa. In Arat.

Hoc signum veniens poterunt prænoscere nautæ.

Nauticus, a, um, ναυτικός. 2. de Nat. 152. Nauticarum rerum scientia. 13. Att. 21. Inhibere, verbum est totum nauticum. Pro Pomp. 55. Cum eum vobis majores vestri exuviis nauticis, et classium spoliis ornatum reliquissent.

Navus, a, um, *strenuus, industrius,* σπουδαῖος, ἐνεργής, ἐπιστρεχής. Ver. 3. 53. Homo navus et industrius. *Ibid.* 120. 161. Navus et prudens et probus filius. Pro Pomp. 18.

NE

Ne, *ut ne, quo minus,* ὅπως μὴ, μήπου. 4. Fam. 7. Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis, et ego id semper egi, ne interessem. 1. 3. Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo. Pro Planc. 27. Vitia mehercule res hæ Cn. Plancii tegere potuerunt, ne tu in ea vita, de qua jam dicam, tot et tanta adjumenta huic honori fuisse mirere. Ver. 4. 148. Ecce autem nova turba, ne tamen istum sine amicis plane nudum putetis ac desertum. *Ibid.* 82. Judicium de pecuniis repetundis ne sit hoc tempore. 3. Tusc. 12. Ne ægrotus sim, inquit: sed si fuerim, sensus adsit. Ver. 4. 32. Quid vis nobis dare, isti ne auferantur abs te? 9. Att. 4. Ille annus, qui me, ne dicam gravius, affixerat. 9. Fam. 14. Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur una. 1. Tuscul. 76. Tantum abest ab eo, ut malum mors sit, ut verear, ne homini, &c. 1. Fam. 4. Non tam ut te impediret, quam ne quis Alexandriam vellet ire. *Ibid.* Satis provisum est, ut ne quid salvis auspiciis agere possint. 4. Acad. Et hic metuo, ne vix sibi constet. 6. Fa. 1. Tamen vereor, ne consolatio ulla possit vera reperiri. *Ibid.* Non vereor, ne eum miserum esse nefas sit dicere. *id est, non dubito quin.* 3. Off. 100. Is, sententiam ne diceret, recusavit. 6. Att. 1. Quot vis præfecturas sume, dum negotieris. 16. 2. Si quid ejusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. 2. de Leg. 60. Ne sumptuosa respersio; ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

Non. 12. 22. Quo ne pluris emerent. 7. Fam. 2. Te hortor, ut ne cui, &c. 13. 10. Da operam, ut ne quid tuorum mihi sit ignotum. 3. Att. 10. Ut prorsus ne quid ignorem. Pro Cæc. 95. Ut ne longius abeam. 3. 9. Fr. 2. Opera datur, ut judicia ne fiant. 1. de Finib. 70. Sunt qui dicunt, fœdus quoddam esse sapientum, ut ne minus amicos quidem quam se ipsos diligant. 5. Att. 1. Ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum. Ver. 1. 123. Impetrant, ut ne jurent. 2. de Inven. 118. Meretrix coronam auream ne habeto. 3. de Orat. 193. Illud ne quis admiretur, quonam modo hæc, &c. 1. Off. 70. His idem fuit propositum, quod regibus, ut ne qua re egerent. 1. P. 17. Consul edicit, ut Senatus Senatusconsulto ne obtemperet. Pro Dom. 44. 13. Fam. 54. Da operam ut socrus adolescentis rea ne fiat.

Neque. Brut. 10. Nullas adhuc a te literas habebamus, ne famam quidem, quæ declararet, te, cognita Senatus autoritate, in Italiam adducere exercitum. 2. Qu. Fr. 15. Cum a me literas librarii manu acceperis, ne paulum otii me habuisse judicato. Parad. 1. Huic nihil est, quod exploratum habeat, permansurum sibi quidem ne unum diem. 6. Fa. 6. Ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te ut hortarer, ut, &c. Ver. 4. 2. Nihil in ædibus cujusquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, &c. 3. de Orat. 182. Ut nihil sit ne spiritu quidem minimo longius, aut brevius. 5. Tusc. 16. Nulla ne minima quidem aura, &c. Orat. 119. Cum illa cognoveris, nolo ignores ne hæc quidem humana. 1. de Nat. 71. Ne tu quidem Vellei, &c. De Clar. 268. Ne Titus quidem Posthumius contemnendus in dicendo fuit. 2. de Orat. 81. Ne hæc quidem reprehendo: sunt enim &c. 3. C. 24. Ne dici quidem opus est, quanta calamitate Reipub. &c. 1. Tusc. 14. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? 3. de Nat. 14. Pro Mil. 79. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum, &c. 11. Att. 20. Ne si velim quidem, id facile possim. 3. Fam. 8. An mihi de te nil esse dictum putas? ne hoc quidem, quod cum, &c. *Ibid.* 6. Quod ne nunc quidem despero.

Orat. 54. Et quoniam cœpi, &c. ne nunc quidem solum de orationis modo dicam, sed etiam de actionis. 8. Att. 20. Ii qui inter se noti sunt. 2. 16. Ego illud ne quidem contemnam. Pro Cæc. Si ne quidem tuorum quisquam loco motus erit. 1. Fa. 8. Neque (ut ego arbitror) errarent, ne adversarii quidem ejus, si, &c. 1. de Inv. 103. Non factitatum est ne a barbaris quidem id maleficium. 2. Fa. 26. Me vero nihil istorum ne juvenem quidem movit unquam, ne nunc senem. Ver. 1. 155. Non enim prætereundum est ne id quidem. 2. Qu. Fr. 5. Non prætermittam ne illud quidem, Furium, &c. 1. Off. 76. Tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinæ conferendi sunt.

An, utrum. Lege, An. 1. Tuscu. 102. Nihil mea interest, humine an sublime putrescam. 1. de Div. Fiat, necne fiat, id quæritur. 3. de Nat. 3. Tibi permitto, respondere ne malis, an audire, &c. 16. Att. 13. 15. Fam. 16. Doceas tu me oportebit, in meane potestate sit spectrum tuum. 1. Qu. Fratr. 3. Tune id veritus es? Pro Qu. 78. Tamenne vereris, ut possis, &c. Pro S. R. 44. Tamenne hæc vita relegatio appellabitur? I. P. 1. Jamne vides bellua? jamne sentis? 4. Fam. 7.

Adhuc, etiam. Pro Fl. 21. Tamenne isti testes habebuntur? Pro Dom. 50. Tamenne arbitraris, id te posse obtinere?

Neapolis. Ver. 4. 119. Urbs, quæ, quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur.

Neapolitanus, a, um. 13. Fam. 30. et 1. Tusc. 86.

Nebulo, onis, *planus, qui mendaciis et dolis nebulam quandam et tenebras offundit, nugator*, λεσχήνης, ἀδολεσχής. 2. A. 74. Hærebat nebulo, quo se verteret, non habebat. 1. Att. 9. Nebulonem illum ex istis locis amove. Pro S. R. 128. Nos ab isto nebulone facete eludimur. 15. Att. 21. 6. 1. Hoc ego ex P. Vedio magno nebulone audivi. *Ibid*. 3. Hujus nebulonis operatione si Brutus moveri potest, licebit, eum solus ames.

Nebulosus, a, um, *turbulentus, caliginosus*, νεφώδης, νεφελοειδής. 1. Tusc. 60. Nebulosum et caliginosum cœlum.

Nec, *non*, οὐδὲ, μηδὲ, οὔτε, μήτε. 3. de Leg. 6. Magistratus nec obedientem et noxium civem coercento. 3. de Leg. 10. Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.

Neque. 3. de Nat. 86. Nec agellos singulorum, nec viticulas dii persequuntur. 1. Acad. Etsi nec bona, nec mala essent, tamen, &c. 7. Fam. 31. Propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes: equidem vellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. De Ami. 57. Nec enim illa prima vera est, ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. *Ibid*. 6. Nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. 1. de Nat. 45. Nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. Pro Qu. 15. Quo mortuo nec ita multo post in Galliam proficiscitur. De Ami. 31. Ab his, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt. 1. de Nat. 6. Nec opinatum patrocinium a vobis susceptum. 13. Fam. 18. Ei nec opinanti voluntatem tuam tantam per litteras detulisse. 15. 4. Præsentibus insidiis nec opinantem liberavi. Pro Sull. 54. Nec opinante Fausto, quum is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. 1. Tuscul. 94. Nonne modo pueros, modo adolescentes in cursu a tergo insequens, nec opinantes assecuta est senectus? 14. 4. Plerosque nec opinantes oppressimus. 3. de Fin. 8. Quod quum accidisset, ut alter alterum nec opinato videremus, surrexit statim. 2. de L. 26. [Patrum delubra esse in urbibus censeo: nec sequor Magos Persarum, &c. Incer. Utraque earum sententiarum doctissimos habuit autores, nec, quid certi sit, divinari potest.

Necatus, a, um. 3. de Nat. 82. Zenonem Eleatem in tormentis necatum.

Necdum, *nondum*, οὐδέπω, μηδέπω. 6. Att. 3. Necdum ego tamen Quintum conveneram. 3. Tusc. 68. Philosophi summi, necdum tamen sapientiam consecuti.

Necessarie, *necessario*, ἀναγκαίως. 1. de Inv. 44. Aut probabiliter ostendens, aut necessarie demonstrans.

Necessario, *necessarie, ex necessitate, necessitate, necessariis et maximis causis*, ἐξ ἀνάγκης. 4. Tuscul. 7. Fecissem neque tam libenter quam necessario. 5. Fam. 21. et 6. 10. Cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario.

Necessarius, a, um, *conjunctus, intimus, necessitudine adjunctus, non alienus, aliquem necessitudine attingens*, προσήκων, οἰκεῖος. 13. Fam. 12. M. Cæsius homo mihi maxime necessarius. *Ibid*. 29. In necessariis, qui tibi a patre relicti sunt, ego tibi sum vel conjunctissimus. Br. 6. Noli pati a necessariis tuis necessario meo injuriam fieri. 9. Att. 10. Cum utrique sis maxime necessarius. Pro Sull. 2. L. Torquatus meus familiaris ac necessarius. 11. Fam. 27. Vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarii graviter fero. Pro Mur. 73. Virgo Vestalis hujus propinqua et necessaria. 13. Fam. 72. Cerellia necessaria mea. Pro Cl. 57. Necessarius et conjunctus, &c. De Ami. 74. Nec, si qui ineunte ætate venandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt.

Adjuncta. *Carus, honestus, communis, conjunctissimus, paternus.*

Syntaxis. *Homo mihi necessarius. De necessariis conjunctissimus. Familiaris et necessarius mihi, vel meus. Propinquus et necessarius. Necessarius et conjunctus. Habere aliquem necessarium.*

Necessarius, a, um, *opus habens aliquam necessitatem, fatalis*, ἀναγκαῖος. 2. de Inv.

145. Necessarium est, quod imperatur: voluntarium, quod permittitur. 2. de Nat. 151. Nos e terræ cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. De Fat. 14. Omnia vera in præteritis necessaria sunt, quia sunt immutabilia. *Ibid.* Si, quod primum in connexo est, necessarium est, sit etiam quod consequitur, necessarium. Top. 57. Necessaria conclusio. 1. de Inv. 45. Necessaria consecutio. De Fat. 44. Neque eam causam ad assentiendum necessariam esse concedes. De Univ. 37. Commonstravitque leges fatales ac necessarias. 4. Acad. 97. Si alterutrum concessero necessarium esse, necesse erit cras Hermachum vivere. Pro Qu. R. 15. Illa superior fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria. Postquam ad Quir. 22. Non tam necessarium est malemeritis referre, quod debeas, quam ut benemeritos colas. 1. de Div. 123. Quæ prætermitto: tibi enim nota sunt, mihi ad commemorandum non necessaria. Orat. 68. Hoc tamen ipsum ad id quod propositum est, non est necessarium. 1. Off. 11. Omnia, quæ sunt ad vivendum necessaria, inquirere. *Ibid.* 25. Expetuntur divitiæ ad usus vitæ necessarios. 2. Fam. 6. Non dubitavi id a te petere, quod mihi esset maxime necessarium. 10. A. 19. Cum illum necessarium et fatalem pene casum non tulerimus. Brut. 1. Multa ejus judicia, sed ad scribendum non necessaria. 3. de Leg. 41. Senatori necessarium nosse rempub.

Adverb. *Æque, eo magis, maxime, summe, vehementissime,*

Necesse, *necessum, necessarium, necessitas, δέον, ἀνάγκη.* Partit. Necesse autem id est, sine quo salvi liberive esse non possumus. 4. Acad. 97. Si alterutrum concessero necessarium esse, necesse erit cras Hermachum vivere. 1. Fam. 7. Alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est. De Fat. 17. De homine enim dicitur, cui necesse est mori. *Ibid.* 18. Necesse est mori Scipioni. 2. A. 63. Tantum vini eo die exhauseras, ut tibi necesse esset vomere postridie. Pro Dom. 105. Quid tibi necesse fuit, homo fanatice, sacrificium illud invisere? 2. de Orat. 48. Nam et testimonium sæpe dicendum est, ut mihi necesse fuit in S. Titium. Pro Sull. 22. At hic etiam, quod tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti. Pro Sul. 48. Mihi hoc necesse fuit facere. 1. Famil. 9. Legem curiatam consuli ferre opus esse, sibi necesse non esse. 2. de Orat. 81. Sunt quidem hæc concinne distributa, sed tamen id, quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis, non perite. Par. 47. Non habebimus necesse semper concludere. De Opt. 14. In quibus verbum pro verbo non necesse habui reddere. 16. Att. 2. Planco et Oppio scripsi equidem, quoniam rogaras: sed, si tibi videbitur, non necesse habueris reddere. 10. 1. Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus. Pro Qu. 13. His de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ, &c. Pro Cœl. 43. Ex quibus neminem mihi necesse est nominare, vosmet vobiscum recordamini. 2. de Div. 11. Si necesse sit, &c. sed nihil opus est, &c. 1. de Orat. 50. Oratio aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. 2. de Inv. 170. Uri posse flamma ligneam materiam necesse est. *Ibid.* Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est.

Adverb. *Plane, quodammodo, valde.*

Necessitas, tis, *necessitudo, fatum, vis, ἡ ἀνάγκη, ἡ χρεία.* Top. 60. Causa, in qua insit efficiendi necessitas. 1. de Nat. 55. Fatalis necessitas rerum futurarum. Postquam ad Quir. 19. Quasi aliqua fatali necessitate mihi cum fortuna belligerandum fuit. Pro Sest. 47. Vita necessitati debetur. 4. Fa. 9. Tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum. 5. A. 54. Facilius apparabitis ea, quæ tempus et necessitas flagitat. 1. de Inv. 59. Annuæ commutationes quadam ex necessitate, semper eodem modo fiunt. 4. Fam. 9. Ut etiamsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur. 2. Off. 74. Si aliqua necessitas hujus muneris alicui Reip. obvenerit, danda erit opera, &c. *Ibid.* Necessitati parendum. Orat. 202. Numeri, in quibus necessitati parere cogimur. *Ibid.* 230. Qui serviendum necessitati putet. 2. Off. 56. Venia necessitati datur. De Fat. 28. Nec ob eam causam fatum erat, aut necessitas timenda. *Ibid.* 19. Æternis causis naturæ necessitate manantibus verum est id, quod, &c. 2. de Div. 17. Mathematici ea prædicunt, quæ naturæ necessitas perfectura est. 2. de N. 29. Nullum est corpus, quod effugiat ferendi patiendique necessitatem. 5. C. 7. Mors aut necessitas naturæ, aut laborum, ac miseriarum finis est. 1. Off. 17. Reliquis tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas, quibus actio vitæ continetur. 4. Att. 5. Ego mihi necessitatem imponere nolui hujus novæ conjunctionis. Pro Sull. 35. Mihi de me jam multa dicendi necessitas quædam imposita est ab illo. Orat. 230. Nobis in dicendo atque in scribendo necessitatis excusatio non probatur. Pro Qu. 51. Aliquem vi ac necessitate coactum et invitum aliquid facere. Pro Clu. 19. Vi et necessitate coactus feci. 1. de Nat. 18. Necessitate astrictus, &c. Pro S. R. 97. Quæ te necessitas tanta premebat? *Ibid.* 123. Non dicam plura, quam necessitas ipsa coget. Pro Clu. 57. Itaque ille inopia et necessitate coactus confugit, &c. 10. A. 2. Sed mihi necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia ejus. 2. de Di. 18. Ea quæ habent aliquam necessitatem. *id est, quæ sunt necessaria.* 1. de Div. 110. Sed vigilantes animi vitæ necessitatibus serviunt. Pro Clu. 68. Is sibi nihil non modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquit. 12. A. 30. Mors necessitatem habet fati. Pro Mil. 46. Miloni necessitas fuit exeundi. 1. Off.

127. Ipsique necessitati dant operam, ut quam occultissime pareant. *Ibid.* 158. Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitæ, idcirco istam esse cum hominibus communitatem et societatem.

Vinculum, conjunctio amoris. Pro S. R. 66. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem: paternus maternusque sanguis. Pro Sull. 2. Necessitatem familiaritatemque violare.

Adjunct. *Crudelis, divina, honesta, fatalis, magna, nimia, nova, probabilis, summa.*

Syntaxis. *Causa, in qua insit efficiendi necessitas. Fatalis necessitas rerum futurarum. Vita necessitati debetur. Necessitati parere. Tempus et necessitas flagitat. Si aliqua necessitas mihi obvenerit. Necessitati servire. Causæ naturæ necessitate manantes. Necessitatem sibi imponere alicujus rei. Vi et necessitate coactus, adstrictus. Necessitate premi. Plura, quam necessitas cogit. Necessitatem alicui afferre. Quæ habent aliquam necessitatem,* id est necessaria sunt. *Vitæ necessitatibus servire. Mors necessitatem habet fati.*

Necessitudo, inis, *necessitas, ἀνάγκη.* 2. de Inv. 170. Necessitudo est, cui nulla vi obsisti potest. *Ibid.* Necessitudo mutari et leniri non potest. *Ibid.* 61. An necessitudine, quod alio modo agi non possit? *Ibid.* 171. Necessitudo simplex et absoluta.

Conjunctio in amore, οἰκειότης, ητος. Div. 1. 61. Sic enim a majoribus nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque justiorem, neque graviorem causam necessitudinis posse reperiri, quam conjunctionem sortis, quam provinciæ, quam officii, quam publicam muneris societatem. Pro Plan. 27. Necessitudo contubernii. 13. Fa. 10. Conjunctio quæsturæ liberorum necessitudini proxima est. *Ibid.* 19. Cum Lisone est mihi hospitium vetus; quam ego necessitudinem sancte colendam puto. Ver. 4. 145. Conjungere necessitudinem cum aliquo. Pro Deiot. 39. Summam necessitudinem magna ejus officia in me et in meos effecerunt. Pro Sest. 39. Cum quo mihi erant omnes amicitiæ necessitudines. Pro Planc. 39. Illæ tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius. Pro Mur. 7. Familiaritatis necessitudinisque oblitus, &c. Pro Clu. 199. Atque etiam nomina necessitudinum mutavit, uxor generi, noverca filii. *id est, affinitatum.* 1. Off. 59. Non iidem erunt necessitudinum gradus, qui et temporum. 13. Fam. 27. Summa necessitudine et summa conjunctione adductus. Pro Cl. 117. Mihi cum eo summa utriusque officii constituta necessitudo est. 13. Att. 2. Mihi summo beneficio meo cum fratribus illius necessitudo est. De Am. 73. Qui in amicitiæ conjunctionisque necessitudine sunt superiores, exæquare se cum inferioribus debent. 13. A. 11. Deposcere sibi aliquid pro paterna necessitudine et conjunctione. Pro Quint. 16. Pro fraterna illa necessitudine. 10. Fa. 6. Pro plurimis nostris necessitudinibus. Orat. 186. Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliquo. 16. Att. 16. Paterna, magna, et vetus, et justa necessitudo. Brut. 6. Jampridem hoc ex nostra necessitudine, quæ ad summam benevolentiam pervenit, sublatum esse debet. 4. ad Her. 51. Quos natura, aut voluntas necessitudine, aut benevolentia conjunxit, distrahuntur. 13. Fam. 11. Bonos viros ad necessitudinem tuam adjunxeris. 2. 19. Ut Lisonem recipias in necessitudinem tuam. *Ibid.* 19. Magni enim videbatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. Pro Lig. 21. Hæc ego novi propter omnes necessitudines, quæ mihi sunt cum illo: domi una eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. Qu. de Pe. 21. Qui aliqua necessitudine alicui est adjunctus. Incer. Insidiæ quæ latent in aliquo necessitudinis nomine.

Adjuncta. *Certissima, levissima, simplex, simplex et absoluta, communis, fraterna, conjunctissima, singularis, jucunda, justa, magna, paterna, major, nova, vetus, privata, recens, sanctior, summa.*

Syntaxis. *Necessitudo contubernii, necessitudo liberorum, necessitudo hospitii. Conjungere necessitudinem cum aliquo. Ejus officia summam necessitudinem effecerunt. Omnes amicitiæ necessitudines tecum mihi sunt. Magnas necessitudines habere in aliqua tribu. Summam officii necessitudinem constitutam esse alicui cum aliquo. Pro paterna, aut fraterna necessitudine posco. Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliquo. Adjungere aliquos ad suam necessitudinem. Recipere in necessitudinem suam. Multæ sunt mihi cum illo necessitudines. Necessitudine aliqua alicui adjunctus. Pro plurimis necessitudinibus, quæ mihi sunt cum illo.*

Νεκυία, ας, *mortuorum negotia, et funerum tota ratio.* 1. Tusc. 37. Animos enim per seipsos viventes non poterant mente complecti: formam aliquam, figuramque quærebant. Inde Homeri tota νεκυία. 9. Att. 12. et 21. *pro turpi et flagitioso Cæsaris comitatu.*

Necne, *annon, μήποτε.* 12. Att. 27. Sit missum necne, scio dictum quidem tibi. 2. Tus. 29. Doleam, necne doleam, nihil interesse.

Necnon, *etiam.* 4. C. 3. Necnon meam mentem domum sæpe revocat exanimata uxor. 1. Off. 109. Necnon Xenocratem, &c. Par. 1. Necnon sæpe laudabo, &c.

Neco, as, *necem affero, occido, κτείνω, φονεύω.* Pro S. R. 70. Solon nullum supplicium constituit in eum, qui parentem necavisset. Par. 3. Nihil igitur interest patrem quis necet, an servum? 2. Qu. Frat. 3. Necare aliquem fame. Pro Pomp. 71. Aliquem vinculis et verberibus atque omni supplicio excruciatum necare. 2. de Inv. 144.

Necor, aris. 6. Att. 1. Scaptius inclusum in curia Senatum obsederat, ut fame Sena-

tores quinque necarentur. Pro Pomp. 7. Necari ac trucidari. 2. de Fin. 79. Quo minus ambo una necaremini. Hortens. Qui crudelitate excogitata necabantur.

Necromantia, æ, *psychomantia, divinatio, unde animæ excitantur, ut de occultis respondeant.* 1. Tuscul. 37. Inde ea quæ meus amicus Appius νεκρομαντεία facit.

Nectar, aris, *deorum immortalium potio,* νέκταρ. 1. de Nat. 113. At Poetæ quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant. *Lege* Ambrosia.

Nector, eris, *connector, colligor,* πλέκομαι, καταπλέκομαι. 1. de Leg. 52. Videtisne, quanta series rerum sit? atque ut ex alio alia nectantur? 4. Acad. 21. 3. de Fi. 74. Quid non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si ullam litteram moveris, labent omnia? Topic. 59. Ex hoc genere causarum fatum a Stoicis nectitur.

Nec vero, οὐδὲ δὴ, οὐ μὴν, οὐδὲ μήν. 1. Off. 14. Nec vero illa parva vis naturæ est. 3. de Nat. 39.

Ne dicam. 1. de Nat. 59. Doleo, te in tam leves, ne dicam, in tam ineptas sententias incidisse. De Amic. 84. Plerique perverse, ne dicam impudenter, volunt &c. 12. in A. 9. Gallia Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium, sequitur. Pro Deiot. 2. Crudelis Castor est, ne dicam sceleratum et impium. Pro Pomp. 87. Abfui simul cum Repub. ne dicam maxima cum dignitate. *Lamb. legit simpliciter*, dicam.

Nedum, *non modo, quo minus,* μὴ καὶ, μήτι, μήτιγε δὴ. 4. Att. 17. Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus, nedum cuilibet. Pro Dom. 139. Tamen in scelere religio non valeret, nedum valeat id quod, &c. 2. con. Rul. 96. Homo privatus vix facile sese continet, &c. nedum isti non conquisituri sint aliquid sceleris, &c. 9. Fam. 26. Me vero nihil istorum ne juvenem quidem movit unquam, nedum senem. *aliter* ne nunc. 16. 8. Vix in ipsis tectis frigus vitatur, nedum in mari, et via sit facile abesse ab injuria temporis. 1. de Inven. 70. Ei non permitterem, ut illud faceret, &c. nedum nunc istud patiar, cum, &c. Pro Cl. 95. Optimis temporibus non potuerunt, &c. nedum his temporibus, &c.

Nefandus, a, um, *nefarius, detestabilis,* ἀθέμιστος, ἀθέμιτος. De Arusp. 42. Nefandum scelus. Pro Dom. 132. Institutum nefandum. Br. 10. Arma nefanda.

Nefarie, *scelerate,* ἀῤῥήτως, ἀθεμίστως. Pro S. R. 30. Pater occisus nefarie. 2. C. 1. Pestem patriæ nefarie moliri. Div. 38. Libidinose, nefarie, crudeliter.

Nefarius, a, um, *sceleratus,* ἄῤῥητος. Pro Sull. 28. Horum ego voluntates consceleratas et nefarias sanare non potui. 1. de Orat. 220. Qui animorum motus in judicum mentibus concitent, scelus eos nefarium facere. Pro S. R. 37. Scelestum et nefarium facinus. 1. Fam. 5. Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. Pro Mil. 37. Nefarium adulterium. *Ibid.* 74. Nefarium stuprum. Ver. 1. 152. Latrocinium nefarium. 2. Off. 51. Habendum est religioni, nocentem aliquando et nefarium, impiumque defendere.

Nefas, *detestandum, non fas, scelus,* ἀθέμιτον. 15. Fam. 21. Tibi licet, mihi nefas est oblivisci. Ver. 4. 75. Illi vero dicebant id sibi nefas esse. 3. de N. 56. Mercurius, quem Ægyptii nefas habent nominare. Pro Fl. 11. Cœlius putabat nefas esse, publicanum judicare contra publicanum. Pro Mil. 8. Si sceleratos interfici nefas esset. 1. Att. 10. Idque ab iis nefas est decretum. De Sen. 12. Nefas dictu est, miseram fuisse talem senectutem. 2. de Inv. 135. Nefas est legi non obtemperare. Pro Mil. 74. Is, cui nihil unquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine.

Nefastus, a, um, *nefarius, impius, religiosus, infelix,* ἀποφράς. 2. de Leg. 21. Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita infectaque sunto.

Syntaxis. *Conscelerata et nefaria voluntas. Scelus nefarium facere. Scelestum et nefarium facinus. Nefas habeo dicere. Id mihi nefas est. Nefas dictu est. Nihil illi nefas est nec in facinore, nec in libidine.*

Negans, tis, ἐξαρνῶν, ἀρνῶν. Top. 49. Sunt etiam valde contraria illa, quæ appellantur negantia. Ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus, ut, Si hoc est, illud non est.

Negantia, tiæ, ἄρνησις, ἀπόφασις. Top. 57. Deinde addunt conjunctionum negantiam, sic: Non et hoc est, et illud: hoc autem, non igitur illud.

Negatio, onis, *inficiatio, negantia,* ἄρνησις, ἀπάρνησις, ἀπόφασις. Pro Sull. 39. Cum is, qui de omnibus scierit, de Sulla se scire negarit, eandem vim esse negationis hujus, quam si extra conjurationem hunc esse, se scire dixisset. 1. de In. 42. Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, sapere et non sapere. De Fat. 16. Quid est, quod non possit isto modo transferri ad conjunctionum negationem? Part. 102. Negatio inficiatioque facti.

Neglectio, onis, *neglectus,* ὀλιγωρία, καταφρόνησις. Pro Mur. 9. Amicorum neglectio improbitatem coarguit.

Neglectus, a, um, *contemptus,* ὀλιγωρηθεὶς, καταφρονηθείς. Postqu. in Sen. 13. Homo inhumanus, neglectus, &c. 3. de Fin. 66. Abjectus et neglectus vir.

Negligens, tis, *socors, indormiens,* ἀμελὴς, ἀπερίοπτος. De Cl. 239. Nam M. Glabrionem socors ipsius negligensque natura tardaverat. 7. Att. 19. Improvidi et negligentes duces. Ver. 3. 143. Sit aliquis sociorum atque amicorum negligentior. 13. Fa. 1. Is non te in me liberalem, sed me in te negligentem putabit. Ver. 3. 162. Verres negligens et dissolutus.

Negligenter, *indiligenter, oscitanter,* ἀθύ-

μίας. Orat. 74. Minuta non negligenter tractanda sunt. *Ibid.* 36. Multa apud alterum negligentius. Pro Cæc. 73. Negligentius adservare aliquid.

Negligentia, æ, *indiligentia, incuria, pigritia, socordia, inertia*, ἀμέλεια, ἀπροσεξία, ἀτημελία. Orat. 77. Quædam etiam negligentia est diligens. *Ibid.* Non ingrata negligentia. 4. ad Her. 29. Negligentia corrumpit animum. Pro S. R. 59. Negligentia alicujus in faciendo aliquid. De Arusp. 21. Nihil cujusquam aut negligentia contemptum, aut scelere esse pollutum. 2. de Orat. 100. Quarum rerum negligentia plerasque causas videmus amitti. *id est, neglectione.* 1. Off. 28. Negligentia, pigritia, inertia. *Ibid.* 130. Fugere agrestem et inhumanam negligentiam. De Am. 85. Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et deligendis et colendis. Oec. 1. In re familiari laboriosior est negligentia, quam diligentia.

Adjuncta. *Agrestis, et inhumana, non ingrata, diserta, mira, summa, turpis.*

Negligo, gis, *non curo, desero, prætermitto, omitto, leviter fero, dissimulandum puto*, ἀθερίζω, ἀκηδέω, ἀλογέω, ἀμελέω. Br. 16. Libertate contentum negligere humana. 3. A. 20. Antonius diem edicti obire neglexit. 13. 33. De Theopompo summo homine negleximus. In Vat. 5. Num Heliam, num Fusiam legem neglexerit? 3. A. 26. Qui omnino provinciam neglexit. Pro C. Rab. 17. Qua tu in actione quanquam omnia exempla majorum, omnes leges, omnem autoritatem Senatus, omnes religiones atque auspiciorum publica jura neglexisti, tamen, &c.

Negligor, eris. Pro Clu. 130. Hoc prætermitti a censoribus et negligi non posse videbatur.

Nego, as, *denego, inficior, recuso, abnuo, dissimulo*, ἀπόφημι, ἀποφάσκω, ἀρνέομαι.)(.*fateor.* De Cla. 76. Tu qui a Nevio vel sumpsisti multa, si fateris: vel si negas, surripuisti. De Arusp. 13. Nego unquam post sacra constituta tam frequens collegium judicasse. *Ibid.* 16. Nego esse ullam domum, &c. Pro Mil. 7. Negant intueri lucem fas esse ei, qui a se hominem occisum fateatur. 8. Att. 4. Præcise negare alicui.

Adverb. *Belle, jucunde, liquido, omnino, prorsus, palam, molestius, plane, præcise, recte, valde, vere, verius, vulgo.*

Negotialis, le, *ut negotialis constitutio*, πραγματικός. 1. de Inv. 14. Hæc ergo constitutio, quam generalem nominamus, partes nobis duas videtur habere, juridicialem et negotialem. Negotialis est, in qua quid juris ex civili more et æquitate sit, consideratur: cui diligentiæ apud nos præesse jurisconsulti existimantur &c. 262. Negotialis est, quæ in ipso negotio juris civilis habet implicatam controversiam.

Negotians, tis, ἐμπορευόμενος. 5. Att. 21. Negavi me cuiquam negotianti dare.

Negotiatio, onis, *mercatura*, ἐμπόλημα, ἐμπόρευμα. 13. Fam. 66. In reliquiis veteris negotiationis colligendis.

Negotiator, oris, *mercator*, μετάβολος, πραγματευς, ἔμπορος. 1. Qu. Fr. 16. Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus. 1. Att. 15. Sub lustrum censeri germani negotiatoris est.

Negotiolum, li, πραγμάτιον. Qu. Fr. lib. 3. epi. 4. Etenim erit aliquid negotioli. Att. lib. 16. ep. 11. De negotiolo Torquati.

Negotior, aris, *negotium gero, mercaturam exerceo vel facio*, ἐμπολέω, πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι. Ver. 1. 69. Tum cives Romani, qui Lampsaci negotiabantur, concurrunt. Pro Pomp. 18. Homines industrii, qui in Asia negotiantur. Pro Deiot. 26. Equites Romani, qui in Asia negotiati sunt. Pro Fl. 70. Negotiaris in libera civitate. et *Ibid.* Quousque negotiabere? Oecon. 1. Alio genere negotiari.

Negotiosus, a, um, *plenus negotii*, ἄσχολος, πολυπράγμων, πραγματώδης. Pro Mur. 18. Provincia negotiosa et molesta.

Negotium, tii, *res, munus, cura, provincia*, ἀσχολία, πραγματεία, πρᾶγμα. 1. de Nat. 52. Næ ille est implicatus molestis operosisque negotiis. Pro Qui. 62. Locuples, et sui negotii bene gerens. 1. Qu. Fr. 1. 36. In extrema parte et conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis. 1. Off. 12. Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. 2. de Orat. 24. Quando ages negotium publicum? quando amicorum? quando tuum? *Ibid.* 274. Aliquando tibi tuum negotium agere licebit. 7. Att. 5. Cum negotium nostrum aut confecerimus, aut deposuerimus. Pro Flacc. 85. Non debuit, cum prætor esset, suum negotium agere. 2. de Div. 103. O acutos homines, quam paucis verbis negotium confectum putant! 5. Att. 21. et 13. 31. Expedire negotium. Pro Qu. 76. Transigere susceptum negotium. Ver. 3. 149. et 9. Att. 9. Procurare negotia alterius. Pro Dom. 52. Eidem, inquit, utraque de re negotium dedi. 2. de Orat. 41. Videamus, quid ei negotii demus, cuique eum muneri velimus esse præpositum. De Arusp. 15. 1. Att. 3. et 11. Fam. 26. Negotium magistratibus dare. C. 9. Nescio, an amplius mihi negotii contrahatur. Pro Qu. 60. Qui ad negotium suum relicto procuratore proficiscitur. Pro S. R. 121. Rei familiaris negotium servorum diligentia cognoscitur. Pro Cæl. 55. In negotio quod actum esse dicitur, nullum vestigium est sermonis. 13. Fam. 11. Suscipere, administrare, et conficere negotium. 1. 5. Interesse negotiis, et præesse negotiis. Pro Clu. 198. Qui prædia, qui negotia, qui res pecuniarias habent in agro Larinati. 1. Fam. 3. Qui in provincia magna negotia et ampla et expedita habet. 5. Att. 10. Versari in negotio. 4. de Fin. 68. Gerere negotia. 3. Fam. 6. Gerere aliquid negotii. Pro Qu. R. 34. Tu tuum negotium gessisti bene. 8. Fam. 9. Impo-

nere negotium alicui. 10. 17. Conficere negotium ex sententia. Pro R. P. 4. Mittere in negotium, et dare partes alicui. 7. Fam. 2. Agere negotium alicujus diligenter. 3. Off. 102. Deum nihil habere ipsum negotii, nihil exhibere alteri. De Ami. 88. Qui suum negotium gerunt otiose. 2. A. 21. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum illum gladio stricto insecutus es, negotiumque transegisses, nisi, &c. Pro Mil. 48. Non enim video, cur non agam negotium meum. 13. Att. 8. Velim des negotium alicui qui quærat, &c. Pro Sull. 58. Cujus æs alienum negotii gerendi studio contractum est. 5. Att. 12. Nostra negotia, amabo te, explica. *Ibid.* 15. Est incredibile, quam me negotii tædeat. Parad. 5. Ut eum ne in familia quidem dignum majore aliquo negotio putet. Pro Cl. 43. Cum se ab omni ejusmodi negotio removisset. Hortens. Disputatio tantum videtur attulisse negotiis hominum quandam oblectationem otii.

Labor. 5. Att. 12. Negotium magnum est navigare, atque id mense Quin. Brut. 2. Ego hic cum homine furioso satis habeo negotii. 6. Att. 2. Puer, quo ego regendo habeo negotii satis. 1. de N. 85. Habere negotium et exhibere negotium alicui. Pro Clu. 158. Si cui forte ea lege negotium facesseretur. 2. Fa. 10. Tantis opibus tantoque negotio oppidum oppugnabam. Ver. 4. 146. Cum audissem ei negotium facessitum. 3. Fam. 10. Qui tibi negotium facesserent. 10. 31. Aliquid recuperari nullo negotio posse. 5. 6. Plurimum in eo negotii habui, ut, &c. 10. 28. Nunc cum his tantum negotii est, ut, &c. 2. de Div. 40. Deus nihil habens nec sui, nec alieni negotii. 2. de Orat. 99. Causæ, in quibus plusculum est negotii. *Ibid.* Nihil est negotii causam hanc defendere. 1. de In. 38. *Vide*, Administro. 12. Att. 27. Nolo enim negotii Qu. fr. habere quidquam. 5. 17. Satis enim negotii habeo in sanandis vulneribus, quæ provinciæ sunt imposita. 10. 18. Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit.

ADJUNCTA. *Alienum, certum, audax, certum, ac jucundum, difficile, majus, minus, par, dignum, domesticum, necessarium, recens, facetissimum, luteum, forense, publicum, impudens, ineptum, et Græculum, fortunatum, lautum, lentum et inane, magnum, magnum et amplum, expeditum, maximum, salubre, et honestum, vetus, molestum, et operosum, odiosum, summum, permagnum, salsum, suspiciosissimum, turbulentum, utile, vulgare.*

SYNTAXIS. *Negotia operosa. Sui negotii bene gerens. Muneris, et negotii sui diligens. Suum agere negotium, conficere, deponere, expedire, transigere, procurare. Dare alicui negotium de. Negotium est mihi contractum. Nunquam Cæsari fuit negotium otiosum. Negotiis præesse. Datur illi negotium, ut. Negotium est docere. Negotium alicui exhibere, facessere. Tanto negotio castellum oppugnas? Nullo negotio docere. Satis negotii habeo. Nihil est negotii defendere, &c.*

Nemea, *locus est, ubi Hercules leonem interfecit*. De Fato 7.

Nemæus, Nemæus leo. 4. Tusc. 49.

Nemo, inis, *nullus, nemo omnium, οὐδεὶς*, vel *μηδεὶς*. 1. Fa. 5. Neminem ex consularibus amicum tibi esse video præter Lucullum. Pro Quin. 76. Nemo ex tot creditoribus aliis, &c. *Ibid.* Nemo de iis, qui peritissimi sunt, huic anteponendus est. 1. Fa. 7. Nemo de consularibus. 3. de Leg. 24. Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? 2. de N. 96. Nemo homo. 1. 122. Nemo nec homo, nec Deus. 1. Tuscul. 30. Nemo omnium tam est immanis, qui, &c. et 2. de Orat. 122. Nemo omnium tot ac tanta habuit, &c. Ver. 2. 107. Nemo omnium mortalium, &c. Pro Font. 1. Nemo Gallorum, &c. Ver. 2. 15. Fortasse non nemo vestrum audivit. Pro Dom. 108. Civis est nemo in tanto populo, qui, &c. 5. Tusc. 105. Nemo de nobis unus excellit. 4. C. 10. Video de illis abesse non neminem, &c. Pro Mur. 84. Hostis est in urbe, &c. non nemo etiam in illo sacrario. *Ibid.* In ipsa, inquam, curia non nemo hostis est. Pro Dom. 88. Cum me in judicium populi nemo omnium vocarit. 1. de Div. 87. Excipi de antiquis, præter Xenophanem, neminem. 1. Tuscula. 99. Utrum sit melius, dii immortales sciunt, hominem quidem scire arbitror neminem. De Clar. 126. Gracchus eloquentia nescio an habuisset parem neminem. 3. Fa. 7. Contigit tibi quod haud scio an nemini, ut, &c. 6. 6. Me quotidie Cæsar magis amplectitur: familiares quidem ejus, sicuti neminem. 8. Att. 2. Respubl. te mihi ita commendavit, ut chariorem habeam neminem. 1. de Orat. 129. Roscius dicebat, se reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. 4. ad Her. 9. Unum nemo potuit, &c. 8. Att. 2. Facio pluris omnium hominum neminem. 9. 13. Magis idoneum, quam ego sum, reperies neminem. 3. Off. 6. Quod cum omnibus est faciendum, tum haud scio, an nemini potius quam tibi. Frag. ep. Neminem tibi ex omnibus anteposuissem.

SYNTAXIS. *Nemo ex, de, e. Nemo omnium, omnium mortalium. Non nemo. Nemo rex, civis. Te amo, sicuti neminem. Nemo homo. Nemo de nobis unus. Nescio an habeat parem neminem. Contigit tibi quod haud scio an nemini.*

Nempe, *nimirum, quippe, certe, δήπου*. Pro Fl. 91. Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ne rata sit emptio. 1. A. 18. Cn. Pompeii consulatus in quibus actis consistit? nempe in legibus. 4. A. 8. A quo defenderit? nempe ab hoste. I. P. 91. Quibus autem hostibus? nempe iis, qui, &c. Ver. 5. 176. A quo tempore futurum est? nempe eo, cum, &c. Pro Clu. 61. Quo crimine? nempe, quod, &c. Pro Dom. 34.

Quod est, pontifices, jus adoptionis? nempe ut is adoptet, qui, &c. 3. de Nat. 93. Iidem etiam vota suscipi dicitis oportere; nempe singuli vovent. 4. Ac. 115. Non me, inquit, dico scire optime, nempe ista, quæ, &c. Ver. 2. 150. Nempe ita dicitis propter decumas. Par. 42. Nempe igitur ea restant, quæ, &c. 5. Tusc. 12. Nempe negas, &c. 1. Fa. 9. Nempe studium meum non defuit declarandorum munerum tuo nomine. 9. Att. 18. Scimus nempe, hæremus nihilominus. Pro Qu. 82. Nempe, si, &c. Part. 33. Nempe ea sequuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent. Brut. 16. Quod autem tibi cum Antonio privatum odium? nempe quia postulat hæc. 3. A. 16. At avus hujus nobilis Tuditanus, nempe ille qui, &c. 12. 26. Sed effugi insidias, nempe in Antonii congressum veniendum est. Pro Mil. 15. Quid ergo tulit? nempe ut quæreretur, &c.

Nemus, oris, *αἶμος, ἄλσος*. 1. de Div. 114. Multos nemora et sylvæ commovent. De Arusp. 24. Agros et nemora peragrare. 15. Att. 4. L. Cæsar veniam ad se rogat in nemus.

Neopactum. *Lege*, Naupactum.

Neoptolemus. *Pyrrhus*. De Ami. 77. *Lege*, Nummus.

Nepa, æ, *scorpius, σκορπίος*. 2. de Nat. 109.

Atque oculos urget pedibus pectusque nepai.
In Arat.
Hæc caput atque oculos torquere ad terga nepai.

5. de Fin. 42. Nepas aculeis uti. *al.* vespas.

Nepos, otis, *qui ex filio vel filia natus est, ἀπόγονος*. Pro Deiot. 2. Qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit &c. 1. Tus. 85. Metellum multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum imposuerunt. De Cla. 263. Ex filia nepos. 1. Tusc. 81. Quærerem ex eo, cujus suorum similis fuisset Africani fratris nepos. Ver. 3. 184. Numulis corrogatis de nepotum bonis.

Patrimonii dissipator. Pro Qu. 40. Perditus ac profusus nepos. 2. con. Rull. 47. Aliquis ut in suis rebus, ita in Repub. luxuriosus nepos. 1. 2. Esse nepotem in patrimonio.

Adjuncta. *Inimicissimus, luxuriosus, perditus, ac profusus.*

Neptis, *ἐγγόνη*. 1. Tusc. 81. *Lege*, Nepos.

Neptunius. In Arat.

—*Neptunia prata secantes*, et,
—*Neptunia pistrix.*

4. ad Her. 16. Neptuniæ lacunæ.

Neptunus, ni, *γαιήοχος, ποσειδῶν*. 1. de N. 84. Neptuni cærulei oculi. 3. 64. Neptunum esse animum cum intelligentia per mare pergentem. 1. 40. Neptunum esse aerem, qui per maria manaret, disputat Chrysippus. 2. 66. Datum est igitur Neptuno alteri Jovis, ut volunt, fratri maritimum omne regnum, nomenque productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando.

Nequa. Div. 32. Nequa deductio fieret.

Nequam, *nihili, improbus, impurus, ἀπονενοημένος, φιλοπόνηρος*, .)(. *frugi*. Pro Cæl. 10. Homo nequam atque improbus. Pro S. R. 130. Servi nequam et improbi. Ver. 1. 121. Verres tam nequam. *Ibid.* Jus tam nequam esse Verrinum. 11. Fa. 21. Homo nequissimus omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. 12. 2. Homo perditus, multoque nequior, quam ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti. De Provinc. 13. Ne Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur. I. P. 3. Nisi nequior quam Gabinius extitisset. *Ibid.* 66. Nihil isto scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. 3. Tusc. 36. Nihil nequius aut turpius effœminato viro. 1. Att. 9. Homo sane nequam. *Ibid.* 13. Cum accusator homines nequissimos rejiceret, reus frugalissimum quenquam secerneret. 7. 1. Nunquam vidi hominem nequiorem. 7. A. 3. Nequam est homo ille atque confidens. Ver. 2. 192. Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimusque.

Syntaxis. *Homo nequam et improbus. Tam nequam jus. Servi nequam. Nihil Verre nequius. Nequam et confidens.*

Nequando, *μήποτε*. De Am. 61. Ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. 1. ad Her.

Nequaquam, *minime, nullo pacto, nulla ex parte, οὐδαμῇ, οὐδαμῶς*. 2. de Fi. 79. Nequaquam ista amicitia est. 1. de In. 75. Nequaquam tantum inter eos interesset. 15. Fa. 4. Nequaquam paribus rebus. 2. de Inv. 26. Ut nequaquam cum illius commodo fuerit comparanda. 3. de Nat. 66. Nequaquam istuc istac ibit. Pro S. R. 3. Nequaquam similiter, &c.

Neque, *nec, οὐδὲ, μήτε, μηδὲ, οὔτε*. 1. de Orat. 118. Nullæ enim lites neque controversiæ sunt, quæ, &c. 8. Att. 16. Nam certe neque tum peccavi, cum, &c. neque cum, &c. 8. Famil. 8. Neque absolutus, neque damnatus. Pro Cluent. 73. Neque dum rem perfectam arbitraretur. 14. Att. 10. Neque dum Roma es profectus. 3. Qu. Frat. 8. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, et tamen jam appropinquat. Ver. 3. 110. Neque enim hoc possum negare. De Amic. 48. Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram et quasi ferream esse volunt. 5. Famil. 16. Neque expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possimus. 1. de Finib. 7. Neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. 1. de Natur. 45. Neque ira neque gratia teneri. Pro R. Com. 10. Ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum postulavimus, consequamur. 15. Famil. 4. Neque non vere. 1. Off. 4. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest, &c.

De Amic. 82. Neque quidquam unquam nisi honestum et rectum alter ab altero postulabit: neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. 1. de Natur. 82. Ea facie &c. Neque solum facie, sed etiam ornatu novimus. 11. Fa. 20. Neque tamen non te cautum esse volo. 5. de Legib. Neque dum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur.

Nequeo, quis, *non queo, non possum, mihi liberum non est, ἀσθενέω*. 2. de Orat. 303. Quædam, quæ sanare nequeunt, exulcerant. Orat. 220. Nec tamen hæc ita astricta sunt, ut ea, cum velimus, laxare nequeamus. 1. Ac. 27. Nihil in rerum natura est minimum, quod dividi nequeat. 2. de Div. 96. Demosthenes Rho litteram dicere nequibat. De Sen. 38. Quæ si exequi nequirem, tamen, &c. De Som. 13. Sicut solem intueri nequitis adversum &c. Pro Mil. 78. Nequeo vetera illa judicare, &c. Orat. 154. Nequire, pro non quire.

Nequicquam, *frustra, μάτην*. Pro Qu. 79. Et sero et nequicquam pudet. Ad Brut. 16. Cæterum nequicquam periit ille, si, &c. 3. Tuscul. 59. Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt. Act. 1. Ver. 35.

Nonnihil. 1. Tusc. 75. Secernere autem a corpore animum, nequicquam aliud est, quam emori discere.

Ne quidem. Pro Deiot. 36. Deiotarus nunquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem. *Lege*, Ne.

Ne quis. De Opt. 19. Cum esset lex Athenis, ne quis plebiscitum faceret, ut quisquam, &c.

Nequiter, *κακῶς, μοχθηρῶς*. 2. de Fi. 25. Ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat. 2. ad Her. 5. Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hoc tam perperam fecisse non est mirandum. 3. Tusc. 36. Turpiter et nequiter facere aliquid.

Nequitia, æ, *flagitium, malitia, inertia, μοχθηρία, πονηρία*. 1. C. 4. Jam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno. *Ibid*. 29. Inertia ac nequitia. 3. Tusc. 18. Nequitia ab eo, quod nequicquam est in tali homine: ex quo idem nihil dicitur. *Ibid*. Frugalitas, cui contrarium vitium nequitia dicitur. 2. 29. Scio dolorem non esse nequitiam. Pro S. R. 134. Officina nequitiæ, diversorium flagitiorum omnium. 3. ad Her. 11. Malitia atque nequitia. 5. de Fin. 56. Homo singulari nequitia præditus. Pro Clu. 36. Vir perdita nequitia, summa egestate. 1. Att. 13. Nequitia, libido. Ver. 2. 192. Infamia nequitiæ.

ADJUNCTA. *Insignis, perdita, singularis, summa et singularis, victrix*.

Nereides, dum, *nymphæ marinæ*. In Arat.

Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.

Neronianus, a, um. 2. de Orat. 248. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo.

Nervii, *populi*. 3. Qu. Frat. 8.

Nervose, *enixe, fortiter, callide, νευρωδῶς, ἰσχυρῶς*. 10. Fam. 23. Vigilanter, nervoseque aliquem subornare.

Nervosius, *firmius*. Orat. 127. Aliquanto nervosius dicere. 3. Off. 106. Nervosius aliquid disserere.

Nervosus, a, um, *fortis, robustus, νευρώδης*. De Clar. 121. Quis Aristotele nervosior?

Nervulus, li, *νευρίον*. 16. Att. 18. Si tu nervulos tuos adhibueris.

Nervus, vi, *torus, vires, νεῦρον*. 2. de Nat. 59. Nec enim dii venis, et nervis, et ossibus continentur. *Ibid*. 139. Huc adde nervos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem toto corpore pertinentem, qui, sicut venæ et arteriæ, a corde tracti, et profecti, in corpus omne ducuntur. Con. C. Anto. Hispaniensi pugiunculo nervos incidere civium Rom.

Musici nervuli. 3. de Orat. 214. et pro S. R. 134. Nervi in fidibus ita sonant, ut a digitis sunt pulsi. 1. Tus. 4. Cantus vocum, nervorum, et tibiarum. 2. de Div. 33. Jam nervos in fidibus, aliis pulsis, resonare alios. 2. de Leg. 39. Illa severa Lacedæmon nervos jussit, quod plures quam septem haberet in Timothei fidibus, inde demi.

Virtus, vis, robur, translate. 6. Fa. 1. Quantum in cujusque animo roboris est ac nervorum. 3. 10. Plane video fore nervis opus, sapientiaque tua. Act. 1. Ver. 35. et 15. Fa. 14. Contendere omnes nervos in aliqua re. De Fat. 21. Itaque contendit omnes nervos Chrysippus, ut persuadeat, &c. 3. Qu. Fr. 9. Et tu ut possis, est tuorum nervorum. Orat. 62. Oratio Philosophica neque aculeos, neque nervos forenses habet. 2. con. Rul. 46. 1. Acad. 35. Theophrastus nervos virtutis incidit. 2. Tusc. 27. Poetæ nervos virtutis elidunt. 12. A. 8. Legionum nostrarum nervos his consiliis incidemus. Qu. de Pet. 30. Nervi atque artus sapientiæ sunt, non temere credere. 5. A. 5. Nervi belli pecunia. Pro Pom. 17. Vectigalia nervos Reip. semper duximus.

SYNTAXIS. *Nervose subornare aliquem, nervose dicere. Nervos adhibere. Continentur a nervis artus. Nervos incidere. Quantum in me roboris est ac nervorum. Est opus nervis ac sapientia tua. Contendere nervos omnes in re aliqua. Contendere nervos omnes, ut, &c. Id tu ut possis, est tuorum nervorum. Oratio nec aculeos, nec nervos habens. Nervos virtutis elidere. Nervos legionum Rom. pravis consiliis incidere. Nervi atque artus sapientiæ. Nervi belli pecunia. Nervi reipublicæ vectigalia.*

Nescio, scis, *sum ignarus, sum inscius, sum rudis, scientiam meam fugit, ἀγνοέω*. 1. de Orat. 101. Dum mihi liceat fateri nescire, quod nesciam. *Ibid*. 63. Neminem in eo disertum esse posse, quod nesciat. Orat. 157. Non scire quidem barbarum jam videtur, nescire dulcius. 1. Tusc. 60. Nec me pudet, ut istos, fateri nescire, quod nesciam. 12. Att. 22. Opinor, sed certum nescio. Ver. 4.

64. Pervenit res ad istius aures, nescio quomodo. 1. Off. 61. Ea nescio quomodo pleniore ore laudamus. Orat. 79. Sententiæ nescio unde ex abdito erutæ. 4. Acad. 81. At ille nescio quis, qui solet, &c. 5. Fam. 15. Nescio quo pacto, nescio quomodo, et casu nescio quo. Pro Mil. 14. Divisa est sententia, postulante nescio quo. 1. de Orat. 202. Causidicus nescio quis. 1. Qu. Fr. 1. 16. Paconii nescio cujus hominis querelæ. Pro Fl. 40. Supplet enim ille nescio qui, &c. *Ibid.* 39. O pastores nescio quos, cupidos litterarum! 2. A. 36. Nescio quid conturbatus mihi esse videris.

ADVERB. *Græce, omnino, plane.*

Nescius, a, um, *inscius, ἀνεπιστήμων.* Pro Deiot. 8. Iratum te regi Deiotaro fuisse, non erant nescii. 1. de Orat. 45. Non sum nescius, Scævola, ista inter Græcos dici solere. 5. Fam. 12. Neque tamen, hæc cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere. 1. de Finib. 1. Non eram nescius, Brute, &c. 3. ad Heren. 27. Non sum nescius, quantum, &c. 9. Att. 11. Heus tu, ne forte sis nescius; Dolabella me sibi legavit ad IIII. Non. April.

Nesis, *locus est in Italia in Campano littore.* 16. Att. 4.

Netinenses, *populi.* Ver. 2. 156.

Netini, *populi.* Ver. 5. 55.

Neuter, tra, trum, *indifferens, nullarum partium, οὐδέτερος.* 7. Att. 1. Ita feci ut neutri illorum quisquam esset me charior. 1. Off. 70. In quo quidem neutrorum est contemnenda sententia. 2. de Div. 10. Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. 2. Off. 20. Hæc sine hominum operibus neutram in partem effici possunt. Orat. 155. Quæ non sane sunt in omnibus neutris usitata. 4. Acad. 130. Huic summum bonum est in his rebus neutram in partem moveri, quæ ἀδιαφορία ab ipso dicitur. 7. Att. 1. Neuter quenquam omnium pluris facere quam me videtur. 8. 11. Sed neuter σκοπὸς est ille, ut nos beati simus: uterque regnare vult.

Neque mas neque fœmina. 2. de Di. 62. Neuter anguis.

Neutiquam, *nequaquam, μηδαμῶς, μηδαμῆ.* 9. Att. 12. Cui te socium neutiquam puto esse oportere. De Univers. 35. Indissolubiles vos quidem esse non potestis, neutiquam tamen dissolvemini. 4. Acad. 52. Mihi neutiquam cor consentit cum oculorum aspectu. *Poetæ.* De Virtut. Illud neutiquam probares.

Nex, cis, *mors violenta, φόνος, φθορά.* Pro Mil. 9. Latroni quæ potest afferri injusta nex? 5. de Nat. 8. Junius necem sibi ipse conscivit. Pro Cæcin. 100. Homines vincla, neces, ignominiasque vitant. 1. C. 18. Multorum civium neces. 2. de Leg. 55. Denicales feriæ a nece appellatæ.

SYNTAXIS. *Necem afferre alicui, sibi consciscere. Neces vitare.*

Nexum, xi, et Nexus, us, *obligatio civilis quædam est, quæ fiebat septem adhibitis testibus civibus Romanis puberibus, idque per æs et librum, διαλόγισμα, ἐνέχυρος(?).* Pro Cæc. 102. Sulla ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum nexa atque hæreditates. De Ar. 14. Multæ sunt domus jure mancipi, et jure nexi &c. 1. de Orat. 173. Nexorum et mancipiorum jura. 3. 157. Nexum, quod per libram agitur. Top. 28. Tradere rem alicui nexu. Parad. 5. Mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili. Pro Mur. 3. In iis rebus repetendis quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. 7. Fam. 30. Atticus noster, cujus quando proprium te esse scribis mancipio et nexu, meum autem usu et fructu, contentus isto sum.

Nexus, a, um, *aptus, conjunctus, συμπεπλεγμένος.* 3. Tusc. 17. Omnes virtutes inter se nexæ et jugatæ sunt. 1. de Div. 125. Cum causa causæ nexa rem ex se gignit. 5. Tusc. 70. Causæ aliæ ex aliis aptæ, et necessitate nexæ. Orator. 139. Res collocatæ et quasi structæ et nexæ verbis. De Fat. 38. Ex æternitate quædam vera esse, et ea non esse nexa causis æternis, et a fati necessitate esse libera. Horten. Altera est nexa cum superiore, et inde apteque pendens.

NI

Ni, *nisi, εἰ μή.* 2. de Orat. 79. Quid ploras pater? mirum, ni cantem. Pro Cæc. 45. Sponsionem facere possent, ni adversum edictum prætoris vis facta esset. Ver. 5. 140. 16. Att. 14. Me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset, &c. Ver. 3. 223. Ni ad equestrem ordinem judicia referantur. 6. Fam. 6. Ni vererer, ne, &c. 5. Tusc. 115. Ni ita se res haberet. Jocul. lib.

Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

Nicander, *Poeta Colophonius, de rebus rusticis scripsit.* 1. de Orat. 69.

Nice, *Verris amica Syracusana.* Ver. 5. 81.

Nicæa, *urbs.* Pro Pl. 84. Nescio, cur severorem Nicæam putes, quam Rhodum.

Nicæi. Pro Pl. 84. Putabam in Nicæis dicturum.

Nicenses, *populi.* 13. Fam. 61.

Nicetas Syracusius terram moveri, cætera stare asserit. 4. Ac. 123.

Nidor, oris, *odor præsertim rerum assarum, ἡ κνίσσα.* I. P. 13. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. 3. Tusc. 26. Situ nidoris, barba pædore horrida. *Poetæ.*

Nidulus, li, *νεοττίδιον.* 1. de Orat. 196.

Nidus, di, *νεοττία.* 2. de Nat. 129. Aves cubilia sibi nidosque construunt, eosque, quam possunt mollissime, substernunt. 2. de Orat. 23. Volucres videmus fingere atque construere nidos.

SYNTAXIS. *Avium cubilia nidique. Nidum substernere, fingere, construere.*

Niger, ra, rum, *ater, μέλας.* 2. de Div. 9.

Quæ alba sint, quæ nigra, dicere. Pro Cæc. 27. Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio.

Nigror, oris, *quam nigritudinem et nigritiam Plinius, nigritiem, Cor. Celsus appellat: hic vero pro tenebris et caligine usurpatur,* μελανότης. 3. de Orat. 155. et 1. de Div. 24. Noctisque et nimbum occæcat nigror. *Poetæ.*

Nihil, *nihilum, nequicquam, nulla pars,* μηδοτιοῦν, οὐδέν. 1. Off. 151. Nihil omnium rerum agricultura melius. 1. de In. 59. Nihil omnium rerum melius, quam omnis mundus, administratur. 2. de Orat. 187. Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adjuvante natura. De Clar. 210. Curio litterarum admodum nihil sciebat. 3. Qu. Fr. 8. Nihil istorum fuit faciendum. 1. de Orat. 134. Sine quo cum in vita nihil quicquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo unquam assequetur. 6. Fa. 11. Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. 2. cont. Rull. 60. Beneficio isto legis nihil utitur. 3. Off. 81. Cadit ergo in virum bonum mentiri? nihil profecto minus. Ver. 3. 169. Civitatibus pro frumento nihil solvit omnino. 2. de Orat. 139. Sed hoc nihil ad me. I. P. 68. Recte an secus, nihil ad nos, aut si ad nos, nihil ad hoc tempus. Orat. 117. Quando autem, &c. nihil ad hoc tempus. De Som. 15. In quo qui insistunt, &c. nihil ad nostrum genus. Orat. 214. Nihil ad rem, illud sic, an non, nihil refert. De Clar. 140. Antonius nihil non ad artem dirigebat. 9. Att. 4. Optimatibus vero tuis nihil confido, nihil jam ne inservio quidem. Parad. 1. Hoc tamen opus in apertum ut referas, nihil postulo. *Ibid.* Sic te prosternes, ut nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interesse? 1. de L. 4. Quorsum tandem, aut cur ista quæris? nihil sane, &c. *Ibid.* 5. In hoc etiam Græciæ nihil cedimus.

Syntaxis. *Obligatus tibi nihil sum. Nihil ad me, nihil ad hoc tempus. Nihil tibi inservio. Hoc ut agas, nihil postulo. In hoc tibi nihil cedo.*

Nihil dum, *nihil adhuc, non adhuc, nondum quicquam,* οὐδαμοῦ. 9. Att. 2. Brundusio nihil dum erat allatum. 8. 12. A te nihil dum certi exquiro. 3. C. 6. Eum nihil dum suspicantem ad me vocavi. 15. Att. 4. Summatim adhuc ad te: nihil dum enim ab Albo.

Nihili, *nequam,* παρ' οὐδέν. 3. Tusc. 18. Nequitia ab eo, quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur.

Nihili facio, *nullo de numero,* περὶ οὐδενὸς ἔχω. 2. de Fin. 88.

Nihilomagis, οὐδέν τι μᾶλλον. I. V. Videt eum nihilomagis minis quam precibus permoveri.

Nihilnon. De Cl. 140. Nihil non ad rationem et tanquam ad artem dirigebat Antonius.

Nihilominus, *nihilo secius,* οὐδέν τι ἧττον. 10. Fa. 2. *Lege,* Nihilum.

Nihilosecius. 4. ad Her. 50. *Lege,* Nihilum.

Nihilum, *nihil,* μηδοτιοῦν, οὐδέν. 2. Tusc. 5. Atque Oratorum laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut jam senescat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur. 11. Fa. 12. Ad nihilum omnia recidere. 2. de Div. 37. Et erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat. 1. Acad. 27. Interire in nihilum. De Fat. 18. Ex quo existet, ut de nihilo quidpiam fiat, quod nulli placet. Pro Cæc. 95. Si quid jus non esset rogari, ejus ea lege nihilum rogatum. Pro Dom. 38. Hæc adoptio pro nihilo est habenda. Pro Mar. 28. Præterita voluptas pro nihilo est. Div. 24. Contemnere ac pro nihilo putare vel ducere aliquem. Ver. 2. 40. Pro nihilo ducere alios præ se. 3. de Fin. 29. Quæ cadere in hominem possint, despicere ac pro nihilo putare. 2. 43. Quæ Pyrrhoni visa sunt pro nihilo. 14. Att. 9. Dii immortales quam mihi ista pro nihilo! 3. Fa. 12. Benevolentior tibi, quam fuerim, nihilo sum factus. 6. 3. Ego tibi hoc confirmo, nihilo te nunc majore in discrimine esse quam quenquam nostrum. 2. de Div. 104. Sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis quod velitis. De Cl. 19. Legam, inquit, nihilominus. 10. Fam. 2. Quæ nihilominus ut ego absim, confici possunt. 2. de Inv. 26. Nihilo sibi magis quam alii commodum dicet. 8. Att. 15. Non solum eos, qui, &c. sed eos nihilominus, qui, &c. 9. 18. Scimus nempe, hæremus nihilominus. 4. Fam. 14. Nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas quam remp. offendisse. Orat. 230. Tamen nihilo amplius explet sententias. Pro Cl. 76. Tamen nihilominus putabant se, &c. 5. A. 26. Legati proficiscantur, bellum nihilominus paretur. Par. 3. Peccavit vero nihilominus. 13. Fam. 15. Et tamen nihilominus αἰὲν ἀριστεύειν. Pro Mil. 19. Minus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certe nihilominus. 2. de Div. 40. Vester autem Deus potest non impertire, ut nihilominus mundum regat. 8. Att. 17. Cum hoc tempore nihilo magis, quam vos, subsidio ire possim. 2. A. 56. Aliquem condemnatum esse pro nihilo. 7. A. 28. Hunc tantum apparatum ne ad nihilum recidere patiare.

Syntaxis. *Ex nihilo oriri. In nihilum occidere, interire. De nihilo nihil fit. Habere pro nihilo, esse, putare, ducere. Nihili facere. Despicio, ac pro nihilo duco. Pro nihilo videri. Nihilo major. Nihilo in majore discrimine. Tamen nihilominus. Nihilo magis, quam tu, ego possum. Pro nihilo condemnare aliquem. Ad nihilum venire. Ad nihilum recidere.*

Nil, *nihil,* οὐδέν, μηδέν. Pro Syll. 84. Ego vero mihi nil assumo. *Alii leg.* Nihil.

Nilus, li. 2. de Nat. 130. Ægyptum Nilus irrigat: et cum tota æstate obrutam, oppletamque tenuerit, tum recedit, mollitos-

que et oblimatos agros ad serendum relinquit.

Item, aquæductus et alveus opere magnificus, qui aquam fluviorum in morem deductam conciperet exundantem. 3. Qu. Fr. 1. Imagines enim istæ, et palæstra, et piscina, et Nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum. *Lege*, Euripus.

Nimbus, bi, *imber, pluvia*, ὄμβρος. 2. de N. 14. Nimbi, nives, grandines. 15. Att. 10. Sed hunc quidem nimbum cito transisse lætor. 3. de Orat. 155. et 1. de Div. 24. Noctisque et nimbum occæcat nigror. *Poeta.*

Nimirum, *nempe, scilicet, videlicet, nam*, δήπου. Ver. 2. 154. Is est nimirum soter, qui salutem dedit. 4. 4. Nimirum didici, &c. 9. Att. 11. Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit, se velle uti consilio meo. Pro Fl. 66. 1. de Div. 22. Hoc nimirum est illud, quod, &c. 2. Tuscul. 55. Et hic nimirum est fletus, qui, &c. Pro S. R. 39. Luxuries igitur hominem nimirum ad hoc scelus impulit. 2. con. Rull. 69. Et nimirum istud est, quod ab hoc Tribuno dictum est in Senatu, urbanam plebem, &c. Pro Mar. 11. Si consideraris, &c. omnibus regibus, cum quibus, &c. hunc regem nimirum antepones. 1. de In. 32. Nam genus est omnium nimirum libidinum cupiditas. Orat. 50. Vestibula nimirum et aditus ad causam faciet illustres. 1. de Orat. Sed nimirum majus est hoc quiddam, quam homines opinantur. De Clar. 82. Et nimirum is princeps ex Latinis ista tractavit. 13. Att. 10. Et nimirum id fuit: solvendo enim non erat. 4. Acad. 113. Itaque in cognitione nimirum assentiar, &c. 3. Tuscul. 79. Nimirum igitur ut in causis, &c. sic in ægritudine, &c. 4. ad Heren. 42. Eum extinguere, id nimirum fuit capi Trojam. 2. 2. Nam cum dissolverimus, &c. absolute nimirum confecerimus, &c. 5. Tusc. 69. Horum nimirum aspectus, &c. Pro S. R. 15. Nimirum similiter arbitrantur isti, &c. Pro S. R. 149. Nimirum judices, &c. De Amic. 52. Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, &c.

Potius. Pro Mar. 19. Quæ non modo summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere.

Nimio plus. 10. Att. 8. Sed quia te nimio plus diligo.

Nimis, et Nimium, *immoderate, extra modum, præter modum, ultra quam satis est, plus æquo*, ἄγαν. 3. de Legib. 1. Tu vero illum nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris. Orat. 107. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. 7. Att. 23. Philotimi literæ me quidem non nimis, sed alios admodum delectarunt. *Ibid.* 17. Sed hæc non nimis exquiro a Græcis. 1. de Orat. 65. Si cuipiam hoc nimis infinitum videtur &c. De Cl. 318. Nimis multa de me. 1. de Orat. 133. Quoniam quæ a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis. *Ibid.* Non sumus nimis avidi, tua ista mediocri eloquentia contenti sumus. 2. Nimis multa in genere dividere aliqua. 2. de Orat. 361. Homo certe non nimis pudens. 9. Fa. 22. Non nimis honestus. 4. ad Her. 28. Magna nimis licentia. 5. de Fin. 81. Quod satis est, eo quicquid accesserit, nimium est, et nemo nimium beatus est, et nemo beato beatior. Orat. 73. In omni re videndum est, quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. *Ibid.* 178. In hoc genere nimium quod est, offendit vehementius, quam id, quod videtur parum. Pro Planc. 82. Succumbam tibi in eo ipso, in quo nihil potest esse nimium. *Ibid.* Quoniam tu ita vis, nimium gratum esse concedam. 10. A. 23. In illius viri consiliis atque factis nec nimium nec parum unquam fuit. 2. de Orat. 160. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. *Ibid.* 88. Verba effervescentia, et paulo nimium redundantia. Orat. 87. Sales qui in dicendo nimium quantum valent. *aliter*, mirum quantum valent. 1. C. 10. Nimium diu te illa castra desiderant. 12. Att. 19. Tempus nimium longum. 2. de Fin. 41. Quod vos interdum, vel potius nimium sæpe dicitis. *Ibid.* Nimium boni est, cui nihil est mali. 1. Off. 19. Alterum est vitium, quo nimis magnum studium in res obscuras conferunt. *Ibid.* 89. Mediocritas illa, quæ est inter nimium et parum. Pro Arch. 28. De meo amore gloriæ nimis acri fortasse, sed tamen honesto vobis confitebor.

SYNTAXIS. *Nimis valde, nimis sæpe. Insidiarum nimis. Nimis multa. Non nimis honestus. Magis offendit nimium quam parum. Paulo nimium redundans. Nimium longum tempus. Nimio plus diligere. Inter nimium et parum mediocritas.*

Nimius, a, um, *immoderatus, intemperatus, plus æquo, quod supersit, nimis magnus, nimis multus*, περισσός .)(. *modicus.* Brut. 15. Epistola, qua mihi multa tribuens, unum reprehendebas, quod in honoribus decernendis essem nimius, et tanquam prodigus. Pro Milon. 67. Diligentiam, tota repub. suscepta, nimiam nullam putabat. 4. Tusc. 57. Nimia resecari oportere. Brut. 15. Nihil tum nimium videbatur. 5. de Fin. 31. Hoc magis intelligendum est, hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quædam essent modica natura. 1. Off. 131. Cavendum est, ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. De Senect. 52. Vitis putanda est, ne sylvescat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. Parad. 5. et Ver. 4. 132.

Niobe. 3. Tusc. 63. Et Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silentium.

Niptra, *nomen tragœdiæ Pacuvii.* 2. Tusc. 48.

Nisæi, *populi.* 13. Fam. 64.

Nisi, *ni, si non, nisi si, nisi quod, præter, præterquam*, εἰμή, ἄν, μή. 8. Att. 10. Nisi

ego insanio, stulte omnia agi judico. Pro Sest. 128. Quem unquam Senatus civem, nisi me, nationibus exteris commendavit? De Cl. 61. Nec vero habeo quenquam antiquiorem, nisi quem, &c. 9. Fam. 16. Nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta. 4. de Fin. 80. Mementote, quæ nos sentiamus, omnia probare, nisi quod verbis aliter utamur. 2. 73. Nunquam facies: cur? nisi quod turpe est. 2. Att. 1. Hoc me delectat, nisi quod, &c. De Cl. 50. Nisi quid de Epaminonda suspicari libet, &c. Pro Sul. 28. Nisi vero paucos fuisse putatis, qui, &c. 4. C. 13. Nisi cuipiam L. Cæsar crudelior nudiustertius est visus, cum, &c. 10. Att. 1. Nisi forte iste summarius, &c. De Fat. 37. Nisi forte volumus sequi, &c. Pro Plan. 96. Nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire nolle. Pro S. R. 508. Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit his gratias agi? Pro Sull. 35. Si Torquatus Sullam solum accusasset, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum, qui accusatus esset, defenderem. 2. Att. 3. Nisi si quid erit, &c. 14. Erat autem nihil novi, quod aut scriberem, aut ex te quærerem, nisi forte hoc ad te putas pertinere &c. Pro S. R. 98. Quid erat, quod Capitonem primum scire voluerit? nescio: nisi hoc video, Capitonem in his bonis esse socium. 16. Att. 7. In freto medio hanc epistolam legi, ut, quid possem providere, in mentem non venerit mihi, nisi quod præsens me ipse defenderem, &c. 2. de Orat. 137. Miseros illudi nolunt, nisi si se forte jactant. 14. Fa. 2. Nisi si qui ad me plura scripsit. 2. Cat. 23. *Sed.* 13. Fam. 73. De re nihil possum judicare, nisi illud mihi certe persuadeo, te nihil temere fecisse. *Ibid.* Nec, cur ille tantopere contendat, video, nisi tamen multo minus tibi concedi potest.

Syntaxis. *Venium, nisi si. Nisi quod. Nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt. Nisi vero, nisi forte. Nescio, nisi hoc video, te &c.*

Nisus, us, *conatus, gressus, incessus, πεῖρα, πειρασμός.* 2. Tusc. 48. Pedetentim, inquit, ite et sedato nisu. *Poetæ.*

Nitedula, æ, *muris genus, ἡ λαμπουρή.* Pro Sest. 72. Ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere. *Servius, nitela, legit. vide Georg. lib.* 1.

Nitens, tis, *nitidus.* De Clar. 238. Non valde nitens, non plane horrida oratio.

Niteo, es, *nitesco, splendeo, floreo.*)(.*squaleo, obsolesco, λαμπρύνομαι, καλλύνομαι.* 2. C. 5. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. 1. con. Rul. 21. Vectigal quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat. 4. de Fin. 5. Eorum vides quam niteat oratio.

Nitesco, scis, *niteo.*)(.*obsolesco.* 1. Tusc. 69. Non intermittit suo tempore cœlum nitescere In Arat.

Exiguo qui stellarum candore nitescit.

3. ad Her. 29. Ingenio, doctrina, præceptione natura nitescit.

Nitidus, a, um, *nitens, cultus, διαδής, λαμπρός.*)(.*incultus, horridus, agrestis.* Ver. 3. 47. Campi collesque nitidissimi viridissimique. 2. C. 22. Quos pexo capillo nitidos videtis. 1. de Orat. 81. Nitidum et lætum genus verborum. Orat. 36. Nitida pictura.)(.*inculta et horrida.* 12. Att. 6.

Syntaxis. *Nitere unguentis. Vectigalia nitent. Campus nitidus, ac viridissimus. Nitidum et lætum genus verborum.*

Nitor, oris, *cultus, munditia, λαμπρότης.*)(.*squalor.* Pro Cæl. 77. Si quem offendit hujus splendor, si nitor &c. 4. ad Her. 64. Gemmæ nitor, et splendor auri. De Senect. 59. Tum Lysimachus intuens ejus purpuram et nitorem corporis, dixit, &c. In Arat.

Delphinus jacet haud nimio lustratu' nitore.

13. Att. 19. Nitor orationis. De Clar. 36. Ætas Oratorum, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Orat. 115. Sed quia hæc sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in eis explicandis quidam orationis nitor. 4. ad Her. 23. Cujus nitor urbis Italiam nuper illustravit. 1. de Leg. 6. Antipater habuit vires agrestes ac horridas sine nitore ac palæstra.

Adjuncta. *Naturalis, et non fucatus, nimius.*

Syntaxis. *Nitor et splendor orationis, non fucatus, sed naturalis. Nitor adhibendus.*

Nitendo. 1. Tuscul. 10. Sudans nitendo nec proficit hilum. *Poetæ.* 5. 2. Virtutis fiducia nitendum nobis est ad spem beate vivendi.

Nitens, tis, *ἐπιχειρῶν.* In Arat. Corvus nitens. Brut. 4. Respu. justa, et jam suis nitens viribus. 2. de Nat. 113.

Quam propter nitens pennis convolvitur ales. Ibid.

—*Nitens plumato corpore corvus.* Ibid. 109.

Ille tamen nitens graviter vestigia ponit.

Nitor, eris, *enitor, connitor, adnitor, πειράομαι, ἐπείγομαι, σπουδάζω.* 2. de Nat. 115. Partes terræ undique medium locum capessentes nituntur æqualiter. De Sen. 82. Optimi cujusque animus maxime ad immortalem gloriam nititur. De Som, 3. Pro Mil. 19. In hujus vita nititur salus civitatis. Pro Deiot. 5. Ea frequentia in qua Oratorum studia niti solent. 1. de Div. 25. Divinatio conjectura nititur. 2. 55. Divinatio in conjectura nititur. Pro Cœl. 24. Ut aliquando, in quibus causa nititur, ad ea veniamus. 1. Att. 1. Domitius, in quo uno maxime ambitio nostra nititur. Part. 127. Defensor autem ea, quam proposui, æquitate nitatur. 1. Fa. 5. Cum maxime consilio, studio, labore, gratia de causa regia niteremur. Pro Cœl. 2. Hoc non faceret, nisi alicujus intolerabili libidine, et nimis acerbo odio niteretur. Pro Clu. 112. Is hoc uno nititur, quod sit igno-

bilis. *Ibid.* 1. Niti, et magnopere confidere aliqua re. Pro Flac. 62. Ut jam fractum Græciæ nomen hujus urbis laude nitatur. 2. Att. 9. Sustentabimus nos, et spe, qua jubes, nitemur. 12. Fam. 10. Niti ope alterius. Div. 15. Niti gratia et autoritate. 2. de Inv. 147. Ut lex ipso scripto videatur niti. 1. de Fin. 61. Virtus nititur honesto. 5. Tusc. 37. Quod ita ortum esset e terra, ut stirpibus suis niteretur. 1. de Orat. 214. M. Scaurus, qui prudentia rerum magis quam dicendi arte nititur. 1. de Orat. 90. Tum etiam exemplorum copia nitebatur. 2. de Inv. 143. Id quo nititur adversariorum causa. 1. Qu. Fr. 1. 36. Ratio salusque omnium nostrum, qui ad Remp. accedimus, non veritate solum, sed etiam fama nititur. De Senect. 33. Tantum quisque, quantum potest, nitatur. 12. Att. 15. Ad omnia nitor, non ad animum, sed ad vulnus reficiendum. 1. Tusc. 50. Sed plurimi contra nituntur. I. P. 19. Ego istius pecudis consilio scilicet aut præsidio niti volebam. Pro Cœl. 5. Fundamenta defensionis meæ, quæ firmissima sunt, si nitantur judicio suorum. 9. Att. 13. Niti contra honorem alicujus. 2. de Nat. 125. Ipse dux, qui non habet, ubi nitatur, revolat. *Ibid.* 124. Quædam serpentes extra aquam ortæ, simul ac niti possunt, aquam persequuntur. 4. Acad. 68. Nitamur igitur nihil posse percipi. Pro Cœl. 14. Nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiæ radicibus niteretur.

ADVERB. *Æqualiter, graviter, maxime.*

SYNTAXIS. *Sudare nitendo. Ad spem nitendum. Suis nitens viribus. Nitentem ponere vestigia. Niti ad, in. Conjecturis vel in conjecturis niti. Urbis salus in te nititur. Æquitate nititur causa nostra. De hac re rationibus nitor. Sustentare se et niti spe. Nitor tantum, quantum possum. Nitor ad. Ubi nitar, non habeo. Simul ac serpens niti potest. Niti radicibus. Niti gratia et auctoritate.*

Nitrum, *quid sit, consule Plinium,* νίτρον, et λίτρον. *Lege,* Lomentum.

Nivalis, le, χιονώδης, *nive plenus.* 1. de Divin. 13.

—Cum tumulos Albano in monte nivales
Lustrasti, et læta mactasti lacte Latinas.
Poetæ.

Niveus, a, um, χιόνεος, νιφετώδης. 4. ad Her. 45. Niveus candor. 1. de Div. 13.

Saxaque cana, salis niveo spumata liquore.

Nix, nivis, χιὼν, ὄνος, νιφετός. 2. de N. 26. Aquam conglaciare frigoribus, et nive pruinaque concrescere. 2. C. 23. Pruinas ac nives perferre. 4. Acad. 72. Anaxagoras nivem nigram dixit esse. *Ibid.* Anaxagoras dixit aquam nigram esse, unde nix congregata esset. 2. Qu. Fr. 2. Risi nivem atram, &c. 1. de N. 24. Ut nive obriguerit pars regionum.

Nixus, us, *nisus, vis,* ἡ πεῖρα. 2. de Nat. 117.

Nixus, a, um, ἐρειδόμενος, στηριχθείς. 1. de Div. 19.

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo,
&c.

Ver. 5. 85. Prætor cum pallio purpureo, tunicaque talari nixus muliercula. Pro Planc. 67. Ego huc a me ortus, et per me nixus ascendi. Pro Corn. 34. Cum Carthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret. Pro Cluent. 156. Sicuti vestra æquitate nixi confidimus. De Senect. 51. Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit. 2. de Orat. 30. Res, quæ mendacio nixa est. Pro Rab. 21. Qu. Scævola hastili nixus. 2. de Nat. 108.

Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur.

SYNTAXIS. *Æquitate nixus. Per se nixus ascendit. Nixa fibris viriditas. Nixus hastili, genibus.*

NO

No, as, *nato,* νέω, πλέω. 5. de Fin. 44. Serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas. 5. Tusc. 38. Natura bestias nantes aquarum incolas esse voluit.

Nobilis, *clarus, insignis, nobili genere natus, honesto loco natus, bono, summo genere natus, clarissimo patre natus, nobilissima familia natus, stirpe antiquissima ortus, in summa familia natus, natus in amplissima familia, bonis parentibus atque honesto loco natus, ampla et honesta familia natus, generosus, in veteri dignitate fortunaque natus,* γνώριμος, διαγενής, εὐγενὴς, εὐγένειος .)(. *ignobilis, ignotus, obscurus.* 1. Fa. 9. Quidam nobiles homines, et de me optime meriti. Ver. 1. 285. Pericles Ephesius homo nobilissimus. 1. Tusc. 12. Crantor in nostra Academia vel in primis nobilis. 1. de Orat. 46. Multi in Philosophia præclari et nobiles. 2. 155. Tres illius ætatis nobilissimi et clarissimi Philosophi. Pro Flac. 52. Homo apud nos notus, inter suos nobilis. Pro Cœl. 31. Mulier non solum nobilis, sed etiam nota. Ver. 5. 179. Qui nobili genere natus est. Qu. de Pet. 10. Qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam vitiis nobiles. 2. de Inv. 7. Magnus et nobilis rhetor Isocrates. Ver. 5. 73. Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuisse dicitur. *Ibid.* 39. Illustre et nobile municipium. De Cl. 122. Nobilis oratio. De Opt. 17. Gladiatorum par nobilissimum. Pro S. R. 98. Tres nobilissimi fundi. Ver. 2. 82. Accipite aliud ejus facinus nobile. Orat. 32. Thucydides fuit honoratus, et nobilis. 2. A. 101. At quam nobilis tua illa peregrinatio? Pro Rab. P. 23. Demetrius ex doctrina nobilis et clarus. Cont. C. An. Nemo nobilis et valde in quæstu notus et cognitus. De Fat. Piscis in primis nobilis.

Nobile, *pro* nobili. Cic. de Jure civili, teste Charisio: Aliquo excellente ac nobile viro.

Adverb. *Admodum, facile, sane.*

Syntaxis. *Vel in primis nobilis. In Philosophia præclarus et nobilis. Nobilis et clarus. Inter suos nobilis. Vitiis nobilis. Illustris et nobilis. Par nobile gladiatorum. Honoratus et nobilis. Ex pietate nobilis et clarus. Excellens et nobilis.*

Nobilitas, tis, *claritas, antiquitas, dignitas generis, amplitudo nominis, vetustas familiæ,* γενὰ, εὐγένεια.)(.*ignobilitas.* 2. de Orat. 242. Per tuam nobilitatem, per vestram familiam, per tuas statuas. Postquam in Sen. 24. Vera nobilitas magnam vim habet. De Clar. 62. Ad memoriam laudum domesticarum, et illustrandam nobilitatem suam. Pro S. R. 15. Aliquis genere ac nobilitate suæ civitatis facile primus. *Ibid.* 16. Sex. Roscius nobilitatis fautor fuit. Pro Sest. 21. Omnes boni semper nobilitati favemus. 1. de Div. 91. Familiæ duæ Aruspicinæ nobilitate præstantes. 3. de Orat. 139. Cum Isocrates discipulorum nobilitate floreret. Pro C. Corn. 1. Adolescens summa nobilitate, eximia virtute præditus. Frag. epist. Cum nobilitas sit nihil aliud, quam cognita virtus.

Fama, gloria. Pro Arch. 26. Philosophi in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt.

Adjunct. *Excellens, gloriosa, integra atque innocens, major, notior, par, præclara, præstans, summa, vera.*

Syntaxis. *Per tuam nobilitatem oro. Prædicationem nobilitatemque despicere: id est,* famam nominisque claritatem. *Illustrare nobilitatem suam. Genere ac nobilitate suæ civitatis facile primus. Nobilitate præstans. Discipulorum nobilitate florere. Summa nobilitate præditum esse.*

Nobilitatus, a, um, εὐδοκιμηθείς. 2. Off. 26. Phalaris, cujus est præter cæteros nobilitata crudelitas. Pro Flac. 62. Spectata et nobilitata virtus Lacedæmoniorum. 1. Off. 14. Quod etiamsi nobilitatum non sit, tamen honestum sit. 2. Tusc. 62. Clari et nobilitati labores. Par. 36. Nobilitatus multitudine rerum gestarum. De Sen. 27. Nec enim ex te unquam nobilitatus es, sed ex lateribus et lacertis tuis.

Nobilitor, aris, *illustror, ornor, celebror,* θρυλλέομαι. 1. Tusc. 34. Opifices post mortem nobilitari volunt. *Ibid. rursus.*

Syntaxis. *Nobilitata crudelitas. Spectata et nobilitata virtus. Clarus et nobilitatus labor. Ex se nobilitatus.*

Nobiscum, μεθ' ἡμῶν, σὺν ἡμῖν. Orat. 154. Cum illis dicitur, cum autem nobis, non dicitur, sed nobiscum: quia obscœnius concurrerent litteræ. 2. Acad. Nobiscum male agitur.

Nocendum. Pro Cæc. 60. Arma alia ad nocendum, alia ad tegendum.

Nocens, tis, *noxius,* βλάπτων, ἀδικῶν, βλαβερός .)(. *innocens.* 2. de N. 120. Vites a caulibus, ut a pestiferis et nocentibus, refugere dicuntur. Div. 9. Libido hominum nocentissimorum. 1. de Orat. 202. Orator, qui scelus fraudemque nocentis possit subjicere odio civium. Pro S. R. 56. Innocens si accusatus sit, absolvi potest; nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Pro Sest. 97. Qui nocentes sunt, et natura improbi. Pro Mur. 46. Reus nocens. Par. 6. Nocentes et pecuniosi rei.

Noceo, *officio, obsto, fraudi sum,* βλάπτω, ἀδικέω. 3. de N. 86. Nec si grando quippiam nocuit, id Jovi fuit animadvertendum. 1. de Inv. 59. Hoc nulla in re unquam quidquam nocuit. 12. Att. 46. De quo nihil nocuerit, si cum Balbo eris locutus. 3. Off. 23. Eodem modo constitutum est, ut non liceret sui commodi causa nocere alteri. Incert. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habent.

Adverb. *Inepte, leviter, mediocriter, quam minimum.*

Nocetur. 3. C. 27. Mihi nihil jam ab istis noceri potest.

Nociturus, a, um. 1. Off. 11. Declinare ea, quæ nocitura videantur.

Syntaxis. *Caulis viti pestifer, et nocens. Nocens homo et improbus. Mihi nocetur ab illo.*

Noctua, æ, γλαύξ. 2. Q. Fr. 16. Tibi versus, quos rogas, Athenas noctuam, mittam. *al.* γλαῦκα.

Noctu, *nocte, nocturno tempore, tenebris,* νυκτός, νύκτωρ. Pro Mil. 52. Illi, si insidiaretur, noctu prope urbem expectandum. *Alii leg.* noctem. 2. ad Heren. 7. Noctu an interdiu. 1. de Div. 69. Et noctu ad oppidum respicientes flagrantes onerarias videbatis. 13. Fam. 7. χολὴν ἄκρατον noctu ejeci. 4. Tusc. 43. Noctu ambulabat in publico Themistocles.

Noctuabundus, a, um, *de multa nocte ambulans,* νυκτοπόρος. 12. Att. 1. Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius.

Nocturnus, a, um, ἐννύχιος, νυκτερινός. Pro S. R. 19. Decem horis nocturnis LX. millia passuum pervolavit. 2. de Legib. 37. Diagondas Thebanus omnia nocturna sacra lege perpetua sustulit. 1. de Inv. 39. Diuturnum nocturnumque spatium. De Sen. 82. Nocturni diurnique labores. Pro Dom. 14. Concursatio nocturna. 1. in Cat. 1. Nocturnum præsidium palatii. Pro Mil. 9. Fur nocturnus.

Nodus, di, *colligatio, vinculum,* δεσμός. De Un. 11. Omnia ad cohærendum tertium aliquid requirunt, et quasi nodum vinculumque desiderant. De Ami. 51. Amabilissimus nodus amicitiæ. 2. de Nat. 111.

Æternum ex astris cupiens connectere nodum.

Ibid. Orbes vincti inter se, et nodis cœlestibus apti. 2. de Orat. 266. Gallus in scuto pictus, sub nodis distortus, ejecta lingua, &c. De Som. 12. Qui numerus rerum omnium fere nodus est. Orat. 22. His igitur singulis

versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu conjungimus.

Est et nodus cœlestis, piscium sidus et signum. In Arat. *Pisces*, &c.

Atque una tandem in stella communiter hærent,
Quam veteres soliti cœlestem dicere nodum.

Difficilis ad expediendum locus, res, quæstio. 5. Att. 21. Dum hic nodus expediatur. 8. Fam. 11. Incideramus enim in difficilem nodum. Ad Brut. 8. Magnus in rep. nodus est inopia rei frumentariæ.

Adjunct. *Æternus, amabilissimus, cœlestis, magnus, maximus.*

Syntaxis. *Nodus amicitiæ. Vinctus et nodis aptus. Sub nodis distortus. Continuationis nodi in ambitu conjuncti. Nodos expedire. Caritas annonæ magnus nodus in urbe: id est,* difficultas, calamitas. *Incidere in difficilem nodum.*

Nola, *urbs.* De Cl. 12.

Nolanus, a, um. 8. Att. et 1. Offic. 33. Fundus Nolanus. De Div. Ager Nolanus.

Nolo, *non volo, non libet, pænitet, negligo, ἀβουλέω, οὐ θέλω.* 6. Att. 1. Noli putare, me quidquam maluisse, quam ut mandatis tuis satisfacerem. I. P. 46. et pro S. R. 67. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis, &c. 2. de Orat. 194. Quare nolite existimare, &c. De Cl. 125. Noli putare, quenquam, &c. Pro Fl. 105. Nolite existimare eos, qui, &c. non expectare hujus exitum judicii. 1. Fam. 1. Cui qui nolunt, iidem tibi non sunt amici. *Ibid.* 7. Evolare altius certe noluerunt. 6. 6. Nolet hoc temporis, &c. Orat. 154. Nolle, pro non velle. 2. de Orat. 75. Cum is se non nolle dixisset. 7. Att. 17. Si erit (quod nolim) accersendus.

Adverb. *Omnino, plane, prorsus, valde.*

Nomen, inis, *verbum, vocabulum, ὄνομα,* et *ὄνυμα.* 1. de Nat. 44. et 3. de Fin. 3. et 14. Nomina nova novis rebus ponenda sunt. 5. de Fin. 74. Nomina sunt tanquam rerum notæ. 1. de Inv. 34. Nomen est, quod unicuique personæ datur, quo suo quæque proprio et certo vocabulo appellatur. 2. 28. Nomen cum dicimus, cognomen quoque et agnomen intelligatur oportet. 3. de N. 62. Quoniam Neptunum a nando appellatum putas; nullum erit nomen, quod non possis una littera mutata explicare, unde ductum sit. 3. de Fin. 14. Si Zenoni libuit, cum rem aliquam invenisset inusitatam, inauditum quoque ei rei nomen imponere: cur non liceat Catoni? 3. Tusc. 81. Omnis casus, in quo nomen poni solet calamitatis. *Ibid.* 9. Qui hæc rebus nomina posuerunt. 1. de D. 30. Quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit. *Ibid.* 16. Aristolochia, quæ nomen ex inventore reperit. Orat. 62. Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit. 2. de D. 69. Quid ergo? Aius iste aiebat et loquebatur, et ex eo nomen invenit. 4. A. 5. Legio Martia, quæ a Marte traxit nomen. 2. de Orat. 257. Ut Neoptolemus ad Trojam, sic Nummius in campo Martio nomen invenit. Pro Cæcin. 27. Sex. Clodius, cui nomen est Phormio. 4. Tusc. 24. Eique morbo nomen est avaritia. Ver. 4. 118. Fons, cui nomen Arethusa est. De Clar. 225. Saltatio, cui saltationi Titius nomen est. 2. de Legib. 1. In insula, quæ est in Fibreno (nam opinor illi alteri flumini nomen esse) &c. 2. de Leg. 61. Cui nomen Neniæ. Pro R. P. 28. Sed res habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat. 2. de Leg. 13. Quæ non magis legis nomen attingunt, quam si, &c. Pro Lig. 17. Scelus tu illud vocas, Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit: alii errorem appellant, alii timorem: qui durius, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui gravissime, temeritatem: scelus, præter te, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur. De Ami. 93. Notare aliquid multis nominibus. 1. Off. 37. Qui proprio nomine perduellis est, is hostis vocabatur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. 2. de Nat. 91. Hæc spirabilis natura, cui nomen est aer. Pro Mur. 13. Cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent. Ver. 3. 197. Huic prædæ ac direptioni cellæ nomen imponis. 4. ad Her. 51. Hæc exornatio, cui licentiæ nomen est. 1. Div. 8. Cum ambulandi causa in Lycæum venissemus: nam id superiori gymnasio nomen est. Pro S. R. 46. Alter Chærestratus. nam, ut opinor, hoc nomine est. Orat. 64. Quanquam omnis locutio oratio est, tamen unius Oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. 1. de Orat. 239. Appellare aliquem nomine. 2. 222. Nam, ea dicta appellantur proprio jam nomine. Pro S. R. 93. Hi, quos qui leviore nomine appellant, percussores vocant. Ver. 5. 126. Pecunias, quo nomine judicium hoc appellatur, non repetunt. Pro Dom. 72. Utrum igitur peccato meo nomen exulis subeo, an re judicata? 5. Fam. 12. Eorumque nomina magna voce pronunciaverunt. De Cl. 280. Hic nomen honoris adeptus est, non honorem. 5. Fam. 6. Ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus, ut bonum nomen adeptus existimer. Ver. 3. 131. Tuum nomen in re tam turpi interponerent. *Ibid.* Cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur: cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent, &c. Top. 34. Quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt. *Ibid.* Cum intelligitur, quid significetur, minus laborandum est de nomine. Pro C. Corn. 1. Vulgare nomen est Philerotis. *Ibid.* 2. Contemptissimum nomen ejectum esse ex iis, qui tribuni plebis fuerunt. In L. Pison. Qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen. Frag. ep. Impudentissimum nomen delegerit. *Ibid.* Nomine ipso admoneor. *Ibid.* Quod videret nomine pacis bellum involutum

fore. Oecon. Qui apud nos hoc nomine dignantur. Hortens. In continentibus terris vestrum nomen dilatari potest. Incer. Insidiæ quæ latent in aliquo necessitudinis nomine. 1. de Fin. 61. Stoici negant bonum quicquam esse, nisi nescio quam illam umbram, quod appellant honestum, non tam solido quam splendido nomine. Acad. Quæ tu si alio nomine vis vocare, &c. *Ibid.* Quibus rebus hæc nomina imponam. Pro Do. 35. Hæreditas nominis. 3. de Fin. 6. Acquiescere in nomine alicujus. 1. de Orat. 120. Impudentiæ nomen fugiendum. 1. Fa. 9. Nomen gravissimum et sanctissimum pietatis. 3. 7. Tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus. 7. Att. 20. Nullus usquam delectus, &c. nec nomina dant. 7. A. 12. Omnes nomina dant. Pro Dom. 116. Quem in numerum nemo nomen dedit, nisi scelere perditus. 3. Qu. Fr. 2.

Causa, prætextus, titulus. 6. Att. 2. Dicæarchus multis nominibus Græcos in eo reprehendit, quod, &c. Ver. 5. 11. Damnatus nomine conjurationis. 1. Fam. 9. Quanquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo, tamen, &c. Pro Fla. 27. Classis nomine pecunia civitatibus imperata est. Pro Mur. 82. Neque isti me meo nomine interfici volunt, sed, &c. I. P. 87. Omni totius provinciæ pecore compulso pellium nomine. *Ibid.* Quod quasi vasarii nomine adscripseras. Parad. 1. Quoniam illud munus in tuo nomine apparuit. Pro Qu. R. 40. An alio nomine et alia de causa abstulisse? Top. 23. Omnia uxoris, viri fiunt dotis nomine. 12. Fa. 12. Hoc a te peto non solum Reipublicæ, sed etiam amicitiæ nostræ nomine. Pro Cæc. 19. Is nomine hæredis arbitrium familiæ herciscundæ postulavit. 4. Fam. 5. Quid est, quod tu cum fortuna hoc nomine queri possis? 10. 8. Quo nomine etiam C. Furnio, &c. mandata dedimus. Pro Rab. 31. Omnes hi abs te capitis C. Rabirii nomine citantur. Pro Qu. R. 41. Flavius H-S. CCCLIII. Panurgi nomine Fannio dissolvit. 2. Qu. Frat. 2. Quod ad me Lentuli nomine scripsisti, locutus sum cum Cincio, &c. Pro Cæc. 71. Honesto et probabili nomine errorem objici cuipiam.

Fama, autoritas, gravitas, dignitas. 2. de Invent. 4. Viri nomine et memoria digni. De Clar. 238. Hujus magnum nomen in patronis fuit. *Ibid.* 299. In dicendo pauci digni nomine evadunt. Orat. 22. Quidam magnum nomen in oratoribus habuerunt. De Clar. 244. Verum qui omnino nomen habuerint, non ita multi fuerunt. De Clar. 130. Brutus vir tanto nomine.

Voce, verbis, propter. Pro Mur. 69. Præsertim talis viri nomine rogatus. Brut. 4. Cicero mihi merito, et meo nomine, et reip. charissime. 1. A. 30. Mihi et gratias agebant boni viri, et nomine tuo gratulabantur. 2. C. 14. Bellum populo Romano suo nomine indixit.

Crimen. Ver. 2. 94. Hic tum ait nomen absentis deferre se velle; iste vero se recepturum. 2. de Inv. 58. Cum venefici cujusdam nomen esset delatum.

Ratione crediti, debiti. 5. Fa. 20. Nomen erat sestertiis XXX. 13. Att. 14. Etsi nomina jam facta sunt, vel induci, vel mutari possunt. 3. Off. 59. Caninius nomina facit, negotium conficit. Pro Planc. 68. Utrum igitur me conturbare oportet? an cæteris, cum cujusque dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc cum petitur, dissolvere? Topic. 16. In nominibus esse. Ver. 5. 17. Pecuniam alicui esse in nominibus, numeratum non habere. 3. 28. Exigere nomina sua. 1 Fa. 4. Qui nunc populi Romani nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio conantur, &c. Pro Qu. 15. Cum æris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. *Ibid.* 38. Moritur C. Quintius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. *Ibid.* 75. A me nominis ejus, quod inficiatus esset, diem petivit. 5. Att. 21. Nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bono quaternos sperabat. Pro Qu. R. 4. Non refert parva nomina in codicem? imo omnes summas. Leve et tenue hoc nomen H-S. CCCLIII. sunt? 12. Att. 50. Sustinenda solutio est nominis Cereliani, dum de Metione sciamus. 13. 29. Si Faberius nomen illud explicat, noli quærere quanti. 16. 6. Nomina mea, per deos, expedi. *Ibid.* 14. Sed et illi turpe arbitror eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores ejus non dissolvere.

Adjuncta. *Æternum, sempiternum, absolutum, alienum, amantius, obscurum, ambiguum, grave, tectum, funestum, usitatum, amplissimum, anile, plenum superstitionis, aptum, imperatorium, proprium, splendidum, aureum, bonum, carum, inane, certum, novum, senatorium, et amplissimum, honestum, clarum, magnum, et sanctum, clarissimum, divinum, inimicum, miserrimum, clarissimum et fortissimum, commune, illustre, consulare, gladiatorium, contrarium, inauditum, solidum, splendidum, molle, dulce, dulcissimum, et pulcherrimum, durius, falsum, leve, et tenue, parvum, fatale, finitimum, gratissimum, gravissimum, gravissimum et sanctissimum, hostile, levius, honestum, et probabile, incertum, incolume, infimum, invidiosum, invidiosum et obscurum, invisum, lætum.*)(. *triste, magnum, majus, molestum, subinvisum, nobile, nobile et illustre, notum, novum et commentitium, paternum, usitatius, paternum maternumque, patrium, perditum, populare, proprium, et verum, præclarum, pulcherrimum, recens, regale, regium, sanctum, vitiosum, tutum, verum, magnum, clarumque, vulgare.*

Syntaxis. *Rebus ponere, imponere, dare nomina. Aristolochia nomen ab inventore invenit. Et ex eo id est, atque ideo sic nomen invenit: id est,* appellatur. *Nomen trahere a*

Marte. Saltatio, cui saltationi nomen est, &c. Nomen habere. Notare aliquid multis nominibus. Nomine appellare aliquem. Proprio res nomine signare. Dare nomina in numerum aliquem, ad bellum. Data nomina ad judicium, ad crimen. Classis nomine pecunia imperata. In medicis magnum est Galeni nomen. Qui nomen habuerunt, omnino pauci sunt. Dei nomine te oro. Suo nomine bellum indicere. Nomen delatum est veneficii. Nomina facere. Nomen dissolvere: id est, debitum. *Exigere sua nomina. Multis nominibus tibi grandem pecuniam debeo. In codicem parva nomina referre. Solutio nominis. Nomen explicare, expedire. Nominum fide cogere pecunias. Pecunia est mihi in nominibus, numerata non est. Acquiescere in nomine alicujus. Impudentiæ nomen fugere. Multis nominibus aliquem reprehendere. Liber hic in tuo nomine apparet. Vir nomine et memoria dignus. Brutus vir tanto nomine. Magnum nomen in Oratoribus habere.*

Nomenclatio, onis, *appellatio, nominatio,* ὀνομασία, ὀνοματοποιΐα, ὀνοματολογία. Quin. de Pet. 32. Ea desiderat nomenclationem, blanditiam, &c.

Nomenclator, oris, *monitor, qui civium et servorum nomina noverat,* ὀνομακλήτωρ. Pro Mur. 77. Quid, quod habes nomenclatorem? Quin. de Pet. 25. 4. Att. 1. Nemo ullius ordinis nomenclatori notus fuit, qui mihi obviam non veniret. 1. Qu. Fr. 2. Legi epistolam, quam ipse scripsisse Sulla nomenclator dictus est.

Nominandus, a, um, *appellandus, vocandus.* Cont. C. An. Si aut illud judicium, aut illa absolutio nominanda est. Acad. Quæ probabilia vel verisimilia putavi nominanda.

Nominatim, ὀνομαστί.)(. *sine nomine, generatim.* 1. de Nat. 112. Epicurus voluptates persequitur omnes nominatim. 13. Fa. 28. Duo sunt, quæ te nominatim rogo: primum, &c. deinde, &c. 7. 23. Nominatim tibi signa mihi nota mandassem, si probassem. 11. Att. 7. Tum ille ita edixit, ut me exciperet nominatim. *Ibid.* Poterat enim sine nomine res excipi. *Ibid.* 6. Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. 7. 15. Posthumius, de quo Senatus nominatim decrevit, ut statim mitteretur in Siciliam. Pro S. R. 47. Possum multos nominatim proferre, qui, &c. 4. C. 5. Qui in custodiam nominatim dati sunt. 2. con. Rul. 59. Excludi nominatim honore aliquo. 3. Att. 20. Sed tibi nihil nominatim, &c.

Nominatio, onis, κλῆσις, ὀνοματοποιΐα. 13. Att. 12. Paternus auguratus locus, in quem ego eum, ut, quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Ad Brut. 7.

Nominatio, *figura Rhetorica,* ὀνοματοποιΐα. 4. ad Her. 43. Nominatio est, quæ nos admonet, ut, cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa, &c.

Syntaxis. *Nominatim appellare, persequi, aliquem excipere, proscriptionem informare. De aliquo nominatim decernere, ut. Multos nominatim proferre, in custodiam dare, honore excludere.*

Nominatus, a, um, ὀνομασμένος, κληθείς. Ver. 4. 119. Urbs, quæ Tyche nominata est. Act. 1. Ver. 18. C. Curio, quem hominem honoris potius, quam contumeliæ causa nominatum volo. Orat. 37. Multique alii, qui sunt nominati Philosophi. Pro Qu. Gal. Quidam nominatus Poeta.

Nomino, as, *appello, nuncupo, voco, nomen pono vel impono, nomine appello, proprio nomine signo, nomine noto, usurpo, compello,* ὀνομάζω, καλέω, προσαγορεύω. Pro S. R. 6. Vir clarissimus et fortissimus L. Sulla, quem honoris causa nomino. *Ibid.* Quas, ut æquum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino. 1. Fam. 9. Ubi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuo. Pro Cæc. 51. Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. 3. de Fin. 5. Ex omnibus Philosophis Stoici plurima nominaverunt. Brut. 7. Eam nominationem a te petimus: nam digniorem nominare non potes, quam Bibulum. 3. de Nat. 59. Mercurius, quem Ægyptii nefas habent nominare.

Adverb. *Acerrime, bene, imperite, iterum, ac tertio, melius, præclare.*

Nominor, aris, *appellor.* 2. de Nat. 61 Res ipsa, in qua vis inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur Deus 5. Tusc. 23. Ex majore parte pleræque res nominantur. 1. Fa. 9. Qui tum optimates nominabantur. 2. de Div. 72. Attulit in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. 2. Off. 50. Nam ei sordidum erit ad famam committere, ut accusator nominetur. Pro Planc. 89. Ergo ego committerem, ut proditor Reip. nominarer? 1. C. 27. Ut hoc latrocinium potius, quam bellum nominaretur. Orat. 212. Ab aliis iidem pedes aliis nominantur vocabulis. Pro Cæl. 43. Quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumtus, libidines nominaretur.

Fama illustri sunt. Pro Arch. 26. Omnes prædicari de se et nominari volunt.

Adverb. *Græce, honeste, rectissime, rite, vere.*

Syntaxis. *Multi sunt Empirici nominati. Honoris causa, honestatis et amplitudinis nominare. Nominantur res.* id est nomen assumunt, appellantur. *Bibulus digna est nominatio. Nefas habeo nominare Mercurium. Cupiunt omnes de se prædicari et nominari. Ex eo nominatur pullarius.*

Nomios. *Lege,* Apollo. 3. de Nat. 57.

Nomophylaces, *legum custodes.* 3. de legibus 46. *Lege,* Censor.

Non, *haud, nihil, neutiquam, haudquaquam,* οὐ, μή.)(. *etiam.* Pro Fl. 53. Non est ita, judices, non est profecto. 6. Att. 2. Equidem doleo, non me tuis litteris certiorem

fieri. 4. Acad. 104. Ut sequens probabilitatem, ubicunque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut Etiam, aut Non respondere possit. *Ibid.* 97. Cum Dialectici sic statuant, omne, quod ita disjunctum sit, quasi aut etiam, aut non, non modo verum esse, sed etiam necessarium, &c. 11. Att. 6. Non possum ejus casum non dolere. 4. 106. Cognitorem adscribit Sthenio, quem? cognatum aliquem, aut propinquum? non. De Senect. 25. Nec vero dubitet agricola, quamvis senex, quærenti, cui serat, respondere, diis immortalibus, qui me non accipere tantum a majoribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. 10. Att. 4. De die nihil sane potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam novam. 7. Fam. 1. Græcos vero ita non ames, &c. *pro oderis.* De Sen. 8. Quod equidem non amisi adhuc, et videtis annos meos: 2. de Leg. 13. Non attingunt ea legis nomen. *Ibid.* 14. Non cogere omnia vi ac minis, sed persuadere aliquid. Pro Rosc. Amer. 49. Non continuo si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. 1. de Nat. 84. In quo leviter apparet claudicatio non deformis. De Amic. 49. Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut vestitu, cultuque corporis: animo autem virtute prædito, eo, qui vel amare, vel (ut ita dicam) redamare possit, non admodum delectari? *Ibid.* 48. Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem et hominem, sed inter hominem et saxum, aut truncum, aut quidvis generis ejusdem? 16. Att. 20. Ut ea non dicam comprobes, sed studiose libenterque comprobes. Ad Brut. 16. Non dicam. *pro, ne dicam.* Ver. 5. 20. Non dicam ne illud quidem, si maxime in culpa fuerit Apollonius. 4. Acad. 8. Illi non dubitant, quin ea vera non sint, quæ defendunt. 15. Fam. 4. Itaque et provinciam ornatam, et spem non dubiam triumphi neglexi. 3. Off. 91. In mancipio vendendo, dicendane vitia, non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili, sed, &c. 1. de Nat. 21. Non enim si mundus nullus erat, secula non erant. Ver. 1. 10. Non est, non est in hoc homine quicquam peccandi locus. De Un. 8. Non est cunctandum profiteri. 9. Att. 14. Non erat nec recentior, nec melior. De Amic. 74. Quod non fere contingit nisi iis, qui etiam contemnendos se arbitrantur. Pro Sest. 51. Denique ex bellica victoria non fere quenquam est invidia civium consecuta. Ver. 5. 171. Non fere quisquam nostræ industriæ favet. Pro Rosc. Amer. 52. Domum suam istum non fere quisquam vocabat. 2. de Leg. 45. Non fani, sed duelli instrumenta æs atque ferrum. *Ibid.* 33. Non floreret tam diu memoria Attii Navii nomen. De Amic. 51. Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consecuta est. 7. Fam. 5. Sed more Romano quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem. 1. 67. Non inertissimus homo. 6. 110. Non ita antiqua simulacra. 4. 49. Non ita multum tecum fuit. Pro Rosc. Amer. 64. Non ita multis ante annis. 1. de Nat. 87. Non ita valde moventur his homines mediocres. 4. Acad. 44. Ita priori posterius, posteriori superius non jungitur. 5. 166. Homo non malus. Ver. 4. 125. Non minime commoveri. Div. 14. Hi sciunt hoc non modo a me petitum esse, sed ita sæpe, et ita vehementer esse petitum, ut &c. De Amic. 44. Eaque adhibeatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, &c. 9. Att. 11. Nos autem in libris habemus, non modo Coss. a Prætoribus, sed ne Prætores quidem creari jus esse. 2. 107. Quos clientes nemo habere velit, non modo esse illorum cliens. De Amic. 43. Quare talis improborum consensio non modo excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est. 9. Fam. 14. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas animadversionis non modo non invidiosa, sed etiam popularis esset. De Arusp. 10. Gaudeo mihi de toto hoc ostento datam non modo justam, sed etiam necessariam causam esse dicendi. 10. Fam. 32. Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. 3. de Legib. 12. Nihil habui, sane non modo multum, quod putarem novandum in legibus. De Amic. 11. Qui duabus urbibus eversis inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, verum etiam futura bella delevit. 8. Att. 16. Nihil prætermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. 10. 4. Horum ego summorum Imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictari videmur. De Amic. 36. Ut omnia subterfugere, non modo sapientiæ, sed etiam felicitatis diceret sibi videri. 12. Fam. 16. Non enim nescis, quanti te faciam, et quod pro veterrimo, verissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono gaudeam. 13. Att. 9. Sed unum ejusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Pro Mur. 84. Pro Qu. 49. et Ver. 2. 15. Non nemo etiam in illo sacrario Reip. in ipsa, inquam, curia non nemo hostis. Pro Leg. Man. 62. Quum esset non nemo in Senatu, qui diceret non oportere, &c. 2. Fam. 16. Quod tamen fortasse non nollem, si possem ad otium. 2. de Leg. 45. Non operosius textile, quam si mulieris opus menstruum. Pro Qu. 11. Non parum facetus scurra. Pro Rosc. Amic. 22. Non pauca suis adjutoribus large effuseque donabat. *Ibid.* 15. Non paulum nescio quid in rem suam convertit. De Am. 17. Magnum opus est, egetque exercitatione non parva. 2. de Inv. 9. Non parum cognosse, turpe est, sed in parum cognito stulte et diu perseve-

rasse. Ver. 2. 21. Non plus quam Liguri, &c. De Am. 27. Quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest. Pro Sul. 23. Non possunt omnes esse patricii. De Am. 67. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. 2. de Leg. 45. Non præfinio omnia tam restricte vel hominum vitiis, vel subsidiis temporum victus. 1. de Nat. 84. Non pudet igitur physicum? De Am. 41. Sine lacrymis non queo dicere. 7. Att. 15. Ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem, non quod haberem magnopere quod scriberem, sed ut loquerer tecum absens. Ver. 3. 39. Magnæque pecuniæ coactæ sunt, non quo jugerum numerum vere profiteri esset difficile, &c. 12. Fam. 16. Non sciebam. *pro, nesciebam.* 2. de Leg. 24. Non sciscam aliter rem majorem ullam. Pro Cluent. 143. Non secus hanc causam defendissem, ac si lege habitus teneretur. De Am. 64. Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. 12. Fa. 30. Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba pertulit. De Sen. 12. Omnia memoria tenebat non domestica solum, sed etiam externa bella. Act. 1. Ver. 29. Non solum effugiemus, &c. accedet nobis etiam illud, &c. Pro Cl. Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrymæ impediunt, vestræque, judices, non solum meæ. 1. Off. 17. Ad quod est adhibenda actio quædam, non solum mentis agitatio. 14. Fa. 14. Vestrum jam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. De Sen. 9. Non solum quia nunquam deserunt, nec in extremo quidem tempore ætatis, (quanquam id quidem maximum est) verum etiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio jucundissima est. 2. Att. 12. Litteræ non solum quid Romæ, verum etiam quid in Republica; neque solum quid fieret, verumetiam quid futurum esset, indicabant. 1. Fa. 9. Habui non temporum solum rationem eorum, sed etiam naturæ. De Am. 51. Non tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipse delectat. De Sen. 36. Nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum. Pro Rosc. Amer. 68. Nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. De Amic. 48. Quamobrem angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam: non plus, quam ut virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur. De Sen. 27. At hi quidem jam mortui sunt: non vero tam isti, quam tu ipse nugator. 1. de Invent. 28. Nam sæpe satis est, quid factum sit, dicere, non ut enarres quemadmodum sit factum. 3. Off. 118. Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus quam amicitia, &c. De Senect. 27. Nec nunc quidem vires desidero adolescentis, non plus quam adolescens etiam vires tauri desiderabam. 2. Acad. Non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. *Nonne?* 8. Att. 3. Non ager Picenus amissus? non patefactum iter ad urbem? non.

SYNTAXIS. *Non nemo adest. Non plus quam. Non est, non est hic locus. Non fere quemquam amat. Non fere quisquam illum amat. Non ita verum hoc est. Non ita multum dubito. Non ita valde cupio. Non ita multis ante annis. Non modo. Non solum. Non ingenio solum, sed &c. Non vero tam tu prudens, quam, &c.*

Nonagesimus, a, um, *ἐνενηκοστός*. De Senect. 13. Nonagesimus annus.

Nonæ, *νόναι*. Pro Flac. 102. O Nonæ illæ Decembr., quæ me consule fuistis! Pro Qu. 57. Aliquid factum esse Nonis Februarii.

Nonagies, *ἐνενηκοντάκις*. Ver. 3. 163. In alteras decumas ferme ad nonagies.

Nonaginta, *ἐνενήκοντα*. De Sen. 34. Masanissa nonaginta annos natus.

Nondum, *necdum, nequedum, nihildum, etiam nunc non, non adhuc, οὔπω, μήπω*. 4. Att. 16. Judicia reliqua impendent, nondum est plane expeditum. De Cl. 333. Quorum tamen ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. 2. de Div. 16. Nondum dico, quum hæc signa nulla sint. 11. Fa. 28. Nondum satis constitui, &c.

Nongenti, orum, *id est*, 900. *ἐνακόσιοι*. Pro Fl. 91. Falcidius emerat H-S. nongentis millibus. 5. Fa. 13. De H-S. nongentis millibus. Hortens. Nongenti anni.

Nonne, *an non, ἦ γὰρ, οὔπου*. Pro Cæc. 37. Verum ita est, uti dicis. te dejectum debeo intelligere, nonne? 5. Tusc. 35. Cum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium nonne beatum putaret? Ver. 5. 148. Nonne ita est? 3. de N. 89. Tu qui putas, &c. nonne animadvertis?

Nonnihil, *aliquantum, σμικρόν τι*. Pro Qu. 1. Nonnihil commoveor. 2. Att. 1. Nonnihil pigmenta consumpsit. 4. de Fin. 62. Non quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.

Nonnullus, a, um, *aliquis, non nemo, ἔνιος, τις*. Pro Mur. 60. Consilium tuum nonnulla in re forsitan emendare possim. I. P. 11. Nonnullum officium. 1. de leg. 4. Nonnulli isti faciunt imperite. 4. Acad. 70. Sunt inter nos nonnulla communia.

Nonnunquam, *aliquando, interdum, ἐνίοτε, ποτέ*. 3. de Nat. 89. At nonnunquam bonos exitus habent boni. 5. Fa. 8. Et te nonnunquam a me alienarunt.

Nonus, a, um, *ἔνατος*. De Som. 12. Nam terra nona immobilis manet, &c.

Norma, æ, *regula, lex quædam, præscriptio, γνώμων, κανών*. 4. Acad. 140. Fontem omnium bonorum in corpore esse, hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. 3. de Orat. 188. Neo sunt hæc rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda. De Am. 18. Nunquam ego dicam eos ad istorum normam fuisse sapientes. 2. de Orat. 178. Plura homines judicant odio aut amore, &c. quam veritate, aut præscripto, aut juris norma aliqua, aut judi-

cii formula, aut legibus. Pro Mur. 3. M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, et diligentissime perpendens momenta officiorum omnium. 1. de Leg. 44. Nos legem bonam a mala nulla alia, nisi naturali norma dividere possumus. 2. 61. Natura, quæ norma est legis. 2. Acad. Non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

ADJUNCTA. *Acerrima, certa, naturalis.*

SYNTAXIS. *Norma, regula, præscriptio naturæ. Acri norma dirigere. Ad optimam normam sapiens. Ad rationis normam dirigere vitam. Naturali norma dividere veritatem a mendacio.*

Noscendus, a, um. Frag. ep. Philosophiæ quidem præcepta noscenda, vivendum autem civiliter.

Nosco, scis, *cognosco, notum vel cognitum habeo, notitiam alicujus rei habeo, γινώσκω, γνόω, ἀναγινώσκω.* 1. Tusc. 52. Et nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, ut se quisque noscat. *Ibid.* Cum igitur, Nosce te, dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum. 2. de Fin. 71. Nosti credo illud, Nemo pius est, qui pietatem cavet. 7. Fam. 28. Nosti cætera. 7. Att. 3. Reliqua, quæ nosti ferenda. 1. 11. Nosti illas ληκύθους. Pro S. R. 57. Sed si ego hos bene novi, literam, &c. 9. Att. 2. Si Cæsarem bene novi. 5. 21. Si digitos tuos novi. Orat. 44. Noverit igitur hic. I. P. 30. Qui civitatis vestræ non leges, non jura noritis. 1. de Leg. 118. Atqui vereor, ne istam causam nemo noscat. *Ibid.* 58. Sapientia nos cum cæteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmetipsos nosceremus: cujus præcepti tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico Deo tribueretur; nam qui se ipse norit, primum aliquid sentiet se habere divinum, &c. 3. Qu. Fr. 6. Ut bona nostra norimus. 1. de Inv. 56. Novi intelligentiam vestram, judices, non potest ita videri. 2. de L. 58. Nostis extra portam Collinam ædem Honoris. Ver. 1. 17. Qui nostrum unumquemque optime norunt. 1. de N. 37. Deus ille, quem mente noscimus, atque in animi notione tanquam in vestigio reponimus. 16. Att. 21. Novi humanitatem tuam. In Clod. Qui omnia sacrificia nosset.

Noscor, eris. de Nat. 9. Omnes philosophiæ partes tum noscuntur, cum totæ quæstiones scribendo explicantur. 1. Acad. 43. Nihil esse, quod nosci, percipi, comprehendi possit.

ADVERB. *Bene, funditus, omnino, paululum, optime, melius, plane, penitus, probe, pulchre, recte, satis.*

Νόσημα. Lege, Morbus.

Noster, ra, um, *ἡμέτερος, νωΐτερος.* Pro Dom. 47. Sexte noster, bona venia, &c. 1. Qu. Fr. 8. Halienus autem noster cum animo et benevolentia, tum etiam imitatione vivendi.

Nostras, atis, *noster, nostræ gentis, consuetudinis, artis, sectæ, ἡμεδαπός, ἡμέτερος,* &c. 9. Fam. 15. Capior facetiis, maxime, nostratibus. 5. Tusc. 90. Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non potuerunt. 2. Fa. 12. Mihi verba desunt, neque solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam levia nostratia.

Nota, æ, *signum, insigne, vestigium, τὸ στίγμα, ἐπίσημον, σημεῖον.* 2. de Orat. 174. Si aurum defossum cuipiam commonstrare vellem, signa et notas ostenderem locorum. 5. de Fin. 74. Nomina sunt tanquam rerum notæ. 1. Tusc. 62. Notæ literarum. Part. 26. Literatura constat ex notis literarum. 2. de Div. 85. Notæ priscarum literarum in robore insculptæ. I. P. 73. Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum. 1. de Div. 64. In quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant. Orat. 46. Loci et quasi argumentorum notæ. De Clar. 286. Atque eæ notæ sunt optimæ. 1. de Nat. 12. Certa judicandi assentiendique nota. 4. Acad. 33. Nota veritatis. 1. Att. 10. Literæ insignes amoris notis. 2. de Invent. 141. Literæ tenues, et obscuræ notæ sunt voluntatis. 2. de Div. 47. Quam scire per notas nos certiores facit Jupiter. Top. 8. *Ibid.* 35. Aristoteles hoc idem σύμβολον appellat, quod est Latine nota: quia sunt verba rerum notæ. Ver. 2. 115. Signum, nota, vestigium. De Clar. 287. Nec illam præclaram Thucydidis nimis veterem *orationem* tanquam Anicianam notam persequendam.

Formula. Pro Mur. 25. Jurisconsulti notas quasdam composuerunt.

Ratio. 7. Fam. 29. Sulpitio successori nos de meliore nota commenda.

Dedecus, infamia, ignominia. De Prov. 25. Vos Gabinii litteras insigni quadam nota atque ignominia nova condemnastis. 1. C. 13. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? et quod dedecus non hæret infamiæ? Pro Rab. 24. Homo insignis omnibus notis turpitudinis. Pro Cluen. 129. Is censoriæ severitatis nota non inuretur? Pro Dom. 137. In hisce ædibus monumentum collocasti ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. Ver. 5. 50. Inerat in illo fœdere quasi quædam nota servitutis. 2. Off. 25. Barbarus compunctus notis Threiciis. 1. A. 32. Hæc inusta est a te mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. 3. Off. 74. O turpem notam temporum illorum!

Id, quam vulgo Ciphram *vocant, σημεῖον* Græci. 13. Fa. 6. Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit, &c. 13. Att. 32. Parum intellexit credo, quia διὰ σημείων scripseram.

ADJUNCT. *Certa, et propria, falsa, insignis, propria.*)(. *Communis, turpis, justa, melior, quasi naturalis, optima, sempiterna, tenuis, et obscura, verissima.*

SYNTAXIS. *Nota et signum. Literarum notæ,* id est, characteres. *Nota insigni condemnare aliquem. Nota turpitudinis inusta vitæ. Insignis omnibus notis turpitudinis. Compungi notis. Inurere notam alicui ad ignominiam.*

Notas insculpere. Notam apponere ad. Insignitæ notæ veritatis apparent. Argumentorum notæ. Jurisconsulti notas composuerunt. Commendare aliquem alicui de meliore nota.

Notabilis, le, *insignis, conspicuus, conspiciendus,* ἐπίσημος. 5. Fa. 12. Si exitu notabili concluduntur.

Notandus, a, um, σημειωτέος. 5. A. 21. Quæ quanquam rata esse non possunt, tamen separatim suo nomine notanda censeo. De Clar. 316. Molo in notandis animadvertendisque vitiis prudentissimus. *Ibid.* 319. Quid tanquam notandum animadvertendumque sit in Hortensio, breviter licet dicere. 15. At. 15. Quæ quidem vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint. 5. A. 17. An illa non gravissimis ignominiis monumentisque hujus ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? 9. Fa. 16. Habere tritas aures notandis generibus poetarum. De Sen. 42. Sed notandam putavi libidinem nimiam.

Notans, tis, συγγράφων, ἀτιμάζων. 1. Tusc. 68. Sol quasi fastorum notans et significans dies.

Notatio, onis, σημασία, *nota. Lege,* Etymologia, et Interpretatio. Top. 10. Notatio, cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur. *Ibid.* Argumentum ex nota.

Insuper est observatio, animadversio, descriptio. 2. de Div. 87. Chaldæis in prædictione et in notatione cujusque vitæ ex natali die minime credendum est. De Clar. 65. Licet eligant ea, quæ notatione et laude digna sunt, omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. *Ibid.* 74. Ego vero delector ista quasi notatione temporum. 2. de Orat. 358. Similium verborum conservata et immutata casibus, aut traducta ex parte ad genus notatio, et unius verbi imagine totius sententiæ informatio. Orat. 183. Notatio naturæ et animadversio peperit artem. Pro Cl. 130. Notatio tabularum. *Ibid.* 128. Pro Sest. 55. Notatio censoria. 5. A. 13. Delectus vero et notatio judicum etiam in nostris civibus haberi solet. 3. Off. 111. Notationes animadversionesque censorum. 3. ad Her. 34. Diligens notatio imaginum. 4. 64. Notatio est, cum alicujus natura certis describitur signis.

Notatus, a, um, *descriptus,* σημειωθείς. 3. Tusc. 9. Melius hæc notata sunt verbis Latinis, quam Græcis.

Signatus. De Prov. 4. Via illa castris Thraciis distincta ac notata est. Postq. in Senat. 15. Frons calamistri notata vestigiis.

Illustratus. 7. Fam. 32. Equidem sperabam ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua sponte possent.

Turpis, fœdatus, infamis. Pro Cl. 119. Homines ignominia notati. Pro Dom. 23. Contaminatissimus, et omnium scelerum libidinumque maculis notatissimus. 6. Fa. 6. Boni cives nulla ignominia notati. In Vat. 37. Scis te Tribulium tuorum judicio notatum. Pro Cl. 61. Judicia vera, atque insigni turpitudine notata, atque oppressa dedecore et infamia. Pro Do. 68. Homo scelere et furore notatus. *Ibid.* 72. Cum tantis scelerib. esses et factis notatus. Ver. 5. 172. Nolo eos sic in hac urbe notatos ambulare, ut non cera, sed cæno obliti esse videantur. Pro Fon. 2. Galli triumphis ac monumentis notati. Con. C. Ant. Cum gravissimis vestris decretis absens notatus est.

Animadversus. 2. de Orat. 129. Pauca enim sunt, quæ animo quasi habere notata videamur. 4. de Finib. 61. A nobis ista descripta, notata, præcepta sunt. 1. de Div. 2. Chaldæi motus stellarum observaverunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. 2. de Fin. 47. His tribus generibus honestorum notatis, sequitur quartum. Pro Fon. 31. Quod in monumentis rerum gestarum incisum ac notatum videmus. 1. de Div. 34. Observatis ac notatis signis. 1. de Orat. 109, Quæ observata sunt in usu dicendi, hæc ab hominibus peritis animadversa ac notata sunt. 1. de Div. 12. Observata sunt hæc tempore immenso, et significatio eventus animadversa ac notata. Top. 7. Demonstrato et notato loco. Orat. 120. Conservatis et notatis temporibus.

Syntaxis. *Notandum et animadvertendum ad posteritatis memoriam. Via notata et distincta vestigiis. Frons calamistri vestigiis notata. Notatus judicio bonorum. Notati Galli triumphis ac monumentis. Describere et notare. Incisum et notatum in monumentis. Habere aliquid animo quasi notatum. Homo scelere, furore, ignominia notatus, libidinum maculis notatissimus. Judicia insigni turpitudine notata. Gravissimis decretis notatus.*

Notitia, æ, *notio, cognitio, prudentia,* ἔννοια, νόημα. Orat. 116. Involutæ rei notitia definiendo aperienda est. 4. Acad. 30. Notitiæ rerum, quas Græci ἐννοίας vocant. 5. de Fin. 59. Natura ingenuit notitias parvas rerum maximarum. 3. 33. Hoc quarto, &c. bonorum notitia facta est. 2. Off. 86. Valetudo conservatur notitia sui corporis. Pro Cæl. 75. Notitia nova mulieris. 2. de Fin. 14. Quanquam hæc inter nos nupera notitia admodum est, &c. 1. de Leg. 24. Nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei.

Adjunct. *Dura, falsa, nova, parva.*

Notio, onis, *cognitio, intelligentia, notitia, indicium, significatio,* νόησις, γνώρισις, γνῶσις. Top. 31. Genus est notio ad plures differentias pertinens. Forma est notio, cujus differentia ad caput generis, et quasi fontem referri potest. Notionem appello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt: Ea est insita, et ante percepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens. 3. de Finib. 21. Simul autem cepit intelligentiam, vel notionem potius, quam appellant ἔννοιαν illi, viditque, &c. 1. Tusc. 57. Neque fieri posset, ut tot rerum insitas, et quasi consignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, nisi,

&c. 4. Acad. 33. Si notionem veri et falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus, &c. *Ibid.* 85. Qua igitur notione discerneres? 1. de Fin. 31. Naturalis atque insita in animis nostris notio. 3. 33. Rerum notiones in animis fiunt. 1. de N. 43. In omnium animis deorum notionem impressit ipsa natura. 2. 13. In animis nostris informatas esse deorum notiones. 1. 26. Mens simplex nulla re adjuncta fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur. *Ibid.* 37. Deus ille, quem mente noscimus, atque in omni notione, tanquam in vestigio, reponimus. 2. 45. Cum talem esse Deum certa notione animi præsentiamus. Topic. 83. Notio sic quæritur, sitne id æquum, quod ei, qui plus potest, utile est. 5. Tusc. 29. Huic verbo, cum beatum dicimus, subjecta notio est, secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. 4. 52. Definitiones declarant communes notiones. *Ibid.* Quæ enim istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam et involutam? Pro Dom. 34. Omnis notio pontificum, cum adoptaret, esse debuit. De Pr. 46. Clodius Censorium judicium ac notionem, et illum morem severissimum magistratuum de civitate sustulit. Pro Cæc. 35. Quid ad actoris notionem, et ad animadversionem ages injuriarum? 3. Off. 76. Si quis voluerit animi sui complicatam notionem evolvere. *Ibid.* 81. Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit in ea species, forma et notio boni viri.

ADJUNCTA. *Certa, communis, insita et quasi consignata, naturalis, atque innata.*

SYNTAXIS. *Notio est ante percepta formæ cognitio. Notionem capere ac intelligentiam. Rerum insitæ, et animis consignatæ notiones. Informata, et impressa notio Dei in animo. Certa notione animi Deum præsentire. Rerum notiones in animo fiunt. Notiones evolvere, imprimere, habere. Huic verbo beatus subjecta est gravissima notio.*

Noto, as, *animadverto, observo, distinguo,* ἀτιμάζω, διαγράφω, σημειόω. Orat. 27. Facile est verbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare, idque reprehendere. 2. de Orat. 32. Non est dubium, quin, si quis hoc animadvertit, id possit notare. 2. A. 57. Notabo tamen singulares, &c. 3. de Orat. 193. Hæc vulgus imperitorum in audiendo notat. 1. de Div. 94. Arabes propterea facilius cantus avium volatusque notaverunt. 5. Fa. 12. Multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. 7. At. 8. Diem tuum ex epistola tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaveram. 2. de Na. 166. Multa diuturnus usus ita notavit, ut artem divinationis efficeret. 3. 14. Quis cornicis cantum notavit? 2. de Div. 91. Chaldæi animadvertunt ac notant ea sidera, quæ &c. 4. ad Heren. 3. Notare præcepta artis de tanta tamque diffusa scriptura.

Designo, signo, describo, indico, στηλιτεύω, σημειοῦμαι. De Am. 93. Notare aliquod vitium multis nominibus. De Un. 22. Illum ejusdem naturæ, hunc alterius notavit. Pro Mil. 14. Cum inesset in re vis, crimen judicio reservavi, rem notavi. *Ibid.* 31. Ita et Senatus rem, non hominem notavit. 2. de Orat. 354. Res autem ipsas rerum effigies notaret. Ver. 5. 27. Notare initium veris aut a Favonio, aut ab aliquo astro. Partit. 37. Quæ temporis quasi naturam notant, ut hyems, ver, æstas, &c. 7. Fa. 22. Tamen id caput notavi, et descriptum tibi misi. 3. de Fin. 4. Notare res novis nominibus. Pro Planc. 40. Tu deligas ex omni populo amicos tuos? tu me inscio notes et tuos et tuorum necessarios? &c. 5. A. 20. Hic pecunias nostras æstimabat, possessiones notabat et urbanas et rusticas. Ver. 2. 79. Notare tabellam cera vel sanguine. 1. C. 2. Catilina notat et designat oculis ad cædem unumquemque vestrum. 2. de Orat. 236. Hæc enim ridentur, quæ notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. 3. 184. Numerum in guttis cadentibus, quod intervallis distinguuntur, notare possumus.

Ignominia afficio, ἀτιμάζω. 3. Att. Quos censores furti et captarum pecuniarum nomine notaverunt. De Cl. 216. C. Julius motum Curionis in perpetuum notavit. *Ibid.* 224. Atheniensis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. 7. Att. 23. Notare aliquem ignominia.

Illustro, exorno. 3. de Orat. 168. Tanquam stellis notare et illuminare orationem.

ADVERB. *Maxime, scienter, turpiter,*

Notor, aris, *quære in activo homonymiam.* Pro Cor. 56. Tum luxuriam L. Cornelii, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi convicio notabatur. Pro Qu. 90. Dedecore, macula, turpissimaque ignominia notari. 2. de Orat. 272. Milites ignavos a censore notari solitos, et tribu moveri. *Ibid.* 3. 49. Nec improbus notari ac vituperari sine vitiorum cognitione satis insigniter potest. De Cl. 161. Ut hoc in qua ætate extitisset, posset notari. 4. Acad. 34. Proprium in communi signo notari non potest. 6. Fam. 6. Notantur mihi signa ad divinandum duplici quadam via. Pro Dom. 102. Ut illius facinus memoria et nomine loci notaretur. 3. de Orat. 189. Notatur maxime similitudo in conquiescendo. 2. 259. Genus hujus ridiculi insigni aliqua et nota re notari volo. Act. 1. Ver. 40. Ut discoloribus signis juratorum hominum sententiæ notarentur.

SYNTAXIS. *Diuturnus usus multa notare potest. Animadvertere et notare sidera. Notare præcepta artis. Notare aliquid multis nominibus,* id est, significare. *Senatus rem, non hominem notavit. Notare alicujus rei initium ab alia. Notare tabellam cera. Notare et designare aliquem oculis. Id notat et designat turpitudinem aliquam. Numerum in rebus notare. Notare aliquem furti nomine. Notare aliquem ignominia, dedecore, macula. Tur-*

quam stellis notare et illustrare orationem. Communi convicio notari. A Censore notari et tribu moveri. Facinus aliquod memoria et nomine loci notare.

Notus, a, um, *cognitus, omnium sermone celebratus, patens omnibus, quod tenetur, pervulgatus, manifestus, testatus, non ignotus,* ἐγνωσμένος, γνωσθείς, γνωστός. Act. 1. Ver. 48. Res notæ, testatæ, manifestæ. 2. 85. Res nota atque apud omnes pervulgata. 3. 134. Res nota ac manifesta omnibus. 1. Att. 13. Notum atque testatum. Pro Mil. 77. Hæc patent et nota sunt omnibus. Orat. 118. Habent omnes Philosophiæ notos et tractatos locos. 2. de Orat. 259. Hoc insigni aliqua et nota re notari volo. 5. Fam. 12. Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant. 1. de L. 44. Communis intelligentia nobis notas res efficit. 1. de Orat. 201. Vetustatis exempla Oratori nota esse debent. Orat. 114. Volo igitur huic omnem bene dicendi rationem notam esse. *Ibid.* Qui ea multo quam nos habes notiora. 5. Att. 19. Facies omnia mihi nota. Pro Mur. 16. Tua liberalitas hominibus litteratis est notior, populo vero et suffragatoribus obscurior. Pro Sull. 72. Vita P. Sullæ vobis populoque Romano notissima. De Prov. 33. Quas regiones nulla antea nobis fama notas fecerat. Pro Cœl. 3. De dignitate Cœlius notis tacitus facile ipse respondet: quibus autem non æque est cognitus, hi sic habeant, &c. *Ibid.* 31. Mulier non solum nobilis, sed etiam nota. 11. A. 10. Notus atque insignis latro. 15. Att. 13. Tuum judicium, quod mihi erat notum, &c. 1. Qu. Fr. 1. 36. Jam tibi Asia nota esse debet. 3. de Leg. 4. Ut ad citeriora veniam, et notiora nobis. 2. Qu. Fr. 12. Callisthenis quidem vulgatum et notum negotium. Cont. C. Anton. Homo nobilis, et valde in hoc largitionis quæstu notus et cognitus.

Adverb. *Jamdiu, maxime, maturius, penitus, sane.*

Syntaxis. *Notum, testatum, manifestum. Notum et pervulgatum. Notum atque testatum. Hoc patet et est notum omnibus. Notus et tractatus locus. Homo in largitionis quæstu notus et cognitus.*

Novacula, æ, *culter tonsorius,* ὁ ξυρός, τὸ ξυρίον. 1. de Div. 32. Cotem novacula posse præcidi. *bis.*

Novandus, a, um. 3. de Leg. 12. Nihil habui, quod putarem novandum in legibus.

Novatus, a, um, *factus,* νωθείς. 3. de Orat. 150. Inusitatum verbum, aut novatum, aut translatum. 2. 131. Ager non semel aratus, sed novatus et iteratus. 1. Acad. 42. Et ea, quæ ab eo novata sunt, probas.

Nove, καινῶς. 1. ad Her. 15. Ne quid ambigue, ne quid nove dicamus.

Novellus, a, um, νέος, νεόφυτος.)(.*vetulus.* 5. de Fin. 39. Arbor novella et vetula. 3. de Leg. Neque dum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur.

Novem, ἐννέα. 3. Qu. Fr. 5. Sermo in novem et dies et libros distributus.

Novendialis, le, *quod novem dies, vel nono die celebratur: ut novendiale sacrum apud Tit. Livium,* ἐνναταῖος. 3. Qu. Fr. 5. Novendiales feriæ, quæ fuerunt Tuditano et Aquitano Coss.

Noverca, æ, μητρυιά. Orat. 108. et pro Clu. 199. Uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. 3. Off. 94. Cum filius patri suspectus esset de noverca.

Novi. *vide,* Nosco.

Novissime, *nuperrime, postremo,* ἐσχάτως, ὕστατον. 10. Famil. 17. Quo ego interprete novissime ad Lepidum sum usus. *Ibid.* 24. Primum, &c. deinde, &c. novissime, &c.

Novissimus, a, um, *postremus,* ἔσχατος, ὕστατος, νύστατος.)(.*primus.* Pro Qu. R. 30. Brevi tempore, qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos. 12. Fa. 13. Ut hæc novissima nostra facta non inconvenientia fuisse judices. 10. 30. Cum omnes se recepissent nostri ordines, recipere me novissimus cœpi ad castra.

Novitas, tis, *novæ rei ratio, conditio,* καινότης. 2. de Nat. 96. Perinde quasi novitas non magis, quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare. 2. de Div. 60. Eumque errorem, quem tibi rei novitas attulerit, naturæ ratione depellito. 11. Fam. 10. Quantam cupiditatem hominibus injiciat novitas, non te fugit. 3. ad Her. 36. Natura novitate commovetur. 2. de Orat. 347. Res magnitudine præstabiles, et novitate primæ. 2. de Nat. 131. Novitate delectamur et copia. 1. de D. 119. Qua ille rei novitate perculsus, &c. 3. de Fin. 3. Novitas nominum. Pro Mur. 17. Novitas generis alicujus. 1. Famil. 7. Simul quod video novitati esse invisum meæ. De Am. 70. Novitates autem, si spem afferunt, &c. non sunt repudiandæ, vetustas tamen suo loco conservanda est. Qu. de Pet. 2. Nominis novitatem dicendi gloria maxime sublevabis.

Novitius, a, um, *novus, tyro,* νεαρός. I. P. 1. Syrum nescio quem de grege novitiorum factum esse consulem.

Novo, as, *innovo, novum facio,* νέω. 3. de Orat. 147. Verba, quæ novamus et facimus ipsi.

Novor, aris. 16. Att. 13. 15. Fam. 4. Socii, qui novari aliquid volebant.

Novocomenses, *populi, a Novocomo urbe Italiæ, quæ* Comum *hodie appellatur, ad Larium lacum sita.* 13. Fam. 35.

Novus, a, um, *recens, inauditus, inusitatus, præter consuetudinem,* καινός, νέος. 1. de Orat. 137. Nihil dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. 2. cont. Rull. 26. Jam hoc inauditum et plane novo more, &c. Pro Cæc. 36. Novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum. Pro Arc. 3. Novum quoddam et inusitatum genus dicendi. Orat. 30. Novum quoddam

et inauditum imperitorum genus. 3. Att. 24. Res inusitata et nova. Ver. 2. 24. Nova tibi hæc sunt et inopinata. 2. de Div. 60. Causam igitur investigato in re nova atque admirabili. 2. cont. Rul. 90. Rerum novarum causam quærere. Pro Mil. 1. Hæc novi judicii nova forma terret oculos. 2. A. 43. Ut si semper decertandum sit, semper novus veniam. Pro Flac. 13. Lege hac recenti ac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. 11. Fam. 21. Sed hanc ipsam recentem novam devoravit. Orat. 89. Ego ex istis novis Atticis, &c. 3. de Na. 39. Quosdam quasi novos et adscriptitios cives in cœlum receptos fuisse. 1. de Orat. 117. et pro Mur. 17. Homo novus. 6. Att. 1. Quod video tibi etiam novum accidisse, tanquam mihi. *Ibid.* Ego, si quid hodie novi cognoro, scies. 2. Fam. 14. Nam jamdiu nihil novi ad nos afferebatur. 11. 28. et 2. de Orat. 13. Nunquidnam, inquam, novi? Br. 2. De Dolabella si quid habes novi, facies me certiorem. 13. Att. 29. Sed in ejus epistola nihil erat novi. Pro M. Scau. Neque hoc a me novum disputatur, sed quæsitum ab aliis est.

Syntaxis. *Novum et inusitatum. Inauditum et novum. Novum et inopinatum. Novum et admirabile. Rerum novarum cupidus. Rebus novis studere. Recens ac novum. Novus et adscriptitius civis. Hoc mihi novum accidit. Nunquidnam novi? Hoc non novum disputatur.*

Nox, ctis, *tenebræ*, νύξ. 2. de Nat. 50. Ipsa enim umbra terræ soli officiens noctem efficit. 2. de Div. 17. Umbra terræ, quæ est meta noctis. 1. Att. 13. Noctes certarum mulierum nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt. 4. 3. Milo media nocte in campum venit. *Ibid.* In comitium Milo de nocte venit. 7. 4. Balbus multa de nocte profectus est ad Cæsarem. 8. 6. et pro Mur. 69. Epistola, quam de nocte daturus eram. 1. de Nat. Deor. 6. Lucem eripere, et quasi noctem quandam rebus offundere. 2. Qu. Fr. 8. Multa nocte veni ad Pompeium. 1. de Div. 57. Concubia nocte. 4. ad Her. 49. Luce noctem, nocte lucem expectatis. 13. Att. 26. Equidem credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus: nihil est enim somni. 4. C. 6. Nunc quidquid est, &c. statuendum vobis ante noctem est. 1. de Fin. 51. Eorum animi noctes atque dies exeduntur. Pro S. R. 6. Scrupulus, qui me dies noctesque stimulat. 1. de Orat. 260. In uno aliquo opere noctes et dies urgeri. Pro Mur. 22. Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas. 2. Qu. Fr. 17. Si de multa nocte vigilassent. *alii*, evigilassent, *legunt*. Con. C. Anton. Superiore nocte cujusdam domum Catilinam et Antonium convenisse. De suo Consul. *Atque animo pendens noctis eventa timebat.*

Adjuncta. *Acerba, acerrima, atque acerbissima, cæca, contractior, hyberna, obscura, serena, fausta, funesta, funesta, ac luctuosa, intempesta, præceps, longa, proxima, luctuosa, media, multa, sempiterna, superior.*

Syntaxis. *Media nocte, de nocte, multa de nocte, multa nocte, nocte concubia, ante noctem. Noctes atque dies opus urgere. Noctem offundere. Noctem efficere. De nocte vigilare.*

Noxia, æ, *culpa, crimen*, αἰτία. 3. de Leg. 11. Quod quis earum rerum migrasset, noxiæ pœna par esto. 2. ad Her. 35. Amicum castigare ob meritam noxiam. *Ibid.* Nam ego amicum hodie meum non castigabo pro commerita noxia. *Ex Plaut.* Hortens. Cæteris in rebus, in quibus peccata non maxima insunt, noxias tamen inferunt. Pro Sext. Rosc. 62. Quod in minimis noxiis et in levioribus peccatis maxime quæritur, id, &c.

Noxius, a, um, *malus*, βλαβερός. 3. de Leg. 6. Nec obediens et noxius civis coerceatur.

NU

Nubecula, æ, νεφέλιον. In Pis. 20. Frontis nubecula.

Nubes, bis, *concretus in aere vapor*, νέφος, νεφέλη. 2. de Nat. 101. Aer concretus in nubem cogitur, humoremque colligens, terram auget imbribus. 2. de Div. 44. Cum illi anhelitus se in nubem induerint. 4. Acad. 70. Qui sub nube solem non ferunt. 2. de Nat. 95. Nubium magnitudo, visque ventorum. In Ar. Opaca et atra nubes. 1. Tusc. 43. Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, venti coguntur. 2. de Div. 44. Conflictu nubium ardorem exprimi. 3. de Nat. 51. Nubium una Centauros genuisse dicitur. Pro Dom. 24. Quæ tu in illis reip. tenebris, cæcisque nubibus et procellis constituisti.

Nubila cœli, σκοτεινά. In Arat.

Syntaxis. *Concretus vapor in nubem cogitur, se in nubem induit. Nubium conflictus. Reip. tenebræ nubesque cæcæ.*

Nubens, tis, γαμιζόμενος. Pro Cl. 14. Mater filiæ nubenti lectum illum genialem stravit.

Nubilis, le, *apta viro*, ἐπίγαμος. Pro Qu. 98. Ipse filiæ nubili dotem conficere non potest. Pro Cl. 11. Is reliquit grandem et nubilem filiam, quæ brevi tempore post mortem patris nupsit A. Melino.

Nubo, bis, *collocor, in matrimonium collocor, conjungor*, γαμίομαι. 1. de Div. 104. Virgo nupsit ei, cui Cæcilia nupta fuerat. 3. de Nat. 59. Venerem Adonidi nupsisse traditum est. *Ibid.* Venus nupsit Vulcano. Pro Cluent. 14. Nubit genero socrus. Pro Cæl. 34. Cui cum ex amplissimo genere in amplissimam familiam nupsisses, cui, &c. Pro Cluent. 188. Mulier in familiæ luctum atque in privignorum funus nupsit.

Syntaxis. *Nubere in amplissimam familiam. Nubere in familiæ luctum.*

Nuceria, æ, *urbs*. 2. cont. Rull. 85. Pro Cor. 28.

Nudatus, a, um, *spoliatus*, γυμνωθείς. 1. de Orat. 172. Antonii divina vis ingenii etiamsi hac scientia juris nudata sit, potest, &c. 10. Fam. 17. Respub. interitu consulum nudata. 2. de Orat. 350. Aliquando te illis integumentis evolutum nudatumque video.

Nudiustertius, *nunc est dies tertius*, πρότριτα. 3. de N. 18. et 4. C. 10. Omnia quæ a te nudiustertius dicta sunt. 5. A. 2. Recordamini qui dies nudiustertius decimus fuerit, &c.

Nudo, as, *spolio*, γυμνόω. Pro Do. 2. Utrum perditos magistratus sceleratorum civium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare vultis? Postq. in Sen. 30. Qui mea pericula non modo suo præsidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt. 4. Tusc. 70. Nudare corpus. Act. 1. Ver. 14. Idem monumenta antiquissima spoliavit, nudavitque omnia. Pro Mil. 66.

Nudus, a, um, ἀνείμων. Pro Flac. 51. Quoniam nudus te delectarat, semper nudum esse voluisti. 7. Att. 13. Urbs nuda præsidio, referta copiis. Ver. 4. 3. Civitas ab omnibus rebus vacua atque nuda. Pro Dom. 58. Respub. nuda a magistratibus. Postq. ad Quir. 16. Nudus a propinquis, nulla cognatione munitus. 9. Att. 12. Mulier nuda decore. Parad. 3. Nuda ista si ponas, judicari, qualia sint, facile non possunt. 2. de Orat. 265. Nudum nuces legere. 1. de Fin. 22. In altera Philosophiæ parte iste vester *Epicurus* plane inermis ac nudus est.

Syntaxis. *Nudatus armis. Evolutus et nudatus integumentis. Nudare aliquem præsidio. Monumenta spoliare et nudare. Urbi nuda præsidio, ab omnibus rebus vacua atque nuda. Nudus a propinquis, nudus decore. In aliqua re inermem ac nudum esse.*

Nugax, cis, *nugator*, εὐρεσίλογος. 8. Fam. 15. Ecquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas commorit, qui tam nugax esset?

Nugæ, arum, *tricæ, ineptiæ*, λῆρος. 2. de Div. 30. Hunccine hominem tantis delectatum esse nugis? Pro Mil. 56. Tum nugarum in eo comitatu nihil. 6. Att. 3. Videaturne aut pietatis esse meæ, fratrem relinquere, aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere. *Ibid.* Meræ nugæ.

Nugator, oris, *nugax*, ἀδολέσχης. Pro Flac. 38. et de Senect. 27. Neque in istum nugatorem tanquam in aliquem testem invehar.

Nugatorie, *inaniter, inepte*, ληρωδῶς, φλυαρωδῶς. 4. ad Her. 49. Non contra tenuiter et nugatorie responsum?

Nugatorius, a, um, *levis, ineptus*, ληρώδης, φλυαρώδης. 11. Fa. 2. Nam illud valde leve est ac nugatorium, ea re, &c. 1. de Nat. 109. Tota res Vellei nugatoria est. Pro Cæc. 64. Ad probandum utraque res infirma nugatoriaque est. Pro S. R. 42. Mala nugatoriaque accusatio. 2. ad Her. 31. Nugatorium argumentationis genus.

Nugiger, a, um, *vanus, ineptus*. 4. Att. 5. Scio te voluisse, et me. Ast nugigeram manum fuisse. *Quidam legunt.* Ast num germanum fuisset?

Nugor, aris, *ludo, jocor*, ληρέω, φλυαρέω. 2. de Div. 30. Democritus non inscite nugatur, ut physicus.

Nulisalo, *oppidum in Gallia*. Pro Font. 9. *aliter*, Nulchalo.

Nullus, a, um, *non ullus, non aliquis*, μηδείς, οὐδείς. Br. 15. Nullum bellum civile fuit in nostra repub. omnium, quæ memoria nostra fuerunt, in quo, &c. 1. Fam. 7. Senatusconsultum nullum extat, quo, &c. 2. Off. 9. Qua nulla pernicies major hominum vitæ potest afferri. 1. 118. Nullæ enim lites neque controversiæ sunt, quæ, &c. 9. Att. 7. Senatorum nullos esse Romæ, nos quoque audieramus. 1. de Nat. 98. Elephanto belluarum nulla prudentior. Pro Mur. 28. Nullo pacto. De Cl. 91. Si tanta virtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in orationibus ejus apparet? 1. de Orat. 38. Remp. quam nunc vix tenemus, jamdiu nullam haberemus. Postq. in Sen. 12. Cum eum præter simulatam versutamque tristitiam nulla res commendaret.

Levis, irritus. 2. de Div. 138. Formæ, quæ nullæ sunt. De Clar. 216. Nulla re una magis Orator commendatur, quam splendore verborum. De Pr. 7. Unum signum Byzantii ex maximo numero nullum habent. 1. de Orat. 107. Dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri. De Cla. 217. Curio memoria fuit nulla. 2. de Leg. 14. Ergo tu Seias leges nullas putas. Pro Dom. 68. Ne illa quidem, quæ nulla esset, esse lex putaretur. 2. Tusc. 13. Nullum id quidem argumentum est. 1. Att. 11. Facere senatusconsultum nullum. 1. de Orat. 50. Oratio aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Qu. de Pet. 21. In petitione autem nisi id agas, nullus petitor esse videaris.

Item pro Non. 11. Att. 22. Philotimus non modo nullus venit, sed ne per litteras quidem aut per nuncium certiorem fecit me. 15. 28. Ad M. Ælium nullus tu quidem domum, *subaudi*, veneris. 7. Fa. 3. Ex eo tempore vir ille summus, nullus imperator fuit. De Sen. 79. Nolite putare me, cum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore. *Ibid.* Eundem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis. 1. Tusc. 11. Miseri ob id ipsum, quia nulli sunt. 2. de Div. 71. Etenim ut sint auspicia, quæ nulla sunt, hæc certe, &c.

Syntaxis. *Nullus hominum. Cæsar nullus adhuc venit. Nullus doctor adest unus. Nulla re una magis delector. Unum ex tot nullum vidi amicum. Nullus petitor, nullus imperator.* id est levis.

Num, *nunquid, an, num, numne*, ἀλλά γε, ἆρα. 1. C. 13. Interrogas me, num in exilium? non jubeo. Ver. 3. 122. Num expectabis, dum L. Metellus &c. 4. Acad. 72. At quis est hic, num Sophistes? 4. Acad. 51. Num censes Ennium dixisse? &c. *Ibid.* 74. Num

ergo is excæcat vos? &c. Pro Dom. 124. Num igitur? &c. 1. de Orat. 37. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ vestigium apparet? *Ibid.* Maxime illud considerandum videtur, num, &c. Pro Deiot. 20. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid nisi moderate? 1. de Nat. 89. Deum ipsum numne vidisti? 11. Fam. 28. Num quidnam, inquam, novi? De Som. 9. Numne aspicis, quæ in templa veneris? 1. de Div. 24. Num imperatorum scientia nihil est?

Numa, æ, *alter a Romulo Romanorum Rex.* 3. de Orat. 195. Numa rex doctissimus. 2. de Leg. 56. Numa rex eodem ritu conditus in eo sepulchro, quod procul ad Fontis aras. 4. Tusc. 3. Numa rex, propter Pythagoreorum admirationem, Pythagoreus a posterioribus existimatus. Pro Sul. 22. Numa rex Romanus peregrinus. 1. de Leg. 4. Numa cum Egeria collocutus. 2. de Orat. 154. Numa Pompilius annis permultis ante fuit, quam Pythagoras. 3. de Nat. 43. Capedunculis iis, quas Numa nobis reliquit. 1. de Orat. 37. Numa Pompilius, eloquentiæ rudis. 2. de Leg. 23. Numæ legibus non multum discrepat constitutio ista religionum. 2. de Leg. 29. A Numa perite instituta intercalandi ratio, posteriorum pontificum negligentia dissoluta.

Numantia, æ, *urbs Hispaniæ.* 4. A. 13. Majores nostri Carthaginem exciderunt, Numantiam everterunt. Pro Leg. Man. 60. Numantia et Carthago ab eodem Scipione deletæ.

Numantinus, a, um. 5. Fam. 12. et de Arusp. 43. Numantini fœderis invidia. Pro Cæcin. 68. Numantini Mancinum sibi deditum non acceperunt. 4. ad Her. 38. Numantini corporis viribus egregii.

Numen, inis, *divina providentia, vis, potestas,* δαιμόνιον, θεῖον. 1. de Nat. 22. Omnes naturæ numini divino parent. 1. de D. 120. Deus, cujus numini parent omnia. 2. de Nat. 95. Esse quoddam numen, vimque deorum. Ver. 4. 107. Multa sæpe prodigia vim Cereris, numenque declarant. 3. A. 32. Magna vis est, magnum numen unum et idem sentientis Senatus. Postq. ad Quir. 24. Vos, qui apud me vim et numen deorum tenetis. *Ibid.* 18. Numen vestrum æque mihi grave et sanctum ac deorum immortalium futurum est. Pro Dom. 149. 141. Numen divinum precibus placare. 4. de Fin. 11. Summi rectoris et domini numen. 1. 41. Horrere divinum numen. 3. 64. Regi numine deorum. Pro Rab. 5. Vos, quorum potestas proxime ad deorum numen accedit. 2. C. 29. Dii immortales, qui non procul, ut quondam, &c. sed hic præsentes suo numine atque auxilio nos defendunt. 13. A. 12. Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse, ut, &c. Pro Dom. 143. Divino *Ciceronem* numine esse reip. redditum. De Provin. 34. Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine. 1. de Div. 21.

Præcipua ingenti coluerunt numine divos.

In Pison. 48. Gabinius numen interdictumque deorum regi vendidit. Pro Mil. 84. Qui nullam vim cœlestem existimat numenve divinum.

Adjunct. *Divinum, magnum, grave, et sanctum, ingens, vetustum, lætum.*

Syntaxis. *Numen divinum. Numen Dei. Numen et vis divina. Vis et numen Dei. Magna vis, magnum numen. Tenere apud aliquem vim deorum et numen. Numen Senatus æque grave et sanctum, ac Dei. Vis cœlestis numenque divinum. Numen divinum precibus placare. Summi rectoris et domini numen. Horrere divinum nomen. Regi Deorum numine. Vestra potestas proxime ad Deorum numen accedit. Dii suo numine et auxilio nos defendunt. Non sine aliquo divino numine.*

Numerandus, a, um, ἀριθμητέος. 2. de Orat. 49. Num etiam pars hæc causarum numeranda est? Par 1. Nunquam ego hæc in bonis rebus numeranda duxi. I. P. 26. Numerandus est ille annus in repub. 2. de Leg. 12. Id est numerandum in bonis.

Numerato, ἀγχίνους, προφάσιστος. 12. Att. 25. Mihi et res, et conditio placet; sed ita, ut numerato malim quam æstimatione.

Numeratus, a, um, ἀριθμηθείς, ἀριθμητός. Pro Cæc. 11. Cum uteretur dote uxoris numerata: *id est, in nummis.* Orat. 31. Thucydides nunquam est numeratus Orator. 5. Fam. 20. Nam numeratum si cuperem, non erat. De Clar. 166. Is in mediocribus Oratoribus numeratus est. *Ibid.* 221. Non acutus Orator, sed tamen Orator numeratus est. 13. Att. 43. Multos nummos domi esse numeratos.

Numero, as, *adnumero, dinumero, numerando percenseo, numero, commetior, metior,* ἀριθμέω. 2. de Orat. 137. Argumenta si ex reis numeres, innumera sunt: si ex rebus, modica. 2. de Leg. 16. Hunc hominem omnino numerare non decet. De Am. 21. Virosque bonos eos, qui habentur, numeremus. 16. Att. 16. Atticus pecuniam numeravit de suo. 7. A. 3. Quos quidem a se primum numerare possunt. 3. Qu. Fratr. 8. Messalam certum Cos. cum Domitio numerasti. In Pis. 88. Numerare stipendium militibus. Ver. 1. 28. Dio H-S. decies centena millia numeravit. Pro Fl. 44. Si prætor dedit, a quæstore numeravit. 14. Att. 20. Jam vel sibi habeat nummos, modo numeret idibus. 2. de Inv. 60. Hanc primam partem numerant. Orat. 79. Hoc quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus. 5. Att. 4. Exponere et numerare pecuniam alicui.

Censeo, judico, existimo, καταλογίομαι, κρίνω. 13. A. 7. Maximum vero ejus beneficium numero, quod hoc animo in rempub. est. I. P. 23. Ego sine eo consilio Consulem numerem? Pro Mur. 49. Sulpitium ac-

custorem suum numerabat, non competitorem. 2. de Fin. 90. Qui voluptatem nullo loco numerant. 7. Att. 1. Me autem uterque numerat suum. 1. de Fi. 31. Numerare aliquid in bonis. 2. Tuscul. 37. Numerare aliquid in onere. 2. Fam. 6. Numerare aliquid in loco mercedis, vel beneficii. 3. de Nat. 40. Singulas enim stellas numeras deos.

Numeror, aris. Par. 1. Sapiens ille Bias (ut opinor) qui numeratur inter septem sapientes. 1. A. 19. Nisi forte, si quid retulit in libellum, id numerabitur in actis Cæsaris. 11. 3. A quo victore si cruciatus absit, mors in beneficii parte numeretur. De Cla. 333. Numerari in multis. *Ibid.* Numerari in vulgo patronorum. *Ibid.* 220. Proximum in optimis numerari. Pro S. R. 16. Is propter me honestissimus inter suos numeratus. 2. de Nat. 68. Diana omnivaga in septem numeratur quasi vagantibus. Ver. 2. 169. Is prope alter Timarchides numeratur. De Cl. 316. Hi tum in Asia Rhetorum principes numerabantur. De Opt. 8. Omnes qui Attici numerantur. *id est, nominantur, appellantur.* 1. Famil. 9. Sapiens, qualem me et esse, et numerari volo. 1. de Div. 72. Ea genera non naturalia, sed artificiosa dicuntur, in quo aruspices, augures, conjectoresque numerantur. 2. de Inv. 1. Crotoniatæ quondam in Italia in primis beati numerabantur. Pro S. R. 37. Hoc maleficium ita raro extitit, ut, si quando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur.

Syntaxis. *In bonis numerari aliquid. Uti numerata dote. Oratorem numerari. Numerare argumenta ex rebus. In loco beneficii,* vel *mercedis numerare. Hoc numero maximum beneficium,* id est, censeo. *Te numero amicum, non hostem. Nullo loco numerare. Te meum numero. Hoc in bonis, in honore numero. Numerari inter. In beneficii parte numerare. In vulgo numerari. Proximum primis numerari. Prope alter Cæsar is numeratur. Omnes qui Attici numerantur. Prodigii simile id numeratur,* id est, habetur.

Numerose, εὐρύθμως, ῥυθμικῶς. De Cl. 34. Sententia aptis constructa verbis cadit plerumque numerose. Orat. 221. Apte, circumscripte, et numerose dicere, vel cadere. *Ibid.* 210. Fundere orationem numerose et volubiliter. 2. de Nat. 22. Tibiæ modulate canentes, et fidiculæ numerose sonantes. Orat. 220. Comprehensio numerose et apte cadens. 3. de Orat. 173. Conjunctionem sicuti versum numerose cadere volumus. Orat. 219. et 199.

Numerosus, a, um, πολυμερής, πολυπληθής. Orat. 220. Numerosa oratio: *id est, similis numerorum, non plane e numeris constans.* 3. de Orat. 183. Id numerosum est in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis æqualibus. Orat. 168. 174. 180.

Syntaxis. *Aptis constricta verbis sententia cadit numerose. Apte, circumscripte, et numerose dicere. Numerose et volubiliter fundere orationem.*

Numerus, ri, *multitudo, summa,* ἀριθμός. De Somn. 3. Hi duo numeri, quorum uterque plenus, alter altera de causa habetur. *id est, septem et octo.* 2. de Orat. 121. Hæc sunt tria numero. Ver. 1. 48. Mille numero navium classis. 2. de Orat. 145. Genera esse definita non solum numero, sed etiam paucitate. 1. de Natu. 106. Speciem Dei percipi cogitatione, non sensu, neque eandem ad numerum permanere. In Vat. 41. Is in eorum numero mavult esse, qui a te vituperantur. Pro Cor. 30. Vidi ego quosdam Athenis in judicum numero, &c. Pro Arch. 31. Isque est eo numero, qui, &c. *Ibid.* 16. Ex hoc esse hunc numero, qui, &c. 1. de Orat. 168. Homo ex numero disertorum. 2. de Div. 3. Cato noster in horum librorum numero ponendus est. In Pis. 35. Ut, si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur. Ver. 5. 124. Ipsi in hostium numero locoque ducemini. 8. Fam. 9. Habere aliquem in numero suorum. 1. de Nat. 36. Habere aliquem in numero deorum. De Amic. 7. Eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent. 3. de Nat. 50. In numero deorum esse. *Ibid.* 48. Illi in deorum numero non habebuntur. 2. cont. Rull. 94. Aliquos in deorum numero venerandos esse. Ver. 3. 210. In illo antiquorum hominum numero reponi. 1. de Inven. 97. Nobis non placet, hanc partem in numero reponi. Qu. de Pet. 4. Prodest, quorum in locum ac numerum pervenire velis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari. 4. de Fin. 56. Quod alia peccata plures, alia pauciores quasi numeros officii præterirent. De Cl. 117. Qui nullo in numero Oratorum fuit. *Ibid.* 94. Quos aliquo video in numero Oratorum fuisse. 3. A. 16. Homo nullo numero. Orat. 208. Esse in aliquo numero. 1. Fam. 9. Esse aliquo numero. 3. de Orat. 211. Esse in nullo numero. 2. de Inv. 151. Quo in numero hoc, et quo in loco illud haberi conveniat. Div. 62. Cum is tibi parentis numero fuisset: *id est, loco.* Ver. 2. 134. Eo numero et loco. 1. de Orat. 115. Quidam in Oratorum numerum venire non possunt. De Cla. 243. Is in aliquem patronorum numerum pervenerat. 2. Off. 43. Filii ejus mortui numerum obtinent jure cæsorum. De Cl. 175. Is aliquem numerum obtinebat. 3. de N. 51. Errantes stellæ numerum deorum obtinebunt. 1. Qu. Fr. 1. 12. Si quem tui amantiorem cognovisti &c. hunc ad tuum numerum adscribito. 2. A. 34. Tu vero adscribe me talem in numerum. 2. de Div. 4. Nostri quoque oratorii libri in eundem numerum referendi sunt. 1. ad Her. 17. Cum dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus. 3. Off. 14. Quod perfectum et absolutum est, ut Stoici dicunt, omnes numeros habet. 1. de Div. 23. Quidquam potest esse casu factum,

quod omnes habet in se numeros veritatis? 2. de Natur. 37. Perfectum expletumque omnibus suis numeris et partibus. 3. de Fin. 24. Continere omnes numeros virtutis. *id est, partes.* 1. Acad. 9. Poema elegans omni numero. Pro Font. 3. Est præterea numerus Romanorum civium. Pro Cluent. 87. Pecunia numero ac summa sua, quanta sit, ostendit. 3. Fam. 3. Numerus militum integer. 8. 8. Quoad is numerus effectus esset. *Ibid.* Si ex eo numero, quos S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non essent qui in eas provincias proficiscerentur, tum &c. 7. 70. In tanto conventu nemo erat, quin rationem numerumque haberet. *Ibid.* Cum maximus numerus deesset, &c. Pro Cl. 74. H-S. XL. millia in singulos judices distributa, eum numerum sententiarum conficere debebant. 2. A. 31. Cur legatorum numerus auctus? Pro M. Fon. Equites numero plurimi e Gallia. De Consol. Mares et fœminas complures ex hominibus in deorum numero esse videmus.

Musica, et oratoria mensura et modus. 4. de Fin. 75. Ut in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes æque incontentæ sunt: sic &c. 4. Acad. 22. Explere numero, et conficere versus, ejus est, qui fidibus utitur. Orat. 162. et 1. de Orat. 151. Non poetico, sed quodam oratorio numero et modo. 2. 182. Numeri et modi. *Ibid.* 185. Aures hominum vocem natura modulantur ipsa! quod fieri non potest, nisi inest numerus in voce. numerus autem in continuatione nullus est: distinctio, et æqualium, et sæpe variorum intervallorum percussio numerum conficit. *Ibid.* Numerum in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus. *Ibid.* Ratio numerorum et modorum. Orat. 67. Quidquid sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu numerus, qui Græce ῥυθμὸς dicitur. *Ibid.* 174. Isocrates verbis solutis numeros primus adjunxit. De Cl. 32. In soluta oratione, dum versum effugias, modum et numerum quendam oportet servari. *Ibid.* Conclusio ad numerum. *Ibid.* 273. Numeri non aperte, nec eodem modo, sed varie et dissimulanter conclusi. 1. de Orat. 254. Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum. 3. 171. Verborum numerus, vocum modus. 1. de Leg. 11. Numerus in cantu. Orat. 191. Iambicus et dactylicus numerus. 3. de Orat. 183. Post anapæstus, procerior quidam numerus, effloruit. 2. 56. Thucydides verborum prope numerum sententiarum numero consequitur. Orat. 228. Hanc sive compositionem, sive perfectionem, sive numerum vocari placet. *Ibid.* 229. Claudere sententias numeris. *Ibid.* 208. Redigere sententias in quadrum numerumque. *Ibid.* 181. Numerus intervallis, compositio vocibus apparet. *Ibid.* 218. Jam Pæan, quod plures habeat syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. *Ibid.* Attici maxime numero serviunt. 1. de Orat. 187. Ut in musicis numeri, et voces, et modi. 3. 50. Et in ipsa oratione quasi quendam numerum et versum conficiunt. Parad. 5. Histrio si paulo se moveat extra numerum, exsibilatur et exploditur. 1. de Leg. 11. Roscius in senectute numeros, et cantus remiserat, et tardiores fecerat tibias. Oecon. 1. Ubi chorus canentium non certis modis, neque numeris, præeuntis magistri consensu. *Ibid.* At ubi certis numeris ac pedibus, velut facta conspiratione, consensit atque concinuit, &c.

Copia, vis. Pro Planc. 64. Magnus numerus frumenti. Ver. 2. 176. Mellis vis maxima. 3. 108. Tantus frumenti pecuniæque numerus. 2. A. 66. Maximus vini numerus fuit.

Adjuncta. *Absolutus, perfectusque, accommodatior, accommodatissimus, aptissimus, difficilior, communis, dissimilis, frequens, grandior, invidiosus, longior, melior, atque aptior, minutus, nobilissimus, amplissimus, oratorius, poeticus, vitiosus, astrictus, et solutus, dispar, procerior, liber, æquus, aptus, certus, maximus, novus, exiguus, par, impar, innumerabilis, ingens, integer, legitimus, magnus, major, plenus, verus.*

Syntaxis. *Tria numero. Mille numero navium classis. Numero definire, et paucitate. Esse numero, in numero, ex numero sapientum. Putare in numero hostium. In hostium numero locoque. Reponi in numero. Homo nullo, vel aliquo numero. Esse in nullo numero. Parentis esse numero. Eo te habeo numero et loco. In numerum oratorum venire, pervenire. Numerum obtinere civium. Aliquem obtinere numerum. Adscribere ad suum numerum. Referre in numerum. Res omnes habens numeros. Hoc in se numeros veritatis non habet. Expletum suis numeris et partibus. Omni numero elegans. Modus et numerus in soluta oratione. Compositio, perfectio, numerus. In quadrum, numerumque sententias redigere. Movere se extra numerum. Fides contentæ numeris. Explere numeros et conficere versus. Numeri et modi Poetici. Verbis solutis numeros adjungere. Numerum et modum servare. Concludere ad numerum. Adstringi certa quadam numerorum moderatione. Claudere sententias numeris. Servire numero. Numeros remittere. Numerus frumenti, vini, mellis, pecuniæ, id est,* copia.

Numidicus, a, um. Ver. 4. 147. Metellus Numidicus.

Nummarius, a, um, *ad nummos pertinens,* χρηματιστικός, χρηματικός. 10. Att. 13. De ratione nummaria. Ver. 3. 131. Judicium nummarium. Pro Cl. 75. Nummarii judices. Ver. 2. 69. Esse in summa difficultate nummaria. 3. Off. 80. Prætores et tribuni plebis rem nummariam de communi sententia constituerunt.

Nummatio, onis, *nummorum copia et vis,*

πολύχρηματία. 2. A. 115. Confer ea cum nummatione tua. *aliter*, nundinatione.

Nummatus, a, um, *peculiatus, nummis abundans*, πολυχρήματος, εὐχρήματος. 2. con. Rullum 58. Hyempsal non minus bene nummatus, quam bene capillatus.

Nummius, *viri nomen*. 2. de Orat. 257. Etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum convertas, quamobrem ita quis vocetur, ut ego nuper, Nummium divisorem, ut Neoptolemum ad Trojam, sic illum in campo Martio nomen invenisse.

Nummulus, li, *exigua pecunia*, τὸ νόμισμα, κερμάτιον, ου. 1. Att. 13. Nummulis acceptis. *Ibid.* 19. Si a Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris.

Nummus, mi, vel Numus, *denarius, sestertius, pecunia*, νόμισμα. 2. de Inv. 14. Quidam proficiscens ad mercatum, et secum aliquantum nummorum ferens. 14. Att. 20. Dolabella sibi habeat nummos, modo numeret Idibus. Pro Fl. 44. Civitas, in qua nummus moveri nullus potest sine quinque prætoribus. Pro Font. 1. Nummus in Gallia nullus sine civium Romanorum tabulis commovetur. 8. Att. 9. Respondit se, quod in nummis haberet, nescire quo loci esset: nam, &c. 5. Fa. 6. Emi eam ipsam domum millibus nummum XXXV. 13. 77. Dionysius, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, aufugit. 3. A. 16. Qui nummos populo de rostris spargere solebat. 12. 20. Cum Aquilæ primi pili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit. 13. Fa. 14. Ut libertus negotium conficiat, ad nummosque perveniat. 5. Att. 14. Adventus noster ne nummo quidem sumtui fuit. *aliter*, ne minimo. 2. de Fin. 55. Ex qua hæreditate ne nummum quidem unum attigisset, si, &c. Ver. 3. 196. Pro Cl. 87. 5. Att. 21. Assident, subducunt ad nummum, convenit. 6. 1. Pompeius putat vos nummos comedisse. 3. Off. 80. Prætores et tribuni plebis rem nummariam de communi sententia constituerunt: jactabatur enim temporibus illis nummus, sic ut nemo posset scire, quid haberet. *Ibid.* 91. Accipere nummos adulterinos pro bonis, et eosdem solvere alicui pro bonis.

Syntaxis. *Judicium nummarium, nummarii judices, ratio nummaria. Constituere rem nummariam. Esse in summa difficultate nummaria. Homo bene nummatus. Aliquantum nummorum secum ferre. Quod in nummis habeo. Emere aliquid millibus nummum. Spargere nummos populo. Dare nummos. Ad nummos pervenire. Subducere ad nummum. Comedere nummos. Accipere, et solvere nummos. Jactatur nummus, id est*, ratio nummaria non est constituta.

Nunc, *hoc tempore, in præsentia, hodie, per hæc tempora*, νῦν, νυνί. 5. Fam. 20. 7. A. 14. Sed erat tunc excusatio oppressis; nunc nulla est. 7. Att. 6. Nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Pro Qu. R. 24. Dic nunc, te ab eo esse circumscriptum. Pro S. R. 118. Etenim quoniam fidem magistri cognostis, cognoscite nunc discipuli æquitatem. 1. Fam. 9. Nunc ut appelles, &c. 3. Tusc. 2. Nunc autem, &c. De Cl. 250. Vidi nuper, et nunc videbam de eadem re.

Nunc vero, ἐνταῦθα. 1. de In. Nunc vero ea vis est in homine, ut, &c. 2. de Orat. Nunc vero fateris, &c. Ver. 5. 126.

Nunquam, *nullo tempore, non post hominum memoriam, non ex omnium seculorum memoria*, μήποτε, μηδέποτε, οὐδέποτε. 7. Att. 1. Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. 2. A. 38. Tu nunquam in hoc ordine, vel potius nunquam in hac urbe mansisses.

Nunquando. *Lege*, Vexillum.

Nunquid, *an, ne, num, ecquid*, ἄλλο τι. Pro Dom. 124. Nunquid igitur bona Lentuli religionibus religavit? 2. de Div. 9. Nunquid ergo in iis rebus est, quæ, &c. 2. de Leg. 5. Nunquid vos duas habetis patrias? an, &c.

Nunquidnam, μὴ οὖν τι, πότερόν τι. Part. 27. Nunquidnam de Oratore ipso restat? 1. de N. 87. Quid? Solis nunquidnam, aut lunæ, aut quinque errantium siderum simile vidisti? 1. de Fin. 39. Nunquidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta nunc est, desiderat?

Nunquis, ἆρα μή, τίς. 13. Att. 8. Velim quæras, fundus nunquis in Nolano venalis sit. 3. cont. Rull. 17. Nunquis vestrum ad vim accommodatus est. 2. Qu. Fr. 2. Me adhuc nemo rogavit, nunquid in Sardiniam vellem. *Ibid.* Te puto sæpe habere, qui, nunquid Romæ velis, quærant.

Nuncia, æ, ἀγγελιῶτις. 2. de Orat. 36. Historia nuncia vetustatis. 1. de L. 2.

Nuncia fulva Jovis miranda visa figura. Id est, *aliqua*.

Nuncians, tis, διαγγέλλων. I. P. 45. Senatus hujus unius litteris nunciantibus non credidit, postulantibus denegavit.

Nunciatio, onis, *renunciatio*, ἀγγελία, τὸ ἄγγελμα. 2. A. 81. Nos enim nunciationem solum habemus, consules etiam inspectionem. 5. 9. Cum eo collega tulit, quem ipse fecit sua nunciatione vitiosum.

Nunciatur. Ver. 5. 40. Cum esset hoc incommodo nunciatum.

Nuncio, as, *renuncio*, ἀγγέλλω, παραγγέλλω. 4. Acad. 79. Ne sensus quidem vera nunciant. Pro Cluen. 28. Atque hunc tantum mœrorem matri prius hominum rumor, quam quisquam ex Oppianici familia nunciavit, &c. 1. A. 8. Qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quo faciant id, quod nunciant, lætius.

Nuncior, aris. 1. de Glor. In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorii sibili.

Nuncius, cii, *autor*, ἀγγελιαφόρος, ἄγγελος. 11. Att. 22. Philotimus non modo nullus

venit, sed ne per litteras quidem, aut per nuncium certiorem fecit me, quid egerit. 2. Fa. 4. Domesticarum rerum tuarum habes et scriptores et nuncios. Brut. 10. Cæsarem quidam improbissimis litteris ac fallacibus interpretibus nunciisque corruperunt. Pro Quin. 80. Qui ejusmodi nuncios, seu potius Pegasos habet. 2. de Nat. 140. Sensus interpretes ac nuncii rerum. Top. 19. Remittere nuncium. 15. Fa. 16. Jam biennium est, cum virtuti nuncium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. 1. Qu. Fr. 1. 1. Etsi non dubitabam, quin hanc epistolam multi nuncii fama denique ipsa esset sua celeritate superatura: tamen existimavi, &c. Pro Lig. 7. A Cæsare, hoc ipso C. Pansa mihi nuncium perferente, concessos fasces laureatos tenui. Pro Pom. 7. Is qui una die, uno nuncio, atque una litterarum significatione cives Romanos necandos trucidandosque denotavit. 14. A. 20. Meis litteris, meis nunciis, meisque cohortationibus omnibus omnes ad patriæ præsidium excitavi.

Mandatum, *imperium*. 12. Fa. 24. Nisi legatorum nuncio pareat.

Rumor, *auditio*, *res allata*, *narrata*. 14. A. 16. Optatissimi nuncii et litteræ venerunt. 3. Att. 13. In Epirum igitur non ivi, quod subiti mihi adversi nuncii venerant. 2. 8. Duo nuncii afferuntur: unus, &c. 1. de Orat. 175. De cujus morte domum falsus ab exercitu nuncius venit. 3. Att. 17. De Quint. fratre nuncii nobis tristes nec varii venerant. 5. 20. Cum graves de Parthis nuncii venirent, perrexit in Ciliciam. Pro Cor. 64. Nolite, per deos immortales, hunc illi acerbum nuncium velle deferri, ut audiat, &c. 7. Att. 3. 3. 11. Quidam boni nuncii me Thessalonicæ tenebant. Pro S. R. 19. Exoptatum nuncium alicui afferre. 2. Fa. 19. Cum optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. Ad Br. 1. Tristes de Bruto nuncii afferebantur. 2. con. Rul. 82. At ex hoc vectigali nunquam malus nuncius auditus est.

Divortii ratione ac repudii. 1. de Orat. 183. *Ibid*. 238. Remittere nuncium superiori uxori: *id est*, *repudiare uxorem*, *divortium cum uxore facere*.

Adjuncta. *Acerbus*, *bonus*, *subitus*, *tristis*, *varius*, *certior*, *domesticus*, *fallax*, *falsus*.)(. *verus*, *gravis*, *repentinus*, *jucundissimus*, *malus*, *optatissimus*, *quotidianus*, *recens*, *volucer*.

Syntaxis. *Certiorem aliquem facere per nuncios*. *Habere scriptores et nuncios domesticarum rerum*. *Fallacibus nunciis corrumpere aliquem*. *Sensus interpretes ac nuncii rerum*. *Remittere nuncium*. *Remittere nuncium uxori*, *id est*, divortium facere. *Parere nuncio*. *Optatissimi nuncii venerunt*. *Duo nuncii afferuntur*. *Falsus de tua morte nuncius venit*. *Acerbum nuncium alicui deferre*, *exoptatum afferre*, *optatissimum accipere*, *malum auditum esse*.

Nuncupatus, a, um, *appellatus*, *dictus*, ὀνομασθείς. 1. de N. 38. Res utiles vocabulis deorum esse nuncupatas. 3. Off. 65. Ea vitia præstari, quæ essent lingua nuncupata.

Nuncupo, as, *appello*, *nomino*, προσφωνῶ, ὀνομάζω. 2. de N. 71. Nuncupare aliquem aliquo nomine. *Ibid*. 60. Itaque illud nomine ipsius Dei nuncupabant. 1. de Orat. 245. Ut totum illud, uti lingua nuncuparet, in magistri carmine scriptum videretur. Ver. 5. 34. et 3. A. 11. Nuncupare vota pro imperio.

Nuncupor, aris. 3. de Orat. 153. Neque illud fugerim dicere, aut effari, aut nuncupari, &c.

Nundinæ, arum, *mercatus*, παντοπωλεῖον. 2. cont. Rul. 88. Illi Capuam nundinas rusticorum, horreum Campani agri esse voluerunt. 2. A. 35. Cujus domus quæstuosissima est falsorum chirographorum officina; agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitiosissimæ nundinæ. 1. Att. 11. Nundinarum πανήγυρις in circo Flaminio. 4. 15. Negotia multarum nundinarum. 2. A. 92. Imperium populi Romani hujus domesticis nundinis diminutum. 5. A. 11. In interiore ædium parte totius Reip. nundinæ.

Nundinatio, onis, *mercatura*, ἐμπολή, ἀγόρασις. 1. con. Rull. 9. Ver. 1. 120. et 5. 10. Nundinatio juris. 2. A. 115. Confer ea cum nundinatione tua. *quædam exemplaria habent*, nummatione.

Nundinor, aris, *mercor*, *emo*, *cauponor*, ἀγοράζω. Ver. 1. 119. Qui ab isto jus ad utilitatem suam nundinarentur. 2. 122. Ab isto et præco, qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est: et pueri annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt. 3. A. 10. Una in domo omnes, quorum intererat, totum imperium Reip. nundinabantur. 2. de Div. 66. In Selonio angues apud focum nundinari solent.

Nundinum. Pro Dom. 41. Si, quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum &c. *Ibid*. 45. Quarta sit accusatio trinum nundinum prodita die, qua die judicium sit futurum.

Nuper, *paucis ante diebus*, *annis*, *seculis*, *horis*, ἄρτι, ἀρτίως. Ver. 4. 6. Nuper, quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante. 1. Acad. 1. In Cumano nuper cum mecum Atticus noster esset, &c. 1. Att. 2. Nuper cum te jam adventare arbitraremur, &c. Div. 64. Nuper cum, &c. 1. de Orat. 85. In quibus erat is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus hospes meus. *Ibid*. 238. Causa, quæ abs te nuper dicta est. 1. de Inv. 24. Aut ab adversarii dicto exordiemur, et ab eo maxime, quod ille nuperrime dixerit. 3. Off. 112. Qui nuper indulgens in patrem, idem severus in filium. De Cl. 250. Vidi enim Mitylenis nuper virum, &c. 2. de Nat. 126. Quid ea, quæ nuper, id est, paucis ante seculis medicorum ingeniis reperta sunt? 1. de D. 86. Neque ante Phi-

losophiam patefactam, quæ nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit. De Ar. 31. Nuper id patuisse dicunt. 14. Att. 7. Nunc magnopere a te peto, de quo sum nuper tecum locutus, ut videas, ne quid ei desit.

Nuper, a, um, *recens*. 2. de Finib. 14. Quanquam hæc inter nos nupera notitia admodum est, &c. *Alii leg.* Nuper.

Nuptiæ, arum, *matrimonium, nuptiarum et matrimonii dies*, γάμος. Pro Clu. 12. Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ. *Ibid.* 35. Nuptiæ non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. 3. de Nat. 45. Nisi forte maritimæ nuptiæ terrenis anteponantur. 13. Att. 29. Mulier vetula sane, et multarum nuptiarum. 3. de Orat. 217. Innuptæ nuptiæ. *id est, contra jus fasque conjunctæ. Lege*, Innuptus.

Adjuncta. *Diuturnæ, nefariæ, plenæ dignitatis, plenæ concordiæ, legitimæ, maritimæ, terrenæ, novæ.*

Nuptialis, le, γαμήλιος, γαμικός. Pro Cl. 15. Faces illæ nuptiales. *Ibid.* 28. Dona nuptialia. 4. ad Her. 45. Nuptiales tibiæ.

Nupturus, a, um. 8. Fam. 7. Paula Valeria divortium sine causa fecit, nuptura est D. Bruto.

Nupta, *collocata*, γαμήτας. Pro Sest. 6. et 5. de Fin. 82. Nupta filia. Ver. 5. 34. Mulier nupta uni, proposita omnibus. 1. de In. 52. Illa est nupta quam optimo viro. 5. Tusc. 78. Singulis Indis plures solent esse nuptæ: *id est, uxores.* Pro Cæl. 49. Non nupta mulier. 15. Fam. 3. Regis Parthorum filius, quocum esset nupta regis Armeniorum soror &c. Ver. 4. 136. Viri, cum quibus nuptæ erant. Top. 20. Cum mulier fuisset nupta cum eo, cui connubii jus non esset. 4. Fam. 6. Aliquam adolescentibus primariis nuptam fuisse.

Nursinus, a, um, *a Nursia antiqua urbe in Umbria.* 2. de Fin. 58. C. Plotius Nursinus.

Nurus, us, *filii uxor*, νυός. 2. A. 58. Rejecta mater amicam impuri filii, tanquam nurum, sequebatur.

Nusquam, *nullo in loco*, μηδαμοῦ.)(. *usquam, uspiam.* 7. Att. 2. Nullus usquam dejectus, noster dux nusquam est. 2. Fam. 17. Commoraturum me nusquam sane arbitror. 1. Tus. 11. Ego vero nusquam esse illos existimo. 1. de Leg. 42. Sive est illa lex scripta uspiam, sive nusquam. De Sen. 79. Nolite arbitrari, me, cum a vobis discessero, nusquam, aut nullum fore.

Nunquam. 2. ad Her. 3. Ut nusquam ventum, aut abitum sine causa putetur.

Nulla in re. 3. Qu. Fr. 1. Sumptus nusquam melius potest poni.

Non. Pro Planc. 59. Quia jam nusquam sunt. *id est, mortui.*

Nuto, as, *vacillo*, νεύω. Ver. 4. 95. Illud signum interea nutabat, cum vectibus subjectis conarentur commovere. 1. de Nat. 121. Democritus nutare videtur in natura deorum. 2. de Fin. 8.

Nutricor, aris, *nutrio*, ἀνατρέφω. 2. de N. 86. Mundus omnia, sicut membra et partes suas, nutricatur et continet.

Nutricula, læ, τιθηνήτειρα. In Vat. 4. Gellius nutricula seditiosorum omnium. 11. A. 12. Ut haberent aliquorum nutriculas prædiorum.

Nutrimentum, ti, *cibus, alimentum*, τιθήνησις, σιτισμός. Orat. 42. Educata hujus nutrimentis eloquentia est. *id est, Epidictici generis.*

Nutrix, cis, *alumna*, θρέπτειρα. 2. de Orat. 162. Omnia mansa, ut aiunt, nutrices pueris infantibus in os inserere. Orat. 37. Est enim illa quasi nutrix ejus Oratoris, quem, &c. 3. Tusc. 2. Ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. De Am. 76. Isto enim modo nutrices et pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiæ postulabunt. 1. de Div. 79.

Nutus, us, *nisus, vis*, τὸ νεῦμα. 2. de N. 98. Terra undique ipsa in sese nutibus suis conglobata. 3. de Orat. 176. Terram mediam sua vi nutuque teneri. 1. Tusc. 40. Gravia suopte nutu et suo pondere in terram feruntur.

Gravior significatio, voluntas. 13. Fam. 1. Nec dubitant, quin ego a te nutu hoc consequi possem. 12. 1. Interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. 3. 10. Totumque me ad ejus viri voluntatem nutumque converterem. Orat. 24. Ad alicujus arbitrium et nutum totum se fingere et accommodare. Pro Quint. 94. Contra nutum ditionemque alicujus respirare 7. A. 18. Illi ad nutum parati sunt futuri. 1. Qu. Fr. 1. 18. Tot civitates unius hominis nutum intuentur. De Arusp. 60. Bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus jam non erit. 3. C. 21. Hæc deorum immortalium nutu atque consilio gesta esse videntur. Ver. 2. 67. Nulla res nisi ad nutum istius judicatur. 2. cont. Rull. 97. Omnes pecunias ad nutum vestrum penderent. Ver. 5. 34. Jura omnia nutu atque arbitrio alicujus gubernari. 1. de Orat. 194. Autoritate nutuque legum docemur coercere cupiditates. Pro S. R. 131. Jovis nutu et arbitrio omnia regi. 7. Att. 8. An mihi nutus tuus non faceret fidem? 1. de Orat. 38. Tiberius Sempronius non accurata quadam orationis copia, sed nutu atque verbo libertinos in urbanas tribus transtulit. Parad. 5. Nutum observare. 14. Att. 10. Tune contra Cæsaris nutum? Ver. 1. 78. Nisi ad nutum tuum præsto fuerit.

Syntaxis. *Terram sua vi nutuque teneri. Gravia suo nutu et pondere in terram ferri. Intueri nutum alterius. Convertere se totum ad voluntatem nutumque alterius. Ad alicujus arbitrium et nutum fingere se et accommodare. Ad nutum paratus. Bonorum animus ad nutum Senatus expeditus. Deorum immortalium nutu atque consilio gerere aliquid. Judi-*

care ad nutum alterius. Jura omnia nutu atque arbitrio alicujus gubernari. Auctoritate nutuque legum. Jovis nutu et arbitrio. Nutu atque verbo facere aliquid. Ad nutum alterius præsto esse.

Nux, cis, ἡ καρύα, τὸ κάρυον. 2. de Orat. 266. Nucem frangere. *Ibid.* 265. Nudum nuces legere. Incer. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum.

NY

Nympha, æ, ἡ νύμφη. 3. de Natu. 43. Nymphæ deæ, et Panisci, et Satyri. Pro Mil. 74. Par. 4. Ædes Nympharum.

Nympho, onis. Ver. 3. 53. Nympho est Centuripinus homo, navus et industrius, experientissimus et diligentissimus arator. *Ibid.* Fecit (*Verres*) ut Decumanus Nymphonem vocaret, &c. *Ibid.* 54. Nympho cum se vellet æquo judicio defendere, &c. *Ibid.* Nympho antequam plante constitit, condemnatur.

Nymphodorus, *Centuripinus arator.* Ver. 3. 57.

Nysæus, a, um. Epist. lib. 13. ep. 64. Nysæos, quos Nero in primis habet necessarios, diligentissimeque tuetur ac defendit, habeas tibi commendatissimos.

Nysius, sii. L. Bacchus.

Nysus, Bacchi pater. 3. de Nat. 58.

DE LITERA O.

O *Litera vocalissima Latinorum.*

Vocandi adverbium. 2. C. 15. Est mihi tanti, o Quirites, &c. 10. Fam. 26. O mi Furni, quam tu causam tuam non nosti! In Piso. 17. O noster misericors quid facis? De Aru. 15. Vobis autem referentibus, o post hominum memoriam fortissimi consules, Senatus decrevit, &c. In Ant. O C. Cæsar (adolescentem appello) quam tu, &c.

Dolentis interjectio. Pro Sest. 19. Alter, o dii boni, quam teter incedebat! 3. Qu. Fr. 1. Hic, o dii! nihil unquam honorificentius nobis accidit. 12. Fa. 23. O multa intolerabilia locis omnibus! Pro S. R. 77. O dii immortales! rem miseram et calamitosam! 14. Fa. 4. O me perditum! o me afflictum! 6. Att. 4. O rem totam odiosam! 15. 1. O factum male de Alexione! 5. Tuscu. 19. Nam quid profitetur? o dii boni! Pro Cæl. 53. O immoderata mulier! Ver. 3. 76. O consuetudo peccandi! quantum habes, &c. 3. A. 26. O felicem utrumque!

Gaudentis. 4. Att. 16. O expectatas mihi tuas litteras! 15. 10. O Bruti amanter scriptas litteras!

OB

Ob, *propter, ratione finis,* διά, πρός, ἐπί. 3. de Nat. 50. Ob eam enim ipsam causam Erichtheus Athenis colitur. 3. Tusc. 52. Omnia subita videri majora, et quidem ob duas causas, primum, quod, &c. deinde, &c. Pro Fon. 17. Ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid agere. 8. Fa. 12. Ut scires, &c. ob eam rem tibi hæc scripsi. De Fat. 23. Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quod veritus est, ne, &c.

Ratione efficientiæ, occasionis. 5. A. 29. Sunt alia, ob quæ magis nunquam parebit, &c. Pro Mur. 18. Dii pœnas a te ob aliquod delictum expetiverunt.

Ante. Pro Ra. P. 38. Mors ob oculos mihi sæpe versata est. Pro Sest. 47. Mihi exilium ob oculos versabatur. De Un. 41. Ignis, qui est ob os offusus. 3. Tuscul. 39. Cujus ob os Graii ora obvertebant sua.

Obambulatio, onis, *inambulatio,* περιπάτησις. 3. ad Her. 31. Frequentia et obambulatio hominum conturbat et infirmat imaginum notas.

Obbibo, bis, *bibo, haurio,* καταπίνω. 1. Tusc. 96. Cum venenum obbibisset, &c.

Obcæcatus, a, um, ἐκτετυφλωμένος. 15. Fa. 1. Non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus recusavi.

Obcæco, as, *occæco, obscuro.* 2. de Orat. 329. Narratio obscura totam obcæcat orationem.

Obcæcor, aris. 3. ad Her. 32. Ne obcæcentur tenebris imagines.

Obdormio, is, *dormio,* καθυπνόομαι. 1. Tusc. 92. Endymion nescio quando in Latmo obdormivit. nondum, opinor, experrectus est.

Obdormisco, is, *obdormio,* καταδαρθάνω. *Ibid.* 17. Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere?

Obduco, is, *obnubo, obstruo, obtego,* περιπέττω. 9. Fa. 2. Consuetudo diuturna callum jam obduxit stomacho meo. 2. Tusc. 36. Labor callum obduxit dolori. 4. Ac. 16. Obducere tenebras rebus clarissimis. 3. Tusc. 53.

Protraho. 16. Att. 6. Itaque obduxi posterum diem.

Oppono. 1. 1. Ut mihi videatur non esse ἀδύνατον, Curium obducere.

Obducor, eris, *operior.* 2. de N. 120. Trunci libro aut cortice obducuntur, quo sint a caloribus et frigoribus tutiores. 3. de Orat. 217. et 2. de Leg. 56. Redditur terræ corpus, quod ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur.

Obductio, onis, περικάλυψις, περιβολή. Pro Rab. 16. Obductio capitis absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. *Muretus legit,* obnuptio.

Obductus, a, um, *opertus,* κεκαλυμμένος, περιβεβλημένος. 3. cont. Rul. 4. Ne refricare obductam jam Reip. cicatricem videret. 2. de N. 121. Animantes quasdam squama videmus obductas. Pro Sest. 22. Quæ obstructio neç diuturna est, nec obducta ita, ut cu-

riosis oculis perspici non possit. 2. de Leg. 63. Quam cum proximi injecerant, obductaque terra erat, frugibus obscrebatur.

Syntaxis. *Consuetudo obducit callum stomacho, labor dolori. Obducere tenebras rebus. Obduci cortice, vel alio operimento. Obductam reip. cicatricem refricare.*

Obduratur, *æquo animo fertur*. 12. Att. 3. Quare obduretur hoc triduum.

Obduresco, is, *callum obduco*, καταςκληρύνομαι. 13. Att. 2. Sed jam ad ista obduruimus, et humanitatem omnem exuimus. 10. 10. Nam ipse obdurui. 16. Nisi diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem novum. 12. 18. Equidem sic jam obdurui, ut &c. 5. 15. Alii nescio quo pacto obduruerunt. Ad Brut. 18. Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi. 3. Tusc. 67. Obduruisse sese contra fortunam arbitrantur. Ver. 5. 34. Cum in ejusmodi patientia turpitudinis aliena, non sua satietate obduruisset. 2. A. 108. Atque his quidem inveteratis consuetudine obduruimus. Pro Mil. 77. Sed nescio quomodo usu obduruerat et percalluerat civitatis incredibilis patientia.

Syntaxis. *Obdurescere ad labores, ærumnas. Desperatione animus obduruit ad dolorem, contra dolorem. Patientia mea jam obduruit, et percalluit usu*

Obduro, as, *perfero, tolero*, σκληρόω. 3. de Fin. 37. Aut quis contra studia naturæ tam vehementer obduravit? *aliter*, obduruit.

Obediens, tis, *obsequens*, εἴκων. 2. Off. 18. Appetitiones, quas Græci ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. I. P. 84. Quæ natio semper obediens huic imperio fuit. 2. de Nat. 77. Nulli naturæ est obediens, aut subjectus Deus. 1. Off. 132. Appetitum rationi obedientem præbeamus. 25. Homo naturæ obediens homini nocere non potest. De Univ. 19. Deus autem et ortu et virtute antiquiorem genuit animum, eumque ut dominum, atque imperantem, obedienti præfecit corpori.

Obedientia, æ, *obtemperatio*, εὐπείθεια. 1. Off. 102. Appetitus relinquunt, et abjiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subjecti lege naturæ. Para. 5. Servitus est sicut obedientia fracti animi et abjecti, et arbitrio carentis suo.

Obedio, is, *pareo, audio, ausculto, obtempero, obsecundo, ad nutum paratus sum, obediens sum, dicto pareo, dicto audiens sum*, εἴκω, ἐπακούω. 5. Tusc. 36. Sapiens parebit et obediet præcepto illi veteri, &c. 1. de Nat. 19. Obedire et parere voluntati Dei. 3. de Leg. 5. Neque solum ut obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque, præscribimus. De Cl. 242. Plurimum in hac urbe pollet obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo servire. Pro Cæc. 52. Si servi nostri ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent.

Obeo, is, *peragro, lustro*, ἐφοδεύω. 5. de Fin. 87. Cur ipse Pythagoras et Ægyptum lustravit, et Persarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? De Somn. 3. Cum obierit legatus Ægyptum et Syriam. 7. Fam. 1. Ut nostras villas obire, et mecum lecticula concursare possis. 3. C. 25. Tantum restitisse urbis, quantum flamma obire non potuisset. 1. de Orat. 249. Cui nostrum non licet fundos suos obire? aut res rusticas invisere? 2. contra Rul. 34. Obire omnes provincias. Pro Cæl. 18. Quo facilius et nostras obire domos, et ipse a suis coli posset. Div. 6. Ego Siciliam totam quinquaginta diebus obii.

Perago, ago, tracto. Pro Ar. 13. Quantum cæteris ad res suas obeundas conceditur temporis. Pro Pomp. 34. Obire negotia. 15. Att. 7. Servus videtur obiisse legationem. Pro Pomp. 53. Cum neque privatam rem maritimam, neque publicam jam obire possemus. Quint. de Pet. 37. Qui tantum modo reciperet, quantum videret se obire posse. *Ibid.* 27. Sic homines cum obeunt plures competitores, &c. 1. Att. 3. Obieris Qu. Fra. comitia. 13. 14. Obire auctionis diem facile poteris. De Ami. 7. Eoque magis, quod his proximis Nonis, cum in hortos D. Bruti auguris, commentandi causa, ut assolet, venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem, et illud munus solitus esses obire. 10. Fa. 25. Annum petitionis suæ non obierunt. 1. Tusc. 109. Multa mihi ipsi ad mortem tam tempestiva fuerunt, quæ utinam potuissem obire. 1. Att. 16. Id enim etsi erat deliberationis, tamen obire non potuit. *id est, mare transire*. 1. de Orat. 173. Judicia privata magnarum rerum obire. 3. 20. Antonius diem edicti obire neglexit. 2. de Leg. 19. Nec ulla officiorum sacra obeunto. 4. Acad. 5. P. autem Africani historiæ loquuntur in legatione illa nobili, quam ante Censuram obiit, Panætium unum omnino comitem fuisse.

Adeo. In Arat.

——Obit infera Perseus
In loca.

Pro Mur. 20. Is Asiam sic obiit, ut, &c.

Persequor, enumero. Ver. 2. 125. Nolite expectare, dum omnes obeam oratione mea civitates.

Occumbo, morior. Pro Cluent. 48. Omnibus obeunda mors est. 9. A. 2. Sulpitius in legatione mortem obiit. 5. 48. Alexander tertio et trigesimo anno mortem obiit.

Deligo. Pro Mil. 27. Obire facinoris locum tempusque.

Obeundi, πρακτέος. 9. A. 2. Servius in ipsa meditatione obeundi sui muneris excessit e vita. 1. C. 26. Jacere humi ad facinus obeundum.

Syntaxis. *Obire provinciam, negotia, labores, munus, judicia, legationem, mortem. Obire res suas. Obire facinus. Facinoris locum tempusque obire. Omnes civitates oratione obi-*

re. *Officiorum sacra obire. Obire et concursare villas n.as. Multas regiones pedibus obire. Tantum recipe, quantum obire possis.*

Obfirmatus, a, um, *pertinax*, ἀπεστηριγμένος. 1. Att. 9. Obfirmatus in iracundia.

Objecto, as, *objicio*, προσονειδίζω. Pro Dom. 76. Objectare probrum alicui. Pro Planc. 76. Mihi lacrymulam Cispiani judicii objectas.

Objectus, a, um, *oppositus*, προβεβλημένος. 4. Acad. 48. Ut si qui tremerent objecta terribili re. 1. Fin. 47. Objecta specie voluptatis. 1. Fin. 47. Cum nulla res objecta impediet, quo minus percipiat quale quidque sit. 6. A. 3. Hodie, nescio qua eis objecta re, remissior Senatus fuit. Postquam in Sen. 31. Quibus ego rebus objectus, cum viderem, &c. mecum reputavi, &c. 4. Acad. 38. Non potest animal objectam rem perspicuam non approbare. Pro Dom. 93. De objectis non confiteri. Pro Cluent. 113. Crimen objectum alicui, et in aliquem. Pro Font. 3. Propugnaculum hostibus oppositum et objectum. 6. Fa. 4. Objectus ad omnes casus subitorum periculorum. 1. Tusc. 111. Objectus fortunæ. 1. de Div. 30. Sed signo objecto monuit Crassum, quid eventurum esset, nisi caveret. 8. de Leg. 30. Cum Lucullo objecta esset magnificentia villæ Tusculanæ. 4. Acad. 49. Si tale visum objectum est a Deo dormienti. Ad Brut. 18. Qui splendore falsi honoris objecto, aciem boni ingenii perstringunt. 2. Off. 37. Cumque his ampla et honesta res objecta est, totos ad se convertit et rapit. Pro Cæci. 5. Si quis error in tanta re sit objectus. Ver. 3. 133. Cum vero in foro celeberrimo, tanta frequentia hoc, verbo et simulatione Apronio, re vera tibi objectum esset, &c. Pro Cæl. 6. Quod objectum est de pudicitia, &c.

Obiens, euntis, *occidens*, δυόμενος. De Somn. 16. In orientis, aut obeuntis solis partibus.

Objiciendus, a, um, προβλητέος. Pro S. R. 38. Quorum tu nihil in S. Roscium nec objiciendi causa contulisti. In Vat. 5. Cum tu mihi Cornelii defensionem in maledicto objiciendam putaris. 2. de Leg. 47. Erroris objiciendi causa.

Syntaxis. *Objecta species voluptatis. Nulla res objecta impedit, quominus &c. De objectis confiteri. Crimen objectum alicui*, aut *in aliquem. Propugnaculum hostibus oppositum et objectum. Objectus ad omnes periculorum casus. Objectus fortunæ. Visum objectum a Diis alicui dormienti. Objectus splendor falsi honoris. Quod objectum est de pudicitia, id &c.*

Objicio, is, *oppono, objecto, exprobro, aliquid in aliquem dico, maledicti, et contumeliæ loco pono, crimini do*, ἀνθίστημι, ἐντυγχάνω, ὀνειδίζω. 1. Att. 13. Objicit mihi, me ad Baias fuisse. 2. de Orat. 285. Objicere probra alicui. 1. Tusc. 3. Objecit ut probrum Marco, quod duxisset, &c. Ver. 4. 37. Non tibi objicio, quod Apollonium omni argento spoliasti. Orator. 57. Cum alter alteri objicit vocis flexiones. 2. A. 9. Quid stultius, quam objicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit qui objecerit? 3. A. 15. Antonius ignobilitatem objiicit C. Cæsaris filio. Pro S. R. 39. Quæ res huic tantum furorem objecit? Ver. 5. 44. Objicere aliquam rem in magnis criminibus. Pro Cluent. 62. Objicere aliquid alicui in maledicti vel criminis loco. Pro Cluent. 113. Objicere aliquid alicui, et in aliquem. 11. Fam. 3. Non potuisti continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris objiceres. Pro Planc. 75. De Cyprio mihi videlicet objicies, quem ego, &c. Pro Arch. 14. Nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos impetus objecissem. 1. de Orator. 3. Et hoc tempus omne objecimus iis fluctibus, qui, &c. Pro S. R. 71. Noluerunt feris corpus objicere, ne, &c. Pro Planc. 79. Objicere salutem suam pro aliquo. Pro Dom. 145. Objeci meum caput pro vestra salute civium furori atque ferro. Pro Cornelio 23. Qui se sæpe telis hostium, qui dimicationi capitis, qui morti objecerit. 2. de Orat. 230. Quod est ab eo objectum, lepore magis elevandum, quam contentione frangendum videtur. Pro Mur. 17. Objicere ignobilitatem generis alicui. *Ibid.* 13. Objicere maledictum alicui. Pro S. R. 82. Illa diluam, quæ de peculatu mihi iste objecit.

Objicior, eris, *exponor*. Pro Milo. 37. Facinorosorum armis meos cives pro me objici nolui. Pro Mur. 87. Objici insidiis conjuratorum, et ad omne periculum invidiamque opponi. De Arusp. 25. Ut alter consessus potestati servorum objiceretur.

Exprobror. Partit. 101. Ita consistendum est, ut, quod objicitur, factum neges. Pro Dom. 93. Cum mihi furta et libidines objiciuntur.

Occurro. 1. de Div. 81. Objiciuntur autem sæpe formæ, quæ reipsa nullæ sunt, speciem autem offerunt.

Immineo. 2. Tusc. 10. Objiciebatur animo meo metus.

Syntaxis. *Objicit mihi, me &c. Objicere alicui probra aut maledicta. Objicit mihi ut probrum, quod &c. Non tibi objicio, quod &c. Alter alteri idem objicit. Objicere aliquid in magnis criminibus*, vel *in criminis*, vel *in maledicti loco. Objicere aliquid alicui*, vel *in aliquem. Objicere de re aliqua. Objicere se in dimicationes pro alicujus salute. Objicere salutem suam pro aliquo. Objicere caput suum furori ac ferro pro salute patriæ. Objicere se morti, telis hostium; capitis dimicationi. Diluere, quæ quis objecit, aut facta negare. Objicere animo metum, objicere furorem, objicere formas, quæ re ipsa nullæ sint, speciem autem offerant.*

Obitus, a, um, *oppetitus*, ἐπιτελεσθείς. Pro Sest. 83. Morte obita. *Lege*, Obeo.

Absolutus. Pro Qu. 53. Qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora, &c.

Obitus, us, *occasus,* ἡ τελευτή. 1. de Div. 128. Qui siderum ortus, obitus motusque cognoverunt.

Interitus. 2. 37. Natura omnium rerum interitus atque obitus conficit. I. P. 34. Qui dies post obitum occasumque nostrum reipub. primus illuxit. 4. Fam. 5. Obitus filiæ tuæ. 11. 10. Obitus Consulum.

Objurgandus, a, um, *accusandus, castigandus,* λοιδορητέος. De Amic. 90. Nam et monendi sæpe amici sunt, et objurgandi.

Objurgatio, onis, *castigatio,* κῦδος, λοιδορία. 2. de Orat. 339. Tum objurgatio, si est autoritas, tum admonitio, quasi lenior objurgatio. 3. Att. 10. Castigatione et objurgatione dignus. 4. 15. Nunc susceptam objurgationem reprimam. 1. Off. 136. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est, ipsius causa, qui objurgetur, susceptum esse. *Ibid.* 136. In objurgationibus utendum nonnunquam et vocis contentione majore, et verborum gravitate acriori. *Ibid.* 137. Objurgatio habens multum acerbitatis. Pro Cæl. 27. Deliciarum objurgatio fuit longa. 3. Off. 83. Qua hunc objurgatione, aut quo potius convicio a tanto errore coner avertere? De Amic. 91. Monitio acerbitate, objurgatio contumelia carere debet.

Adjuncta. *Lenior, longa, necessaria, mediocris, parva.*

Objurgator, oris, *admonitor severus,* πλήκτης, λοιδορήτης. 3. contra Rul. 11. Hic noster objurgator. 1. de Nat. 5. Benevolus objurgator. 1. de Div. 111. Ut objurgatores suos convinceret. Ver. 3. 4. Sed ne objurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.

Objurgatorius, a, um, ἐπιτιμητικὸς, ὴ, ὸν, λοιδορητικὸς, ὴ, όν. 13. Att. 6. Objurgatoria epistola.

Objurgo, as, *castigo, asperius admoneo, asperius appello,* ἐπιπλήττω, λοιδορέω. 11. Fa. 28. Quem cum objurgarem, quod, &c. 6. Att. 5. Meque objurgavit vetere proverbio. Pro Cæl. 25. Is fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, et magister, objurgavit M. Cælium, sicut neminem unquam parens. 1. Att. 14. Objurgavi Senatum, ut mihi visus sum summa cum autoritate. 2. 1. Quod me de Pompeii familiaritate objurges, &c. 3. Qu. Fr. 1. Cæsar meam in rogando verecundiam objurgavit. 3. Fa. 8. Ne in quo te objurgem, idipsum videar imitari.

Objurgor, aris, *incusor.* 2. 9. In quo cum objurgarer, quod, &c. 4. Att. 15. Nunc te objurgari patere.

Syntaxis. *Castigatione et objurgatione dignus. Objurgationem reprimere. Objurgatio habens multum acerbitatis. Objurgatio contumelia carere debet. Objurgatores suos convincere, ferre. Objurgatoria epistola. Objurgare aliquem, quod, &c.* vel *de re aliqua,* vel *in re aliqua. Objurgare alicujus verecundiam.*

Oblangueo, es, *vel,* Oblanguesco, *refrigesco, defervesco,* ἐκπασθενέω. 16. Fa. 10. Litterulæ meæ, sive nostræ, tui desiderio oblanguerunt.

Oblatus, a, um, *datus, illatus,* προσφερόμενος. 16. Att. 14. Gaudeo mihi causam oblatam, in qua omnes sentiant, me ab illo alienatum. 3. C. 4. Facultatem mihi oblatam putavi, ut quod, &c. Pro Pomp. 49. Bonum, quod a diis oblatum et datum est. Act. 1. Ver. 1. Quod divinitus datum atque oblatum videtur. Pro Do. 62. Domus ardebat non fortuito, sed oblato incendio. 4. Acad. 48. Neque ut quidquam interesset inter intestinum et oblatum timorem. 1. 39. Quædam quasi impulsio oblata extrinsecus. Brut. 10. Præsidia quæ oblata sunt contra arma Antonii. De Ami. 66. Nec criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. *Ibid.* 67. Ab aliquo oblatas criminationes depellere. Pro Sul. 42. Id judicium, e quo salus oblata est omnibus. Pro Sest. 146. Ego vos in omni fortuna, quæcunque erit oblata, complectar. Pro R. P. 22. Is in custodia fuit regia, et vita ejus oblata pœnæ est. Ver. 4. 107. Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium ejus oblatum est. 5. de Finib. 64. Stuprum per vim oblatum Lucretiæ. Pro Cl. 77. L. Quintius oblatam sibi facultatem putavit, ut posset, &c.

Syntaxis. *Oblata alicui caussa, facultas. Datum et oblatum a Deo bonum. Non fortuitum, sed oblatum incendium. Intestinus, vel oblatus timor. Oblatum alicui per vim stuprum. Oblata contra Antonium præsidia. Impulsio oblata extrinsecus. Oblatas ab aliquo criminationes depellere. Salus oblata alicui, oblata fortuna. Vita pœnæ oblata. Oblatum præsens auxilium in rebus difficillimis.*

Oblectamentum, ti, *oblectatio, delectatio, delectamentum,* ἀπόλαυμα. Ver. 4. 134. Ut illi haberent hæc oblectamenta et solatia servitutis. De Senect. 52. Oblectamenta senectutis. Par. 5. Oblectamenta puerorum. De Senect. 55. Oblectamenta rerum rusticarum.

Oblectatio, onis, *oblectamentum,* εὐφροσύνη, τέρψις. 1. de Orat. 118. Artes, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio. 1. de Natur. 22. Quæ ista potest esse oblectatio Deo? 2. Off. 6. Sive oblectatio quæritur animi, requiesque curarum, sive, &c. De Ami. 103. In amicitia Scipionis mihi requies plena oblectationis fuit. Hortens. Istorum disputatio tantum videtur attulisse negotiis hominum quandam oblectationem otii.

Adjuncta. *Honestissima, ingenua, libera.*

Oblecto, as, *delecto,* κηλέω, ψυχαγωγέω, ἐπιτέρπω. Pro Arch. 16. Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, &c. 2. de Orat. 61. Cum his me oblecto, qui res gestas aut orationes scripserunt. 2. Qu. Fr. 3. Quid agas, et ut te oblectes, scire cupio. 12.

Att. 3. Ego me interea cum libellis oblectabo. 1. Qu. Fr. 1. 1. Ut quam diutissime te jucunda opinione oblectarem. 2. 12. Oblecta te cum Cicerone quam bellissime. 3. Offic. 58. Dictitabat se hortulos aliquos emere velle, quo amicos invitare, et ubi se oblectare posset.

Oblector, aris, *delector, ducor, oblecto.* 2. Fa. 16. In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula. Pro Mur. 39. Ludis tamen oblectamur et ducimur. 2. Qu. Fr. 13. Ego me in Cumano satis commode oblectabar.

Syntaxis. *Oblectationem animi liberam quærere, non utilitatem. Requies plena oblectationis. Afferre oblectationem otii. Oblectare se, oblectare se aliqua re,* vel *cum aliqua re,* vel *cum aliquo homine, vel in aliqua re. Ludis oblectari et duci.*

Oblido, is, περιθλάω, προσκρούω. Pro M. Scau. Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam oblisit.

Obligatio, onis, ἀνάγκη. Ad Brut. 18. Est autem gravior et difficilior animi ac sententiæ pro altero quam pecuniæ obligatio.

Obligatus, a, um, *obstrictus, devinctus, alligatus,* ἐπιδεδεμένος. 5. Fa. Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram: nunc tanto sum devinctus ejus beneficio, quod, &c. ut nemini plus debeam. 1. Off. 58. Patria et parentes, quorum beneficiis obligati sumus. 16. Att. 20. Velim sic existimes, non tibi tam Atticum, quam me obligatum fore. Act. 1. Ver. 24. Videbam me hoc judicio districtum et obligatum fore. 13. Fa. 18. Te ita existimare volo, quibuscunque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. 11. 16. Magno beneficio ejus, magnoque merito sum obligatus. 13. A. 8. Tum me ejus beneficio obligatum puto. 4. C. 22. Hostes beneficio se obligatos putant. 13. 8. Magnis et multis pignoribus eum respublica obligatum tenet. 3. cont. Rull. 9. Soluta meliore in causa sunt, quam obligata. 1. ad. Heren. 23. Obvolutus et obligatus corio.

Obligo, as, *obstringo, devincio, astringo,* καταδέω. Ad Brut. 18. Magis enim illum, pro quo spopondi, quam me obligavi. Pro Cæcin. 7. Qui quod spopondit, qua in re verbo se uno obligavit, id non fecit. Pro Mur. 3. Is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. Topic. 45. Num is, qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligavit? 1. Off. 36. Obligare aliquem secundo militiæ sacramento. Pro Sulla. 72. Multi quorum pro salute se hic Sullæ obligavit. Postq. in Sen. 31. Alter consul pactionibus eos suorum præmiorum obligavit. Pro Do. 106. Domum alicujus religione sempiterna obligare. *Ibid.* 20. Cum populum Romanum scelere obligasses. De Arusp. 27. Qui ludos certissimos scelere obligares. 3. de Nat. 57. Æsculapius qui primus vulnus obligavisse dicitur. 2. Tusc. 39. Ut collocet in cubili, ut vulnus obliget. 2. Qu. Fr. 13. Quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. 3. 1. Scaurum beneficio defensionis valde obligavi. 13. Fa. 4. Obligare sibi aliquem summo beneficio in perpetuum. 8. 6. Quam eum velis obligare, in tua manu est. 5. A. 51. Audebo etiam obligare fidem meam.

Obligor, aris. 2. Off. 69. Hi obligari beneficio nolunt. 2. Tuscu. 38. At ille medicum modo requirit, a quo obligetur. 1. de Div. 7. Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude, aut susceptis, anili superstitione obligemur. Ver. 2. 177. Obligentur non solum jurisjurandi atque existimationis periculo, sed etiam communi conscientia. Pro Corn. 34. Populus Romanus injussu suo nullo pacto potest religione obligari. 1. de Finib. 47. Legum judiciorumque pœnis obligantur.

Syntaxis. *Beneficiis alicujus obligatus. Obligatus alicui. Judicio districtus et obligatus. Alicujus beneficio meritoque obligatus. Tenere aliquem multis pignoribus obligatum. Obligare se verbis in re aliqua. Obligare se nexu. Obligare aliquem militiæ sacramento. Obligare se alicui pro salute alterius. Rem aliquam religione obligare. Obligare aliquem scelere. Sua sibi liberalitate aliquem obligare,* vel *beneficio in perpetuum. Obligare fidem suam.*

Obligurio, is, *ligurio, devoro,* καταλιχνεύω. 2. C. 10. Patrimonia sua profuderant, fortunas suas obligurierunt.

Oblimatus, a, *limo pinguis,* κατιλυωθείς. 2. de N. 130. Nilus recedens mollitos et oblimatos agros ad serendum relinquit.

Oblino, is, ἐπαλείφω, περιαλείφω, ἐπιχρίω. *Lege,* Oblitus. De Cl. 51. Eloquentia ita tota Asia peregrinata est, ut se externis oblineret moribus.

Oblique, ἐπιστρεφῶς .)(. *recte, per rectum cursum.* 1. de Fin. 20. Atomi quæ recte, quæ oblique ferantur.

Obliquus, a, um, δοχμός, πλάγιος .)(. *rectus.* 1. de Di. 120. Nam si omne animal, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino, membraque quocunque vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit, eaque ante efficit pene, quam cogitat: quanto id Deo est facilius, cujus numini parent omnia? 1. Off. et in Arat. *bis.*

Oblitero, as, ἀπαλείφω, ὀβελίζω. Postq. in Sen. 21. et in Vatin. 15. Qui publici mei beneficii memoria privatam offensionem obliteraverunt.

Oblitesco, scis, *delitesco,* καταλήγομαι, ἐπιλανθάνω .)(. *emergo.* De Un. 33. Quibusque temporibus a nostro aspectu oblitescant, rursusque emersæ, &c.

Oblitus, a, um, *penult. br. delibutus, fucatus,* ἀπαληλιμμένος, ἀπαλειφθείς. 2. C. 10. et Postqu. in Sen. 11. Socii Catilinæ unguentis obliti. 4. ad Her. 17. Si crebræ collocabuntur, oblitam reddent orationem. Ver. 5. 172. Judices non cera, sed cœno obliti. 9. Fa. 15. Cum eas videam primum oblitas Latio, nunc vero etiam bracchatis nationi-

bus 11. A. 27. Et eum nondum tanto parricidio oblitum hostem judicavit. Ver. 3. 8. Omnia cum summo dedecore et turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita. 2. Att. 21. Si Protogenes Hyalisium illum suo cœno oblitum videret, &c. 14. A. 9. Libido flagitiosa, qua oblita est Antoniorum vita. Pro Qu. Gall. Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus.

Oblitus, a, um, *penult. long. immemor, ἐπιλελησμένος.* 6. Att. 1. Habui suavem recordationem clarissimi jurisjurandi, quod ego non eram oblitus. De Cl. 217. Curio subito totam causam oblitus est. 4. Att. 15. Puto te existimare, me nunc oblitum consuetudinis et instituti mei rarius ad te scribere, quam solebam. 1. Fam. 7. Non nos quidem ut nostræ dignitatis simus obliti, sed ut, &c.

Oblivio, onis, *obliteratio, memoriæ lapsus, λήθη, ἀμνηστία.* 5. Fa. 17. Non oblivione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas litteras misi &c. 1. 9. Ego ejus omnes gravissimas injurias communis concordiæ causa voluntaria quadam oblivione contriveram. 1. de Fin. 57. Adversa quasi perpetua oblivione obruere. 2. Fam. 1. Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio. 9. A. 10. Nulla ejus legationis posteritatem inobscurabit oblivio. 1. 1. Omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui. De Som. 18. Sermo nunquam de ullo perennis fuit, et obruitur hominum interitu, et oblivione posteritatis extinguitur. De Cl. 30. Et idipsum nisi esset unius Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas, ut alios fortasse multos, oblivione obruisset. 1. Off. 26. Adducuntur plerique, ut eos justitiæ capiat oblivio. 3. A. 8. Nos post exactos reges servitutis oblivio ceperat. Ver. 4. 79. Venire in oblivionem totius negotii. Pro Pomp. 9. Mithridates omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit. 2. de Orat. 7. Laudem aliquorum jam prope senescentem ab oblivione hominum, atque silentio vindicare 14. A. 33. Vestra virtus nec oblivione eorum, qui sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. Pro Mar. 31. Tuas laudes nulla unquam obcuratura est oblivio. Pro Deiot. 37. Hos nulla unquam vetustas obruet, nulla unquam delebit oblivio.

Adjuncta. *Exigua, perpetua, sempiterna, voluntaria.*

Obliviosus, a, um, *immemor,* λασῖνος.)(. *memor.* 1. de Inv. 35. Memor, an obliviosus? De Sen. 36. Stultus et obliviosus senex.

Syntaxis. *Voluntaria oblivione conterere. Perpetua obruere oblivione, delere, obscurare, extinguere. In oblivionem venire. Oblivio me servitutis cepit. Ab oblivione hominum et silentio laudes alicujus vindicare. Laus oblivione obscurata.*

Obliviscor, eris, *me fugit, mihi excidit, ex animo meo excidit, effluit, oblivio me capit, ex memoria depono, memoriam amitto alicujus rei, oblivione perpetua deleo, aliquid e memoria elabitur, ἀμνηστέω, ἀπομνημονέω.* 1. Fa. 9. Non potui magis oblivisci temporum meorum, et meminisse actionum. Pro Planc. 101. Memini enim, memini, nec unquam obliviscar noctis illius, &c. Pro S. R. 49. Oblivisci artificium. Pro Cæl. 50. Obliviscor injuriarum, depono memoriam doloris mei. 9. Att. 9. Quod laudas, quia oblivisci me scripsi ante facta et dicta nostri amici &c. Pro Mil. 64. Cives de Repub. optime meriti, in quibus homines non modo res præclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur. De Clar. 218. Is enim in scriptis obliviscebatur, quid paulo ante posuisset. Pro S. R. 87. Ut alia obliviscar. Pro Q. R. 50. Obliviscor eos viros esse primarios, improbos temporis causa fingo.

Syntaxis. *Oblivisci temporum, tempora. In hac ego causa illud obliviscor.*

Obloquor, eris, *obstrepo, προσλαλέω, βλασφημέω.* 2. Qu. Fr. 9. Tu vero ut me et appelles, et interpelles, et obloquare, et colloquare, velim. Pro Cl. 63. Vocat me jamdudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur.

Obmutesco, is, *conticeo, reticeo, κωφάομαι.* De Clar. 324. Hoc studium, Brute, nostrum conticuit subito, et obmutuit. *Ibid.* 22. Tum etiam eloquentia obmutuit. Pro Flac. 48. Repente homo loquacissimus obmutuit. Pro Dom. 135. Miror, ei non et linguam obmutuisse, et manum obtorpuisse. De Sene. 23. Num quenquam horum coegit in suis studiis obmutescere senectus? Pro Milone 99. De me nulla unquam obmutescet vetustas. 4. de Fin. 7. Si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legat.

Obnitor, eris, *obsisto, occurro, ἀντερείδω, ἀντιτείνω.* Pro Mil. 35. At non, P. Clodio remoto, usitatis jam rebus obnitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam.

Obnoxius, a, um, *subjectus, ἔνοχος, ὑπαίτιος.* M. Brut. 17. Vivat hercule Cicero, qui potest, supplex et obnoxius, si, &c.

Obnubilus, a, um, *ἐπινεφής.* 1. Tusc. 48. Lethi obnubila, obsita tenebris loca. *Poeta.*

Obnubo, bis, *obtego, ἐπικαλύπτω.* Pro Rab. 13. Caput obnubito, arbori infelici suspendito.

Obnunciatio, onis, *auguris significatio de periculo imminenti, παραγγελία.* 4. Att. 15. Obnunciationibus per Scævolam interpositis. 1. de Div. 30. M. Crasso quid acciderit videmus, dirarum obnunciatione neglecta. 3. Qu. Fr. 3. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus, magna voluntate bonorum omnium.

Obnuncio, as, *nuncio, prænuncio, καταγγέλλω.* Postquam in Sen. 10. Legem Trib. pleb. tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnunciare concilio aut comitiis liceret. 2. A. 83. Consul consuli obnunciavisti. Pro Sest. 79. Tribunus obnunciavit consuli. *Ibid.* 83.

Cum auspiciis religionique parens obnunciaret quod senserat. 4. Att. 3. Assequitur inter lucos homines Milo, obnunciat. *Ibid.* Metellus postulat, ut sibi postero die in foro obnuncietur. Pro Sest. 78. et 34.

Oborior, iris, *exorior*, ἀνίχω. Pro Lig. 6. Vide, quanta lux liberalitatis et sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.

Obrepo, is, *irrepo*, παρέρπω, παρερπύζω. De Sen. 5. Obrepere aiunt senectutem citius quam putassent. *Ibid.* Qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? *Ibid.* 38. Ita sensim et sine sensu senescimus, ut non intelligatur, quando obrepat senectus. 2. de Div. 139. Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. 6. Att. 5. Mihi decessionis dies λελήθότως obrepebat. I. P. 1. Pro Pl. 17. Obrepsisti ad honores errore hominum. 16. Fam. 21. Cratippus sæpe inscientibus nobis et cœnantibus obrepit. 6. Att. 3. Obrepsit dies, ut vides, &c.

Syntaxis. *Obrepit in animos imago. Ad honores obrepere. Obrepit dies. Obrepit senectus adolescentiæ.*

Obrigeo, es, *vel*, Obrigesco, is, καταῤῥιγόω. 1. de Nat. 24. Pars terrarum obriguit nive et pruina. De Somn. 15. Quorum duos obriguisse pruina vides. et Ver. 4. 87.

Obrogatur, παραχράφεται. 1. A. 23. Quid, quod obrogatur legib. Cæsaris?

Obrogo, as, *est legem aliam rogare, ut aliam ab alio latam legem infirmes*, ἀντιεισφέρω. 3. Att. 23. Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua non liceat.

Obruo, is, *operio, sepelio*, ἐπιθύω.)(. *eruo.* 2. de Nat. 129. Crocodili cum in terra partum ediderunt, obruunt ova. *Ibid.* 125. Ranæ marinæ obruere sese arena solent. De Arusp. 42. Quod dii omen obruant. De Senect. 21. Obruere thesaurum alicui. Pro Deiot. 37. Hæc nulla unquam vetustas obruet, nulla unquam delebit oblivio. De Clar. 60. Hunc vetustas oblivione obruisset. 1. de Fin. 57. Adversa quasi perpetua oblivione obruamus. 2. de Orat. 285. Ut testem omnium risus obrueret. Pro Arch. 24. Idem tumultus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruisset. De Arusp. resp. 57. Iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit.

Obruor, eris. 3. Tusc. 80. Aut ita parvum malum, ut obruatur sapientia, vixque appareat. 1. Qu. Fr. 1. 3. Te oro, ne te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas. 1. de Orat. 94. Obruimur ambitione et foro. 4. Att. 12. Tetra bellua, quæ, quoniam in foveam incidit, obruatur.

Syntaxis. *Obruere se terra. Alicui thesaurum obruere. Malum sapientia obruere. Ambitione et foro obrui. Hoc nulla vetustas obruet*, vel *vetustas oblivione obruet. Obrui magnitudine negotii quasi fluctu.*

Obrussa, æ, ὄβρυζον. De Clar. 258. Quo magis expurgandus est sermo, et adhibenda tanquam obrussa, ratio, quæ mutari non potest: nec utendum pravissima consuetudinis regula.

Obrutus, a, um, *obductus, sepultus*, καταχωσθείς, καταχαλυφθείς. Pro Mil. 86. Vosque Albanorum obrutæ aræ. Pro Cæc. 90. Obrutis rebus omnibus et perditis. 2. de Nat. 130. Nilus Ægyptum tota æstate obrutam oppletamque tenet. 4. de Fin. 10. Is etiam, si quid obrutum erit, poterit eruere. Ver. 1. 20. Obrutus et oppressus.

Syntaxis. *Obrutus et oppletus. Obrutus ac perditus. Obrutus et oppressus flumine.*

Obscœne, *turpiter*, αἰσχρῶς. 1. Off. 128. Adulterare turpe est, sed dicitur non obscœne. 3. de N. 56. Mercurius, cujus obscœnius excitata natura creditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit.

Obscœnitas, tis, *turpitudo, deformitas*, αἰσχρουργία. 9. Fam. 22. Si quod sit in obscœnitate flagitium. 1. Off. 127. Nec oratio vacat obscœnitate. 2. de Orat. 242. Verborum turpitudinem, et rerum obscœnitatem vitare. 1. Off. 104. Rerum turpitudinem adhibere, et verborum obscœnitatem.

Obscœnus, a, um, *turpis, in obscœnis*, αἰσχρὸς, αἰσχρουργός. 1. Off. 127. Quod facere non turpe est, modo occulte, id dicere obscœnum est. 5. Tusc. 112. Illud Antipatri est quidem paulo obscœnius, sed non absurda sententia est. 1. Off. 104. Genus jocandi illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum. 1. de Nat. 112. Delicatæ et obscœnæ voluptates. 9. Fam. 22. At hodie penis est in obscœnis. 2. Qu. Frat. 3. Ut maledicta, versus etiam obscœnissimi in Clodium et Clodiam dicerentur. 9. Fam. 22. Quid, quod vulgo dicitur, Cum nos te voluimus convenire, num obscœnum est? Memini, in Senatu disertum consularem ita eloqui: Hanc culpam majorem, an illam dicam? potuit obscœnius? *et multa de obscœnis in eadem epistola.*

Obscuratio, onis, *obscuritas*, ἐπιπρόσθησις, σκότωσις. 4. de Fin. 29. In quibus propter earum exiguitatem obscuratio consequitur. *Ibid.* Quibus in rebus obscuratio magna est. 4. de Fin. 32. De istis ipsis obscurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem appareant. Hort. Interitus Romuli in obscuratione Solis factus est.

Obscuraturus, a, um. Pro Mar. 31. Tuas laudes obscuratura nulla unquam est oblivio.

Obscuratus, a, um, ἐπισκιασθείς. 2. de Orat. 95. Omnis eorum memoria sensim obscurata est, et evanuit. Acad. Latent ista omnia magnis obscurata et circumfusa tenebris.

Obscure, *clam*, λεληθότως.)(. *aperte, palam.* 4. C. 6. Hoc malum obscure serpit. 1. 8. Non agam obscure. 2. de Fin. 15. Heraclitus de natura nimis obscure memoravit. Pro Qu. 50. Huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur? Pro Cl. 34 et Parad. 6. Obscure ferre aliquid. 2. Acad. Aut nihil superum, aut obscure admodum cernimus.

Obscuritas, tis, *obscuratio, tenebræ, caligo, ænigma, ἀσάφεια, σκότος.* 3. de Orat. 47. Ut oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, ea obscuritatem et tenebras afferat. 2. de Fin. 15. Satisne igitur videor vim verborum tenere? an sum etiam nunc vel Græce loqui, vel Latine docendus? et tamen vide, ne si ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cum Græce, ut videor, luculenter sciam, sit aliqua culpa ejus, qui ita loquatur, ut non intelligatur: quod duobus modis sine reprehensione fit: si aut de industria facias, ut Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit: aut cum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio: qualis est in Timæo Platonis. 4. Acad. 7. Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatibus, maximaque est et in ipsis rebus obscuritas, et in judiciis nostris infirmitas. 1. de D. 35. Causa latet obscuritate involuta naturæ. 2. 111. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem accommodari posse viderentur. *Ibid.* 132. Jam vero quo pertinent obscuritates et ænigmata somniorum? 1. de Orat. 68. Philosophia in tres partes distributa est, in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores. Topic. 3. Sed a libris te obscuritas rejecit. Pro Cl. 73. In ea obscuritate et dubitatione omnium, Canucio placuit judices pronunciare. 2. con. Rull. 36. Duæ sunt hujus obscuritatis causæ: una pudoris, &c. altera sceleris, &c. 6. Fam. 6. Sed habeo alia signa, quæ observem, quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis, vel erroris. Pro Mur. 31. Erat autem obscuritas quædam, &c.

Syntaxis. *Obscure taciteque ferre. Obscuritatem ac tenebras rebus afferre. Caussa obscuritate involuta. Adhibere obscuritatis latebram. Obscuritates et ænigmata somniorum. In obscuritate et dubitatione esse. Habere minus obscuritatis.*

Obscuro, as, *lucem eripio, noctem vel tenebras rebus offundo, tenebras, obscuritatem affero, obcæco, inobscuro, obstruo, σκοτίζω, ἀφανίζω.* 2. de Nat. 96. Æthnæorum ignium tenebræ finitimas regiones obscuraverunt. 1. C. 6. Nox tenebris obscurat omnia. 2. Att. 20. Quæ scribam, ἀλληγορίαις obscurabo. Pro Cluent. 1. Nihil nec subterfugere reticendo, nec obscurare dicendo. Ver. 3. 131. Quod magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem.

Obscuror, aris, *κνίζομαι.* 5. de Fin. 58. Minora majoribus obscurantur. 3. 45. Lumen lucernæ obscuratur et offunditur luce solis. 3. de Orat. 213. Obscurari atque pene obrui. 3. de Fin. 45. Obscurari et obrui, atque interire. 4. 29. Obscurari quædam, nec apparere, quia valde parva sunt. *Ibid.* Voluptates obscurari sæpe et obrui. *Ibid.* 31. Quid obscuretur aut intereat. *Ibid.* Una voluptas e multis obscuratur in illa vita voluptaria. *Ibid.* Nummus in Crœsi divitiis obscuratur. 5. Tusc. 119.

Syntaxis. *Obscurata et evanescens memoria. Obscuratur et offunditur lucernæ lumen luce solis. Obscurari, obrui, interire.*

Obscurus, a, um, *habens obscuritatem, tenebricosus, caliginosus, involutus, latens, opertus, flexiloquus, cæcus* .)(. *apertus, illustris,* ἄδηλος. 2. de Inv. 156. Res apertæ obscuriores fiunt oratione. 1. de Div. 116. Quia erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. 2. 115. Chrysippus totum volumen implevit oraculis, partim flexiloquis et obscuris, ut interpres egeat interprete, et sors ipsa referenda sit ad sortes: partim ambiguis, et quæ ad dialecticum referenda sint. 3. de Nat. 94. Non ut deorum naturam tollerem, sed ut intelligeretis, quam esset obscura, et quam difficiles explicatus haberet. 1. de Orat. 177. Jus applicationis obscurum sane et ignotum patefactum est in judicio, atque illustratum a patrono. 2. cont. Rul. 36. Cur hoc tam est obscurum atque cæcum? Part. 36. Obscurus.)(.*rerum multitudine nobilitatus.* Pro Mur. 16. Tua nobilitas hominibus literatis est notior, populo vero obscurior. 2. con. Rul. 13. *de oratione Rulli obscura.* Orat. 30. *de Thucydide, et ejus oratione obscurissima.* 2. de Div. 132. Euphorion poeta nimis obscurus. *Ibid.* Heraclitus valde obscurus.

Syntaxis. *Flexiloquus et obscurus sermo. Obscurus, et difficiles habens explicatus. Obscurum et ignotum. Obscurum et cæcum.*

Obsecratio, onis, *preces, deprecatio, obtestatio, δέημα, δέησις.* 1. de Inv. 22. et 3. de Orat. 203. Si prece et obsecratione humili ac supplici utemur. Pro Font. 38. Obsecratio, deprecatio. De Arusp. 63. Constituendæ nobis sunt procurationes et obsecrationes.

Adjunct. *Gravior, humilis, et supplex.*

Obsecro, as, *precor,* ἱκετεύω*.* Pro Dom. 30. Idem pro salute mea populum Romanum obsecravit. Postqu. ad Quir. 16. Denique ipse pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit. 2. de Orat. 85. Non solum hortabor, ut elaboret, &c. sed etiam obsecrabo. Pro Quin. 97. Nævium obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, ut, &c. Ver. 2. 42. Cum multis lacrymis eum oraret atque obsecraret Heraclius, impetrare non potuit. 4. Fam. 11. Cum mihi C. Marcellus non solum consilium daret, sed præcipuus quoque me obsecraret, &c. 10. 34. Ego vos P. C. oro atque obsecro, ut, &c. Pro Quint. 99. Itaque te hoc obsecro, ut, &c. 2. de Fin. 21. Obsecro, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus? 2. Att. 9. Obsecro, mi Pomponi, non vides, &c. 18. 12. Obsecro Pyliæ salutem. 14. Fam. 1. Quid, obsecro te, me miserum! quid futurum est? Para. 5. Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non ut vincula virorum sint, sed ut oblectamenta puerorum. 8. Att. 9. Sed obsecro te, quid

hoc miserius, quam, &c. 3. 11. Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. 6. 1. Deinde me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare, &c. 11. 1. Ut facias, te obtestor atque obsecro. 13. 13. Attica mea, obsecro te, quid agit?

ADVERB. *Amantissime, magnopere, vere.*

Obsecundo, as, *συνεπινεύω, ὑπουργέω.* Pro Pomp. 48. Is, cui cives assenserint, socii obtemperaverint, hostes obedierint, venti, tempestatesque obsecundarint.

Obsepio, is, *sepio, intercludo, ἐπιφράττω.* Pro Mur. 48. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, excusandi obsepiebant.

Obsequens, tis, *obediens, ὑπηρετικός.* 10. Fam. 8. Filius obsequens patri.

Obsequium, quii, *indulgentia, patientia, ὑπηρεσία.* De Ami. 91. Obsequium amicos, veritas odium parit. *Poetæ.* 7. Att. 1. Itaque effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me charior. L. P. 5. Ego Antonium collegam patientia atque obsequio meo mitigavi. Pro Cæl. 13. Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio. 6. Att. 6. Mulieres valde intelligo delectari obsequio et comitate adolescentis. 10. Fam. 15. Abuti obsequio alicujus ad omnes res. 1. de Leg. 60. Cum animus cognitis virtutibus a corporis obsequio indulgentiaque discesserit, &c. 10. Att. 4. Omne meum obsequium in illum fuit cum multa severitate. *Ibid.* ep. 11. Ea vero non sunt ab obsequio nostro. 1. de Leg. 43. Obsequia in homines.

Obsequor, eris, *morem gero, indulgeo, satisfacio, morigeror, gratificor, placeo, δωρίζομαι, διακονέω.* Orat. 238. Dum tibi roganti obsequi vellem, scribendi impudentiam suscepi. 1. de Orat. 107. Ego vero, inquit, tibi obsequi studeo. 5. Tusc. 60. Cum huic obsequutus sis, illi est repugnandum. 1. Fam. 9. In navigando tempestati obsequi artis est. 2. de Fin 17. Obsequar igitur voluntati tuæ. Pro Quin. 91. Ut vestræ naturæ bonitatique obsequamini. Orat. 157. Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. 1. de Orat. 3. Sed tamen etiam in his asperitatibus rerum obsequar studiis nostris. Pro Cluen. 149. Obsequor tibi de te, vel de aliqua re.

Obseror, eris, *occludor, obsignor, μοχλεύομαι.* 2. de Leg. 63. Quam cum proximi injecerant, obductaque terra erat, frugibus obserebatur.

Observandus, a, um, *ἐπιτηρητέος.* 2. de Div. 146. Quomodo hæc infinita observando notare possumus? Orat. 77. Sunt enim quidam oratorii numeri in oratione observandi ratione quadam. Pro S. R. 90. Nihil mali est, canes ibi quam plurimos esse, ubi permulti observandi, multaque servanda sunt.

Observans, tis, *studiosus, cupidus, diligens, παρατηρικόν.* 13. Fa. 3. Aulus Fusius observantissimus nostri. 14. 4. Quem spero tui fore observantem. 16. Att. 16. Cognovi te mei ita cupidum, ut paucos æque amantes atque observantes me habere existimem. De Clar. 283. Is nimium inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat.

Observantia, tiæ, *reverentia, veneratio, θεραπεία.* 2. de Inv. 66. Observantia est, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reveremur et colimus. 12. Fa. 27. Sex. Aufidius observantia, qua me colit, accedit ad proximos. Pro Mur. 71. et pro Planc. 44. Nulla est pœna, quæ possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. Pro Cor. 63. Officia illius observantiamque dilexit. Pro Quint. 59. Amicos observantia, rem parsimonia retinere. 13. Att. 11. Ne magnum onus observantiæ tibi imponerem. 5. Famil. 8. Mea tibi observantia nunquam defuit.

ADJUNCTA. *Diligens, perpetua, præsens, summa.*

SYNTAXIS. *Colere aliquem observantia, Amicos observantia retinere. Observantiæ onus alicui imponere. Mea observantia tibi non deerit.*

Observatio, onis, *animadversio, ἀνάδοσις, παρατήρημα.* De Clar. 33. Verum id natura magis, aut casu, quam ratione aliqua, aut observatione fiebat. Orat. 178. Versus inventus est terminatione aurium et observatione prudentium. 2. de Div. 146. Observatio diuturna notandis rebus fecit artem. *Ibid.* Quæ astris præsentiuntur, hæc notata sunt observatione diuturna. *Ibid.* 147. Neque observatione inveniri potuit scientia. 1. de Div. 2. Chaldæi diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici futura possent. 2. Off. 86. Valetudo conservatur notitia sui corporis, et observatione rerum, quæ res aut prodesse solent, aut obesse. 1. Off. 36. Apud antiquos summa erat observatio in bello movendo. 2. de Div. 124. Observatio constans et diuturna.

Observatus, a, um, *παρατετηρημένος,* 1. de Orat. 109. Quæ observata sunt in usu ac tractatione dicendi. 3. Att. 23. Cum semper ita habitum observatumque sit. 1. de Div. 12. Observata sunt hæc tempore immenso, et significatione eventus animadversa ac notata.

Dilectus, amatus. Pro Pl. 39. Tribus officiis ab aliquo observatus, non largitione.

Observito, as, *studiose observo, παρατηρῶ.* 1. de Div. 102. Neque solum deorum voces Pythagorei observitaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omnia. *Alii* observaverunt.

Observo, as, *animadverto, noto, speculor, quasi insidior, servo, τηρέω, φυλάττω.* 6. Fam. 6. Sed habeo alia signa, quæ observem: quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis vel erroris. 1. de Div. 2. Chaldæi motus stellarum observaverunt. 8. Att. 19. Scribis, tibi in animo esse observare Cæsarem, &c. 13. 47. Magis isti mihi serviunt, si observare servire est. Pro Dom. 71. Observare leges. Pro Cl. 117. Majores nostri nunquam perinde ut rem

judicatam observaverunt animadversionem censoriam. 2. Off. 40. Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. 4. ad Her. 24. Quid in viris? idemne observabant? minime. 13. Fam. 27. Ago gratias, quod meas observationes tam diligenter observas. 7. Att. 18. Illud ψευδεπίθετον, sic enim putatur, observo. μηδὲ ἴδων, præsertim in te, a quo, &c. 1. de Div. 130. Orat. 210. Non enim id agit, ut insidietur et observet; sed jam favet, processumque vult. Pro S. R. 22. Multi occupationem ejus observant, tempusque aucupantur. 11. Fam. 16. Itaque ei præcepi, ut tempus observaret epistolæ tibi reddendæ. De Ami. 58. Nec observat stricte amicitia, ne plus reddat, quam acceperit. Pro Quin. 85. Quid? tu id quemadmodum observas? Par. 5. Observare omnes motus alicujus. 2. de N. 124. Ut in araneolis aliæ quasi rete texunt; aliæ autem ex inopinato observant, et, si quid incidit, arripiunt. 1. de Orat. 146. Quæ sua sponte homines eloquentes fecerunt, ea quosdam observasse atque collegisse. *Ibid.* 97. Et persæpe me, quæ soleres in dicendo observare, docuisti.

Amo, colo, veneror. Pro Planc. 45. Neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne observent tribules suos, ne diligant. 9. Fam. 20. Perofficiose et peramanter observare aliquem. 5. 8. Observare et diligere aliquem, sicut alterum parentem. 2. Att. 19. Cæcilium colimus et observamus. Div. 181. Vehementer illum ordinem observo. 4. Fa. 3. et 6. 10. et li. 6. Colere et observare aliquem. 6. 10. Omnes fere familiarissimi ejus, quasi devincti meis magnis veteribus officiis, me diligenter observant et colunt.

Adverb. *Diligenter, diligentissime, peramanter, perofficiose, sanctissime, stricte, valde, vehementer.*

Observor, aris. Ver. 2. 138. Metellus eum censum observari jussit, qui Sex. Peduceo prætore habitus esset. Orat. 190. Quod ne accidat, observari non potest: *id est, caveri.* 2. de Div. 47. Etsi causæ non reperiuntur istarum rerum, res tamen ipsæ observari animadvertique possunt. Qu. de Pet. 43. Fac, ut abs te custodiri atque observari sciant. De Am. 26. Coli et observari ab aliquo.

Syntaxis. *Observatio diuturna notandis rebus facit artem. Hæc notata sunt observatione diuturna. Observatione scientiam invenire, vel efficere. Observare leges. Observare et servare. Observare motus alicujus. Observando notare. Perofficiose et peramanter observare aliquem. Observare et diligere, colere et observare. Res observari animadvertique. Custodiri aliquem et observari.*

Obses, idis, *pignus, ὅμηρος*. Pro Pomp. 35. Pompeius eis spem deditionis non ademit, obsidesque imperavit. Ver. 3. 124. Metellus obsides non dedit. 15. Fam. 4. A nobis multos obsides habet populus Romanus. *Ibid.* Ab his Pindenisso capto, obsides accepti, &c. Pro Clu. 83. Stalenus hanc condemnationem dederat obsidem Bulbo. *Ibid.* 188. Nuptiæ, quarum illa obsides filios ab eo accepit. 1. A. 31. Reip. tuus parvus filius in Capitolium a te missus obses fuit. 4. C. 3. Parvus filius, qui mihi videtur amplecti remp. tanquam obsidem Consulatus mei.

Syntaxis. *Obsides imperare, dare, habere, accipere, mittere.*

Obsessio, onis, *obsidio, πολιόρκησις, πολιορκία*. Pro Dom. 5. Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ. Pro Cor. 7. Obsessio militaris viæ.

Obsessor, oris, *oppressor, πολιορκητής, πολιορκῶν*. Pro Dom. 13. Depopulator fori, obsessor patriæ.

Obsessurus, a, um. 15. Att. 4. Antonius militibus obsessurus est senatum.

Obsessus, a, um, *circumsessus, cinctus, oppressus, πολιορκηθείς*. 4. C. 18. Patria obsessa facibus et telis impiæ conjurationis. Pro S. R. 30. Domus obsessa. Pro Fl. 64. Græcis Asiæ oram maritimam cinxit urbibus, non ut munitam coloniis illam gentem, sed ut obsessam teneret. Pro Font. 20. Ab his gentibus obsessum Capitolium est. De Arusp. respons. 49. Is obsessus est domi. Pro Pomp. 20. Urbem Cyzicenorum obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, et oppugnatam vehementissime, quam L. Lucullus summis obsidionis periculis liberavit. Postqu. in Senat. 3. Cum vi, ferro, metu obsessi teneremini. Orat. 210. Cum is, qui audit, ab oratore jam obsessus est, ac tenetur.

Obsidendum. 1. C. 26. Jacere humi ad obsidendum stuprum.

Obsideo, es, *circumsideo, obsessum teneo, occupo, fossa et vallo septum teneo, oppugno, περικάθημαι*. 7. A. 15. Qui Mutinam et Consulem designatum obsederit. *Ibid.* Antonius armis obsedit, aut exclusit. Senatum. Pro Dom. 89. Qui impelluntur, ut obsideant Senatum. 2. cont. Rul. 74. Totam Italiam suis præsidiis obsidere et occupare cogitat. Pro Flac. 57. Cum curia speculatur, atque obsidet Rostra. 1. A. 3. Dictatura, quæ vim jam regiæ potestatis obsiderat: *id est, obtinuerat.* 2. 89. Cum omnes aditus armati obsiderent. Ver. 5. 144. Qui sinus quosdam obsedisse maritimos dicuntur. Act. 1. Ver. 6. Obsidere tempus alterius: *id est, observare.* 6. Att. 1. Scaptius equitum turmis inclusum in curia Senatum Salaminæ obsederat. De Arusp. 6. Obsidere, oppugnare, labefactare aliquam urbem.

Obsideor, eris. 9. Att. 19. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero navigabimus.

Obsidio, onis, *obsessio, περικάθησις, πολιορκία, πολιόρκησις*. 8. Att. 17. Domitium periculo obsidionis liberare cupio. Pro Font. 36. Colonia, quæ per hunc obsidione liberata est. Pro Mur. 20. Urbes partim obsidione cepit, &c. 11. A. 26. Antonius solet accipere manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. 5. Fam. 6. et

pro Pomp. 20. Qui ex obsidione fœneratores exemerit, &c.

Obsignandus, a, um, ἐπισφραγιστέος. Ver. 4. 140. Literas obsignandas publico signo curavi. 1. 50. Quæ cognovi egomet apud istum in ædibus, cum obsignandi causa venissem.

Obsignator, oris, ἐπισφραγιστής. 12. Att. 19. Obsignatores testamentorum. 16. 20. Nobis testibus et obsignatoribus. Pro Clu. 186. Literarum obsignator. 14. Att. 15. Adhibere obsignatorem.

Obsignatus, a, um, ἐπισφραγισθείς. Pro Flac. 37. Hæc, quæ est a nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua utuntur omnes in publicis et privatis literis. 8. Att. 6. Obsignata jam epistola superiore, quam, &c. 5. Tusc. 33. Agere cum aliquo tabellis obsignatis. 2. de Div. 145. Quædam matrona visa est in quiete obsignatam habere naturam. Retulit: Negavit, eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse: at alter prægnantem esse dixit: nam inane obsignari nihil solere. 6. Att. 9. Admiratus sum, ut vidi epistolam obsignatam, brevitatem ejus. 7. 2. Curii testamentum Ciceronum signis obsignatum. Ver. 1. 117. Tabulæ testamenti obsignatæ non minus multis signis, quam e lege oporteat. 2. de Orat. 248. Furacem servum solum esse, cui domi nihil nec obsignatum sit, nec occlusum. 16. Att. 16. Decretum, quod obsignatum est ab amplissimis viris. Pro Flacc. 21. Lex tabulas obsignatas in medio poni voluit.

Obsigno, as, *signo*, ἀποσημαίνομαι. 5. Att. 19. Obsignaram jam epistolam meam, quam te puto perlegisse. 1. de Orat. 174. Cum obsignas tabulas clientis tui, quibus id sit scriptum, quo ille capiatur &c. 16. Att. 18. Decretum, quod ego obsignavi cum multis amplissimis viris. Pro Quint. 67. Ejus rei conditionisque tabellas obsignaverunt viri boni complures. Ver. 5. 101. Obsignare tabellas signis amicorum. 1. 149. Quod tum codicem obsignassem. 16. Fam. 26. Obsignare lagenas inanes. Pro M. Scau. Qui cum Quin. Cepione contra Scaurum obsignaverat stateras.

Obsignor, aris. 2. de Inv. 149. Tabulæ obsignantur. Pro Fl. 21. Lex tabulas judicum signis obsignari jubet.

Obsistitur, ἐνίσταται. 4. de Fin. 17. Qua facile posset repugnari obsistique fortunæ. 2. 49. Natura victus, cui obsisti non potest.

Obsisto, is, *resisto, repugno, occurro*, ἐνίσταμαι. Ver. 4. 94. Qui primo cum obsistere et defendere conarentur, repulsi sunt. Pro Flacc. 100. Græcis, Lydis, &c. obsistent Rhodii, &c. 3. C. 17. Consiliis Catilinæ occurri atque obstiti. 12. Fam. 7. Nisi Pansa obstitisset. 2. Tusc. 28. Obsistere dolori. 1. Att. 1. Ambitionem meam putabis obstitisse. 3. de Fin. 31. Obsistere visis, assensusque sustinere. 4. Acad. 108. Obsistere opinionibus, repugnare visis. 1. Qu. Fr. 2. Obsistere sermoni alicujus. 2. Off. 27. Qui autem non defendit, nec obsistit injuriæ, tam est in vitio, quam si, &c. *Ibid.* 23. Multorum odiis nullæ opes possunt obsistere. *Ibid.* 37. Vitia, quibus alii facile possunt obsistere. De Sen. 72. Audacter obsistere alicui.

Adverb. *Audacter, malitiose, perniciose, vehementer.*

Obsitus, a, um, *obsoletus, horridus, squalidus*, κατεσπαρμένος. 1. Tusc. 48.

Lethi obnubila, obsita tenebris loca. Poetæ.

Obsoleo, es, παρακμάζω. 2. A. 105. In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia. *alias*, obsolescebant.

Obsolesco, is, *tenebris vetustatis opprimor*, ἀπαρχαιοῦμαι. 1. Aca. 11. Hæc inclusa habebam, et, ne obsolescerent, renovabam, cum licebat, legendo. 1. de Inv. 39. Res quæ propter vetustatem obsoleverunt. *Ibid.* 4. Hoc a plerisque eorum desertum obsolevisse. Pro Sest. 60. Virtus splendet per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. Pro Cœl. 40. Chartæ quoque, quæ illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt. 1 cont. Rull. 21. Vectigal quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat. Pro Pomp. 52. Obsolevit jam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata. Pro Qu. 59. Cujus splendor omnis in moribus obsolevit. 3. de Orat. 134. Quæ sane nunc obsoleverunt.

Obsoletius, ἀπηρχαιωμένως, ἀπηθισμένως. Ver. 1. 152. Obsoletius vestitus.

Obsoletus, a, um, *insolens, antiquus, inusitatus, sordidus*, ἀπηρχαιωμένος. Ver. 1. 56. Hæc nimis antiqua et obsoleta sunt. 3. de Orat. 148. Abjecta et obsoleta verba fugienda sunt. 1. Att. 16. Barbara quædam et obsoleta. Pro Qu. 56. Hæc vulgaria et obsoleta sunt. 3. de Orat. 30. Vereor, ne paulo obsoletior sit oratio. 3. Off. 116. Cyrenaicis obsoletis floret Epicurus. Pro Font. 32. Studiis militaribus apud juventutem obsoletior, corpus incultum et horridum. De Repub. lib. 3. teste Augustino de Civit. Dei lib. 2. c. 21. Oblivione obsoletos mores videmus.

Abjectus. I. P. 89. Atque inde obsoletus Thessalonicam venisti.

Syntaxis. *Obsolescere vetustate, propter vetustatem. Splendor obsolevit. Obsoletus oblivione mos. Antiquum et obsoletum. Abjectum et obsoletum.*

Obsonium, nii, *vel* Opsonium, *pulmentum: id est, quicquid ad panem vinumque adjicitur in cibum, ut caseus, carnes, ova, pisces, et id genus alia*, ὀψώνιον. 9. Fam. 19.

Obsono, as, *obsonium comparo.* 5. Tuscul. 97. Socratem ferunt, cum usque ad vesperum continentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret? respondisse, se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem.

Obstinatio, onis, *pervicacia, pertinacia, nimia perseverantia*, ἐπιτάρωσις. De Pro. 41. Quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiavi.

Obstinatus, a, um, *pertinax, pugnax*, ἀνένδοτος. 1. Att. 9. Illius voluntas obstinatior.

Obstipus, a, um, ἐπικεκυφὼς, ἐγκεκυφώς. 2. de Nat. 107.

Obstipum caput, et tereti cervice reflexum.

Obstitum, ti, *locus de cœlo tactus.* 2. de Leg. 21. Iidem fulgura, atque obstita pianto. *Alii leg.* oscina. *Festus* obstitum, violatum *explicat.*

Obsto, as, *obsisto, officio, impedio*, ἀντιάζω. 4. Acad. 19. Maxima est in sensibus veritas, si omnia removeantur, quæ obstant et impediunt. Orat. 49. Aut aliquid afferet, quod oppositum probabilius sit, quam illud, quod obstabit. Pro S. R. 112. Officere et obstare commodis alicujus. 2. de Div. 4. Nisi quæ causa gravior obstiterit. 1. de Natur. 96. Quid autem obstat, quominus sit beatus, si non sit bipes? Item: Obstiti videlicet ne, &c. *Lege*, Obsisto. Pro S. R. 6. Cui pecuniæ vita Sex. Roscii obstare atque officere videtur. Pro Mil. 97. Miloni facinoris suspicio, non facti crimen obstat. Pro C. Cornel. Nisi hæc ipsa lex obstitisset, decrevissem, &c.

Syntaxis. *Obstare et impedire.. Officere et obstare. Quid obstat, quominus, &c.*

Obstrepo, is, *obloquor*, ἀντιπατέω. 3. de Orat. 47. Ipsi sibi in dicendo obstrepere videntur. 5. Fam. 4. Quæ res fecit, ut tibi litteris obstrepere non auderem.

Obstrepor, eris, *objicior*. Pro Mar. 9. Sed tamen ejusmodi res, nescio quomodo, etiam dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur.

Obstrictus, a, um, *obligatus, devinctus*, περισφιγγμένος. Pro Cæl. 80. Hunc addictum, deditum, obstrictum vobis habetis. Pro Planc. 2. Obstrictus memoria beneficii sempiterna. I. P. 29. Aliquem fœdere obstrictum teneri. Pro Sull. 6. Si defendes eum, quem obstrictum esse patriæ suspicere. Pro Cæl. 47. Si hic obstrictus voluptatibus teneretur. Pro Dom. 118. Qui tibi erat magis obstrictus beneficio recenti. Pro Planc. 72. Maximis beneficii vinculis obstrictus.)(.*liber et solutus.* 2. de Inv. 132. An legibus obstrictos in tantis molestiis esse, æquum est? Ver. 4. 71. Qui tanto scelere se obstrictum esse non sentit. *Ibid.* 113. Tanta religione obstricta tota provincia est, tanta superstitio mentes Siculorum occupavit, &c. 12. Att. 42. Ego me magna voti religione obstrictum puto.

Obstringo, is, *devincio, obligo*, περισφίγγω, καταδέω. 7. Att. 1. Cum sex libris tanquam prædibus me ipsum obstrinxerim. Pro Cl. 190. Quæ illum donis muliebribus, et spe hæreditatis obstrinxit. 11. Fam. 10. Omneis jam amicos meos ære alieno obstrinxi. 13. 18. Te ita existimare volo, quibuscunque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem tibi obligatum fore. 2. de Orat. 268. Memmius religione civitatem obstrinxit. 2. A. 83. Obstrinxit populum Rom. religione. Pro Cluen. 202. Quem vobis in perpetuum obstringite.

Contamino. 11. A. 29. Qui nefario patriæ parricidio se obstrinxerit. Ver. 1. 8. Qui tot sceleribus se obstrinxerit.

Obstringor, eris. Ver. 5. 35. Me omnium officiorum obstringi religione arbitror.

Obstructio, onis, *interclusio*, ἔμφραξις. Pro Sest. 22. Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta, ita ut curiosis oculis perspici non possit.

Obstructurus, a, um. Pro Dom. 115. Primo se luminibus ejus esse obstructurum minabatur.

Obstructus, a, um, *clausus, septus*, ἐμφραχθείς. De Fat. 10. Zopyrus stupidum esse Socratem dixit, et bardum, quod jugula concava non haberet: obstructas eas partes et obturatas esse dicebat. De Clar. Orat. 16. Ad quos omnis nobis aditus, qui pæne solis patuit, obstructus est. 4. Acad. 7. Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatibus.

Obstruo, is, *obsepio, obtrudo, oppilo*, ἐμφράττω, περιφράττω. De Clar. 66. Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. In Arat. *Sin autem officiens signis mons obstruit altus.* Pro Sull. 79. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. De Sene. 75. Qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt.

Obstupefactus, a, um, *stupefactus*, ἐκπεπληγμένος. 2. C. 14. Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligentia &c. Pro Deiot. 34. Homines admiratione obstupefacti. 1. de Div. 60. Cum ea pars animi sit immoderato obstupefacta potu atque pastu.

Obstupesco, is, *stupeo, stupesco*, ἐκπλήττομαι. 2. de Div. 50. Ejus aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem majorem cum admiratione edidit. 5. Att. 21. Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi decerni sino. 3. C. 13. Sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, ut, &c. 2. de Div. 64.

Quidnam torpentes subito obstupuistis Achivi?

Pro Mar. 29. Obstupescent posteri imperia et provincias tuas.

Obsum, es, *officio, noceo*, ἀνθίσταμαι. 1. de Orat. 122. Pudor qui non modo non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. 4. ad Her. 33. Quid illis adjumento futurum esset, aut offuturum nobis. 3. de Orat. 162. Ne contagio mea bonis umbrave obsit. *Poetæ.*

Adverb. *Multum, plurimum, vehementius, omnino.*

Obsurdesco, is, *sensum audiendi amitto*, ἐκκωφόομαι. De Som. 13. Hoc sonitu completæ aures obsurdescunt. De Ami. 90. Ob-

surdescimus tamen, nec ea, quæ monemur, audimus.

Obtectus, a, um, *κατεστεγασμένος*. Pro Cœl. 43. Quæ vitia multis postea virtutibus obtecta adolescentiæ excusatione defendi possunt.

Obtego, is, *contego, obduco, κατακαλύπτω*. Pro Sest. 76. Frater meus in comitio jacuit, seque servorum libertorumque corporibus obtexit. 1. Att. 15. Fingere, dissimulare, et obtegere.

Obtegor, eris. In Vat. 11. Ut adolescentiæ turpitudo obscuritate ac sordibus tuis obtegatur. 2. de Leg. 55. Quemadmodum os rejectum terræ obtegatur. *Alii* resectum terra *legunt*.

Obtemperatio, onis, *obedientia, ὑπακοή*. 1. de Leg. 42. Justitia est obtemperatio legibus, &c.

Obtempero, as, *obedio, pareo, ἀκούω, ἐμμένω*. Pro Qu. 7. Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius innocentes possit opprimere. Pro Cæc. 52. Si servi ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi potest, obtemperent. 2. Fam. 7. Te audi, tibi obtempera. 2. Tusc. 12. Obtemperat ipsi sibi. 2. Att. 10. Sed tamen quod me vos sperare vultis, vobis obtemperabo.

Obtendor, eris, *obducor, προτείνομαι*. 1. Qu. Fra. 1. 11. Uniuscujusque natura tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur.

Obtento, as, *tento, κατίσχω*. 9. Att. 12. Spes quædam me obtentabat, fore, &c.

Obtentus, a, um, *προβεβλημένος*. 2. P. 109. Testamentum irritum fecit, quod etiam infimis civibus semper obtentum est. Pro Corn. 61. Quæ volebamus et contendimus, obtenta non sunt.

Obtero, *is, contundo, κατατρίβω*. 1. de Div. 29. Aperte artem obterere extispicum. 5. Fam. 9. Prosternere et obterere obtrectationes malevolorum. Pro Cæc. 18. Ita calumniam obtrivit ac contudit.

Obteror, eris. Ver. 5. 2. Laudem imperatoriam criminibus avaritiæ obteri.

Syntaxis. *Calumnias obterere et contundere. Prosternere et obterere suum nomen.*

Obtestans, tis, *διαμαρτυρούμενος*. Brut. 13. Oro atque obsecro te, mi Cicero, necessitudinem nostram, tuamque in me benevolentiam obtestans, &c. 3. Fam. 10. Obtestans omnes deos, &c.

Obtestatio, nis, *imploratio, obsecratio, deprecatio, ἐπιμαρτυρία*. 8. Fam. 10. Mei officii est, meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris. Pro Corn. 33. Sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis, aut pœna, cum, &c. Pro Dom. 125. Quid ergo tua obtestatio tibicinis voluit? Pro Cl. 35. Mulier obtestatione viri domo exire non debuit.

Obtestor, aris, *testor, appello, imploro, διαμαρτύρομαι*. Ver. 5. 187. Deos omnes imploro atque obtestor Pro Mur. 86. Vestram fidem obtestor, misericordiam imploro. Pro Flacc. 4. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? Pro Plan. 103. Mecum vos simul miserrimus obtestatur parens, et pro uno filio duo patres deprecamur: nolite judices per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis dare lætitiam. Pro Mil. 93. Oro obtestorque vos, ut misericordiam huic tribuatis. Pro Flac. 102. Cum ego te, Flacce, cœlum noctemque contestans, flens flentem obtestabar, cum tuæ fidei spectatissimæ salutem civium commendabam. Pro Qu. 91. Te obsecro obtestorque per senectutem et solitudinem meam, nihil aliud, nisi ut, &c. 11. Att. 1. et pro Sest. 147. Idque ut facias, te obtestor, atque obsecro. Pro Sull. 89. Id sibi ne eripiatis, vos obtestatur. Pro Sest. 45. De quo te, patria, obtestor, me fugisse, &c. *Alii leg.* testor. Pro Cœl. 78. Quare obtestor, oroque vos, judices, ut, &c. Postq. in Sen. 1. Si vobis parum cumulate gratias egero, quæso, obtestorque vos, ne, &c. 3. Att. 23. Oro obtestorque te, ut, &c. Pro Mil. 86. Vos enim Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro et obtestor.

Syntaxis. *Imploro et obtestor. Oro et obtestor. Obsecro et obtestor. Obtestor et oro. Quæso obtestorque.*

Obtineo, es, *teneo, adipiscor, vinco, ἐκνικάω, ἐπέχω*. Pro Quint. 34. Nemo adhuc præter te fuit, ubi nostrum jus contra illos obtineremus. 2. Att. 48. Suam quisque domum tum obtinebat. 1. Fam. 9. Obtinere provinciam cum imperio. 1. de Orat. 45. Academiam Carneades et Clitomachus obtinebant. Ver. 5. 45. Verres totam insulam obtinebat, Cyclops Ætnam solam tenuisse dicitur.

Conservo. 1. Qu. Fra. 1. 27. Necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere et conservare possumus. 2. de Nat. 49. Sol qui astrorum obtinet principatum. 4. Fam. 14. Obtinere pristinam dignitatem suam. 10. Att. 4. Hi sunt, qui, nisi me civitate expulissent, obtinere se non posse putarunt licentiam cupiditatum suarum. Pro Quint. 75. Hoc cogitent, ita se graves esse, ut, si veritatem volent retinere, gravitatem possint obtinere.

Sustineo. Pro Qu. 8. Q. Hortensius, qui hoc judicio partes accusatoris obtinet.

Assequor, consequor, vinco. 7. Att. 24. Pompeius malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Pro Qu. R. 10. Totam litem aut obtinere, aut amittere. Orat. 69. Hoc ad obtinendas causas valet plurimum.

Habeo. Pro Sul. 19. Quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat. Pro Dom. 86. Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit. 3. de Orat. 224. Ad actionis usum maximam sine dubio partem vox obtinet. 3. Qu. Fr. 1. Locum obtinere. 2. Off. 43. Filii ejus mortui numerum obtinent jure cæsorum. 2. A. 71. Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo

numero fuisti? Pro Lig. 15. Hæc tanta lenitas, quantam tu per te, per te, inquam, obtines.

Custodio, conservo. 4. Fa. 11. Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem. *Ibid.* 7. Nihil tibi deesse arbitror ad tuas fortunas obtinendas.

Exoro. 1. Fam. 8. Omnia, quæ voles, tu obtinebis.

Confirmo. Pro Qu. 75. Non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum autoritas adjuvat.

Obtineor, eris. 3. Off. 84. Regnum, quod a Tantalo proditum jure obtinebatur. 1. Fam. 5. A nobis agentur omnia, ut neque, si quid obtineri poterit, non contendamus: neque si quid non obtinuerimus, repulsi esse videamur.

Syntaxis. *Obtinere suum jus contra aliquem. Obtinere provinciam cum imperio. Carneades tum Academiam obtinebat. Obtinere et conservare necessitudinem cum aliquo. Obtinere principatum, dignitatem, licentiam cupiditatum suarum, gravitatem, partes accusatoris. Obtinere causas,* vel *litem. Apud aliquem parentis auctoritatem obtinere. Calamitas criminis locum obtinet. Tenere locum aliquem apud aliquem. Humanitatem alicujus erga se obtinere. Obtinere mendacium,* id est, probare. *In actione magnam partem vox obtinet.*

Obtingo, gis, *obvenio*, συμβαίνω. In Vat. 12. Cum tibi Aquaria provincia sorte obtigisset. 1. Off. 21. Quod cuique obtigit, id quisque teneat. 1. Att. 17. Quam mihi obtigisse dicis σπάρταν, nunquam deseram. 2. Fa. 19. Cum optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. 4. C. 3. Deinde si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar. 1. de Div. 103. Cum ei obtigisset, ut bellum gereret cum rege Perse. 2. 38. Talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia.

Obtorpesco, is, *vel* Obtorpeo, es, *torpeo, obstupesco*, συμβλακεύω. Pro Dom. 135. Miror, ei non et linguam obmutuisse, et manum obtorpuisse. 3. Tusc. 67. Sed jam subjectus miseriis obtorpui.

Obtortus, a, um, διεστραμμένος. Ver. 4. 24. Quem obtorta gula in carcerem abripi jussit. Pro Cl. 59. Aliquem obtorto collo ad subsellia reducere.

Obtrectandi, διαστρεπτικός, ἡ, όν. 10. A. 6. Hanc tibi consuetudinem plerisque in rebus bonis obtrectandi si quis detraxerit, qui tibi velit obtrectare, non relinquetur.

Obtrectans, tis, διαστρέφων. 4. Acad. 16. Arcesilas Zenoni obtrectans.

Obtrectatio, onis, *calumnia, reprehensio, vituperatio*, διασυρμός, ζηλοτυπία. De Cl. 156. Obtrectatio invidiæ, quæ solet lacerare plerosque. Pro Font. 16. Aliqui ex civilibus studiis atque obtrectatione domestica inimici. 4. Tusc. 18. Obtrectatio est ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit. 10. Fam. 18. Hæc res habet obtrectationem. 1. 7. Malevolentiæ obtrectationes. 1. de Inv. 26. Invidia et obtrectatione impediri. 1. Qu. Fr. 1. 34. Posterorum erit verius judicium, obtrectatione et malevolentia liberatum.

Obtrectator, oris, *invidus, maledicus, iniquus, calumniator*, διασυρτὴς, διάβολος. Pro Fl. 2. Sed si forte aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis invidus extitisset &c. De Cl. 2. Non adversarium aut obtrectatorem laudum, sed socium potius et consortem gloriosi laboris amittere. Pro Pl. 57. Nonnulli nostri iniqui, multi communes obtrectatores, atque omnium invidi multa finxerunt. 1. Fam. 4. A tuis invidis et obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. 10. 33. Verebar, ne obtrectatores mei, &c. Pro Font. 17. Cum studiorum suorum obtrectatorem sustulissent. Pro Fla. 68. In tam suspiciosa et maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. De Arusp. 50. Obtrectatores eorum atque adversarii. 1. Qu. Fr. 4. Quid sperem, potentissimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, pluribus invidis?

Obtrectatur, διασύρεται, διαβάλλεται. 3. Att. 26. Si obtrectabitur, utar autoritate Senatus. Pro Pomp. 56. Quo mihi etiam indignius videtur, obtrectatum esse adhuc.

Obtrecto, as, *maledico, vitupero, calumnior*, διασύρω, λοιδορέω. 4. Tuscul. 56. Obtrectare vero, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? cum sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat: obtrectantis autem, angi bono alieno, quod id etiam alius habeat. 9. Fam. 10. Non tam id laboro, ut, si qui mihi obtrectent, a te refutentur, quam intelligi cupio, me a te amari. 4. Tuscul. 46. Ipsum illud æmulari et obtrectare non esse inutile, cum aut se non idem videat consecutum, quod alium, aut alium idem, quod se.

Adversor. Pro Pomp. 21. Qui huic obtrectant legi, atque causæ.

Obtritus, a, um, *contusus*, κατατριβείς. 2. de Orat. 353. Quos quum humare vellent sui, neque possent obtritos internoscere, Simonides dicitur, &c. demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse.

Obtrudo, is, *detrudo, deturbo*, ὠθέω. Ver. 4. 79. Qui non modo obtrusit aliqua ex parte monumenta Scipionis, sed funditus sustulit et delevit.

Obtrunco, as, *occido*, διαχράομαι, κατακόπτω. 3. de Nat. 67. Puerum interea obtruncat, membra articulatim dividit.

Obtundo, is, *retundo, onero*, ἀμβλύνω. 1. Tusc. 80. Multa enim e corpore existunt, quæ acuant mentem, multaque quæ obtundant. 8. Att. 1. Ego si somnum possem capere, tam longis te epistolis non obtunderem. Ver. 4. 109. Non obtundam diutius aures vestras. 1. 156. Obtuderunt ejus aures, te socium Prætoris fuisse. 3. Tusc. 34. Nihil est enim, quod tam obtundat elevetque ægritudinem, &c. 5. Fam. 14. Cupio

non obtundere te, si non delectare nostro studio. 2. de Orat. 282. Cum patronus vocem in dicendo obtudisset.

Obtundor, eris. 3. de Orat. 91. Ingenia obtundi nolui.

Obturbo, as, *perturbo*, *διακρούομαι*, *διακρούω*. 12. Att. 17. Me litteræ non leniunt, sed obturbant. *Ibid.* 19. Philippus obturbavit mihi solitudinem.

Obturatus, a, um, *obstructus*, *interclusus*, *oppilatus*, *πεφραγμένος*. De Fat. 10. *Lege*, Jugulum.

Obtusus, a, um, *hebes*, *retusus*, *ἀβλήχρων*. 3. ad Her. 17. Si aures auditorum obtusæ videbuntur. De Senect. 83. Animum, qui plus cernat et longius, videre, se ad meliora proficisci: Ipsum autem, cujus obtusior sit acies, non videre. 1. de Nat. 70. Totum hoc, aut etiam aut non, negavit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius? Acad. Ad ea ipsa habetes et obtusi.

Obtutus, us, *aspectus*, *πρόσοψις*, *videndi vis*, *et aciei oculorum actio*, *quam visum appellant*. 2. de Div. 120. Quodam obtutu oculorum duo lucernæ lumina pro uno videri. 3. de Natu. 9. Cum idem obtutus esset amborum oculorum. 3. de Orat. 17. Qui vultum ejus obtutumque oculorum in cogitando probe nosset. De Univer. 24. Animus oculorum effugit obtutum. 2. de Nat. 107.

Obtutum in cauda majoris figere dicas.

Syntaxis. *Oculi obtutus. Figere obtutum in aliquo. Effugere obtutum*: id est, aspici non posse.

Obvallatus, a, um, *munitus*, *circumvallatus*, *περιφραττόμενος*. 2. con. Rull. 3. Quem locum nobilitas præsidiis firmatum, et omni ratione obvallatum tenet.

Obvenio, is, *obtingo*, *ἀπαντάω*. Ver. 2. 17. Verri sorte provincia obvenit. *Ibid.* 20. Quod hæreditas ei obvenisset. 2. Off. 74. Sin aliqua necessitas hujus muneris alicui reip. obvenerit, danda erit opera, ut, &c. 3. A. 24. In sortitione provinciarum, quæ cuique apta erat, ea cuique obvenit.

Obversatio, onis, *obambulatio*, *παράστασις*. Pro Mur. 49. Etenim obversationes, testificationes, &c. animadvertebant, &c.

Obversor, aris, *versor*, *occurro*, *διατρίβω*. Pro Sest. 7. Sed mihi obversatur ante oculos reip. dignitas. Pro Dom. 141. Resp. obversatur ante oculos exterminatoris sui. 2. Tusc. 52. Obversentur species honestæ animo. 4. Acad. 139. Nonne ipsa severitas, et gravis et recta ratio mihi obversetur?

Obverto, is, *converto*, *περιστρέφω*. In Arat.

Obvertunt navem magno cum pondere nautæ.

3. Tuscul. 39. Cujus ob os Graii ora obvertebant. Idem 9. Fa. ep. ultima.

Obviam, *cum verbis aliquibus, et nomine*, *itio*, *occursus*, *εἰς συνάντησιν*, *εἰς ἀπάντησιν*. 2. A. 78. Cæsari ex Hispania redeunti obviam longissime processisti. Ver. 2. 65. Epicrates longe mihi obviam cum suis omnibus processit. Pro Mur. 68. Multi obviam prodierunt de provincia decedenti. *Ibid.* 69. Deinde ipse accusator cum bene magna caterva obviam venit. 2. Famil. 16. Cum in Cumanum mihi obviam venisti. Pro Mur. 67. Si mercede conducti obviam candidatis issent. 2. A. 58. 3. Fam. 7. 58. et Ep. l. 3. ep. 7. Ex oppido prodire obviam alicui. Pro Sest. 68. Huic ad urbem venienti tota obviam civitas processerat. 12. Att. 5. Tironem Dolabellæ obviam misi. 3. Fam. 7. Illi obviam misimus Athenas. Pro Pla. 96. Cum ipsa pene insula mihi sese obviam ferre vellet. In Pis. 53. Cum mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum procedere visa est. 11. Att. 16. De obviam itione ita faciam ut suades. 14. Fam. 5. Properare obviam alicui. 2. Att. 1. Prodire obviam alicui.

Contra. 4. Att. 16. Huic obviam Cato et Servilius præit aperte: *id est, contra hunc, &c.*

Inimico animo. Pro Mil. 28. Obviam fit ei Clodius expeditus in equo.

Syntaxis. *Obviam procedere longe, prodire, venire, ire, mitti, se ferre. Obviam itio. Obviam fieri alicui ut adversarium. Obviam ire conatibus malorum. Tibi obviam eo:* id est, contra sto, repugno.

Obvius, a, um, *occurrens*, *ἀντιβατικὸς*, *ὁ ἐμποδών*. Pro Mil. 48. Quippe si ille ei obvius futurus non erat &c. Pro Cæc. 76. Si autem ingredienti cum armata multitudine obvius fuerit, &c. 6. Att. 4. Tu autem fac, ut tuæ litteræ mihi volent obviæ.

Obvolvendus, a, um, *tegendus*, *obducendus*, *περιειλητέος*. Orat. 74. Pictor ille vidit, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.

Obvolutus, a, um, *περιειλημμένος*. Ver. 5. 71. Alii capitibus obvolutis e carcere ad palum, atque ad necem rapiebantur. 2. de Inv. 149. Os autem obvolutum est folliculo, et præligatum. 1. de Div. 67. Obvoluta sanguine fax. 1. ad Her. 23. Obvolutus et obligatus corio.

OC

Occæcatus, a, um, *ἀποτυφλωθείς*. 1. de Fin. 33. Occæcati cupiditate non provident.

Occæco, as, *obcæco*, *cæco*, *ἀποτυφλόω*. 3. de Orat. 155. et 1. de Div. 24. Noctis et nimbum occæcat nigror. *Poetæ.*

Occalesco, is, *percallesco*, *obduresco*, *ἐκπωρόομαι*. 2. Att. 18. Sed jam prorsus occallui.

Occasio, onis, *locus*, *tempus*, *opportunitas*, *facultas*, *ansa*, *campus*, *causa*, *tempus oblatum*, *καιρὸς*, *εὐκαιρία*. Ver. 1. 34. Simul ac primum ei occasio visa est, provinciam dese-

ruit. 12. Fam. 24. Ego tamen, ut primum occasio data est, feci, &c. De Clar. 280. Qui occasione aliqua, etiam invitis suis civibus, adeptus est imperium. Ver. 2. 61. Iste amplam occasionem nactus, &c. 1. de Inv. 40. Occasio est pars temporis, habens in se alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. *Ibid.* In occasione ad spatium temporis faciendi quædam opportunitas intelligitur adjuncta. 1. Off. 142. Tempus actionis opportunum, Græce *εὐκαιρία*, Latine appellatur occasio. 2. cont. Rull. 3. Qui aliqua occasione Consules facti sunt. *Ibid.* Vester honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus. Br. 4. Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnandi habuit. Pro Pomp. 4. Occasionem sibi ad Asiam occupandam oblatam esse putant. 10. Fam. 4. Hæ gentes mala nostra suam putant occasionem. *Ibid.* 8. Habere occasionem ad agendum aliquid. 1. de Leg. 5. Teneo, quam optabam, occasionem, neque remittam. De Ar. 55. Captare occasionem. 2. A. 29. Aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit. 7. 18. Qui familiarem jugularat, quid hic, occasione data, faciet inimico? 4. ad Her. 54. Occasio commoda, idonea. 7. Att. 17. Illum, ne data quidem occasione, repulimus. Pro Cæc. 15. Amittere occasionem. 15. Att. 11. Amissa occasio. Pro Lig. 25. Qui vos tantæ laudis occasione privaverit. Pro Milo. 41. Quæ tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? *Ibid.* 38. Quem si interficere voluisset, quantæ quoties occasiones, quam præclaræ fuerunt? 5. Att. 18. Si fuerit occasio, manu: sin minus, locis non defendemus. Brut. 11. Antistius se acerrimum propugnatorem communis libertatis præstitisset, si occasioni potuisset occurrere. Pro Flac. 31. Casus est enim in capiendo, locus, eventus, occasio. 2. Att. 118. Certatim posthac mihi crede ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. 3. 34. Hanc igitur occasionem oblatam tenete per deos immortales.

ADJUNCT. *Ampla, major, melior, mirifica, præclara.*

SYNTAXIS. *Data occasio, oblata. Occasionem adipisci, nancisci, tenere. Occasionem captare, remittere, amittere. Occasione aliqua facere aliquid,* vel *ad alicujus rei occasionem. Habere occasionem ad agendum aliquid. Aliis animus, aliis occasio deest. Privare aliquem occasione. Occurrere occasioni.*

Occasurus, a, um, *τελευτήσων, πεσούμενος.* Pro Mil. 101. Ut beneficia, quæ in me contulistis, in hujus exitio occasura esse jubeatis.

Occasus, us, *obitus, interitus, ἀπόκρουσις.*) (*ortus, exortus.* 2. de Nat. 49. Sol ab ortu ad occasum commeans. 3. ad Heren. 36. Occasus solis.)(. *exortus.* I. P. 34. Qui dies post obitum occasumque nostrum reip. primus illuxit. 3. C. 19. Totius urbis atque imperii occasus appropinquat. Pro Syl. 33. Cum ad occasum interitumque reip. Catilina in castris dux esset constitutus. L P. 18. Senatus reip. occasum atque interitum luget. Top. 32. Senectus est occasus vitæ. 1. Acad. 8. Post Lælii nostri occasum ne a Latinis quidem *peti poterant ea.* Hortens. Jucundum nobis perfunctis muneribus humanis occasum, neque molestam extinctionem, et quasi quietem vitæ fore.

Occatio, onis, *agricolarum verbum fuit, cum jacto semine crate solum æquabant, seminaque occultabant, βωλοκοπία.* De Sen. 51. Terra semen occatum cohibet: ex quo occatio, quæ id efficit, nominata est.

Occatus, a, um, *crate occultatus, et depressus, βωλοκοπηθείς. Lege,* Occatio.

Occento, as, *ab* Occino, is, *contra aliquem cano, carmenve condo, κατᾴδω, καταβοάω.* 4. de Rep. teste Aug. de Civit. Dei, l. 2. c. 9. Si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret, &c.

Occidendus, a, um. Pro S. R. 99. Nullus modus est hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit.

Occidens, tis, *occasus, obiens, καταδύων.* 1. Tusc. 94. Occidens sol. 2. de Nat. 164. Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt. 1. de Div. 24. Prope jam occidente sole. Pro Cœl. 79. Nolite hunc natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro, quam suo fato. 1. Tuscu. 109. Cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. 4. Famil. 1. Aliquid opis occidenti reip. tulissemus.

Occidio, onis, *ἀναίρεσις.* 15. Fam. 4.

Occido, is, *cado, morior, καταπίπτω.* 2. de Nat. 23. Refrigerato autem et extincto calore occidimus ipsi, extinguimur. 1. Qu. Fr. 4. Sin plane occidimus (me miserum!) ego omnibus meis exitio fuero, quibus ante dedecori non eram. 1. de Div. 53. Eudemus prælians ad Syracusas occidit. 4. Ac. 119. Hic ornatus nunquam dilapsus occidet. Oecon. 1. Ne genus humanum temporis longinquitate occideret.

Occido, is, *interficio, interimo, cædo, neco, macto, jugulo, trucido, perimo, vitam eripio, de medio tollo, luce communi privo, vitam aufero, necem affero, mortem affero, vita privo, morte mulcto, mortem conscisco, vitam adimo, interitum affero, occisione occido, conficio, κατακτείνω, θανατόω.* 2. de Fin. 66. L. Virginius Virginiam filiam manu sua occidit. Pro Dom. 96. Remp. condere meo discessu, quam omnium interitu occidere malui. 14. A. 36. Cum Pansa hostium copias occisione occiderit. Pro M. Tull. Ut eum jure potuerit occidere, a quo metuisse se dicat &c.

Occidor, eris. Pro S. R. 18. Occiditur ad balneas Palatinas rediens a cœna Roscius. Pro M. Tull. A quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur.

Occisio, onis, *cædes, φόνευσις.* Pro Cæc. 41. Tu vim negabis esse factam, si cædes et oc-

cisio facta non erit. 14. A. 36. Cum Pansa hostium copias occisione occiderit.

Occisus, a, um, *cæsus, occisione occisus*, ἀναιρεθείς. 1. C. 26. Vigilare ad insidiandum bonis occisorum. 15. Fam. 4. Pro Milone 12. Cædem, qua P. Clodius occisus est, contra remp. esse factam.

Adverb. *Nefarie, palam, temere.*

Occludor, eris, *claudor*, καταμύομαι. 4. Acad. 144. Occludi tabernas jubes.

Occlusus, a, um, κατακεκλεισμένος. 2. de Orat. 248. Furax servus, cui nihil domi est nec obsignatum, nec occlusum. 4. C. 17. Quæstus occlusis tabernis minui solet.

Occo. *Lege*, Occatio.

Occulo, is, *occulto*, ἀλιβδύω. 2. de Orat. 177. Puncta argumentorum plerunque occulere.

Occulor, eris. 5. Att. 15. Appii vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt. 2. Tusc. 36. Mulieres in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur.

Occultandus, a, um, ἀποκρυπτέος. Postqu. in Sen. 15. Frontis tibi integumento ad occultanda tanta vitia diutius uti non licebit.

Occultans, tis, ἀποκρύπτων. 9. Att. 12. Inventus est vix in hortis suis se occultans.

Occultatio, κρύψις. *Ibid.* 15. Sed ibi occultatio nulla est. 2. de Natur. 127. Morsu leones, aliæ fuga se, aliæ occultatione tutantur. 2. de Fin. 73. Quæ libido non se proripiet ac projiciet aut occultatione proposita, aut &c. Pro Quint. Turpis occultatio sui. *Ex Ulpiano.*

Occultator, oris, κρυπτικὸς, κατακαλύπτης. Pro Mil. 51. Ille latronum occultator et receptor locus.

Occultatius, λαθραίως. Pro Deiot. 18. Et occultatius conari, et efficere cautius. *alias*, occultius.

Occulte, *abdite, ex occulto, ex insidiis, circuitione*, ἀνεμφάτως, ἀποῤῥήτως.)(. *recte, aperte.* 1. con. Rul. 1. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. 2. con. Rull. 41. Occulte latere. 1. de Nat. 74. Nec consulto dicis occulte, ut Heraclitus. 3. C. 5. Occulte pervenire aliquo. 1. Off. 127. Quam occultissime parere. *Ibid.* Quod facere turpe non est, modo occulte, id dicere obscœnum est.

Syntaxis. *Occulte cuniculis oppugnare. Occulte latere.*

Occulto, as, *tego, oblego, contego, involvo, tenebris obscuro, ab oculis removeo, dissimulo, obscure fero*, ἀλιάζω. 1. Off. 127. Quæ natura occultavit, eadem omnes ob oculis removent. Ver. 1. 80. Causam hujus tanti erroris occultas. 1. de Orat. 172. Quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo. Pro Pomp. 7. Mithridates ita regnat, ut se non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed, &c. 1. Off. 105. Sed si quis est paulo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultet, et dissimulet appetitum voluptatis propter verecundiam. Pro Sest. 50. Marius senile corpus paludibus occultavit demersum. De Clar. 235. Lentulus cæterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultavit. Ac. Mos fuit Academicis occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam aperiendi.

Occultor, aris. 2. de Natur. 52. Stellæ quæ tum occultantur, tum rursus aperiuntur. Pro S. R. 86. Tenuitas hujus eo magis elucet, quo magis occultatur. 1. Acad. 2. Intemperantis est scribere, quod occultari velis. 2. de Fin. 77. Intus veritas occultatur.

Occultus, a, um, ἀπόκρυφος, ἐνδόμυχος, ἐπίκρυφος, *latens, abditus, absconditus, reconditus, a natura involutus, abstrusus, tectus, obscurus, tacitus, clandestinus, furtivus* .)(. *promptus, apertus.* Pro S. R. 104. Paulo occultior atque tectior vestra ista cupiditas esset. 11. Fa. 21. Si quid erit occultius, et, ut scribis, reconditum. 1. Acad. 15. Res occultæ, et ab ipsa natura involutæ. 1. de Fin. 30. Occulta quædam, et quasi involuta aperiri. Brut. 1. Hominum occultæ voluntates. 4. Ac. 127. Indagatio ipsa rerum tum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem. Ver. 1. 39. Occultum, intestinum et domesticum malum. 1. de Nat. 49. Res occultæ et penitus abditæ. Pro Cæl. 57. Servi, quibus occulta credantur. Incert. Occultiores insidiæ.

Syntaxis. *Occultus ac tectus. Occultum et reconditum. Occultum et involutum. Occultum et latens. Occultum, intestinum, domesticum. Occultum et penitus abditum. Occulta credere alicui.*

Occumbo, is, *obeo, appeto*, ἀπέχομαι, τελευτάω. 1. Tus. 102. Ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.

Occupatio, onis, *impedimentum, negotium*, ἀσχολία, σπουδή. 2. Att. 23. Ex eo colligere potes, quanta occupatione distinear. 1. 16. Summæ atque incredibiles occupationes meæ. 1. de Nat. 51. Deus nullis occupationibus est implicatus. 10. Fam. 28. Ipse eram maximis occupationibus impeditus. 7. 1. Propter molestissimas occupationes meas, quibus si me laxaro, (nam ut plane exolvam non postulo) docebo, &c. 12. 30. Nam antea distinebar maximis occupationibus. Orat. 34. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. 3. Att. 20. Expedire se ab omni occupatione. 1. de Orat. 1. Occupatio ambitionis. *Ibid.* 21. In tanta occupatione urbis ac vitæ. *Ibid.* 252. Multo minus ad juris civilis perdiscendi occupationem descendendum est. 4. Acad. 4. Bellum, in quo magna rei militaris occupatio esse solet. 16. Att. 15. Cum sorore ages attentius, si occupatione ista relaxaris. 1. 11. Ita distinebar, ut vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim, atque id ereptum summis occupationibus. 3. Off. 33. *Lege*, Prævenio.

Oppressio hostilis. Pro Dom. 5. Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ.

Rhetorica exornatio. 4. ad Her. 38. Occu-

patio est, cum dicimus nos præterire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tum maxime dicimus, &c.

Est et aliud ornamenti genus, πρόληψις Græce dictum, cum quod objici nobis potest, ante occupamus ipsi, idque diluimus. 3. de Orat. 203.

Adjunct. *Assidua animi, et vehemens, magna. Magnæ, Maximæ, Maximæ et quidem reconditæ et exquisitæ, Molestissimæ, Summæ, Summæ atque incredibiles, Tantæ urbis, ac vitæ, Tantæ. Vetus.*

Syntaxis. *Occupatione distineri, implicari, impediri. Relaxare se occupatione et expedire se ab. In maximis occupationibus non intermittere studia doctrinæ. Occupatio ambitionis, fori, rei militaris, urbis ac vitæ. Descendere ad occupationem juris perdiscendi. Tempus summis occupationibus ereptum.*

Occupatus, a, um, *distentus, districtus, impeditus, implicatus, ἀσχοληθεὶς.* 3. de Nat. 93. et 94. Videtis ergo divinam providentiam non esse tam occupatam, quam putatis. Pro Cæl. 44. Amores nunquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. 12. Fam. 30. Quamvis occupatus sis, otii tamen plus habes. Pro Mur. 85. Occupatus in faciendo aliquid. 8. Fa. 4. Comitiorum dies occupatiorem me habebant. Pro Plan. 66. Et quid dicam de occupatis meis temporibus? cui fuerit negotium quidem nunquam otiosum. 1. de Orat. 239. Suspenso animo et occupato Crassum tibi respondisse video. 1. de Inv. 31. Habere animum occupatum in aliqua re. Pro Font. 36. Quæ pro vobis tot annos in diis immortalibus placandis occupata est. Pro S. R. 91. Dum in aliis rebus erat occupatus, qui summam rerum administrabat. Pro Muræ. 28. Homo vehementer occupatus. 10. Att. 6. Sum occupatus de Q. Fratre, *id est, Qu. fratre mihi exhibente negotium.* 1. de I. 8. Nec occupata opera, nec impedito animo res tanta suscipi potest. Br. 5. In Dolabella opprimendo occupati esse debemus. 1. Off. 57. Qui in patria funditus delenda occupati sunt et fuerunt.

Syntaxis. *Occupatus et impeditus. Id me occupatum habet. Occupata tempora. Animus suspensus et occupatus. Animum habere occupatum in. Occupatus in legendo, de fratre. Occupata opera animoque impedito res suscipere.*

Occupo, as, *obsideo, teneo, usurpo, possideo, præsidiis interclusum teneo, καταλαμβάνω, κατέχω.* 2. con. Rull. 74. Rullus totam Italiam suis præsidiis obsidere et occupare cogitat. 8. Att. 19. Cæsar magnam Italiæ partem occupavit. 5. A. 17. Qui regibus exactis regnum occupare voluerunt. 3. Off. 90. Occupare tyrannidem. Ad Br. 16. Alterius locum occupare. Pro Mur. 12. Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. 1. de Orat. 190. Si hoc alius quisquam, me impedito, occuparit, &c. Pro Font. 10. Magnitudine rei occupare animos eorum, qui audiunt. 1. Q. Fr. 1. 31. Ante occupetur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur. Ver. 4. 113. Tanta superstitio mentes Siculorum occupavit, ut, &c. Orat. 88. Ne odii locum risus occupet. Pro Flac. 51. Pecuniam grandi fœnore adolescentulo occupavisti: *id est, commodavisti.* 14. A. 15. Occupare portas urbis.

Teneo. 5. Tusc. 27. Occupavi, inquit, te, Fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses.

Prævenio, occurro. Orator. 138. Ut ante occupet, quod putat opponi.

Usurpo. 1. de Orat. 114. Verba cujusque rei propria et ornatissima atque optima occupasse Ennium.

Occupor, aris, ἐναπολείπομαι, ἐνασχολοῦμαι. De Cla. 289. Locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal.

Occurrendum. Ver. 4. 105. Sentio judices occurrendum esse satietati aurium.

Occurrens, tis. 8. Att. 9. Occurrens ad Lentulum.

Occurritur. 2. Off. 7. Occurritur autem nobis, et quidem a doctis et eruditis, quærentibus, satisne, &c. Ad Brut. 16. Futura quoque, nisi ante sit occursum, explores, ne se insinuent. 4. Acad. 44. Occurretur enim, sicut occursum est.

Occurro, is, *repugno, obsto, resisto, ἀπαντάω.* De Fat. 41. Chrysippus illi rationi sic occurrit, si, &c. Orat. 174. Varietas occurrit satietati. 3. C. 17. Consiliis Catilinæ occurri atque obstiti. 3. de Nat. 70. Huic loco sic soletis occurrere. 10. Fam. 15. Bruti erit officium occurrere ei, &c. 11. 11. Malevolentiæ hominum in me, si poteris, occurres.

In mentem venio. 2. de Orat. 130. Loci certi, qui ad causam explicandam statim occurrant. 1. 151. Omnes loci artis inquirentibus nobis, omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se et occurrunt. 2. 147. Nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet. 4. Acad. 25. Si quid officii sui sit, non occurrit animo. 2. de Orat. 103. Statim occurrit animo quæ sit causa ambigui. Orat. 115. Hæc tenenda sunt oratori, sæpe enim occurrunt. 3. de Fin. 53. Id mihi occurrit, ut indifferens dicerem. 13. Att. 19. Mihi quædam occurrunt, sed ea coram. De Cl. 26. Mihi occurrunt, Attice, et quasi lucent Athenæ tuæ. 15. Attic. 23. Permulta mihi de vestro itinere cogitanti in utramque partem occurrunt. 4. de Fin. 47. Qui, quodcunque in mentem veniat, aut quodcunque occurrat, se sequi dicent. 14. A. 31. Quorum de honore utinam mihi plura in mentem venirent. duo certe non præteribo, quæ maxime occurrunt. Pro Lig. 6. Nec quid tibi de alio audienti de me ipso occurrat, reformido.

Obviam fio. Br. 6. Scripsi ad eum, ut mihi

Heracleam occurreret. Pro Mil. 52. Cur non ante occurrit, ne in villa resideret? Pro Cl. 63. Sed ego occurram expectationi vestræ, judices, &c. 3. de Orat. 189. Ipsi pedes occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent, et respondebunt non vocati. Pro Deio. 40. Misericordia tua occurrere solet supplicibus nulla oratione evocata.

Obversor. 1. de Div. 61. Tum ei visu quietis occurrent tranquilla atque veracia.

SYNTAXIS. *Occurrere argumentis. Varietas satietati occurrit. Occurrere atque obsistere alicujus consiliis. Occurrere malevolentiæ. Omnia occurrunt atque incidunt. Occurrit animo. Id mihi occurrit ut dicerem. Multa in utramque partem occurrunt. Occurrere expectationi,* id est obviam ire. *Misericordia occurrit supplicibus non evocata.*

Occursatio, *obviam itio, studium illud occurrendi, salutandi, prensandique eos, a quibus honorum suffragia expectamus,* ἀπάντησις. Pro Plan. 29. Facilis est illa occursatio, et blanditia popularis. Pro Milon. 96. Vestras occursationes, studia, sermones secum ablaturum esse dicit.

Occursurus, a, um, ἀπαντήσων. 1. A. 9. Non quo me ad tempus occursurum putarem, sed, &c.

Oceanus, ni, ὠκεανός. De Univer. 35. Oceanus et Salacia Cœli satu Terræque conceptu generati et editi. 3. de Nat. 48. Oceanus Perseidis pater. 7. Fa. 10. In Oceano natare. *Proverbium.* 1. Tusc. 45. Oceani freta. 2. de Nat. 40. Oceani humoribus alitur sol igneus. De Som. 15. Terra parva quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis. Ver. 3. 207. Locus intra Oceanum nullus est, quo non nostrorum hominum libido pervaserit. Pro Pomp. 33. Nulla intra Oceani ostium prædonum navis est, &c. 3. de Nat. 24. Oceani fervor constantissimus.

Ocellus, li, *oculus,* ὀμμάτιον, ὀφθαλμίδιον, 16. Att. 6. Cur ocellos Italiæ, villulas meas non video.

Octavianus, a, um. 1. de Div. 4. Octavianum bellum. 15. Att. 12.

Octavianus, *Cæsar.* 10. Fam. 33. Et tibi et Octaviano scripsi, &c. 12. 25. Cæsar Octavianus.

Octavus, ὄγδοος. *Lege,* Luminaria.

Octies, ὀκτάκις. De Somn. 3. Septenos octies solis anfractus.

Octingenti, ὀκτακόσιοι. Pro Pl. 60. Quem magistratum jam octingenti fere sunt consecuti. 4. Ac. 81. Mille et octingenta stadia.

Octingentesimus, a, um, ὀκτακοσιοστός. De Sen. 5.

Octo, ὀκτώ. De Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur.

Octogesimus, a, um, ὀγδοηκοστός. De Sen. 32.

Octogies, ὀγδοηκοντάκις. I. P. 86. Sestertium centies et octogies.

Octoginta, ὀγδοήκοντα. De Sen 68. Qui octoginta regnavit annos. De Cl. 229. Ille octoginta annos natus. Ver. 3. 120. Octoginta tres. Centum octuaginta octo. *alii tamen* octoginta, *legunt.*

Octonus, a, um, ὀκτώ. Ver. 3. 197. Tu mihi octonos H. S. dato, &c.

Octophorum, ri, *lectica, quæ ab octo servis gestatur,* ὀκτωφόρον. 2. Qu. Fr. 10. Memini enim cum hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro Aniciano machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere.

Octuaginta. Ver. 3. 120. *Vide,* Octoginta.

Octuplus, a, um, ὀκταπλάσιος. De Un. 20. Octupla pars. Ver. 3. 26. In octuplum judicium dare. *Ibid.* Cedo mihi unum ex triennio Præturæ tuæ, qui octupli damnatus sit.

Oculus, li, *lumen,* ὀφθαλμός. 5. Tusc. 46. Dentes candiduli, oculi venusti, color suavis. 2. de Nat. 140. Oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima circumspicientes fungantur suo munere. *Ibid.* 142. Natura oculos membranis tenuissimis vestivit ac sepsit. *et ibi de fabrica oculorum mirabili.* 2. de Fi. 52. Oculorum, inquit Plato, est in nobis sensus acerrimus. 3. de N. 9. Duo lumina ab animo ad oculos perforata. 3. de Orat. 220. Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum conjectu, tum hilaritate motus animorum significamus. 1. de Div. 48. Ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret. De Ar. 37. Oculos perdere. Pro Dom. 110. Quem, satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non queo. 3. de Nat. 20. Difficile est mentem ab oculis sevocare. Brut. 9. In te omnium conjecti oculi sunt. Pro Cl. 54. Conjicere oculos in aliquem. 2. cont. Rul. 25. Cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos abjecissent. Ver. 2. 37. Adjicere oculum alicui rei, et ad aliquam rem. 1. A. 1. Nec vero usquam discedebam, nec a repub. dejiciebam oculos. Ver. 4. 33. Oculos de aliquo nusquam dejicere. et 148. Cum spumas ageret in ore, arderent oculi. Ver. 5. 64. Palam ante oculos omnium esse. 1. de Orat. 245. Dicendo excitare aliquem a mortuis, statuere ante oculos. 2. cont. Rull. 52. Ponite ante oculos vobis eum, &c. 2. *Ibid.* 58. Ante oculos istorum volitat regis filius. Pro S. R. 101. Apertum suum scelus ante omnium oculos ponere. Pro Sull. 72. Et vitam illius ante oculos vestros proponite. 1. de Nat. 115. Propone ante oculos Deum, &c. Pro Sest. 17. Propone oculis tuis. 1. Acad. 5. De rebus ante oculos positis disputant. 1. de Orat. 192. Omnia sunt posita ante oculos. Ver. 5. 93. Ei versabatur ante oculos similitudo periculi, &c. Pro S. R. 24. Multa simul ante oculos versabantur. *Ibid.* 98. Non versatur ante oculos vobis in cæde Glaucia? Pro Dom. 11. Res erat in opini-

ore dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposita. 1. Qu. Fr. 1. 7. Non latere, neque abditum esse, sed in oculis clarissimæ provinciæ atque in auribus omnibus gentium ac nationum esse positum. 2. de Orat. 41. Constituere aliquem in foro, atque in oculis civium. Pro Pl. 66. Feci, ut postea me præsentem viderent: habitavi in oculis, &c. *Ibib.* 67. Plancius fuit in oculis. Ver. 2. 81. Quæ in foro palam Syracusis in ore atque oculis provinciæ gesta sunt. 3. de N. 91. Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt. Orat. 102. Oculis mentis videre aliquid. Ver. 4. 64. Pascere oculos, et exaturare animum cruciatu alicujus. Pro Pl. 66. Populus Rom. aures hebetiores, oculos acres et acutos habet. In Vat. 4. Oculi eminentes. 1. de N. 80. Oculi perversi. De Un. 33. Nullo posito sub oculis simulachro. 6. Att. 2. Tu, cujus os mihi ante oculos solet versari. De Am. 38. Sed loquor de iis, qui ante oculos sunt, quos videmus. 1. de L. 27. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. Pro Mil. 86. Aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti. Pro M. Scau. Quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. Cat. 26. Ut aures ab oculis vincerentur.

In oculis esse, vel ferri. id est, charum esse, amari. 6. Att. 2. Publicanis in oculis sumus. 2. Tus. 63. Esse in oculis multitudinis. De Ar. 48. Ferebant in oculis hominem quidam boni viri. 3. Qu. Fr. 1. Balbum in oculis fero. 6. A. 11. Oderat ante, &c. nunc fert in oculis. 16. Fa. 27. Te, ut dixi, fero in oculis.

Adjuncta. *Oculi abstinentes, acres, atque acuti, aperti, atque integri, nimis arguti, cæci, cærulei, perversi, curiosi, errantes, eminentes, eruditi, fortes, graves, hilariores, infesti, impudentissimi, lubrici, et mobiles, recti, tristes, venusti.*

Syntaxis. *Oculus tanquam speculator altissimum locum obtinet. Oculos perdere. Oculis aspicere. Oculos conjicere in aliquem. Palam et ante oculos. Statuere ante oculos, ponere, proponere. In præsentia, et ante oculos positum, et in oculis. In oculis habitare, esse. In ore atque oculis Italiæ. Videre oculis mentis. Esse ante oculos. In oculis ferri,* vel *esse alicui in oculis. Oculos adjicere alicui rei,* vel *ad aliquam rem. Dejicere oculos ab aliqua re. Versari ante oculos. Constituere aliquem in oculis civium. Effodere oculos. Pascere oculos cruciatu alicujus. Habere oculos acutos. Aperire oculos ad aliquid faciendum. Esse in oculis multitudinis.*

Ocyus, *citius.* X. *tardius, ὠκύτερον, ταχύτερον.* 16. Att. 3. Deseremur ocyus a republica, quam a re familiari. Pro Quint. 45. An ut ocyus ad tuum pervenias? 4. Tusc. 32. Ingeniosi in morbum incidunt tardius, et recreantur ocyus. De Som. 21. Idque ocyus faciet, si, &c. et in Arat.

OD

Odeum, dei, *locus musicis cantibus destinatus, ᾠδεῖον.* 4. A. 16. Monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut odeum laxaremus, et usque ad atrium Libertatis explicaremus, &c. *Alii forum legendum judicant.*

Odi, *odio habeo, odium in aliquem habeo, invideo, alienum animum habeo, μισέω.* 14. Att. 1. Tamen non dubito, quin me male oderit. Br. 16. Servire et contumelias pati, pejus odi malis omnibus aliis. 7. Fam. 2. Oderam multo pejus hunc, quam illum ipsum Clodium. 6. A. 11. Oderat antea, &c. nunc fert in oculis. 1. A. 34. Oderint, dum metuant. 5. de Fin. 28. Et oderit se, et simul diliget. Pro Cl. 171. Aliquem acerbe et penitus odisse. 13. A. 42. Nec deseram partes, quas Pompeius odivit. *Ex epistola M. Antonii.* De Am. 67. Aperte vel odisse, magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam. Pro Mil. 36. Hoc civile odium, quo omnes improbos odimus. 6. Att. 2. Nec enim Appium odimus, et Brutum amamus. *Ibid.* 3. Odit enim provinciam: et hercule nihil odiosius, nihil molestius. *Ibid.* Reges odisse superbos. 2. Off. 23. Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, periisse expetit. *Poetæ.* Frag. ep. Debes odisse improbitatem ejus.

Adverb. *Acerbe, penitus, aperte, clam, palam, libenter, male, pejus.*

Odiose, *fastidiose, moleste, δυσμενῶς, δυσχερῶς, ἀπεχθῶς.* De Cl. 283. Inepte, odiose, et putide dicere. 4. ad Her. 29.

Odiosus, a, um, *molestus, odio dignus, μισητός.* 1. Off. 130. Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. De Sen. 4. Senectus sic odiosa est plerisque, ut, &c. Pro Mur. 30. Orator odiosus in dicendo et loquax. Pro Q. R. 16. Alterum est gravius et odiosus. 8. Att. 22. Non dubito quin tibi odiosæ sunt epistolæ quotidianæ. Orat. 25. Insolens et odiosum verbum. 6. Att. 3. Odit enim provinciam, et mehercule nihil odiosus, nihil molestius. De Sen. 25. et 26. Senes sunt odiosi omnibus. *Ibid.* 47. Cupidis talium rerum odiosum et molestum est fortasse carere. *Ibid.* 65. In fragili corpore odiosa omnis offensio est. De Ami. 74. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium. 6. Att. 3. Huc enim odiosa afferebantur de Curione. Div. 36. Omnis arrogantia odiosa est.

Odium, dii, *invidia, offensa, offensio, ἀπέχθεια.* 4. Tuscul. 21. Odium est ira inveterata. *Ibid.* Discordia ira acerbior, intimo odio et corde concepta. 2. de Orator. 199. Animos judicum ad Qu. Cæpionis odium renovabam atque revocabam. *Ibid.* 208. Struere odium in aliquem. *Ibid.* Cum excitatur acerbum odium. 1. de Inv. 100. Concitare magnum odium in aliquem. Pro Mar. 30. Qui et sine amore et sine cupiditate, rursusque sine odio et sine invidia judicabunt. 2. A. 91.

Tantum te coepisse odium regni videbatur. 10. Att. 7. Cum Cæsar perditæ multitudini in odium acerbissimum venerit. 2. de Fin. 79. Venire in odium. Pro Pomp. 65. Difficile est dictu, quanto in odio simus apud exteras nationes. Pro Cæl. 31. Magnum odium video cum crudelissimo dissidio extitisse. Pro Cor. 30. Gens aliqua dissidens a populo Rom. odio quodam atque dissidio. *Ibid.* 62. Si qui sunt, quibus infinitum sit odium, &c. I. P. 33. In tanto mortalium odio, justo præsertim et debito. Pro Clu. 151. Pro odio quod habuit in ordinem equestrem. Pro Mur. 47. Ut odia occulta civium, quæ nunc tacitis discordiis continentur, in optimi cujusque fortunas erumperent. 2. cont. Rull. 14. Odium penitus insitum. 12. Fa. 10. Lepidus magno odio civitati est. Pro Mur. 87. Is nemini odio fuit. 1. Off. 150. Primum improbantur hi quæstus, qui in odia hominum incurrunt. Post. ad Q. 23. Odium vel precibus mitigari potest, vel utilitate deponi, vel vetustate sedari. De Ar. 4. In Clodium vero non est hodie meum majus odium quam antea fuit. Pro Pl. 71. Odium barbarorum immane et crudele in hostem. In Vat. 6. Odium diuturnum, quod in bonos jam inveteratum habebatis, saturare cupiebatis. 2. Att. 21. Hæc dominatio in odio est omnibus. Act. 1. Ver. 42. Hic magno odio est apud omnes. 2. de Inv. 109. Habere magnum odium in aliquem. 6. Att. 1. In quo (ut audio) magnum odium Pompeii suscepistis. 14. 1. Ego dubitem, quin summo in odio sim? *Ibid.* 14. Accidit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum odium insigne fuerit. De Ami. 2. Cum is capitali odio a Qu. Pompeio dissideret. 1. de In. 100. Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur. Postq. ad Quir. 1. Ut quod odium scelerati homines et audaces in Rempub. et in omnes bonos conceptum jamdiu continerent, id in me unum potius, quam in universam Rempub. deflecterent. Pro M. Scau. Nullo suscepto odio. De Orat. 208. Si, quod ipsis, qui audiunt, perniciosum, aut inutile sit, id factum augeas, odium creatur. De Ami. 35. Eorum querela inveterata non modo familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni sempiterna. Pro Dom. 92. Tantum homines impios ex vetere illa conjuratione inustum nefariis mentibus bonorum odium retinebat. 1. contr. Rull. 2. Nomen imperii in commune odium orbis terræ vocabatur. Act. 1. Ver. 35. Qui quasi de industria in odium offensionemque Populi Rom. irruere videantur. *Alii* incurrere. Att. 11. ep. 17. Quamquam quid mea intersit, ut eorum odium subeam, non intelligo. Pro Deiot. 18. Omnium in se gentium non solum odia, sed etiam arma convertisset. Pro Milon. 39. Omnia tum denique in illum odia civium ardebant desiderio mei. 8. Fam. 3. Odia, quæ Hirrum premunt.

Adjuncta. *Acerbum, acerbius, populare, summum, acerbissimum, acre, acerrimum, apertissimum, levissimum, capitale, maximum atque sempiternum, diuturnum, atque inveteratum, civile, commune, gravius, hostile, pristinum, immane, et crudele, incredibile, infestum, intimum, infinitum, injustum, insigne, justum, maximum, privatum, publicum, justum, et debitum, magnum, majus, mediocre, mirificum, nefarium, obscurum, atque penitus insitum, singulare, vetus.*

Syntaxis. *Odio intimo concepta discordia. Revocare animum alicujus ad odium. Odium in aliquem struere, excitare, concitare. In odium venire. Esse odio apud. Odio et dissidio dissidere. Odium habere in aliquem. Odio alicui esse. Hoc in odium hominum incurrit. Odium concipere, continere, mitigare, sedare, saturare. Incurrere vel irruere in odium et offensionem. Suscipere odium in aliquem. Odium regni me cepit. Odium penitus insitum. Capitali odio dissidere ab aliquo. Odium creare, inurere, gignere, subire. In odium quempiam vocari. Odio premi. Odium in aliquem convertere. Odia ardere.*

Odor, oris, *suavitas odoratione percepta,* ἡ ὀδμὴ, seu ὀσμή. Ver. 3. 23. Odor Apronii teterrimus, quem, ut aiunt, ne bestiæ quidem ferre possunt, uni isti suavis et jucundus videbatur. Postq. in Sen. 15. Unguentorum odor. 2. de Nat. 141. Nares, eo quod omnis odor ad superiora fertur, recte sursum sunt. *Ibid.* 127. Multæ etiam insectantes, odoris intolerabili fœditate depellunt. Pro Cæl. 42. Qui non odore illo, non tactu, non sapore capitur. Pro Clu. 73. Canutius qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse senserat. De Senect. 59. Suavitates odorum, qui afflantur e floribus.

Odorum materia, unguentum. Ver. 4. 77. Thure et odoribus incensis. 3. Tusc. 43. Incendere odores. Ver. 5. 145. Proferebant alii purpuram, thus alii, atque odores.

Adjuncta. *Suavis, jucundus, teterrimus.*

Odorandus, a, um, ἀρωματιστέος. Pro Clu. 82. Quid Albana pecuala? vestigiisne nobis odoranda est? an ad ipsum cubile, vobis ducibus, venire possumus?

Odorans, tis, ὀσφραινόμενος. I. P. 83. Scelera tua, non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volitationibus corporis et cubilibus persecuti sumus.

Odoratio, onis, *odoratus,* ὄσφρανσις. 4. Tusc. 20. Tractationum et odorationum voluptates.

Odoratus, us, *sensus, quem olfactum Plinius vocat,* ὄσφρησις, vel ὄσφρανσις. 4. Acad. 20. Necesse est de odoratu et gustatu loqui. 2. de N. 158. Pomorum jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus.

Odoror, aris, *olfacio, quæro, tento, experior, odore quodam suspicionis aliquid sentio,* ὀσφραίνομαι. Ver. 4. 31. Ut canes venatici optime odorabantur omnia, et pervestigabant. 2. 135. Acutissime indagare et odorari omnia

solebat. 2. de Orat. 186. Odoror quam sagacissime possum, quid sentiant judices, &c. 2. con. Rul. 64. Hi, quos hunc Decemviratum odorari suspicamini. 4. Att. 8. Tu, velim e Fabio, si quem habes aditum, odorere, et istum convivam tuum degustes. Post. in Sen. 15. Hi voluptates omnes vestigant, atque odorantur. 4. Att. 13. Soles enim tu hæc festive odorari. 6. 4. Illud præterea μυστικώτερον ad te scribam, tu sagacius odorabere. 14. 3. Sed quid hæc ad nos? odorare tamen Antonii διάθεσιν. 16. 7. Odorari diligentius quidnam futurum sit.

ADVERB. *Coram, diligentius, festive, sagacius, sagacissime.*

SYNTAXIS, *Odoris fœditate depellere aliquem. Odore capi. Suavitates odorum afflantur e floribus. Thus et odores incendere. Odore suspicionis aliquid sentire. Odorari pecuniam vestigiis. Odorari et pervestigare. Acutissime indagare et odorari omnia. Odorari sagacissime, quid, &c.*

Odrilitium, tii, *aliter*, Orichalcum, ὀρείχαλκον. 2. de Fin. 23. Adsint etiam pueri, qui ministrent: resplendeat his vestis, argentum, odrilitium, locus ipse, ædificium.

Odyssea, *Homeri opus de navigatione Ulyssis*, Ὀδύσσεια. De Cl. 71. Nam et Odyssea Latina est.

OE

Oeconomia, æ, οἰκονομία. 6. Att. 1. Nec meam οἰκονομίαν instituam, sed ordinem servabo tuum. *Lege*, Dispositio.

Oeconomicus, a, um, οἰκονομικός. 2. Off. 87. Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur.

Oedipus, *Sophoclis tragœdia*. 5. de Fin. 3. Memoria Oedipodis.

Oenomaus, *Accii tragœdia*. 9. Fam. 16.

Oenophorum, ri, *vas vinarium*, οἰνοφόρον. 2. de Fin. 23. Vinum diffusum e pleno sit œnophoro, ut ait Lucilius: *aliter*, hir siphon, *pro œnophoro legitur.*

Oetæus, *mons*. 3. de Nat. 41. Accii.

OF

Offa, æ, *cibus orbiculatus*, μάζα. 1. de Di. 27. Necesse est offa objecta cadere fructum ex pulli ore cum pascitur. 2. 72. Si avis fame enecta in offam pultis invadit, hoc tu auspicium putas.

Offenditur. 10. Fa. 24. Si quid esset offensum in his exercitibus. 1. de Orat. 259. A quibus nihil præter voluptatem quæritur, in iis offenditur, simul atque imminuitur aliquid de voluptate. 3. 194. Si in his paulum modo offensum est.

Offendo, is, *offensionem affero, injuriam facio*, ἀπτάω, ἀντικρούω. 3. Fam. 8. Hoc vero, ex quo suspicio nata est, me exquisivisse aliquid, in quo te offenderem, translatitium est. 7. A. 16. Quod offendit animos majoris partis hominum magis. 1. Fam. 7. Eos non tam constantia nostra delectat, quam splendor offendit.

Lædo. Pro Planc. 6. Offendere existimationem alicujus. *Ibid.* 9. Quod quenquam malevolentissimum jure possit offendere.

Impingo, incurro, irruo. 2. de In. 5. Minus in arrogantiam offenderent. 9. Fam. 2. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? Pro Clu. 63. Postremo eum, qui bis apud judices offendisset, &c. 2. de Orat. 301. Multa circumspicienda sunt, ne quid offendas, ne quo irruas.

Percutio. Pro Cluent. 175. Is ex equo cecidit, et latus offendit vehementer.

Invado. 2. Fam. 3. Aut, ne ad eam meditere, imparatum te offendam.

Pecco, delinquo. Ibid. 18. Qui si dignum se majoribus suis præbuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, tibi nihil offenderit. Pro Cl. 98. In eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent. 1. de Orat. 129. Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam id, in quo aliquid offenderis.

Invenio. 1. Fam. 7. et 9. Non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti. Ver. 3. 124. Quia desertas arationes, inanes agros, provinciam miseram perditamque offendi.

Recordor. Ver. 2. 130. Offendit eum mensem comitialem, comitiis jam abhinc XXX. diebus habitis.

ADVERB. *Graviter, gravius, vehementer, vehementius.*

SYNTAXIS. *Splendor noster eos offendit. Offendere in arrogantiam. In magnis tenebris nihil offendere, nusquam incurrere. Apud judices offendere. Ne quid offendas, ne quo irruas. Latus cadendo offendere. Aliquem imparatum offendere. Offendere in aliquo genere.*

Offendor, eris. 1. Fa. 9. Multis rebus meus offendebatur animus. 1. de Inv. 43. An offendi in his censuerint.

Offensa, æ, πρόσκρουσις. 9. Att. 2. Magna in offensa sum apud Pompeium. 8. Fa. 16. Denique illud cogita, quod offensa fuerit, in ista cunctatione te prius fuisse, &c. *Cælii.*

Offensio, onis, *incommodum, detrimentum, damnum, molestia, calamitas*, ἀντίκρουσις, βλάβη. Pro Cl. 10. Huic nihil potest offensionis accedere sine acerbissimo incommodo. 3. Off. 105. Turpitudo in deformitate corporis habet aliquid offensionis. 7. A. 8. Te rogo, ut accipias sine offensione quod dixero. 4. Tusc. 31. Corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. 2. de Div. 84. Quæ si suspiciamus, pedis offensio nobis et sternutamenta erunt observanda. 6. Fa. 8. Præstabo, nihil ex eo te offensionis habiturum. 1. de Inv. 100. Concitare gravem offensionem in aliquam rem. 16. Fa. 10. Graves soleut offensiones esse ex gravi-

bus morbis, si qua culpa commissa sit. Pro Pomp. 26. Hic in ipso illo malo gravissimaque belli offensione L. Lucullus vestro jussu coactus partem militum dimisit, &c. *Ibid.* 28. Non offensionibus belli, sed victoriis. *Accipere offensionem in ædilitate. Lege,* Offensiuncula. 1. Att. 14. Tantum intelligebam ei esse offensionis, quantum litteræ tuæ declarabant.

Odium, simultas, inimicitiæ. Postq. in Sen. 20. Qui publici mei beneficii memoria privatam offensionem obliterarunt. 13. Att. 23. Mihi credas velim, mihi majori offensioni esse quam delectationi possessiunculas meas. 1. de Inv. 100. Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur. 1. Att. 14. Deponere offensionem, &c. 10. 8. Offensio nostra, quæ magis a ζηλοτυπίᾳ mea, quam ab injuria tua nata est. 4. Tusc. 23. Eaque quæ sunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium. 1. de In. 30. Excipere offensionem ex aliquo facto. 4. Fa. 4. Effugere offensionem alicujus. Pro C. Corn. 1. Plebem ex Maniliana offensione victam et domitam esse.

Peccatum. 1. Fa. 7. Offensionem esse periculosam video.

Dissidium. 1. Off. 71. Videntur labores et molestias tum offensionum, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam timere et infamiam. De Am. 87. Repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus.

Vituperatio. Orat. 124. Principia acuta sententiis, vel ad offensionem adversarii, vel ad commendationem sui.

Suspicio, invidia. 2. de Orat. 101. In quo est illa magna offensio vel negligentiæ, susceptis rebus, vel perfidiæ, receptis. 1. de Nat. 86. Epicurus ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquit deos, re sustulit. Act. 1. Ver. 35. Incurrere in odium offensionemque populi. 2. de Orat. 208. Tum excitatur, si non tam acerbum odium, attamen aut invidiæ, aut odii non dissimilis offensio. Pro Mur. 41. Sapiens Prætor offensionem vitat æqualitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. De Pro. 29. An reditus in patriam habet aliquam offensionem?

ADJUNCTA. *Acerba, vitiosa, gravis, gravissima, magna, major, odiosa, periculosa, popularis, privata.*

SYNTAXIS. *Id habet aliquid offensionis. Accipe sine offensione quæ dixero. Habere aliquid offensionis ex aliqua re. Concitare offensionem in rem aliquam. Graves offensiones sunt ex gravibus morbis. Offensiones belli. Obliterare offensionem. Id mihi offensioni est. Deponere offensionem. Excipere offensionem ex aliquo facto. Effugere offensionem alicujus. Molestias offensionum timere. Exoriri offensionem. Cadere in offensionem alicujus. Incurrere in odium offensionemque populi. Excitari offensionem. Vitare offensionem.*

Offensiuncula, æ, *προσκρουσμάτιον, βλαβίδιον.* Pro Pl. 51. Vidi M. Pisonem, offensiuncula accepta in ista ædilitate, summos honores a populo Rom. adeptum. 13. Fa. 1. Si qua offensiuncula facta est animi tui perversitate aliquorum, &c.

Offensum, si, *offensio.* 1. de Inven. 92. Offensum est, quod eorum, qui audiant, voluntatem lædit.

Offensus, a, um, *infensus, βλαβείς.* Pro Cl. 158. Etiamsi is invidiosus, aut multis offensus sit. 1. A. 14. Animus alienatus et offensus. 10. Fa. 18. Si hominem mihi offensum non sublevassem. 5. Tusc. 106. Exilium propter alienam et offensam populi voluntatem malum est. 1. Att. 4. Si cujus animus in te est offensior. 1. A. 30. Omnes illi sunt offensi.

Læsus. 1. Att. 4. Animum ejus esse offensiorem arbitrabar. 15. 8. Hircius scribit, se vehementer esse offensum a veteranis. 6. 3. Cumulate publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo. Postq. in Sen. 20. Qui, cum mea sententia voluntas eorum esset offensa, publici mei beneficii memoria privatam offensionem obliteraverunt. Ad Brut. ep. recens. Inv. 1. Aut si quid offensum sit, per te remp. esse recuperandam.

ADVERB. *Pergraviter, pertinaciter, tantulum, et titubanter, vehementer.*

Offerendi. 1. 2. contra Rull. 12. Feci fidem offerendi mei.

Offerens, tis, *προσφέρων, προτείνων.* Pro Mil. 93. Vir fortis se acriter morti offerens. Pro Plan. 24. Ultro mehercule se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi.

Offero, fers, *polliceor, profiteor, defero, προσφέρω.* 2. Att. 1. At ni poposcisses, ego me tibi non offerebam. Pro Cæl. 21. Ultro se offerre alicui, et projicere se. Pro Sul. 84. Caput meum obtuli pro patriæ periculis. Pro Sest. 1. Offerre se in discrimen pro statu civitatis. I. P. 21. Sed his unum me pro omnium salute obtuli. 1. Qu. Fr. 2. Nostræ causæ non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. 6. Fa. 20. Nihil est, cur advenientibus te offerre gestias. 9. Att. 4. Ne obtulisse nos gratulationi videamur. Pro S. R. 87. Os suum non modo ostendere, sed etiam offerre. Pro Sest. 61. Offerre vitam suam in discrimen, et offerre se temeritatibus. 1. Tusc. 32. Offerre se ad mortem pro patria. Pro Sest. 48. Qua manu vitam sibi exhausit, eadem hostibus mortem obtulit. Pro S. R. 107. Qui obtulerunt hanc prædam Chrysogono. *Ibid.* 112. Cur mihi te offers? Pro Sull. 55. Sed tamen obtulit se ad ferramenta prospicienda. 3. Att. 10. Ne me perditum illi afflictumque offerrem. 2. 22. Quod sors obtulerit, id acturus videtur. Pro Clu. 171. Offerre alicui, quod ipse sibi optare deberet. Brut. 11. Is nobis ultro pollicitus est, et dedit

XX.H-8. ex sua pecunia, et, quod multo carius est, seipsum obtulit et conjunxit.

Obviam fio. 3. de Orat. 191. Ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati. 5. Att. 16. Offerre se in via alicui.

Expono. 1. Off. 83. Offerre se periculis sine causa. 3. C. 28. Qui se pro salute vestra obtulerint invidiæ periculisque omnibus. Pro Mil. 95. Ego qui pro te toties morti me obtuli.

Resisto, obsisto. Br. 15. Romam ut veni, statim me obtuli Antonii sceleri.

Refero, reddo. 1. de Div. 81. Objiciuntur sæpe formæ, quæ reipsa nullæ sunt, speciem autem offerunt.

Præbeo. 2. de Div. 143. Quæ igitur natura obtulit illam spem Simonidi?

Offeror, erris. 3. de Leg. 39. Dummodo tabella optimo cuique ostendatur, ultroque offeratur.

Adverb. *Acriter, libenter, insolenter, improviso, temere, obviam, peropportune, ultro.*

Syntaxis. *Ultro se offerre alicui, seque projicere. Offerre se discrimini, in discrimen. Ille profitetur, se offert. Offerre se alicui in via. Offerre se injuriis. Hoc speciem offert felicitatis.*

Officina, næ, *locus sellæ atque operis, et quæstus quotidiani,* δημιουργεῖον. Ver. 4. 54. Verres instituit officinam Syracusis. 1. Off. 150. Opifices omnes in sordida arte versantur: nec vero quidquam ingenuum potest habere officina. I. P. 87. Officina armorum. 7. A. 12. Armorum officinas in urbe videtis. Parad. 1. Tale tamen est, ut ex eadem officina exisse videatur. 2. A. 35. Cujus domus quæstuosissima est falsorum chirographorum officina. Pro S. R. 134. Domus officina nequitiæ, diversorium flagitiorum omnium. 1. de L. 36. Philosophi, qui quasi officinas instruxerunt sapientiæ. Orat. 40. Domus Isocratis officina habita eloquentiæ est. De Cla. 32. Domus Isocratis quasi ludus quidam atque officina dicendi. 2. de Orat. 57. Officina Rhetoris clarissima.

Officiens, tis. 2. de Nat. 50. Umbra terræ soli officiens noctem efficit. In Arat. *Sin autem officiens signis mons obstruet altus.*

Officio, is, *noceo, obsum, obsto, obstruo, obscuro,* ἀντιφράττω. 1. de Inv. 75. Quæ videbuntur officere huic partitioni, propulsabimus. 5. Tusc. 92. Offecerat videlicet apricanti. Pro Rab. Post. 43. Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ. Pro S. R. 6. Cui pecuniæ vita S. R. obstare atque officere videtur. 3. Off. 66. Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auspiciis. De Clar. 66. Horum sententiis concisis officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ. Pro S. R. 112. Cur mihi te offers, ac meis commodis, officio simulato, officis, et obstas? Prognost.

Ut cum Luna means Hyperionis officit orbi.

Officitur. 1 de Orat. 179. Cuicunque particulæ cœli officeretur, quamvis esset procul, immutata lumina putabat.

Syntaxis. *Umbra terræ soli officit. Officit mentis luminibus fortunæ altitudo. Alicui obstare, et officere.*

Officiose, *amanter,* ἐπιμελῶς, καθηκόντως. 9. Fa. 20. Qui me quidem perofficiose et peramanter observant. 13. Att. 22. Officiose parere alicui. 6. 1. Sed illa officiosius, quod, &c. De Ami. 73. Aliquid officiose, aut amice, aut cum labore aliquo suo factum posse dicere.

Officiosus, a, um, *plenus officii, in quo inest liberalis gratificandi voluntas.*)(*inofficiosus,* ὑπηρετικός. Ver. 1. 63. Lampsaceni summe in omnes cives Rom. officiosi. Pro S. R. 2. At tanto officiosior, quam cæteri, ne, &c. 13. Fam. 60. Pro Pl. 46. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Pro Mil. 12. Propter officiosos labores meos nonnulla apud bonos gratia. Pro Qu. R. 18. Vir purus, pudens, humanus, officiosus, liberalis. 11. Fam. 22. Homo officiosissimus. 13. Att. 43. Nec diligentiorem, nec officiosiorem facile delegissem Vestorio. 1. Qu. Fr. 4. Denocius est in me officiosissimus. I. P. 54. Officiosissima natio candidatorum.

Officium, cii, *partes, munus officii, opus,* ἐπιτήδευμα. 1. Off. 4. In officio colendo sita vitæ est honestas omnis, et in negligendo turpitudo. Pro Mur. 65. Stoici mihi videntur fines officiorum paulo longius, quam natura vellet, protulisse. Orat. 74. Oportere, perfectionem declarat officii, quo et semper utendum est, et omnibus. 16. Att. 11. Non dubito, quin καθῆκον officium sit, sed inscriptio plenior de officiis. *Ibid.* 16. Mihi non est dubium, quin quod Græci καθῆκον, nos officium, præclare conveniat, &c. Dicimus Consulum officium, Senatus officium. 1. de Inv. 6. Officium est id, quod facere debet orator: finis, cujus causa facere debet. 3. de Finib. 58. Est autem medium officium, quod ita factum est, ut ejus facti probabilis ratio reddi possit. *Ibid.* 4. *de officio perfecto et medio.* 1. Off. 7. Pro Qu. 26. Nullum est officium tam sanctum atque solemne, quod non avaritia comminuere et violare soleat. 1. Orat. 7. Nullum officium referenda gratia magis necessarium est. *Ibid.* 125. Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. 1. de Orat. 138. Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodate. *Ibid.* Oratoris proprium officium atque munus. 4. de Fin. 36. Officium, munus, opus. 2. de Orat. 345. Singularum virtutum certa quædam sunt officia ac munera. 2. de Div. 107. Sine oculis non potest extare officium et munus oculorum. 10. Fa. 15. Bruti erit officium occurrere ei. 2. de In. 66. Pietas officium erga parentes conservare monet. 1. Off. 32. Contra officium est, majus damnum anteponi minori. Pro Dom. 18. In hoc of-

Scio, quod fuit præcipue meum. Pro Qu. 61. Qui primus erat officii gradus, a procuratore servatus est. 5. Fa. 17. Prætermittere officium erga aliquem. 1. Off. 28. Prætermittendæ defensionis deserendique officii plures solent esse causæ. 1. de Fin. 33. Deserere officium. 5. Fam. 2. Deseri ab officiis amicorum. 1. Off. 32. Ab officio discedere. *Ibid.* 34. Sunt autem quædam officia adversus inimicos servanda. 5. Fa. 7. et 4. de Fin. 15. Omnia officia amicitiæ diligenter sancteque servavi. Pro Cl. 133. Retinere officium. 2. de Inv. 61. Tribuere officium et cultum alicui. 4. Fam. 11. Ut intelligas homini amicissimo te tribuisse officium. *Ibid.* 6. Officia, quæ illi tempori tribui potuerunt. 1. Off. 59. In officiis tribuendis videndum est, &c. Ver. 5. 182. Persolvere officium receptum alicui. Postq. ad Quir. 23. In officio persolvendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est. 4. Fam. 12. Quæ officia mea fuerunt, omnia ei præstiti. 12. 16. Filius tuus, cui nos et charitate et amore officium tuum præstituros, non debes dubitare. 5. 8. Cumulate reddere officium jamdiu alicui debitum. 9. Att. 9. Præstare officia urbana alicui. 3. 15. Exequi sua officia et studia. Div. 47. Satisfacere officio suo. 3. Fam. 8. Fungi officio suo, et declarare officium suum. 5. 16. Fungi officio amici. 2. Off. 43. Fungi officio justitiæ. 3. Fam. 10. Suscipere officia et partes pro dignitate alicujus. Ver. 3. 2. Declinare ab religione officii in aliqua re. 11. Att. 12. Nihil ab illo factum est, quo minus mea in te officia constarent. 3. Fam. 13. Nullum officii onus cuiquam reliquum fecisti. 5. 5. Omnia a me in te profecta sunt. *Ibid.* Desiderare officia ab aliquo. *Ibid.* 6. Desiderare officia alicujus in aliquem. 1. 6. Expectare officia ab aliquo. 6. 6. Polliceri et deferre officium suum alicui. Pro S. R. 70. Quos natura ipsa retinere in officio non potuit. Ad Her. Cum canes fungantur officiis luporum. 5. Att. 20. Nicanor in officio est, et a me liberaliter tractatur. 15. Fa. 20. Esse in officio. 5. 5. Esse singulari officio in aliquem. Pro Fl. 52. In aliquem multa et magna officia conferre. Promereri officium. *Lege,* Promereor. 1. Att. 2. In officio manere. 3. Fa. 9. Tueri officium. 7. 3. Deesse officio suo. 3. 4. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Pro Planc. 24. Vel quia hujus ipsius in illum ordinem summa officia quæsturæ tribunatusque constabant. 2. Fa. 1. Non tam mihi molestum fuit, accusari abs te officium meum, quam jucundum requiri. 5. 6. Officiis mutuo respondere. Pro Mur. 73. Is voluit ad hoc officium necessitudinis esse gratiosus. Pro Font. 15. Alicui muneri atque officio præesse. 12. Fam. 15. In Syriam ad meum officium reverti. De Pro. 20. Ut commune officium censuræ communi animo defenderunt. 1. Qu. Fr. 1. 14. Quæ res ad officium imperii tui pertinebunt, de his rebus nihil attingam. 7. Att. 16. Tua erga me officia plena tui suavissimi studii. De Am. 8. Usurpare aliquod officium, abduci ab officio, intermittere officium. 11. Fam. 17. Magna ejus in me non dico officia, sed merita. 12. 29. Officia, vel merita potius. 1. 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus, &c. *Ibid.* Cum summa testificatione tuorum in se officiorum. 6. 1. Sed quoddam nobis officium justum et pium debitum reip. nostræque dignitati videbatur. 12. Att. 24. Levatio quædam est, si minus doloris, at officii et debiti. Pro Qu. 55. In vita alicujus rationem summi officii desiderare. Pro S. R. 1. Ita fit, ut adsint, propterea quod officium sequuntur. Pro S. R. 4. Utrumvis salvo officio facere poteris. 1. Att. 8. Magnopere confido, illum fore in officio. 6. 2. Ac maximæ partes istius officii sunt pueri Ciceronis. 13. 20. Torquato nostra officia grata esse facile patior, eaque augere non desinam. Brut. 6. Hoc ad meum officium privatarum rerum pertinet. 2. Qu. Fr. 2. Spero Cyrum in officio fore. 1. Off. 155. Officiis scientiæ præponenda sunt officia justitiæ. De Sen. 34. Massanissa senex omnia regis officia et munera exequitur. *Ibid.* 29. Instruere aliquem ad omne officii munus. *Ibid.* 72. Recte in senectute vivitur, quoad munus officii exequi et tueri possis. De Ami. 74. Officia meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Pro Mil. 10. Tibi nullum a me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. Ver. 3. 144. Aliquando desinat putare, se emere officium, quod ipse semper habuit venale. Pro M. Scau. Integris amicitiis officium prætermissum, imprudentiæ, vel negligentiæ excusatione defenditur. Incert. Simulatio officii.

ADJUNCTA. *Antiquum, antiquius, salvum, sanctum, atque solemne, tacitum, antiquissimum, urbanum, bellicum, commune, inchoatum, majus, malum, maximum, medium, melius, necessarium, perfectum, rectum, certum, civile, consulare, debitum, diuturnum, domesticum, forense, urbanum, provinciale, egregium, fictum, gratum, interruptum, obscurum, jucundius, magnum, et mutuum, par, mutuum, perpetuum, maximumque, par ac mutuum, gratissimum, gratius, honestum, honorificentissimum, plenum studii, humanum, rarum, eximium, integrum, quotidianum, justum, atque necessarium, justum, atque debitum, justum, et pium, et debitum, levius, liberale, recentissimum, magnum et necessarium, mediocre, minimum, mirificum, notum et commune, novum, recens, perfectum, atque absolutum, præsens, pristinum, privatum, publicum, prudens, quæstorium, simplex, summum, vetus.*

SYNTAXIS. *Officium ac munus. Officium prætermittere, deserere. Ab officiis amicorum deseri. Ab officio discedere. Officium retinere, servare, tribuere, persolvere. Quod officium meum est, id præsto. Ego præstabo tuum offi-*

cium erga filium. Officium debitum reddere. Exequi officium. Fungi officio suo. Officia et partes suscipere pro dignitate, &c. Ab officio declinare. Is, in quem officia extant, niti debet, ut, &c. In aliquem ab aliquo profecta officia. In officio retinere. Officio singulari esse in aliquem. Conferre officia in. Officium promereri, tueri. In officio manere. Officio suo deesse. Constantia necessitudinis officia in aliquem. Officiis mutuo respondere. Magna ejus in me non officia, sed merita. Officia studii plena. Officium ac debitum. Amoris, studii, pietatis officium.

Offirmo, as, ἐπιστηρίζω. 3. de Fin. 11. Cæteras Philosophorum disciplinas non modo nihil adjuvare arbitror, neque offirmare, quo meliores simus, sed ipsam depravare naturam. *aliter*, affirmare.

Offundo, is, *objicio, offero*, ἐπιχέω, προχέω. 1. de Natur. 6. Philosophiæ, quæ lucem eriperet, et quasi noctem quandam rebus offunderet. 3. Tusc. 82. Si quid tenebrarum offudit exilium.

Offundor, eris, *circumsto*. 4. Acad. 81. Ergo ut illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. 3. de Fin. 45. Obscuratur, et offunditur luce solis lumen lucernæ.

Offusus, a, um, περιχυθεὶς, καταχυθεὶς. Pro Dom. 137. Quod in naufragio reip. tenebris offusis, demerso populo, &c. 5. Tusc. 6. Hic error et hæc indoctorum animis offusa caligo est. De Un. 41. Cum ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus, se confudit et contulit. Pro S. R. 91. Tanquam si offusa reipub. sempiterna nox esset.

Syntaxis. *Offundere alicui tenebras. Nobis aer offunditur. Offunditur et obscuratur luce solis lumen lucernæ. Ob os offusus ignis. Noctem reipub. offundere.*

Οἰκεῖον. *Lege*, Accommodatus.

OL

Olbia, æ, *oppidum Sardiniæ*. 2. Qu. Fr. 7. Litteras Olbia datas.

Olbiensis, se. *Ibid.* 2. A te post illam Olbiensem epistolam nullas litteras accepi.

Olea, æ, ἐλαία. Pro Cæc. 22. Ejus fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. 2. de Div. 15. Agricola cum florem oleæ videt, baccam quoque se videre putat. 1. de L. 2. Athenæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. 9. Fa. 16. Antea delectabar oleis et lucanicis tuis.

Olearius, a, um, ἐλαιώδης, ους, ἐλαιηρός. Top. 17. Cella olearia. De Sen. 56.

Oleaster, stri, ἀγριέλαια. Ver. 3. 57. Hominem suspendi jussit in oleastro quodam.

Olens, tis. 2. de Orat. 429. At in male olentem; video me a te circumveniri.

Oleo, es, *redoleo, indico*, ὄζω. 3. de Orat. 97. Unguentum magis laudatur, quod terram, quam quod crocum olet. 2. Att. 1. Ut mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. 1. de Nat. 72. Epicurus nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. 3. de Orat. 41. In qua nihil sonare aut olere peregrinum possit. Pro Q. R. 20. Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur. Orat. 154. Quid illud? non olet, unde sit, &c. 4. 53. Male olere omne cœnum.)(.*bene olens*. 4. Acad. 21.

Syntaxis. *Nihil ex Academia olere. In oratione hac multa sonant et olent peregrinum. Olere malitiam. Cœnum male olet.*

Oleum, lei, ἔλαιον. Ver. 4. 128. Aristæus inventor olei. De Sen. 36. Namque hæc quoque, nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. 13. Att. 36. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te. 2. 17. Ne et opera et oleum Philosophiæ nostræ periret. 7. Fam. 1. Is fatetur, se et operam et oleum perdidisse. Oecon. 3. Oleum, ficus, poma non habet. Hortens. Ignis gliscit oleo.

Syntaxis. *De eodem oleo et opera exarare aliquid. Periit oleum et opera. Oleum et operam perdere.*

Olfacio, is, *odoror*, ὀσφραίνομαι, ὀσφραίνομαι. 5. Tusc. 111. Ut ea, quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus. 2. de Div. 9. Olfacere aliquid. 1. in Rul. 11. Nullus nummus tam abstrusus est, quem non architecti hujusce legis olfecerint.

Olim, *quondam, quodam tempore*, ἐκ πάλαι. 6. Att. 2. Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. 11. 4. Utinam coram tecum olim potius quam per epistolas. 4. 16. Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concalluit. 15. Fam. 20. Quando ad amorem meum aliquantum olim discedens addidisti. 6. 1. Nec nos arbitror victoriæ præmiis ductos patriam olim reliquisse, &c. 2. de Orat. 183. Sic enim olim loquebantur. 10. Att. 1. Qui mihi dixit, olim, &c.

Olitor, oris, κηπουρὸς, λαχανίτης. 16. Fa. 18. Excita Phædrum, ut hortum ipse conducat, sic olitorem commovebis. *Ibid.* 20. Cum olitore, ut videtur.

Oliva, æ, *olea*, ἐλαία. 3. de N. 46. Aristæus, qui olivæ inventor dicitur. 2. 22. Si ex oliva modulate canentes tibiæ nascerentur.

Olivetum, ti, *locus olivis consitus*, ἐλαιόφυτον. 3. 86. Vineta, oliveta. 2. contr. Rull. 66. Jugera CC. in quibus olivetum fieri potest. 2. de N. 156. Quid de vitibus olivetisque dicam? De Sen. 57. Quid de vinearum olivetorumve specie dicam?

Olusculum, li, *minutum olus*, τὸ λαχανάριον. 6. Att. 1. Olusculis nos soles pascere.

Olla, æ, χύτρα. 9. Fam. 18. Implere ollam denariorum.

Olli, *pro illi*, de *L. sæpe legitur*. De Clar. 58. Is dictus ollis popularibus olim, qui, &c. *Ex Ennio.*

Olympeni, *populi*. 2. cont. Rul. 49.

Olympia, æ, *urbs Peloponnesi, apud quam Olympia fiebant.* 1. Tusc. 111. et 3. de Orat. 125. Cum Olympiam venisset, in maxima illa quinquennali celebritate ludorum. De Sen. 33. Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo, cum humeris bovem sustineret vivum.

Olympia, orum, *ludi Olympiaci, maxima illa quinquennalis ludorum celebritas.* De Clar. 243. Pugiles inexercitati etiam si pugnos et plagas, Olympiorum cupidi, ferre possunt &c. De Optim. 8. Ab Olympiis coronam petere. 2. de Divin. 144. Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. 16. Att. 7.

Olympiacus, a, um. 4. ad Her. 4. Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum.

Olympias, adis, *Alexandri mater.* 2. de N. 69. 2. Div. 135.

Olympionices. 1. Tusc. 111. Rhodius Diagoras Olympionices nobilis. Pro Flac. 31. Acinas pugil Olympionices, quod est apud Græcos prope majus et gloriosius, quam Romæ triumphasse. 2. de Inv. 144. Olympionicarum præmium capito.

Olympius, *Jupiter.* 2. Tusc. 40. et Ver. 4.

Olynthus, *urbs.* Ver. 1. 56.

O M

Omen, inis, *dictum, aut factum casu exceptum, quo rei cujuspiam eventus portendi posse videatur, οἰωνὸς, οἰώνισμα, οἰωνισμός.* 1. de Div. 102. Neque solum deorum voces Pythagoræi observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. Pro Sest. 71. Exierunt malis ominibus atque execrationibus duo Vulturii. Pro Cl. 14. Nullis auspiciis, funestis ominibus omnium. 1. C. 33. Hisce ominibus, Catilina, cum summa reipub. salute, et cum tua peste et pernicie proficiscere, &c. 2. cont. Rull. 91. Neque te, Rulle, omnia illa M. Bruti, atque auspicia a simili furore deterrent? 3. Fa. 12. Neque tristius dicere quidquam debeo ea de re, quam tu ipse optimis ominibus prosequeris. L. P. 31. Ominibus bonis vel tristibus aliquem exeuntem prosequi. 1. de Div. 103. Tum ille, Accipio omen, inquit, mea filia. *Ibid.* Cæcilia exivit in quoddam sacellum ominis capiendi causa. 2. de Div. 83. Omen comitiorum. 1. de D. 106.

Sic aquilæ clarum firmavit Jupiter omen.

11. A. 11. Atque hoc quidem detestabile omen avertat Jupiter. 4. 10. Quibus Antonius (o dii immortales avertite et detestamini, quæso, hoc omen) urbem se divisurum esse promisit. Brut. 10. Sin aliter fuerit (quod dii omen avertant) Reip. vicem dolebo. *Ibid.* 12. Quod Jupiter omen avertat. Pro Mur. 88. De Arusp. 42. Si civitas hæc cadet (quod dii omen obruant.) 9. A. 9. Atque ita locutus est, ut ejus oratio omen fati videretur. 12. 19. Proficiscantur legati optimis ominibus. 2. de Div. 84. Si omini paruisset.

ADJUNCT. *Bonum, triste, clarum, detestabile, funestum, malum, optimum.*

SYNTAXIS. *Malis ominibus et execrationibus suscipere aliquid,* vel *optimis ominibus. Aliquem prosequi bonis,* vel *tristibus ominibus. Hoc detestabile omen avertat Jupiter. Quod Dii omen avertant, obruant. Parere omini.*

Ominor, aris, *auguror, οἰωνίζω.* De Clar. 329. Melius quæso ominare, inquit Brutus. 2. Off. 74. Malo alteri, quam nostræ reip. ominari.

Omissus, a, um, *παραληφθείς.* Pro Sull. 47. Noli id putare omnino a me esse omissum, si quid est tibi remissum atque concessum.

Omitto, is, *mitto, prætermitto, relinquo, dimitto, missum facio, prætereo, ἀμελέω, ἀφίημι.* 2. Qu. Fr. 5. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. De Somn. 2. Ades, inquit, animo; timorem omitte. Pro Cæl. 54. Quod facinus in alienum hominem illatum severe acciperet, id omisisset curare in hospite? 16. Att. 16. Omitte Atticum Ciceroni tuo. De Cl. 266. Itaque omittamus lugere. Pro Qu. 70. Ut alia omittam, hoc satis est. I. P. 51. Omittamus de reditu Gabinii, &c. Pro R. P. 34. At de me omittamus, &c. 8. Att. 3. Omitto illa vetera, quod istum in rempub. ille duit, &c. 3. Off. 41. Omisit hic pietatum et humanitatem, ut &c. Pro Cæl. 46.

Omittor, eris. 1. de Fin. 36. Ut voluptates omittantur majorum voluptatum adipiscendarum causa.

Omnino, *utique, usquequaque, plane, prorsus, funditus, ἀπαξαπλῶς, ἀπαρτί.* 2. de Orat. 57. Theopompus et Ephorus causas omnino nunquam attigerunt. 5. Fam. 6. Omnino res tota in mensem Januarium rejecta erat. 1. 7. Ut ne quis omnino regem reduceret. 2. de Orat. 61. Poetas omnino non conor attingere. 1. Off. 66. Omnino fortis animus duabus rebus cernitur &c. De Am. 76. Omnino amicitiæ confirmatis jam ingeniis judicandæ sunt. 2. de Orat. 1. Vir omnino omnis eruditionis expers. 1. de N. 96. Ista sive beatitas, sive beatitudo, utrumque omnino durum. 6. Att. 3. Et ad ipsum hæc perscripsi diligentissime omnino. 16. Fa. 11. Cui cum cuperem mederi, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt omnino. *Ibid.* Nunquam improbi cives habuerunt paratiorem ducem omnino. Pro Mar. 28. Quid enim est omnino ipsum diu? 1. Tusc. 1. Cum defensionum laboribus aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus. Pro Corn. 43. et 44. Quæ labores hujus aut omnino aut certe facilius consequuntur. 1. Tusc. 5. Ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. 3. Att. 23. Vix, aut omnino non posse

fieri. 1. de Inv. 12. Et tamen quantum, et cujusmodi, et omnino quale sit, quæritur. 2. 161. Vis et injuria, et omnino omne, quod obfuturum est. 1. 86. Hoc genus, et cætera necessaria, et omnino omnis argumentatio.

SYNTAXIS. *Omnino nunquam. Aut omnino, aut magna ex parte liberatus. Vix, aut omnino non potest fieri. Vis, et injuria, et omnino omne, quod, &c.*

Omnipotens, tis, *rerum omnium præpotens*, παντοδύναμος. 4. Tusc. 73. Teque, omnipotens Neptune, invoco. *Poetæ.*

Omnis, ne, *totus, cunctus, universus, quicunque, quivis, quis omnium non?* πᾶς, σύμπας, ὅλος. 2. de Div. 103. Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. 2. de Fin. 112. Omne cœlum, totamque cum universo mari terram mente complecti. I. P. 11. Totum palatium erat civitate omni, cuncta Italia refertum. 2. de Orat. 89. Tota mente atque omni animo intueri aliquem. 2. Tusc. 56. In profundenda voce omne corpus intenditur. 2. de Nat. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. Pro Clu. 18. Mater sanguinem profundere omnem cupit. Pro S. R. 75. Non omnem frugem in omni agro reperire possis. 1. Qu. Fr. 1. 21. Omnes quicunque Romæ ludos faciunt &c. 2. de Orat. 5. Omnia, quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt oratori dicenda. 1. 9. Qui non una aliqua in re separatim elaborarunt, sed omnia quæcumque &c. comprehenderunt. 2. 44. Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt revocanda. Pro Syl. 17. Eo tempore omni Neapoli fui. De Cl. 319. Omnis hic sermo desiderat, &c. 1. de Orat. 157. Subeundus est usus omnium. 1. Off. 128. Et ab omni, quod turpe est, fugiamus. Pro Rab. 20. Omnes omnium ordinum homines. I. P. 96. Omnes mortales omnium generum, &c. *Ibid.* 52. Omnes omnium generum, ætatum, ordinum, viri ac mulieres omnis fortunæ ac loci. 3. A. 45. Omnes te dii, homines summi, medii, infimi, cives, peregrini, viri, mulieres, liberi, servi oderunt. Pro Arch. 16. Nam cæteræ res neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. 2. de Div. 92. Omnes omnium ortus, quicunque gignantur in omni terra, eosdem esse. 2. cont. Rull. 60. Decemviros portitores omnibus omnium pecuniis constitui. 3. Qu. Fr. 1. Omnia, minima, maxima, ad te mitti sciebam. 7. Att. 3. Sic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. 2. de Orat. 72. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est, &c. 2. de Fin. 13. Omnes qui ubique sunt, qui Latine sciunt. 5. Tusc. 1. Nihil est enim omnium, quæ in philosophia tractantur, quod gravius dicatur. *Ibid.* 66. Quis est enim omnium, qui, &c. Orat. 62. Plato longe omnium, quicunque scripserunt, princeps. 3. de Orat. 127. Gorgias princeps ex omnibus ausus est, &c. 15. Att. 15. Ex omnibus tuis studiis in me hoc scito mihi gratissimum esse, &c. De Clar. 378. Ex omnibus oratoriis laudibus longe ista est maxima, inflammare, &c. 1. de Orat. 99. Cum te unum ex omnibus maxime natum aptumque cognossem. *Ibid.* 112. Hic est unus homo ex omnibus, quo præsente, &c. 2. de Orat. 2. Aculeo, quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum. Pro S. R. 5. Non electus unus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere. De Cl. 236. M. Piso maxime ex omnibus Græcis doctrinis eruditus. 3. de Orat. 143. Sin quærimus quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. *Ibid.* 127. Soli ex omnibus aurea statua statuta est: *id est, Gorgiæ.* 3. C. 16. Ille erat unus timendus ex omnibus. 3. de Orat. 97. Gustatus est sensus ex omnibus maxime voluptarius. Pro Mur. 34. Cujus ex omnibus pugnis illa mihi videtur acerrima. 3. de Orat. 62. Stoici soli ex omnibus Philosophis dixerunt, &c. 2. 17. Ex omnibus verbis Latinis hujus verbi vim vel maximam semper putavi. 16. Att. 3. Nec me ulla res magis angit ex omnibus. 5. Fa. 16. Etsi unus ex omnibus minime sum accommodatus, &c. 8. 10. Si unus ex omnibus exoptandus esset, &c. 5. Tusc. 1. De re, quam tu ex omnibus maxime probas. Pro Mar. 22. Quis omnium? &c. nemo omnium, &c. 2. A. 76. Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, quam quod, &c. De Ami. 88. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. 2. de Finib. 101. Omnibus mensibus vicesimo die lunæ facere aliquid.

SYNTAXIS. *Tota mente, atque omni animo. Non omnia quæcunque dicis. Omnis quicunque. Ab omni quod turpe est. Omnia minima, maxima. Omnia faciant omnes, ne &c. id est,* omnes hoc agant, *ne. Omnia cætera negligo. Omnes quicunque scribunt. Ille princeps ex omnibus audet &c. id est,* omnium primus. *Quid unum ex omnibus excellit? Nemo omnium. Quis omnium?*

Omnivagus, a, um, παντοπλανής. De N. 68. Diana omnivaga dicitur, non a venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus.

Ὁμολογία. *Lege,* Convenientia.

ON

Onager, gri, *asinus ferus, et agrestis,* ὄναγρος. 6. Att. 1. Erat præterea Cynocephalus in essedo, nec deerant onagri.

Onerandus, a, um. 3. de Orat. 119. Onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.

Onerarius, a, um, φορτικός, φορτηγός. 1. de Div. 69. Et noctu flagrantes onerarias, *sc. naves,* videbatis. 10. Att. 14. et Ver. 1. 46. Oneraria navis.

Onero, as, φορτίζω. 3. de Nat. 8. Animadverti te, cum in foro diceres, quam plurimis posses argumentis onerare judicem. 3. Fam.

10. Te autem quibus mendaciis homines levissimi onerarunt?

Onus, eris, *pondus, munus*, ἄχθος. De Senect. 4. Onus Ætna gravius mihi videor sustinere. 5. Fam. 12. Sciebam quantis oneribus premerere susceptarum rerum. 13. 7. Municipium maximis oneribus pressum. 3. 5. Oneris tibi imponere non audeo quidquam. Ver. 2. 138. Imponere nimium oneris plebi. 13. Att. 11. 2. Qu. Frat. 1. Ne magnum onus observantiæ Bruto nostro imponerem. *Ibid.* Ne quod onus simultatis nobis imponeret ex superiorum temporum conviciis. Pro S. R. 10. Hoc onus si vos aliqua ex parte allevabitis, feram, ut potero, studio et industria &c. Quod si perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quam, &c. *Ibid.* Fide sapientiaque vestra fretus plus oneris sustuli, quam ferre me posse intelligo. Ver. 3. 4. Ego plus oneris habeo, quam alii, &c. et amplius oneris suscepi, quam cæteri, &c. *Ibid.* 7. Plus etiam, quam pars virilis postulet, oneris ac muneris suscipere. 1. de Orat. 116. Magnum est quoddam onus atque munus suscipere ac profiteri, se, &c. Pro Sull. 65. Deposito onere domestici officii, nihil postea de reip. commodis cogitavit. Div. 5. Ut onus hoc laboris atque officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. Pro S. R. 112. Suscipere onus officii, quod non possit sustineri. Ver. 4. 79. Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? 3. Fam. 13. Hoc nihil ad te: nostrum est onus. 1. de Orat. 21. Neque ego nostris oratoribus tantum oneris imponam. 9. Att. 6. Sed vereor, ne Pompeio quid oneris imponam. 14. 21. Tibi hoc oneris non impono; nolo te illum iratum habere. Pro Pomp. 55. Insula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeant. Incer. Custodia castrorum non honoris, sed oneris existimatur. Orat. 35. Injusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. 3. Fam. 12. Leva me hoc onere.

ADJUNCTA. *Commune, gravius, grave, leve, levius, magnum, magnum, et periculosum, majus, maximum, permagnum.*

SYNTAXIS. *Onus sustinere. Imponere onus,* vel *nimium oneris alicui. Allevare onus ex aliqua parte. Onus dicendi, onus laboris atque officii. Onus suscipere, tollere, ferre, recipere. Plus oneris habere. Onus deponere. Onere premi, opprimi. Onere levare.*

Onustus, a, um, πεφορτισμένος. 1. Att. 13. Asellus onustus auro. Ver. 5. 43. Navis onusta præda Siciliensi. 1. de Div. 60. Nunc onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus. 3. Off. 50. Naves onustæ frumento.

O P

Opaco, as, *obscuro*, ἐπισκιάζω. 2. de N. 49. Sol ita movetur, ut terras modo his, modo illis partibus opacet. *Ibid.* 95. Cum terras nox opacasset, 1. de Orat. 28. Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.

Opacor, aris. 5. de Leg. Neque dum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur.

Opacus, a, um, *ater, obscurus, frigidus, umbrosus*, παλίσκιος .)(. *apricus*. 3. de Orat. 18. Locus opacus et frigidus in sylva. Part. 36. Locus opacus. In Arat. Opaca nubes. 1. de Leg. 15. In viridi et opaca ripa inambulare.

Opas, *Nilo natus ab Ægyptiis appellatur Vulcanus*. 3. de Nat.

Opera, æ, *administratio, munus, actio, opus, manus*, ἐργασία. 1. Off. 150. Mercenariorum operæ, non artes emuntur. Ver. 4. 59. Ipse dabat purpuram, amici operas. 2. Off. 14. Eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere possemus. *Ibid.* Sine hominum opera. Ver. 2. 13. Duabus in rebus legatorum una opera consumitur in laudando et repetendo. Ver. 2. 171. Canuleius in portu Syracusis operas dabat. *Ibid.* 173. et 11. Att. 10. Magnas operas pro Magistro dare. 13. Fam. 65. Qui operas in scriptura pro magistro dat. *Ibid.* 9. C. Puppius, qui est in operis ejus societatis. Ver. 1. 147. Quantum paucæ operæ et mercedes fabrorum tulerunt. 1. de Orat. 126. Apollonius, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere non patiebatur. De Cl. 306. Ego autem juris civilis studio multum operæ dabam Quin. Scævolæ P. F. 15. Att. 8. Ut ergo in hujusmodi re tribuas nobis paulum operæ &c. 1. de Orat. 129. In artificio et opera quam tenui et levi adhibere multam diligentiam. De Clar. 174. Gellius multam operam et utilem amicis præbuit. Pro Cl. 157. Omnis mihi cura atque opera posita est in omnium periculis defendendis. 1. Off. 141. Majorem curam et operam suscipere, quam causa postulet. 16. Fa. 20. Tu musis nostris para ut operas reddas. 2. de Div. 142. Nunc propter intermissionem forensis operæ lucubrationes detraxi. 2. Off. 52. Qui opera, id est, virtute et industria benefici sunt. 7. Fam. 24. Dixit, judicem sibi operam dare constituisse. 13. Att. 47. Judex operam dare mihi constituit, eo die, &c. 2. 17. Ne et opera et oleum Philosophiæ nostræ pereat. Para. 5. 7. Fa. 1. Is fatetur, se et operam et oleum perdidisse. *proverbium*. 12. Att. 49. Cum Sestii auctioni operam dederis, revises nos. 13. 27. Faberio operam ponamus. De Clar. 307. Miloni Rhodio Romæ operam dedimus. Ver. 4. 64. Candelabrum e gemmis clarissimis opera mirabili perfectum. *Ibid.* 72. Simulacrum singulari opera artificioque perfectum. 2. de Orat. 122. Quoniam vos tantum operæ mihi ad audiendum datis. *Ibid.* 53. Plus te operæ Græcis dedisse rebus video, quam putaram. 16. Att. 16. Da operam, ut valeas. 4. 3. Dionysius nobis operam dat egregiam. 2. 1. et 3. de Orat. 84. et de Cl. 154. Dare operam alicui.

8. Fam. 1. Dare operam memoriæ alicujus. 1. Tusc. 7. In quam exercitationem ita nos studium et operam dedimus, ut &c. 9. Fam. 22. Dare operam liberis. Ver. 3. 124. Summa data est opera a me, ut quam plurimo decumas venderem. 1. de Orat. 265. Dare operam valetudini. *Dare operam funeri. Lege*, Funus. 3. Qu. Fr. 4. Bene ponere operam. 12. Att. 20. Ponere multum operæ in aliqua re. De Cla. 105. 1. Qu. Fr. 1. 24. et 1. de Fin. 1. Ponere multam operam in aliqua re. 2. de Div. 7. Tribuenda est opera reip., vel potius in ea cogitatio, curaque ponenda. 1. de Orat. 234. Consumere operam in aliqua re. *Ibid.* In ea (*arte*) tu plus operæ laborisque consumpseras. Pro S. R. 51. Qui in agris colendis tantum operæ temporisque consumpserunt &c. 1. Tusc. 103. Consumere multam operam frustra. 2. de Inv. 7. Consumere operam in maximis Philosophiæ partibus. Pro Font. 1. Consumere multum laboris et operæ in aliqua causa. Pro S. R. 48. In prædiis colendis operæ plurimum studiique consumere. Brut. 8. Tibi omnes navare operam et studium volunt. 1. Off. 19. Magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferre. Pro Cor. 17. Officii potius quam dicendi studio hanc operam et munus suscepi. Ver. 4. 69. Tibi hæc opera sumenda est. 2. ad Her. 24. Utrum data sit opera, ut sciretur &c. 1. de Orat. 91. Nam primum quasi dedita opera dicebat, &c. 8. Att. 22. Dedita opera facere aliquid. 8. Fa. 1. Data opera paravi, &c. *Item*, Servire voci, dare operam voci. Part. 6. Qui operis dandis, publicis sumendis rem honeste quærunt. 2. de Leg. 1. Et sermoni reliquo demus operam sedentes. *Ibid.* 26. Dare operam rebus divinis. 13. Att. 36. De eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te. 4. 3. Qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. 15. 15. Omni ope atque opera enitar, ut, &c. 16. 17. Omnibus rebus magna cura, multa opera et labore confectis. 3. Qu. Fr. 4. De versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quæ non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat. 1. Off. 41. Uti servis, ut mercenariis, ad operam exigendam. 2. 68. Sed quis est tandem, qui inopis et optimi viri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati et potentis? De Cl. 23. Qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ. Oecon. 1. Cum et operam et diligentiam ea desiderarent. *Ibid.* A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam. Hortens. In his studiis nobis omnis opera et cura ponenda est. 2. Fam. 6. Ego omnem operam &c. in Milonis Consulatu fixi et locavi.

Mercenarius, homo ad operas conductus, operarius. Pro Pl. 47. Plancius in operas plurimos misit. Pro Sest. 38. Erat mihi contentio cum operis conductis. *Ibid.* 18. Is venditabat se operis, a quibus, &c. 1. A. 22. Operæ mercenariæ, multitudo conducta. *Ibid.* 12. Publicis operis disturbare domum aliquam. Ver. 5. 46. Navem tibi operis publicis esse ædificatam. 2. Qu. Frat. 3. Operas suas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. 11. Att. 11. Operæ Clodianæ pontes occupaverunt.

Labor. 13. Fam. 27. Non parcam operæ.

ADJUNCTA. *Annua, egregia, eximia, forensis, fortis, fidelisque, gratior, multa, et utilis, legitima, gratiosissima, insignis, magna, magnifica, non mediocris, mercenaria, publica, opportuna, fidelis, optima, par, quotidiana, perutilis, præcipua, præclara, pulcherrima, singularis, summa, tenuis, et levis, urbana.*

SYNTAXIS. *Operæ mercenariorum, vel operæ mercenariæ. Conducere operas. Legatorum opera. In opera tenui adhibere diligentiam. Curam et operam suscipere. Operas reddere. Operam alicui dare. Da operam, ut, ne. Memoriæ, sapientiæ, litteris, valetudini dare operam. Operæ multum in aliqua re, et multam operam ponere. Operam sumere. Data, vel dedita opera. Operam conferre in res obscuras. Tribuere operam alicui in aliqua re. Multam operam et utilem amicis præbere. Omnis mihi cura atque opera posita est in &c. Ne opera et oleum pereat. Operam et oleum perdere. Singulari opera et artificio conficere aliquid. Dare multum operæ alicui ad audiendum. Dare operam liberis,* id est gignere. *Dare operam rebus divinis,* id est sacrificare. *In re aliquam multum operæ laborisque cousumere,* vel *multum operæ temporisque,* vel *multam operam,* vel *multum operæ studiique. Navare operam et studium alicui. De eodem oleo et opera exarare aliquid. Omni ope atque opera eniti. Operam exigere. Operam figere et locare.*

Operæpretium, *necesse, est, non alienum, utile, dignum, προὔργου.* 2. cont. Rull. 73. Quo in genere est operæpretium diligentiam majorum recordari. Ver. 2. 131. Jam vero Censores quemadmodum creati sunt, operæpretium est cognoscere. 1. 143. Operæpretium est, ipsam legem cognoscere. Pro S. R. 59. 4. de Fin. 67. Operæpretium erat, si animadvertistis, judices, negligentiam ejus in accusando considerare. Pro S. R. 108. Si nihil in ista pugna Roscii, quod operæpretium esset, fecerant, quam ob causam a Chrysogono tantis præmiis donabantur?

Operarius, rii, *bajulus, ἐνεργὴς, ἐργαστικός.* Ver. 4. 77. Barbari quidam operarii, mercede accepta, signum illud sustulerunt. 5. Tusc. 104. et 3. ad Her. 26. Quos singulos sicut operarios barbarosque contemnas. Ver. 4. 126. Operarius appositus ad deferenda onera. 7. Att. 2. Operarius homo. De Cl. 157. et Parad. 3. Operarii et bajuli, &c. 1. de Orat. 83. Non oratores, sed operarii lingua celeri et exercitata. *Ibid.* 263. Operarium quendam nobis, Antoni, oratorem facis.

Operatio, onis, *opera, ἐνέργεια, ἐργασία.* 6. Att. 3. Hujus nebulonis operatione si Bru-

tus moveri potest, licet eum solus ames. *aliter*, oratione, *et rectius*.

Operculum, li, *quo aliquid tegitur, et aperitur*, ἐπίπωμα. 2. de Nat. 135. Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo.

Operio, is, *tego, involvo*, καλύπτω. 2. Tusc. 50. Operite, abscedite.

Operior, iris, καλύπτομαι. Ver. 4. 118. Fons, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset.

Operose, *laboriose, nimiaque cum cura et opera*, ἐπιπόνως, ἐργαστικῶς. Orat. 149. Ut fiat quasi structura quædam, nec tamen fiat operose: nam esset infinitus labor.

Operosus, a, um, *laboriosus, actuosus*, ὁ καὶ ἡ ἐπεργὸς, ἐργώδης. 1. de Fin. 72. Vivendi artem tantam, tamque operosam relinqueret? 2. Qu. Fra. 13. Scribebam illa πολιτικὰ, spissum sane opus et operosum. De Sen. 26. Senectus non modo languida atque iners non est, verum etiam est operosa, et semper agens aliquid. 2. de Nat. 59. Moliri aliquid cum labore operoso et molesto. *Ibid.* 94. Nec quæ sunt minus operosa. De Clar. 333. Operosa concursatio. 3. Qu. Frat. 5. Res operosa est. 2. Off. 17. Quæ in usu et tractatione belluarum fiunt utiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis. 2. de Leg. 45. In delubris communibus textile, nec operosius, quam mulieris opus menstruum. *Ibid.* 65. Ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo.

Syntaxis. *Opus spissum et operosum. Senectus operosa, et aliquid semper agens. Operosus et molestus labor. Operosa concursatio.*

Opertus, a, um, *coopertus, tectus, involutus*, κατάστεγος. 2. A. 106. Is lectica operta latus est per urbem. 2. de Div. 77. Is lectica operta facere iter solebat. De Sen. 34. Nullo imbre adduci potest, ut capite operto sit. Par. 4. Clodius in opertum Bonæ deæ accessit. *Ibid.* Et tu quidem in operto fuisti. Ver. 4. 111. Contumeliæ, quibus operti oppressique sumus.

Oraculum. 1. de Div. 114. Quo ex genere Apollinis operta prolata sunt. 2. 113. Nec Apollinis opertis credendum existimo.

Opes, pum, *potentia, divitiæ, facultates, copiæ*, οὐσία, χρήματα. 8. Att. 11. Moderatori Reip. beata civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Pro Qu. 2. P. Q. cui tenues opes sunt, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ. 9. Att. 19. Cæsar jam opes meas, non ut ante opem, expectat. Ad Brut. 16. Cæsar qui maximas opes habebat, paucorum virtute sublatus fuit. 2. Off. 40. Bargulus latro magnas opes habuit, et multo majores Viriatus. 3. 36. Hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ. 1. A. 19. Opes violentas, et minime ferendam potentiam concupiscere. De Pro. 41. Cum me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire possem. 2. A. 24. Pompeius omnes opes suas et Reip. ad Cæsarem detulit. 2. cont. Rull. 49. Hæc lex tota ad Pompeii opes evertendas, tanquam machina, comparatur. Pro Pomp. 45. Accepta in Ponto calamitate, ex eo prælio hostium opes animique creverunt. 2. cont. Rull. 49. Potestatem hanc tantis confirmat opibus et copiis, ut invitis eripi nullo modo possit. *Ibid.* 74. Totam Italiam suis opibus obsident. De Amic. 22. Divitiæ opportunæ sunt, ut utare: opes, ut colare: honores, ut laudere. 1. Fam. 9. Neque pugnandum contra tantas opes. 3. Tusc. 25. Omnibus viribus atque opibus repugnare alicui. 1. de Fin. 52. Opes vel fortunæ, vel ingenii liberalitati magis conveniunt. 5. et 81. Divitiæ, honores, opes. De Cl. 279. Si honores, quam opes consequi maluisset. 6. Fam. 6. Conjunctione frangi Senatus opes, disjunctione civile bellum excitari videbam. De Sen. 82. Tibi propter opes et copias tolerabilis senectus videtur. Pro Clu. 153. Vir magnis opibus præditus. Pro Dom. 108. Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. 2. de Div. 5. Juventus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrænanda sit. Pro Qu. 49. Alterius opes, id quod miserrimum, non expectare. 1. Off. 9. Id conducit ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam. *Ibid.* 86. Qui neque opes, aut potentiam consectabitur, totamque Remp. sic tuebitur, ut omnibus consulat. 2. Off. 51. et de Am. 54. Si quando ei subveniatur, qui potentis alicujus opibus circumveniri videatur. Pro R. P. 1. Qui suæ fortunæ fundatas et optime constitutas opes potestati regiæ commiserit. 1. de Fin. 51. Quod si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse et muniti videntur &c. Pro C. Cornel. 1. Semper hoc per se summis opibus retinendum putaverunt. Oeco. 1. Partis opibus æque fuit opus memoria et diligentia. 2. con. Rul. 82. Deinde ad paucos opibus et copiis affluentes totum agrum Campanum perferri videbitis.

Adjunct. *Alienæ, præstantissimæ, divinæ, firmiores, tenues, exiguæ, nimiæ, firmissimæ, incredibiles, invidiosæ, magnæ, nimis magnæ, novæ, majores, maximæ, mediocres, meretriciæ, parvæ, pristinæ, regiæ, summæ, violentæ, urbanæ.*

Syntaxis. *Opes evertere. Opes et copiæ. Pro suis opibus defendere aliquem. Fundatæ et bene constitutæ opes. Opibus affluere. Habere opes. Opum nimiarum potentia. Firmissimis opibus munire se contra aliquem. Opes suas deferre ad aliquem. Hostium opes animique creverunt. Omnibus viribus atque opibus repugnare alicui. Opes consequi. Opes alicujus frangere. Magnis opibus præditus. Opibus alicujus circumveniri. Opibus septus et munitus contra &c. Summis opibus retinere aliquid. Parere opes.*

'Οφελήματα. *Lege*, Detrimentum, *et* Emolumentum.

Ophiuchus, *anguitenens Latine. Lege*, Anguitenens.

Opifex, ficis, *artifex, δημιουργός.* 1. de N. 18. Opifex ædificatorque mundi Deus. 2. 150. et 2. de Fin. 115. Omnia nos consecutos esse adhibitis opificum manibus. Pro Fla. 18. Opifices, et tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum quid est negotii concitare? 1. Tusc. 34. Opifices post mortem nobilitari volunt. 5. Tusc. 34. Zeno verborum opifex. Orat. 5. Sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt. 3. de Fin. 4. Nec artifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. 4. C. 17. Omne opificum instrumentum, omnis opera ac quæstus frequentia sustinetur, alitur otio. Acad. Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. 4. Acad. 144. Nisi ut opifices concitentur.

Syntaxis. *Opifex ædificatorque mundi Deus. Opificum manus. Opifices et tabernarii. Verborum opifex.*

Opimius. Orat. 157. Ver. 1. 155. In Pis. 95. Pro Sest. 140.

Opimus, a, um, *pinguis, amplus, πίων.*) (. *gracilis, strigosus.* 5. Tusc. 100. Opimus bos. 2. 24. Tum jecore opimo farta et satiata affatim &c. 1. D. 119. In extis bovis opimi cor non fuit. De Clar. 64. Qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectentur. Orat. 25. Opimum quoddam, et tanquam adipatæ dictionis genus. Pro S. R. 8. Opima et præclara præda. Ver. 1. 93. Contentus tam opimis spoliis non fuisti. 1. 132. Opimus præda. Pro Dom. 23. Syria opima et fertilis. Pro Flac. 81. Decianus ad Lælium detulit hanc opimam accusationem. Pro Pom. 14. Asia opima est et fertilis.

Syntaxis. *Oratio opima, et tamquam adipata. Præda opima, spolia. Opimus præda. Terra opima et fertilis. Accusatio opima.*

Opinabilis, le, *quod in opinione positum est, δοξαστός.* 1. de Div. 24. Artes, quæ conjectura continentur, et sunt opinabiles. *Ibid.* 25. Omnisque opinabilis divinatio: conjectura enim nititur. De Univ. 3. 1. Acad. 31. et 3. Tusc. 74. Quod totum opinabile est.

Opinandum. 3. Tusc. 55. Nihil evenisse, quod non opinandum fuisset.

Opinatio, onis, *opinio, δόγμα.* De Univ. 3. Sensus moventia quæ sunt, eadem in opinatione consistunt. 4. Acad. 78. Opinatione et perceptione sublata. 4. Tusc. 26. Hæc autem opinatio est, judicare se scire, quod nesciat.

Opinato, *non præter opinionem, ἐν τῷ ἀπροσδοκήτῳ.* 2. A. 77. Nec opinato cum ostendisses, &c. 3. Tusc. 52.

Opinator, oris, *qui probabilia tantum sequitur, nihil affirmans, δοξαστής.* 4. Acad. 66. Ego vero ipse magnus quidam sum opinator: non enim sum Sapiens.

Opinaturus, a, um. 4. Acad. 59. Carneades delabebatur interdum, ut diceret, opinaturum, id est, peccaturum esse sapientem.

Opinatus, a, um, *προσδόκητος.* 2. Off. 36. Separatim autem in singulis admirantur, si perspiciunt nec opinata quædam bona. 4. Tusc. 11. Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis.

Syntaxis. *Ars opinabilis, divinatio. In opinatione consistere. Opinatio est, judicare se scire quod nesciat. Opinator, non sapiens. Ex opinato bono nascitur amor et desiderium.*

Opinio, onis, *sententia, sensus, existimatio, conjectura, δόξα.* 4. Tusc. 15. Opinionem autem (quam in omnes definitiones superiores inclusimus) volunt esse imbecillem assensionem. Ver. 4. 106. Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum litteris atque monumentis. 2. de Nat. 63. Vetus hæc opinio opplevit Græciam, exsectum esse Cœlum a filio Saturno. 1. de Div. Vetus opinio est jam usque ab heroicis ducta temporibus, &c. 2. de Orat. 1. Magna nobis pueris opinio fuit, L. Crassum, &c. 9. Att. 7. In his locis opinio est conjectura magis quam nuncio aut litteris, Cæsarem Formiis cito fore. 2. de Nat. 5. Opinionum commenta delet dies. 6. Att. 1. Nos publicam prope opinionem secuti sumus. Pro Dom. 11. Res erat non in opinione dubia, sed in præsenti, atque ante oculos proposito periculo. Pro Cl. 4. Evellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam vetustam? *Ibid.* Tum si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis, si eam ratio convellet, ne repugnetis, eamque animis libentibus remittatis. 1. de Nat. 61. Deos esse, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim. 3. 11. Opinio de diis immortalibus et omnium est, et quotidie crescit. De Clar. 114. Philosophorum de se ipsorum opinio firma in hoc uno et stabilis inventa est. Orat. 97. Inserere novas opiniones, et evellere insitas. Pro Cæc. 13. Et in eam opinionem Cæsenniam adducebat, ut putaret, &c. 1. Fam. 4. In eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur &c. 2. de Div. 70. Romulus, qui auspicato urbem condidit, habuit opinionem, esse in providendis rebus augurandi scientiam. *Ibid.* Retinetur autem ad opinionem vulgi Reip. mos, religio, &c. 1. Acad. 40. Opinio quæ esset imbecilla, et cum falso incognitoque communis. 2. Off. 39. Omnibus opinio justitiæ necessaria est, quam qui non habent, injusti habentur. De Amic. 30. Ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. Ver. 3. 59. Esto, falsam de illis habuit opinionem, malam de nobis. 11. Att. 16. Valde de adventu Cæsaris opinio est. 7. 2. Opinio, quam is vir habet integritatis meæ. Act. 1. Ver. 42. Hic de vobis malam opinionem animo imbibit. Pro Clu. 70. Perinde ut opinio est de cujusque moribus. *Ibid.* 142. Antea fuisse in illa opinione populari. 1. de Inv. 46. Probabile est, quod in opinione positum est. 1. Fam. 7. Magna est hominum opinio de te. 4. Att. 16. Ut opinionem habeas rerum. 1.

Fa. 6. Non fallam opinionem tuam. 3. cont. Rul. 2. Parvam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo. Pro Clu. 142. Si quam huc graviorem de illo opinionem attulistis, hanc quæso deponite. 8. Fam. 10. In eam opinionem Cassius venerat: *id est, ita de eo opinari cœptum erat.* 1. 9. Accipere falsam opinionem de aliquo. 1. de Orat. 92. Cum hæc audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis falsa, aut certe obscura opinio. *Ibid.* 108. Res ab opinionis arbitrio sejunctæ, scientiaque comprehensæ. 1. de Orat. 125. Aut æterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis. 2. Off. 46. Hi opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. 2. de Orat. 156. Opinionem istorum studiorum, et suspicionem artificii apud judices oratori adversariam esse. De Ar. 52. Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat. De Cl. 234. Cn. autem Lentulus multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat. Part. 123. Penetrare ad sensum opinionemque judicis. De Clar. 190. Qui vulgi opinione diserti sunt habiti, iidem intelligentium quoque judicio probantur. 3. de Nat. 72. Contra communem opinionem ratione pugnare. 1. de Orat. 94. Ex communi quadam hominum opinione dicere. *Ibid.* 146. Nihil enim affirmare possum, nisi sententiam et opinionem meam. 1. de Nat. 13. Opiniones Philosophorum. Ver. 2. 182. Sane ei præter opinionem improviso incidi. 5. Fam. 12. Tamen vicit opinionem meam. Pro Mur. 65. Quantum ego opinione auguror. *Ibid.* Non re ductus, sed opinione. 14. Fam. 23. Et ipse opinione celerius venturus dicitur. 12. 15. Quam ob rem opinione celerius confido eum pœnas daturum. De Cla. 1. Opinione omnium majorem animo cepi dolorem. 1. de Orat. 164. Fortunam totius negotii opinione majorem melioremque video. 10. Fam. 31. Id opinione tua mihi gratius est. 2. de Orat. 101. Sed etiam illa major opinione mea &c. Pro Sest. 22. Aliquis falsa opinione, errore hominum commendatus. 2. de Orat. 210. Excellens opinione fortuna. Pro Font. 29. Ut opinio mea fert. Pro Dom. 32. Plura dixi, quam ut opinio tulerit, aut voluntas mea. 9. Fam. 11. Ut opinio mea est. 5. Att. 16. Itaque opiniones omnium superavi. 1. de Orat. 172. Quoniam sententiæ et opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo. 8. Att. 15. In eadem opinione fui, qua reliqui omnes. 3. de Orat. 16. Si quis ductus opinione vulgi, putet, &c. 13. Att. 9. De Cæsaris adventu eam opinionem Dolabella habet, quam tu conjecturam faciebas ex litteris Messalæ. Pro Pomp. 23. Erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaserat &c. Frag. ep. Erat opinio bona de Planco. *Ibid.* Vincam opinionem tuam. Hortens. Humanarum opinionum alta quædam despectio. De Consolat. Te in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium consecrabo.

Adjuncta. *Adversaria, æterna, diuturna, firmior, major, et melior, vulgaris, bona, brevis, gloriosa, laudabilis, censoria, gravis, penitus insita, et vetusta, popularis, certa, communis, minor, depravata, ementita, recens, dubia, effrænata, ac levis, errans, prava, vehemens, obscura, firma, firma et stabilis, gravis atque vehemens, gravior, honesta, humana, imbecilla, et cum falso incognitoque communis, non improba, incommoda, incorrupta, jucunda, magna, mala, periculosa, perniciosa, necessaria, nova, publica, stabilis* .)(. *ficta, vana, tacita, varia, vera* .)(. *falsa, vitiosa, vera firmaque, vetus, utilis.*

Syntaxis. *Inserere, et evellere opiniones. In opinionem adducere. Opinionem habere. Valde opinio est de bello, et belli. Opinionem imbibere. Afferre, deponere opinionem. Opinio et existimatio virtute parta. Venire in opinionem negligentiæ. Accipere de aliquo falsam opinionem. Facere opinionem*, id est, adipisci autoritatem. *Vetus opinio opplevit Græciam, esse &c. Opinio usque ab heroicis ducta temporibus. Opinionum commenta delet dies. Res est in opinione dubia. Opinionem mente comprehendere. Quotidie crescit opinio. Perinde ut opinio est. In opinione positum est. Magna est hominum de te opinio. Fallere opinionem alicujus. Res ab opinione sejunctæ, scientiaque comprehensæ. Irrepere in opinionem. Vulgi opinione, contra communem opinionem, ex communi hominum opinione, præter opinionem, opinione celerius. Quantum ego opinione auguror. Non re, sed opinione. Ut opinio mea fert. Vincere*, vel *superare opinionem.*

Opiniosissimus, a, um, *magnus opinator*, δοξαστότατος. 4. Acad. 143. Antipater et Archidamus vel duo principes Dialecticorum, opiniosissimi homines.

Opinor, aris, *opinio mea est, opinio mea fert, opinionem habeo, puto, in aliqua opinione sum,* οἴομαι, δοκέω. Pro Dom. 105. Multa in vita falso homines opinantur. 2. de Div. 15. Gubernatores nihil sine certa ratione opinantur. I. P. 45. De vobis Senatus opinatur non secus ac de deterrimis hostibus. 7. Fa. 17. Quod opinatus sum, me in provinciam exiturum. Pro Mur. 63. Sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat. De Cl. 131. T. Albutius pene Græcus; loquor ut opinor, &c. 2. de Fin. 31. A primo, ut opinor, animantium ortu, &c. 1. Att. 15. Primus, ut opinor, introitus. 7. Fam. 24. Capius (opinor) olim, non omnibus dormio: sic ego non omnibus servio.

Adverb. *Falso, temere, secus ac.*

Opipare, *laute, apparate, splendide,* λαμπρῶς. 13. Att. 50. Cæsar et edit et bibit ἀδεῶς et jucunde: opipare sane et apparate. 5. 9. Cum opipare epulati essemus hilarem in modum. 7. 2. Alexion me opipare muneratus est.

Opis. *Lege*, Ops.

Opis, opi, opem, ope, *auxilium*, *βοήθεια*. 9. Att. 19. Cæsar jam opes meas, non ut antea opem expectat. 2. de Fin. 118. Ferre opem et salutem indigentibus. 5. Famil. 4. Si mihi tua clementia opem tuleris. 5. Tusc. Ad te confugimus, a te opem petimus. Ver. 2. 11. Opem auxiliumque alicui ferre. Pro Rab. 3. Ferre opem patriæ. Porrigere atque tendere opem alicui. *Lege*, Porrigo. Pro Fon. 23. Confugere ad opem alicujus. 3. de Nat. 74. Ope consilioque tuo furtum factum est. 15. Att. 15. Omni ope et opera enitar, ut, &c. 4. Fam. 1. Aliquid opis occidenti reipub. tulissemus. 12. 10. Ferre aliquid opis reipub. Ver. 5. 167. Constitue nihil esse opis in hac voce. I. P. 19. Ego ab hoc ejecto cadavere quidquam mihi aut opis, aut ornamenti expectabam? Pro Quin. 32. In altera spes esset ad talem tamen virum judicem veniendi, unde eo plus opis auferret, quam quo minus attulisset gratiæ. 14. Att. 20. Petere opem ab aliquo. 26. 13. Hæc nec institui, nec effici possunt sine tua ope. 1. Off. 49. Ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. De Sen. 4. Quibus nihil opis est in ipsis ad bene vivendum, iis gravis est omnis ætas. Pro Mil. 30. Homines omnem semper vim quacunque ope possunt, a vita sua propulsant. Pro C. Cor. Ut ab Jove Opt. Max. opem et auxilium petamus. 1. de Glor. Oppidorum appellationem usurpatione appellatam esse existimo, quod opem darent.

SYNTAXIS. *Ferre opem et salutem indigentibus. Opem petere ab aliquo. Confugere ad opem et auxilium alicujus. Ope consilioque alterius facere aliquid. Ferre aliquid opis occidenti reip. Expectare aliquid opis sibi ab aliquo. Ut quisque maxime opis indiget, ita &c. Quibus nihil est opis in ipsis ad bene vivendum, iis, &c. Quacunque ope potero. Opem dare.*

Opitulor, aris, *opem fero*, *subvenio*, *ἐπικουρέω*, *βοηθέω*. 12. Fa. 30. Nihil sane possum tibi opitulari. 4. 1. Opitulari reip. *Ibid.* 13. Opitulari sontibus. Pro S. R. 27. Mulier hospiti oppresso jam desperatoque ab omnibus opitulata est. 1. Off. 49. Ut quisque maxime opis indigeat, ita potissimum opitulari. 2. de Inv. 7. Qui permultum ad dicendum opitulati sunt. 1. Off. 154. Subvenire et opitulari patriæ.

Oportet, bat, *convenit*, *attinet*, *decet*, *necesse est*, *δεῖ*, *χρή*. 1. de Orat. 20. Ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio. 2. de Div. 91. Docet enim ratio Mathematicorum, quam istis notam esse oportebat, quanta humilitate, &c. Orat. 74. Oportere, perfectionem declarat officii, quo semper utendum est, et omnibus. Pro Cor. 7. Si aliquid non contra ac liceret, factum diceretur, sed contra atque oporteret. *Ibid.* 8. Oportere est consentaneum esse officio, licere legibus et juri, decere temporibus et personis. Pro Plan. 8. Si a populo præteritus est, quem non oportuit. Pro Pom. 70. Pericula facile, ut hominem præstare oportet, innocentia tecti pellemus. 1. Off. 1. Quanquam te abundare oportet præceptis Philosophiæ, &c. Pro Mil. 15. Quid in judicando spectare oporteret. 13. Att. 25. Hoc fieri et oportet, et opus est. 4. 6. Si loquor de republ. quod oportet, insanus: si quod opus est, servus existimor. 1. C. 9. Quos ferro trucidari oportebat. 3. de Orat. 19. Cum sibi de iis, quæ dici ab oratore oporteret, sumeret. Ver. 3. 174. Pecunia, quam oportuit civitatibus pro frumento dari. 4. Acad. 10. Totam enim rem Lucullo integram servari oportuit. Orat. 215. Sed id crebrius fieri non oportet. 2. de Orat. 117. Proponi oportet, quid afferas, et id quare ita sit, ostendere. 1. C. 5. Verum hoc, quod jampridem factum oportuit &c. 1. de Inv. 68. Oportet putare, &c. Pro Cæc. 35. Non oportet, &c. *nihil est, quod*, &c. 6. Att. 2. Ne quid fiat secus, quam volumus, quamque oportet. 2. A. 112. Benevolentia civium septum esse oportet, non armis.

Opperior, iris, *expecto*, *περιμένω*. 10. Att. 3. Ego in arcano opperior, dum ista cognosco. 6. Fam. 20. Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri. 4. Att. 2. Scribas ad me velim, si quid erit, quod opperiare. *Ibid.* 17. Sed quid plura? coram opperior reliqua. 2. 10. Ibidem opperiar.

Oppetendus, a, um. 12. A. 30. Mors necessitatem habeat naturæ, aut si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. 4. Fa. 7. Si oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis.

Oppetitus, a, um, *πληγεὶς, ἥττος*. 1. Tuscu. 116. Claræ mortes pro patria oppetitæ.

Oppeto, is, *obeo*, *occumbo*, *μεταλλάττω*, *ἐπέρχομαι*, *ἀποθνήσκω*. 14. A. 39. Cum milites pro salute pop. Rom. mortem oppetierint. Pro Sest. 45. Mortem pugnans oppetisses. 1. Off. 113. At Ajax, quo animo traditur, millies oppetere mortem, quam illa perpeti ab alio maluisset.

Oppidanus, a, um, *πολίτης*. Pro Planc. 30. Jure quodam in scenico vetere, maximeque oppidano. 2. de Orat. 240. Senex quidam oppidanus. De Cl. 242. Oppidanum quoddam et inconditum genus dicendi.

Oppido, *sane*, *παντελῶς*. 2. de Orat. 259. Tutor mimus vetus, oppido ridiculus. 3. de Fin. 33. Eorum definitiones paulum oppido inter se differunt. 13. Fam. 4. Præterquam oppido pauci.

Oppidulum, li, *τὸ πολισμάτιον*. 10. Att. 6. Melitæ, aut alio in loco, sive in oppidulo me futurum puto. 2. Qu. Fra. 11. Neque solum illud extorsi oppidulum, quod erat positum in Euphrate et Zeugmate, sed, &c.

Oppidum, di, *urbs*, *τὸ πόλισμα*, *ἡ κώμη*. Ver. 4. 72. Segesta est oppidum pervetus in Sicilia. 1. de Div. 73. Tum ante oppidum

Nolam florentissima Samnitum castra cepit. *Ibid.* 53. Pheræ, quæ erat urbs Thessaliæ, in quo oppido, &c. 15. Fam. 4. Magnas copias ad oppidum Antiochiam accessisse. 5. Att. 5. In oppido Antiochiæ. 4. Famil. 18. Oppida florentissima, nunc prostrata et diruta. 8. Att. 13. In oppidis præsidia nulla sunt. 1. de Glor. Oppidorum appellationem usurpatione appellatam esse existimo, quod opem darent. Incer. Erythræo oppido superpositum montem Mimanta.

Adjuncta. *Antiquum, clarum, et ornatum, maximum, miserrimum, tenue, celeberrimum, devium, finitimum, florentissimum, lautissimum, locuples, honestum, copiosum, pervetus, munitissimum, vetus et nobile.*

Oppignero, as, *pignori do, ἐνεχυριάζω.* Pro Sest. 110. Libelli etiam pro vino sæpe oppignerabantur.

Oppilatus, a, um, *obstructus, clausus, ἐμπιλούμενος.* 2. A. 21. Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset, hisque oppilatis impetum tuum compressisset, &c.

Oppleo, es, *impleo, ἀναπληρόω, ἐμπληρόω.* 2. de Nat. 63. Vetus hæc opinio opplevit Græciam, exsectum esse Cœlum a filio Saturno. 2. Tusc. 38. Namque Æsculapii liberorum saucii opplent porticus. Postq. in Sen. 9. Mors prava oppleta tenebris ac sordibus. 2. de Natu. 136. Nilus Ægyptum tota æstate obrutam oppletamque tenet.

Opploro, as, *ploro, κατοδύρομαι.* 4. ad Her. 66. Quin vos auribus meis opplorare desinitis?

Oppono, is, *objicio, contra statuo, ἀνθίστημι.* 2. de Nat. 129. Aves pennis pullos fovent, ne frigore lædantur: et, si calor est a sole, se opponunt. 3. Off. 61. Nec qui contra se liceatur, emptor opponet. 2. A. 8. Sed quid oppones tandem? si negem, &c. quo me teste convinces? Pro Sest. 20. Habeo, quem opponam illi. 2. de Finib. 97. Opponere se hostibus. 2. de Fin. 42. Protulit, non tam ut probaret, quam ut Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret. 2. Qu. Fr. 9. Opposuisti semel ἀντιέρακτον causam, Ciceronis nostri valetudinem. Pro Cor. 26. Opponere se periculis. De Ar. 60. Civem, qui se pro patriæ salute opponat invidiæ, frustra posthac requiretis. Pro Qu. 47. Minas jactare, formidines opponere. Pro Cæc. 21. Ad omnes introitus armatos homines opposuit. 7. Att. 22. Pompeium persequi Cæsar dicitur, ut interficiat, (o me miserum!) et non omnes nostra corpora opponimus? 2. C. 24. Et primum gladiatori illi imperatores nostros opponite. De Cl. 31. Iis opposuit sese Socrates, qui, &c. 1. Att. 1. Et illud suum regnum judiciale opposuit. 1. cont. Rull. 18. Illam urbem huic urbi volunt opponere. I. P. 82. Aliquid cuipiam objicere et opponere. Orat. 166. et 220. Par pari referre, contrarium contrario opponere, verbum verbo comparare. 4. Aca. 64. Autoritas tanta plane me movebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam. Ver. 5. 86. Opponebant illi interdum nomen Africani. Pro Cor. 2. Principio orationis hoc oppono, me, &c. Ver. 3. 131. Cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent. In L. Pis. Caput opponis, cum eo coniscans.

Opponor, eris. De Opt. 18. Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur: unum &c. alterum, &c. 3. de Fin. 40. Omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. Pro Mur. 86. Objici insidiis conjuratorum, et ad omne periculum atque ad omnem invidiam opponi. Brut. 15. His quod opponi posset, præsidium non habebamus. 2. de Orat. 339. His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur. Orat. 164. Sive paribus paria redduntur, sive contrariis opponuntur contraria. Top. 96. Cum opponitur scripto scriptoris voluntas. Orat. 138. Ut ante occupet, quod putat opponi.

Opportune, *non incommode, loco, in loco, tempore, in tempore, εὐκαίρως.* 9. Att. 11. Trebatius opportune ad me ante adventum Cæsaris venerat. Pro Cl. 165. Opportune ades. 1. Fa. 9. Teipsum, inquit, cupio, nihil opportunius potuit accidere. 3. de Fin. 61. Si id opportune facere possit. 14. Att. 21. Tu vero cum Crasso, ut cætera, quam commode; opportune autem, quod idipsum apud me mones, quatriduo ante ad eum scripseram.

Opportunitas, tis, *occasio, tempus actionis opportunum, utilitas, εὐκαιρία.* 3. de Finib. 45. Opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis: habent enim suum modum quæcunque opportuna dicuntur. 1. de Inven. 38. Locus consideratur, in quo res gesta sit ex opportunitate, quam videatur habuisse ad negotium administrandum. *Ibid.* 40. Occasio est pars temporis, habens in se alicujus rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. 1. Off. 142. Locum autem actionis opportunitatem temporis esse dicunt. *Ibid.* Opportunitas idoneorum ad agendum temporum. 3. Fam. 12. Pro Mar. 6. Certe in armis locorum valet opportunitas. 1. de Div. 93. Ac mihi quidem videntur ex locis ipsis, &c. divinationum opportunitates esse ductæ. 1. Off. 35. Sed credo illos secutos opportunitatem loci, maxime ne, &c. A. 24. Divina vero opportunitas, ut in sortitione provinciarum, quæ cuique apta esset, ea cuique obveniret. 8. Att. 13. Tenendam hanc horam puto, quæ dignitatem et opportunitatem habet. De Am. 21. Amicitia plurimas opportunitates habet. Pro Pomp. 50. Cum ad cæteras summas utilitates hæc quoque opportunitas adjungatur, ut, &c. 16. Att. 8. O Brute ubi es? quantam εὐκαιρίαν amittis? 1. Off. 142. Deinceps de ordine rerum, et temporum opportunitate dicendum est. 3. 38. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit.

Usus. 2. de Nat. 132. Enumerari non possunt fluminum opportunitates. 1. de Leg. 27. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis. 2. de Nat. 58. Natura provida utilitatum opportunitatumque omnium. 1. 93. Considera, quæ sit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum.

Adjuncta. *Divina, apta, idonea, melior, magna, maritima, maxima.*

Opportunus, a, um, *commodus*, εὔκαιρος, ἔγκαιρος.)(. *importunus.* 1. Off. 142. Tempus actionis opportunum, Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio. 1. de Inv. 29. Opportunus locus, tempus idoneum. Pro S. R. 68. Locus opportunus captus ad eam rem. 7. Fa. 7. Ætas opportunissima. 10. 16. Nihil post hominum memoriam opportunius accidere vidi. 8. 6. Hæc res mihi accidit opportuna. 2. cont. Rull. 90. Capua non modo non obfuit, sed opportunissimam se nobis præbuit. Pro Cæc. 14. Magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli. 2. de Orat. 234. Requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diversorio. De Clar. 333. Si operosa est concursatio magis opportunorum &c. 4. A. 6. Milites Albæ constiterunt in urbe opportuna. De Am. 22. Cæteræ res, quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis.

Oppositio, onis, ἀντίθεσις. 1. de Inv. 42. Disparatum est, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separantur: ut sapere, non sapere.

Oppositus, us, ἀντίστασις, ἀντίθεσις. Pro Mur. 33. Non modo excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur.

Oppositus, a, um, *diversus, adversus, contrarius, e regione positus,* ἀντιτεθείς, ἀντισταθείς. 3. Tusc. 19. Ne dolorem summum malum diceres, oppositoque dedecore sententia depellerere. 2. Off. 14. Moles oppositæ fluctibus. Pro Dom. 63. Hanc ego vim meo corpore opposito a bonorum cervicibus depuli. Orat. 49. Aut aliud afferet, quod oppositum probabilius sit, quam illud, quod obstabit. 2. de Div. 17. Luna subjecta Soli, atque opposita nostris oculis. Pro Fon. 3. Propugnaculum hostibus oppositum et objectum. 3. de Leg. 16. Lacedæmone Ephori regibus a Theopompo sunt oppositi.

Oppressio, onis, *obsessio, oppugnatio, occupatio,* κατάτριψις, καθαίρεσις, εως; ἐπίσχεσις, καταπίεσις. Pro Dom. 5. Occupatio fori, oppressio curiæ. 3. Off. 83. Oppressio legum, libertatis.

Oppressor, oris, καταστρίβων, καθαιρέτης. Br. 16. Vindex et oppressor conjurationis.

Oppressus, *obsessus, oppugnatus,* καταβεβλημένος. Postq. in Sen. 17. Senatus oppressus et afflictus. Pro Dom. 26. Oppressa captaque rep. Ver. 4. 111. Contumeliæ, quibus operti oppressique erant. 1. 20. Obrutus et oppressus est. 2. de Div. 51. Quomodo potuit terra oppressus vivere? Pro Mur. 32. Quem L. Murena repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. 2. Off. 24. Qui vi oppressos imperio coercent. *Ibid.* Armis oppressa civitas.

Adverb. *Funditus, jampridem, indignissime, plane.*

Opprimo, is, *servitute oppressum teneo, subigo, abscondo,* ἐπιλαμβάνω, θλίβω. Pro S. R. 36. et Pro Mil. 41. Extinguere et opprimere potentiam alicujus. 15. Att. 1. Cum hominem temperantem tantus improviso morbus oppresserit. Pro Qu. 7. Innocentes iniquo judicio opprimere. Pro Font. 26. Conficere atque opprimere hostes. 10. Fam. 20. Qui oppresserit Antonium, is bellum confecerit. 4. 3. Opprimere rempub. armis.

Opprimor, eris, *obruor.* Pro S. R. 10. Opprimi me onere officii malo, quam, &c. 4. Fam. 6. Opprimi dolore. Br. 2. Opprimemini (mihi crede Brute) nisi provideritis. 3. de Leg. 34. 2. de Orat. 222.

Syntaxis. *Oppidi, castelli, curiæ oppressio. Contumeliis opertus et oppressus. Obrutus et oppressus. Terra oppressum corpus. Armis, vi opprimere. Extinctus et oppressus. Oppressus et afflictus. Morbo oppressus, judicio, epistolis multis. Conficere et opprimere hostes.*

Oppugnatio, onis, διαμάχη. 1. de Orat. 210. Oppidorum oppugnationes. 2. Q. Fr. 7. Sine oppugnatione nostra. In Vat. 4. Pro Cæl. 20. Cum hoc genus oppugnationis inferetur, propulsare debebitis.

Oppugnator, oris, *qui contra pugnat, qui fert arma contra,* πολεμιστής. Pro Pl. 78. Qui oppugnator salutis meæ fuisset. 12. A. 8. Antonius oppugnator patriæ.

Oppugnatus, a, um, ἀντιμαχόμενος. Pro Pomp. 20. Urbem Cyzicenorum obsessam esse ab ipso rege, et oppugnatam vehementissime.

Adverb. *Acerbe, crudeliter, vehementissime.*

Oppugno, as, *impugno, contra arma fero, oppugnationem infero,* ἀντιμάχομαι. 6. A. 3. Cum Antonius Brutum oppugnet, &c. 1. de Inv. 1. Oppugnare patriam. Pro Qu. 4. Oppugnare caput alterius. Orat. 213. Oppugnare aliquem clandestinis consiliis. 1. Fam. 1. Oppugnare aliquem pecunia. Ver. 2. 69. Pater rogat eos atque orat, ne oppugnent filium suum. 2. de Or. 151. Carneades nullam unquam rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non everterit. 5. Fam. 1. Nec Metellum fratrem ob dictum capite et fortunis per te oppugnatum iri existimaram. *Ibid.* 2. Quare ego non oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo repugnavi. De Ar. 6. Obsidere, oppugnare, et labefactare aliquam urbem.

Oppugnor, aris. Pro S. R. 120. Quod a vobis oppugnari video, ne in quæstionem dentur, suspiciosum est. 2. Qu. Fr. 4. Vatinium, a quo palam oppugnabamur, arbitratu

nostro concidimus. 1. cont. Rul. 1. Quæ res aperte petebatur, ea nunc cuniculis oppugnatur.

Adverb. *Acerrime, aperte, crudelissime, nefarie, oculte, palam, severe, vehementius.*

Syntaxis. *Oppugnare Pompeium, caput alicujus, aliquem consiliis, pecunia. Obsidere, oppugnare, labefactare. Oppugnantem concidere. Oppugnare cuniculis. Oppugnationem inferre, propulsare.*

Oppuntius. Ver. 2. 109. Philodamus Opuntius.

Ops, Opis. 1. A. 17. Pecunia utinam ad ædem Opis maneret. 2. A. 93. de Un. 35. Ops Saturni soror, Oceani et Salaciæ filia. 6. Att. 1. Statua, quæ ad Opis per te posita in excelso est. 15. 15. Ad Opis, *scilicet ædem.*

Optabilis, le, *optatus, optandus, expetendus, ἐπευκτός.* 1. de Orat. 221. Quæ vulgo expetenda et optabilia videntur. 5. Fa. 12. Quæ etsi nobis optabiles in experiundo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucundæ. 7. A. 7. Mihi pax semper fuit optabilis. Pro Sest. 98. Hoc est maxime optabile omnibus. 1. Off. 45. Quæ ut concurrant omnia, optabile est. I. P. 33. Utrum tandem bono viro optabilius putas, sic exire, &c. an, &c. Ad Brut. ep. prid. in. 7. Exitus optabilis. De Univ. 44. Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum præstantius neque datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur.

Optabiliter, *cum desiderio, optato, εὐκτῶς.* 1. Tusc. 96. Quam optabiliter iter illud ineundum est.

Optandus, a, um, *εὐκταῖος.* I. P. 32. Optandam duco mihi fuisse illam expetendamque fortunam. Orat. 59. Bonitas vocis optanda est. 2. Qu. Fr. 11. Id erat hujusmodi, ut magis optandum, quam sperandum putarem. 3. de Orat. 140. Quorum si alterum sit optandum, malim indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.

Optans, tis, *desiderans, εὐχόμενος.* 1. de Orat. 2. Neque nobis cupientibus et optantibus fructus otii datus est. 1. de Orat. 96. Insperanti mihi, sed valde optanti cecidit, ut in istum sermonem delaberer.

Optatio, onis, *optio, optatum, εὐχή, αἵρεσις.* 3. Off. 94. Theseus, cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti filii sui.

Est quoque ornatus orationis. 3. de Orat. 203. Optatio.)(. *Execratio &c.*

Optato, *optabiliter, κατ' εὐχήν.* 13. Att. 28. Et mihi optato veneris.

Optatum, ti, *somnium, desiderium, votum, ἡ εὐχή.* 1. cont. Rul. 1. Hæc non cogitata sapientum, sed optata furiosorum videntur. 1. Off. 32. Ex tribus enim optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit. 3. 94. Quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. 2. Fa. 4. In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. *Ibid.* 13. Quid est causæ, cur mihi non sit in optatis complecti hominem? I. P. 46. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate, ut, &c.

Syntaxis. *Furiosorum optata. Optata impetrare. Fortuna respondens optatis. Est mihi in optatis proficisci. Præter optatum accidit.*

Optatus, a, um, *optabilis, exoptatus, in optatis, gratus, πεποθημένος.* Div. 7. Quid est, quod omnibus gratius atque optatius possit esse? 16. Fam. 21. Grati et optati rumores de aliquo. 2. 19. Cum optatissimum nuncium accepissem, te, &c. *Ibid.* Mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. Ver. 2. 99. Quod igitur erat in tuo judicio optatissimum, &c. 9. Att. 18. Nihil mihi optatius, quam evolare. 2. Qu. Fr. 7. Vale, mi optime et optatissime frater, et advola. Pro S. R. 43. Patres optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxime servire.

Syntaxis. *Gratius et optatius nihil est. Optatissimum mihi erit, si veneris.*

Optimas, tis, *Senator ex summis civitatis viris, primarius, princeps, nobilis, ὁ ἄριστος.* 10. Att. 11. Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas. 1. Fam. 9. 1. Tusc. 108. Pro Flac. 54. Usque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Meandrius. Pro Sest. 97. 98. et 99. Qui ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. De Cl. 306. Optimates Atheniensium. 2. de Inv. 52. Contra voluntatem omnium optimatum. 7. Fam. 6. Matronæ opulentæ optimates. 1. Att. 17. Hanc viam optimatum non teneo. 8. 25. Philotimus enim me ab optimatibus ait conscindi: quibus optimatibus, &c. 2. Off. 80. Ex quo tantæ discordiæ secutæ sunt, ut tyranni existerent, optimates exterminarentur.

Optime, *præclare, ἄριστα, κάλλιστα.* 2. Qu. Fr. 8. Si perficiunt, optime: si minus, &c. 4. Fa. 13. Sed hæc tu melius, vel optime omnium. Ver. 2. 127. et 4. Ac. 115. Optime, inquit, &c. 1. de Div. 8. Optime vero, inquam, &c.

Optimus, a, um, *lectissimus.* 2. de Nat. 64. Jupiter optimus. De Opt. 6. Quod omnes laudes habet, id est optimum. 1. de Inv. 52. Nam et tu mulier optimum virum vis habere, et tu Xenophon uxorem habere lectissimam maxime vis. De Opt. 4. Optimum unum est: et quod optimo dissimillimum est, id est deterrimum. De Cl. 137. In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio. Orat. 6. Nam neque illud ipsum, quod est optimum, desperandum est: et in præstantibus rebus magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima. *Ibid.* 36. In omni re difficillimum est formam exponere optimi, quod aliquid aliis videatur optimum. De Ar. 27. Vir is, qui est optimus a populo Romano judicatus, P. Scipio. 2. de Fin. 6. Hoc vero, inquit, optimum, ut is, &c. *εἰρωνικῶς.* 1. de

Orat. 150. Stylus optimus, et præstantissimus dicendi magister. 3. de Leg. 37. Eamque optimam Remp. esse duco, quam hic consul constituerat, quæ sit in potestate optimorum.

Optio, onis, *potestas, electio, αἵρεσις, εὐχή.* 1. de Fin. 33. Libero tempore, cum soluta nobis est eligendi optio. 4. Acad. 19. Si optio naturæ nostræ detur. In Vat. 40. An erit hæc optio et potestas tua? ut dicas, &c. De Fat. 3. Utro frui malis, optio tua sit. De Clar. 189. Quando autem dubium fuisset apud patres nostros eligendi, cui patroni daretur optio, quin Antonium optaret, aut Crassum? Pro Qu. 32. Cui hæc optio tam misera, tamque iniqua daretur, ut, &c. Pro Cæc. 64. Si mihi non copioso homini ad dicendum optio detur, utrum, &c. 4. Att. 17. Hybernam legionem eligendi optio delata. Pro L. Varen. Optio vobis datur, utrum velitis, &c.

Syntaxis. *Eligendi optio. Optio et potestas. Optio tua sit. Optionem dare, deferre.*

Opto, as, *cupio, desidero, exopto, expeto, vota facio, eligo. εὔχομαι, ποθέω.* Pro Lig. 9. Quid cupiebas? quid optabas? 2. C. 15. Neque ego a diis immortalibus optabo, Quirites, ut, &c. Pro Cl. 188. Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod non illa filio voluerit, optarit, cogitarit, effecerit. 3. Off. 94. Sol Phaethonti filio facturum se esse dixit, quidquid optasset: optavit, ut in currum patris tolleretur. 1. 32. Ex tribus optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit. I. P. 46. Hæc ego de vobis semper expetivi, hæc optavi, hæc precatus sum. *Ibid.* Optare insaniam alicui. De Am. 59. Quin etiam necesse est cupere, etiam optare, ut quam sæpissime amicus peccet. Pro Pomp. 25. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. Pro Flac. 34. Quantum sibi ablatum domo impudentissimus dicit, tantum nunquam est ausus, ut haberet, optare. 14. A. 2. Cum ad eum, quem cupimus optamusque, vestitum redierimus. De Cl. 331. Tibi favemus, te tua virtute frui cupimus, tibi optamus eam remp. quæ, &c. De Fat. 46. Optare hoc quidem est, non disputare.

Optor, aris, *eligor, deligor.* 3. Familiar. 10. Sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus.

Adverb. *Amicissime, suavissime, valde.*

Opulentissimus, a, um, *ditissimus, opibus circumfluens et abundans, πλούσιος.* 2. de Div. 115. Crœsus Asiæ rex opulentissimus. 5. Tusculan. 101. Sardanapalus opulentissimus Syriæ rex. 3. de Nat. 81. Opulentissima et beatissima civitas.

Opus, eris, *munus, opera, artificium, ἐργασία, ἐνέργεια.* 2. de Orat. 72. Magnum est quoddam opus, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum, dicere, &c. De Clar. 82. Et nimirum is princeps ex Latinis illa oratorum propria, et quasi legitima opera tractavit, ut egrederetur a proposito, ut delectaret animos, &c. Ver. 4. 54. Nunquam mihi opus deest. Orat. 75. Magnum opus et arduum, sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus. 3. Tuscul. 84. Magnum opus et difficile. 9. Att. 12. Utinam aliquod in hac miseria reip. πολιτικὸν opus efficere et navare mihi liceat. 7. Fam. 28. Itaque opera efficio tanta, quanta fortasse tu senties. 2. de Orat. 40. Homo unius cujusdam operis, ut inquit Cæcilius. 2. Att. 4. Curabo, ut hujus peregrinationis tibi opus extet. 10. 6. 16. Fam. 18. An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Ver. 4. 126. Opus tam elegans, tam perfectum, tam elaboratum. 2. de Nat. 188. Opus artificiosum et divinum. 1. 101. Opera magnifica atque præclara. 2. 57. Quod in operibus nostrarum artium manus efficit, id multo artificiosius naturam efficere. 1. Off. 147. Pictores, et veri etiam Poetæ, suum quisque opus a vulgo considerari vult. 1. Acad. 2. Magnum opus in manibus habeo. 1. Fam. 7. Minime miror, te tuis præclaris operibus lætari. 1. de Orat. 208. In uno aliquo opere noctes et dies urgeri. Div. 12. Publicorum operum depopulatio. Pro Dom. 51. Operum publicorum exactio. Topic. 22. Ejus operis vitio. Ver. 4. 46. Hæc omnia antiquo opere, et summo artificio facta. Ver. 4. 124. Quorum iste non opere delectatur, sed pondere. *Ibid.* 32. Hydria præclaro opere, grandi pondere. Ver. 4. 97. Galeæ cælatæ opere Corinthio. 2. de Leg. 65. Exornare sepulchrum opere tectorio. 5. Tusc. 61. Stragulum magnificis operibus pictum. De Sen. 24. Nunquam fere ulla in agro majora opera fiunt. 13. Att. 16. Academicam σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. 3. Off. 4. Nulla ejus ingenii monimenta mandata literis, nullum opus otii, nullum solitudinis munus extat. 13. A. 20. Antonius Mutinam operibus munitionibusque sepsit. 14. 33. Erit igitur extructa moles opere magnifico, incisæque literæ, &c. De Sen. 29. Præclarum opus est instituere adolescentes. Par. 1. Hoc tamen opus in apertum ut proferas, nihil postulo. *Ibid.* Qui Corinthiis operibus abundant. 1. de L. 5. Cum sit opus unum hoc oratorium maxime. Pro Mar. 11. Nihil est opere aut manu factum, quod non aliquando consumat vetustas. Top. 62. Causæ, quæ sine ulla appetitione animi, sine voluntate suum quasi opus efficiunt. Ver. 4. 132. Nimio opere, et magno opere. 3. Qu. Fr. 9. De arcano Cæsaris, opus est vel mehercule etiam elegantioris alicujus, *scilicet artificis.* 2. de Div. 59. Ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus. Oecon. 1. Cætera conficeret opera, quæ domi deberent administrari.

Adjunct. *Annuum, antiquum, mirabile, elegans, et elaboratum, præclarum, sacrum, singulare, artificiosum, divinumque, magnum, et egregium, operosum, bonum, vitiosum, con-*

sorfum, urbanum, declamatorium, humanum, divinum, egregium, florentissimum, gratum, et accommodatum, grave, supervacaneum, gravius, inchoatum, incultum, ingens, et magnificum, magnificum et exquisitum, menstruum, rusticum, tectorium, magnificum et praeclarum, magnum, et arduum, majus, magnum, et difficile, maximum, quotidianum, pergratum, optimum, oratorium, legitimum, publicum, pulcherrimum, perfectum, summum.

SYNTAXIS. *Efficere et navare opus. Homo unius cujusdam operis. Fac opus appareat. Opus tractare, in manibus habere. Urgeri in opere uno. Antiquo opere et artificio. Vas opere praeclaro. Operibus et munitionibus sepire oppidum. Opere aut manu factum. Nimio opere, magno opere. Extructa moles opere magnifico.*

Opusculum, li, τὸ ποιημάτιον. 4. Ac. 121. Minutorum opusculorum fabricator. 1. de Leg. 4. In isto opusculo, &c. Par. 1. Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus.

Opus est, *convenit, tempus fert, res fert, oportet, necesse est, προσδεῖ, δεῖ.* 2. de Orat. 43. Illud etiamsi opus est, tamen est minus necessarium. 1. Fam. 9. Legem curiatam consuli ferre opus esse, sibi necesse non esse. 4. ad Her. 21. Tacito cum opus est, clamas: ubi loqui convenit, obmutescis. 10. Att. 4. Sed opus fuit Hircio convento. 13. 25. Hoc fieri et oportet et opus est. 7. 8. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi natus tuus non faceret fidem? 5. Fam. 11. Et, si opus esse videbitur, ipse conveniam. 3. C. 24. Ne dici quidem opus est, quanta diminutione civium, &c. 1. de Orat. 223. Acuto homine nobis opus est. 11. A. 25. Expedito nobis homine opus est. Par. 6. Mihi quaesito opus est. 3. Off. 115. Is, quod sibi opus esse videbat, non quod reip. censuit. 4. Fam. 5. Illa, quandiu ei opus fuit, vixit. Pro Flacc. 36. Graeci ex tempore, quod opus est, obsignant. 5. Fam. 10. Nos, si quid erit istic opus, defendes. 11. 11. Tu, quae isticopus erunt, administrari prospicies. 6. 11. A. 16. 5. Is omnia pollicitus est, quae tibi essent opus. 9. Fam. 21. Nihil tibi opus est illud a Trabea. 2. 6. Dux nobis et autor opus est. 5. de Rep. teste Nonio. Sed tamen ut bono patrifamilias colendi, aedificandi, ratiocinandi quidam usus opus est. 7. Fam. 31. Sulpitii tibi operam intelligo non multam opus fuisse. 15. Att. 20. Video, mihi opus est viaticum. *Ibid.* Mihi opus est universo quidem, *scilicet viatico.* 2. de Orat. 358. In omnibus rebus, quae sub aspectum veniunt, sedes opus est. 2. de Inv. 57. Hujus nobis exempla permulta opus sunt. 10. Fam. 8. Aliquantum nobis temporis et magni laboris, et multae impensae opus fuerunt, ut, &c. 6. Att. 9. Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi. 4. Fam. 14. Quibuscunque rebus opus esse intelligam, tibi praesto ero. De Clar. 108. Ad remp. duntaxat quod opus esset, satis habuit eloquentiae. 2. cont. Rull. Mihi ad hujusce verbi vim vehementer opus est prudentia vestra. 3. Fam. 3. Praesidio firmiori opus est ad istam provinciam. Ver. 1. 126. Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis. 5. Tusc. 92. De Am. 51. Haud scio, an opus sit quidem mihi unquam omnino deesse amicis. 8. Fam. 6. Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratia. Oecon. 1. Partis opibus aeque fuit opus memoria et diligentia.

ADVERB. *Multum, plane, valde, vehementer.*

SYNTAXIS. *Opus est, minus tamen necessarium. Tacito nunc opus est. Oportet, et opus est. Si quid erit opus, te defendam. Haec non sunt opus. Caesar opus est nobis, viaticum, vel viatico.*

OR

Ora, ae, *regio, pars terrarum, extremitas, κόρυμβος.* Pro Cor. 9. Qui tot habet triumphos, quot orae sunt partesque terrarum. 2. de Nat. 164. Quacunque in ora ac parte terrarum. 12. Fa. 5. Exterae nationes a prima ora Graeciae usque ad Aegyptum. 1. Tusc. 68. Terra duabus oris distantibus habitabilis. *Ibid.* Orae ipsae locorum illorum, quo pervenerimus, &c. 8. Att. 15. Tusc. 40. Tota haec maritima ora. 2. de Div. 45. Orae gentium, in quibus haec ne observantur quidem. 2. de Nat. 100. Amoenitates orarum et litorum. 2. 101. Aether extrema ora et determinatio mundi. 2. de Fin. 102. Regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. 1. de Nat. 54. Immensa regionum magnitudo, in quam se intendens animus, nullam oram ultimi videat. 1. de Div. 109. Omnes avidi spectant ad carceris oras. Pro Pomp. 23. Fani diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum. De L. Agr. Addiceretur communis ora Lyciorum atque Cilicum.

SYNTAXIS. *Ora partesque terrarum. Orae gentium. Amoenitas orarum et litorum. Oram ultimi videre.*

Oraculum, li, *deorum responsum, vaticinatio, λόγιον, μαντεῖον.* Top. 77. Oracula ex eo ipso appellata sunt, quod inest in his deorum oratio. 1. de Div. 95. Iidemque de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut a Dodona petebant. *Ibid.* 76. Cum oraculum ab Jove Dodonaeo petivissent de victoria scisitantes. *Ibid.* 3. Graecia nullam coloniam misit sine Pythio, aut Dodonaeo, aut Ammonis oraculo. *Ibid.* 76. Sacerdos, quae praeposita erat oraculo. Pro Font. 20. Nationes quae quondam, Delphos usque, ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terrae spoliandum profectae sunt. 1. de Div. 34. Oracula quae instinctu divino afflatuque funduntur. *Ibid.* Oracula quae aequatis sortibus ducuntur. *Ibid.* 115. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatae mentes oracula funderent. Br. 2. Haec ex

oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta: nihil potest esse verius. 2. Off. 77. Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam, &c. Pro Font. 15. Si quidquam ex illo loco dicetur, ex oraculo dici putet. 2. de Div. 117. Cur isto modo jam oracula Delphis non eduntur? 1. de N. 65. Hæc ego nunc physicorum oracula fundo. 1. de D. 69. Exposui somnii ac furoris oracula. 1. Tusc. 116. et 2. de Fin. 20. Quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. *Ibid.* Oraculo edito. Pro S. R. 66. Cum præsertim deorum immortalium jussis atque oraculis id fecisse dicatur. De Sen. 78. Socrates sapientissimus oraculo Apollinis est judicatus.

Adjuncta. *Ambiguum, falsum* .)(. *verum, flexiloquum, et obscurum, celebre, clarum, verax, pergratum, verisimile.*

Syntaxis. *Petere oraculum ab aliquo vel numine,* vel *loco. Oracula instinctu divino afflatuque fundere. Oracula æquatis sortibus ducere. Ex oraculo Apollinis editum,* vel *dictum. Apollo oraculo edidit, fore, &c. Oracula edere, exponere, dare. Deorum jussis et oraculis facere aliquid.*

Orandus. *Vide ante* Oro.

Oratio, onis, *locutio, sermo, concio, λόγος, λέξις, ῥῆσις.* Orat. 64. Quanquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. 1. de Nat. 95. Sermo et oratio in homine. Or. 172. Isocrates orationis faciendæ ac ornandæ autor locupletissimus. 1. de Orat. 63. Ignarus faciendæ ac poliendæ orationis. Pro Dom. 19. Cum his hæc haberi oratio potest, qui, &c. 8. Fam. 1. Tu, quam orationem Pompeius habuerit tecum, fac mihi perscribas. 5. Tusc. 94. Habere multam orationem de aliqua re. 5. Fam. 4. Mitissimam in Senatu orationem habuit. 1. Off. 132. Magna vis orationis est, eademque duplex, altera contentionis, altera sermonis. 2. Off. 48. Duplex est ratio orationis: quarum in altera est sermo, in altera contentio, &c. *Ibid.* Contentio orationis majorem vim habet ad gloriam: ea est enim, quam eloquentiam dicimus. *Ibid.* Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio. 10. Fa. 16. Oratio gravissimis verbis sententiisque plena. 1. de Or. 31. Sapientissimis sententiis gravibusque verbis ornata oratio et perpolita. 3. de Fin. 19. Veruntamen cum de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba rapiunt: ita fit cum gravior, tum etiam splendidior oratio. Pro Corn. 17. Cn. Pompeius, cujus oratio omnibus ornamentis abundavit. Pro Cæl. 45. Genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum perspexistis. *Ibid.* Sed inerat oratio et bonis artibus instituta, et cura et vigiliis elaborata. *Alii* ratio. 2. de Inv. 49. Distinguere et illustrare orationem raro inducendis locis communibus. 3. Orat. 48. Oratio de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova. 2. 62. Flumen orationis et varietas. 4. Ac. 119. Aureum orationis flumen fundens Aristoteles. De Clar. 93. Oratio incitata, gravis, vehemens. 3. de Orat. 197. Figura orationis plena, et tamen teres. Orat. 97. Oratio, vel orator gravis, acer, ardens, amplus, copiosus, ornatus. 2. de Nat. 20. *de oratione rhetorica et dialectica.* 2. de Orat. 214. Multa, varia, et copiosa oratio. *Ibid.* 200. Genus orationis vehemens atque atrox. De Clar. 119. Genus orationis vagum, fusum, multiplex. 2. de Orat. 159. et 211. Oratio fortis, intenta, acris, vehemens, grandis, incitata .)(. *placida, summissa, lenis.* 3. 96. Oratio gravis, suavis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, sensus et dolores habens, &c. conspersa quasi verborum sententiarumque floribus. *Ibid.* 184. Oratio, quæ quidem polita sit atque facta quodammodo. *Ibid.* 98. Concinna, distincta, ornata, festiva. *Ibid.* 170. Juncta, cohærens, lenis, æquabiliter fluens. *Ibid.* 199. Distinguenda et frequentanda est omnis oratio luminibus sententiarum atque verborum. *Ibid.* 50. Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt, et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt, id est, quod dico ornate. De Clar. 66. Hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. 5. de Fin. 11. Oratio splendida, illustris. Orat. 192. Oratio alta et exaggerata .)(. *abjecta, humilis.* De Cl. 203. Incitata, volubilis, redundans et circumfluens oratio. 2. de Orat. 64. Genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens, sine judiciali asperitate, et sine sententiarum forensium aculeis. Orat. 25. Opimum quoddam, et tanquam adipatæ orationis genus. *Alii* dictionis. *Ibid.* 42. Dulce orationis genus, et solutum, et effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere. De Cl. 326. Oratio cum incitata et vibrans, tum accurata etiam et polita. Orat. 187. Oratio collatata atque diffusa .)(. *angusta atque concisa.* De Cl. 265. Plena litteratæ senectutis oratio. Pro Sull. 12. Copiosissima atque ornatissima oratio. De Cla. 272. Oratio splendida et grandis et eadem faceta et perurbana. 4. ad Her. 17. Oratio puris et electis verbis composita. 15. Att. 1. Est autem oratio scripta elegantissime sententiis et verbis, ut nihil possit ultra. Pro Pla. 58. Tua fuit perelegans et persubtilis oratio. De Clar. 290. Genus orationis sincerum, solidum, et exsiccatum. Orat. 53. Lenitas et æquabilitas orationis, et purum quasi quoddam et candidum genus dicendi. 2. contra Rull. 13. Is explicat orationem sane longam, et verbis valde bonis. 1. de Div. 80. Oratio, vel actio vehemens, et gravis, et copiosa. De Fat. 3. Ubertas orationis, et ornamenta dicendi. Orat. 65. Oratio tracta quædam et fluens. *Ibid.* Contorta et acris oratio. 6. Fam. 7. Oratio li-

bera, incitata. 2. de Orat. 10. Quid enim tua potest oratione aut subtilius aut ornatius esse? Pro Sest. 138. Sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia. De Clar. 108. Appii volubilis, sed paulo fervidior erat oratio. 82. Exilis oratio, et redolens antiquitatem. Orat. 220. Oratio carens numeris dissipata, inculta, et fluens est. *Ibid.* 233. Oratio dissipata, diffluens, soluta. De Clar. 264. Oratio cum obscura, quia peracuta, tum rapida, et celeritate cæcata. Orat. 20. Oratio aspera, horrida, tristis, neque perfecta, neque conclusa. *Ibid.* Levis, instructa, et terminata oratio &c. *Ibid.* 53. Duritas et severitas, et quasi mœstitia orationis. *Ibid.* 198. Ne immoderata aut fluens aut dissoluta aut angusta sit oratio. De Clar. 275. Eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere et bacchari arbitrabatur. 2. de Natur. 20. Angustia conclusæ orationis non facile se ipsa tutatur. 4. ad Her. 16. Oratio inflata, arida, exilis. *Ibid.* Fluctuans, dissoluta. De Clar. 120. Oratio Philosophorum qualis. Orat. 67. Oratio Platonis et Democriti qualis. *Ibid.* 121. Oratio philosophorum pacatior, oratorum pugnacior. 1. de Leg. 11. Oratio tua non multum a philosophorum lenitate abest. 5. Tus. 47. Lenitas orationis. Orat. a 62. ad 66. *de oratione philosophorum multa et pulchra.* De Cla. 120. Oratio Stoicorum astricta et contracta. *id est, Academicorum veterum.* 1. de Orat. 83. Oratio Stoicorum spinosa et exilis. 3. 66. Stoici orationis genus habent fortasse subtile et certe acutum; sed, ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, jejunum. 2. 62. et Orat. 66. Oratio historicorum qualis. Orat. 230. Siculorum dicendi genus abjectum. De Sen. 28. Compta oratio et mitis. De Senect. 31. Ex Nestoris lingua, ut ait Homerus, melle dulcior fluebat oratio. *Ibid.* 38. Causarum illustrium, quascunque defendi, nunc quam maxime conficio orationes. 1. Att. 13. In illam orationem Metellinam addidi quædam. De Cl. 106. Is orationes reliquit, quæ jam evanuerunt. Pro Cor. 4. Etenim ei succedo orationi, quæ non prætervecta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit: ut plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quam non modo ex mea, sed ex cujusquam oratione capere possitis. 2. de Orat. 183. Non semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, submissa, lenis, quæ maxime commendat reos. *Ibid.* Exprimere mores oratione. *Ibid.* Quasi mores oratoris effingit oratio. 2. de Orat. 187. Quo deduci oratione facile posse videantur. *Ibid.* Tantam vim habet illa, quæ a bono poeta dicta est flexanima atque regina rerum, oratio, ut non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem et repugnantem capere possit. 1. de Fin. 29. Uti oratione perpetua malo, quam interrogare, aut interrogari. 2. 3. Perpetua oratione contra disputatur. *Ibid.* Admodum delectatus sum ejus oratione perpetua. *Ibid.* Cum fertur, quasi torrens, oratio, quamvis multa cujusque modi rapiat: nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas. Omnis autem in quærendo, quæ via quadam et ratione habetur, oratio præscribere debet, ut &c. 4. Fam. 4. Orationis paupertas et divitiæ. *Ser. Sulpicii.* 4. Tusc. 63. Neque tam terribilis ulla fando oratio est. Pro Corn. 1. Ne quem in judicium oratio mea revocare videatur. In L. Pison. Qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen. Frag. ep. In quo tua me provocavit oratio, mea consecuta est segnis. Hortens. Malo vel unum parvum de Officio libellum, quam longam orationem pro seditioso homine Cornelio. *Ibid.* Quod vereris ne non conveniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum &c. *Ibid.* Ut aliquando terminetur oratio.

Adjuncta. *Abjecta, abundans, inops, non valde nitens, non plane horrida, accurata, astrictior, aliquantoque contractior, altior, antiqua, aptior, bona et nobilis, brevis, censoria, dulcis, eruditior, exilior, expedita, et perfacile currens, fervida et nova, grandis, et splendida, jejuna, illustris, incitata, et gravis, et vehemens, incitata, et vibrans, accurata, et polita, incitata, et volubilis, nec redundans, nec circumfluens, languidior, laudabilis, liberior et latior, mollis et perlucens, mollis teneraque, suavis magis quam gravis, plena animi, et terroris, popularis, præclara, puerilis, pugnacior, pacatior, pura, referta rebus et verbis, splendida et gravis, faceta, et perurbana, acuta, præceps, obscura, peracuta, rapida, et concitata, vetus, volubilis, fervidior, accommodatior, dilucida, suavis, minus probabilis, inconstans, libera, naturalis, et non explanata, simplex, et gravis, accurata, multa et varia, illustrior, admirabilis, nobilissima, ornatior, tolerabilis, admirabilior, aliena, angusta, atque concisa, apta atque numerosa, ardens, aspera, tristis, horrida, neque perfecta, neque conclusa, casta, et verecunda, civilis, contorta, et acris, dissipata, et inculta, dissoluta, et fluens, horribilis, humilis, nimis alta, et exaggerata, moderata, dissoluta, angusta, fluens, implicata, atque permista, incitata* .)(. *Nimis tarda, ingrediens æqualiter, constanterque, nec claudicans, nec quasi fluctuans, judicialis, et forensis, instructa, liberior, modica, et temperata, mollis, et tenera, et flexibilis, umbratilis, multiplex, et æquabiliter in omnia genera fusa, nuda, ac rudis, numerosa, et apta, par et æqualis, proba, subtilis, et incompta, stabilis, subtilis, et pressa, temperata, tracta et fluens, anceps, apta, mollis et liberalis, benigna, longior, brevior, blanda et supplex, consularis, brevissima, celer, et concitata, firmior, flexanima, fortis, placida, miserabilis, irridenda, moderata, placida, summissa, subtilis, et ornata, temperatior, varia,*

et copiosa, coharens, concinna, distincta, ornata, confusa, et perturbata, contracta, cygnea, digna expectatione, egregia, exilis, inculta, fluens æquabiliter, grandis, gravis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, gravior, atque antiquior, cohærens, lenis, fluens, levis, locuples, nitida, paulo obsoletior, teres, et tenuis, plenior, et melior, polita, composita, et ornata, fortis, et virilis, gravis et ornata, ornata et perpolita, ornatissima, spinosa et exilis, subita et fortuita, vitiosissima, compta et mitis, fructuosa, constans, continens, perelegans, et subtilis, contumeliosa, injucunda, mitissima, copiosa, elegans, humilis, et supplex, turpis, copiosa et gravis, copiosa magis quam sapiens, erudita, copiosissima, atque ornatissima, gravior, et splendidior, gratissima, grata, gratior, gravis, horribilis, severa, gravis et suavis, illustris, et perspicua, honesta, honorifica, immanis, nobilis, improba, infinita, atque ingrata, pergrata, et gravis, perniciosa, immensa, inimica, longa, et alte repetita, iniqua, jucunda, laudabilis, miserabilis, mollis et enervata, perexigua, terribilis, ornata et gravis, splendida et illustris, pressior, prudens, rapida, varia, stabilis, et non mutata, tristis, vana, irata, et plena justi doloris, vehemens, et gravis, et copiosa.

Syntaxis. *Orationem habere. Orationem esse alicui cum aliquo. Orationem versari in re aliqua. Orationem longius fluere. Oratio puris et electis verbis composita, oratio sapientissimis sententiis, et gravibus verbis ornata et perpolita. Orationis divitiæ, orationis paupertas, exilitas, jejunitas. Orationis genus aridum et exangue, orationis copia. Orationem instituere, aucupari, exaggerare. Orationem cohærere, consistere, crescere, efflorescere, canescere, exarescere.*

Oratiuncula, æ, *oratio*, τὸ λεξίδιον, λεξάριον. 13. Att. 19. Scripsit enim ad me Balbus et Oppius, mirifice se probare, ob eamque causam ad Cæsarem meam se oratiunculam misisse. 15. 3. Brutum omni re, qua possum, cupio juvare, et cujus de oratiuncula idem te, quod me sentire video. De Cl. 77. Indicant cum oratiunculæ, tum historia quædam Græca, scripta dulcissime. 3. de Nat. 43. Oratiuncula aureola.

Orator, oris, *eloquens, legatus,* ῥήτωρ. 1. de Orat. 64. Is orator erit mea quidem sententia hoc tam gravi dignus nomine, qui, quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter, composite, ornate et memoriter dicat cum quadam etiam actionis dignitate. *Ibid.* 59. Orator plenus atque perfectus is est, qui de omnibus rebus possit varie copioseque dicere. *Ibid.* 213. Oratorem eum puto esse, qui et verbis ad audiendum jucundis, et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus: eumque esse præterea instructum voce et actione et lepore quodam volo. *Ibid.* 260. Sit orator nobis is, qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere. *Ibid.* Oratorem, ubicunque constiterit, consistere in suo. *Ibid.* 127. Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest. *Ibid.* 118. Fingendus est nobis detractis omnibus vitiis orator, atque omni laude cumulatus. 3. 141. Si quærimus, quid unum excellat, docto oratori palma danda est. *Ibid.* In oratore perfecto inest omnis philosophorum scientia. 1. Off. 1. Oratoris proprium est, apte, distincte, ornateque dicere. Orat. 61. Oratorem hoc uno excellere, id est, oratione: cætera in eo latere indicat nomen ipsum. Non enim inventor, aut compositor, aut actor hæc complexus est omnia: sed et Græce ab eloquendo ῥήτωρ, et Latine eloquens dictus est, &c. *Ibid.* Dicendi, id est, eloquendi maxima vis soli oratori conceditur. Orat. 113. Disputandi ratio et loquendi Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi et ornandi. Part. 139. Oratorem decet late exprimere. 3. de Orat. 54. Ut illum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum. Orat. 232. Orator compositus. X. *inconditus.* De Cl. 105. Orator canorus et volubilis. *Ibid.* 256. Orator præstat minutis imperatoribus. Pro Mur. 30.

Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.

1. de Orat. 8. Quum boni perdiu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur. *Ibid.* 21. Vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur, ut omni de re, quæcunque sit proposita, ab eo ornate copioseque dicatur. *Ibid.* 48. Oratoris est composite, ornate, copiose eloqui. *Ibid.* 72. Nemo est in oratorum numero habendus, qui non sit omnibus iis artibus, quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus. 3. 22. 23. 24. 25. *De oratorum tam Græcorum quam Latinorum differentia, Oratorum genera vide de* Opt. 5. 6. et 7.

Legatus, πρεσβευτὴς, δημηγόρος. De Cl. 55. C. Fabricius ad Pyrrhum de captivis reddendis missus orator. De Ar. 34. Oratores contra jus fasque interfectos. *id est, legatos.* 2. de L. 21. Fœderum pacis, belli, induciarum oratores, feciales, &c. *Lege,* Oratio.

Adjuncta. *Acer, grandis, brevis, mediocris, optimus, præstantissimus, simplex, et gravis, incensus, acutus, acutior, amplus, copiosus, gravis, ornatus, antiquus, argutus, dulcis, bonus, vehemens, perfacetus, industrius, diligens, clarissimus, compositus, copiosior, et mollior, copiosissimus, deterrimus, doctus, exercitatus, magnificus, suavis, et ornatus, vehemens, et gravis, politus, et sapiens, callidus, impolitus, concinnior, facetus, florens, grandiloquus, temperatus, magnus, maximus, minor, mirabilis, tenuis, acutus, limatus, uber et fœcundus, aptus, parum pressus et redundans, eruditus, fortis, tragicus, ardens, acerbus, gravior, callidior, temperatior, jejunior, illustris, illustrior, laudabilis, levis, magnus, et gravis, modicus, ac temperatus, ornatus, et gravis, peri-*

tissimus, politus, simplex et antiquius, pressus, probabilis, remissus, et lenis, sanus, summissus, et humilis, elegans, audax, verecundus, et parvus, demissior, sapiens, suavis, summus, minime ineptus, tardus, non vulgaris, excellens, tolerabilis, parum vehemens, disertissimus, plenus, atque perfectus, copiosus, et sapiens, diligens, et memor, jejunus atque inanis, inurbanus, inops, jucundus, jucundior, et probabilior, malus, ornatissimus, vitiosissimus, gravis ac disertus, locuples, otiosus, eloquens, summus, vetus.

Oratorie, *ornate, copiose, splendide, ῥητορικῶς*. Orat. 227. Pulchre et oratorie dicere. 4. ad Her. 70.

Oratorius, a, um, *ῥητορικός*. 1. Ac. 32. Huic quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad persuadendum accommodatæ. Part. 81. Et illam disputandi prudentiam concertatio captatioque verborum, et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi imitatur. 1. de Orat. 231. Sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. De Cl. 261. Illa oratoria ornamenta dicendi. Parad. 1. Stoice nullis oratoriis ornamentis adhibitis dicere. 4. Att. 13.

Oratus, us, *rogatus, εὐχή*. Pro Flac. 92. An etiam scripsit oratu tuo?

Orbatus, a, um, *privatus, ἐστερημένος*. Pro Cl. 45. Mater orbata filio. 4. Fa. 9. Nec eam multis claris viris orbatam privare etiam aspectu tuo. 66. Omni spe salutis orbatus. Postq. in Sen. 4. Cum resp. non solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata. Pro Mur. 83. Ne orbetur auxilio resp. De Cl. 6. Cum forum voce erudita spoliatum atque orbatum videret. 1. Off. 32. Theseus filio Hippolyto orbatus.

Orbiculatus, a, um, *globosus, κυκλοτερής*. 8. Fam. 15. Malis orbiculatis esse pasti videntur.

Orbis, is, *circus, circulus, ambitus, κύκλος, περιφέρεια*. 2. de N. 47. Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. De Somn. 6. Stellæ circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. *Ibid.* 9. Novem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia. 2. de Nat. 50. Circuitus orbium solis conversionem conficiunt annuam. 4. Acad. 66. *Quæ cursu interiore brevi convertitur orbe.* 2. de Nat. 53. Orbis signifer, *et* orbis signorum. De Somn. 8. Orbis lacteus. De Univer. 21. et 22. In orbem torquere. I. P. 22. Cum illum suum saltatorium versaret orbem. 2. Att. 9. Minore sonitu, quam putaram, orbis hic reipub. est conversus. Pro Pla. 93. Stare debemus tanquam in orbe aliquo reip. qui versetur, &c. De Orat. 196. Circuitus et quasi orbis verborum. Orat. 149. Forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum. *Ibid.* 234. In Thucydide orbem orationis desidero. 5. de Fin. 23. Sententiæ illorum in hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non possunt. Pro S. R. 103. Africa tertia pars orbis terrarum. 2. con. Rul. 33. Orbis terrarum gentiumque omnium. Ver. 4. 106. et 2. Fam. 16. Orbem omnium peragrasse terrarum. *Ibid.* Hæc orbis terrarum perturbatio. Pro Dom. 110. Vir princeps orbis terræ. 2. con. Rul. 75. Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. 1. C. 9. In hoc orbis terræ gravissimo consilio. 5. Fam. 7. Sed scito ea, quæ nos pro salute patriæ gessimus, orbis terræ judicio comprobari. De Fat. 15. Si in sphæra maximi orbes sunt, medii inter se dividuntur. Prognost. *Ut cum Luna means Hyperionis officit orbi.* et 2. con. Rul.

Orbi, pro orbe. 5. de Rep. *teste Charisio,* Orbi terrarum comprehensos.

Adjuncta. *Angustus, brevis, cœlestis, extremus, lacteus, proximus, certus, conversus, latus, magnus, parvus, perpetuus, signifer, summus, tardior, dispar, exterior, immobilis, et constans, immutatus, et rectus, major* .)(. *minor, inferior, maximus, medius.*

Syntaxis. *Circulum suum orbemque conficere. Brevi orbe converti. In orbem torquere. Versare orbem. Orbis reip. convertitur. Circuitus et quasi orbis verborum. Forma ipsa concinnitasque verborum conficit orbem suum. Circumscribere orbem. Orbis terrarum gentiumque omnium. Orbis terræ princeps.*

Orbita, æ, *rotæ currentis vestigium, ὁ τροχός, ἡ τροχία*. 2. Att. 21. Orbis reip. sic est conversus, ut vix impressam orbitam videre possimus.

Orbitas, tis, *solitudo liberorum, ἀτεκνία*. 1. de Orat. 228. Instituere aliquem tutorem filiorum suorum orbitati. 3. 3. Crassus deploravit casum et orbitatem senatus. 5. de Finib. 84. Bonum liberi, misera orbitas. 10. Fa. 3. Maxima orbitate reip. virorum talium. 2. Qu. Fr. 3.

Orbo, as, *privo, spolio, nudo, ὀρφανίζω, ἀποστερέω*. 4. Acad. 61. Ea philosophia, quæ confundit vera cum falsis, spoliat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat sensibus. *Ibid.* 31. Ipsumque animal orbat animo. Pro Sest. 37. Ne victor multis fortibus civibus remp. orbaret.

Orbus, a, um, *privatus, desertus, ἐστερημένος*. 1. Qu. Fr. 3. Sed, te incolumi, orbi non erunt. Postq. ad Quir. 11. Resp. orba Consulis fidem tanquam legitimi tutoris imploravit. 3. Fam. 11. Ut tam orba civitas tales tutores complecti debeat. Pro Fla. 54. Usque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut, &c. De Cl. 330. Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus. 1. de Nat. 11. Quam Philosophiæ rationem nunc propemodum orbam esse in Græcia intelligo. 4. Fa. 13. Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus, &c. Para. 5. Hæreditatis spes quem nutum non observat locupletis orbi senis? 3. de L. 9. Neve plebem orbam Tribunis relinquunto.

Orchestra, æ, *locus in theatro, ubi sedebant*

senatores, ἱερχήστρα. De Pro. 14. Piso jam cum Græcis in Orchestra helluatur.

Orcus, ci, *Dis, Pluto*, *Διός*. 3. de Natur. 43. Jupiter et Neptunus, ergo etiam Orcus frater. Ver. 4. 111. Ut Verres alter Orcus venisse Ennam, et Proserpinam rapuisse videretur. 2. de Fin. 22. Mihi sex menses satis sunt vitæ, septimum Orco spondeo. 1. Tus. 48. Acherontia templa, alta Orci, pallida Leti, &c. *Poeta.*

Ordinandus, a, um, τακτέος. 1. de Inv. 19. Tum denique ordinandæ sunt cæteræ partes orationis. 2. de Orat. 43. Ea mihi videntur in lite ordinanda, et in consilio dando esse posita. 2. Qu. Fr. 3. Referebatur de provinciis quæstorum, et de ordinandis Prætoribus. *aliter* ornandis.

Ordinate, *ordinatim*, ἐπισυλλάδην. 4. ad Her. 70. Distincte et ordinate disponere.

Ordinatim, *ordinate, ordine, composite, distincte, ex ordine*. 11. Fa. 7. Ille enim id passim, ego ordinatim. 4. 5. Honores ordinatim petere.

Ordinor, aris, *componor, constituor, designor, digeror, ratione disponor, in ordinem adducor, vel redigor*, διατάττομαι. Pro Sull. 63. Cum omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur.

Ordior, iris, *incipio*, ἄρχομαι. 2. de Divin. 28. Itaque ordiar ab aruspicina, quam, &c. 1. de Fin. 13. Ut autem a facillimis ordiamur, prima, &c. 3. de Orat. 189. Ordiri orationem a pæane. Orat. 122. 4. Att. 1. Alterius vitæ quoddam initium ordimur. 5. Fa. 12. Dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri. De Cla. 301. Hortensius admodum adolescens orsus est in foro dicere. 1. de Orat. 98. Crassus princeps ejus sermonis ordiendi fuit. Ver. 4. 105. De quo paulo altius ordiar. De Cl. 22. Eloquentia, de qua disputare ordimur. De Fat. 4. Proinde ordire. 2. A. 44. Visne igitur te inspiciamus a puero? sic opinor: ordiamur a principio. 1. de Leg. 9. Ego autem animi pendere soleo, cum quid orsus sum, si traducor alio. *Ibid.* 14. Sed jam ordire explicare, quæso, de jure civili quid sentias. *Ibid.* 21. Nam si hoc non probas, a Deo causa ordienda est potissimum. Pro Mar. 34. Sed unde est orsa, in eodem terminetur oratio.

Syntaxis. *Ordiri aliquid ab aliqua re*, vel *de aliqua re. Unde est orsa, in eodem terminetur oratio. Ordiri a principio. Ordiri altius.*

Ordo, inis, *ratio, distributio, dispositio, collocatio*, τάξις. 6. Att. 1. Nec οἰκονομίαν meam instituam, sed ordinem conservabo tuum. Pro Qu. R. 6. et 4. Acad. 67. Ut præpostere tecum agam, mox referam me ad ordinem. 2. de Orat. 179. Ordo et dispositio argumentorum. 1. Off. 142. Nam et ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis et accommodatis locis. *Ibid.* εὐταξίαν, in qua intelligitur ordinis conservatio. *Ibid.* Itaque videtur eadem vis ordinis et collocationis fore. 2. de Orat. 353. Ordo est, qui memoriæ maxime lumen affert. 1. 142. Inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam et judicio disponere. De Clar. 224. Sed ordinem sequens in memoriam notam et æqualem necessario incurro. Orat. 214. Verborum ordinem immuta, &c. 1. de Div. 125. Fatum, id est, ordo seriesque causarum. De Arusp. 19. Rerum ordo ac vicissitudo. De Clar. 223. Ut in iis perturbem ætatum ordinem. *Ibid.* 15. Explicare ordines temporum. Par. 3. Quidquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. 3. de Leg. 5. Mihi vero ordo iste rerum placet. De Clar. 263. Præcepta quæ habent ordinem. 4. Acad. 118. Ex ea materia particulas primum confusas, postea in ordinem adductas &c. 3. ad Her. 16. Redigere in ordinem ea, quæ invenimus. Pro Qu. R. 7. Hæc sunt dejecta, illæ in ordinem confectæ. Pro Cæc. 22. Ejus fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. 10. Att. 7. Domestica ordine administrantur. Part. 2. Ordine interrogare aliquem. 3. in Ant. 39. et Ver. 3. 194. Recte, ordine e republ. facere aliquid. Pro Quint. 28. Recte atque ordine aliquid factum esse. Ver. 4. 143. Ut quisque ætate antecedebat, ita sententiam dicebat ex ordine. 2. contra Rull. 47. Quam tu mihi ex ordine de legis scripto recita populi Romani actionem. 3. ad Heren. 31. Collocare aliquid ex ordine. *Ibid.* 30. Item locis ex ordine collocatis. *Ibid.* 30. Si in ordine stantes notos quamplures viderimus. Pro Dom. 19. Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinem sunt commissa. *Ibid.* Negat oportere quidquam uni extra ordinem decerni. De Prov. 19. Cum provinciam extra ordinem decernebant. Pro Clu. 85. Judicem pecuniam ab reo clam atque extra ordinem accepisse. Pro Mur. 18. Non est idem ordo dignitatis et renunciationis, propterea quod renunciatio gradus habet, dignitas autem est persæpe eadem omnium. 1. Off. 15. Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo ac modus. *Ibid.* 57. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes et ordinem, honestatem et decus conservabimus. De Sen. 59. Arborum ordines in quincuncem directi. 1. de Leg. Locus certe non deerit, quoniam tenes ordinem rerum. De Univers. 7. Id ex inordinato in ordinem adduxit. 10. 5. Litteras Bruti recte et ordine scriptas videri. 5. 35. Qui ordo in sententiis rogandis servari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. Oecon. 1. Nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine. Hortens. Cœli signorum admirabilem ordinem insatiabilemque pulchritudinem magis spectant.

Hominum cœtus, gradus, grex, natio, societas. Pro Flac. 43. Lysanias adeptus est ordinem senatorium. Pro Dom. 74. Proximus est huic dignitate ordo equester. Pro Cluent. 52. Fidiculanus cujus erat ordinis? Senato-

rii. 1. Fam. 2. Maximeque visi sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commovere. 1. Off. 151. Hæ sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestæ. Ver. 2. 17. Si cuiquam ordini, sive aratorum, sive pecuariorum sive mercatorum, probatus sit. 16. Fam. 12. Omnium generum atque ordinum consensus. 6 10. Tum certe ordinis tui facile princeps. 13. 9. Ordo publicanorum. Pro Dom. 142. Omnes societates, omnes ordines. I. P. 18. Quid per tuum servulum ordines assignati? 8. Att. 7. Aliter video censeri Marcello, et cæteris nostri ordinis, qui hic sunt. Pro Milon. 4. Amplissimorum ordinum delecti viri. 3. de Leg. 7.

Militaris manus. 1. A. 20. Vir fortissimus, qui ordines duxit.

Gradus in subselliis. 2. 44. Sedisti in quatuordecim ordinibus, cum lege Roscia prohibereris.

ADJUNCTA. *Accommodatus, amplissimus, equester, maximus, proximus, summus, admirabilis, cœlestis, rarus, miser, invidiosus, certus, commendatissimus, communis, conjunctissimus, florentissimus, descriptus, directus, firmior, frequens, inferior, universus, gravissimus, sanctissimusque, honestus, malus, miserrimus, odiosus, infensus, incredibilis, infirmus, tenuior, modestus, liber, et solutus, magnus, perturbatus, præclarus, sempiternus, senatorius, mediocris, varius.*

SYNTAXIS. *Ordinem conservare, tenere, servare. Referre se ad ordinem. Ordo et dispositio argumentorum. Ordo memoriæ maxime lumen affert. Non solum ordine, sed etiam momento quodam et judicio disponere. Sequi ordinem. Ordinem immutare. Ordo seriesque caussarum. Rerum ordo et vicissitudo. Explicare ordines temporum. Perturbare ordinem. Præcepta habent ordinem. In ordinem adducere, redigere, conficere. Ordine, recte atque ordine, ex ordine dicere, aut facere aliquid. Stare in ordine. Extra ordinem decernere, aut committere aliquid alicui. Ordo ac modus rerum omnium adhibendus. Arborum ordines in quincuncem directi. Partiri ordines civitatis. Ex inordinato in ordinem adducere aliquid. Adipisci ordinem Senatorium. Esse alicujus ordinis. Omnium generum atque ordinum consensus. Ordinis sui facile princeps. Ordines ducere.*

Orestes, *vir tragœdiis decantatus, Agamemnonis et Clytemnestræ filius, Pyladis amicus.* De Ami. 24.

Orestis, idis, *pars Macedoniæ.* De Ar. 35.

Orichalcum, chi, *æris genus, auri colore, seu nativum sit, seu cadmia tinctum, τὸ ὀρείχαλκον.* 3. Offi. 92. Si quis aurum vendens, orichalcum se putet vendere &c. 2. de Fin. 23. *In Cod. Germ. aliter,* Odrilitium.

Oriens, tis, *ortus, ἀνατολή.* 2. de Nat. 164. Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

Nascens, ἀνίσχων. Orat. 218. Oratio vel oriens, vel media, vel cadens. *oriens, id est, prima.* Pro Dom. 67. Vis oriens et congregata.

Origo, inis, *principium, initium, causa, ortus, stirps, semen, fons, caput, autor, ἡ γένεσις, et γέννησις.* De Univer. 3. Nullius rei, causa remota, reperiri origo potest. De Cl. 253. Verborum delectum originem esse eloquentiæ. De Univers. 7. Quæ causa impulerit eum, qui hæc machinatus sit, ut originem rerum et molitionem novam quæreret. 3. Tusc. 23. Doloris igitur hujus origo nobis explicanda est. Ad Timæ. Ratione et mente divina ad originem temporis curriculum inventum esse Solis et Lunæ.

Orion. In Arat. *Fabula Orionis et Dianæ.*

Orior, iris, *nascor, exorior, in vitam introeo, proficiscor, mano, φύομαι, ἀνατέλλω.* 2. de Fin. 78. Sed ipsum a se oritur, et sua sponte nascitur. Pro Mur. 66. Tu qui ab illo ortus es &c. 2. de Leg. 4. Hoc solum, in quo tu ortus et procreatus es. De Univ. 35. Vos qui deorum satu orti estis. 5. de Finib. 69. Officia, quæ oriuntur a suo cujusque genere virtutis. 2. de Orat. 171. Ea quæ sunt orta de causis. Pro Dom. 69. Sed ne quis oriretur aliquando, qui diceret, &c.

SYNTAXIS. *A se oriri, et sua sponte nasci. In hoc solo ortus et procreatus. Deorum satu ortus. Oriri de.*

Orithia. 1. de Leg. 3. Orithiam Aquilo sustulit.

Oriundus, a, um, *ortus, ἀναφέρων.* Top. 29. Qui ab ingenuis oriundi sunt.

Ὁρίζοντες. *Lege,* Horizon.

Ὁρμὴ, ῆς. 2. de Nat. 58. Sic natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatusque et appetitiones, quas ὁρμὰς Græci vocant. 4. Acad. 24. Appetitio (eam enim esse volumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, et id appetimus, quod est visum. *Lege,* Appetitio, *et* Appetitus.

Ornatum, ti, *honor, dignitas, decus, insigne, lumen, διασκευὴ, καλλώπισμα.* 5. Fa. 8. Suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. 3. C. 26. In animis ego vestris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia condi volo. De Pro. 22. Intueor coram hæc lumina atque ornamenta reip. *Ibid.* 28. Sed decus illud et ornamentum triumphi minuendum non putavi. *Ibid.* Alii sine ullis verborum ornamentis dabant. 3. A. 13. Flos Italiæ, firmamentum imperii nostri, ornamentum dignitatis. Pro Sul. 88. Omnia generis insignia atque ornamenta occiderunt. 1. de Orat. 199. Equidem mihi hoc subsidium comparavi, non solum ad usum forensem, sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis. Pro Cæc. 28. Falcula decus atque ornamentum civitatis. Pro Cor. 43. C. Cæsar populum istum maximis ornamentis affecit. De Cl. 140. Sententiarum ornamenta et confirmationes. *Ibid.* 261. Illa oratoria ornamenta dicendi. 2. de Orat. 122. Neminem omnium tot ac tanta, quanta essent in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. 8. A. 24. Cum ad nos mitte-

ret Cotylam, ornamentum atque arcem amicorum suorum. Pro Mil. 38. Qu. Hortensius lumen et ornamentum reipub. 2. con. Rull. 60. Prædas ac manubias in urbis ornamenta conferre. 13. A. 24. Illa ornamenta in virtute et industria posita lucent. Con. C. Anton. Spoliatus ornamentis omnibus. Frag. ep. Amplitudinem gloriamque tuam magno mihi ornamento fore existimo. Incer. Non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit.

Adjuncta. *Aptum, magnum, et amplum, hæreditarium, egregium, commune, præcipuum, pergratum, singulare, domesticum, extraneum, inane, et leve, maximum, modicum, priscum, optimum, oratorium, proprium, provinciale, summum, vetus.*

Syntaxis. *Ornamentis afficere aliquem. Oratoria ornamenta dicendi habere. Lumen et ornamentum civitatis. Prædas in urbis ornamenta conferre. Ornamenta in virtute et industria posita. Spoliatus ornamentis. Esse ornamento alicui. Ornamenta honoris. Decus et ornamentum senectutis. Generis insignia atque ornamenta.*

Ornandus, a, um, *κοσμητέος.* Orat. 102. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius, temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. 9. Fam. 14. Tibique non modo tuendos, sed etiam ornandos illos viros. 11. ep. 14. De ornando adolescente. 1. de Orat. 199. Senectuti vero celebrandæ et ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio?

Ornate, *non inornate, eleganter, polite, non inculte, splendide, luculenter, κοσμίως.* 3. de Orat. 50. Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt, et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt, id est, quod dico ornate. 3. de Finib. 19. Philosophicas res ornate dicere velle, puerile est. 1. Off. 4. Ornate splendideque dicere. Pro Cœl. 8. Ornate politeque dicere. 1. de Orat. 48. Oratoris est, composite, ornate, copiose loqui. Tuscul. 7. Qui profitentur, se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate dicere. 1. de Orat. 51.

Ornatus, us, *lux verborum, flos orationis, καλλιέπεια, εὐπρέπεια, κόσμος. Ibid.* 49. Ornatus verborum oratoris putandus est. 2. 366. Distinctio et ornatus oratoris. De Cl. 262. Ornatus orationis tanquam vestis. 3. de Orat. 22. Eloquentia quascumque in oras disputationis, regionesve delata est &c. et quocunque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata. Orat. 78. Tum removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. *Ibid.* Collocata verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod mutatis verbis non maneat manente sententia. De Cl. 274. Verborum sententiarumque illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. 1. de Fin. 10. Quando enim nobis ullus orationis vel copiosæ vel elegantis ornatus defuit? Orat. 134. Hæc quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi. 3. de Orat. 94. Sed ita distinctam, ut sint quasi in ornatu disposita quædam insignia et lumina. De Cla. 27. Ante Periclem littera nulla est, quæ quidem ornatum habeat. 1. de Orat. 49. et 50.

Vestitus. 1. Off. 61. Statuas videmus ornatu fere militari. De Senect. 59. Cyri purpura ornatusque Persicus multo auro, multisque gemmis. Pro Cœl. 49. Non incessu solum, sed ornatu atque comitatu. Pro Dom. 111. Hoc simulachrum quidam ad ornatum ædilitatis suæ deportavit. 1. de Orat. 235. Ornare aliquem alieno ornatu. 2. de Finib. 69. Pulcherrimo vestitu, ornatu regali. In Clod. Quem decet muliebris ornatus. Oecon. 1. Quibus ad virilem dierum solemnium ornatum uti solemus.

Adjuncta. *Acerbus, et lugubris, magnificus, admirabilis, amplus, insignis, magnus, perpetuus, aptus, non dignus, militaris, elegans, muliebris, novus, et alienus, oratorius, gravior, regalis, varius, regius.*

Syntaxis. *Id affert ornatum orationi. Ornatus verborum est oratoris. Distinctio et ornatus. Instructus et ornatus eloquentiæ. In ornatu disposita lumina orationis. Ornatum habens oratio. Statua ornatu militari, regali, muliebri, virili.*

Ornatus, a, um, *politus, luculentus, excultus, comptus, expolitus, nitens, elaboratus, κεκοσμημένος.* Div. 29. et de Clar. 147. Frater tuus lectissimus et ornatissimus adolescens. Pro Fl. 50. Splendidissimus atque ornatissimus vir. De Senect. 57. Agro bene culto nihil nec usu uberius, nec specie ornatius. Pro Qu. 98. E fundo ornatissimo dejici. 1. de Orat. 42. Homo in dicendo ornatus et gravis. Orat. 36. Omnes apud Pacuvium ornati elaboratique sunt versus. L. P. 5. Provincia exercitu et pecunia instructa et ornata. 2. de Fin. 112. Sapiens plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructus et ornatus. Pro Pomp. 1. Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus. Ad Brut. 18. Vir conjuge, liberis, multis affinibus ornatus. *Item.* 1. de Orat. 50. Composita oratio et ornata, et artificio quodam et expolitione distincta. 5. Fam. 2. Cum tu a me rebus amplissimis atque honorificentissimis ornatus esses. Pro Dom. 88. A populo Rom. semper sum defensus, amplificatus et ornatus. 10. A. 9. Græcia M. Bruti imperio, autoritate, copiis non solum instructa, sed etiam ornata, dexteram tendit Italiæ. Brut. 12. Lepidus ornatus honoribus amplissimis a Senatu. Pro Flac. 95. Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum est. 2. de Nat. 95. Domicilium ornatum signis et picturis, instructumque rebus omnibus necessariis. Pro Cæc. 60. Armatos vere appellamus, qui scutis telisque parati ornati-

que sunt. 1. de Leg. 35. Muneribus deorum nos esse instructos et ornatos. Pro Pomp. 21. Domicilia regia omnibus rebus ornata atque referta. De Ar. 29. Deiotarus clarissimorum Imperatorum testimoniis ornatus. Pro Mur. 85. Respub. suis præsidiis ornata. Pro Sull. 75. Per quos res ejus secundæ quondam erant ornatæ, nunc sublevantur adversæ. 3. Qu. Fr. 4. Ille a me singularibus meis studiis ornatus est. Postquam ad Quir. 16. Qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati. Pro C. Corn. 1. Qu. Metelli adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.

Adverb. *Copiose, copiosius, leviter, maxime, amplissime.*

Syntaxis. *Homo in dicendo ornatus et gravis. Nihil est specie ornatius. Ornatus et elaboratus versus. Instructus et ornatus artibus atque virtutibus. Locus ad dicendum ornatissimus. Fundus ornatus; provincia instructa et ornata exercitu; vir conjuge, liberis, multis affinibus ornatus; oratio composita et ornata. Esse ornatum ab aliquo rebus amplissimis atque honorificentissimis; esse amplificatum et ornatum. Domicilium ornatum signis et picturis, rebus omnibus ornatum atque refertum. Præsidiis ornata republica. Vir muneribus Deorum instructus et ornatus, studiis amicorum, testimoniis Imperatorum, populi beneficiis et honoribus. Adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.*

Orno, as, *exorno, distinguo, illustro, illumino, noto, pingo, vario, ornatum affero, ornamento sum, ornamento afficio, honoro, decoro, honesto, augeo, amplifico, laudo, adorno, paro, instruo,* καλλωπίζω, κοσμέω. 1. de Orat. 235. Novo et alieno ornatu ornare juris civilis scientiam. 1. Att. 3. Caietam, si quando abundare cœpero, ornabo. 2. contra Rul. 32. Deinde ornat apparitoribus, scribis, librariis, &c. Pro Pomp. 9. Qui maximas ædificasset ornassetque classes. Ver. 4. 44. Ornare et apparare convivium. Pro Quint. 93. Ornare convivium magnifice splendideque. 2. A. 25. Hic non solum meis laudibus me ornat, sed etiam honorat alienis. Pro S. R. 138. Non modo non læsi te, verum etiam ornavi. 1. Att. 14. Quos ego non solum tuli, sed ornavi. 1. Tuscu. 112. Tu vero istam artem ne reliqueris, quam semper ornasti: illa enim, si vere loqui volumus, te ornaverat. 7. Fam. 5. Si vis, ad me alium mitte, quem ornem. Ver. 1. 34. Ornare aliquem beneficiis omnibus. 6. Att. 1. Ornare civitatem beneficiis omnibus. 3. C. 19. Quæ gessi in Consulatu, privatus tuebor atque ornabo. Brut. 17. Ornare aliquem omnibus decretis. 3. Att. 24. Ornare provincias Consulibus. I. P. 31. Qui frequentia sua adventum vestrum ornaverunt ac celebraverunt. 1. de Orat. 94. Mirabilius et magnificentius augere aliquid atque ornare. 2. Qu. Fr. 3. 2. Fam. 15. Ornare aliquem veris et divinis laudibus. 1. Fam. 9. Ornare aliquem insignibus gloriæ. 1. de Orat. 142. Vestire atque ornare oratione res inventas.

Adverb. *Magnifice, splendide, mirabilius, rhetorice, et tragice, vehementer.*

Ornor, aris, κοσμέομαι. 3. de Fin. 26. Potest id quidem fuse et copiose, et omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis Rhetorice et augeri et ornari. 11. A. 36. Ornari et exornari ab aliquo. Pro Plan. 22. Tota illa regio se bujus honore ornari, se dignitate augeri putabat. De Cl. 164. Oratio, in qua autoritas ornatur Senatus. 3. de Orat. 25. Quibus orationem ornari et illuminari puto. Pro Cluent. 14. Lectum sibi ornari et sterni jubet.

Syntaxis. *Ædificare et ornare classem. Ornare et apparare convivium. Laudibus ornare, et honorare. Res alicujus ornare. Ornare et celebrare sua frequentia aliquem. Oratione res vestire et ornare. Ornare et illuminare orationem. Novo ornatu aliquid ornare. Ornare magnifice splendideque. Ornare beneficiis omnibus. Tueri et ornare, quæ gesseris.*

Orandus, a, um, λιπαρητέος. Postquam in Sen. 1. Quis potest vestra in nos universa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando? 3. Off. 43. Judex amicus orandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Ver. 4. 101. Quo liberos adire ne orandi quidem causa fas erat. *id est, in quod fanum.* 4. Tuscu. 78. Rogandi sunt, orandique, ut, &c.

Oro, as, *rogo, obsecro, obtestor,* δέομαι. 11. Att. 1. Te etiam atque etiam oro, ut me tuendum suscipias. Ad Brut. 16. Orare aliquem pro salute alicujus. 4. Att. 8. Dic, oro te, clarius. Ver. 2. 96. Rogare atque orare aliquem. *Ibid.* 42. Orare atque obsecrare aliquem, et obtestari. Pro Planc. 104. Teque, C. Flavi, oro et obtestor, &c. Pro S. R. 9. Quapropter vos oro atque obsecro, judices, ut, &c. 10. Fam. 34. Ego vos, P. C., oro atque obsecro, ut, &c. 12. Att. 31. Orat multis et supplicibus verbis, ut liceat &c. Ver. 5. 118. Idque postremum parentes suos liberi orabant, ut, &c. 1. Qu. Fr. 1. 36. Illud ad extremum te oro et hortor, ut, &c.

Orationem habeo. De Clar. 47. Nemo unquam melius ullam oravit capitis causam.

Adverb. *Etiam atque etiam, melius, plane, vehementer.*

Syntaxis. *Orare litem. Etiam atque etiam orare. Dic, oro te, clarius. Rogare atque orare. Orare atque obsecrare aliquem et obtestari. Orare et hortari.*

Orondicus, *urbs.* 2. contra Rul. 49.

Oropus, *oppidum.* 12. Att. 24.

Orpheus, ei. 1. de Nat. 108. Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse.

Orphicus, a, um. 3. de N. 58. Sacra Orphica Dionysio putantur confici. 1. 106. Orphicum carmen.

Orsus, a, um, *inceptus*, ἀρξάμενος. De Clar. 128. Ejus collega L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus.

Orsus, us, *initium*, *exordium*, ἀρχή. 2. de Div. 63.

Auguris ut nostri Calchantis fata queamus
Scire, ratosne habeant, an vanos pectoris orsus.

Ortus, us, *exortus*, γένεσις .)(. *occasus*. 2. de Divin. 50. Sed quid plura? ortum videamus aruspicinæ. *Ibid.* 91. Cum ortus nascentium luna moderetur. 3. de L. 19. Tribunatus, cujus primum ortum inter arma procreatum videmus. 1. 20. Juris ortum a fonte repetamus. 1. Off. 22. Non solum nati nobis sumus, sed ortus nostri partem patria, partem parentes vindicant. 2. 5. Cato ortu Tusculanus fuit, civitate Romanus. 3. C. 20. Simulachrum solis ortum curiamque conspiciens. De Univers. 5. Quæ ortum habere gignique diximus. *Ibid.* Quod semper est, neque ullum habet ortum. *Ibid.* Mundum nullo ortu fuisse generatum. 2. de Nat. 49. Sol ab ortu ad occasum commeans. 1. de Inven. 59. Signorum ortus et obitus servant. 1. de Div. 128. Siderum ortus obitusque cognoscere. 2. de Divin. 92. Ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

Adjuncta. *Clarus, gravior, et verior, similis, minime generosus, moderatus, et constans, nitidus, præclarus.*

Syntaxis. *Ortus nascentium. Ortus, procreatus. Juris ortum a fonte repetere. Cato ortu Tusculanus. Ortum id habet ac gignitur. Nullo ortu genitum. Ortus et obitus. Ortus et occasus.*

OS

Os, oris, *pars animantis, in quam cibus inseritur*, στόμα. 2. de Nat. 122. Quædam animalia cibum oris hiatu et dentibus ipsis capessunt. 1. de Div. 78. Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt. 2. de Orat. 162. Inserere cibum in os alicui. I. P. 23. Os fœtidum. 2. de Divin. 135. Draco, cum radicem ore teneret, locutus est. 1. 27. Necesse est, offa objecta, cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur. *Ibid.* 108. Sic expectabat populus atque ore tenebat. De Clar. 265. Nihil non consideratum exibat ex ore. Orat. 134. Verbum ex ore nullum nisi elegans exeat. In Vat. 4. Non putas fas esse verbum ex ore exire cujusquam, quod non, &c. Pro Sull. 72. Verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit, unde quisquam posset offendi? 1. Att. 15. Præbere os alicui ad male audiendum. Acad. Quem incomptis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant.

Conspectus, præsentia, facies. Pro S. R. 16. Eo tempore Roscius erat Romæ frequens, atque in foro et in ore omnium quotidie versabatur. Ver. 2. 81. Quæ palam in ore atque oculis omnium gesta sunt. 1. 121. Istius iniquitas tum in ore vulgi, et in communibus proverbiis versabatur. Pro Mil. 43. Ora omnium atque oculos intuemur. 4. C. 1. Video, P. C., in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos. 6. Att. 2. Tu, cujus mihi os ante oculos solet versari. Orat. 8. Unde illud, ut ex ore aliquo, quasi imago, exprimatur. Ver. 1. 1. Ora judicum aspicere, et os suum populo ostendere. Pro Deio. 5. In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco. Pro Mar. 10. Te vero, cujus mentem sensusque et os cernimus, quibus laudibus efferemus?

Sermo. 6. Att. 3. Tibi autem valde solet in ore esse. 10. in A. 14. Brutus erat in desiderio civitatis, in ore et in sermone omnium. De Am. 2. Sermo, qui tum fere erat multis in ore. De Clar. 169. Cui orationi Cæpionis ore respondit Ælius. Pro Deio. 28. Non debebas optimo viro fugitivi ore maledicere. 1. Tusc. 39. Plato, quem ex ore tuo admiror. 14. Att. 24. Deinde habent in ore nos ingratos &c. 6. Fa. 18. Habere aliquid semper in ore. 1. Tus. 116. Vigere in ore. 2. de Fin. 76. Illa semper tibi in ore sunt. 5. Fa. 16. Consolatio pervulgata, quam semper in ore atque in animo habere debemus. 2. de Orat. 29. Studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse.

Introitus, aditus, angustia. Ver. 5. 30. In ipso aditu atque ore portus. 4. 129. In ore Ponti et angustiis.

Caput. 4. 124. Gorgonis os cinctum anguibus.

Impudentia. 2. 48. Nostis os hominis, nostis audaciam. Pro Qu. 77. Mihi videntur ore durissimo esse, qui præsente Roscio gestum agere conentur. 3. Tusc. 41. Cum os perfricuisti. 1. de Orat. 175. Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia juris audet accedere? 9. Fam. 8. Nosti profecto os adolescentioris Academiæ. I. P. 63. Sed os tuum ferreum Senatus convicio verberari noluisti.

Adjunct. *Alacre, et promptum, aptissimum, ardens, coruscum, durissimum, ferreum, fœtidum, incolume, pristinum, importunissimum, impurissimum, infame, infestum, intimum, plenius, pulcherrimum, tacitum, superius, supinum.*

Syntaxis. *Ex ore verbum exiens, excidens. Versari in ore omnium. Palam in ore et oculis. In ore vulgi et communibus proverbiis versari. Conversa ora et oculi in oratorem. In oculis, in ore, vultuque alicujus acquiescere. In ore et in sermone omnium. In ore qui est sermo. Ex alterius ore amare aliquem. Quid habes in ore? In ore esse, vigere. Orator, nisi accedat os, nullus est. Aditus et os portus. Os hominis, id est audacia. Hinc ore durissimo esse, ore ferreo. Os perfricare. Quod tandem est os tuum?*

Os, ossis, τὸ ὀστέον. 2. de Nat. 139. Quid dicam de ossibus? quæ subjecta corpori mi-

rabiles commissuras habent. *et ibi multa de utilitate ossium.* De Clar. 68. Atque utinam imitarentur nec ossa solum, sed etiam sanguinem. Ver. 1. 113. Cur hunc dolorem cineri ejus atque ossibus inussisti? 5. 127. Cineri atque ossibus filii.

Oscinis, vel Oscen, inis, *Avis auspicium ore cantuque faciens: omnis avis quæ canit*, ᾠδός. 2. de N. 160. Aves, et alites, et oscines, ut augures nostri appellant. 1. de Divi. 120. Aves, quæ tum huc, tum illuc volent, alites: quæ tum a dextra, tum a sinistra parte canant, oscines. 6. Fa. 6. Ex cantu sinistro oscinis augurari. De Augur. Oscinis.

Oscitans, tis, *negligens, ignavus, segnis*, χασμώμενος. 1. de Na. 72. Ista quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. 2. de Orator. 144. Ista oscitans et dormitans sapientia. De Clar. 200. Oscitans judex. Pro Milon. 56. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Pro Cl. 71. Et eum, quod jamdiu nihil quæsierat, tristem atque oscitantem impellit. Pro Qu. Gall. Hesterna potatione oscitantes.

Oscitanter, *negligenter, indiligenter*, ἀμελῶς. De Clar. 276. Tam solute egit, tam leniter, tam oscitanter.

Oscitor, aris, *dormito, otior*, χασμάομαι. 4. ad Heren. 49. Cum etiam majores calamitates impendere videantur, sedetis et oscitamini.

Osculans, tis, φιλῶν. De Som. 5. Ille me amplexus atque osculans flere prohibebat.

Osculatio, onis, *osculum*, φίλημα, φίλησις, καταφίλησις. Pro Cæl. 49. Complexu et osculatione, &c.

Osculor, aris, *suavior, suavium do*, καταφιλέω. Pro Mur. 88. Mater filium suum osculata est. 1. Tusc. 92. Ut eum dormientem oscularetur. Ver. 4. 94. In precibus et gratulationibus non solum id simulachrum venerari, sed etiam osculari solent. Pro Mur. 23. Quoniam mihi videris istam scientiam juris tanquam filiolam osculari tuam, non patiar, &c. 1. Fa. 9. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic osculabantur, &c. 16. Att. 5. Complecti et osculari aliquem.

Osculum, li, *suavium*, τὸ φίλημα. 12. Att. 1. Atque utinam continuo ad complexum meæ Tulliæ, et ad osculum Atticæ possim currere. *Lege*, Famosus.

Osci, ludi, *id est, rusticani et obscœni. Nam obscœnum ab Oscis deducunt. Osci vero Italiæ populi*. 7. Fam. 1.

Ostendendum. 2. ad Herenn. 23. De his primum partibus ostendendum est: deinde, &c.

Ostendo, is, *demonstro, doceo, propono, planum facio, declaro*, ἀποδείκνυμι. 1. de Orato. 151. Omnes loci artis inquirentibus nobis ostendunt se et occurrunt. Pro S. R. 87. Os tuum non modo ostendis, sed etiam offers. Ver. 1. 1. Qui tam nefariis criminibus, et tam multis testibus evictus, ora judicum aspicere, et os suum Pop. Rom. ostendere auderet. De Ar. 24. Hæc nobis et scelerum judicia ostendit, et periculorum signa patefacit. De Som. 3. Hic tu ostendas oportet patriæ lumen animi consiliique tui. Pro Cæc. 10. Sicut et vivus multis ipse rebus ostendit, et in morte sua testamento declaravit. 9. Fa. 8. Etsi munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus: tamen, &c. *id est, promiserit.* Ver. 4. 75. Tum metum, tum spem ostendere. 1. Att. 1. Demonstravi hæc Cæcilio, simul illud ostendi, &c. 8. 15. De Italia nihil mihi unquam ostenderas. 1. Qu. Fr. 2. Tribuni sunt nobis amici, Consules se optime ostendunt, Prætores habemus amicissimos.

Ostendor, eris. De Univers. 35. Palam ostendi, *id est, palam apparere*. Pro Arch. 16. Si non hic tantus fructus ostenderetur. 11. Att. 11. Cum præsertim ne spes quidem ulla ostendatur. 2. contra Rul. 5. Cui errato nulla venia proponitur, non dubitanti fidele consilium ostenditur.

Adverb. *Aperte, insidiose, nec opinato, optime, palam, paulum, probabiliter, quam brevissime, ultro, vulgo.*

Syntaxis. *Ostendere se, et occurrere*, de locis argumentorum. *Ostendere et offerre os suum. Lumen animi ostendere. Ille se optime ostendit. Palam ostenditur*, id est, patet. *Spes ostenditur.*

Ostentatio, onis, *venditatio, simulatio, vanitas, gloria*, ἐπίδειξις. 4. ad Herenn. 64. Pro R. P. 38. Quod genus tandem est illud ostentationis et gloriæ? 2. de Orato. 333. Vitanda est ingenii ostentationisque suspicio. *Ibid.* 31. Et eo magis, quod nulla mihi ostentatione videris esse usurus. 2. de Finib. 77. In fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. 4. 68. Ostentatio gloriosa. 1. contra Rul. 23. Consul veritate, non ostentatione popularis. 2. Off. 43. Qui simulatione, et inani ostentatione, ficto non modo sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. 2. Tusc. 11. Philosophorum disciplina ostentatio scientiæ, non lex vitæ. 1. Off. 44. Quæ ab ostentatione proficisci potius, quam a voluntate videantur. Pro Flac. 52. Ubi illa magnifica et gloriosa ostentatio civitatis? 5. Att. 13. Intelligis ostentationes nunc in discrimen esse adductas, &c. De Amic. 88. Virtus venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur. Parad. 6. Quæ est ista in commemoranda pecunia tua insolens ostentatio?

Adjuncta. *Gloriosa, inanis, insolens, magnifica, et gloriosa, popularis, puerilis.*

Syntaxis. *Quod genus est hoc ostentationis et gloriæ? Vitare ingenii ostentationisque suspicionem. In fronte ostentatio est. Veritate, non ostentatione popularis. Simulatio et inanis ostentatio. Venditatio quædam atque ostentatio. Quæ est ista insolens ostentatio in &c.*

Ostentator, oris, *gloriosus*, κομπαστής. 4.

ad Heren. 64. Ut si velis ostentatorem pecuniosum describere.

Ostentatus, a, um, ἐνδεδειγμένος. Pro Qu. R. 26. Pecunia quæ ex liberalitate hujus promissa sit et ostentata. Pro Cluent. 22. Cum ei filii recuperandi spes esset ostentata.

Ostento, as, *vendito*, ἐπιδείκνυμι. 2. At. 23. Clodius omnibus præ se fert et ostentat. 1. Fa. 4. Quid enim me ostentem? qui, &c. 10. 3. Ostentare prudentiam. 4. ad Her. 30. Hic qui se magnifice jactat et ostentat. 2. 47. Venditare ingenium, et ostentare memoriam.

Minitor. Pro Clu. 25. Illum qui sibi delationem nominis et periculum capitis ostentaret. 4. Fa. 14. Bellum ex altera parte cædem ostentat, ex altera servitutem.

Expono, præbeo. 1. Att. 13. Ostentare jugulum pro capite alterius. *id est, exponere se periculo vitæ.*

Præ me fero. 2. cont. Rul. 10. Aliud obscure moliri, aliud specie simulationis ostentare.

Laudo. 2. contra Rul. 77. Agrum, quem vobis ostentant, ipsi concupiverunt.

Trado. Pro Marc. 29. Huic tu inservias, huic te ostentes oportet.

Ostentor, aris, *promittor.* 2. contra Rul. 10. Largitio, quæ verbis ostentari potest, revera fieri nullo pacto potest.

Ostentum, ti, *portentum*, τὸ τέρας. 1. de Div. 93. *Lege,* Monstrum. Ver. 4. 108. Cum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur. De Arusp. 10. Gaudeo mihi dicendum esse de toto hoc ostento, quod haud scio an gravissimum multis his annis huic ordini nunciatum sit. 1. de Div. 121. Crœsi filius infans locutus est: quo ostento regnum patris concidit. 8. Fa. 14. Scis Appium hic ostenta facere de signis et tabulis.

Ostiatim, κατὰ θύρας. Ver. 4. 48. Nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim. *Ibid.* 53.

Ostium, stii, *janua*, ἡ θύρα. 5. Tusc. 13. Solane beata vita relinquitur extra ostium limenque carceris? 2. de N. 135. Aspera arteria ostium habet adjunctum linguæ radicibus. Qu. de Pet. 34. Quæ si significant voluntatem esse abditam, parvi refert patere ostium. Ver. 4. 118. Insula in utriusque portus ostium aditumque projecta. Pro Pom. 33. Ante ostium Tyberinum. *Ibid.* Intra Oceani ostium. Pro S. R. 65. Aperto ostio dormientes eos repertos esse. 2. A. 26. Ad ostium fluminis Cydni. 2. de Orat. 276. Ab ostio quærere quempiam.

Ostrea, æ, τὸ ὄστρεον, et ὄστρειον. 2. de Div. 33. Ostreis et conchyliis omnibus contingit, ut cum luna crescant pariter, pariterque decrescant. 7. Fa. 26. Qui me ostreis et murænis facile abstinebam. Hortens. Solertiam eam, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas.

Osurus, a, um, μισήσων, οντος. De Ami. 60. Ita amare oportere, ut aliquando sis osurus.

OT

Otiolum, li, *otium*, ἡ ἀεργεξία. 8. Fa. 3. Cum otiosus sum, plane ubi delectem otiolum meum, non habeo.

Otior, aris, *nihil ago, cesso, vaco, otio perfruor*, ἀργέω. 3. Off. 58. Cum se Syracusas otiandi causa non negotiandi (ipse dicere solebat) contulisset.

Otiose, *per otium, vacuo animo*, σχολαίως. Ver. 4. 33. Contemplari unumquodque otiose. 4. de Fin. 32. Tum licebit otiose ista quærere. 3. Off. 79. Otiose vivere domi.

Otiosus, a, um, *cessans, nihil agens, vacuus, laxatus curis, otio affluens, qui animo vacuo est, solutus opere, qui cura vacat et negotio: qui secum est, secumque, ut dicitur, vivit: vacans animo, iners, languidus*, ἀεργηλὸς, ῥᾴθυμος.)(.*operosus.* De Cl. 10. Cum inambularem in Xysto, essemque otiosus domi. 12. Att. 38. Nisi eris valde otiosus. 3. de Nat. 94. Cur non rebus humanis aliquos otiosos deos præfecit? Pro Planc. 66. Quid dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum? 3. Q. Fr. 8. Idque perficiam his supplicationum otiosis diebus. 9. Fa. 25. Si otiosum eum reddiderit. 3. Off. 1. Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquam se minus otiosum esse, quam cum esset otiosus. De Sen. 82. Otiosam ætatem et quietam sine ullo labore et contentione traducere. 1. de L. 10. Cessatio libera atque otiosa. De Sene. 49. Si vero habet aliquid, tanquam pabulum, studii atque doctrinæ, nihil est otiosa vita jucundius. 11. A. 20. Otiosus et nihil agens. 1. de Orat. 219. Quo in studio hominum ingeniosissimorum, otiosissimorum totas ætates videmus esse contritas. 1. Off. 70. Sed et facilior, et minus aliis gravis aut molesta vita est otiosorum. 2. 26. Spectatoresque se præbuerunt otiosos Leuctricæ calamitatis.

Syntaxis. *Nullum tibi otium est otiosum. Otiosus dies, ætas. Cessatio libera et otiosa. Otiosus, et nihil agens. Otiosus spectator.*

Otium, tii, *vacuum tempus, laxamentum, cessatio libera atque otiosa, remissio, quies, vacatio, tranquillitas vitæ, facultas vacui et liberi temporis*, ἀπραγμοσύνη, ἀεργαξία. 1. de Orat. 3. Quantum mihi vel fraus inimicorum, vel causæ amicorum, vel Resp. tribuet otii, ad scribendum potissimum conferam. *Ibid.* 95. Non despero, fore aliquem aliquando, qui et studio acriore, quam nos sumus atque fuimus, et otio ac facultate dicendi majore ac maturiore existat talis orator, qualem, &c. 2. 20. Otium quod et raro datur, et nunc peroptato nobis datum est. *Ibid.* Otii fructus est non contentio animi, sed relaxatio. *Ibid.* 57. Philistus otium suum consumpsit in historia scribenda. *Ibid.* 54. Horum libros delectationis causa, cum est otium, lego. *Ibid.* 143. Cum se de turba et a subselliis in otium, ut cogitat, solitudinemque contulerit. Pro Sest. 98. Quod maxime est optabile et

beniset beatis cum dignitate otium. 2. contr. Rull. 102. Vos omni ratione otium tenere debetis. 3. Fam. 7. Pluribus verbis ad te scribam, cum plus otii nactus ero. 10. 28. Plura scribam, si plus otii habuero. 12. 30. Quamvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes. 1. de Orat. 164. Quoniam tantum habemus otii, quantum jamdiu nobis non contigit, &c. Pro Flacc. 9. et Part. 1. Si tibi est otium, et si vis. 2. Off. 4. Et magis etiam tum, cum plus erat otii. *Ibid.* Scribendi otium non erat. Ver. 5. 8. Ergo tunc, cum bello fugitivorum tota Italia arderet, Cn. Norbanus summo in otio fuit. 3. de Orat. 129. Homines abundantes otio. *Ibid.* Græci diffluentes otio. Pro Pl. 66. M. Cato in principio Originum suarum scripsit, clarorum virorum atque magnorum non minus otii, quam negotii rationem extare oportere. De Cl. 8. Otium moderatum et honestum. 5. Tusc. 105. Otium literarum. 9. Fam. 9. Referre se in otium. 1. ad Her. 1. Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus, et idipsum, quod datur otii, libentius in Philosophia consumere consuevimus: tamen, &c. 1. de Inven. 4. Honesta studia per otium concelebrata ab optimis viris. 1. de Orat. 224. Philosophorum autem libros reservet sibi ad hujuscemodi Tusculani requiem atque otium. 2. Fam. 17. Si antea auditum erit, otium esse in Syria. 12. Att. 7. Tantumne ab re tua est otii tibi, ut etiam oratorem legas? 1. de Orat. 57. Philosophi in angulis otium consumunt. *Ibid.* 22. Græci non solum ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundantes. 2. 144. Istam oscitantem et dormitantem sapientiam Scævolarum et cæterorum beatorum otio concedamus. De Am. 104. In studiis cognoscendi semper aliquid atque discendi, remoti ab oculis populi, omne otium tempusque contrivimus. 1. Fam. 8. Otium nobis exoptandum est, quod ii, qui potiuntur rerum, præstituri videntur. 2. Att. 6. Sic enim sum complexus otium, ut ab eo divelli non queam. 1. de Orat. 14. Diuturnitas pacis otium confirmavit. 2. in Ant. 87. et 4. Acad. 15. Otium perturbare. 12. Fam. 18. Eo tempore me consolabar, quod in summum otium te ire arbitrabar. 1. Att. 7. Cum in otium venerimus, &c. 4. Fam. 4. Metuo, ne etiam in cæteris rebus me honesto otio privarim. 1. ad Q. Fr. ep. 1. 27. Parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat atque otium.

Desidia. 3. de Orat. 54. Homines otio nimio affluentes. 4. Acad. 6. Hebescere et languere in otio. 1. de Nat. 7. Cum otio langueremus. 2. Att. 14. Otio tabescere. 2. cont. Rul. 102. Qui propter desidiam in otio vivunt. 4. Acad. 4. Ut non multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. 3. Off. 1. Otium et solitudo languorem afferunt hominibus. 2. cont. Rul. 90. Inertissimum et desidiosissimum otium.

ADJUNCTA. *Commune, domesticum, jucundum, forense, honestum, honestissimum, inertissimum, et desidiosissimum, litteratum, luxuriosum, moderatum, atque honestum, multum, nimium, optatissimum, primum, et summum, privatum, probum, regale, summum, urbanum.*

SYNTAXIS. *Otium suum consumere in. Si fuerit otium. In otium et solitudinem se conferre. Otium et facultas. Si otium dabitur. Otium facere alicui. Otium nancisci, otium tribuere, otium habere. In otio esse. Litteratum otium. Per otium facere aliquid. Requies et otium. Otium et tempus conterere. Otium et solitudo. Otium et desidia. Otio affluere, languere, hebescere, In otio vivere desidem. Si tibi est otium, et si vis. Si erit otium scribendi. Abundare, vel diffluere otio. Referre se in otium. Otium studio suppeditare. Tantum ne ab re tua tibi est otii? Otium et solitudo languorem afferunt hominibus. Otium præstare, complecti, confirmare, perturbare, redimere. In otium ire, venire. Otio tabescere.*

Otriculana, villa. Pro Mil. 65. Otriculana tribus. In Rul.

O V

Ovans, tis, *prope triumphans*, ἰφιβάζων. Brut. 15. Ut ovanti introire Cæsari liceret, decrevi. 2. de Orat. 195. Imperatorem ornatum a Senatu ovantem in Capitolium ascendisse. 4. ad Her. 13. Quo pacto hostes ovantes irruerunt in civitatem. 14. A. 12. Heri me ovantem et prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulit, domum inde reduxit.

Ovis, is, *pecus*, βοτόν. 2. de Nat. 158. Ovium villis consectis atque contextis homines vestiuntur. 3. A. 27. O præclarum custodem ovium (ut aiunt) lupum!

Ovum, vi, τὸ ὠόν. 2. de N. 124. Anatum ova gallinis sæpe supponimus. *Ibid.* 129. Pisces, ut aiunt, ova cum genuerint, relinquunt. *Ibid.* Gallinæ ex ovis pullos excludunt. 4. Acad. 54. Ut sibi sint et ova ovorum, et apes apum simillimæ. *Ibid.* 57. Videsne, ut in proverbio sit, ovorum inter se similitudo? *Ibid.* Hi cum ovum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. Nobis satis est ova illa internoscere. Nihil enim magis assentiri potest hoc illud esse, quam si inter illa omnino nihil interesset. *Ibid.* 85. Quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret. 2. de Div. 134. Defert ad conjectorem quidam, somniasse se, ovum, &c. 9. Fam. 20. Integram famem ad ovum affero. *Proverbium.*

DE LITERA P.

P *Muta Latinorum littera: quasi E duplex. Et in urnam conjecta prævaricationis nota erat Romanis, ut ait Hotomanus. Vide Lamb. in Annot. in Part. Cicer. ad hæc verba.* 126. Quod ea Litera, &c.

'PA

Pabulum, li, *pastio*, ἡ νομή. 2. de D. 30. Extis declarari hoc duntaxat pabuli genus, et earum rerum, quas terra procreet, vel ubertatem, vel tenuitatem. De Sen. 49. Si vero habeat aliquid, tanquam pabulum, studii atque doctrinæ, nihil est otiosa vita jucundius. 4. Acad. 127. Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturæ. De Ar. 5. Quid enim hunc persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum?

Syntaxis. *Studii et doctrinæ pabulum. Consideratio pabulum animi. Pabulum et glans.*

Pacatus, a, um, *quietus*, εὐμενσθείς. 1. de Orat. 30. Pacatæ et tranquillæ civitates. Pro Lig. 4. Provincia pacatissima. 7. A. 24. Huic tali viro poteritne pacatus esse Antonius? 5. Att. 20. Hinc exercitum in hiberna agri male pacati deducendum Quinto Fratri dabam.

Pachynus, *portus et promontorium in Sicilia.* Ver. 5. 86.

Pacideianus. Lege, Æserninus.

Pacificatio, onis, *compositio, ab armis discessio*, εἰρηνοποιΐα. 7. Att. 8. Nulla spes pacificationis est. 10. Fam. 27. Itaque sapientius feceris, si te in istam pacificationem non interponas.

Pacificator, oris, *pacis faciendæ arbiter, legatus, deprecator*, εἰρηνοποιός. 1. Att. 10. Propositumque esse nobis pacificatorem.

Pacificatorius, a, um. 12. A. 3. Posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacificor, aris, *ab armis discedo, pacem cum aliquo facio*, εἰρηνοποιοῦμαι. 15. Att. 8. Servius pacificatus est cum librariolo suo.

Pacificus, a, um, εἰρηνοποιός. 8. Att. 16. Pacifica persona.

Paciscor, eris, *spondeo, despondeo, promitto, constituo, pactum vel pactionem facio, pactionem cum aliquo conflo, fœdus cum aliquo ferio, cum aliquo pactionem vel fœdus sancio*, διατίθεμαι. Ver. 3. 37. Edictum ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum decumano pactus esset. 2. de Orat. 352. Dixit se dimidium ejus ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum. Pro Sest. 55. Gabinius Siciliam sibi pactus est.

Paco, as, *pacificor*, εἰρηνοποιέω. 15. Fam. 4. Pacare Amanum, et perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi.

Pactio, onis, *pactum, conditio, fœdus, promissio*, ὁμολογία, συνθεσία. 2. de Inv. 73. Cum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, utrum satius fuerit amittere milites, an ad hanc conditionem venire. Ver. 3. 69. 8. Att. 11. An censes nihil inter eos convenire? nullam pactionem fieri potuisse? 9. 12. Si res ad pactionem non venit, longius bellum puto fore. 3. 13. At eo magis, quod in nostra provincia confectæ sunt pactiones publicanorum. Postq. in Senat. 31. Cousul pactionibus eos suorum præmiorum obligarat. Ad Quir. 13. Cum duo consules empti pactione provinciarum auctores se inimicis Reip. tradidissent. 1. Qu. Fr. 1. 27. In pactionibus faciendis legem spectare Censoriam. Pro Qu. R. 40. Flavius de tota lite fecit ptacionem. *Ibid.* 46. Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur, sed ex perfidia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci solent. Pro Flac. 88. Quis pactionem fieri coegit? 13. Fa. 65. Ut pactiones cum reliquis civitatibus conficiat. 4. At. 17. Facere pactionem cum aliquo, si aliquid fiat. De Pro. 10. Facere pactionem cum aliquo de aliqua re. De Ar. 42. Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflavit. De Pro. 9. Igitur in Syria, imperatore illo, nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis. Pro Qu. Ros. 34. Roscius cum Flavio de sua parte fecit pactionem.

Adjunct. *Bellica, et hostilis, iniqua, iniquissima, publica, privata, nefaria.*

Syntaxis. *Milites ad pactionem veniunt. Res ad pactionem venit. Pactionem fieri. Conficere pactiones. Pactionibus præmiorum obligari. Consules empti pactione provinciarum. Facere pactiones de aliqua re cum aliquo. Scelerum pactiones societatesque conflare.*

Pactor, oris, διαλλακτής. Ver. 5. 54. Societatis pactores recitantur.

Pactum, cti, *pactio, conventum, conventus, conditio*, διαλλαγή. 2. de Inv. 68. Pactum præstat juri. 6. Att. 3. Pomptinus enim ex pacto et convento (nam ea lege exierat) jam a me discesserat. Act. 1. Ver. 16. Manere in conditione atque pacto. 2. de Orat. 100. Pacta, conventa, stipulationes. Pro Cæcin. 51. Pacti et conventi formula. De Univ. 13. Nullo pacto, nullo modo. 1. de Inv. 30. Alio pacto. 2. 68. Pactum est, quod inter aliquos convenit. 3. Off. 92. Pacta et promissa semper ne servanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo, ut Prætores solent dicere, facta sunt. Ac. Quonam pacto explicet.

Pactus, a, um, *promissus*, ὁμολογηθείς. 3. Off. 107. Ut si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. 3. Qu. Fr. 3. Magna invidia sunt Consules propter suspicionem pactorum a candidatis præmiorum. Pro Sest. 33. Pacto jam fœdere provinciarum. 5. Att. 21. Deiotari filius, cui pacta est Artbabasdis filia. 1. C. 24. Scio pactam et constitutam esse cum Manlio diem. 1. Off. 33. Cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, 2. Att. 9. Si, quæ de me pacta sunt, ea non servantur, in cœlo sum.

Syntaxis. *Pacta præstant juri. Pacta et promissa servare. Ex pacto et convento facere. In conditione et pacto manere. Pacti et con-*

venti formula. Nullo pacto, id est nullo modo. *Pacta et constituta dies. Pactæ cum hostibus induciæ. Quæ de illo pacta sunt, jam non servantur.*

Pacuvius, *poeta tragicus*. Orat. 36. Omnes apud Pacuvium ornati elaboratique sunt versus. 1. de Orat. 246.

Padus, di, *fluvius Italiæ*. In L. Piso. Hic cum ad Padum Placentiæ forte consedisset, &c.

Pæan, anis, *pes in versu, aut oratione, et hymnus, Græce* παιάν. 3. de Orat. 181. Pæan est duplex, aut sic, -υυυ : aut sic υυυ- et *ibid.* A superiore pæane, &c. 1. de Orat. 251. Orat. 188. *aliter* Pæon, παιών.

Pædagogus, gi, *pueri custos*, παιδαγωγός. 12. Att. 32. Et pædagogi probitas, et medici assiduitas id me suspicari vetat. De Am. 76. Isto enim modo nutrices et pædagogi maxime erunt diligendi. 4. ad Her. 14. Conturbatus est adolescens ; nec mirum, cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas versarentur.

Pæon. Vide, Pæan.

Pæstanus. 16. Att. 6. Pæstanus sinus.

Pæstum, *oppidum Italiæ*. 11. 17.

Paganus, a, um, παγανὸς, κωμικός. Pro Dom. 74. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui non, &c. *id est ex pagis.* Paganus *quoque ille erat, qui militiæ cupiens erat, et illi adscribi volebat. Eo enim intervallo, quo id quærebat*, Paganus; *mox militiam adeptus*, Miles *dicebatur: unde illud Persii:* Ipse semipaganus ad sacra vatum carmen adfero nostrum.

Pagella, æ, τὸ σχεδάριον. 2. Fam. 13. Extrema pagella pupugit me. 2. Fa. 13. Non imitor λακωνισμὸν tuum : altera jam pagella procedit.

Pagina, æ, *altera folii pars*, ἡ σελίς. Orat. 41. Etenim, ut scis, quasi in extrema pagina Phædri his verbis loquens Socrates : Adolescens, &c. 6. Att. 2. Quoniam respondi tuæ paginæ postremæ prima mea, nunc ad primam revertar tuam. 5. 4. Et si meam in eo parsimoniam hujus paginæ contractio significat. 15. 10. Epistolæ prior pagina. 13. 34. Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam volui. 1. Qu. Fr. 2. Cum hanc paginam tenerem, L. Flavius ad me venit. 4. de Fin. 53. Utrum igitur tibi litteram videor, an totas paginas commovere? 16. Fam. 4. Varie sum affectus tuis literis, valde priore pagina conturbatus, paulum altera recreatus. 6. Att. 2. Respondebo primum postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit.

Paginula, æ, τὸ σχεδάριον. 4. Att. 8. Longæ paginulæ in codicillorum fastis futurorum consulum.

Pago, pagis, pepigi, vel pegi, pactum, *paciscor*, συναλλάττομαι, συντίθεμαι. Pro Qu. R. 26. Dic pactionem fecisse, non pepigit. 2. ad Her. 20. Ex pacto jus est, si quid inter se pepigerunt, si quid inter quos convenit. I. P. 37. Obtinuisti provinciam iis finibus, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. 3. Off. 92. Nec ab eo, quicum pepigerat, impetret, ut, &c. 1. de L. 56. Requiri placet terminos, quos Socrates pepigit, iisque parere. 2. ad Her. 20. Rem ubi pagunt, oratione pagunt.

Pagus, gi, *villæ conjunctæ*, ἡ κώμη. Qu. de Pet. 23. Collegium omnium pagorum, vicinitatum, &c.

Pala, æ, *annuli pars plana et latior, in qua vel gemma includitur, vel signum aliquod insculpitur*, τὸ πύελον, et πυέλιον. 3. Off. 38. Is cum palam annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.

Palæmon, onis. *Lege*, Leucothea.

Palæstra, æ, *gymnasium*, ἀγωνιστήριον, παλαίστρα. 2. de Inv. 2. Illi statim hominem duxerunt in palæstram, atque ei pueros ostenderunt multos, magna præditos dignitate. Orat. 14. Palæstra adjuvat histrionem. *Ibid.* 186. Numerus quasi quandam palæstram et extrema lineamenta orationi attulit. *Ibid.* 228. In quo non motus hic habeat palæstram quandam. 1. de Orat. 81. Sed palæstræ magis et olei, quam hujus civilis turbæ atque fori. 2. Att. 4. Palæstra Palatina. 2. Ver. 36. *de palæstra et palæstritis.* 4. ad Her. 59. Non enim, ut in palæstra, qui tædas cadentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille qui tradit : ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit : propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit.

SYNTAXIS. *Numerus quasi palæstram orationi attulit. Motus hic habet palæstram. Hoc habet palæstræ multum, et olei. Ducere in palæstram.*

Palæstrice, *palæstritarum more*, παλαιστρικῶς, et παλαιστικῶς. De Opt. 8. Palæstrice spatiari in Xysto.

Palæstricus, a, um, παλαιστικός, et παλαιστρικός. Ver. 2. 54. Nunquam vos Prætorem tam palæstricum vidistis. 1. Off. 130. Nam palæstrici motus sæpe sunt odiosiores.

Palæstrita, æ, παλαιστής, et παλαιστρίτης. Ver. 2. 36. Faciemus, ut palæstritæ negent ex testamento esse positas *statuas*.

Palam, *manifeste, aperte, in conspectu, in oculis omnium, in ore atque oculis omnium*, ἀμφαδίᾳ, ἀμφαδίην, et ἀμφαδόν.)(*clam.* Ver. 2. 81. Quæ in foro palam Syracusis in ore atque oculis omnium gesta sunt. Pro Cæl. 20. Palam in eum tela jaciuntur, clam subministrantur. Postq. in Sen. 10. Cujus primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes libidines divulgatum. I. P. 23. Cum arma in templum Castoris luce ac palam comportarentur. *Ibid.* 88. Stipendium militibus numeratum est, mensis palam propositis. 5. A. 17. M. Antonius palam secum habuit armatos. Ver. 3. 53. Non per præstigias, sed palam totum oppidum compilavit. 3. Off. 93. Luce palam in foro saltare. Pro Mil. 25.

Palam agere cœpit, aperte dicere, occidendum Milonem. I. P. 11. Mitto enim domestica: hæc commemoro, quæ sunt palam. Pro Flac. 68. Quæsitum et prolatum palam non negas. Postq. in Sen. 17. Nondum palam factum erat, concidisse Rempublicam, cum, &c. Orat. 38. Non ex insidiis, sed aperte ac palam facere aliquid. Act. 1. Ver. 18. Aperte palamque dicere aliquid. 16. Att. Octavius rem gerit palam. 13. 21. Credo enim palam factum esse. Pro Cluent. 23. A. Aurius in foro palam, multis audientibus, et clarissima voce, se nomen Oppianici delaturum esse testatur. 4. Acad. 13. Alterum quidem palam, alterum obscurius. 1. Familiar. 1. Is palam sic egit causam tuam, ut &c. Ver. 5. 64. Palam ante oculos omnium esse.

Syntaxis. *Palam, in ore atque oculis. Luce et palam. Non per præstigias, sed palam. Non ex insidiis, sed aperte et palam facere aliquid.*

Palamedes, *dux Græcus, in bello Trojano indigne proditus.* 2. ad Her. 28. et Top. 76.

Palatinus, a, um, παλατῖνος. 2. Att. 4. Palæstra Palatina. Pro S. R. 18. Ad balneas Palatinas. Pro Dom. 49. Ut etiam Palatinam linguam tuam perderent.

Palatium, tii, *mons Romæ*, τὸ παλάτιον. Pro Dom. 103. In Palatio atque in pulcherrimo urbis loco. 3. de Nat. 63. Jovis Statoris templum a Romulo in Palatii radice est collocatum. Pro S. R. 133. Alter tibi descendit de Palatio et ædibus suis. 1. C. 1. Nihilne te nocturnum præsidium Palatii movet?

Palatus, ti, *pars oris interior, superiorque, in qua sensus est gustatus*, τὸ ὑπερῷον. 2. de Fin. 24. Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. *Ibid.* 29. Voluptas, quæ palato percipitur, quæ auribus, &c. 2. de Nat. 48. Epicurus dum palato quid sit optimum judicat, cœli palatum, ut ait Ennius, non suspexit.

Palea, æ, ἄχυρον. Parad. 3. Auri navem evertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. 4. de Fin. 76. Gubernator æque peccat, si palearum navem evertit, et si auri. *Ibid.* Itaque aurum paleamve portet, ad bene aut male gubernandum nihil interest.

Palilia, *Feriæ* xiii. *Cal. Septembris Romæ urbis natali consecratæ, ut Varro et Ovidius testantur. Lege,* Vinalia.

Palinodia, æ, *contraria cantio, retractatio,* παλινῳδία. 4. Att. 5. Subturpicula mihi videbatur esse palinodia. 7. 7. Mihi autem nulla de eo palinodia detur, &c. 2. 9. Quarum expecta divinam παλινῳδίαν.

Palimpsestus, *charta, seu tabula, in qua cum aliquid scriptum est, deleri abradique commode potest, rursusque scribi:* deletitiam *Ulpianus Jurisconsultus vocat,* παλίμψηστος. 7. Fa. 18. Nam quod in palimpsesto laudo equidem parsimoniam: sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc scribere.

Palla, æ, *vestis genus, præsertim muliebris,* τὸ φᾶρος. 3. A. 16. Qui cum palla et cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat. 4. ad Her. 60. Citharædus optime vestitus, palla inaurata indutus.

Palladium, dii, *Palladis signum.* Pro Mil. 33. Exhibe, quæso, librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt ex mediis armis turbaque nocturna tanquam Palladium sustulisse.

Pallas, dis, Ἀθήνη, ης. In Arat.

Ut nemo, cui sancta manu doctissima Pallas,
Solertem ipsa dedit fabricæ rationibus artem.

3. Fam. 1. Idque me puto non invita Minerva esse facturum: quam quidem ego, si forte de tuis sumpsero, non solum Pallada, sed etiam Appiada nominabo.

Palleo, es, *exalbesco, expallesco,* ὠχριάω. 2. A. 84. Sudat, pallet, quidlibet, modo ne nauseet, faciat, &c. 2. ad Her. 39. Necesse est, quoniam pallet, ægrotasse.

Palliatus, a, um, τριβωνοφόρος. 5. A. 14. Græcus judex modo palliatus, modo togatus. Pro R. P. 25. Is sæpe palliatus fuit, et aliqua habuit non Romani hominis insignia. 3. Qu. Fra. 1. Denique illi palliati topiariam facere videntur.

Palliolum, li, τὸ τριβώνιον. 3. Tusc. 56. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. *Proverbium* Cæcilii.

Pallium, lii, *amiculum. Pallium proprie Græcorum fuit, ut toga Romanorum,* τρίβων, ἱμάτιον. Ver. 4. 54. Verres cum tunica pulla, et pallio. 5. 31. Iste cum pallio purpureo, tunicaque talari. 3. de Orat. 125. Hippias gloriatus est, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se manu sua confecisse. Pro R. P. 27. Consularis homo soccos habuit et pallium. *Ibid.* 26. Aut pallium sumendum Alexandriæ, aut omnes fortunæ abjiciendæ, si togam retinuisset. 2. de Div. 143. Amica corpus ejus texit suo pallio. 3. de Nat. 83. Dionysius aureum Jovi detraxit amiculum grandi pondere, eique laneum injecit pallium.

Pallor, oris, ὠχρότης, ἡ ὠχρίασις, τὸ ὠχρόν. 4. Tusc. 19. Ex quo fit, ut terrorem pallor et tremor, et dentium crepitus consequatur. 4. Acad. 48. Nihil interesset, qui distingueretur tremor ille et pallor. Pro Flac. 10. Magno cum tremore et pallore aliquid dicere.

Palma, æ, *manus pars interior,* παλάμη. 2. de Fin. 17. Zeno Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat. Orat. 113. Cum autem manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. 3. Off. 38. Is cum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. In Arat.

Hanc dextram Cephei dextro pede pellere palmam
Gestit.—

Est item victoria, laus, principatus alicujus rei, ἡ νίκη, τὸ ἆθλον. 3. de Orat. 141. Si quærimus, quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. 2. 227. Miror, te non hujus rei palmam, ut cæterarum, Crasso detulisse. 1. A. 36. Nisi forte Accio tum plaudi, et palmam dari putabatis. De Clar. 173. In quadrigis qui palmam jam primus acceperit. 4. Att. 14. Ne diutius pendeas, palmam tulit. De Senect. 19. Quam palmam utinam dii immortales tibi, Scipio, reservent. Pro S. R. 17. Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. 11. A. 11. Sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis. Pro S. R. 100. Multæ sunt infames palmæ, hæc prima tamen est lemniscata.

Insuper arbor nobilis, quæ contra pondus nititur: hinc victoriæ, fortitudinisque insigne sumtum est. Ver. 5. 86. Palmarum agrestium multitudo in Sicilia. 1. de Leg. 2. Ulysses Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit.

Adjuncta. *Agrestis, infamis, lemniscata, difficilis, urbana, procera, tenera.*

Palmaris, re, *palma victoriaque dignus,* νικητήριος. 6. A. 15. Sed illa statua palmaris, de qua, &c. 1. de Nat. 20. Sed illa palmaris quidem. *scilicet sententia Philosophorum.*

Palpor, aris, *adulor, blandior.* 10. Fam. 33. Palparer plane necesse erat, si vellem, &c. *Alii leg.* palmarer.

Palpebræ, arum, βλέφαρα. 2. de Nat. 142. Palpebræ, quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem. *Ibid.* 143. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. I. P. 43. M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris vigilando necaverunt.

Palpito, as, *palpitare, est moveri et exilire, sed motu frequenti et leni,* ἀσπαρθάζω, ἀσπαρίζω. 2. de Nat. 24. Cum cor animantis evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem.

Paltos, *Syriæ oppidum.* 12. Fam. 13.

Paludatus, a, um, *paludamento ornatus,* χλαμυδωτός. *Lege,* Chlamys. I. P. 31. Consul proficiscens paludatus in provinciam. Pro Sest. 71. Exierunt duo Vulturii paludati. 8. Fam. 10. 13. 6. 15. 17. et 4. Att. 12. Crassum minore dignitate aiunt profectum paludatum.

Palumbes, φάσσα, φάττα, φάττος, ου. 1. Eleg.

Jam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes
Relliquit.—

Palus, li, *lignum in terra infixum, et patibuli genus,* σκόλοψ. Ver. 5. 11. Damnati producuntur, et ad palum alligantur.

Palus, paludis, ἕλος, λίμνη. 5. A. 7. Ille paludes siccare voluit. 2. cont. Rull. 51. Mithridates Mæoti et illis paludibus defenditur. *Ibid.* 70. Postqu. ad Quir. 20. Arenam aliquam aut paludes emere. Incer. Reatinis tantum paludibus ungulas jumentorum indurari.

Pamphylia, *regio in minori Asia.* Ver. 3. 6. 1. de Div. 2. et 8. Fam. 9.

Pamphylii, *populi in Asia.* 1. de Div. 25.

Pamphylius, a, um. 5. Att. 21. Forum Pamphylium.

Pampinus, ni, *folium vitis,* τὸ οἴναρον, et ἡ οἰναρίς. De Senect. 53. Uva vestita pampinis nec modico tepore caret, et nimios solis defendit ardores. 1. Tusc. 69.

Pan, *pastorum deus.* 3. de Nat. 56. Ex Mercurio et Penelopa, Pana natum ferunt.

Panathenaicus, *Isocratis oratio de rebus gestis Atheniensium: sic appellata a ludis Quinquatriis, quæ Panathenæa vocabantur.* Orat. 38. Panathenaico Isocrates ea se consectatum fatetur.

Panchrestus, a, um, *optimus, utilissimus,* πάγχρηστος. Ver. 3. 152. Panchrestum medicamentum.

Pando, dis, *aperio,* ἁπλόω. 5. Tusc. 76. Alia autem divina illa longe lateque se pandant, cœlumque contingant. *id est, bona animi.* 4. 9. Quærebam igitur, utrum panderem vela orationis statim, an, &c. 1. *Ibid.* 119. Quo utinam passis velis pervehi liceat! In Arat.

—*Omnis jam panditur hydra.* et ibid.
Non secum medium pandet Nepa, &c.—

Panegyricus, ci, *laudatio, vel suasio, vel concio in conventu habita,* πανηγυρικός. Orat. 37. Tales suasiones, qualem Isocrates facit Panegyricum.

Πανήγυρις, *conventus.* 1. Att. 11. Erat in eo ipso loco, illo die, nundinarum πανήγυρις.

Pangendo. 2. Att. 14. De pangendo quod me adhortaris, fieri nihil potest.

Pango, is, *compono, condo, scribo,* πηγνύω, et πήγνυμι. 16. Fa. 18. An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat.

Pangor, eris. 2. Att. 6. Itaque ἀνέκδοτα, quæ tibi uni legamus, pangentur.

Πανικὸν, *inanis metus.* 16. 1. De Ventidio πανικὸν puto. 14. 3. Πανικὸν certe: scripsisses enim.

Panis, is, ἄρτος. I. P. 67. Pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola atque de cupa. Pro Cluent. 169. Oppianicum veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane, &c. 5. Tusc. 97. Cum Ptolemæo peragranti Ægyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius.

Paniscus, sci. 3. de Nat. 43. Nymphæ deæ, Panisci et Satyri. 1. de Div. 23. In Chiorum lapidicinis saxo diffisso caput extitisse Panisci. et 2. 48.

Pannosus, a, um, *male vestitus, sordidatus,* ὁ καὶ ἡ ῥακώδης. 4. Att. 3.

Panormitanus. Ver. 2. *sæpe.*

Panormus, *urbs Siciliæ.* Ibid. 63. et 8. Att.

Panthera, ræ, *bestia maculosa, cujus mas pardus appellatur,* πανθήρ. 1. de Nat. 89.

Leones et pantheras esse. 2. 126. Pantheræ in Barbaria, venenata carne capiuntur. 2. Fam. 11. et 8. 4. et 9.

Paphlagonia, *regio*. 1. cont. Rul. 6.

Paphos, *urbs*. 2. A. 39.

Paphii, *populi*. 8. Fam.

Par, paris, *parilis, æqualis, æquus, similis, socius alicujus rei, ἴσος, εἰκός*. 2. de Inv. 68. Par est, quod inter omnes æquale est. Orat. 123. Oratio par et æqualis rebus ipsis. 2. de Natu. 153. Vita beata par et similis deorum. Orat. 217. Iambus par choræi: sed spatio par, non syllabis. Partit. 7. Ex comparatione parium. 2. de Orat. 173. Ex pari sic, &c. Topic. 23. Quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par est. 3. de Leg. 19. Omnia infima summis paria fecit. 1. de Nat. 50. Ut omnia omnibus, paribus paria respondeant. 3. de Orat. 184. Paria esse debent extrema primis. *Ibid.* 204. Aut quæ paribus paria referuntur. 1. Fam. 9. Par pari referre. *proverbium*. 2. de Inv. 5. Si par in nobis atque in illo scientia fuisset. De Clar. 43. Omnia fuisse in Themistocle paria et Coriolano. 1. de Orat. 83. Virtutes ipsas esse inter se æquales et pares. *Ibid.* 236. Constituere duas artes inter se pares, et ejusdem socias dignitatis. De Clar. 215. Quædam sunt mihi paria cum illo, quædam superiora. 2. ad Her. 5. Si non poterit par vitium cum causa reperire, reperiat dispar. Orat. 38. Ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant. De Ami. 71. In amicitia superior, par est inferiori. 1. A. 34. Libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate. 2. de Fin. 13. Verbum Latinum par Græco, et idem valens. 5. Fam. 2. Mutuus animus in amicitia est, cum par voluntas accipitur, et redditur. *Ibid.* 11. In reliquis rebus tuis pari me studio erga te, et eadem voluntate esse cognosces. 13. 4. Pro pari inter nos et mutua benevolentia. 16. Att. 16. Tua voluntas erga me par atque mutua. 4. Acad. 32. Stellarum numerus par, an impar sit, nescitur. 13. Fam. 65. Officia paria et mutua. 6. Att. 1. Habes ad omnia, non, ut postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondimus. 16. 4. Si quid cui debetur, ut sit, unde par pari respondeatur &c. Pro Pl. 27. Aliquis alicui omni virtute et laude par. Parad. 1. Reges sunt omnes pares inter se, præter Superbum. 1. de Orat. 240. Ille cum disserendo par esse non posset, &c. Pro Fon. 26. Esse parem alicui belligerando. *Ibid.* 70. Poeta oratori multis ornandi generibus socius, ac pæne par. 1. Off. 124. Æquo et pari jure cum cæteris vivere. 3. de Nat. 3. Neque enim mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit. Pro Corn. 1. Ingenium minime voluntati par. 1. de Div. 5. Cratippus, quem ego parem summis Peripateticis judico. Pro Planc. 60. Honorum gradus summis hominibus et infimis sunt pares, gloriæ dispares. Pro Lig. 27. Mihi omnia paria cum illo sunt. 3. de Leg. 11. Noxiæ pœna par esto. 8. Att. 18. Nos, disjecta manu, pares adversariis esse non possumus. *Ibid.* 19. Distracti pares adversariis esse non possumus. Pro Pomp. 55. Hi nullo in loco pares jam prædonibus esse poterant. De Senect. 7. Pares cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur. 2. de Orat. 209. Invident autem homines maxime paribus et inferioribus, sed etiam superioribus invidetur sæpe vehementer, &c. 4. ad Her. 53. In æquos et pares fastidiosus. I. P. 8. Qu. Metellus, cujus paucos pares hæc civitas tulit. Postq. in Sen. 16. Tu es ausus in circo Flaminio productus cum illo tuo pari dicere, te semper misericordem fuisse? 16. Att. 13. Duo pares æque inter se. De Ami. 15. Ex omnibus seculis vix tria, aut quatuor nominantur paria amicorum. Pro Dom. 27. Quod enim par amicitiæ fuit unquam in hac civitate conjunctius, quam fuimus inter nos, ego et Pompeius? *Ibid.* 70. Atque hanc rem, par illud simile Piso et Gabinius vidit. I. P. 27. Uter perisset in hujusmodi pari, lucrum fieri putabat. De Opt. 17. Gladiatorum par nobilissimum. 10. A. 22. T. Plancus, cæterique pares id agunt. 11. 2. Ecce tibi geminum in scelere par inusitatum, &c. De Clar. 126. Gracchus si vixisset, eloquentia nescio an habuisset parem neminem. Ver. 2. 47. Scyphorum paria complura.

Adjuncta. *Conjunctissimum, simile, geminum, usitatum, inauditum, ferum, et barbarum, nobilissimum.*

Adverb. *Absolute, perfecte, æque, omnino, nequaquam, plane, prope.*

Par est, *decet, æquum est, καλῶς ἔχει, εἰκός ἐστι*. 2. de Div. 114. Casum prælii omnes timebamus, sed ita, ut constantibus hominibus par est, non aperte. Pro Mur. 15. His rebus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est. 9. Att. 11. Dubito, quid me facere par sit. De Ami. 84. Par est autem, primum ipsum esse bonum, deinde, &c. 11. Fam. 27. Quibus tu, ut par erat, restitisti. Ver. 5. 10. Statim, ut par fuit, comprehensi sunt. Pro Rab. 31. Quod ei præmium dari par fuisset? Orat. 4. Sed par est, omnes omnia experiri. 15. Att. 17. Tu vero quidquid erit, quod me scire par sit statim &c. 2. Off. 82. Sic par est agere cum civibus. 2. de Legib. 12. Ex quo intelligi par est, eos, qui, &c.

Syntaxis. *Par et æquale. Par et simile. Par alicujus. Hoc mihi par tecum est. In iis omnia paria. Inter se paria. Dimensa et paria verba. Par esse alicui. Par et mutua benevolentia. Paria paribus referre, respondere. In disserendo par non sum. Æquo et pari jure vivere. In æquos et pares fastidiosus. Pares æque inter se. Quid facis cum illo tuo pari? Amicorum paria duo. Par amicitiæ conjunctissimum Cæsar et Brutus.*

Parabilis, le, *paratus, facilis inventu et paratu, εὐπόριστος, πόριμος*. 1. de Fin. 45. Ipsa natura divitias, quibus contenta est, et parabiles et terminatas habet. 5. Tusc. 93. Divitias naturæ parabiles.

Paradoxa, *τὰ παράδοξα*. De Fin. 74. Hæc

paradoxa illi, nos admirabilia dicamus. 4. Acad. 136. Illa mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur. Parad. 1. Quæ quia sunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam παράδοξα appellantur.

Paralysis, sis, *resolutio nervorum, ut Cor. Celsus interpretatur*, παράλυσις. 16. Att. 7. Quid est, quod audivi de Bruto? Pyliam πιέζεσθαι παραλύσει, te scripsisse aiebat.

Parasitus, ti, *mensarum assecla*, παράσιτος. De Ami. 98. Assentatio parasitorum in comœdiis faceta videtur. 1. Fam. 9. Dixi, me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suadet militi.

Parate, *adverbium*, κατεσκευασμένως. De Clar. 241. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate. 1. de Orat. 150. Quamobrem in istis ipsis exercitationibus, etsi utile est etiam subito sæpe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere.

Paratus, a, um, *instructus, armatus, promptus, expeditus, præsto*, παρεσκευασμένος .)(. *imparatus*. Div. 41. Quo paratior ad usum forensem promptiorque esse possem. Act. 1. V. 7. Paratus atque instructus ad judicium venit. Pro Quint. 39. Cum paratus meditatusque venisses. Ver. 2. 17. et 4. ad Her. 14. Paratior instructiorque veniret. 3. de Nat. 1. Spero te, ut soles, bene paratum venire. 3. A. 1. Antonius instructus paratusque venit. 1. de Orat. 38. Gracchi omnibus vel naturæ vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati. 2. 118. Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Orat. 20. Alii ad permovendos animos instructi, et parati. Pro Cæc. 15. Paratus ad hoc munus. De Clar. 154. Prompta et parata in respondendo celeritas. 4. Tusc. 51. Fortitudo satis est instructa, armata, parata per sese. De Orat. 2. Ut habeant paratum, quid quaque de re dicant. Qu. de Pet. 16. Iis fac, ut propositum ac paratum auxilium tuum esse videatur. De Clar. 145. Qu. Scævola in jure paratissimus. *Ibid*. 139. Non satis paratus ad cavendum fui. Pro Mil. 25. Homo ad omne facinus paratissimus. De Ami. 98. Cum aliter ad mentiendum paratus est. 2. cont. Rull. 81. Ad vim promptus, ad seditionem paratus, expeditus ad cædem. 2. Off. 53. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt, et tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. *Ibid*. Ad idem semper expectandum paratior. Pro Sest. 36. Consensu bonorum omnium tam parato, tota denique Italia ad omnem contentionem expedita. Pro Qu. 8. Si id, quod parati sunt facere, mihi nocuerit. 5. Fam. 13. Paratus contra fortunam. 6. 10. Paratus ab exercitu. 10. 8. Paratus ab omni re. *et Ibid*. Paratus animo. 7. Att. 6. Cum bene parato pugnare. 9. 4. Domitius paratus ad navigandum. 15. 23. Ego hunc paratum video peditatu et equitatu. 2. de Legib. 66. Sed fuit hic vir et civis, et Reip. maxime, tuendæque civitatis paratissimus. 3. de Natu. Faber materia utitur, quæ sit parata. *Ibid*. Quam *materiam* haberet paratam.

Adverb. *Bene, jampridem, omnino, optime, præclare*.

Syntaxis. *Paratus atque instructus. Paratus et meditatus. Promptus et paratus. Instructus, paratus, armatus. Propositum et paratum auxilium. In jure paratissimus. Ab exercitu paratus, ab omni re, animo paratus. Omnibus naturæ doctrinæque præsidiis ad dicendum paratus. Habere locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos. Paratus ad munus, ad cædem, ad cavendum, ad mentiendum &c. Prompta et parata in respondendo celeritas. Paratus sum facere. Paratus reip. defendendæ*.

Parcæ, arum. 3. de Natur. 44. Parcæ deæ sunt, quas Erebo et Nocte natas ferunt. *Ibid*. Parcæ Hesperides, sorores Ætheris et Diei.

Parce, *restricte, sobrie, continenter*, φειδομένως. 1. Fam. 9. Etenim id feci parce et molliter. 1. Off. 106. Parce, continenter, sobrieque vivere. 2. de Finib. 42. Nec, cur id tam parce tamque restricte faciant, intelligo. 6. Fam. 7. Scripsi de te parce et timide. Pro Mur. 29. Itaque si satis profecissem, parcius de ejus laude dicerem.

Parcendum. 2. de Orat. 237. Parcendum est maxime charitati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. 3. de Orat. 168. Auribus consuetudinique parcendum.

Parcitur. 2. A. 59. Omnes mihi censebant parci oportere.

Parco, is, *ignosco, concedo, remitto, condono, veniam do, tempero, impunitatem do, impunitum fero*, φείδομαι, ὑφίεμαι, συγγινώσκω. Pro Qu. 51. Viri boni malunt commemorare, se, cum perdere possent, pepercisse, quam cum parcere possent, perdidisse. 4. Fam. 12. Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus, qui ei mortem afferret. 2. de Orat. 221. Crassus parcebat adversarii dignitati, in quo ipse servabat suam. Orat. 89. Parcet et amicitiis et dignitatibus. Ver. 4. 120. Itaque Marcellus ædificiis omnibus pepercit. 13. Fam. 8. Te rogo, ut Albinio parcas, et prædia ejus ne attingas. De Ar. 59. et pro Cl. 168. Quis minus unquam pepercit hostium castris, quam hic omnibus corporis sui partibus? Pro Planc. 86. Ego fateor, quod viderim mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse. 16. Fam. 4. Te rogo, sumtui ne parcas ulla in re. 13. 27. Sed tamen non parcam operæ. 11. 27. Quem cum objurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille, &c. Ver. 95. Pater flens unumquemque rogabat, ut filio suo parceret. 8. Att. 1. Nec sum miratus eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Pro Cœl. 42. Parcat juventus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. Pro Rab. 8. Huic nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse.

Obtempero, morem gero. Pro Qu. 40. Parcere auribus alicujus.

Adverb. *Gratis, omnino, parum.*

Parcus, a, um, *parvo contentus, ὁ καὶ ἡ φειδωλός.* 2. de Orat. 287. Cum optimus colonus parcissimus et frugalissimus esset. Pro Cornel. 50. M. Crassus vel nimium parcus in largienda civitate. Orat. 81. In transferendis verbis verecundus et parcus. *Ibid.* Non parcus solum, sed elegans. De Cla. 148. Crassus erat elegantium parcissimus, Scævola parcorum elegantissimus.

Tenax, cupidus, avarus. Pro Cœl. 36. Pater parcus et tenax. 3. de Nat. 73. Postremo a parco patre quod sumas, quanto dissipas libentius.

Pardii, *populi.* Ver. 4. 50.

Parens, tis, *qui paret, ὑπακούων.* Incert. Cui parentem sanctissimæ legi, juste ac legitime necesse est vivere.

Parens, tis, *pater et mater una, et distincte pater, vel mater, γονεύς.* Postq. in Sen. 2. Parentes charissimos habere debemus, quod ab iis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est. Ver. 5. 118. Idque postremum parentes suos liberi orabant. *Ibid.* 107. Veniunt Syracusas parentes propinquique miserorum adolescentium. *Ibid.* 148. Hæc si tibi tuus parens diceret. Pro Sull. 81. Parens tuus, Torquate, &c. Fam. 8. Me sicut alterum parentem et observat et diligit. 1. de Inven. 105. Si ad senes, de patribus aut parentibus cogitent. 2. de Finib. 1. Socrates, qui Philosophiæ parens jure dici potest. 1. de Orat. 9. Philosophia bonarum artium omnium procreatrix quædam et quasi parens. De Univ. 35. Horum operum ego parens effectorque sum. 9. Att. 11. Cum parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam et sanctissimam parentem patriam fame necandam putant. 1. de Leg. 62. Earum rerum parens est educatrixque sapientia.

Adjuncta. *Parentes antiquiores, antiquissimi, sanctissimi, boni, et liberales, cari, carissimi, clarissimi, optime meriti, humiles, inertes, impuri, atque improbi, justi, miseri, miserrimi, optimi, mitissimi, perpetui.*

Parentalia, orum, *justa funebria, καθαρμός, τὰ νομιζόμενα.* 1. A. 13. An me censetis decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur?

Parentatur, *κτερίζεται.* 1. A. 13. Ut cujus sepulchrum usquam extet, ibi parentetur, ei publice supplicetur.

Parento, as, *justa solvo, funus duco, funus induco, ἐναγίζω, κτερίζω.* Pro Flac. 96. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. 13. A. 35. Non Dolabella prius imperatori suo, quam Antonius etiam collegæ parentasset. 2. de Leg. 54. Hostia maxima parentare pietatis esse adjunctum putabat.

Parendum. 1. de Fin. 53. His parendum non est.

Pareo, es, *obedio, obtempero, dicto audiens sum, πείθομαι, πειθαρχέω.* 5. Tusc. 36. Sapiens parebit, et obediet præcepto illi veteri, &c. 1. de N. 19. Obedire et parere voluntati architecti. Orat. 202. Numeri, in quibus quasi necessitati parere cogimur. 2. Off. 40. Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. 7. A. 2. Non ut pareret, et dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret, leges imponeret, &c. 2. Att. 21. Timeo, ne ille dolori atque iracundiæ pareat. 8. 16. Parere consiliis alicujus. Ver. 1. 78. Nisi id libidini tuæ cupiditatique paruerit. De Leg. Agr. Kal. Jan. Mysia et Phrygia item conditioni legique parebunt.

Adverb. *Diligentissime, modeste, occultissime.*

Syntaxis. *Parere et obedire. Parere, et dicto audientem esse. Parere necessitati. Parere dolori et iracundiæ.*

Parianus. 13. Fa. 58. Pariana civitas.

Parricida, æ, *primum qui parentem occidit: deinde lege Pompeia, qui propinquum quemvis. Patriæ etiam oppressor, aut proditor, parricida jure vocatur: quia patria parens uniuscujusque est, ὁ καὶ ἡ πατροκτόνος, πατροφόνος.* Brut. 6. Audivimus eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodirique ut parricidam. Pro Dom. 26. Quid de me quod tulisse te dicis, parricida, fratricida, sororicida? nonne extra ordinem tulisti? 12. Fam. 3. Ut non modo sicarii, sed etiam parricidæ judicemini. Pro S. R. 71. Parricidas insui voluerunt in culleum vivos, atque ita in flumen dejici. 4. C. 29. Parricida civium interfectus. Parad. 3. Parricidam esse, qui patrem necavit. 2. A. 31. Fateor nos plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse: siquidem est atrocius patriæ parentem, quam suum occidere.

Adjunct. *Audacissimus, importunus atque impius, impurissimus, teterrimus.*

Parricidium, dii, *πατροφονία.* Ver. 5. 169. Civem Romanum prope parricidium necari. 2. de Inv. 58. Cum venefici cujusdam nomen esset delatum, et, quia parricidii causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum. Pro Dom. 34. Hoc dico esse parricidium. Pro Clu. 31. Fraternum parricidium. 2. A. 17. Parricidium patriæ. 3. Att. 18. Hic de patris et patrui parricidio cogitavit. 11. 29. Qui nefario se patriæ parricidio obstrinxit.

Adjunct. *Domesticum, familiare, fœdissimum, et teterrimum, forense, manifestum, nefarium.*

Pariendus, a, um, *λυτέος.* 10. Fam. 6. Victoria pax parienda est. 3. de Orat. 217. Expletis jam fere ad pariendum mensibus.

Paries, etis, *maceria, privatus murus, quo domus a domo distinguitur, τὸ τεῖχος.* Top. 22. Paries directus, solidus, vel fornicatus. 4. Famil. 14. Nihil mihi intra meos parietes tutum. Ver. 4. 122. Interiores templi parietes. 2. de Orat. 240. In omnibus parietibus

inscriptas fuisse litteras, tria LLL, duo MM. Pro Mil. 76. Ducere parietem per vestibulum alterius. Parad. 4. Cum parietes disturbabas. I. V. 11. Licet parietes in adolescentia perfoderis. Pro Deiot. 5. Dicere intra domesticos parietes.

ADJUNCT. *Alienus, communis, directus, solidus, vel fornicatus, domesticus, interior, nudus, ac deformatus.*

Parietinæ, arum, *parietum reliquiæ, τειχίων πεπαλαιωμένων.* 1. Epicuri parietinarum nescio quid. 3. Tusc. 53. Aspectæ parietinæ.

Parilia, *dies festus, quo urbs Roma condita est.* 2. Att. 8. 2. de Div. 98. 4. Att. 9.

Parilis, le, *par, similis, ὁ καὶ ἡ πάρισος.* In Arat.

Consimili specie stellas parilique colore.

Pario, is, *gigno, procreo, partum edo, acquiro, τίκτω.* 2. de Orat. 267. Si quintum pareret mater ejus, asinum fuisse parituram. 4. Fam. 5. Ut ea liberos ex sese pareret. 4. Acad. 57. Hi cum ovum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. 1. de Nat. 4. Fruges et reliqua quæ terra pariat. 1. C. 25. Ad hanc te dementiam natura peperit. 5. Tusc. 5. Tu urbes peperisti. 4. ad Her. 7. Parere, proferre, gignere. 2. de Orat. 356. Ars non totum aliquid parit et procreat. Orat. 114. Postea dialectici spinosiora multa pepererunt. De Consulat. suo. Quorum luxuries fortunata censa peperit. 2. Off. 47. Parere laudem.

Parior, eris, *gignor, procreor, τίκτομαι.* 2. Off. 31. Hæ quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine. 4. C. 1. Dummodo meis laboribus populo Romano dignitas salusque pariatur. Pro Cæl. 49. Tum afflicto P. Sulla, Consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est.

Pariter, *simul, similiter, æqualiter, æque, vicissim, ἴσως, ὡσαύτως, ἐξ ἴσου.* 2. Div. 33. Conchyliis omnibus contingit, ut cum luna crescant pariter, pariterque decrescant. 3. de Orat. 10. Ut ille, qui hæc non vidit, et vixisse cum republica pariter, et cum illa simul extinctus esse videatur. 1. Tus. 24. Pariter cum vita sensus amittitur. 2. Off. 45. Tua laus pariter cum republica cecidit. 5. Tus. 96. Animus voluptatem pariter cum corpore percipit. De Sen. 50. Studia doctrinæ, quæ pariter cum ætate crescunt. 1. de Fi. 67. Nam et lætamur amicorum lætitia æque ac nostra, et pariter dolemus angoribus. 2. Off. 30. Sed ea non pariter omnes egemus. Orat. 38. Ut pariter extrema terminentur. 2. contra Rull. 83. Et quem pariter, qui iter faciunt, vestrum esse audiunt. Ver. 5. 172. Siculi mecum pariter moleste ferunt &c. 3. ad Her. 1. Pariter nobiscum. Postq. in Sen. 33. Respublica me secum pariter reportavit. De Am. 56. Ut nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiterque respondeat. Parad. 6. Qui domi tuæ videt pariter accusatorum atque judicum consociatos greges.

SYNTAXIS. *Crescunt pariter, pariterque decrescunt pisces cum luna. Pariter cum vita sensus abit. Pariter æqualiterque amare.*

Parma, *urbs Italiæ.* 14. in Ant. 9. Qua enim in urbe tam immanis Annibal capta, quam in Parma surrepta Antonius?

Parmensis. *Ibid.*

Paro, as, *apparo, comparo, orno, adorno, instituo, instruo, molior, munio, viam munio, σκευάζω.* Orat. 122. In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad audiendum. 1. Fam. 7. Huc te para, hæc cogita. 2. Fa. 4. Est enim tibi gravis adversaria constituta et parata incredibilis quædam expectatio. Pro Cæcinn. 60. Armatos vere appellamus, qui scutis telisque parati ornatique sunt. Ver. 3. 62. Instruere et parare convivium. 12. Att. 20. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. Pro Fl. 71. Argos parare.

ADVERB. *Acerrime, bene, diligenter, melius, publice, repente, turpissime.*

Paro, onis, *navigium piratarum, πάρων.* Incer.

Tunc se fluctigero tradit, mandatque paroni.

Parochus, chi, *publicus curator ministerque, qui peregrinis reipublicæ nomine munera, atque alia necessaria procurabat, πάροχος.* 13. Att. 2. Ariartem omnino Sestius parochus publicus occupavit, quod quidem facile patior, &c. *Legitur etiam* Parochiis, *id est præbitionibus et muneribus publicis.*

Παρονομασία. *Lege* Annominatio.

Pars, tis, *forma, species, εἶδος.* 1. de Inv. 32. et 42. Genus est, quod plures amplectitur partes, ut animal: pars est, quæ subest generi, ut equus. 1. de Orat. 189. Partes sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, subjiciuntur. *Ibid.* 109. Res aliquas verbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. 2. 358. Traducta ex parte ad genus notatio.

Membra, portio, μέρος. 3. de Fin. 35. Omnes hæ sunt genere quatuor, partibus plures. 1. de Nat. 9. Omnes partes philosophiæ, atque omnia membra tum facillime noscuntur, cum totæ quæstiones scribendo explicantur. 2. de Orat. 343. Virtus habet plures partes, quarum, &c. Pro Qu. R. 55. Ut socius in societate habet partem, sic cohæres in hæreditate habet partem. Ver. 5. 84. Quibus illi urbis suæ partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti. 2. de Orat. 366. Quis Antonio permisit, ut partes faceret, et utram vellet, prior ipse sumeret? 12. Att. 32. Is partes fecit in ripa nescio quotenorum jugerum. Pro Cæc. 12. Mulieres in partem vocatæ sunt. Pro Do. 146. Urbis partes celeberrimæ et maximæ, ut forum, curia, &c. Pro Cæcin. 12. Ei partem bonorum majorem legavit. Pro M. Scaur. Redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expe-

tuntur. Hort. Ejus partes, quasi membra quædam, cædendæ.

Regio, locus. 12. Fa. 5. Ab Orientis partibus. *Ibid.* 7. Omnes quæ in istis partibus sunt copiæ. Ver. 1. 154. Quæremus etiam, quid iste in extremis Phrygiæ partibus fecerit. 1. Tusc. 94. Hypanis, qui ab Europæ parte in Pontum influit. Pro Mur. 89. Ibis igitur in exilium, miser; quo? ad Orientisne partes? I. P. 29. Qui in Italia omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxit. 10. Fa. 11. In his partibus. 1. de Leg. in frag. Mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur.

Officium, munus, numero multitudinis. 2. contra Rull. 19. Creationem Pont. Max. populi ad partes dare. 7. Att. 4. et 3. Fam. 10. Pompeius hortabatur, ut partes suas susciperem. 3. 12. Suscipere officia et partes pro dignitate alicujus. 7. Att. 25. Si erit bellum, ut video fore, partes meæ non desiderabuntur. 6. 2. Ac maxime partes istius officii sunt pueri Ciceronis. 3. Fa. 1. De mea benevolentia erga te, etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen videntur etiam aliquæ partes meæ. 3. de Orat. 142. Sed certe hæ partes fuerunt tuæ de illustranda oratione, &c. 2. 26. Sed cur impedimus Antonium? cujus audio esse partes, ut de tota eloquentia disserat. *Ibid.* 15. Sed transactis jam meis partibus ad Antonium audiendum venistis. 10. Att. 8. Judicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra. 1. de Nat. 33. Eique ejus partes tribuit, ut, &c. Pro Font. 11. Næ multo vestræ majores gravioresque partes sunt ad cogitandum, quam ad dicendum meæ. Pro Quin. 8. Qu. Hortensius, qui hoc judicio partes accusatoris obtinet. 5. Fa. 10. Cum te ex fratre meo, ne tum quidem, cum tibi prope necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognossem. 1. Off. 98. Nobis a natura constantiæ, moderationis, temperantiæ partes datæ sunt. 9. Fam. 8. Tibi dedi partes Antiochianas, mihi sumpsi Philonis. Pro Mur. 6. Ego has partes lenitatis et misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi, sed ab republica mihi impositam sustinui. De Arusp. 61. Nisi hanc personam et has partes possem sustinere. 3. Fam. 12. De me autem suscipe paullisper partes meas, et eum te esse finge, qui ego sum. Pro Flac. 65. Quis unquam Græcus comœdiam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset? Pro Dom. 10. An meæ partes in ea causa non præcipuæ fuerunt? Pro R. P. Nulla pars non fuit mea. Pro Corn. 1. Quæ sunt igitur partes meæ? Ver. 1. 65. Munus hoc meum non est: cum meæ partes sunt hospitum recipiendorum, id libenter facio. 7. Att. 4. Suscipere partes suas. 1. de D. 105. Quid de auguribus loquar? tuæ partes sunt, tuum, inquam, auspiciorum patrocinium debet esse. Ver. 4. 9. Cur tuas partes suscipio, cur tuum onus sustineo? 3. Fa. 10. Suscipere officia et partes pro aliquo. In Vat. 35. Eripuisti partes illo tempore charissimas partim a Cæsare, partim a publicanis. 14. Att. 14. Tuas partes esse arbitror, ut pueri animum tenerum his opinionibus imbuas. Pro Rabirio Posth. 4. Dare partes alicui, et mittere in negotium.

Magnam partem. 1. de Divin. 59. Cum magnam partem noctis vigilasses. 9. Fa. 15. Non omnino quidem, sed magnam partem. Pro Font. 11. In rebus judicandis, ad unamquamque rem ponderandam non minimam partem sapientia judicis tenet. Orat. 189. Magnam partem ex iambis nostra constat oratio. Ver. 4. 54. Majorem partem diei sedere alicubi. 8. Fam. 9. Amabo te, impera tibi hoc curæ. Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare. 1. Off. 24. Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut, &c. 4. Tusc. 9. Stoici magnam partem in his partiendis occupati sunt. 16. Att. 6. Remis magnam partem: *id est, navigavi.* Postquam ad Quir. 8. Nam mulieres filiique parvi &c. aut itineribus necessariis, aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. 4. Fa. 3. Etsi abfui magnam partem consulatus tui. Pro S. R. 97. Nullam partem noctis requiescere.

In utramque partem, et alia hujusmodi. 15. Att. 23. Permulta mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt. 1. de Div. 78. Flumina in contrarias partes fluxerunt. 2. de Orat. 215. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iisdem suppeditatur locis. 2. Off. 19. Magna vis est in fortuna in utramque partem, vel ad secundas res, vel adversas. *Ibid.* Hæc sine hominum operibus et studiis neutram in partem effici possunt. Pro Sest. 31. Alter multos plane in omnes partes fefellit. 4. Fa. 10. Cum suspicarer multum interesse rei familiaris tuæ, te quam primum, idque in omnes partes, valere. 5. 10. Meque tibi in omnes partes defendendum putes. 1. Off. 7. Præcepta, quibus in omnes partes usus vitæ confirmari possit. 13. Fa. 1. Hoc tua nullam in partem multum interest. 8. 6. In hanc partem tutum erit tibi gratificari. *id est, in Appium.* 16. Att. 1. Hæc scripsi in eam partem, ne me motum putares. 4. C. 3. Moveor his rebus omnibus, sed in eam partem, ut salvi sint nobiscum omnes. 2. Off. 46. Facillime in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui, &c. 10. Att. 3. Accipere aliquid in optimam partem. 11. Fa. 2. Quæ profecto in optimam partem accipies. 3. 7. Hoc assequere, ut in quam partem rem accipias, minus laborem. 8. 1. Id ego in eam partem accepi, &c. Pro Mur. 64. Quod dixisti, aut non dixisses, aut mitiorem in partem interpretarere. 11. A. 3. Aliquid in

beneficii partem numerare. Ver. 5. 7. Durum hoc fortasse videtur, neque ego ullam in partem disputo. 7. Att. 3. Nunc in alteram partem magis timendi armorum exitus. Pro S. R. 56. In eam partem potius peccant, quæ cautior est. 8. Fa. 11. In hanc partem errare malo, ut faciam, &c. quam, &c. *Ibid.* 8. Aliquando tamen sæpe re dilata in eam partem, ut eum decedere post Calend. Martias placeret, senatusconsultum factum. Ver. 2. 192. An ab hac ejus infamia nequitiæ vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat?

Cœtus, ordo, numerus. Pro Syll. 77. In impiorum partem atque in parricidarum numerum aliquem transferre.

Formulæ pro parte mea, &c. 1. Fa. 9. Quique meus in repub. sit pro mea parte capessenda status. 3. 10. Atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adjuvi. 1. Tus. 94. Omnia ista perinde ut cuique data sunt, pro rata parte, a vita longa aut brevia dicuntur. Ver. 4. 81. In his artibus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit. 15. Fa. 15. Ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset. 12. 13. Ita pro nostra parte celeriter iter nobis expediri posse confido. 11. 27. Ac debeo pro civili parte remp. velle salvam. Pro S. R. 136. Pro illa tenui infirmaque parte nobilitatem defendi.

Ex parte, &c. De Di. 23. In eo Senatu, quem majore ex parte cooptasset. Pro Clu. 67. Hæc enim ille et aliqua ex parte habebat, et majore ex parte habere se simulabat. Pro Dom. 38. Itaque populus Romanus brevi tempore neque Salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos sacerdotes. Pro Muræn. 42. Quæstio peculatus ex altera parte lacrymarum, ex altera catenarum. De Som. 11. Extrema ex altera parte graviter, ex altera acute sonant. *Ibid.* et 15. Cœli verticibus ex utraque parte subnixi. 3. Off. 53. Mundus ex quadam parte mortalis, ex altera autem parte, &c. 2. de Div. 32. Caput jecoris ex omni parte diligentissime considerant. *Ibid.* 33. Semina malorum in contrarias partes se vertunt. De Ar. 11. Vestræ domus multo maxima ex parte sunt liberæ religione. 1. Off. 131. Magna autem ex parte clementi castigatione licet uti. Orat. 114. Rhetorica quasi ex altera parte respondet Dialecticæ. Pro Qu. R. 33. Qui ager neque villam habuit, neque ulla ex parte fuit cultus. Pro Cæc. 38. Si ulla ex parte hæc sententia infirmata fuerit. Pro Q. R. 28. Is servus ex qua parte erat Fannii, non erat H-SLIII. ex qua parte erat Roscii, amplius erat H-SCCCLIII. De Leg. 51. Si quis de hæredibus exegisset pro sua parte, id quod, &c. 3. Qu. Fr. 1. Ex parte gaudeo. 7. Att. 3. Etsi ex parte magna tibi assentior. 5. Fa. 15. Ex omnibus partibus amor tuus mihi se ostendit. 2. 18. 9. 14. et 5. de Finib. 38. Tua laus ex aliqua parte fuerit. 11. Fa. 4. Ex magna parte communi commodo inservieris. Pro Flac. 52. Flaccus bellum Cretense magna ex parte gessit. 1. Tusc. 1. Aut omnino aut magna ex parte liberatus. 5. Tibi nos ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradidimus. 4. Acad. 36. Si magna ex parte quidem ad verum ipsum, aut quam proxime accedunt. *Ibid.* 40. Si ex omni parte ejusdem modi sint. 10. Fa. 5. Ex maxima parte. 5. Tusc. 22. Ex majore parte plerasque res nominari. *Ibid.* 23. Ex majori parte unamquamque rem appellari spectarique dicunt. *Ibid.* 86. Si multo majore et graviore ex parte bona propendent. Orat. 175. Quod ab iis vere quadam ex parte, non totum dicitur.

Primas, secundas, et tertias partes alicui dare, &c. id est, primam laudem, seu primum locum et gradum. Orat. 18. Tribuere primas alicui. 8. A. 13. Pater tuus primas omnium civium P. Nasicæ, qui Tiberium Gracchum interfecit, dare solebat. 3. de Orat. 211. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, huic secundas, huic tertias. Orat. 56. Demosthenes tribuit et primas et secundas actioni. *Ibid.* 28. Pericles, cui primæ sine controversia deferebantur. De Cl. 84. Etsi utrique primas, priores tamen deferunt Lælio. 1. de Nat. 15. Velleius, ad quem tum Epicurei primas deferebant. De Cl. 308. Primas in causis agebat Hortensius. *Ibid.* 327. Hortensius facile primas tenebat. *Ibid.* 183. Ex his illi duo facile primas tulerunt. 3. Qu. Fr. 4. Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi. Div. 48. Ut in actoribus Græcis fieri videmus, sæpe illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat. *Ibid.* 49. Si alienus minus vehemens fuerit, et tibi primas in dicendo partes concesserit.

Genus, causa, res. 1. Off. 140. Studiose plerique, præsertim in hac parte, facta principum imitantur. 8. Att. 3. Quod plura in ea parte verba fecerim. 3. de Fin. 36. Quis non multis partibus malit, &c. 8. Att. 3. In hac parte hæc sunt: vide nunc quæ sunt in altera. 10. Fa. 24. Si Africanæ legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddam.

Promiscua, sed præcipue vis hic est factionis. 8. Fam. 17. Utinam aut non in ista parte Appius, aut non in hac Curio, &c. 9. Att. 6. Cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius autem quidvis domi perpeti. 2. C. 25. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. Ad Brut. ep. prid. invent. 7. Vir bonarum in republica partium. 5. A. 32. Nam nunc quidem partium contentionem esse dictitat. quarum partium? alteri victi sunt, alteri sunt e mediis C. Cæsaris partibus. 10. Fam. 31. Non licet mihi nullius partis esse, quia utrobique inimicos habeo. Pro Quint. 69.

Erat, inquit, illarum partium. quidni? qui, &c. 7. A. 16. Periculum, quod offendit animos majoris partis hominum magis. Pro Corn. 21. Cum magna pars, &c. 2. cont. Rull. 76. Omnibus vobis, aut majori vestrum parti. *Ibid.* 22. Qui majorem partem populi suffragiis privavit. *Ibid.* 18. Ut minor pars populi vocaretur. 16. Att. 6. Si quidem similes majoris partis oratorum futuri sumus. 2. de Orat. 17. Scævolam dicere aiebat, bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. Acad. Utrosque audiet trahentes se ad suas partes. 1. Qu. Fr. 1. 34. Etsi mea pars nemini cedit, fac ut tua ceteros vincat.

Adjuncta. *Absoluta, acris, amplissima, communis, contraria, diversa, et dissimilis, generalis, judicialis, deliberativa, et demonstrativa, lenis, et summissa, magna et ampla, mortifera, necessaria, perfecta, pervagatior, prima, et maxima, quietissima, vaga et libera, et late patens, adversa, æqua, clara, fusca, gelida, nocturna, obscura et expers luminis, ægra, et labans, æqualis, bona, gravis atque magna, laudabilis, luminosa, ætherea, aptissima, excelsa, melior, et pulchrior, nobilissima, amplissimaque, turpis calamitosaque, uberrima, mollis, particeps rationis* .)(. *expers rationis, animalis, sentiens, ignea, opinabilis, antiqua, intenta, et vehemens, cautior, cara, carissima, excelsior, levissima, carior, perfectior, celeberrima, libera, præcipua, certa, debilis, notissima, opportuna, deterrima, intima, dimidia, legitima, optima, virilis, durior, exigua, exigua atque angusta, parva, ægra, et prope deposita, facilis, implicata, prima, extrema, media, venusta, finitima, diversa, aut etiam contraria, varia, firmior, honestior, tutior, furiosa, gravis, gravior, utilis, major, graviorque, inanissima, inchoata, inculta, ac deserta, infestissima, infirma, levis, gravissima, mitior, interior, læva* .)(. *dextra, magna, major, maxima, maritima, minima, ultima, misera, mortalis, nefaria, negotialis, nuda, atque inanis, pestilens, salubris, præceps, princeps, temeraria, tenuissima, perexigua, popularis, rata, sana, et integra, sanctissima, summa, tenuis, infimaque, vera, vitiosa.*

Syntaxis. *Partes generibus subjiciuntur. In partem vocari. In iis partibus magna viri charitas. Pars mea nemini cedit. Videntur etiam aliquæ meæ partes. Personam istam, et has partes sustine, suscipe. Officium et partes suscipere pro aliquo. Partes alicui dare et mittere in negotium. Magnam partem ex iambis constans carmen. Ille magnam partem occupatus. In contrarius partes fluvius fluens. In utramque partem vis fortunæ. In eam moveor partem, ut. Cognosces illum in optimam partem. Id ego in eam partem accepi. In mitiorem partem interpretari. In eam peccant ii partem, ut. Transferre aliquem in partem et numerum sapientum. Pro mea parte. Pro rata parte. Quisque pro sua parte ferat. Pro mea tenui parte. Pro civili parte Remp. serva. Ex quadam parte mortalis, ex altera autem parte non. Multo maxima ex parte. Nulla ex parte cultus ager. Tua laus ex aliqua parte est. Magna parte ad verum accedere. Ex maxima parte sic est. Primæ Cæsari deferendæ, dandæ, tribuendæ. Primas tenere, ferre. Priores partes alicui tribuere, concedere. Esse bonarum partium. Ex mediis Cæsaris partibus.*

Parsimonia, æ, *frugalitas, moderatio sumptuum, diligentia,* φειδωλὴ, φειδὼ, φειδωλία. Par. 6. Magnum vectigal est parsimonia. 4. de Rep. teste Nonio. Optimum autem et in privatis familiis, et in Repub. vectigal dico esse parsimoniam. 5. Tusc. 99. Civitates quædam parsimonia delectantur, ut de Lacedæmoniis paulo ante diximus. et *ibidem de parsimonia victus Persarum.* Ver. 2. 7. Summa parsimonia, summa diligentia. 2. Off. 87. Res familiaris conservatur diligentia et parsimonia, iisdem etiam rebus augetur. Pro Qu. 59. Amicos observantia, rem parsimonia retinere. *Ibid.* 92. Rustica illa atque inculta parsimonia. 5. Att. 4. et Orat. 84. Et si meam in eo parsimoniam hujus paginæ contractio significat. De Prov. 28. Sed decus illud triumphi minuendum nostra parsimonia non putavi.

Adjuncta. *Apta, rustica, atque inculta, summa.*

Parthi, *populi.* 15. Fam. 1. et 9. 24.

Parthicus. 5. Att. 14. Otium Parthicum.

Parthini, *populi.* I. P. 96.

Particeps, cipis, *consors, socius, non expers, compos,* ἔμμορος, κοινωνός .)(. *expers.* 1. de Orat. 172. Quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo. 1. de Div. 60. Ea pars animi, quæ mentis ac rationis est particeps. De Un. 24. Animus rationis compos et particeps. Pro Arch. 24. Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi participes ejusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt. 10. Fam. 12. Feci continuo omnes participes meæ voluntatis. 2. de Inv. 92. Tu particeps factus es in turpissimo fœdere. 11. Fam. 2. Digni sumus, quos habeas tui consilii participes. 5. de Fin. 67. Virtutes ita connexæ sunt, ut omnes omnium participes sint. 9. Att. 12. Hujus belli ego et particeps, et adjutor, et socius esse cogor. 2. de Fin. 38. Nec illa de summo bono ratio aut voluptatis, non dolendive particeps, aut honestatis expers, probabitur. Orat. 21. Utriusque particeps, vel utriusque, si verum quærimus, potius expers. 1. de Div. 34. Quod particeps artis est .)(. *quod arte caret.* Pro Font. 37. Socius ac particeps fortunarum omnium. Br. 16. Beneficiis et honoribus, ut participes, frui quantis vellemus.

Syntaxis. *Animus rationis compos, et particeps. Particeps sceleris, in scelere. Socius, particeps, et adjutor.*

Participandum. 1. de Leg. 33. Sequitur igitur ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, justos natura nos esse factos.

Participo, as, *impartio, communico, par-*

tum capio, μεθέλκω, μετέχω. 2. Tusc. 89. Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem.

Particula, æ, *articulus, appendicula, κομμάτιον, κληρονομία, μόριον.* De Un. 9. Mundi omne animal quasi particula quædam est. 2. de Nat. 37. Homo est quædam particula perfecti. *id est, mundi.* 2. Off. 40. Qui scelere pascuntur, non possunt sine ulla particula justitiæ vivere. Br. 16. Particulam literarum tuarum legi. 2. de Orat. 162. Omnes tenuissimæ particulæ. 1. 179. Cuicunque particulæ cœli officeretur. I. P. 85. Cognoscis ex particula scelerum tuorum genus universum. *id est, totum, vel cætera.*

Adjunct. *Brevior* .)(. *longior, impar* .) (. *æqualis, minima, parva, similis, tenuissima.*

Particulatim, *articulatim, membratim, μερικῶς, διὰ μέρος.* 1. ad. Her. 14. Si summatim, non particulatim narrabimus.

Partiendus, a, um. Pro Sul. 10. Neque ego hoc partiendæ invidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor.

Partim, *qua, ex parte quadam, κατὰ μέρος. τὸ μὲν, τὸ δὲ.* 2. de Orat. 94. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. In Vat. 16. Reliqui sex fuerunt, ex quibus partim tecum plane sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant. 1. Fam. 5. Cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. I. P. 48. Cum partim ejus prædæ libido devorasset, partim nova quædam et inaudita luxuries, partim emptiones, &c. 2. de D. 113. Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, nunquam prudenti cuiquam probata sunt. *Ibid.* 83. Necesse est fateri, partim horum errore susceptum esse, partim superstitione multa fallendo. 8. in A. 32. Cum partim e nobis ita timidi sint, ut, &c. partim ita a repub. aversi, ut, &c. Pro Pomp. 18. Ex cæteris ordinibus homines industrii partim in Asia negotiantur, partim suas, et suorum in ea provincia magnas pecunias collocatas habent. 2. Off. 72. Eorum autem ipsorum partim ejusmodi sunt, ut, &c. partim, &c. *id est, eorum aliqua, &c.* 1. de Orat. 141. Causarum, quæ, &c. partim in judiciis versantur, partim in deliberationibus. *id est, quædam, et quædam.* 1. de Nat. 104. Bestiarum terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles. 1. de Div. 93. Multa insusitata, partim ex cœlo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum conceptu et satu. De Amic. 45. Sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne, &c. alios autem dicere aiunt, &c. 2. de Div. 23. Cæsar a nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis trucidatus est, &c. 8. Att. 13. Domitius suas XII. cohorteis tribus in oppidis distributas habet: nam partim Albæ, partim Sulmone collocavit. 1. Qu. Fr. 3. Amici partim deseruerunt me, partim etiam prodiderunt.

Syntaxis. *Illorum partim fuerunt illustres, partim, &c. Partim prædæ vorat libido, partim, &c. Bestiarum aliæ terrenæ, partim aquatiles. Partim, alia, quædam.*

Partior, iris, *divido, partio, partitionem facio, communico, μερίζω, διανέμω.* De Univ. 19. Idque ipsum in ea, quæ decuit, membra partitus est. Ver. 1. 113. Patres bona sua cum filiis partiuntur. De Cl. 190. Hortensius cum Cicerone causas partiebatur. 2. de Orat. 366. Antonius ita partitus est tecum, ut, &c. Pro Dom. 23. Tamen ærarium cum eo partitus est. Ver. 4. 37. Cum bona pupillis erepta cum illo partitus es. 1. de Fin. 22. Epicurus nihil de dividendo ac partiendo docet. Orat. 117. Is genus universum in species certas, ut nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur ac dividet. De Clar. 144. Actio partienda est in gestum atque vocem. 14. in A. 15. Partiuntur inter se, qui Capitolium, qui urbis portas occuparent.

Patiendi vi. Orat. 188. Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria.

Adverb. *Æqualiter, breviter, commode.*

Syntaxis. *Bona sua partiri cum sociis. Dividere et partiri. Partiri inter se, qui &c.*

Partite, *distribute, διατεταγμένως.* Orat. 99. Partite, definite, distincte dicere.

Partitio, onis, *divisio, μερισμὸς, διαίρεσις.* 1. de Orat. 22. Græcos partitionem quandam artium fecisse video. De Claris Orat. 302. Partitiones, quibus de rebus dicturus sis. Pro Sul. 13. Atque inter nos partitio non est temere facta. 2. de Orat. 248. Hæc sit prima partitio, quod facete dicatur, id alias in re habere, alias in verbo facetias. 1. de Fin. 45. Partitio, qua usus est Epicurus, qui posuit unum genus cupiditatum, &c. alterum, &c. tertium, &c. Pro Cæc. 13. Cum præsertim pecunia ex partitione deberetur. 1. A. 13. Urbis Italiæque partitio. Pro Sest. 54. Partitio ærarii. 2. Off. 40. Propter æquabilem prædæ partitionem, &c. 2. de Leg. 53. Partitionis caput scriptum caute. *De Partitione vide multa præclara Top.* 28. *et* 29. 30. *et* 1. *de Inv.* 31. 32. 33.

Adjuncta. *Æquabilis, commodior, generalis, utilis, iniqua, oratoria, utilior, et aptior.*

Partitus, a, um, *μερισάμενος, μερισθεὶς, διαιρήσας, διῃρημένος.* 3. de Orat. 117. Sed paullo secus a me, atque ab illo partita sunt.

Parturio, is, *in pariendo laboro, enitor, conor, ὠδίνω.* Pro Mur. 84. Dii faciant, ut hoc, quod conceptum respub. periculum parturit, consilio discutiam et comprimam. 2. A. 119. Utinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jamdiu parturit. De Am. 54. Securitate frui non potest animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.

Partus, a, um, *collectus, comparatus, κεκτημένος.* 2. con. Rul. 16. Libertas plurimo sudore et sanguine majorum nostrorum parta, nobisque tradita. Pro Sull. 77. Existimatio parta. 1. de Orat. 202. Ut ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur. Pro Qu.

74. Honeste partis bonis privari. De Pro. 28. Præda parta. 2. A. 66. Male parta male dilabuntur. 2. de Orat. 209. Aliqua non esse virtute parta, sed vitiis et peccatis. *Ibid.* Aliqua magno labore, magnis periculis esse parta. Br. 15. Magna pestis erat depulsa per vos, vobis vero parta divina gloria. Pro Sull. 49. Consulatus vobis pariebatur, sicuti partus. 1. de Fin. 51. Præda improbe parta. Frag. ep. Majora cura tuenda esse quæ parta sunt. Oecon. 1. Partis opibus.

ADVERB. *Bene, honeste, improbe, improbissime.*

Partus, us, *pariendi actus, ἀπότεξις, κύησις.* 3. de N. 47. Natio dea, quæ partus matronarum tuetur, a nascentibus nominata. 2. 69. Diana adhibetur ad partus, quod ii maturescunt aut septem aut novem lunæ cursibus. *Ibid.* 119. Luna a Sole illuminata graviditates et partus affert. *Ibid.* 127. Cervæ paullo ante partum perpurgant se quadam herbula. 2. de Div. 49. Conceptio mulæ contra naturam fortasse, sed partus prope necessarius. 1. de Div. 35. Irridetur partus hic mulæ. *Ibid.* Partus malorum. Pro Cluent. 31. Cum mulier esset gravida, et jam appropinquare partus videretur. 6. Fam. 18. Me Romæ tenuit Tulliæ partus. 2. de Div. 49. Quæ natura partum animantis faciat.

Fœtus. 2. de Orat. 168. Feræ partus suos diligunt. 1. de Fin. 12. An partus ancillæ in fructu sit habendus. 2. Tusc. 20. Quantum una vecors Oenei partu edita. *Poetæ.*

ADJUNCT. *Bonus, melior, longus, brevis, postremus, incredibilis, necessarius, recens, vetus.*

SYNTAXIS. *Ad partus adhibere aliquem. Graviditates et partus. Suos partus feræ diligunt. Partum habere in fructu. Partu editus.*

Parviduco, is, *parvipendo, παρὰ μικρὸν ἡγέομαι, ὀλιγωρέω.* Pro Arc. 14. Pericula mortis parvi esse ducenda. 2. de Fin. 24. Sed quia parvi id duceret.

Parvifacio. *Lege,* Facio, *et* Minimi *facio.*

Parvipendo, is, *parviduco, ἀθερίζω.* 15. Att. 3. Sed si ista parvipendimus, certe et majora contemnimus.

Parvitas, tatis, *σμικρότης.* De Un. 41. Quæ cerni non possent propter parvitatem.

Parum, *paullum, modicum, paullulum, leviter, ad exiguum tempus, μικρὸν, ὀλίγον, βραχύ.* Pro Sest. 32. Parumne est, Piso, ut omittam Gabinium, quod tantum homines fefellisti? ut negligeres autoritatem Senatus? Remp. proderes? &c. 1. Tusc. 109. Nemo parum diu vixit, qui, &c. 10. Att. 11. Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas. *Ibid.* 13. Sunt ea quidem parum firma. 1. de Invent. 88. Cum parum memineris, quod concesseris. 3. de Nat. 3. Quæram ex te ea, quæ parum accepi. De Sen. 74. Ad exiguum tempus durat.

Parumper, *paullisper, aliquantum, ad breve tempus, ad punctum temporis, paullum, ὀλίγον, ἔστιν μικρὸν, ὅσον διὰ μικροῦ.* 1. de Div. 47. Discedo parumper a somniis, ad quæ mox revertar. De Cl. 322. Digredi parumper a causa. 9. Att. 3. Abduco parumper animum a molestiis. 3. de Orat. 141. Parumper ipse conticuit.

Parvulus, a, um, *pusillus, πάνυ βραχύς.* 2. de Inv. 10. Dum parvulum hoc consequimur. *Ibid.* 25. Et impulsionem parvulam quandam fuisse dicet. 4. Acad. 83. Videre, quæso, quam in parvulis sitis.

Parvus, *pusillus, exiguus, modicus, brevis, angustus, tenuis, minutus, modica magnitudine, μικρός.* 3. contra Rul. 2. Parvam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo. *Ibid.* 84. Parva pars. De Som. 14. Ipsa vero terra ita parva mihi visa est, ut, &c. Pro Pom. 55. Insula Delos parva. 2. de Orat. 84. Parva aut mediocris res. 3. Qu. Fr. 8. Non enim commoda quædam sequebamur parva ac mediocria. Pro Clu. 94. Hæc apud Junium parva atque infirma sunt. 1. de Leg. 8. Sed est quædam inter nos parva dissensio. *Ibid.* 17. In parvum quendam et angustum locum concludi. Pro Cæc. 26. Beneficium non parvum. Ver. 4. 134. Vendere aliquid parvo pretio. 1. Att. 3. Ea abs te diligenter parvoque curata sunt. 2. de Leg. 9. A parvis enim didicimus, &c. 1. Off. 67. Ea, quæ eximia plerisque et præclara videntur, parva ducere, et contemnere. Hortens. Malo vel unum parvum de Off. libellum, &c.

Pasco, is, *βόσκομαι* et *βόσκω.* 6. Att. 1. Olusculis nos soles pascere. 2. Off. 14. Sine hominum opera aut pascere equos, aut domare non possumus. Pro Cæc. 59. Qui colendi aut pascendi causa esse in agro consueverant. 1. de Div. 31. Qui cum propter paupertatem sues puer pasceret, &c. Pro Mil. 3. Quos P. Clodii furor rapinis et incendiis pavit. Ver. 5. 64. Cum ejus cruciatu pascere oculos, animumque exaturare vellent. 2. Off. 78. Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis; a quo cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret? respondit, Bene pascere. Quid secundum? Bene vestire. quid tertium? Satis bene vestire. quid quartum? Arare. 11. in A. 8. At in ejus corpore lacerando cum animum satiare non posset, oculos pavit suos.

Pascor, eris, *σιτέομαι, ἐπινέμομαι, νέμομαι.* 2. Off. 40. Qui maleficio et scelere pascuntur. 4. Att. 9. Ego hic pascor bibliotheca Fausti. I. P. 45. Hisce ego rebus pascor, his delector, his perfruor, quod Senatus, &c. 2. de Nat. 8. Cum cavea liberati pulli non pascerentur, &c. 1. de Div. 27. Necesse est, offa objecta, cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur. Pro Clu. 67. Bestiæ, fame dominante, plerunque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sunt, revertuntur. Chorogr. Ut sues, quasi capræ ex ramis, glande pascantur.

SYNTAXIS. *Maleficio et scelere pasci. Pasci, delectari, perfrui pacis fructu. Pascere oculos alicujus cruciatu. Bene pascere.*

Pascua, orum, *βουβότια, ἐπινομία.* 1. cont.

Rull. 3. Utrum tandem hanc sylvam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis invenisti?

Pasiphae. 3. de N. 48. Circe et Pasiphae e Perseide Oceani filia natæ, patre Sole.

Pasithea, æ. 1. de D. 96. In Pasitheæ fano.

Passer, ris, στρουθός. *Ibid.* 72. Calchas apud Homerum ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est. 2. de Fin. 75. et 2. de Div. 65. et 64.

Passerculus, li, τὸ στρουθίον. 2. de Div. 65. De passerculis conjecturam facere.

Passim, *disperse, ubique, undique, sine ordine*, πανδημεὶ, πανταχοῖ. Pro Mur. 73. Ad prandium vocare vulgo, passim. quid est vulgo? universos. 11. Fa. 13. Ille enim it passim, ego ordinatim. Pro Sull. 42. Illas fabulas describi ab omnibus statim librariis, dividi passim, et pervulgari, atque edi populo imperavi. Pro S. R. 135. Passim per forum volitare. 1. de Orat. 191. Passim carpere et colligere undique. 2. de D. 80. Aves huc et illuc passim vagantes. 2. de Orat. 23. Aves passim ac libere volitare.

Syntaxis. *Passim vulgo ad prandium vocare. Quid est vulgo? universos. Non ordinatim, sed passim. Passim et libere volitare, vagari.*

Passus, a, um, *apertus*, πεπαθώς. 2. de Nat. 111. Minorem septentrionem Cepheus passis palmis subsequitur. 1. Tusc. 119. Quo etiam velis passis pervehi liceat.

Passus, us, *gradus*, τὸ βῆμα. Pro Sest. 29. Edixitque, ut ab urbe abesset mille passus. 16. Att. 7. Erat enim Brutus citra Veliam millia passuum tria. Pro Quin. 79. Triduo septingenta millia passuum ambulare. 3. Qu. Fr. 1. Sese mensum pedibus aiebat passuum CCCCM. 1. de Leg. 54. Qui me deduxit in Academiam perpauculis passibus. 7. in A. 26. Ne propius urbem millia passuum ducenta exercitum admoverit. Pro Mar. 5. Disjunctissimas terras passibus peragrare.

Pastio, onis, *pabulum, pastus*, ἡ νομὴ, ῆς. Pro Pomp. 14. Asia fertilis est magnitudine pastionis.

Pastor, oris, ὁ ποιμήν. Pro Fl. 36. O pastores, nescio quos, cupidos literarum! &c. Con. C. Anton. Pastores retinet.

Pastoralis, le, *pastoritius*, βοτηρικός, βουκολικός. 1. de D. 107. Atque ille Romuli auguratus pastoralis, non urbanus fuit.

Pastoritius, a, um, *pastoralis*, ποιμαντικός. 1. Att. 13. Pastoritia fistula. Pro Cæl. 26. Fera quædam sodalitas et plane pastoritia, atque agrestis germanorum lupercorum.

Pastus, a, um, νεμηθείς. Pro Cluen. 72. Hic ille planus improbissimus, quæstu judiciario pastus contrahit frontem. 8. Fa. 15. Nunc tibi nostri milites malis orbiculatis esse pasti videntur.

Pastus, us, *pastio, cibus, locus pascuus*, ὁ νομός. 2. de Nat. 99. Volucrum lapsus, pecudum pastus, vita sylvestrium. 121. Pastum animantibus large et copiose natura comparavit. *Ibid.* Partes corporis ad pastum capessendum conficiendumque. 2. de Fin. 110. Terra fundit ex sese pastus varios bestiis. *Ibid.* 39. Pecudes ad pastum procreatæ. 1. de D. 94. Cilices pastu pecudum maxime utuntur. 2. de N. 126. Bestiæ in pastu circumspectant. 5. Tusc. 66. Oblectatio industriæ, qui est unus suavissimus pastus animorum. 11. in A. 3. Qui popularetur agros, non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ. 1. Off. 11. Omne genus animantium omnia, quæ sint ad vivendum necessaria, inquirunt, parant, ut pastum, ut latibula.

Adjunc. *Aptus, diversus, immoderatus, novus, vetus, præsens, suavissimus, varius et abundans.*

Syntaxis. *Pecudum pastus. Pastum capessere et conficere. Uti pecudum pastu. Animorum pastus. Ad mendicitatis suæ pastum laborare. Pastum alicui comparare.*

Patarani, *a Patara Lyciæ oppido.*

Patavini, *populi.* 12. in A. 10.

Patavinus, a, um. 12. Att. 30.

Patefaciendus, a, um. Pro Flac. 5. Qui ea proferenda patefaciendaque curavit.

Patefacio, is, *in lucem profero, divulgo, aperio*, φανερόω, ἐκδηλόω. 1. de Orat. 98. Nunc uterque vestrum patefecit earum rerum aditum, quas quærimus. *Ibid.* 204. Hæc quæ patefecit oratione sua Crassus. De Ar. 24. Hæc nobis et scelerum indicia ostendit, et periculorum signa patefecit. Pro Mil. 104. Indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli. Top. 75. Patefacere aliquid, in judiciumque proferre. 4. Acad. 44. Patefacere aliquid obscurum. 7. Fam. 1. Ex quo tibi patefecisti Sejanum. 13. 78. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, et munio. 4. C. 21. Patefacere nobis provincias, quo exire possumus. 11. Att. 13. Patefacere odium suum in aliquem. 6. Fam. 10. Itaque Theudæ liberto tuo totum me patefeci. De Am. 97. Patefacere et illustrare veritatem.

Syntaxis. *Indagare, patefacere, proferre. Patefacere et illustrare obscura. Totum se alicui patefacere. Patefacere aditum rerum. Patefacere aliquid oratione. Patefacere signa, indicia, aditum ad cognitionem, suum odium in aliquem. Patefacere in judiciumque proferre.*

Patefactio, onis, *evolutio, explicatio*, ἀνακάλυψις, ἀποκάλυψις. 2. de Fin. 5. Definitio est patefactio quasi rerum opertarum, cum quid quidque sit, aperitur.

Patefactus, a, um, *illustratus, divulgatus, apertus*, πεφασμένος, δεδηλωμένος. 1. Div. 86. Neque ante philosophiam patefactam hac de re quisquam dubitavit. 1. de Orat. 204. Ab hoc aditu januaque patefacta. 5. Tusc. 65. Aditus patefactus. 3. C. 15. Lentulus patefactus est indiciis et confessionibus suis. Pro Pomp. 21. Patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Rom. ex omni aditu clausus esset. Pro Sul. 4. Quare ista conjuratio si patefacta per me est,

tam patet Hortensio, quam mihi. 1. Fam. 9. Quibus patefactis, &c. Pro Pomp. 30. Per Galliam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est. 1. de Orat. 177. Obscurum sane et ignotum patefactum est in judicio atque illustratum a Patrono.

SYNTAXIS. *Patefactus indiciis et confessionibus suis Cethegus. Aditu januaque patefacta. Patefactum nostris legionibus mare, iter in Hispaniam. Patefacta per aliquem conjuratio.*

Patella, æ, *vas picatum, vel fictile, sacrificiis faciendis aptum*, λεκάνη. Ver. 4. 46. Patella grandis cum sigillis simulachrisque deorum. 2. de Fin. 22. Reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edant de patella, deinde, &c.

Patens, tis, *apertus*, ἀναπεπταμένος, et ἀνεῳγώς. Ⅹ *clausus*. 1. de Div. 2. Cœlum ex omni parte patens atque apertum intueri. Pro Qu. 93. Habere domum clausam pudori, patentem atque adeo expositam cupiditatibus.

ADVERB. *Longe, et late, late, latissime.*

Patentius, *adver. apertius*, φανερῶς, ἀνακεκαλυμμένως. 2. de Inv. *Lege*, Abscondite.

Pateo, es, *apertus sum*, διακεκλήσομαι. 2. A. 112. Cur valvæ Concordiæ non patent? Pro S. R. 145. Mea domus tibi patet, mihi clausa est. De Cla. 32. Domus Isocratis cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit. 3. Si cujus aures ad hanc disputationem patent. De Cl. 16. Aditus, qui nobis patuit, obstructus est. 10. Att. 15. Si nobis is cursus, quem speraram, pateret. Pro Muræn. 28. Quod omnibus patet, et æque promptum est mihi, et adversario meo. 2. de D. 4. Ut nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. 1. de Orat. 23. Cum illa pateant, in promptuque sint omnibus. Pro Qu. R. 5. Non habere se hoc nomen in codice fatetur, sed in adversariis patere contendit. 1. Off. 73. In philosophorum vita minus multa patent, quæ fortuna feriat. 1. Qu. Fr. 1. 20. Facillimos esse aditus ad te, patere aures tuas querelis omnium. 2. in A. 93. Septies millies sestertium, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat. De Consol. Nec omnibus eundem cursum in cœlum patere. Jocul. lib.

Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

Concedor, non negor, facilis sum. De Ar. 52. Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum? 6. Fa. 10. Ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebatio. Pro Corn. 24. Iis præmiis exclusos esse socios, quæ pateant stipendiariis. De Am. 85. Qui existimavit, peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. 4. Att. 13. Velim demum ad tuos scribas, ut mihi libri tui pateant.

Vim habeo magnam, amplam naturam. 1. de Orat. 235. Hæc enim ars et late patet, et ad multos pertinet. 1. Off. 92. Hoc latissime patet ad plurimosque pertinet. Ibid. 24. In quo vitio latissime patet avaritia. 1. de Inv. 86. Hoc majorem quandam vim habet, et latius patet, quam hic explicetur. 3. Fam. 6. Late enim patet hoc vitium, et est in multis. Orat. 72. Locus longe lateque patens. 2. Off. 66. Cujus beneficia late patent. 15. Fa. 4. Cappadocia, quæ patet a Syria. 1. de D. 93. Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes. 1. Off. 51. Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas hæc est.

ADVERB. *Fideliter, late, longe, lateque, maxime.*

Patet, bat, *constat*, φαίνεται. Pro Mil. 15. Quid porro quærendum est, factumne sit? At constat. a quo? at patet. 1. Tusc. 54. Cum pateat igitur, æternum id esse, &c. 12. A. 5. Discussa est caligo, diluxit, patet, videmus omnia.

Pater, tris, *parens, generator, genitor, procreator, sator, educator, altor*, πατήρ. Pro Rab. 27. Quem vere patrem patriæ, parentem, inquam, reipub. possumus dicere. 1. de Inv. 105. Si ad senes, de patribus, aut parentibus cogitent. 3. A. 15. Pater naturalis. Pro Dom. 77. Pater vitæ necisque potestatem habebat in filios. 2. de Orat. 257. Quibus nec pater, nec mater sit. De Am. 6. Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem. Pro Mur. 75. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros Quint. Tubero. 1. de Orat. 183. Quid, quod usu, memoria patrum venit, ut, &c. 3. Off. 47. Ut Petronius apud patres nostros, Papius nuper. Ver. 1. 93. Patres majoresque nostri. Orat. 18. Patrum nostrorum ætas. Pro Cæl. 18. *sæpius.*

ADJUNCTA. *Ærumnosus, fortissimus, miser, amens, certus, amicissimus, beatior, bonus, clarissimus, conscriptus, innocentissimus, consularis, felix, importunus, et crudelis, doctus, ferreus, lenis, et clemens, parcus, ac tenax, parum splendidus, negligens, et dissolutus, facilis, et liberalis, imberbis, ferus, et arrogans, et infestus, mendax, avarus, amans, imprimis honestus, naturalis, honestissimis, humanissimus, et carissimus, humilis, improbus, nobilissimus, optimus, paratus, sanctissimus, atque optimus, sapiens, severus, turpissimus, fidelissimus, verus certusque.*

Paterfamilias, οἰκοδεσπότης. *Lege*, Familias.

SYNTAXIS. *Quæsitum est apud patres nostros. Patres et majores nostri. Apud patres nostros vir clarus, patrum nostrorum memoria.*

Patera, ræ, *poculi genus latum ac patens*, ἄλεισον, κρατήρ. 3. de N. 84. Pateræ coronæque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur. 1. de D. 46. Mercurius e patera sanguinem visus est fundere. De Cl. 43. Excipere sanguinem patera. *Lege*, Filicatus.

Paternus, a, um, *patrius*, πατρῷος. Pro Cæl. 34. Bona paterna. 16. Att. 16. Paterna ne-

cessitudo. Pro Dom. 147. Satis amplum patrimonium paterni nominis. 1. de Orat. 175. Egissetque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. *Ibid.* Possetne paternorum bonorum exhæres esse filius. *Lege,* Maternus. Pro M. Tull. Fundus paternus. Pro M. Scau. Paternus inimicus. 1. de Orat. 244. Paterni juris defensor. 13. Phil. 34. Nam paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrabit.

Paterpatratus, *qui ad jusjurandum patrandum, id est, sanciendum in fœderibus mittebatur.* 1. de Orat. 181. Cum propter invidiam Numantini fœderis paterpatratus ex senatusconsulto C. Mancinum Numantinis dedidisset. Pro Cæc. 98.

Patesco, is, ἀνακαλύπτομαι, ἀνέῳγμαι. 14. in A. 15. Quæ res patescit P. C. sed suo tempore totius hujus sceleris fons aperietur. *Alii aliter.*

Πάθη, vel πάθος. *Lege,* Motus, *et* Perturbatio, *et* Morbus.

Patheticus, a, um. Orat. 128. Alterum, quod Græci παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi, et concitantur.

Patibilis, le, παθητικός. 3. de Nat. 29. Omne animal patibilem naturam habet.

Tolerabilis. 4. Tusc. 50. Negligenda mors est, patibiles et labores, et dolores putandi.

Patibulum, li, *crux,* ὁ σταυρός. Ver. 4. 90. Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit.

Patiendus, a, um. 10. Att. 33. Sed ea omnia mihi sunt patienda. Pro Font. 23. Quod in turpi reo patiendum non esset. 2. Tusc. 18. Res ad patiendum tolerandumque difficilis. 4. de Fin. 23. De dolore patiendo. 4. Tusc. 63. Quod non natura humana patiendo ferat.

Syntaxis. *Animal natura patibili. Dolor patibilis. Res ad patiendum, tolerandumque difficilis. De patiendo dolore.*

Patiens, tis, ταλάφρων, πάσχων. De Arusp. 10. Non modo patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. 2. de Orat. 305. In quo nimium patiens et lentus existimor. *Ibid.* 279. Vir patiens et lentus. Pro Ligar. 24. Nec offendam tuas patientissimas aures. 1. Qu. Fr. 1. 32. Meæ literæ te patientiorem, lenioremque fecerunt. 1. Off. 109. Quo in genere versutissimum et patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus. Pro Cæl. 13. Quis in laboribus patientior? *Lege,* Patior. De Cla. 263. Præcepta quæ habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes vias.

Syntaxis. *Et patienti, et libenti animo facere, ferre. Vir patiens et lentus. Aures patientissimæ. Facere aliquem patientem ac lenem. In labore patiens.*

Patienter, *toleranter, placide, sedate, moderate, tranquille, patienti animo, lente, leviter, tolerabiliter, non repugnanter,* συγγνωμόνως. De Am. 93. Et monere et moneri proprium est amicitiæ, et alterum libere facere, non aspere: alterum patienter accipere, non repugnanter. 1. Fam. 8. Patienter ferre potentiam alicujus. 2. Tusc. 58. Patienter, placide, sedate ferre dolorem.

Patientia, æ, *tolerantia,* ἀνεξικακία, πάθη. 2. de Inv. 163. Patientia est, honestatis aut utilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Part. 81. Patientiam duritia immanis imitatur. 2. cont. Rull. 63. Homo patientia paupertatis ornatus. 1. C. 26. Habes, ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis et frigoris atque inopiæ rerum omnium. Pro Dom. 146. Externorum bonorum et in utendo rationem, et in carendo patientiam semper expetendam putavi. I. P. 5. Ergo Antonium collegam patientia atque obsequio meo mitigavi. Pro Mil. 77. Sed nescio quomodo usu obduruerat, et percalluerat civitatis incredibilis patientia. 10, A. 9. Brutus usus est incredibili patientia. Ver. 5. 34. Obduruisse in patientia ejusmodi turpitudinis. 2. cont. Rull. 19. Tentare patientiam alicujus. 1. Off. 122. Adolescentia a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore patientiaque et animi et corporis.

Adjuncta. *Incredibilis, mira, ac singularis, præclara.*

Syntaxis. *Patienter accipere, non repugnanter. Patienter, placide, sedate ferre dolorem. Homo patientia ornatus. Ostentare patientiam alicujus rei. Obsequio et patientia mitigare aliquem. Percalluit incredibilis ejus patientia. Uti patientia. Obdurescere in patientia alicujus rei. Exercere adolescentiam in labore patientiaque animi et corporis.*

Patior, eris, *fero, perfero, suffero, tolero, perpetior, sustineo, subeo, sino, quiesco,* πάσχω. 2. C. 20. Ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ videntur. Ver. 5. 125. Patimur enim jam multos annos et silemus. 1. C. 19. Non feram, non patiar, non sinam. 9. Att. 18. Asperius quam tui patiantur mores, de Dionysio scripsisti. Pro Clu. 83. Cluentius Stalenum abesse patiebatur. Ver. 3. 36. Et imbri frumentum corrumpi in area patiebatur. *Lege,* Sino. 1. Off. 113. Multa passus est Ulysses in illo diuturno errore. 3. de Fin. 24. Etiamsi dolores tolerabilius patiantur. 2. Tus. 43. Pati dolorem toleranter. 2. de D. 4. Ut nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis litteris illustratus pateret. 8. Attic. 9. Aut si per Trib. Pl. non patiatur, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum. Pro Qu. 87. Neque eum, si tribunos appellarit, idcirco minus judicio pati paratum fuisse. 16. Att. 17. Non modo facile patior, sed etiam gaudeo. 5. Fam. 7. Quibus officiis si quando non mutue respondetur, apud me plus officii residere facillime patior. 13. Att. 23. Facile patiebar, nos potius Romæ una esse, quam alibi. Pro Planc. 62. Populus Rom. deligit magistratus: in quibus si qua præterea est ars, facile patitur: sin mi-

nus, virtute eorum et innocentia contentus est. 13. Att. 20. Torquato nostro officia grata esse facile patior, eaque augere non desinam. Ver. 3. 5. Patior non moleste eam vitam, &c. 5. 31. Indigne pati. 12. Fa. 18. Pati aliquid periniquo animo. 15. Att. 2. Consilium meum a te probari facile patior. 1. Off. 28. Ut eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur. 6. A. 19. Aliæ nationes servitutem pati possunt, &c. 12. P. 9. Gallia æquo animo belli patitur injuriam. De Uni. 16. Mundus per se, et a se et patitur, et facit omnia. Pro Lig. 3. Is nullo se implicari negotio passus est. 2. de Orat. 3. Quantum illius ineuntis ætatis meæ patiebatur pudor. In L. Pison. Neque hæc mea natura fert, nec municipii dignitas patitur.

ADVERB. *Ægre, ægerrime, demisse, difficillime, diutius, moleste, graviter, indigne, tolerabilius, turbulente.*

SYNTAXIS. *Pati, ferre, sinere. Et facile patior, et gaudeo. Indigne pati, periniquo animo. Per se, et a se pati.*

Patina, æ, *lanx*, λοπὰς, *πίναξ*. 9. Fam. 10. et 4. Att. 8. Patina Tyrotarichi. *Lege*, Tyrotarichus.

Patræ, arum, *urbs Peloponnesi*. 5. Att. 9. et 13. Fa. 17.

Patrensis, se. 13. Fam. 17.

Patratus, a, um, *perfectus*, εἰργασμένος. *Lege*, Patro. 2. de Leg. 19. Feriis jurgia amovento, easque in famulis, operibus patratis, habento.

Patria, æ, *sedes natalis, dii penates, patrii, terra parens, altrix, patriæ solum*, ἡ πατρίς. 5. Tus. 108. Patria est, ubicunque est bene. *Teucri vox*. 1. C. 17. Patria quæ communis est omnium nostrum parens. 4. 16. Patriæ solum cum omnibus est charum, tum vero dulce atque jucundum. 1. de Orat. 196. Ac nos, id quod maxime debet, patria nostra delectat: cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidulum, affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret. 8. A. 2. Pro patria et in patria mori præclarum est. 1. Off. 57. Pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere, si sit ei profuturus. 3. de Fi. 64. Decet chariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. Postquam in Sen. 1. Patria, qua nihil potest esse jucundius. De Som. 5. Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. 2. A. 75. Patria, dii penates patrii, aræ, foci, lar familiaris &c. Pro Flac. 62. Et eorum eadem terra parens altrix patria dicitur. 9. Att. 11. Patria antiquissima et sanctissima parens. Pro Sest. 48. Mortem virgines regis, opinor, Erechthei filiæ, pro patria contempsisse dicuntur. 5. de Fini. 72. Patriæ conservator Codrus. 1. P. 6. Me Qu. Catulus parentem patriæ nominavit. 1. de Inv. 35. Patria Atheniensis, an Lacedæmonius? 1. Tusc. 104. Querentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, afferri: Nihil necesse est, inquit, &c. 1. de Orat. 249. Ne in nostra patria peregrini atque hospites esse videamur. Parad. 1. Cujus cum patriam Prienem cepisset hostis, admonitus est, &c. 2. de L. 3. Hæc est mea et hujus fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus, hic sacra, hic genus, hic multa majorum vestigia, &c. *Ibid*. 5. Ego et Catoni et omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturæ, alteram civitatis: ut ille Cato, cum esset Tusculi natus, in populi Rom. Civitatem susceptus est: itaque cum ortu Tusculanus esset, Civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris. *Ibid*. Patria, pro qua mori, et cui nos totos dedere, et in qua nostra omnia ponere, et quasi consecrare debemus. Para. 1. Quid egit Brutus in patria liberanda? quid reliqui item ejusdem consilii socii? quid spectarunt? quid secuti sunt? 1. Off. 22. Ortusque nostri partem patria vindicat. De Finib. Non sibi soli se natum meminerit, sed patriæ, sed suis. In L. Pison. in Fr. Qui colore ipso patriam aspernaris.

ADJUNCTA. *Afflicta, carissima, cara, carior, multo carior, communis, germana, ingrata, propitia, pulcherrima.*

SYNTAXIS. *Patriæ solum charum, dulce, jucundum. Patria est, ubicunque bene est. Patria communis omnium parens. Pro patria, et in patria mori. Patriæ prodesse. Patriam liberare, conservare, adjuvare, augere. In patria peregrinus atque hospes. Non sibi soli, sed patriæ natum esse.*

Patricida, æ, πατροκτόνος, πατροφόνος. 2. de Leg. 22. Sacrum sacrove commendatum qui clepserit rapseritque, patricida esto. *aliter*, parricida.

Patricius, a, um, *ex Patrum et Senatorum ordine*, πατρίκιος .)(. *plebeius*. Pro Mur. 15. et 2. de L. 57. Sulla primus e patriciis Corneliis igne voluit cremari. De Cl. 62. Ut si ego me a M. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpitio Consul fuit. 9. Fa. 21. Quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenquam unquam, nisi plebeium, fuisse? fuerunt enim patricii minorum gentium. Bru. 5. Dum unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. Pro Cæcin. 101. Omnes patricii antiquissimique cives. Pro Dom. 37. Exire a patriciis, *id est fieri plebeium*. 2. de Leg. 6. Fibrenus præcipitat in Lirem, et quasi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obscurius.

Patrimonium, nii, *bona, hæreditas*, τὰ πατρῷα. Pro R. P. 38. Qui duo lauta et copiosa patrimonia accepisset. 2. Off. 54. et pro Cæl. 42. Effundere patrimonium. Pro Dom. 147. Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis ac memoriæ nostræ relinquemus. 2. in A. 101. Quæ arationes in

populi Romani patrimonio glandiferæ et fructuosæ ferebantur. 1. de Orat. 244. Mutius paterni juris defensor, et quasi patrimonii propugnator fuit. Pro Cæc. 75. Non minus diligenter publica patrimonia juris, quam privatæ rei vestræ retinere debetis. Pro S. R. 147. Quem tu e patrimonio, tanquam e naufragio, nudum expulisti. Pro Flacc. 90. Qui patrimonium suum lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum conviviis maluit dissipare. 1. Fam. 9. Ut frater meus vere existimet, adjuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum. Pro S. R. 6. Patrimonium tam amplum et copiosum obtinere. *Ibid.* 143. Pro P. Sext. 111. Utrum ego tibi patrimonium eripui, Gelli, an tu comedisti? Pro Sul. 58. Patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quam, &c.

ADJUNCTA. *Satis amplum, amplum, et copiosum, lautum et copiosum, satis lautum, luculentum, magnum, ornatissimum, publicum.*

SYNTAXIS. *Patrimonium lautum et copiosum accipere, obtinere, retinere, conficere, constituere. Patrimonium effundere, consumere, dissipare, eripere, comedere. Liberis suis patrimonium relinquere. Patrimonio aliquem expellere. Patrimonio spoliare.*

Patrimus, *cujus pater vivit adhuc*, ἀμφιθαλής. Lege Matrimus.

Patritus, a, um, *patrius*, πατρῷος. 1. Tus. 45. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam et avitam, ut ait Theophrastus, Philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitavit.

Patrius, a, um, *paternus, quod est patris, vel patriæ*, πατρικός. Pro S. R. 46. Intelligere qui animus patrius in liberos esset. *Ibid.* 146. et Pro Flacc. 106. Percipere sensum ex mœrore patrio. Act. 1. Ver. 13. Res patriæ atque avitæ.

Antiquus. 1. de Orat. 84. Hic enim mos patrius Academiæ, adversari semper omnibus in disputando.

Patro, as, *committo, perficio, persolvo*, ἐργάζομαι. Lege, Patratus. Div. 38. Quæ C. Verres in Asia patravit. 1. Att. 11. Τεῦκρος promissa patravit.

Patrocinium, nii, *defensio, advocatio*, πατρωνία, προστασία. 5. Fa. 9. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis servas, P. Vatinius cliens advenit, qui pro se causam dicier vult. De Clar. 112. Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videtur. 1. de Natur. 6. Suscipere patrocinium alicujus deserti. 1. de Orat. 242. Arripere patrocinium æquitatis. Orat. 120. Legitimarum et civilium controversiarum patrocinia suscipere. 7. Att. 3. Suscipere patris patrocinium. 2. de Fi. 67. Aut hæc tibi sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. 2. Off. 27. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius quam imperium poterat nominari. Pro Dom. 20. Cum in ejus regnum, bona, fortunas patrocinium hujus imperii immisisses. *alias*, latrocinium. Parad. 2. Voluptas plurimorum patrociniis defenditur.

SYNTAXIS. *Patrocinia tueri. Patrocinium suscipere alicujus. Arripere patrocinium æquitatis*, vel *repudiare. Patrocinio defendi.*

Patrona, æ, *defensatrix*, προστάτις. 2. de Orat. 199. Advocatio patrona illa civitatis, et vindex libertatis. *alias*, provocatio.

Patronus, ni, *defensor, custos, tutor, in cujus fide aliquis est*, παράκλητος, προστάτης. Pro S. R. 5. His de causis ego huic causæ patronus extiti. 2. de Orat. 280. Dare patronum causæ alicui. Pro Cæl. 13. Quis eum unquam non modo in patroni, sed in laudatoris, aut advocati loco viderat? 1. Off. 35. Qui civitates, aut nationes in fidem cepissent, earum patroni erant more majorum. Pro Sul. 60. Colonorum dissensio delata ad patronos est. *Ibid.* Hic patronus, custos, defensor illius provinciæ. 2. Off. 51. Patronus nonnunquam verisimile, etiam si minus sit verum, defendit. Pro Sest. 9. Conventus ille me unum patronum adoptavit. 6. in A. 12. Atqui quinque et triginta tribus patronum adoptarunt. Pro Cor. 25. Hanc tu igitur, patrone fœderum et fœderatorum, conditionem statuis tuis civibus. Pro Mur. 4. In quibusdam civitatibus patronus causis publice constituitur. 2. contra Rul. 81. A vestrorum commodorum patrono conscripta hæc lex est. 7. Fa. 29. Ergo, patrone mi, bene vale. 13. 21. Peto a te, ut Antonium libertum in patroni ejus negotio tueare. De Amic. 25. Qualis tum justitiæ patronus fuit contra accuratam orationem Phili! Pro Mil. 16. Ille vir, &c. Senatus propugnator ac pæne patronus. In Pison. 25. Me inaurata statua donarant, me patronum unum adsciverant. 16. Fam. 26. De patrono Marcus est adhibendus.

ADJUNCT. *Consularis, minime diligens, diligentissimus, fervidior, atque commotior, maxime incautus, luculentus, asper, maledicus, optimus, tolerabilis, rudis, amplissimus, antiquissimus, certissimus, antiquissimusque, ingeniosus, certissimus, idemque acerrimus, deterrimus, obscurissimusque, magnus, dignus, indignus, vetus, malus, novus, pertinax.*

SYNTAXIS. *Patronus causæ*, vel *in causa. Patronus, custos, defensor. Patronum adoptare. Patronum causæ dare, constituere. Vir Senatus propugnator ac pæne patronus. Patronum adsciscere, adhibere.*

Patruelis, lis, *fratrum inter se filii, quoniam qui alteri pater est, alteri est patruus*, ἐξάδελφος. 5. de Fin. 1. L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore germanus. Pro Planc. 27. Torquatus C. Plancii frater patruelis et socer.

Patruus, trui, *mei patris frater*, πατράδελφος. De Arus. 26. Pater et patruus tuus. Ver. 1. 139. M. Ionius patruus pueri. 2. de Orat. 2. L. Cicero patruus *M. Ciceronis.* 5. Att. 19. Qui cum sororis tuæ filii patruo

certaret. Pro Cæl. 25. Is fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister.

Adjuncta. *Amplissimus, clarissimus, pertristis.*

Patulus, a, um, *patens*, εὐρύς. 2. de Natu. 123. Pinna duabus grandibus patula conchis. 3. de Fin. 63. Illa, quæ in concha patula pinna dicitur. 1. de Orat. 28. Platanus patulis diffusa ramis.

Paucitas, tatis, *exigua quantitas, parvus numerus, inopia*, ὀλιγότης, ητος. 1. de Inv. 32. et 2. de Orat. 145. Genera esse definita non solum numero, sed etiam paucitate. et Pro Rab. 18. 2. Fa. 11. De pantheris agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est. 10. 15. Ex paucitate ejus decem fugerunt. 1. de Orat. 8. Magna oratorum est, semperque fuit paucitas.

Adjuncta. *Magna, mira, summa.*

Pauculus, a, um, ὀλίγος. 9. Att. 18. Pauculos dies alicubi commorari.

Paucus, a, um, *rarus, modicus, exiguus*, ὀλίγος. Ver. 1. 147. Quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt. Pro Mur. 25. Posset agi lege, necne, pauci quondam sciebant. 2. contra Rul. 17. Paucas tribus ad usurpandam libertatem vocare. Pro Cl. 129. Paucos ex multis ad ignominiam sortiri. 2. de Orat. 140. Generum quæstiones modicæ et paucæ. De Cl. 86. Paucis interpositis diebus iterum rediit. 4. ad Her. 25. Qui cum plures erant, paucis nobis exæquari non poterant. 3. Qu. Fr. 1. Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. 3. Off. 64. Perpaucæ res sunt, in quibus dolus iste malus non versetur.

Adverb. *Admodum, oppido, valde.*

Paveo, es, *timeo*, ϑαμβέω, περιφοβοῦμαι. 5. in A. 12. Pavet animus apud consilium illud pro reo dicere. *Alii*, Avet. 2. Tusc. 23. Navem ut horrisono freto noctem paventes timidi adnectunt navitæ. *Poetæ.*

Pavimentatus, a, um, ἐδαφισϑείς. Pro Do. 116. Porticus pavimentata CCC. pedum.

Pavimentum, ti, *solum arte factum, et stratum aliqua materia, quod inambulando pavimus, id est tundimus et terimus*, δάπεδον. 2. A. 105. Natabant pavimenta vino, parietes madebant. 3. Qu. Fr. 1. Villa mihi valde placebat, propterea quod summam dignitatem pavimenta porticus habebant. 3. de Orat. 169.

Quam lepide lexeis compostæ? ut tesserulæ omnes
Arte, pavimento, atque emblemate vermiculato.

Pavio, is, *ferio, peto, tundo*, ἐδαφίζω. 2. de D. 72. Sed quia, cum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est, hoc quidem jam tripudium dicitur.

Paullatim, *sensim, minutatim, leniter*, κατὰ βραχὺ, κατ' ὀλίγον. 8. Fa. 17. Cujus amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit.

Paullisper, *aliquantum, paulum, ad breve tempus, ad punctum temporis*, πρὸς ὀλίγον, εἰς μικρὸν, δι' ὀλίγου. Ӽ. *in perpetuum.* Ver. 4. 39. Abesse ab domo paullisper maluit, quam illud argentum amittere. I. P. 18. Paullisper stetimus in illo tuarum ganearum nidore atque fumo. 7. Fa. 18. Quæ ego paullisper a te desideravi. 3. 12. Suscipe paullisper meas partes. Ver. 4. 53. Lectica paullisper deposita. Pro Mil. 28. Milo paullisper, dum se uxor comparat, commoratus est. 4. Att. 16. Recordor quam bella nobis paullisper gubernantibus civitas fuerit.

Paullo, *haud multo*, ὀλίγῳ, μικρὸν ἴσως. Orat. 82. Hoc ornamento liberius paullo utendum est. 1. de Orat. 70. Poeta numeris astrictior paullo. 2. 122. Orator paullo illustrior. Orat. 151. Næ ille quidem haud paullo melior scriptor Plato. 2. Att. 7. Civis haud paullo melior, quam isti nostri. 1. de Orat. 255. Sermo paullo intentior. Orat. 108. Quædam etiam paullo hilariora. 1. Att. 10. Nec Epiroticis paullo liberiores litteras committere audeo. 2. Tus. 40. Ille vero melius, ac non paullo quidem. 8. Att. 16. Non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paullo salubrioribus. Br. 15. Cognovi eo die paullo plures in Senatu malevolos esse, quam gratos. Par. 3. Histrio, si paullo se moveat extra numerum, exploditur.

Paullo amplius, *paullo plus*, μικρῷ μεῖζον. Pro Flac. 68. Auri viginti pondo paullo amplius. 4. ad Her. 7. Quisquis enim audierit de arte paullo plus omnia videre poterit.

Paullo ante, *modo*, ἔμπροσθεν ὀλίγον. Ver. 4. 6. Nuper, quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paullo ante. Part. 137. Quas paullo ante, et quæ proxime diximus.

Paullo minus, ὀλίγῳ ἧττον. Pro Fl. 68. Auri pondo centum paullo minus. Pro Sull. 72. Ecquod hujus factum aut commissum, non dicam audacius, sed quod cuiquam paullo minus consideratum videretur? Pro Qu. 11. C. Quintius una in re paullo minus consideratus, qui, &c. 11. Fa. 24. Sullana confers, in quibus omnia genere ipso præclarissima fuerunt, moderatione paullo minus temperata.

Paullo magis, μικρῷ μεῖζον. De Cl. 83. Verba paullo magis prisca. Ver. 2. 83. Paullo magis animum cujuspiam commovere. Ver 4. 42. Quod isti paullo magis placeret. Act. 1. Ver. 14. Paullo magis affabre. I. Arat.

Et clinata magis paulo est Aquilonis ad oras.

Paullo nimium. 2. de Orat. 88. Paullo nimium redundans.

Paullo post, *non multo post, brevi tempore post*, ὀλίγον ὕστερον. 2. de Orat. 310. De quibus paullo post dicemus. 2. de Orat. 149. In iis locis, quos proponam paullo post. 1.

Fa. 9. De qua ostendam equidem paullo post, qui sit meus sensus.

Paullo secus. *Lege*, Secus.

Syntaxis. *Nummi centum paullo amplius, paullo minus. Verbum paullo magis obsoletum. Paullo ante, immo proxime. Melius paullo. Melius, ac non paullo quidem. Si paullo rideas extra decorum.*

Paullulum, *pusillum*, ὀλιγοστὸν. 2. de Nat. 118. Nihil fere, aut admodum paullulum. Ad Brut. ep. pr. in 4. Itaque mane hoc paullulum exaravi. 5. Fa. 14. Qua tamen paullulum videor levari. 5. Tusc. 23. Huic paullulum ad beatam vitam deest. *Ibid.* 21. Sed habeo paullulum quod requiram. Pro Qu. 53. Respirare paullulum. Hort. Si quando paullulum aberraverit timor. 5. de Leg. Sol paullulum a meridie jam devexus videtur.

Paullum, ὀλίγον, μικρόν. 3. de Orat. 177. Hæc paullum immutata cohærere non possunt. 1. 95. Paullum huic aliquid poterit addere. 4. Acad. 128. Sed paullum ante dicendum est. Pro S. R. 115. Et ex eo non paullum nescio quid in rem suam convertit. 2. cont. Rul. 85. Quasi vero paullum differat ager Campanus et Stellatis. 3. de Fi. 33. Paullum oppido inter se differunt. 9. Att. 4. Litteræ tuæ me paullum recreant. De Cl. 82. Inter hos ætate paullum his antecedens Galba. 1. Ac. 1. Paullum abesse ab aliquo loco. 1. Fa. 5. Quod si Pompeius paullum modo sibi placere ostenderit, faciet.

Syntaxis. *Paullum mihi deest ad. Habeo paullulum, quod dicam. Respira paullulum. Paullum aliquid adde.*

Pavo, onis, ταώς. 3. de Finib. 18. Alia videntur, nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum a natura esse donata: ut cauda pavoni, &c. 9. Fa. 20. Sed vide audaciam. Etiam Hirtio cœnam dedi sine pavone.

Pavor, oris, ὀῤῥωδία, ας, ἔκπληξία. 4. Tusc. 19. Pavor metus est, mentem loco movens. 3. de Orat. 152. Unde illud Ennii,

Pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.

Pauper, ris, *inops, egens, tenuis, tenuior, humilis, parvis opibus ac facultatibus preditus, inanissimus, qui in paupertate est*, ὁ καὶ ὁ πένης, ητος, ἄπορος. Par. 6. M. Manilius pauper fuit; habuit enim ædiculas in Carinis, et fundum in Labicano. *Ibid.* Hic non modo non copiosus et dives, sed etiam inops ac pauper existimandus est. In Vat. 80. Ex paupere dives factus es. Incer. An vero multorum in terris prædiorum dominos divites appellamus: omnium virtutum possessores pauperes nominabimus?

Paupertas, tis, *tenuitas, angustia rei familiaris, domestica difficultas, inopia, egestas, mendicitas*, πενία, ἔνδεια. 3. Tus. 57. Paupertas, cujus onus disputando levamus, docentes, quam parva et quam pauca sint, quæ natura desideret. 5. Tusc. 29. Paupertas, ignobilitas, humilitas. 5. de Finib. 84. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse nemo potest. 2. con. Rul. 63. Homo non solum honoribus populi, verum etiam patientia paupertatis ornatus. 1. de Div. 31. Qui propter paupertatem sues puer pasceret. Parad. 6. Ista paupertas, vel potius egestas ac mendicitas tua. Oecon. 1. Paupertatem certissimam esse, cum alicujus indigeas, uti eo non posse. 2. Leg. 25. Paupertatem inter homines etiam divitiis æqualem esse volumus.

Syntaxis. *Homo patientia paupertatis ornatus. Paupertas, vel potius egestas et mendicitas. Levare onus paupertatis disputando.*

Pax, cis, *concordia, otium, quies, tranquillitas, compositio*, εἰρήνη. 1. Att. 13. Pax vel injusta utilior est, quam justissimum bellum, in civibus. 1. Off. 35. Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. 3. 109. Consules nostri pacem cum Samnitibus fecerunt. 12. A. 14. Cum his facta pax non erit pax, sed pactio servitutis. 2. Philip. 90. Pacem haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum M. Antonii filium. *Ibid.* 113. Nomen pacis dulce est, et res ipsa salutaris. *Ibid.* Pax est tranquilla libertas. 7. 8. Ego pacem cum M. Antonio esse nolo. *Ibid.* 22. Habere pacem cum aliquo. *Ibid.* Esse pacem cum aliquo. 12. 9. Pacis dulcissimum et pulcherrimum nomen. *Ibid.* 11. Quæ est enim conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest? *Ibid.* 13. Non facere pacem, sed differre bellum. 1. Qu. Fr. 1. 4. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas. 1. A. 2. Pax denique per eum cum præstantissimis civibus confirmata est. 10. Fa. 27. Conciliare pacem inter aliquos. 7. Att. 14. Spero etiam in præsentia pacem nos habere. Pro Flac. 29. Pompeius pacem maritimam confecit. Pro Mur. 32. L. Sulla Mithridatem, &c. cum pace dimisit. 5. Tusc. 83. Nos illud quidem cum pace agemus. X. *Cum ira, iracunde.* Pro Cl. 100. Nummarius interpres pacis et concordiæ non probatur. Pro Corn. 35. Nihil est aliud in fœdere, nisi ut pia et æterna pax sit. 7. A. 16. Poteritis igitur exploratam habere pacem, cum in civitate Antonium videatis? *Ibid.* 22. Cum his pacem servabit Antonius? De Pro. 4. Qui ut pace uterentur, vim argenti dederunt. De Cl. 45. Eloquentia pacis est comes, otiique socia. 1. contra Rull. 24. Summa tranquillitas pacis et otii. 5. Tusc. 48. Placidissima pax. Pro Cæc. 33. In pace et otio copias parare. 9. Att. 16. Rursus in spem pacis veni. De Pro. 4. Macedonia a Barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta, vexatur. De Somn. 4. Pax sit rebus. Ver. 4. 115. Conferte hanc pacem cum illo bello. 1. de Fin. 47. Quia pacem animis afferat *voluptas*. 10. Fam. 6. Qui aut positis armis pacem petere debent, aut si pugnantes eam postulant, victoria pax non pactione parienda est:

, *Venia*. Pro Rab. 5. Ab Jove pacem et veniam peto, precorque ut, &c. 1. de Nat. 80.

Pace mihi liceat, cœlestes, dicere vestra,
Mortalis visus pulchrior esse Deo.

5. Tusc. 12. et 3. de L. 29. Cujus ego judicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. 1. de Orat. 79. Tu vix ullam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti. De Fat. 5. (Pace magistri dixerim). 3. Off. 41. Peccavit igitur, pace vel Quirini vel Romuli dixerim. Pro Mil. 104. Pace tua, Patria, dixerim (metuo enim ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie).

Adjuncta. *Certa, civilis, explorata, magna, major, optabilis, periculosa, perpetua, præsens, turpis, communis, diuturna, externa, fraterna, pia, et æterna, firma, honesta, iniqua, iniquissima, injusta, maritima, optatissima, pestifera, vera, placidissima, sempiterna, stabilis, summa, tranquilla, utilis, utilior.*

Syntaxis. *Paci consulere. Pacem facere, habere cum aliquo, servare, confirmare, conficere, petere, parere. Dimittere aliquem cum pace. Cum pace agas, non iracunde. Uti pace. Pacis et otii tranquillitas. Pax sit rebus. Pace tua dixerim. Conciliare pacem inter aliquos. Interpres pacis et concordiæ. Tibi data est summa pax. In spem pacis venire. Pacem alicui eripere. Voluptas pacem animis affert. Ab Jove pacem et veniam peto, precorque.*

Paxillus, li, πάτταλος, vel πάσσαλος. Orat. 153. Litteram X e vexillo, et paxillo consuetudo evellit.

Pæan, nis. *Apollo*. Ver. 4. 127. Pæan apud Syracusanos cum Æsculapio colebatur. *Ibid.* Signum Pæanis.

PE

Peccatum, ti, *delictum, erratum, crimen, culpa, error, vitium, maleficium, animi labes,* ἁμαρτία.)(*recte factum*. 3. de Fini. 69. et 1. Aca. 36. Sic inter recte factum atque peccatum, officium et contra officium media locabat quædam: recte facta sola in bonis actionibus ponens, prava, id est, peccata, in malis. De Am. 37. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris. *Ibid.* 85. In iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. 3. de Fin. 32. Peccatum est, prodere patriam. Pro Mur. 61. Omnia peccata esse paria. 2. de Nat. 11. Vir sapiens confiteri peccatum suum maluit, quam hærere in republica religionem. 1. de Orat. 125. Oratoris peccatum si quod est animadversum, stultitiæ peccatum videtur. 7. Att. 3. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod, &c. 5. Fa. 20. Præter culpam et peccatum, quo semper caruisti, homini accidere nihil potest, quod sit horribile et pertimescendum. *Ibid.* De quibus memini mihi a te Smyrna litteras esse allatas, non mei errati, sed tui: in quo peccatum videbatur esse, si modo erat, fratris tui, et Tullii. 2. A. 43. Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur. 3. Off. 95. Gladium reddere peccatum est: non reddere, officium. 3. Att. 15. Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. 8. 21. Id quantis nostris peccatis vitiisque evenerit, non possum sine molestia cogitare. 9. 4. Sic ego decem annorum peccata recordans succensebam. De Ami. 89. Obsequium peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit.

Adjuncta. *Æquale, alienum, commune, crebrum, et jam prope quotidianum, levius, magnum, majus, tolerabile, manifestum, non mediocre, minus, proprium, par, parvum, summum.*

Syntaxis. *Nostrum si est peccatum, in eo est, quod &c. Vitia, peccataque. Multis nostris peccatis incidimus in hanc ærumnam. Id nostris peccatis venit. Vitæ totius peccata. Confiteri peccatum. Carere culpa et peccato. Peccatorum licentiam in amicitia non patere. Peccatis indulgere.*

Peccatus, us, *peccatum*. Ver. 2. 191. Nemo ita in manifesto peccatu tenebatur. *Ita legendum asserit Aul. Gell. lib.* 13. *cap.* 19.

Pecco, as, *delinquo, aliquid admitto, committo, scelus admitto, scelere me astringo, obstringo, devincio, rem nefariam committo, facinus edo, flagitium committo, scelera facio, culpam suscipio, contraho, vitium, scelus concipio,* ἁμαρτάνω, et ἀμαρτάνω.)(*recte facio*. 3. de Fin. 48. 3. Off. 64. Nunquam est utile peccare, quia semper est turpe. Orat. 157. Impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret. 3. Att. 15. Si quid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignosce: in me enim ipsum peccavi vehementius. 2. de Nat. 12. In his si qui erraverunt, hominum conjectura peccavit. 1. 31. Xenophon eadem fere peccat. *Ibid.* 29. Empedocles multa alia peccat. Pro Mur. 60. Non multa peccas, inquit ille, &c. sed si peccas, te regere possum: at ego te verissime dixerim peccare nihil. 2. de Fin. 32. In hoc eodem peccat Hieronymus. Pro S. R. 56. In eam partem potius peccant, quæ est cautior. 4. Fa. 13. Ut ipsum quod maneam in vita, peccare me existimem. 7. Att. 1. Peccare in Rempublicam.

Adverb. *Consulto, impune, vehementius.*

Peccor, aris. Parad. 3. Quidquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. Orat. 70. Decori ignoratione non modo in vita, sed sæpissime et in poematis, et in oratione peccatur.

Syntaxis. *In aliquem peccare. Hoc idem peccas. In hoc eodem, in eam partem. Ipsum quod sileam, peccare me puto. In Rempub. peccare. Quicquid peccatur. Peccare multa.*

Pectus, oris, *interior pars a gula usque ad ventrem,* θώραξ. 3. de Orat. 119. Onerandum et complendum pectus maximarum re-

rum et plurimarum suavitate, copia, varietate. De Ami. 97. In amicitia nisi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum habeas, &c. 1. de L. 49. Amicus per se amari debet toto pectore, ut dicitur. 13. Att. 13. De hortis toto pectore cogitemus. 10. Fam. 10. Incumbere ad laudem toto pectore. Incer. Omnium pectora sic attingit, ut cogat in gemitum.

ADJUNCTA. *Apertum, avidum, clarum, latum, jucundum, scabrum, sordidum, validum.*

SYNTAXIS. *Toto pectore amare, conari, cogitare, incumbere. Pectus onerare et complere copia rerum.*

Pecuaria, orum, *pecorum greges, et armenta*, ἡ κτηνοτροφία. 4. ad Her. 47. Cum canes fungantur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? De Cl. 85. Quæ societas pecuaria de P. Corn. L. Mummio Cons. redemisset.

Pecuarius, a, um, *ad pecora pertinens*, προβατικός. Pro Quint. 12. Erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta.

Pecuarius, rii, *magister pecoris*, κτηνώδης, βοσκηματώδης. Pro Deiot. 27. Deiotarus diligentissimus agricola et pecuarius habebatur. Ver. 2. 17. Aratores, pecuarii, mercatores, &c. Pro Font. 2. Aratores, pecuarii, coloni, &c.

Peculator, oris, *ærarii violator*, κλέπτης τῶν δημοσίων. 3. Off. 73. Fures, peculatores, *id est, qui peculatum faciunt.*

Peculatus, us, *crimen ejus, qui publicam pecuniam avertit, pecuniæ publicæ furtum*, τοῦ δημοσίου κλέμμα. Pro Rab. 7. An de peculatu facto, de tabulario incenso longa oratio exprimenda est? 2. de Orat. 105. De sicariis, de veneficiis, de peculatu inficiari necesse est. 1. ad Her. 22. Si quis peculatus accusetur, quod vasa publica de loco privato dicitur sustulisse &c. Pro Fl. 43. Damnari peculatus, et damnari pecuniæ publicæ. 12. A. 12. Cum pecuniam publicam averterit, num fraude poterit carere peculatus?

SYNTAXIS. *Factus peculatus. Peculatus accusari, damnari. Ille non caret fraude peculatus, qui publicam pecuniam avertit.*

Peculiaris, re, *præcipuus*, ἴδιος. Ver. 3. 172. Quid? peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppeditet? Pro Flac. 51. Venio ad Lysaniam, peculiarem tuum, Deciane, testem. 2. Qu. Fr. 9. Hoc mihi peculiare fuerit, hic etiam isto frui. Ver. 3. 26. Peculiare edictum, *id est, ad aliquod tempus proprium.*

Peculiatus, a, um, *nummatus, pecuniosus*, πολυχρήματος. 10. Fam. 32. Balbus plane bene peculiatus. *Pollionis.*

Peculium, lii, *proprium lucrum, præsertim servorum*, τὸ κτῆμα ἰδιόκτητον. Parad. 5. Qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimæ servitutis. Ver. 1. 93. Peculia omnium vicariique retinentur.

Pecunia, æ, *nummi, patrimonium*, τὸ νόμισμα, τὸ χρῆμα. 4. Att. 14. Pecunia omnium dignitatem exæquat. 2. de Fini. 55. Magni æstimabant pecuniam non modo non contra leges, sed legibus partam, quæ quidem vel cum periculo est quærenda nobis: est enim effectrix multarum et magnarum voluptatum. 1. de Div. 111. Ut ostenderet, etiam Philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse. 2. contra Rull. 33. Potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de vestris vectigalibus alienandis. *Ibid.* 97. Redigere pecuniam ex rebus venditis, vel ex vectigalibus. *Lege*, Redigo. 5. Fa. 20. Erat enim curata nobis pecunia Valerii mancipis nomine. Ver. 5. 118. Dare pecuniam alicui. I. P. 38. Nondum commemoro exactas pecunias, non captas, non imperatas. Pro S. R. 6. In alienam pecuniam tam plenam atque præclaram invasit nullo jure. 2. de Orat. 269. Brevi ad maximas pecunias venturus es. Pro S. R. 6. Pecunia fortunæque Sex. Roscii. Pro S. R. 23. Ipse amplissimæ pecuniæ fit dominus. 5. A. 5. Pecunia nervi belli. Pro R. P. 8. Jubet lex Julia persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, pervenerit. *Ibid.* 9. Quo ea pecunia pervenisset. 1. Qu. Fr. 1. 12. Græci omnes vias pecuniæ norunt, et omnia pecuniæ causa faciunt. 5. A. 54. Quantam pecuniam militibus in singulos Cæsar pollicitus sit, tantam dari placet. Ver. 3. 164. Omnem te hanc pecuniam domum tuam avertisse. *Ibid.* 165. In hac pecunia publica insunt tria genera furtorum. Primum &c. *Ibid.* Pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi Ro. ad emendum frumentum attributa, fueritne tibi quæstui? Pensitaritne tibi binas centesimas? *Ibid.* 167. Ut si hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris, reddas societati. *Ibid.* 168. Magistratus a publicanis pecuniam pro usuris auderet auferre? *Ibid.* 169. Si te tuam pecuniam, non populi Rom., in provincia fœneratum docerem, tamen effugere non posses. Sed publicam, sed ob frumentum decretam, sed a publicanis fœnore accepto: hoc licuisse cuiquam probabis? *Ibid.* De hac tota pecunia aversa quæso cognoscite. *Ibid.* 171. Pecuniam cogere a civitatibus. *Ibid.* Pecuniam Volcatio dedisse. *Ibid.* Pecunias, quas civitatibus distribuere debebat, eas omnes avertat atque auferat. *Ibid.* 172. Dubiumne est, quin ista omnis improbatio cogendæ pecuniæ causa nata sit? *Ibid.* 173. Ab iis exigis tantum pecuniæ quantum &c. *Ibid.* A civitatibus pecunias ad emendum frumentum cogere, cum ex ærario acceperis. *Ibid.* Siculorum pecunia frumentum emere a Siculis. *Ibid.* 174. Jam vero ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis. *Ibid.* Pecuniam publicam tenere omnem. *Ibid.* 175. Eosdem *mancipes* abs te illarum civitatum nomine pecunias abstulisse. *Ibid.* Mancipes a civitatibus pe-

cunias extorserunt. *Ibid.* 176. Cui pecunia a civitate numerata est. *Ibid.* Frumentum emptum Siculorum pecunia Romam misisse: publicam pecuniam domum tuam convertisse. *Ibid.* 177. Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari Quæstori ad sumptum exercitus. *Ibid.* Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris. *Ibid.* Commissa est pecunia tanta Prætori. *Ibid.* Devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. *Ibid.* 179. Cum a civitatibus pro frumento pecuniam exigebas, &c. *Ibid.* 180. His populis pecuniam dissolvisti. *Ibid.* His civitatibus omnisne pecunia, quæ pro frumento debita est, dissoluta est? *Ibid.* Qui tibi vel ad statuam pecuniam contulerunt. *Ibid.* Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant. *Ibid.* 181. Quomodo hoc nomen ad pecuniam publicam allatum est? *Ibid.* Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur. Pro Cl. 82. Albiana pecunia vestigiisne vobis odoranda est? Pro Flac. 55. Quæ pecunia fuerit apud se Flacci patris nomine collata a civitatibus, hanc a se esse ablatam queruntur. *Ibid.* Suamne dicant pecuniam, sibi a civitatibus collatam in usum suum? *Ibid.* Delatam ad nos, creditam nobis, L. Flacci patris nomine, ad hujus dies festos atque ludos. Quid tum? Hanc te, inquit, capere non licuit. *Ibid.* 56. Quo in oppido uno pecunia a tota Asia ad honores L. Flacci poneretur. Hæc pecunia tota ab honoribus translata est in quæstum et fœnerationem: recuperata est multis post annis. *Ibid.* 59. Istam pecuniam huic capere non licuit. *Ibid.* Ad ejus honores collatam patris pecuniam recte abstulit filius. *Ibid.* Cum ipsi gravi fœnore istam pecuniam multos annos occupavissent. 5. Att. 21. Se a me solvere pecuniam. Frag. ep. Ex certis generibus pecunia expedietur. Hortens. Eundem non modo ex mediocri pecunia, sed etiam ex tenui percipere possumus. Topic. 53. Pecuniam numeratam mulieri deberi. *Ibid.* Si pecunia signata argentum est, legata est mulieri.

Adjuncta. *Abundans, adventitia, aliena, amplissima, parvula, honesta, tam plena, tamque præclara, antiqua, extraordinaria, grandis, hæreditaria, major, minor, parva, patria, summa, antiquior, et suavior, certa, cruenta, expeditissima, funesta, necessaria, residua, satis grandis, et satis impudens, præsens, inanis, par, incerta, levissima, pergrandis, infinita, jucunda* .)(. *acerba, sordida, vectigalis, ingens, insperata, repentinaque, innumerabilis, invidiosa, publica, propria, magna, maxima, mediocris, modica, tenuis, mutua, permagna, privata, universa.*

Syntaxis. *Pecuniam quærere, parere, facere, conficere de vectigalibus, redigere ex rebus venditis, curare nomine alterius, dare alicui, exigere, capere, imperare. Invadere in pecuniam alienam. Ad maximas pecunias pervenire. Pecunia nervi belli, effectrix voluptatum. Vias pecuniæ nosse. Pecuniæ causa omnia facere. Pecuniam avertere domum suam, polliceri, accipere, fænerari, erogare, attribuere ad aliquid faciendum, reddere, auferre ab aliquo, cogere a civitatibus, distribuere, tenere, lucrifacere, extorquere ab aliquo, numerare alicui, devorare, dissolvere alicui, conferre ad aliquid. Ex pecunia deductiones fieri. De tota pecunia aliquid detrahere. Pecunia alicui collata in usum suum, decreta, delata, credita ad aliquid. Pecuniam transferre in quæstum et fænerationem, recuperare. Occupare pecuniam gravi fœnore. Ex certis generibus pecuniam expedire, solvere alicui ab aliquo. Pecuniam signare, legare, pendere. Ad magnas pecunias pervenire. Pecuniam pervenire ad aliquem.*

Pecuniarius, a, um, *ad pecuniam pertinens*, χρηματικός. 10. Att. 16. Cum propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem pecuniariam. Ad Brutum 18. Maximus autem, nisi me forte fallit, in Repub. nodus est, inopia rei pecuniariæ. Pro Cl. 120.

Pecuniosus, a, um, *nummatus, peculiatus*, πολυχρήματος. Pro Q. R. 44. Vir copiis rei familiaris locuples et pecuniosus. Para. 6. Nocens et pecuniosus reus. 4. ad Her. 34. Quæro igitur, unde iste tam pecuniosus factus est? Ver. 5. 24. Homo pecuniosissimus. 1. de In. 35. Pecuniosus .)(. *tenuis.*

Pecus, oris, et udis, *armentum*, θρέμμα, βόσκημα. 1. Tus. 69. Tum multitudo pecorum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda. S. A. 31. Antonius cædit greges armentorum reliquique pecoris, quodcunque nactus est. 2. contra Rul. 38. Multa in mancipiis, multa in pecore, &c. 1. Off. 105. In promptu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquisque bestiis antecedat. 7. Att. 7. Ut pecudes sui generis sequuntur greges, &c. 2. de Na. 160. et 5. de Fin. 38. Sus vero quid habet præter escam? qua pecude nihil genuit natura fœcundius. 2. de Orat. 284. Agros publicos depasci a pecore alicujus. 3. de N. 68. Agnum inter pecudes aurea clarum coma. 2. de Fi. 39. Tarda et languida pecus. 1. Att. 13. Non modo homines, verum etiam pecudes sciebant. 2. C. 20. Ista non modo homines, sed ne pecudes quidem passuræ esse videntur. I. P. 19. Ego istius pecudis consilio niti volebam? *Ibid.* 72. Istius impurissimæ atque intemperantissimæ pecudis sordes. 8. A. 9. Si homines sunt illi potius quam pecudes. 2. Off. 11. Expertes rationis sunt equi, boves, reliquæ pecudes. Con. C. Anton. Pecore omni vendito. Prognost. Caprigeni pecoris custos.

Syntaxis. *Armenta, reliquaque pecora. Pecudes, aliæque bestiæ. Habere multa in pecore. Pecus impurissima et intemperantissima,* de homine.

Pedalis, le, *quod pedis unius mensuram continet*, *ποδιαῖος*, *αῖα*, *αῖον*. 4. Acad. 82. Mihi quidem sol quasi pedalis videtur.

Pedarius, rii, *qui in Senatu ipsi sententiam non dicunt, sed in aliorum sententiam pedibus eunt*, *πεζήτης*. 1. Att. 16. Est enim illud S. C. summa pedariorum voluntate, nullius nostrum autoritate factum. *Ibid.* 17. Raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt.

Pedes, itis, *ὁ πεζός*. 8. 19. Equitum et peditum copiæ.

Pedester, estris, estre, *πεζικός*. 9. A. 13. Statua ænea pedestris, vel equestris. De Sen. 13. Pedestres navalesve pugnæ. 2. de Fin. 112. Equestres pedestresque copiæ.

Pedetentim, *sensim*, *βάδην*, *κατὰ πόδας*. 3. Tusc. 54. Sensim enim et pedetentim progrediens extenuatur dolor. 9. Fa. 14. Legi concionem tuam: nihil illa sapientius: ita pedetentim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus. 1. de Inv. 24. Pedetentim in defensionem ingredi. 1. ad Her. 9. Pedetentim ad causam accedemus. Pro Cl. 118. A me omnia caute pedetentimque dicentur. 16. Att. 13. Quod me mones, ut pedetentim, assentior. Pro Q. 51. Timide ac pedetentim ad aliquid agendum descendere. 1. Off. 120. Sin minus, sensim erit pedetentimque mutatio facienda.

Syntaxis. *Sensim et pedetentim. Pedetentim et gradatim. Caute et pedetentim. Timide ac pedetentim ad orandum descendere.*

Pedibus, *adverbium, teste Charisio*, li. 2. De Sen. 34. Ingressus iter pedibus.

Pedisequa, æ, *famula*, *ἡ θεραπαινίς*. 1. de Orat. 2. 36. Juris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedisequamque adjunxisti. 4. ad Her. 20. Divitiæ quæ virtutis pedisequæ sint, &c.

Pedisequus, qui, *famulus*, *ἀκόλουθος*, *θεράπων*. Pro Dom. 110. Cum hunc a pedisequis conculcari juberes. 2. Att. 16. Clamor pedisequorum nostrorum. 4. ad Her. 65.

Peditatus, us, *pedestres copiæ*, *τὸ πεζικόν*. 5. A. 6. Tu civem sceleratum peditatu, equitatu, copiis instrues? 7. Fam. 1. Armatura varia peditatus et equitatus. 15. 4. Et equitatu, et peditatu, et pecunia paratus. Pro M. Fon. Peditatus amplissimæ copiæ e Gallia.

Pedor, oris, *fœtor*, *βδέσις*. 3. Tusc. 26. Situ nidoris barba pedore horrida. *Poetæ. Ibid.* 62. Pedores.

Pegasus, si, *equus pennatus, ut in fabulis est*. Pro Qu. 80. O fortunatum hominem, qui hujusmodi nuncios, seu potius pegasos habet!

Pegmata, *sunt machinæ quædam ligneæ, aut ex alia materia, quibus imponuntur statuæ, signa, libri, et alia ad ædium ornamentum*, *τὰ πήγματα*. 4. Att. 8. Nihil venustius, quam illa tua pegmata.

Pejero, as, *fidem jusjurandumque negligo*, *ἐπιορκέω*, *ἐπόμνυμι*. Pro R. P. 36. Ubi semel quis pejeret, ei credi postea, etiamsi per plures deos juret, non oportet. Pro Qu. R. 46. Nihil interest inter perjurum et mendacem. Qui mentiri solet, pejerare consuevit. Quem ego, ut mentiatur, inducere possum, ut pejeret, exorare facile potero. Pro Cl. 134. Pejerare conceptis verbis. 3. Off. 118. Non enim falsum jurare, pejerare est: sed quod ex animi tui sententia juraveris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est.

Pejor, jus, *deterior*, *κακίων*, *χείρων*. 8. A. 29. Turpis fuga mortis omni est morte pejor. 2. Tusc. 15. Malum id quidem, sed alia pejora. Pro S. R. 103. Versa et mutata in pejorem partem sunt omnia. 4. Acad. 60. Quid si utrumque? num pejus est? 2. Tusc. 31. Turpitudo pejus est, quam dolor. 11. A. 12. Quo neminem pejus odi. 7. Fa. 2. Oderam multo pejus hunc, quam illum ipsum Clodium. 4. de Fin. 54. Quod aliud alio melius esset, aut pejus.

Πειθὼ, οῦς. *Lege*, Suada.

Pelagus, gi, *mare*, *πέλαγος*, *θάλασσα*. 3. de Orat. 155. Fervet æstu pelagus. *Pacuvii.*

Pelasgus, a, um, *Græcorum natio et gens*. 2. de Fin. 12.

Pelignus, a, um. 8. Att. 4. C. Accius Pelignus. I. Vat. 37.

Pelius, ii. Pro Cæl. 18. Utinam ne in nemore Pelio. De Fat. 35. Top. 61.

Pella, *urbs*. 2. Att. 8.

Pellex, icis, *quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat, concubina*, *ἁβραδούλη*, *παλλακίς*. Orat. 108. Uxor generi, noverca filii, filiæ pellex.

Pellicatus, us, *pellicis flagitium*, *παλλάκευσις*, *παλλάκευμα*. Pro Cl. 13. Filia nefarium matris pellicatum ferre non poterat. 2. Off. 25. Dionysius ab uxore est propter pellicatus suspicionem interfectus. Pro M. Scau. Uxor pellicatus dolore concitata.

Pellicio, is, *allicio, induco, capio, delinio*, *ἐφέλκομαι*. Pro Cl. 13. Ea animum adolescentis pellexit omnibus rebus, quibus illa ætas capi et deliniri potest. Pro Flac. 72. Mulierem imbecilli consilii satis locupletem pellexit Decianus ad sese. 1. de Orat. 243. Multo majorem partem sententiarum sale tuo et lepore pellexisti.

Pellicula, æ, *τὸ δερμάτιον*. Pro Muræn. 75. Atque ille statuit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.

Pellis, is, *δερματίς*. 1. de N. 83. Sospita dea cum pelle caprina, hasta, et scutulo. 2. de Orat. 71. I. P. 87. Omni totius provinciæ pecore compulso pellium nomine. 4. Ac. 4. Ut non multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. 1. Tusc. 45. Pellis inaurata arietis.

Pellitus, a, um, *δερματοφόρος*, *δερματοφορῶν*. Pro M. Scauro. Ut M. Æmilius sordidissimæ genti, ac prope dicam pellitis testibus condonetur. *pellitos testes frigidos et subornatos dicere videtur.*

Pello, is, *moveo, agito, depello*, *ἀπανίστημι*, *ὠθέω*. 3. Off. 41. Species utilitatis animum ejus pepulit, qui, &c. De Ar. 39. Cum lapidibus optimos viros foro pellis. Pro Dom.

312. Hæc me domo mea pellet? Pro Mil. 75. Pellere aliquem possessione. 1. de Fi. 43. Pellere mœstitiam ex animis. 4. Fa. 13. Nulla meipsum privatim pepulit insignis injuria. *aliter*, perculit. Orat. 177. Quod cum animos hominum auresque pepulisset, notandum certe genus fuit. 2. de Fi. 32. Nec ullum habet ictum, quo pellat animi statum. 4. Acad. 30. Quemadmodum prima visa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulsa sequeretur.

Pellor, eris. Orat. 142. Si vitiosum est dicere ornate, pellatur e civitate eloquentia. 3. Off. 37. Quamobrem hoc deliberantium genus pellatur e medio. 2. de Orat. 56. et 3. de Leg. 26. Thucydides scripsit libros suos, cum in exilium pulsus esset. Pro Cæc. 31. Qui armis fugatus, pulsusque est, non est dejectus.

Adverb. *Acriter, privatim, vehementius.*

Syntaxis. *Visa nos pellunt. Improbos e medio pellere. Fugare et pellere armis. Foro pellere. Pellere mœstitiam ex animis. Animos hominum auresque pellere. Pellere animi statum. Pellere e civitate. In exilium pellere.*

Pelluceo, διαφαίνομαι. *Lege*, Perluceo.

Pellucens, vel Perlucens, *id est, perlucidus*, διαφανὴς, διαφανόμενος. De Cl. 273. Mollis et pellucens oratio.

Pelopidæ, arum, *a Pelope immanissimo rege dicti: idcirco crudeles et immanes, quales erant Cæsariani, quos intelligit Cicero*, πελοπίδαι. 14. Att. 12. Ubi nec Pelopidarum facta, nec nomen audiam. 8. Fa. 30. Hinc evolare cupio, et aliquo pervenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. *Ibid.* 28. Ubi nec Pelopidarum nosti cætera.

Peloponnesiacus, a, um. 1. Off. 84. Peloponnesiacum bellum.

Peloponnesius, a, um. 9. Att. 2. Peloponnesiæ civitates.

Peloponnesus, nesi, *Apia, Pelasgia*. 1. de Div. 91. Elis urbs Peloponnesi.

Pelops, pis, *Tantali filius, qui in Peloponneso regnavit*. 3. Tusc. 26. Pelope natus, qui quondam a socero Oenomao rege Hippodamiam raptu nactus nuptiis, &c.

Peloris, idis, *terra, et Siciliæ pars, Peloro monti subjecta.* Ver. 5. 6.

Pelorus, ri, *promontorium Siciliæ. Ibid.* 90.

Penarius, a, um, *ut cella penaria*, ταμιευτικὸς. *Lege*, Penus. Ver. 2. 3. et de Sen. 56.

Penates, tium, *dii patrii, lares, foci*, ἡ ἑστία. 2. de N. 68. Dii penates sive a penu ducto nomine, sive quod penitus insident. Pro Dom. 144. Illi dii penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum erunt restituti. *Ibid.* Vos patrii penates familiaresque. Pro Sest. 45. Vos penates patriique dii. Pro Sul. 86. Dii patrii ac penates, qui &c. Pro Dom. 106. Uniuscujusque vestrum sedes, aras, focos, deos penates subjectos esse libidini tribunitiæ. Ver. 4. 17. Deos penates a te patrios reposcit. Pro Sest. 30. Exterminare aliquem a suis diis penatibus. Pro Quin. 83. Quintius a suis diis penatibus præceps ejectus. Pro Deiot. 15. In conspectu deorum penatium necare hospitem.

Syntaxis. *Dii penates, ac familiares mei. Patrii penates, ac familiares. Penates patriique dii. A diis suis penatibus aliquem exterminare, præcipitem ejicere. In conspectu deorum penatium necari.*

Pendens, tis. Top. 59. Causæ ex æternitate pendentes. Hor. Altera est nexa cum superiore, et inde apteque pendens. De suo Consul.

Atque animo pendens noctis eventa timebat.

Pendeo, es, *suspensus sum, orior, proficiscor*, αἰωροῦμαι, κρέμαμαι, vel κρεμάω. 2. de Divin. 134. Quidam somniavit, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. 3. Tusc. 37. Si prudentia extrinsecus religata pendeat, et non oriatur ex se. Ver. 3. 36. Tamdiu pependit in arbore socius populi Romani, quamdiu voluntas Apronii tulit. *Ibid.* 66. Pendere ex arbore. 5. 74. Sagittæ pendebant ab humero. L. P. 43. Ut tu uspiam saxis fixus asperis evisceratus latere penderes. *Poetæ*. 1. Off. 65. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. 2. de Fin. 50. Quid turpius est, quam sapientem ex insipientium sermone pendere? Pro Sull. 66. Omnis terror, et omnis suspicionis timor ex Antonii improbitate pendebat. Ver. 3. 189. Ut intelligas non ex æstimatione pendere crimen, sed ex conjunctione, &c. 4. Acad. 116. Rationes quæ ex conjectura pendent. 2. de Orat. 139. Causas non ex personis, sed ex genere quæstionis pendere. Pro Cæc. 52. Non ex verbis aptum pendere jus, sed verba servire hominum consiliis. 14. Att. 22. Respublica e Bruto pendet: quæ aut nulla erit, aut ab isto servabitur. Pro Mar. 22. Quis non intelligit, ex unius tui vita pendere omnium? 10. Fam. 26. Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere possumus, in Januarium mensem protendimus. *Ibid.* 21. Puderet me inconstantiæ litterarum, si non ex aliena levitate penderent. 6. 22. Tuique qui ex te pendent. 5. Tusc. 36. Cui ex ipso apta sunt omnia, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius eventis coguntur. 1. de Finib. 62. Pendere ex futuris. 5. Fam. 13. Pendere aliunde. 3. Qu. Frat. 5. Promissis iis quæ ostendit, non valde pendeo. Pro Fla. 4. Salus nostra, quæ spe exigua extremaque pendet. 2. cont. Rul. 65. Suspensus et incertus obscura spe, et cæca expectatione pendeo. *Ibid.* 80. Cætera vectigalia perlevi sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere.

Hæreo. 8. Fam. 5. Ego quidem vehementer animi pendeo. 8. Att. 5. et 4. Tusc. 35. Pendeo animi expectatione Corfiniensi. 1. de Legib. 9. Animi pendere soleo, cum quid orsus sum, si traducor alio. 16. Att. 12. Animi pendeo de te et de me. 11. 12. Ostendis te pendere animi, quamnam ratio-

nem, &c. 1. Tusc. 96. Si expectando et desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur. 4. Att. 14. Ne diutius pendeas: palmam tulit. 2. de Orat. 107. Ex quo verbo, lege Apuleia, tota illa causa pendebat. I. P. 98. Non in tabellis paucorum judicum, sed in tabellis omnium judicum famam nostram fortunamque pendere. Parad. 1. Cui omnis spes, et ratio, et cogitatio pendet ex fortuna.

ADVERB. *Aliunde, diutius, valde, vehementer.*

SYNTAXIS. *Extrinsecus pendere, et non ex se nasci. Pendere in cruce, ex cruce, ab cruce. Rationes ex conjectura pendentes. Suspensum et incertum obscura spe, et cæca expectatione pendere. Perlevi momento fortunæ ac temporis inclinatione pendere. Sagittæ pendent ab humero. Ex errore imperitæ multitudinis pendere, ex aliena levitate, ex insipientium sermone. Resp. e Bruto pendet. Pendere aliunde, ex eventis, ex futuris. Salus spe exigua extremaque pendens. Animi pendere de aliqua re. Pendeo animi, quid &c. Expectando pendemus animis. Ne diutius pendeas, fuit &c. Tota causa ex verbo pendens. In tabellis judicum famam alicujus fortunamque pendere.*

Pendo, is, *æstimo*, τιμάω, σταθμάομαι. Ver. 4. 1. Rem vobis proponam, vos eam suo, non nominis pondere penditote. 11. Fa. 20. Totamque istam cantilenam ex hoc pendunt, ut quamplurimum lucri faciant.

Solvo. 3. contr. Rull. 9. Ego pro aqua vectigal pendam. 1. Qu. Fr. 1. 26. Pendere vectigal. De Pro. 5. Achæi ingentem pecuniam pendunt L. Pisoni quotannis. 6. Att. 1. Vedius H. S. centena pendat necesse est. 12. 25. Pendere usuram pecuniæ cuipiam. *Ibid.* 23. Pendere usuram ei, a quo emeris.

Patior. 11. 8. Maximas pœnas pendo temeritatis meæ. *Ibid.* 11. Tusc. 23. Pœnas illum pependisse audivi.

Pendor, eris. Pro Quin. 5. Si ex opibus, non ex veritate causa pendetur. Pro S. R. 62. Tamen non temere creditur, neque levi conjectura res penditur. Orat. 51. In Philosophia res spectatur, non verba penduntur.

Pene, *prope, nihil propius est factum, quam, ut, &c*, παρ' ὀλίγον παρὰ μικρὸν, μικροῦ δεῖν. 1. de Orat. 70. Oratori poeta multis ornandi generibus pene par, in hoc autem prope idem, &c. 1. Fam. 4. Bibulum habuimus multo justiorem, pene etiam amicum. Pro Q. R. 16. Judicia summæ existimationis, et pene dicam capitis. 2. Fam. 9. Pene factus sum ille. 5. Att. 20. Brutum non minus amo quam tu, pene dixi, quam te. 16. 7. Ibi pene valentem videram Piliam.

Penes, *in manu, in potestate*, παρά. Ver. 3. 171. Cum omnis copia frumenti penes istum esset redacta. 2. cont. Rul. 51. Agri, quorum adhuc penes Pompeium omne judicium et potestas more majorum debet esse. Pro Do. 130. Censor, penes quem majores nostri judicium Senatus de dignitate esse voluerunt. Pro Mil. 61. Servi centum dies penes accusatorem fuerunt. Or. 142. Eloquentia eos ornat, penes quos est. 4. ad Her. 14. Ut ne ad solarium quidem idoneus, sed penes scenam et in ejusmodi locis exercitatus sis. *Alii leg.* pone. De Cl. 258. Locutionis emendatæ ac Latinæ laus penes Cæsarem fuit. Ver. 5. 39. Cum penes te prætorium nomen esset. Postq. ad Quir. 21. Imperium quod erat penes ipsos. 4. Fam. 7. Ille penes quem omnis est potestas. 4. ad Her. 8. Si putabit, posse omnia penes unum autorem consistere, &c.

SYNTAXIS. *Penes Cæsarem laus fuit emendatæ ac Latinæ orationis. Penes Cæsarem imperium, potestas, omnia.*

Penetrans, tis, διαπείρων, πορεύων. 13. A. 20. Antonio in Galliam penetranti D. se Brutus objecit. De Univ. 30. Astra per cœlum penetrantia solstitiali se et brumali revocatione convertunt.

Penetrales, *loca interiora et secretiora domus vel templi*, ἐφέστιοι. De Ar. 57. Abditi et penetrales foci. 2. de Natur. 68. A penu penetrales a poetis vocantur.

Penetro, as, *pervado, pertineo, permano, serpo*, ἐξικνέομαι. Pro Arch. 23. Cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare. De Somn. 17. Cum Romulus hæc ipsa in templa penetravit. De Prov. 22. Non ipse ad eorum urbes sedesque penetravit. Ver. 4. 107. Subito, non longe a Syracusis, penetravit sub terras. 4. Acad. 122. Nulla acies humani ingenii tanta est, quæ penetrare in cœlum possit. 1. Tuscul. 43. Animus penetrat, et dividit omne cœlum. 2. de Nat. 53. Ratio hominis in cœlum usque penetravit. Part. 123. Definiendo describendoque verbo penetrare ad sensum opinionemque judicis. De Clar. 142. Nulla res magis penetrat in animos, quam, &c. 1. Tusc. 45. Per quas angustias penetravit Argo.

SYNTAXIS. *In templum penetrare, ad sedes, sub terras. In cœlum usque, ad sensum, opinionemque judicis, in animos, per angustias.*

Penicillus, li, ὁ μοτὸς, et τὸ μοτόν. Orat. 74. Pictor vidit obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. 2. Qu. Frat. 14. Mihi date Britanniam, quam pingam coloribus et penicillo meo.

Penis, is, αἰδοῖον. 9. Fam. 22. Caudam antiqui penem vocabant; ex quo est propter similitudinem peniculus: at hodie penis est in obscœnis. At vero Piso ille frugi in annalibus suis queritur, adolescentes peni deditos esse.

Penitus, *prorsus*, ἐπιπάγχυ, παντελῶς. 1. de Nat. 120. Euhemerus religionem penitus totam sustulit. 5. Fam. 13. Rationes a te collectæ vetabant, me Reipublicæ penitus diffidere. 2. Off. 27. et 3. de Orat. 122. Hanc consuetudinem penitus amisimus. Pro

Qu. R. 20. Supercilia illa penitus abrasa. 1. de Orat. 108. Res penitus perspectæ, planeque cognitæ. 2. 319. Res penitus ex causa efflorescere. 1. 92. Artem cognitis penitusque perspectis rebus contineri. *Ibid.* 17. Omnes animorum motus penitus pernoscendi. De Clar. 178. Totam enim Rempublicam tenebat, penitusque cognorat. 2. contr. Rull. 48. Penitus abstrusas insidias contra aliquem ponere. Pro Sull. 11. Nondum penitus in Republica versabar. 5. de Finib. 19. Habere aliquam rem penitus cognitam. Ver. 5. 67. Opus multorum operis penitus excisum. 5. Tusc. 5. Tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. 13. Fam. 53. Eum tibi penitus commendo atque trado. 16. 8. Tamen te penitus rogo, ne, &c. 1. de Fin. 49. Ob eamque causam multi seipsos penitus perdiderunt. 8. Att. 16. Explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam.

Interius, ἐμβυθεῦ, ἔσωθεν, ἔνδοθεν. 2. Off. 13. Nec aurum effoderetur penitus abditum. 1. de Leg. 17. Sed penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam puto. *Ibid.* 26. Natura in specie oris penitus reconditos mores effinxit. 2. de Nat. 68. Dii penates dicti, eo quod penitus insident. Pro Mil. 69. Si tibi penitus insedit ista suspicio. 1. C. 31. Periculum autem residebit et erit inclusum penitus in venis atque visceribus Reipublicæ. De Arusp. 57. Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia. 2. contra Rull. 14. Odium penitus insitum. 4. Acad. 32. Natura in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abstrusit. *Ibid.* 122. Videamus terrane penitus defixa sit. 10. Fam. 33. Legiones penitus in Lusitania in hybernis collocaram. 8. Att. 12. Dimittamne me penitus in causam? 1. Q. Fr. 1. 11. Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit. Ver. 2. 169. Is bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. Pro Cl. 4. Evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam? 1. C. 27. Ea penitus animis vestris mentibusque mandate. 1. de Orat. 96. Penitus in eam ipsam hujus studii disputationem intimam pervenistis. Eleg.

Jam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes
Relliquit.

Syntaxis. *Penitus rogare. Penitus pernoscere, versari in Repub., se totum alicui tradere. Penitus defixum et reconditum. Mandare suis mentibus et animis aliquid penitus. In intimam penitus disputationem venire.*

Penna, æ, τὸ πτερόν. 2. de N. 129. Aves pullos ex ovis exclusos pennis fovent, ne frigore lædantur. 5. de Fin. 32. Pennarumque contextu corporis tegumenta faciebat. In Arat.

Quæ volat, et serpens geminis secat aera pennis.

Pennatus, a, um, πτερωτός. 1. de Div. 106.

Hic Jovis altisoni subito pennata satelles.

Et in Arat.

Penniger, a, um, πτεροφόρος, ου. De Un. 31. Animalium genus pennigerum, et aerium. *Lege*, Armiger.

Pennula, æ, *parva penna*, τὸ πτερίον. 2. de Nat. 129.

Pensio, onis, *merces*, *vectigal*, ἔκτιμα, ἔκτισις. 6. Fam. 18. Teneor tamen, dum a Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. Pro Qu. R. 51. Cum altera pensio solvenda esset. 11. Att. 4. De pensione altera, oro te, omni cura considera, quid sit faciendum. 12. 9. Sed de prima pensione ante videamus. 2. A. 113. Ista conjunx tua nimium debet diu populo Romano pensionem tertiam. 16. Att. 2. Hortensius vero impudenter: nihil enim debetur ei, nisi ex tertia pensione, quæ est Calend. Sextil. ex qua pensione ipsa major pars est ei soluta aliquanto ante diem.

Syntaxis. *Exigere pensionem ab aliquo. Solvere pensionem, debere ex pensione. Pensio soluta ante diem.*

Pensito, as, *pendo*, σταθμᾶμαι. Pro Pomp. 16. Qui vectigalia vobis pensitant, aut eos, qui exercent atque exigunt. 3. contra Rull. 9. Immunia commodiore conditione sunt, quam illa, quæ pensitant. Ver. 3. 165. Pensitare pecunias alicui.

Penso, as, σταθμάομαι, ἐξετάζω. 2. Off. 68. Pensare operis et officiis.

Pensum, si, a pendeo, ἔριον. 3. de Orat. 117. Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus pensumque revocabo. Ver. 3. 109. Pensum in agro Leontino magis est exigendum.

Penula, æ, *pallium quo utimur in itinere propter pluviam*, ὁ φαινόλης. Pro Mil. 29. Milo de rheda, rejecta penula, desiluit. 13. Att. 33. Sed ita egi, ut non scinderem penulam. *Ibid.* Horum ego vix attigi penulam. Pro Sest. 82. Is Mulioniam penulam arripuit, &c.

Penulatus, *penula indutus aut amictus*, φαινόλην περιβεβλημένος. Pro Mil. 29. *Lege*, Rheda.

Penuria, æ, *paucitas*, ἡ ἐνδεία, ἔνδεια. De Cl. 2. Magna sapientium civium bonorumque penuria. De Am. 63. Sunt igitur constantes eligendi amici, cujus generis magna penuria est. 2. de Inv. 115. Penuria agri, X, *copia*.

Penus, us, τὸ ταμιεῖον. 2. de Natur. 68. Penates a penu ducto nomine: est enim omne, quo vescuntur homines, penus.

Per, *cum accusativo*, *ratione operæ*, *auxilii*, ἀνὰ, διὰ, κατά. Pro Qu. 69. Qui per vim et scelus plurimum possunt. *Ibid.* 56. Ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est. Pro S. R. 6. Quod per scelus adeptus est, per luxuriam effundit ac consumit. 3. Off. 110. Quod per vim actum est, ratum esse non debet. 3. de Leg. 42.

Agere aliquid per vim. Ver. 1. 57. Per scelus et latrocinium afferre aliquid. 1. Qu. Fr. 1. 17. et Ver. 4. 147. Per vim et metum facere, vel auferre aliquid. Pro Dom. 59. Per insidias interficere aliquem. 3. de Natur. 84. Potestas, quam ipse per scelus erat nactus. I. P. 30. Lex inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium. 3. Qu. Fr. 6. Per vim perferre legem. De Ar. 42. Post exercitu sollicitato per nefandum scelus fugit illinc. Pro S. R. 30. Per summum dedecus vitam amittere. Pro Quin. 10. Mihi summam per injuriam omnia inimica sunt. 8. Famil. 14. Per injuriam facere, vel eripere aliquid alicui. Pro Qu. R. 21. Fannium per malitiam fecisse, et Roscium per imprudentiam deceptum esse. *Ibid.* Utrumque incredibile est, et Roscium quidquam per avaritiam appetisse, et Fannium quidquam per se bonitate amisisse. Pro Mil. 17. Mors illata per scelus. 2. ad Her. 34. Per dolum facere aliquid. 4. Tusc. 79. Per iram interficere aliquem. 3. Fam. 10. Per vim violare aliquem. 1. de Inv. 106. 107. 108. 109. Aliquid per vim, per manum opulentum factum esse. 2. ad Her. 23. Per culpam venire in necessitatem. 4. 22. In bello per ignaviam tubæ sonitum ferre non potes. Pro S. R. 83. Ascendere per alterius incommodum et calamitatem. *Ibid.* 33. Scævola cives suos servare per compositionem volebat. Pro Qu. 63. Per jus et magistratus aliquem defendere. Pro S. R. 8. Per sententiam jusquejurandum alicujus aliquid assequi, quod antea scelere ac ferro assequi consueveris. Orat. 92. Translata, quæ per similitudinem ab alia re transferuntur. 1. de N. 36. Rebus inanimis per quandam significationem deorum nomina esse tributa. 3. de Orat. 155. Verbum per similitudinem translatum. *Ibid.* 11. C. Cotta depulsus per invidiam tribunatu. Pro Dom. 81. Ferre legem alicui per gratiam. Ver. 2. 127. Per hanc rationem. *id est, ad hunc modum, vel hoc modo.* 2. de Div. 56. Hoc igitur per gallinas Jupiter tantæ civitati signum dabat? *Ibid.* 123. Æsculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis. 2. de Nat. 9. Quæ sit ab Actio Navio per lituum regionum facta descriptio. 2. de Div. 47. Quam scite per notas nos certiores facit Jupiter! 2. de Inv. 152. Nemo potest omnes res per scripturam complecti. *Ibid.* 17. Per impulsionem facere aliquid. Top. 77. Per exta præsensio. 1. de Orat. 161. Per quædam involucra et integumenta perspicere aliquid. 2. de N. 142. Natura membranas oculorum perlucidas fecit, ut per eas cerni possit. Ver. 4. 53. Non per præstigia, sed palam per imperium oppidum compilare. *Ibid.* 6. Per simulationem ædilitatis. 2. contr. Rull. 95. Illam copiam cum hac per risum ac per jocum contemnent. Ver. 5. 108. Honores, ad quos et per ludum et per negligentiam pervenistis, &c. 1. Att. 14. Cæsar cum eo coire per Arrium cogitat, et Bibulus cum hoc se putat per C. Pisonem posse conjungi. 1. de Orat. 38. Plura detrimenta publicis rebus, quam adjumenta per homines eloquentissimos importata. 4. C. 8. Ne quis pœnam eorum aut per Senatum, aut per populum levare possit. Pro Mil. 94. Tranquilla rep. sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur. De Ar. 40. Ne per optimatum discordiam pericula patribus creentur. Pro Mil. 5. Habere spem ad salutem alicujus per judices extinguendam. De Pro. 44 Libere per aliquos gloriari aliquem, se, &c. 1. in A. 2. Pax denique per eum, et per liberos ejus cum civibus confirmata est. Pro Mur. 45. Exturbare aliquem, qui et per se, et per suos, et vero etiam per alienos defendatur. Pro Flac. 25. Si civitas per viros bonos gravesque homines querelas ad vos detulisset &c. Pro Dom. 53. Cum meam domum refertam viris bonis per amicos suos complerent. 4. Att. 15. Nihil interest, utrum per procuratorem agas, an per te ipsum. Pro S. R. 112. Recede de medio, per alium transigam. 6. Att. 1. Per binos tabellarios misi Romam litteras. 5. 15. Tu autem sæpe dare poteris tabellariis publicanorum per magistros scripturæ. Pro Cluent. 172. Venenum datum alicui per aliquem. I. P. 88. Quid? per tuum servulum ordines assignati? Pro Cl. 47. Comparare insidias alicui per aliquem. 1. Att. 13. Biduo per unum servum confecit totum negotium. 1. C. 18. Nullum jam tot annos facinus extitit nisi per te, nullum flagitium sine te. 2. 7. Quod nefarium stuprum non per illum? 1. Att. 17. Enitere per servos tuos, ut scheda nequa depereat. 3. de Nat. 84. Per præconem vendere aliquid. Brut. 8. Bibulus vellet per te aliquid autoritatis assumere. Ver. 2. 9. Injurias suas per vos ulcisci statuerunt. Pro S. R. 79. Vulgo occidebantur: per quos? 5. Att. 21. Appius aliquot turmas equitum dedit Scaptio, per quas Salaminios coerceret. 2. Qu. Fr. 11. Mirifice mihi et per se, et per Pompeium blanditur Appius. 6. Att. 3. Rex non in Pompeium prolixior per ipsum, quam per me in Brutum fuit. Pro Quint. 17. Per te, C. Aquili, decidit Quintius, &c. *Ibid.* Hoc eo per te agebatur, quod, &c. 1. Qu. Fr. 1. 20. Complures urbes dirutas ac pene desertas per te esse recreatas. De Sen. 20. Respublica per adolescentes labefactata. Pro Fla. 68. Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum, paulo minus per Sex. Cæsium, &c. Brut. 16. Atqui non esse, quam esse, per illum præstat. 11. Att. 6. Clodius suspicetur, aliquid a suis, vel per suos potius inimicos ad te esse delatum, quo, &c. *Ibid.* 8. Per eos diligentissime contendas opus est, ut, &c. 2. de Orat. 290. Ego cum doctior per te, tum etiam audacior factus sum ad jocandum. 9. Att. 11. Id assequetur, si per prætores consules creentur. 8. 16. Volo etiam exquiras, quid Domitius agat (ha-

bebis autem per quos possis.) *Ibid.* Memini quid mihi suaseris per Theophanem Culeonem. 1. Famil. 4. Per te factum est, quo minus pax fieret. 14. Att. 22. Hircium per me meliorem fieri volunt. 4. Acad. 93. Per me vel stertas licet, non modo quiescas. 7. Fam. 32. Trahantur per me pedibus omnes rei. 4. Tusc. 46. Digladientur ibi per me licet: *id est, quod ad me attinet.* 13. Fam. 29. Per quos homines steterim. 3. 10. Memetipsum per illum restitutum puto. *Ibid.* 1. 7. Per aliquem fieri certiorem, &c. 7. 32. Quæ sunt a me in secundo libro per Antonii personam disputata. 10. 5. Nunquam per M. Antonium quietus fui. 1. Tuscul. 48. Liberari metu per aliquem. Pro Lig. 1. Cum id neque per te scires, neque aliunde scire potuisses. Pro Sull. 67. Vargunteium et Antonium nihil audacter ipsos per sese sine P. Sylla facere potuisse. Pro Plan. 46. Is omnibus officiis per se, per patrem, per majores suos totam Atinatem præfecturam comprehenderat. 2. de Orat. 5. Cæteræ fere artes se ipsæ per se tuentur singulæ. 3. 20. Nullum genus rerum avulsum a cæteris per seipsum potest constare. 3. Fam. 8. Hoc cum per se mihi gratum est, tum quod, &c. *Ibid.* 9. Hoc est mihi charum non propter, &c. sed per se, &c. 4. Tuscul. 41. Quod cum ipsum per se, tum, &c. 1. Orat. 198. Jam vero ipsa per sese multum prodest. 1. C. 28. Homo per se cognitus nulla commendatione majorum. 1. Fa. 9. Per sese facere aliquid.)(*cum alio.* Pro Dom. 72. Exul, ipsum per se nomen est calamitatis. De Ar. 36. Hoc quid sit, per se ipsum non facile interpretor, sed ex eo, quod sequitur, suspicor. Pro Sest. 60. Virtus splendet ipsa per sese semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. 2. de Orat. 228. Hoc non minus est per seipsum invidendum. 2. de Nat. 31. Ignis per se ipse ac sua sponte movetur. 2. de Orat. 11. Tu qui rationem dicendi per teipsum, usum autem per nos percipere voluisti &c. 1. 97. Cum et per me ipsum egissem, et per Brutum sæpe tentassem. 1. C. 11. Quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti. 15. Att. 15. Agere gratias alicui per litteras. 13. 10. Brutus per litteras purgat Cæsarem de interitu Marcelli. 10. 3. Cæsar mihi ignoscit per litteras, quod non venerim. 13. 2. Invito eum per litteras, ut apud me diversetur. I. P. 41. Is a Senatu supplicationem per litteras postulavit. Ver. 3. 125. Per litteras supplicare alicui. Brut. 9. Consolari aliquem per litteras. 1. Att. 14. Ea pars epistolæ, per quam te mihi purgatum esse voluisti. *Ibid.* 16. Qu. frater purgat se mihi per litteras. Pro Flacc. 90. Nunc matri purgat se per epistolam. 11. Att. 13. Accusasti per me litteras gravioribus verbis. 6. 1. et 1. Fam. 7. *Ibid.* 9. Per litteras colloqui cum aliquo, vel ostendere aliquid. 2. 6. Per litteras petere aliquid ab aliquo. Pro Sull. 55. Litteræ, per quas ille precibus a Sulla petit, ut gladiatores emat. 1. de Div. 34. Vaticinans per furorem, ut Sibylla, &c. De Pro. 39. Per manus provinciam alteri tradere.

Loci, spatii. 12. A. 3. Sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus. 3. de Orat. 159. Nexum, quod per libram agitur. In Vat. 13. Ut nemo per tuum latus (quod soles dicere) sauciatur.

Potestatis, concessionis. Pro Dom. 51. Ne id quidem per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. I. P. 18. Tamen id iis non licere per interdicta crudelitatis tuæ, potestatis erat non ferendæ. Pro Mil. 44. Hoc neque per naturam fas est, neque per leges licet.

Culpa, vel gratia. 16. Fam. 7. Cum per valetudinem et per anni tempus navigare poteris, ad nos veni. 7. 1. Cum per valetudinem posses, noluisti. 2. in A. 54. Omnes consulares, qui per eam valetudinem exequi fugam illam non possunt. Brut. 5. Nunc per auspicia longam moram video. Pro Pomp. 70. Nec Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. Act. 1. Ver. 48. Per gratiam contendere aliquid ab aliquo. 1. 191. Per beneficium concedere aliquid.

Prætextus. 1. de Inv. 71. Per fidem fallere aliquem. Postq. ad Quir. 21. Qui per simulationem amicitiæ me prodiderunt. Pro Dom. 65. Cato invisus, quasi per beneficium, Cyprum relegatur &c. alter ejicitur per honorem turpissimum, alter per honestissimam calamitatem. Pro Cæcin. 7. Per tutelam aut fiduciæ rationem fraudare quempiam. Ver. 4. 102. Res per castimoniam mulierum ac virorum sacræ per alicujus stuprum violatæ.

Jurandi modo. Pro R. P. 36. Per plures deos jurare. 2. Off. 5. Quid est enim, per deos! optabilius sapientia? Pro Flac. 6. Per deos immortales! judices, vos quæretis, &c. Ver. 4. 80. Quisnam, per Deos immortales! tuebitur P. Scipionis mortui memoriam? Pro S. R. 146. Si tibi omnia mea tradidi, per deos immortales! quæ est ista crudelitas? Pro Sest. 102. Hæc imitamini per deos immortales! qui gloriam quæritis. 1. de Nat. 106. Hoc per ipsos deos quale tandem est? Brut. 15. Propera, per deos! 4. ad Her. 66. Et tu, per deos! inquit, hunc amplexare. 2. de Orat. 242. Per tuam nobilitatem, per vestram familiam, per tuas statuas, &c. Pro Quin. 97. Nævium obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius conjugem et liberos, ut, &c. 4. ad Her. 66. Parce, inquit, et per ea, quæ tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri.

Temporis ratione. 2. de Div. 27. Animus per somnum curis vacuus. De Clar. 285. Duo fratres per idem tempus dissimiles inter se. 7. Att. 9. Tenuisti provinciam per decem annos, non tibi a Senatu, sed a te ipso per vim et factionem datos. *Ibid.* Hunc per annos decem aluimus contra nos. 10. Fam. 3. Per tot annos respub. divexata. 2,

Qu. Fr. 2. Consecuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. Pro S. R. 80. Per ista tempora iidem fuerunt, &c. Pro Clu. 169. Per hos annos, &c. *Ibid.* 24. Per illam vim atque victoriam L. Syllæ. *id est, eo tempore.* 3. C. 20. Ludi decem per dies facti. 8. Fa. 8. Utique ejus rei causa per dies comitiales Senatum haberent. 16. 8. Tamen te penitus rogo, ne te viæ per hyemem, nisi bene firmum, committas. 7. 1. Neque tamen dubito, quin per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris. *Ibid.* Binæ venationes per dies quinque magnificæ. Pro Pomp. 1. Cum antea per ætatem nondum hujus autoritatem loci contingere auderem. Pro Dom. 35. Factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater esse potuisti. *Ibid.* Ille tibi loco filii per ætatem esse potest. 12. Fam. 23. Quod nullam partem per ætatem sanæ et salvæ reip. gustare potuisti. Qu. de Pet. 29. Qui per ætatem et per negotium possunt.

Per se, *ex se, vi sua, propter se, suo nomine, suis viribus, sua sponte, natura sua.* De Univers. 16. Mundus per se et a se et patitur et facit omnia. 5. Tuscul. 95. Voluptas per se, quia voluptas est, semper optanda est. 2. de Div. 126. Sive externus pulsus dormientium animos commovet, sive per se ipsi animi moventur. *Ibid.* 120. Utrum censemus animos per semetipsos in somniando moveri, an externa et adventitia visione pulsari? 1. de Fin. 25. Si concederetur, ista sua sponte et per se esse jucunda, per se esset virtus et cognitio rerum expetenda. Pro Planc. 40. Non enim si, &c. idcirco ista editio per se non acerba est. 10. in A. 4. Copiæ, quas per se nullo adjuvante confecit. 2. Off. 32. Quod honestum est per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commovet. De Am. 82. Naturalis illa amicitia per se et propter se expetenda. *Ibid.* Per se quisque charus. 2. de Fin. 83. et 5. 37. De Cl. 140. Rectum ipsum, quod per se, sua vi, sua natura, sua sit sponte laudabile.

Syntaxis. *Per scelus, vim, metum, fidem, gratiam, tutelam, amicitiam, simulationem aliquid agere. Sic per malitiam, fraudem, imprudentiam, vim. Per culpam venire in necessitatem. Per ignaviam aufugere. Per risum et per jocum contemnere. Per ludum et negligentiam. Per latus alterius vulnerari. Per naturam est fas. Per leges licet. Per hanc causam non venio. Per valetudinem quiesco. Per hyemem non licet. Per te non vides. Per procuratorem agere. Per tabellarium litteras mittere. Per te omne facinus est. Si per te liceat. Per Cæsaris personam disputare. Per te numquam quiesco. Per te satis es cognitus. Per te mihi semper obstas. Per se et a se facere et pati.*

Perabsurdus, a, um, πάνυ ἄτοπος. Part. 54. Nam hæc, quia videntur perabsurda, cum graviora sunt, quam causa fert, diligenter, quid quemque deceat, judicandum est.

Peraccommodatus, a, um. 3. Fam. 5. Tunc mihi ille dixit, classe te velle decedere, et perfore accommodatum tibi, &c.

Peracer, cre. 3. de Orat. 122. Ingenium peracre. 9. Fa. 16. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium.

Peracerbus, a, um. De Sen. 53. Uva primo est peracerba gustatu, &c.

Peracutus, a, um. Ver 2. 108. Qui eo vultu nos intuetur, ut sibi ipse peracutus esse videatur. De Cl. 114.

Peracute, *valde acute.* 1. Acad. 35. Peracute moveri. 3. Fa. 7. Et simul peracute querebaris, quod eos tributa exigere vetarem prius, quam ego, re cognita, permisissem.

Peractio, onis, *finis, extremum,* ἡ τελείωσις, ἀπεργασία. De Sen. 86. Senectus peractio ætatis est tanquam fabulæ.

Peradolescens, tis, *admodum adolescens.* Pro Pomp. 61. Quid tam præter consuetudinem, quam homini peradolescenti, cujus a senatorio gradu ætas longe abesset, imperium atque exercitum dari?

Peræbia, *regio.* I. P. 96.

Peræque, ἐπίσης, ὡσαύτως. Ver. 3. 121. Atque hoc peræque in omni agro decumano reperietis. Orat. 20. I. P. 82. Quod cum peræque omnes, tum acerbissime Bœotii senserunt. 10. Fam. 33. Legiones omnes peræque Antonii cæsas.

Peræquus, a, um, ὁ καὶ ἡ πάρισος. Ver. 4. 46. Ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

Perago, is, *perficio,* διαπράττω, ἀπεργάζομαι. 2. de Natur. 10. Gracchus cum comitia nihilominus peregisset, rem ad Senatum retulit. I. P. 7. Atque ita est a me consulatus peractus, ut, &c. De Senect. 69. Nec histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo in quocunque fuerit actu, probetur.

Peragrans, tis, περινοστῶν, περιερχόμενος. 3. Offi. 2. Et ob eam causam urbe relicta, rura peragrantes, sæpe soli sumus.

Peragratio, onis, *percursatio, lustratio,* περινόστησις. 2. A. 57. Peragratio itinerum, lustratio municipiorum.

Peragratus, a, um, περιερχόμενος. De Cl. 315. Post a me Asia tota peragrata est cum summis oratoribus. Pro Mur. 11. Asia ab eo in militari labore peragrata est.

Peragro, as, *pedibus obeo, lustro, concurso,* ἀπεργάζομαι, περιέρχομαι. Ver. 4. 106. Ceres dicitur orbem omnium peragrasse terrarum. 2. de Orat. 258. Cum quidem omnes provincias se peragrasse gloriaretur. De Clar. 51. Eloquentia omnes peragravit insulas, et peregrinata tota Asia est. Pro Milon. 99. Fama de interitu Clodii fines imperii Romani jam peragravit. De Pro. 33. Has regiones populi Romani arma peragrarunt. 1. de Div. 94. Cilices, qui campos et montes hyeme et æstate peragrant. De Ar. 24. Agros et nemora peragrare. Pro Cornel. 16. Cn. Pompeii res gestæ omnes gentes cum clarissima

victoria terra marique peragrarunt. 5. de Finib. 87. Plato Ægyptum peragravit. De Univers. 28. Annus, ubi sol suum totum confecit et peragravit orbem. Pro Cœl. 53. Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. 1. de Orat. 222. Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, et sensus mentesque pertractare. 2. de Fin. 102. Qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragravisset. *Ibid.* 112. Maria pedibus peragrare, classibus montes.

Peramans, tis, *amans*, φιλοφρονούμενος. 4. Att. 8. Homo peramans semper nostri fuit.

Peramanter, προσφιλῶς. 9. Famil. 20. Me quidem perofficiose et peramanter observant.

Peramor, aris, ὑπερφιλέομαι. 1. de Leg. 49. Ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus peramatur toto pectore?

Peramplus, a, um, ὁ καὶ ἡ εὐρύχωρος. Ver. 4. 110. Signa perampla.

Perangustus, a, um, στενόπορος, στενόχωρος. Ver. 5. 169. Perangustum fretum.

Peranguste, *adverb.* σφόδρα στενῶς. 1. de Orat. 163. Perfice, ut Crassus hæc, quæ coarctavit, et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.

Perantiquus, a, um, ὁ καὶ ἡ πολυετής. Ver. 4. 4. Sacrarium perantiquum.

Perappositus, a, um, ἐπιτήδειος. 5. de Orat. 274. Non solum mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis, &c.

Perarduus, a, um, δυσχερής. Ver. 3. 66. Mihi perarduum est hoc commonstrare.

Perargutus, a, um. De Clar. 167. Homo perargutus.

Perattente, *attentissime*, ἐπιμελῶς. Pro Cœl. 25. Animadverti enim, judices, audiri a vobis meum familiarem L. Herennium perattente.

Perattentus, a, um, *attentus*. Ver. 3. 10. Perattentos animos habere.

Perbacchor, aris, *bacchor*, διαβακχεύομαι, διαμαίνομαι. 2. in A. 104. Quamdiu in villa turpissime es perbacchatus?

Perbeatus, a, um, πανόλβιος. 1. de Orat. 1. Perbeati fuisse, Qu. frater, illi videri solent, qui in optima repub. cum et honoribus, et rerum gestarum gloria florerent, eum vitæ cursum tenere potuerunt, ut vel in negotio sine periculo, vel in otio cum dignitate esse possent.

Perbelle, *adverb.* παγκάλως. 4. Att. 4. Perbelle feceris, si ad nos veneris. 16. Fa. 18. Sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle simulas, &c.

Perbenigne, *adverb. benigne*, παγχρήστως, φιλοφρόνως. 1. Qu. Fr. 1. Perbenigne respondere alicui.

Perbenevolus, a, um, *valde benevolus*. 13. Famil. 4. Cænius est perbenevolus nobis.

Perbene. *Lege*, Bene.

Perblandus, a, um, προσηνής, σφόδρα. Pro Rab. Posth. 21. Huic perblandus reperiendus fuit, &c. 1. Qu. Fr. 2. Successorem habes perblandum.

Perbonus, a, um, πανάγαθος, πάγκαλος. Ver. 4. 38. Perbona toreumata. Pro Flac. 71. Agros natura perbonos habent. 6. Att. 1. Quoad mecum rex fuit, perbono loco res fuit.

Perbrevis, ve. Ver. 3. 22. Perbreve tempus. De Cla. 158. Quodque perdifficile est, idem et perornatus, et perbrevis. Pro Cl. 2. Per mihi brevis videtur. 6. Fam. 12.

Perbreviter, *admodum breviter*, βραχυλόγως. Pro Dom. 40. Sed hæc de auspiciis, quæ ego nunc perbreviter attingo, acta sunt a te. 2. de Orat. 235. Perbreviter exponam.

Percalleo, les, διαπωρόομαι. 2. de Orat. 147. Si modo usum rerum percalluerit. Pro Mil. 77. Sed nescio quomodo usu obduruerat, et percalluerat civitatis incredibilis patientia.

Percautus, a, um, πάνυ εὐλαβής. 1. Qu. Fr. 1. 15. Delectus percautus.

Percelebratus, a, um, διαπεφημισμένος. Pro M. Cœl. 69. Audita et pervulgata et percelebrata sermonibus res est.

Percelebror, aris, διαφημίζομαι. Ver. 5. 80. De qua muliere plurimi versus tota Sicilia percelebrabantur.

Perceler, eris, *celer*, πάνυ ταχύς. Pro M. Cœl. 58. Interitus perceler.

Perceleriter, πάνυ ταχῶς. 6. Fam. 12. Perceleriter aliquid afferre.

Percello, lis. *Lege* Perculsus, καταπλήττω. Ver. 3. 132. Hæc te vox non perculit? non perturbavit? Pro Cœl. 80. Ne adolescentiam plenam spei maximæ perculisse atque afflixisse videamini. Pro Do. 27. Iisdem machinis sperant me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. Pro Mil. 56. Mars communis, qui sæpe spoliantem jam et exultantem evertit et perculit ab abjecto. Pro Sest. 140. Quos repentina vis ac tempestas perculit popularis. 2. de Orat. 275. Scipio, qui Tib. Gracchum perculit. Pro Mil. 65. Quæ quamvis etiam mediocrium delictorum conscientiam perculissent, &c. Pro Mar. 17. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ.

Syntaxis. *Percellere ac perturbare. Percellere et affligere. Evertere et percellere exultantem.*

Percenseo, es, *recenseo, percurro*, ἐξαριθμέομαι, καταλέγω. Partit. 127. Quo in genere percensere poterit plerosque inveniendi locos. 2. contra Rull. 47. Italiam percensuisti, perge in Siciliam. Postq. in Sen. 1. Quis possit vestra in me universa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando?

Perceptio, onis, *collectio, comprehensio*, ἡ κατάληψις. 2. Off. Frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio. 4. Acad. 22. Ars ex multis animi perceptionibus constat. 1. 45. Turpe est cognitioni et perceptioni assertionem approbationemque præcurrere. 4.

17. Perceptio, quam κατάληψιν Græci vocant.

Perceptum, ti, καταληπτόν. De Fat. 11. Percepta appello, quæ dicuntur Græce θεωρήματα. Non enim credo nullo percepto aut cæteros artifices versari in suo munere, aut eos, qui divinatione utantur, futura prædicere. Sunt igitur Astrologorum percepta hujusmodi. *Alii*, Præceptum *legunt*.

Perceptus, καταληφθείς. 2. de Finib. 98. Memoria corpore perceptarum voluptatum.

Percipiendus, a, um, καταληπτέος. Qu. Fr. 1. 23. Cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda plurimum a pueritia studii fuisset, et temporis. 2. de Orat. 219. Philosophia oratori necessario percipienda est. 1. Off. 59. Vicinum citius adjuveris in frugibus percipiendis, quam propinquum.

Percipio, is, *capio*, διαιρθάνομαι. 14. Fam. 1. Capere voluptatem, percipere luctum. 1. de Fin. 37. Percipere voluptatem vel dolorem sensibus. De Sene. 22. Themistocles omnium civium nomina perceperat.

Colligo. De Senect. 24. Serere, percipere, et condere fructus.

Retineo. 1. de Natu. 11. Nam si singulas disciplinas percipere magnum est, quanto magis omnes?

Assequor, intelligo, ὑποδέχομαι. Ver. 4. 54. Percipere aliquid oculis. 1. de Orat. 127. Aliquid percipere animo, et memoria custodire. 1. Offi. 60. Nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quidquam sine usu et exercitatione consequi possunt. 1. de Fin. 64. Cognoscere et percipere aliquid. 1. C. 27. Percipite, quæso, diligenter quæ dicam. Hortens. Eundem non modo ex mediocri pecunia, sed etiam ex tenui percipere possumus.

Ineo. 8. Att. 13. Ut quodcunque tu consilium percepisses, id nobis persequendum putaremus.

Percipior, eris. Orat. 8. Quæ neque oculis, neque auribus, neque ullo sensu percipi potest. 4. Acad. 34. Id tamen percipi ac comprehendi potest.

Adverb. *Assidue, bene, plane, celeriter, expedite, explorate, diligenter, diligentissime, extrinsecus, male, penitus, recte, tarde.*

Syntaxis. *Percipere doctrinam, virtutem, humanitatem. Percipere fruges. Percipere dolorem sensibus, luctum, voluptatem. Percipere aliquid oculis. Percipere animo, et memoria custodire. Cognoscere et percipere aliquid, disciplinas, artis præcepta. Percipere fructum ex &c. Percipere et comprehendere.*

Percitus, a, um, *incitatus, concitatus*, διακινηθείς. Pro Mil. 64. Animo irato et percito facere aliquid.

Percommode, *valde commode*, εὐκαίρως. 4. Tusc. 64. Itaque sive casu accidit, sive consilio, percommode factum est. Pro Cæc. 77. Hoc loco percommode accidit, quod, &c. Act. 1. Ver. 5. Verum hoc adhuc percommode cadit, quod cum incredibili ejus audacia singularis stultitia conjuncta est.

Percomis, me, εὐπροσήγορος. De Cl. 212. Qui peritissimus juris, idemque percomis habitus est.

Percoquor, eris, καθέψομαι, ἀφέψομαι. Oecon. 3. Nullo modo facilius posse terram a Sole percoqui.

Percrebresco, is, *increbresco, divulgor*, διαθρυλλέομαι. Ver. 2. 56. Res percrebuit, in ore atque sermone omnium cœpit esse. 1. Att. 1. Cum hoc percrebrescit plurimos nostros amicos inveniri. Pro Mur. 50. Cum voces illius nefarii gladiatoris percrebuissent, quas, &c. 3. Off. 18. Quod cum percrebuisset, Pythius quidam, &c. 10. Fam. 10. Tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Ver. 4. 94. Cum hæc fama de cupiditate nostrorum hominum percrebuerit. 21. Opinio apud exteras nationes omnium sermone percrebuit. Div. 12. et Ver. 4. 68.

Percrepo, as, *persono*, κατηχέω. Ver. 5. 31. Lucus ille totus percrepabat mulierum vocibus, cantuque symphoniæ. *Alii* locus.

Perculsus, a, um, *percussus*, καταπληγείς. Brut. 3. Timore magno perculsa civitas tota ad te se effundebat. 2. C. 2. Catilina jam se perculsum et abjectum esse sentit. Pro Flac. 16. Græcia, quæ jamdiu suis consiliis perculsa et afflicta est. Pro Mar. 24. Perculsus et prostratus. 3. Att. 2. Sum animo perculso et abjecto. 6. 9. Vehementer perculsus. *aliter*, percussus. 4. Fam. 4. Ita perculsa et prostrata jacent omnia. 7. Att. 22. Improbos esse quasi perculsos. 10. Fam. 18. 2. de Glor.

Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.

Syntaxis. *Perculsus et abjectus. Perculsus et afflictus. Perculsus et prostratus. Perculsa et prostrata omnia. Timore perculsa civitas.*

Percuntando. 2. de Fin. 2. Socrates percuntando et interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat. 6. Att. 7. Sed tamen percuntando de nominibus Milonis aliquid proficies. 2. de Orat. 2. Doctoribus nostris ea ponere in percuntando. *Alii* proponere.

Percuntans, tis, ἀνερόμενος. 1. de Orat. 97. Quo in genere nunquam mihi percuntanti, aut quærenti aliquid defuisti. 2. 287. Quærentibus et quasi percuntantibus lente respondere. 7. Fam. 16. Negant te percuntantibus respondere. De Sen. 20. Sic enim percuntanti respondetur.

Percuntatio, onis, *interrogatio*, ἐρώτησις. 3. de Orat. 201. Rogatio, et huic finitima quasi percuntatio. 2. 327. Servilis percuntatio. De Univers. 2. Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percuntatione consumpsimus. Pro Cluent. 184. Adjungere aliquid quod non percuntatione quæsitum, sed dolore expressum videretur. De Cl. 218. Sermo ductus e percuntatione filii, quid in Senatu esset actum.

Percuntor, aris, *quæro, sciscitor*, *διαπυνθάνομαι*. 1. de Orat. 100. Nunquam te, nisi omnia, quæ percuntati erimus, explicaris, dimittemus. De Somn. 1. et 1. Acad. 2. Deinde ille me de nostra repub. percuntatus est. De Clar. 172. Cum Theophrastus percuntaretur ex anicula quadam, quanti illud venderet, &c. 2. ad Her. 22. Et ab adversariis percuntabatur accusator, quid futurum sit, si, &c. 2. de Div. 76. et 2. con. Rull. 93. Is solebat ex me percuntari nostri augurii disciplinam, et ego illius. Part. 47. Cum interrogamus nosmetipsos, aut percuntamur &c. 8. Fa. 7. Percuntari singulos.

Syntaxis. *Percuntari aliquem de. Ex aliquo, ab aliquo. Percuntor et interrogo. Ponere aliqua in percuntando.*

Percupidus, a, um, *ἐπιθυμητικός*. 1. Fam. 7. Cognovi Hortensium percupidum tui.

Percuriosus, a, um, *curiosus, ὁ καὶ ἡ πολυπράγμων*. Pro Cl. 175. Nicostratus quidam, fidelis Oppianici servulus, percuriosus, et minime mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse.

Percurrendus, a, um, *διατρεκτέος*. Incert. Si mihi vitæ spatium duplicetur, vel iis tantummodo poetis percurrendis non esset suffecturum.

Percurritur, *κατατρέχεται*. 2. de Orat. 428. Si sic constituitur aliquando, ac non ista brevitate percurritur.

Percurro, is, *percenseo, obeo, strictim attingo, breviter decurro, κατατρέχω, διατρέχω*. Pro Cæcin. 94. Id tametsi extra causam est, percurram tamen brevi. 2. de Div. 96. Hæc percurrere oratione facile est. Pro Corn. 50. M. Crassus, a quo hæc, quæ ego nunc percurro, subtilissime sunt omnia perpolita. Orat. 47. Orator percurrat omnes locos. 2. de Orat. 177. Hæc properans percurro. 3. ad Her. 37. Et identidem primos quosque locos imaginum renovandarum causa celeriter animo percurramus. 1. de Orat. 218. Est boni oratoris, multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percurrisse. 3. 49. Partes, quas modo percurri, vel potius pene præterii. Ver. 3. 100. Per omnes civitates percurrit oratio mea.

Percursatio, onis, *peragratio, διαδρομή, διεξδρομή, ἐπιτροχασμός*. 2. Att. 62. Italiæ rursus percursatio. *Ibid.* 100. O claram illam percursationem!

Percursio, onis, *ἐφοδεία, περιδρομή*. 4. Tusc. 31. Propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.

Percursus, a, um, *perceptus, διαδυθείς*. 2. de Orat. 140. Quæstiones omnes animo percursas, et prope decantatas habere. 1. 205. Ea quæ valde breviter a te Crasse de ipsa arte percursa sunt.

Syntaxis. *Brevitate nimia percurritur. Brevi percurrere. Oratione percurrere. Locos percurrere. Percurrere animo, cogitatione, legendo. Multa animo percursa.*

Percussio, onis, *ἐπίκρουσις, πλῆξις*. 3. de Orat. 180. Sed sunt insignes eorum numerorum percussiones. Orat. 198. Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi. 3. Tusc. 62. Percussiones capitis. 3. Off. 67. Si dares hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione posset hæres scriptus esse, &c.

Percussor, oris, *interfector, πλήκτης*. Pro S. R. 93. Ii, quos qui leviore nomine appellant, percussores vocant. 2. in Ant. 74. Quin his ipsis temporibus domi Cæsaris percussor ab isto missus deprehensus dicebatur esse cum sica. Pro Dom. 13.

Percussus, a, um, *perculsus, πεπληγμένος*. 3. de Natur. 57. Is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. Pro Mur. 49. Homines percussi Sullani temporis calamitate. 1. Acad. 11. Percussus gravissimo fortunæ vulnere. 9. Fam. 25. Percussus atrocissimis literis. 2. de Orat. 279. Cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat &c. 3. C. 19. Turres de cœlo esse percussas. Pro Dom. 13. A quibus ille se lapidibus appetitum et percussum esse dixit. 2. de Orat. 197. M. Æmilium lapide percussum esse constabat. Pro Mil. 66. Deinde gladio percussus est ab uno de illis.

Percutio, tis, *ferio, cædo, πλήττω, τύπτω*. 3. de Nat. 84. Hunc Jupiter fulmine non percussit. Pro S. R. 97. Non quæro quis percusserit, cujus manu sit percussus, non laboro. 5. Tusc. 33. Quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus. Pro Milon. 80. Qui vos mortuus inani cogitatione percussit.

Syntaxis. *Fulmine percussus. Temporis calamitate percussus, gravissimo fortunæ vulnere, atrocissimis litteris. Turris de cœlo percussa. Lapidibus appetitus et percussus. Probabilitate animos percutere. Inani cogitatione aliquem percutere.*

Perdifficilis, le, *παγχάλεπος*.)(. *perfacilis*. Pro Pla. 5. 5. et 1. de N. 1. Perdifficilis et perobscura quæstio. Part. orator. 84. Quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sæpe sunt, ac si effici non possint.

Perdifficiliter, *παγχαλέπως*. 4. Ac. 47. Aut, si ea quoque possit, cur illa non possit, quæ perdifficiliter, internoscantur tamen?

Perdignus, a, um, *πάνυ ἄξιος*. 13. Fa. 6. Suspicor ipsum hominem perdignum esse tua amicitia.

Perdiligens, tis, *φιλόπονος*. 3. Qu. Fr. 5. Res operosa est, et hominis perdiligentis.

Perdiligenter, *ἐπιμελῶς*. De Cl. 14. 1. Att. 9.

Perdiscendus, a, um. 1. de Orat. 249. Num igitur, si, &c. Magonis Carthaginensis sunt libri perdiscendi? 2. 142. Voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abjicere. 1. 69. Hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus.

Perdisco, is, *καταμανθάνω*. 7. Fam. 14. Si maluisses benevolentiæ, quam litium jura perdiscere. 1. de Fin. 27. Illa perdiscere,

ludus. 3. Qu. Fr. 1. Mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant. 1. de Orat. 250. Contortas res, et sæpe difficiles necessario perdiscimus.

ADVERB. *Diligenter, necessario, omnino.*

Perdiserte, λίαν ἐλλογίμως. 1. de Orat. 62. Perdiserte populo rationem operis sui reddidisse.

Perdite, *flagitiose, nequiter,* ὀλεθρίως. 9. Att. 2. Qui hic potest se gerere non perdite?

Perditor, oris, ὀλοθρευτής. Pro Planc. 89. Ergo ego committerem, ut perditor reip. nominarer, qui servator fuissem? In Vat. 7. Et, si ego te perditorem et vexatorem Reip. fero, ut me conservatorem et custodem feras. *Aliter* proditorem.

Perditus, a, um, *profligatus,* πανώλεθρος, κακοῦργος. 8. Att. 11. Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. 2. contra Rull. 54. O consilia dissoluta et perdita! 4. Tusc. 55. Adolescens perditus et dissolutus. Ver. 3. 65. Tu omnium profligatissime et perditissime. Act. 1. Ver. 8. Judicia perdita et profligata. Pro Sest. 2. Aliquis scelere et egestate perditus. Pro S. R. 38. Omnia in eo ad perniciem profligata atque perdita. Pro Mur. 86. Morbo confectus, lacrymis ac mœrore perditus. 5. Tusc. 29. Perdita valetudo. Pro Cæcin. 90. Exoritur hic jam obrutis rebus omnibus ac perditis illa defensio, &c. Act. 1. Ver. 13. Classes amissæ ac perditæ. Pro Rab. Post. 23. Profligatus et perditus. Frag. epist. Perdita impiaque consilia. Incer. Adversæ et perditæ res.

SYNTAXIS. *Nihil illo perditius. Perditus ac dissolutus. Consilium dissolutum ac perditum. Judicium perditum ac profligatum. Lacrymis perditus. Scelere perditus et egestate. Adversæ et perditæ res.*

Perdiu, *valde diu,* ἐπὶ πλεῖστον. 3. Att. 22. Per Thessaliam si irem in Epirum, perdiu nihil eram auditurus. 1. de Orat. 8. Boni oratores perdiu nulli, &c.

Perdiuturnus, a, um, πολυχρόνιος. Pro Sest. 58. Bellum perdiuturnum. 2. de N. 85. Natura aut sempiterna sit necesse est hoc eodem ornatu, quem videmus: aut certe perdiuturna, permanens ad longinquum et immensum pene tempus.

Perdives, itis, ὁ καὶ ὁ ζάπλουτος. 6. Att. 1. Amici regis duo tresve perdivites. sed ii suum tam diligenter tenent, quam ego, aut tu. Ver. 4. 59. Mulier est Segestana perdives et nobilis, Lamia nomine.

Perdo, is, *amitto, deperdo, jacturam alicujus rei facio, detrimentum facio vel accipio, aliquid damni contraho,* ἀπολλύω, ἀπόλλυμι. Postquam ad Quir. 20. Recuperata vero sua dignitate se non commissurum, ut cum ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset. De Ar. 37. Oculos perdere. 1. Fam. 9. Ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi. 5. 15. Nisi id verbum in omne tempus perdidissem. *Ibid.* 5. Quæ ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo. *Ibid.* 16. Minus autem miseri, qui his temporibus liberos amiserunt, quam si eosdem bona, aut denique aliqua rep. perdidissent. 4. ad Her. 57. Vitam amisit; at non perdidit. 4. Fa. 6. M. Cato summa virtute filium perdidit. *Ibid.* Existimabam omnes me et industriæ meæ fructus, et fortunæ perdidisse. 9. 16. Nunc cum tam æquo animo bona perdas, non eo sis consilio, ut, &c. 10. 23. Ne quid ex amore tuo perdam. Pro Mur. 23. Quod jus civile didicisti, operam perdidisti. 1. de Orat. 126. et Parad. 5. Perdere operam apud aliquem doctorem. 7. Fa. 1. Perdere oleum et operam. 3. de Orat. 144. Si non potuero, tempus non perdam. Pro Q. R. 10. Perdere causam. 1. de Orat. 167. Perdere litem. 11. Att. 7. Perdere judicium bonorum. Pro R. P. 24. Perdere libertatem. De Sen. 21. Perdere memoriam.

Disperdo, prosterno, affligo, profligo. Pro S. R. 131. Jupiter urbes delevit, fruges perdidit. 6. Att. 1. Civitates funditus perdidissem. Pro S. R. 33. Mors Quin. Scævolæ omnes cives suos perdidit et afflixit. 2. C. 1. Sine dubio perdidimus hominem, magnifice vicimus. 1. de Fin. 49. Multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, plerique seipsos penitus perdiderunt. 2. Off. 84. Si hoc non fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur aliena.

ADVERB. *Funditus, in perpetuum, misere, penitus.*

SYNTAXIS. *Perdere oculos, stomachum, verba. Amisit, non perdidit vitam. Operam perdere, oleum et operam, tempus, causam, litem. Amittere ac perdere. Nequid ex tuo amore perdam. Perdere industriæ fructus. Civitates funditus perdere. Mors Scævolæ cives suos perdidit et afflixit.*

Perdoceo, es, *edoceo,* ἐκδιδάσκω. Pro Sest. 96. Res difficilis ad perdocendum. Pro Cornel. 60. Aliquis rerum varietate atque usu ipso jam perdoctus.

Perduco, is, διάγω, προσάγω. Pro Cluent. 37. Pro Planc. 99. Is Thessalonicam me in quæstoriumque perduxit. 4. Tusc. 51. Ajacem quidem ira ad furorem mortemque perduxit. 16. Att. 8. Octavius veteranos perduxit ad suam sententiam. Ver. 2. 69. Expositis suis difficultatibus hominem ad H-S. LXXX. perducit, eamque ei pecuniam numerat. De Senect. 60. Is ad centesimum annum vitam perduxit. Pro Quint. 27. Perducere aliquem ad suas conditiones iniquis rationibus. De Am. 110. Perducere aliquem ad amplissimos honores. 5. Att. 21. Scaptius rogat, ut eos ad talenta CC. perducam. 1. cont. Rull. 27. Quæ vitæ via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducit.

Perducor, eris, προσβιάζομαι. 10. Fa. 1. Quæ si ad tempus tuum perducitur, facilis gubernatio est. 9. 20. Ita usque ad assum

vitulinum opera perducitur. 12. 19. Dum ad te legiones perducantur, quas audio duci.

SYNTAXIS. *Ad suam sententiam aliquem perducere, ad æquas conditiones, ad decem talenta, ad honorem et dignitatem.*

Perductor, oris, *qui vel invitum ducit, ἐπαγωγός*. Ver. 1. 33. Lenones, aleatores, perductores.

Perduellio, onis, *crimen imminutæ majestatis, ὁ προδοσίας φεύγων*. I. P. 4. C. Rabirius perduellionis reus. Pro Mil. 37. Actionem perduellionis alicui intendere. Pro Rab. 9. Perduellionis judicium. *et ibi de perduellione multa.* 3. de Leg. 56.

Perduellis, lis, *hostis patriæ, qui majestatem minuit, ὁ ἀπηχθημένος, πολέμιος*. 3. de Off. 107. Nam pirata non ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. 1. 37. Equidem animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante.

Peredo, is, *exedo, περιτρώγω*. 3. Tusc. 26.

Lacrymæ peredere humore exangues genas. Poetæ.

Peregre, *in peregrinatione, foris, ἔξω τῆς πατρίδος*. 5. A. 30. L. quidem frater ejus, utpote peregre depugnarit, familiam ducit.

Peregrinatio, onis, *ἀποδημία, ἀποξένωσις*. 9. Att. 12. Hæc fuga, quam tu peregrinationem ὑποκορίζων appellas. 5. Tusc. 107. Exilium non multum a perpetua peregrinatione differt. 2. de Fin. 109. Turtures cursu et peregrinatione lætantur. 2. A. 101. At quam nobilis est tua illa peregrinatio! De Am. 103. Peregrinationes rusticationesque. 2. Att. 4. Curabo, ut ejus peregrinationis tibi opus extet. 6. 2. In hac autem peregrinatione militiave nostra sæpe incensum ira vidi, sæpe placatum. 16. 3. Omne tempus in peregrinatione consumemus.

ADJUNCTA. *Communis, mediocris, nobilis, obscura, et sordida, perpetua.*

Peregrinator, oris, *ἔκδημος*. 6. Fa. 18. Non tam sum peregrinator quam solebam: ædificia mea me delectant.

Peregrinitas, tis, *mores peregrini, vel peregrinorum multitudo, ἡ ξενία*. 9. Fa. 15. Tunc cum in urbem est infusa peregrinitas.

Peregrinor, aris, *peregrinator, vel peregrinus sum, ἀποδημέω, ἐκδημέω*. De Cla. 51. Eloquentia peragravit omnes insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus. 3. de Fin. 40. Philosophia peregrinari Romæ videbatur. Pro Rab. 28. Peregrinari in aliena civitate. 1. de Nat. 54. Longe lateque peregrinari. 5. Tusc. 114. Ille infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. 4. Acad. 3. Tanta vis ingenii peregrinata abfuit ab oculis fori. Pro Mil. 33. An vero tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe versaris? tuæ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur?

ADVERB. *Delicate, inepte, late, longe.*

SYNTAXIS. *Tota Asia peregrinari, in Asia. Romæ, longe, lateque. Infinitatem omnem peregrinari.*

Peregrinus, *advena, hospes, alienus, externus, ξένος*. 1. Off. 3. Hostis apud majores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. 2. cont. Rull. 93. Nos autem jam non hospites, sed peregrini atque advenæ nominabamur. 1. con. Rull. 13. Lex qua peregrini Roma ejiciuntur. 1. de Orat. 218. Orator nulla in re tyro ac rudis, neque peregrinus atque hospes esse debet. Ver. 4. 77. Nemo neque civis, neque peregrinus. 6. Att. 3. Est enim quiddam, advenientem non esse peregrinum atque hospitem. 1. Off. 125. Peregrini et incolæ officium est, nihil præter negotium suum agere. Pro Sull. 22. At hic etiam, id quod tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti, cum Tarquinium et Numam, et me tertium peregrinum regem esse dixisti. *Ibid.* Nam si ita sum, non tam est admirandum, regem esse me, quia, ut tu vis, etiam peregrini reges Romæ fuerunt, quam Consulem Romæ fuisse peregrinum.

Perelegans, tis, *perpolitus, πάγκαλος*. Pro Pl. 58. Perelegans ac persubtilis oratio. De Orat. 270. Genus est perelegans, et cum gravitate salsum.

Pereleganter, *παγκάλως*. De Cl. 195. Pereleganter dicere.

Pereloquens, tis, *ὁ καὶ ὁ εὐφραδής*. De Cl. 247. C. Lentulus Marcellinus nec unquam indisertus, et in consulatu pereloquens visus est.

Peremtus, a, um, *ἀναιρεθείς*. De Arusp. 23. Si ludi non intermissi, sed peremti atque sublati sunt. 1. Tusc. 89. Nec potest esse miser quisquam, sensu peremto. 1. de Div. 18. Luna, &c. stellanti nocte peremta est. *Poetæ.*

Perendie, *perendino die, μεταύριον*. 13. Att. 43. Scies igitur cras, summum perendie. 13. 30. Ut spero perendie. 16. Fa. 17. Hodie, cras, perendie.

Perendinus, a, um, *ἡ μεταύριον ἡμέρα*. Pro Mur. 27. Tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium, an perendinum, dici oporteret.

Perennis, ne, *perpetuus, continuus, jugis, continuatus, ὁ καὶ ὁ διετήσιος*. Pro Flac. 25. Ab hac perenni contestataque virtute majorum non degeneravit L. Flaccus. De Pro. 23. Meus in remp. animus pristinus et perennis. Postquam in Sen. 8. Si illud de duobus Consulibus perenne ac proprium manere potuisset, &c. De Som. 18. Sermo nunquam de ullo perennis fuit. 2. de Div. 64. Tarda ac sera nimis, sed fama et laude perenni. *Poetæ.* 3. de Orat. 183. Loquacitas perennis profluens. De Cl. 332. Contine te in tuis perennibus studiis. 2. de N. 56. Stellarum perennes atque perpetui cursus. Ver. 4. 107. Aquæ perennes. 1. Tusc. 22. Continuata motio et

perennis. 1. Fam. 9. Ille perennis inimicus amicorum suorum. 2. de Nat. 9. Perenne auspicium. *Ibid.* Nulla perennia servantur.

SYNTAXIS. *Pristinus ac perennis animus meus ergo te, Perennis ac profluens loquacitas, Studia tua perennia. Perennes et perpetui fluvii.*

Perennitas, tis, *perpetuitas*, ἐνδελέχεια. 2. de Nat. 98. Adde huc fontium gelidas perennitates.

Pereo, is, *intereo*, ἀπολέω, ἀπολλύω, ἀπόλλυμι. 14. Att. 10. Liberalia tu accusas, quid fieri tum potuit? jam pridem perieramus. 3. de N. 81. Varius summo cruciatu supplicioque periit. 9. Fa. 18. Scipio et Afranius fœde perierunt. 1. Q. Fr. 1. 25. Ut et publicanis satisfacias, et socios perire non sinas. 2. Att. 17. Ne opera et oleum philologiæ nostræ perierit. 11. 9. Meo vitio pereo. 5. Att. 11. Tantam pecuniam populi Rom. tam brevi tempore perire potuisse.

ADVERB. *Certe, brevi, crudelissime, fœde, præclare, funditus, plane, necessario, prorsus, tacite, occulteque, turpiter.*

Pereruditus, a, um, πολυμαθής. 4. Att. 14.

Perexigue, λίαν σμικρολόγως. 16. Att. 1. Xenocratem perexigue et γλισχρῶς præbere minutatimque.

Perexiguus, a, um. 2. de Nat. 81. Perexiguum semen. 1. Qu. Fr. 1. 4. Aut nulla aut perexigua pars. Act 1. Div. 6. Dies perexigua. *Ibid.* 24. Sollicitabar rebus maximis uno atque eo perexiguo tempore. 2. Tusc. 30. Bona corporis et fortunæ perexigua et perminuta. 2. de Fin. 45. Ut perexigua pars ipsi relinquatur.

Perexpeditus, a, um, μάλα εὐσταλής. 3. de Fin. 36. Sed hæc quidem est perfacilis et perexpedita sententia.

Perfacetus, a, um, εὐτράπελος. Pro Planc. 35. Si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum.

Perfacete, πάνυ εὐτραπέλως. Ver. 1. 121. Perfacete dicta.

Perfacilis, le, εὐκολος. De Orat. 93. Carneades dicere solebat, me sibi perfacilem in dicendo, te autem perpugnacem in disputando esse visum. Orat. 122. In perfacili cognitione versari.

Perfacile, *adverb.* εὐχερῶς. Ver. 1. 153.

Perfamiliaris, re. 5. de Fin. 94. 13. Fa. 51. De Cla. Orat. 168. 2. Qu. Fr. 12. Pro Quint. 24.

Perfecte, *absolute, plene, cumulate*, τελέως, ἐντελῶς. 1. de Div. 23. Nunquam perfecte veritatem casus imitatur. 1. de Orat. 130. Roscius nihil nisi perfecte, nihil nisi cum summa venustate faciebat. De Cl. 281. Perfecte planeque eruditus. 4. de Fin. 18. Perfecte absolutus. De Cl. 101. Oratio neque nimis infans, neque perfecte diserta.

Perfectio, onis, *expletio, absolutio*, τελείωσις .)(. *inchoatio, adumbratio.* 1. de Orat. 130. Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratore desidero. De Cl. 137. In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio. 3. de Fin. 32. Sic ea, quæ proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione sunt judicanda. Pro Mar. 26. Tantum abes a perfectione magnorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. Or. 103. *Rei alicujus* si non perfectio, at conatus tamen et adumbratio. et 3. de Orat. 190.

ADJUNCTA. *Constans, et absoluta, difficilis, non dissimilis, excellens, facilior.*

Perfector, oris, τελειωτής. 1. de Orat. 257. Stylus perfector dicendi, ac magister. 8. Att. 11.

Perfectus, a, um, *absolutus, perfecte absolutus, planus, summus, completus, expletus, cumulatus, elaboratus, perpolitus, maturus, expletus omnibus suis partibus, quod, ut Stoici dicunt, omnes numeros habet, omnes numeros virtutis continet*, ἀκέραιος, αὐτοτελής .)(. *inchoatus, imperfectus, adumbratus.* 2. de In. 3. Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expolivit. Orat. 3. Illud, cui nihil addi possit, quod ego summum et perfectissimum judico. 1. de Orat. 37. Tametsi ipsam exactionem mente, non lingua perfectam videmus. 7. Att. 3. Ac primum illud, etsi cupidissime expeditum a me sit, et approbatum a te, ne diutius anno in provincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum. 3. Q. Fr. 1. Omnino spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. 1. de L. 22. Ratio cum adolevit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. De Un. 36. Quibus prætermissis, cœli absolutio perfecta non erit. 1. de Orat. 13. Athenis summa dicendi laus et inventa est, et perfecta. Pro Cl. 18. Hoc totum malum a matre conflatum et perfectum. 2. de Nat. 37. Quod undique aptum atque perfectum, expletumque sit omnibus suis numeris et partibus. 1. de Orat. 131. Quis ad ista summa atque in omni genere perfecta potest pervenire? De Opt. 3. Unum est genus perfecti, a quo qui absunt, non genere differunt, ut ab Accio Terentius, sed in eodem non sunt pares. 1. de Orat. 59. Orator plenus atque perfectus is est, qui, &c. *Ibid.* Perfectus homo in dicendo, et perpolitus. *Ibid.* 35. Statuisti oratorem in omni genere sermonis atque humanitatis esse perfectum. 1. Tus. 109. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere. 2. de Div. 130. Ad hæc non mediocri opus est prudentia, sed ingenio præstanti et eruditione perfecta. 2. de N. 33. et de Cl. 120. A primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque procedere. De Cla. 247. Præclara inchoata multa, perfecta non plane. *Ibid.* M. Memmius perfectus litteris Græcis. *Ibid.* 114. Rutilius pene perfectus in Stoicis. 2. de Div. 150. Philosophi qui prope jam absoluti et perfecti videntur. 1. de Fi. 21. Homo eruditus, in Geometriaque perfectus. I. P. 39. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus. De Pr. 29. Ut ea,

quæ per eum effecta sunt, perfecta reip. tribuantur. Orat. 168. Perfectus completusque verborum ambitus. 1. de In. 60. Perfectus et absolutus. Pro Pomp. 36. Summus atque perfectus imperator. Pro Sest. 86. Perfecta cumulataque virtus. 2. de Fin. 48. Expleta et perfecta forma honestatis. 5. Tus. 39. Hic igitur, &c. fit perfecta mens, i. *absoluta ratio*. 3. de Orat. 16. Uterque in suo genere perfectus. 5. Tusc. 37. Natura in suo quodque genere perfectum esse voluit. *Ibid.* Omniaque in omnibus, quantum in ipsis est, nulla vi impediente perfecta sunt. Pro Pomp. 1. Perfectum ingenio, elaboratum industria. Ver. 4. 64. Candelabrum e gemmis clarissimis opere mirabili perfectum. 1. de Orat. 204. Socratem illum solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse, si quis, &c. De Cl. 70. Nihil est simul et inventum, et perfectum. *Ibid.* 318. Jam videbatur illud in me perfectum esse, et habere maturitatem quandam suam. 5. Fam. 12. Videbam Italici belli historiam jam pene a te esse perfectam. 1. 1. Quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti. De Amic. 81. Omnia præclara, rara: nec quidquam difficilius est, quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. 1. Off. 46. Quoniam non vivitur cum perfectis hominibus, pleneque sapientibus, &c. *Ibid.* Homo non perfectus, nec sapiens. 3. 14. Quod perfectum atque absolutum est, et, ut Stoici dicunt, omnes numeros habet. Qu. de Pet. 45. Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni genere perfectum. De Un. 14. Ut unum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolveretur. Hortens. Actæ perfectæque res.

Adverb. *Cumulate, plene, diligentissime, facile, plane.*

Syntaxis. *Omni ex parte perfectum. Summum et perfectum. Perfectum atque expletum omnibus suis numeris et partibus. Ad summa et perfecta pervenire. Plenus et perfectus orator. Perfectus in dicendo, et perpolitus. Ultimum et perfectum. Litteris perfectus Græcis. In litteris perfectus. Ad persuadendum concinnus, perfectus, politus. Perfecta cumulataque virtus.*

Perferens, tis, ἐκφέρων, διαφέρων. 2. de Orat. 184. Perferens injuriarum.

Perfero, fers, *perpetior, tolero, obduro,* ἀναμένω, ὑπομένω. 5. Att. 22. Fortasse tibi molestus sum, qui hæc prædicem de me: perfer, si me amas. 2. de Orat. 77. Ac mihi quidem non ita molesti sunt, facile omnes perpetior ac perfero. Pro S. R. 10. Id, quod suscepi, quoad potero, perferam. 2. C. 23. Pruinas ac nives perferre. 2. Tusc. 17. Expectas fortasse dum dicat, Patietur, perferet, non succumbet, &c. Pro Sest. 145. Pertuli crudelitatem inimicorum. *Ibid.* Pertuli pœnarum satis. Pro Dom. 106. Perferre impetum in aliquem. *id, est, in eum irruere.* 1. Att. 16. Perferre legem. 6. 1. Si Curio legem pertulerit. Pro Dom. 24. Si quæ promulgasti, perferre potuisses. 11. Fa. 29. Atticus ad me sermonem tuum pertulit. 11. Fa. 29. Hæc cum ad me frater pertulisset, collegi ipse me, &c. Ver. 4. 26.

Perferor, ris. 2. Fam. 5. et 6. Cum has ad te quamprimum litteras perferri magnopere vellemus. *Ibid.* 9. In his enim sum locis, quo et propter longinquitatem, et propter latrocinia tardissime omnia perferuntur. Brut. 18. Tamen existimavi a me quoque tibi hujus molestiæ nuncium perferri oportere. Pro C. Cornel. 1. Est utique jus vetandi, cum ea lex feratur, quandiu non perfertur. 6. Fa. 14. 7. 11. et 6. 21.

Adverb. *Diligentius, fidelius, tardissime.*

Syntaxis. *Perpeti omnes et perferre. Perferre nives et pruinas. Pœnarum perferre satis. Hæc ad me sunt perlata. Perferre alicujus sermonem ad alium.*

Perficiendus, a, um, ἐντελεστέος. Pro Cluent. 194. Hostiæ cæsæ ad scelus perficiendum. Pro Sull. 76. Itaque eos ad perficiendum scelus furiæ quædam incitarunt. Pro Cæl. 53. Perficiendi et occultandi maleficii spes. Pro Ar. 28. Nam res nostras gestas attigit hic versibus, et inchoavit: quibus auditis, eum ad perficiendum sum hortatus. 15. Att. 18. Ista nobis ad pridie Calendarum tractanda et perficienda sunt.

Perficio, is, *absolvo, conficio, transigo, efficio, perago, perpolio, expleo,* ἐντελέω, ἐπιτελέω, ἀποτελέω. Pro Deiot. 21. Perficere cogitata. 2. de Divinat. 17. Ea enim prædicant, quæ naturæ necessitas perfectura est. 6. Fam. 7. Perficere onus vel munus. 1. cont. Rull. 27. Quod si quis, &c. perficiam profecto, ut, &c. 2. de Divin. 110. Callide enim qui illa composuit, perfecit, ut, quodcunque accidisset, prædictum videretur. Orat. 105. Demosthenes multa perficit, nos multa conamur: ille potest, nos volumus, &c. Orat. 210. Id nos fortasse non perficimus, conati quidem sumus. De Clar. 333. Quorum tamen ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum erat. 13. Att. 18. Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem. 3. Qu. Fr. 8. Institutum poema perficere. 2. de Div. 5. Si instituta perfecero.

Adverb. *Callide, caste, rite, perspicue, et protinus, omnino.*

Perficior. 2. de Nat. 36. In natura necesse est absolvi aliquid atque perfici. Ver. 4. 116. Mitto hæc omnia quæ ab isto per triennium perfecta sunt. 2. Q. Fr. 13. Eo die nihil perfectum est.

Perfidelis, le. 2. Att. 19. Posthac ad te, aut, si perfidelem habebo, cui dem, scribam plane omnia: aut si obscure scribam, tu tamen intelliges.

Perfidia, æ, *fraus, destitutio,* ἀγνωμοσύνη, ἀπιστία. 2. Qu. Fr. 3. Cato Pompeii in me perfidiam increpavit. 2. de Orat. 101. In quo illa magna offensio est vel negligentiæ,

susceptis rebus, vel perfidiæ, receptis. Pro S. R. 110. Istius fide ac potius perfidia deceptus sum. 11. A. 5. Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt et scelere violatæ. 3. Fam. 2. In tanta hominum perfidia, et iniquitate. 8. Att. 16. Perfidiæ suspicionem fugere. 2. A. 72. Utriusque vestrum perfidia in Dolabellam. Pro A. Gabin. Si quid est commissum, id non imprudentiæ, sed perfidiæ assignari solet.

Perfidiose, *fallaciter*, ἀπίστως. 1. ad Her. 8. Sparce, superbe, perfidiose.

Perfidiosus, a, um, *perfidus*, ἄπιστος. 3. de Nat. 80. Homo perfidiosissimus C. Marius. 2. de Orat. 297. Homo improbus et perfidiosus. 3. Fa. 10. Perfidiosus, insidiosus, fallax.

Perfidus, a, um, *perfidiosus*, ἀγνώμων, ἄπιστος. Postquam ad Quir. 21. Perfidus amicus. Pro Qu. 26. Si fide societas colitur, qui socium prodit, perfidus est. 3. Off. 60. Omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.

Perflabilis, le, *per quod flatus penetrare potest, tenue*, διαπνευστὸς, καταπνευστός. 2. de Div. 40. Epicurus deos induxit perlucidos, et perflabiles.

Perflagitiosus, a, um. Pro Cæl. 50. *Vide*, Flagitiosus.

Perfluens, tis, *affluens*, διαῤῥέων. 2. de Finib. 118. Perpetuis voluptatibus perfluens.

Perfodio, is, *perforo*, *perfringo*, διορύττω. I. Vat. 11. Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, &c.

Perforatus, a, um, διατετρημένος. 1. Tuscul. 46. Viæ ad oculos a sede animi perforatæ. 3. de Nat. 9. Duo lumina ab animo ad oculos perforata.

Perfore. 3. Fam. 5. Perfore accommodatum tibi scio, si, &c.

Perforo, as, *perfodio*, *patefacio*, διανοίγω, διακεντέω. 7. 1. Ex quo tibi Stabianum perforasti, et patefecisti Sejanum. Incert. Ut navem perforet.

Perfossus, a, um, διωρυγμένος. 2. de Fin. 112. Atho perfosso.

Perfracte, διεῤῥηγμένως. 3. Off. 88. Perfracte aliquid defendere.

Perfremo, is, διαβρυχάομαι. 2. de N. 89. Perfremunt Delphini. *Accii.*

Perfricans, tis, ἀνατρίβων. I. P. 61. Scriba caput sinistra manu perfricans, &c.

Perfrico, as, διατρίβω, ἀνατρίβω. Ver. 3. 62. Cum interea Apronius caput atque os suum unguento perfricaret. 3. Tuscul. 43. Quæ tu idem, cum os perfricuisti, soles dicere. *id est, cum pudorem et verecundiam deposuisti.*

Perfrigidus, a, um, κρυερός. Ver. 4. 86. Hyems perfrigida, ut ipsum Sopatrum dicere audistis.

Perfringo, is, *infringo*, *effringo*, *labefacto*, διασπάω, διαπλήσσω. De Clar. 38. Suavitas, quæ perfundat animos, non quæ perfringat. De Arusp. 49. Qui omnium objecta tela semper vi et virtute perfregit. 2. de Divin. 85. Itaque perfracto saxo sortes eruperunt. 1. C. 18. Devincere et perfringere leges. 4. 22. Perfringere et labefactare conspirationem bonorum.

Perfruendus, a, um, καταπολαυτέος. 1. Off. 25. Expetuntur divitiæ tum ad usus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates.

Perfruor, eris, *utor*, *potior*, καταπολαύω, ἀπολαύω. De Cl. 9. Fortunati, quibus sapientiæ laude perfrui licuit. 1. C. 26. Hic qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? 5. Tuscul. 72. Omnesque sapientes iis gaudiis perfruuntur. 5. Fa. 12. Ut suavitate ingenii tui vivi perfruamur. 4. C. 11. Ita mihi Rep. salva vobiscum perfrui licet. 7. Famil. 1. Perfrui otio. 1. de L. 56. Vita modica, et apta virtute perfrui. I. P. 45. Hisce ego rebus pascor, his delector, his perfruor, quod Senatus, &c.

Perfructus, καταπολελαυμένος. Hortens. Amœnitate summa perfructus est.

Perfuga, æ, *transfuga*, *qui ad hostes profugit*, πρόσφυξ. Orat. 223. Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos? Pro S. R. 117. Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga. 3. Off. 86. Perfuga a Pyrrho venit in castra Fabricii.

Perfugio, is, *transfugio*, καταφεύγω. Pro Corn. 24. Qui hostes ad nostros Imperatores perfugissent &c. I. P. 89. In oppidum Beroam perfugisti.

Perfugium, gii, *portus*, *præsidium*, *arx*, καταφυγή. Pro Clu. 7. Spero hunc locum ejus fortunæ miseræ atque jactatæ portum ac perfugium futurum. 1. Off. 58. Tota domus quæ spectat in nos solos, neque aliud potest habere perfugium. Pro Rab. 4. Perfugium et præsidium salutis Reipub. Pro Sull. 79. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. Pro Arch. 16. Hæc studia rebus adversis perfugium ac solatium præbent. 4. C. 2. Domus commune perfugium. 2. de D. 150. Somnus est perfugium omnium laborum et solicitudinum. 5. Fam. 15. A portu et perfugio excludere aliquem. Ver. 2. 101. Postremo illo desperatissimo perfugio uti posset. 1. de Orat. 199. Senectuti vero celebrandæ quod honestius potest esse perfugium? Pro S. R. 150. Unum perfugium, una spes reliqua est. 1. Tuscul. 118. Portum potius paratum nobis et perfugium putemus.

Adjuncta. *Commune, unum, desperatissimum, honestius, postremum, honestum, melius, aut paratius, paratum, paratissimum, præsens, sanctum.*

Syntaxis. *Portus et perfugium. Perfugium et præsidium. Obstruere perfugia improborum. Studia litterarum perfugium et solatium præbent rebus adversis. Laborum perfugium somnus. A portu et perfugio excludere aliquem. Parare alicui portum et perfu-*

gium. Uti perfugio. Honestum perfugium senectuti.

Perfunctio, onis, λειτουργία, ὑπέργυια. 1. de Finib. 49. Perfunctio laborum. 3. de Orat. 7. Honorum perfunctio.

Perfuncturus, a, um, λειτουργήσων. Brut. 11. Si contigerit exitus, quem optamus, perfuncturus es.

Perfunctus, a, um, ἀποτελέσας. 2. A. 119. Mihi jam optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas adeptus sum, quasque gessi. De Clar. 8. Ætas nostra perfuncta rebus amplissimis. 1. de Orat. 199. Senex perfunctus honoribus et Reip. muneribus. Pro Mar. 4. Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. 1. Fam. 8. Cum et honoribus amplissimis, et laboribus maximis perfuncti essemus. 4. 5. Reminiscere, illam omnibus bonis perfunctam esse. Pro Mar. 32. Respub. perfuncta est hoc misero fatalique bello. Pro Dom. 134. Ab Hercule jam perfuncto laboribus sacra didicisse. 9. Fam. 12. Cæteris vero nulla perfunctis propria molestia, &c. Pro Cluen. 116. Aut quod se perfunctos jam esse arbitrantur, cum de reo judicarunt. Pro Dom. 54. Equidem jam perfunctus sum, explevi animos invidorum. 1. Fam. 9. Ut mihi tam multa pro se perpesso atque perfuncto concederet. Hortens. Nobis perfunctis muneribus humanis.

Perfundo, is, respergo, δεύω, καταχέω. 4. Tusc. 20. Perfundere animum voluptate. 1. de Nat. 113. Perfundere aliquem omni voluptate. De Clar. 3. Phalereus suavis fuit: sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. 8. Att. 6. Dii immortales! qui me horror perfudit? Pro S. R. 80. Mihi videris, Eruci, una mercede duas res assequi velle, nos judicio perfundere, accusare autem eos, a quibus mercedem accepisti.

Perfundor, eris. De Cl. 188. Multitudo audiens ducitur oratione, et quasi voluptate quadam perfunditur. 2. de Fin. 7. Perfundi voluptate, vel jucunditate. Ver. 1. 67. Aqua ferventi a Rubrio ipso Philodamus perfunditur.

Syntaxis. *Animus voluptate perfusus. Sensus dulcedine perfusus. Aliquem voluptate perfundere, severitate, horrore. Horror illum perfudit. Aqua perfundi.*

Perfungor, eris, utor, exantlo, ἐπιτελέω, λειτουργέω. De Senect. 77. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur.

Syntaxis. *Perfungi laboribus, bello, opere. Perfunctus rebus, reip. muneribus, periculis, honoribus, molestia. Equidem jam perfunctus sum. Multa perpessus ac perfunctus. Perfunctus muneribus humanis.*

Perfusus, a, um, δευμένος. 2. de Finib. 114. Cum omnes sensus dulcedine omni perfusi moverentur. 4. ad Her. 15. Cœpit, postquam perfusus est, defricari.

Perga, æ, urbs. Ver. 1. 54. et 4. 71.

Pergamenus, a, um. Pro Flac. 70. Annos jam xxx. in foro Pergameno versaris. Pro Flacc. 74. At qui homines? Pergameni. *Ibid.* Civitas Pergamena.

Pergamum, mi, urbs in Asia. Pro Flacc. 71. Cur non Pergami? Smyrnæ? &c. *Item*, 1. de Div. 42.

Pergaudeo, ὑπερχαίρω. 3. Qu. Fr. 1. Trebonium meum a te amari, teque ab illo, pergaudeo.

Pergens, tis. 3. de Nat. 64. Neptunum esse animum cum intelligentia per mare pergentem.

Pergo, is, eo, *iter facio, tendo, peto, contendo*, διεξέρχομαι. Pro Pl. 98. Qui antequam de meo adventu audire potuissent, &c. in Macedoniam ad Planciumque perrexi. 5. de Fin. 96. In oppidum ad Pomponium perreximus omnes. 5. Tusc. 13. Ut ad eas cursim perrectura beata vita videatur. 4. ad Her. 65. Pergere obviam alicui. 1. de Legib. 14. Quin igitur ad illa spatia nostra sedesque pergimus? 9. Att. 18. Brundusium pergere cogito. 1. de Div. 123. Quibus quærentibus, cur non eadem via pergeret? deterreri a Deo dixit. *Ibid.* 26. Conclave illud, ubi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. 1. Acad. 1. Itaque confestim ad eum ire perreximus. 3. ad Her. 1. Nos proficisci ad instituta pergemus. 9. Att. 12. Arpinum pergam. In Arat.

Post hunc ore fero Capricornus vadere pergit.

2. de Orat. 290. Perge conficere iter reliquum. 11. Att. 8. Hæc tu perge, ut facis, mitigare. Pro Cæc. 59. Perge porro hoc idem interdictum sequi, &c. Qu. de Pet. 42. Perge tenere istam viam, quam instituisti. 1. de Orat. 34. Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes. 1. C. 10. Perge quo cœpisti: egredere, &c. 9. Att. 7. Perge, ut facis, et scribe quantum potes. 10. Fam. 11. Perge igitur, ut agis, &c. 4. de Finib. 75. Perge porro, &c. 1. Off. 166. Sed ad reliqua pergamus. Ver. 3. 51. Pergam atque insequar longius. Partit. 28. Perge igitur ordine quatuor mihi istas partes explicare. 4. Att. 10. Perge reliqua. 5. 20. Cum graves de Parthis nuncii venirent, perrexi in Siciliam. De Clar. 158. Sed perge Pomponi de Cæsare, et redde quæ restant. Brut. 10. Quanquam dolebam, &c. tamen perrexi, Romamque perveni. 1. Qu. Frat. 3. Rogo te, ut Romam protinus pergas et properes.

Adverb. *Cursim, longius, porro, protinus, recta.*

Syntaxis. *Pergere in Italiam. Pergere Brundusium. Hac via perge. Perge ire ad. Perge viam istam tenere. Pergere obviam alicui. Pergite ut facitis. Perge, quo cœpisti, perge, ut agis, perge porro, perge reliqua, perge ad reliqua. Pergam atque insequar lon-*

gius. Pergam ordine explicare &c. Romam perge et propera.

Pergrandis, de, μεγαλεῖος. Ver. 4. 6. Vas vinarium ex una gemma pergrandi. 1. cont. Rul. 10. Pergrande vectigal. Pro Clu. 65. et pro Qu. R. Pergrandis pecunia.

Pergratus, a, um, λίαν ἐπίχαρις. 5. Att. 20. Utrique nostrum honestum existimo; tum mihi erit pergratum. 1. 17. et de Am. 16. Pergratum mihi feceris.

Pergravis, ve. Pro Sest. 139. Pro Cœl. 63.

Pergraviter, λίαν χαλεπῶς. 1. de Orat. 227. Pergraviter reprehendo aliquem. 1. Att. 8. Pergraviter illum esse offensum.

Perhibendus, a, um. 5. Fam. 12. Nec minus est Spartiates ille Agesilaus perhibendus: *id est*, celebrandus.

Perhibeo, es, *dico, aio, voco*, διϊσχυρίζομαι. 2. de Div. 12. Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum. *Poetæ*. 2. de Nat. 109. Quem claro perhibent Ophiuchum nomine. *Poetæ. Ibid.* 91. Hoc quod memoro Graii perhibent æthera. *Ibid.* 65. Hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem. *Poetæ*. In Arat.

Cum quibus, ut perhibent, ausa est contendere forma.

1. Att. 1. Qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facile communem causam sustinerent. Pro Lig. 24. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere, ut perhibetis, summa cum injuria.

Perhibeor, eris. 1. Tusc. 28.

Perhonorifice, *adverb.* πολυτίμως. 14. Att. 12. Octavium sui perhonorifice, et amice Cæsarem salutabant.

Perhonorificus, a, um, ὁ καὶ ἡ πολύτιμος. De Pro. 45. et 1. Att. 10. Collega in me perhonorificus.

Perhorresco, is, *exhorresco, pertimesco*, ἐκφρίσσω. Pro Sest. 87. I. P. 45. Nemo civis est, qui hos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa consulatus vestri perhorrescat. 13. A. 31. Tu illius diei memoriam non perhorrescis? 2. de Orat. 226. Tu imagines ipsas non perhorrescis? Ver. 4. 78. Hanc tantam religionem non perhorrescis. 4. C. 12. Tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum ac puerorum perhorresco. Pro Qui. 72. Quorum frequentiam et consessum non modo Quintius, qui de capite decernit, sed quivis, qui extra periculum sit, perhorrescat. 5. de Fin. 31. Et si hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere &c. Div. 41. Non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. 13. Att. 25. Sed quid est tandem quod perhorrescas?

Perhospitalis, le, πολύξενος. Ver. 4. 3. Domus perhospitalis.

Perhumanus, a, um, πάνυ φιλάνθρωπος. 16. Att. 12. Epistola perhumana. 2. Qu. Fra. 5. Sermo perhumanus.

Perhumaniter, πάνυ φιλανθρώπως. 7. Fam. 8. Scripsit ad me Cæsar perhumaniter.

Pericles, clis, *Orator Atheniensis*. Orat. 15. Pericles Anaxagoræ Physici auditor. *Ibid.* 29. Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, et permiscere Græciam dictus est. 3. de Orat. 136. Pericles, in cujus labris veteres comici leporem habitasse dixerunt. 2. 93. Pericles, Thucydides et Alcibiades, eadem ætate fuerunt. *Ibid.* 27. et de C. 27. et 43.

Periclitandus, a, um, *tentandus, de quo faciendum periculum*, κινδυνευτέος. 1. de Orat. 157. Subeundus usus omnium, periclitandæ vires ingenii; et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. 2. de Div. 97. In periclitandis experiundisque pueris.

Periculo expono. 1. C. 11. Non est sæpius in uno homine salus periclitanda Reipub.

Periclitatio, onis, *experientia*, κινδύνευμα. 2. de Nat. 161. Quarundam herbarum utilitates longinqui temporis usu ac periclitatione percepimus.

Periclitatus, a, um, *exploratus*, κινδυνευθείς. De Ami. 64. Ut utamur quasi equis temperatis, sic amicitiis, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum.

Periclitor, aris, *periculum facio, experior, tento, cum periculo experior*, ἀγωνίζω, κινδυνεύω. 3. de Orat. 144. Mihi non est difficile periclitari, &c. 10. Fam. 18. Itaque potius periclitari volui, si possem mea præsentia exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri. Ver. 5. 131. Homines in præliis belli fortunam tentare ac periclitari solent. Pro Qui. 96. Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est. 3. de Off. 72. Periclitemur (si placet) in iis quidem exemplis, in quibus, &c.

Discrimen subeo. 2. de Inven. 152. Periclitari omnia jura, si similitudines accipiantur. *id est, periculum subire*.

Periculose, *cum periculo*, ἐπικινδύνως. 7. A. 7. Periculose dico, sed oro vos, &c. 16. Fam. 11. Periculose hyeme navigatur. 8. Att. 2. Homo quotannis periculose ægrotans. Pro Mil. 9. Periculose facere aliquid.

Periculosus, a, um, *lubricus, anceps, præceps, non procul a periculo*, ἐπισφαλὴς, ἐπικίνδυνος. 13. Att. 27. Aliter fuissemus in hos inofficiosi, et in nosmetipsos pene periculosi. 1. Fa. 7. Offensionem esse periculosam video. *Ibid.* Ratio rei gerendæ periculosa tibi videbitur. 4. Acad. 68. Res periculosa et lubrica. 3. de Nat. 62. Periculosa consuetudo. 1. Off. 83. Periculosa et anceps curatio. 12. A. 25. Infestum et periculosum iter. 14. Att. 16. Dolabella sustulit simulationem desiderii, &c. ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. Pro Cæc. 34. Ea sunt et turbulenta, et temeraria, et periculosa. Pro Pomp. 4. Bellum grave et periculosum. 14. A. 26. Duobus periculosis vulneribus acceptis.

Syntaxis. *Periculosum ac lubricum. Pe-*

riculosum et anceps. Infestum et periculosum. Turbulentum, temerarium, periculosum.

Periculum, li, *discrimen, dimicatio,* ἀγὼν, πεῖρα, κίνδυνος. Pro S. R. 110. Adire periculum capitis. Orat. 98. Etiamsi quando minus succedet, magnum tamen periculum non adibis: alte enim cadere non potes. 3. C. 28. Offerre se periculis pro patria. Par. 66. Subire periculum pro amico. Pro Sull. 15. Quibus ipsis periculum tum conflari putabatur. 2. Att. 19. Pro S. R. 7. et pro Qu. 47. Periculum, vel pericula alicui, vel in aliquem intendere. Pro Cæc. 83. Cui periculum mortis sit injectum. Pro Pomp. 31. Committere se periculo mortis. *Ibid.* 12. In periculum ac discrimen vocari. Pro Cornel. 25. In periculum capitis atque in vitæ discrimen pro aliquo se inferre. 2. de Orat. 192. In amicorum periculis aliquid accidere. 2. de Nat. 166. Dii discriminum periculorumque comites. Ver. 5. 116. A securi negat ei esse periculum. De Clar. 313. Qui habitus non procul abest a periculo vitæ, si accedat labor, &c. 4. Fam. 15. Tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ne quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi sumus. 1. Off. 154. Si ei subito sit allatum periculum, discrimenque patriæ, &c. Div. 45. Facere periculum innocenti. 2. Att. 22. Si mihi periculnm procrearetur ab eo, quem ipse armasset. Pro Mur. 55. Qui dum conatus est, &c. in periculum veni, ne &c. 16. Fam. 27. Maximum ab universo naufragio periculum est. 7. Att. 3. Maximo in periculo res est. 8. 17. Domitium periculo obsidionis liberari cupio. 5. Tusc. 118. Quæ qui recordetur, haud sane periculum est, ne, &c. *et item.* Ne movear, &c. periculum non est. 1. de Orat. 209. Nullum periculum est, ne quid tu, &c. 1. Att. 4. Summum erat periculum, ne, si nihil impetrarent, a Senatu alienarentur. 3. de Nat. 50. Quo libentius Reipubl. causa periculum adiret optimus quisque. Pro C. Cornel. 1. Homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos. 2. Att. 20. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum. Pro Flac. 2. Neminem unquam putavi per eos ipsos periculum hujus fortunis atque insidias creaturum. *Ibid.* 96. Nobis pericula comparantur. Pro Sext. 1. Eos, qui omnia divina et humana violarint, &c., fortissimis atque optimis civibus periculum moliri. 6. Fam. 7. Ruinæ periculum struere. 14. *Ibid.* 4. M. Lenius Flaccus, qui periculum fortunarum et capitis sui pro mea salute neglexit. De Am. 24. Si quando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis est qui id non maximis efferat laudibus? 10. Fam. 31. Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. 15. *Ibid.* 1. Nullum unquam periculum tantum putavi, quod subterfugere mallem, quam vestræ auctoritati obtemperare. Pro Clu. 17. Cum ad amici pericula depellenda adhiberer, &c. Post redit. ad Quir. 24. In periculis a Republ. propulsandis &c. Pro R. Am. 7. Periculum, quod in omnes intenditur, propulsare. 2. Att. 19. Honestior hæc declinatio periculi. 1. de Fin. 24. et pro Mur. 76. Pro aliquo laborem periculumque suscipere. 7. in Ant. 1. Adducta est res in maximum periculum. Pro C. Rab. 26. An non intelligis, primum &c. deinde quot ex iis, qui vivunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas? Pro Clu. 152. Nec nunc quidquam agitur, nisi, ut equester ordo in hujusce legis periculum includatur. 3. ad Her. 8. Ne Deos quidem esse auxilio iis, qui se inconsulto in periculum mittant. 2. de Inv. 27. Summæ est amentiæ, certum in periculum se committere. Pro Clu. 70. Si quis eum forte casus ex periculo eripuerit, nonne reddendum est? Pro Sext. 11. Urbem extrahere ex periculis maximis. Pro Leg. Man. 19. A periculo prohibere Rempublicam. 4. Fam. 14. Si status erit aliquis Civitatis, quicumque erit, te omnium periculorum video expertem fore. Pro Leg. Man. Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii explicavit. Pro S. Rosc. Am. 21. Cum etiam qui antea metuerant, redirent, ac jam defunctos se se periculis arbitrarentur. Pro Mur. 4. Natura affert, ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur. 4. Cat. 2. Non sella curulis unquam vacua mortis periculo fuit.

Meo periculo, tuo, suo, alicujus. Ver. 5. 49. Sumptu periculoque suo armatam navem aliquo mittere. *Ibid.* 59. Periculo suo versari in aliqua re. Pro Sest. 111. Quid tu meo periculo gurges patrimonii helluabare? 6. Att. 1. Brutus scripsit, rem illam suo periculo esse. Pro Flac. 41. Injuste facis, si putas, periculo nostro vivere tuos contubernales. Pro Sest. 50. Ego qui periculo Reip. vivebam. 4. Att. 7. Quod quidem tibi nummi meo periculo sint. 13. 25. Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. 12. A. 16. Ita fit, ut meo semper periculo peccet Antonius. 3. de Leg. 23. Dux enim suo periculo progredi cogitat. Pro Mur. 28. Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. Pro Dom. 137. In urbe, quam suis laboribus ac periculis conservasset. Pro M. Tull. Cui concedi sine summo omnium periculo potest.

Experimentum. Act. 1. Ver. 34. Facere periculum innocentiæ alicujus. Div. 27. Tu vero qua in re specimen cæteris aliquod dedisti? quando tute tui periculum fecisti? De Prov. 35. Si quis fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius ejus deæ periculum facere nollet. L. P. 65. Fac hujus odii tanti ac universi periculum, si audes. 5. A. 14. Qui quotidie periculum fortunæ facit.

ADJUNCT. *Alienum, alienissimum, asperrimum, certum, commune, externum, non legitimum, perspicuum, domesticum, magnum,*

dubium, recens, gravius, gravissimum, honestissimum, incertum, leve, levius, magnum et imprudens, majus, maximum, publicum, minus, minimum, sordidissimum, præcipuum, repentinum, perpetuum, præsens, proprium, quotidianum, subitum, summum, tantum, tamque improvisum.

Syntaxis. *Periculum adire, subire, facessere, creare, procreare, afferre, denunciare, comparare, moliri, struere, suscipere, negligere, communicare, refugere, deprecari, subterfugere, depellere, propulsare. Periculum alicui conflare, injicere. Facere periculum innocenti. In aliquem,* vel *alicui pericula intendere. Vocari in discrimen et periculum. In periculum adducere, arcessere, includere, se mittere, se committere. In periculum capitis pro aliquo se inferre. Committere se periculo mortis. Offerre se periculis. Ex periculo eripere, extrahere. A periculo prohibere. Non procul abesse a periculo vitæ. In periculo esse. In maximo res periculo est. Periculum est, ne &c. Periculum esse ab aliquo. Periculi expers. Periculi declinatio. Periculo vacuus. Periculis cingere. Periculo liberari, defungi, perfungi. Id meo fiat periculo, tuo, suo. Tentare periculum. Facere periculum sui, fortunæ, &c.*

Perillustris, stre, ὁ καὶ ἡ πολύκλειτος. 5. Att. 4. Perillustres fuimus.

Perimbecillus, a, um, πάνυ ἀσθενής. 10. 12. Quod quidem est natum, perimbecillum est.

Perimo, is, *interimo, deleo,* ἀναιρέω. Pro Plan. 101. Si mihi vis aliqua major reditum peremisset. Pro Sest. 49. Si causam publicam mea mors peremisset. 2. de Div. 64.

Hunc, ubi tam teneros volucres matremque peremit.

De Univ. 35. Nec vos ulla mortis unquam fata periment. 1. Tusc. 117. Sin autem perimit, ac delet omnino, quid melius? Frag. ep. Ne quis casus perimeret superiora.

Perincommode, πάνυ ἀκαίρως. 1. Att. 14. Sed accidit perincommode, quod eum nusquam vidisti.

Perinde, *quasi, similiter,* ὁμοίως, ὥσπερ. 7. de Orat. 71. Non possum dicere, me hæc perinde, ut dicam discenda esse, didicisse. *Ibid.* 210. Sed hæc omnia perinde sunt ut aguntur. 3. Off. 121. Habes a patre munus magnum, sed perinde erit ut acceperis. 12. Att. 14. Bene facis, cum id efficis, mihi crede, perinde ut tu existimare non posses &c. 8. Fam. 12. A te peto, ut meas injurias perinde doleas, ut me existimes dolere tuas solere. De Cl. 188. Hæc perinde accidunt, ut eorum, qui adsunt, mentes oratione tractantur. 14. A. 19. Perinde homines, ut quisque meretur, judicant. Pro Clu. 70. Perinde ut opinio est de cujusque moribus, ita quid ab eo factum, aut non factum sit, existimari potest. 2. de Div. 89. Signiferi orbis unaquæque pars alia alio modo movet cœlum, perinde ut quæque stellæ in his finitimisque partibus sunt quoque tempore. *Ibid.* Perinde utcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. 4. Acad. 31. Difficilis est de eorum temeritate, perinde ut causa postulat, dicere. 9. Fam. 15. Non perinde ut est reapse, ex litteris perspicere potuisti. 1. Tusc. 94. Omnia ista, perinde ut cuique data sunt, pro rata parte a vita vel longa vel brevia dicuntur. 10. Fam. 4. Si perinde ut mereor, mihi successerit. Pro Cæc. 61. Perinde valebit, quasi ornatissimi fuerint, si reperientur, &c. Pro Qu. 83. Atque hæc perinde loquor, quasi debueris, &c. 3. Tusc. 62. Perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur. Pro Qu. 45. Quod nunquam factum est, perinde quasi factum sit, confirmare. 1. Tusc. 86. Metelli sperat sibi quisque fortunam, perinde quasi certi quidquam sit in rebus humanis. *aliter, proinde quasi.* 13. Att. 47. Quod ego perinde tuebar, ac si usus essem. 3. 14. Perinde habebo, ac si scripsisses nihil esse. Part. 84. Perinde habere aliquid ac si non esset. Pro Qu. R. 15. Perinde ac si, &c. perinde dicemus. 11. Fam. 27. Perinde ac si jam vicerint. *aliter, proinde ac si.* 5. Tusc. 6. Philosophia non perinde ac de hominum est vita merita laudatur. 1. de Fin. 72. Vivendi artem tantam, tamque operosam, et perinde fructuosam relinquerent. 1. ad Her. 4. Res gestæ, aut perinde ut gestæ. Pro Mar. 12. Perinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit. *Ibid.* Vereor, ut quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.

Syntaxis. *Id perinde est, ut putas. Perinde quasi. Perinde ac si res gestæ,* aut *perinde ut gestæ.*

Perindulgens, tis, πολλὰ χαριζόμενος. 3. Off. 112. Perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium.

Perinfirmus, a, um, πάνυ ἀσθενής. 2. de Fin. 53.

Peringeniosus, a, um, πολυδαίδαλος. De Cl. 92.

Periniquus, a, um, μεγαλάδικος. 11. Fam. 18. Periniquo animo pati. Pro Pom. 63. Periniquum et non ferendum.

Perinsignis, gne, *notabilis, conspicuus,* πάνυ εὔσημος. 1. de L. 51. Perinsignis corporis pravitas.

Perinvisus, a, um, *valde invisus.* Pro C. Corn. 1. Hominem iis ac nobilitati perinvisum Cn. Pompeium.

Perinvitus, a, um. 7. Fam. 33. Tu, vellem, ne veritus esses, ne perinvitus legerem tuas litteras.

Periocha, *argumentum, complexio totius rei brevior,* περιοχή. 13. Att. 25. Ego ne Tyroni quidem dictavi, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed &c.

Periodus, di, *ambitus, circuitus,* ἡ περίοδος, Orat. 204. Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. De Clar. 162.

Comprehensio et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus et brevis. 4. ad Her. 27. Exempla periodorum, quæ in tribus commodissime fieri solent: in sententia, in contrario, in conclusione.

Peripateticus, *Aristotelicæ Philosophiæ studiosus, περιπατητικός*. 3. de Orat. 59. Ab ipso Platone Aristoteles et Xenocrates: quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. 1. Acad. 17. Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycæo. 3. Tusc. 22. Peripatetici familiares nostri, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius. 3. Off. 20. Peripatetici, qui quondam iidem erant, qui Academici. 5. de Fin. 7. Peripatetici et Academici veteres iidem. 1. de Nat. 16. Stoici cum Peripateticis re consentire, verbis discrepare videntur. 3. de Finib. 41. Est enim Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta, propter ignorationem Dialecticæ. 4. Tusc. 9. Peripatetici ad placandos animos multa afferunt: spinas partiendi et definiendi prætermittunt. 1. de Nat. 16. Peripatetici honesta commiscent commodis, ut ea inter se magnitudine, et quasi gradibus, non genere differant. 4. Tusc. 43. Peripatetici libidinis vel cupiditatis genus ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quenquam, nisi quod libeat, præclare facere posse. 3. de Fin. 41. Peripatetici omnia, quæ ipsi bona appellant, pertinere dicunt ad beate vivendum. *Ibid.* 43. Peripatetici corporis commodis compleri vitam beatam putant. 4. Tusc. 42. Peripatetici imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ. *Ibid.* Peripatetici perturbationes istas, quas Stoici extirpandas putant, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas. 3. 34. Peripatetici reprehendunt præmeditationem rerum futurarum: sed male. 2. de Fin. 68. Peripatetici plurimum tribuunt honestati: sed tamen et in corpore, et extra, esse quædam bona censent. Brut. 120. Peripateticorum disciplina quantum ad dicendum conferat. Orat. 127. Peripateticorum elegans exercitatio. 1. Acad. 17. Platonis autem autoritate, qui varius et multiplex et copiosus fuit, una et consentiens duobus vocabulis Philosophiæ forma instituta est, Academicorum et Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. 5. de Fin. 12. Peripateticorum librorum duo genera sunt: unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt. De Univ. 2. Peripateticorum facile princeps Cratippus. 4. Tusc. 38. Mollis et enervata Peripateticorum ratio et oratio, qui perturbari animos necesse esse aiunt, &c. Brut. 119. Peripateticorum ratio in Philosophia et ratione dicendi. 3. Tusc. 22. Peripateticis nihil est uberius &c. 5. de Finib. 10. A Peripateticis disserendi non dialectice solum, sed etiam oratorie præcepta sunt tradita.

Adjuncta. *Magnus, et copiosus, nobilis, summus, uber, eruditus, gravis, vetus.*

Peripetasma, tis, *peristroma, aulæum, περιπέτασμα*. Ver. 2. 27. Quid illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es?

Periratus, a, um. 9. Fam. 6. Erant enim nobis perirati, quasi quidquam de nostra salute decrevissemus.

Peristroma, tis, *peripetasma, stragulum, stragula vestis, περίστρωμα*. 2. A. 67. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.

Peristylum, li, *locus columnis undique clausus, et ornatus, intra quas columnas tres aut quatuor porticus patent, ea forma, qua videmus claustra, quæ vocant, sacrarum ædium, præsertim monachorum, fabricata, περιστύλιον, ου*. Pro Dom. 116. Porticus cum conclavibus pavimentata trecentum pedum, amplissimum peristylum.

Perite, *scienter, ἐπισταμένως, ἐπιστημόνως*. 2. de Orat. 81. Hæc quidem sunt concinne distributa, sed non perite. Pro Cor. 2. Perite dicere de aliqua re. 2. de Orat. 5. Scienter et perite dicere. 1. 48. In aliqua re satis callide versari ac perite. Ver. 2. 135. Peritissime et callidissime facere aliquid.

Peritus, a, um, *sciens, gnarus, exercitatus, intelligens, in aliqua re artifex, ἐπιστήμων, ἐπιστημονικός*. Pro Corn. Si usus patronorum in judiciis valeret, a peritissimis L. Cornelii causa defensa est. *alias*, amplissimis. Pro Font. 33. Peritus ad usum ac disciplinam belli. 1. de Orat. 171. M. Cato juris civilis omnium peritissimus. *Ibid.* 212. Jurisconsultus, qui legum et consuetudinis ad respondendum et ad cavendum peritus sit. *Ibid.* 242. In eo jure, quod ambigitur inter peritissimos. De Clar. 81. Fabius pictor juris et litterarum et antiquitatis bene peritus. 7. Fam. 16. Neminem te juris peritiorem esse constat. Pro Clu. 107. Quis P. Octavio ingenio prudentior? jure peritior? De Clar. 102. L. Cœlius juris valde peritus. *Ibid.* 205. L. Ælius antiquitatis scriptorumque veterum litterate peritus. 1. de Orat. 109. Hæc ab hominibus callidis ac peritis animadversa sunt. Pro Font. 15. Sapiens homo, ac multarum rerum peritus. 1. Off. 147. Homo doctus, vel etiam usu peritus. 3. 60. Homo peritus definiendi. Pro Font. 33. Peritus belli gerendi. I. P. 54. Vir fortis, in primis belli ac rei militaris peritus Qu. Martius. Acad. Epicurus suum potius peritissimum voluptatum aucupem sapientem esse contendet.

Adverb. *Bene, litterate, sane, valde.*

Syntaxis. *Ad bellum peritus, belli, in bello. Jure, juris, in jure peritus. Litterate peritus. Doctus, et usu peritus. Orandi peritus. Multarum rerum peritus.*

Perjucundus, a, um, *πάνυ ἡδύς*. 1. de Orat. 205. 1. Fam. 7. 2. de Orat. 26.

Perjucunde, λίαν χαριέντως. Pro Cæl. 25.

Perjurium, rii, *perfidia*, ἐπιορκία. 3. Off. 108. Non enim falsum jurare, pejerare est: sed quod ex animi tui sententia juraveris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. *Ibid.* 106. Sed si hinc sibi sumunt, nullam esse fidem, quæ infideli data sit, videant, ne quæratur latebra perjurio. Ver. 4. 19. Ut quam minimum sit illis temporis ad meditandum confirmandumque perjurium. Pro Font. 35. Sceleratorum hominum perjuria. De Arusp. 36. Hoc suspicor de tuorum judicum manifesto perjurio dici. *Ibid.* In perjurio fides jusjurandumque negligitur. 2. de L. 22. Perjurii pœna divina, exitium: humana, dedecus.

Adjuncta. *Illustre atque insigne, manifestum, minimum.*

Perjurus, a, um, *qui fidem et jusjurandum negligit, violat, relinquit*, ἐπίορκος. Pro Qu. R. 20. Improbissimus et perjurissimus leno. *Ibid.* 46. Nihil interest inter perjurum et mendacem. *Ibid.* 22. *Lege*, Mendax.

Perlabor, eris, διολισθαίνω, διαπίπτω. 1. Tusc. 28. Indeque perlapsus ad nos, et usque ad Oceanum Hercules.

Perlate. 2. de Orat. 17. Perlate patere.

Perlego, gis, ἀναγινώσκω. 1. de Divin. 8. Perlegi, inquit ille, tuum paulo ante tertium de Natura deorum.

Perlevis, ve. 2. cont. Rul. 79. Perlevi momento fortunæ.

Perleviter. 2. Qu. Fra. 5. Perleviter commotus.

Perlibenter. De Univ. 2.

Perliberaliter, πάνυ ἐλευθερίως. 10. Att. 4. et 15. 15.

Perlitteratus, a, um, *in primis litteratus.* Pro Qu. Gal. Homo perlitteratus.

Perlitus, a, um, *respersus*, καταλειφθείς, ἐπιτος. Pro S. R. 150. Perlitus sanguinis crudelitate.

Perlongus, a, um, πολυμήκης. Att. 20. Perlonga et non satis tuta via. 2. contra Rul. 3. Perlongo intervallo.

Perlubens, tis, πάνυ ἄσμενος. 2. Qu. Fr. 5. Me perlubente, Servius allisus est.

Perlucens, tis, διαφαινόμενος. 2. de Natur. 55. Nam tenuis ac perlucens, et æquabili calore suffusus æther, non satis aptus ad stellas continendas videtur.

Perluceo, es, *eluceo*, διαφαίνομαι, ἐκλάμπω. 2. Off. 32. Honestum illud maxime quasi perlucet ex iis, quas commemoravi, virtutibus.

Perlucidus, a, um, *perlucens, quod ita tenue ac lucidum est, ut per id res respici et pervideri possint, illustre et valde clarum*, διαφανής. 2. de Nat. 142. Membranæ oculorum perlucidæ. 1. de Div. 130. Illustris et perlucida stella. 2. 40. Deos ipsos induxit Epicurus perlucidos et perflabiles.

Perluctuosus, a, um, πολύδρυτος. 3. Qu. Fr. 8. *Lege*, Funus.

Perlustrandus, a, um, περιοδευτέος. Part. 38. Hujus igitur materiæ ad argumentum subjectæ perlustrandæ animo partes erunt omnes.

Permagnus, a, um, εὐμεγέθης, παμμεγέθης. Ver. 1. 27. Permagno vendere. 10. Att. 1. Per enim magni æstimo, tibi firmitudinem animi nostri, et factum nostrum probasi. Par. 84. Quod enim permagni interest, pro necessario sæpe habetur.

Permaneo, es, *consto*, διαμένω, ἐπιμένω. De Ami. 76. Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. 1. Fam. 9. In omnibus meis sententiis de Repub. pristinis permanebam. 5. 15. Permanere in incœpto. 2. de L. 63. Nam et Athenis jam ille mos a Cecrope, ut aiunt, permansit. 5. Fam. 2. In mea erga te voluntate permaneo. 2. de Fin. 86. Illud et stabile et firmum permansurum est. 2. de Orat. 24. In qua permaneo, Catule, sententia. 1. Att. 17. Permanere in pristina sententia. Incer. Optatissimum est, perpetuo fortunam quam florentissimam permanere.

Permano, as, *pervenio, penetro*, διαῤῥέω. Pro Corn. 56. Ut aliqua sermones invidorum etiam ad vestras aures permanarent, et in judicio ipso redundarent. Pro Dom. 121. Etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quæ ad nostras aures sæpe permanant. 1. de Nat. 3. Nec est, quod ab his ad hominum vitam permanare possit. 2. de Orat. 311. Ut ad eorum mentes permovendas permanare possint. 2. Tusc. 42. Conclusiunculæ ad sensus non permanantes. 4. de Fin. 42. Natura omnis appetendarum rerum ita late patet, ut a principiis permanet ad fines. Pro Cluent. 173. Venenum epotum permanat in venas, et in omne corpus. Pro S. R. 66. Macula ex paterno sanguine concepta usque eo permanat ad animum, ut, &c.

Syntaxis. *Dicta ad sensus permanantia. In omne corpus permanans venenum. Hoc usque eo permanat ad animum, ut, &c. Permanare ad aures, a principiis ad fines, ad hominum mentes permovendas.*

Permansio, onis, διαμονή. 1. Fam. 9. In una sententia perpetua permansio. 2. de Inv. 164. Permansio perpetua in aliqua re. 11. Att. 18. Quodvis enim supplicium levius est hac permansione.

Permediocris, cre, ὁ καὶ ἡ σύμμετρος. 1. de Orat. 220. Permediocres motus.

Permeo, as, *penetro*, διαβαίνω. 4. Acad. 119. Quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet et transeat.

Permetior, iris, *dimetior*, διαμετρέω. 4. Acad. 126. Vos Solis magnitudinem quasi decempeda permensi refertis. De Univ. 29. Cum eos permensus est idem, et semper sui similis orbis. 2. Tusc. 30.

Perminutus, a, um, ὑπόλεπτος. *Lege*, Perexiguus.

Permirus, a, um, θαυμαστὸς ὅσος. 1. de Orat. 214. In quo per mihi mirum visum est, Scævola, te hoc illi concedere. 3. Fa. 10. 2. de Div.

Permiscens, tis, *καταχρινῶν*. De Univ. 19. Et ejus copulationis alienam *naturam* per miscens cum materia, &c.

Permisceo, es, *commisceo*, *διαμίγνυμι*, *καταμίγνυμι*. In Vat. 13. Ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas. Ver. 2. 123. Non modo illa permiscuit, sed etiam in his turbavit. Pro Planc. 41. Omnia potius permiscuerunt, quam ei legi conditionique parerent. De Univ. 37. In qua temperatione animum universæ naturæ temperans permiscebat. Orat. 29. Ab Aristophane poeta fulgere, tonare, permiscere Græciam dictus est *Pericles*.

Permissio, onis, *permissus*, *concessus*, *συγχώρησις*, *ἄφεσις*. 3. Q. Fr. 1. Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, ex parte gaudeo. 2. ad Her. 15. Plus enim valet sanctio permissione. 4. 4. Permissio est, cum ostendimus in dicendo, nos aliquam rem totam tradere et concedere alicujus voluntati.

Permissurus, a, um, *ἀναθήσων*. 2. Qu. Fr. 14. Tibi permissurus sum, ut facias quod vis.

Permissus, us, *permissio*, *συγχώρησις*. De Arusp. 25. Omne servitium permissu magistratus liberatum, &c. 2. cont. Rull. 35. Permissu legis. Ver. 3. 184. Permissu tuo. et pro Corn. 43.

Permissus, a, um, *συγχωρηθείς*. 16. Att. 17. Coss. et lege, et S. C. permissum erat, ut de actis Cæsaris judicarent. 1. C. 4. Simili senatusconsulto C. Mario, L. Valerio Coss. permissa est Respublica: *id est, ne quid detrimenti caperet*. Pro Sulla 21. Quo in magistratu non institutum est a me regnum, sed non permissum. Ver. 3. 29. Permissa licentia.

Permiste, *καταμεμιγμένως*. 1. de Inv. 32. Si genera ipsa rerum ponuntur, neque permiste cum partibus implicantur. et Part. 24. *Lege*, Intercise.

Permistio, onis, *admistio*, *κρᾶσις*, *διάμιξις*. De Univ. 37. Superiorisque permistionis reliquias fundens æquabat.

Permistus, a, um, *admistus*, *ἀναμιγείς*. 1. de Div. 129. Et ea, quæ permisti cum corpore animi videre non possunt &c. De Univ. 21. Atque ita permistum illud, ex quo hæc secuit, jam omne consumpserat. Orat. 195. Omnes in oratione esse quasi permistos et confusos pedes. *Ibid.* 187. Intervalla longa et brevia, quibus implicata et permista oratio est. Pro Planc. 92. Ego fructus magna acerbitate permistos tuli. Orat. 196. Oratio permista et temperata numeris. 12. in A. 26. Cujus immanitas naturæ ne vino quidem permista temperari solet. 2. de Orat. 210. Ut illa excellens opinione fortuna cum laboribus et miseriis permista esse videatur.

Syntaxis. *Implicata et permista oratio. Permista et temperata oratio numeris. Permistus cum corpore animus.*

Permittendo, *concedendo*. Ver. 5. 7. Crudelis in animadvertendo, dissolutus in permittendo.

Permitto, is, *dimitto*, *concedo*, *potestatem facio*, *vel concedo*, *ἀνατίθημι*, *ἐπιτρέπω*. 13. Famil. 71. Neque nunc discessisset a me, nisi ego ei permisissem. 2. Qu. Fr. 8. Totum ei negotium permisi, meque in ejus potestate dixi fore. Pro Font. 30. Committere fidei, permittere potestati. Pro Sest. 72. Inimicitias cum aliquo susceptas Reipubl. permittere. 2. de Inv. 145. Lex aut jubet, aut permittit, aut vetat. 2. ad Her. 15. Altera lex cogit, altera permittit. Ver. 5. 22. Ipsis judicibus sine mea argumentatione conjecturam facere permittam, quod hoc genus prædandi, &c. Pro Sull. 46. Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti. 3. de Natu. 3. Tibi permitto responderene malis, an &c. Pro Dom. 55. Ut omnia tibi permitterent. 2. de Orat. 366. Quis tibi permisit, ut, &c. 1. Qu. Fr. 1. 8.

Syntaxis. *Permittere alicui totum negotium. Committere fidei, permittere potestati. Inimicitias suas reip. permittere. Lex aut jubet, aut permittit, aut vetat. Permitto tibi facere; permitto ut facias; permitto tibi facere malis, an non. Permittere aliquid iracundiæ.*

Permittor, eris. 2. cont. Rull. 33. Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ &c. Ver. 2. 131. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ censori permittitur. 6. Fam. 8. Quid tibi permittatur, cognovi. Pro S. R. 149. Ut Roscii vita erepta de manibus sectorum, sententiis judicum permitteretur.

Permodestus, a, um, *ὁ καὶ ἡ σύμμετρος*. 4. Att. 8. Acutus et permodestus. 2. C. 12. Timidus et permodestus.

Permolestus, a, um. 1. Att. 15. Ac domesticarum quidem sollicitudinum oculos omnes et scrupulos occultabo, &c. atque hi non sunt permolesti.

Permoleste, *πάνυ χαλεπῶς*. Ver. 4. 131. Eumque *Archimedem* cum audisset interfectum, permoleste tulit.

Permotio, onis, *motus*, *perturbatio*, *ταραχή*, *κίνησις*. 2. de Orat. 216. Quæ permotionis causa vehementer, vel conciliationis leviter aguntur. 4. Acad. 135. In omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. 2. de Div. 9. Quæ permotione mentis magis, quam natura ipsa sentimus.

Permotus, a, um, *διακινηθείς*. Pro Cæc. 49. Ex eo loco metu permotus fugit. 1. de Div. 129. Quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis.

Permovendus, a, um, *διακινητέος*. Orat. 131. Miseratione mens judicum permovenda est.

Permoveo, es, *commoveo*, *perturbo*, *perpello*, *διακινέω*, *ἐξορμάω*. Ver. 3. 144. Si quem aratorum fugæ, calamitates, exilia, suspendia denique non permovent, &c.

Permoveor, eris, *commoveor*, *perturbor*, *pro-*

pellor. 2. de Orat. 189. In commovendis judicibus iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere volo, permoveor.

Permulceo, es, *mulceo, delinio, mitigo*, καταθέλγω. Orat. 163. Duæ sunt igitur res, quæ permulceant aures, sonus et numerus. 2. de Orat. 315. Eum, qui audit, permulcere atque allicere. 2. de Nat. 114.

Aram, quam flatu permulcet spiritus austri.

2. de Fin. 32. At ille pellit, qui permulcet sensum voluptate. De Sen. 5. Præterita enim ætas, quamvis longa, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem.

Permulceor, eris. Oec. 1. Spectantes audientesque lætissima voluptate permulcentur.

Permulsus, a, um, καταμειλιχθείς. 3. ad Her. 21. Nam læduntur arteriæ, si antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur. Cont. conc. Qu. Met. Permulsa atque recreata est.

Syntaxis. *Aures permulcent sonus et numerus. Permulcere et allicere. Aer, ventus permulcet. Consolatione permulcere. Permulcere sensum voluptate.*

Permulto, *adverb.* παμπληθῶς. 2. de D. 126. Permulto clariora.

Permultus, a, um, ζαπληθής, παμπληθής. 3. de Leg. 31. Permulti imitatores principum existunt. Pro S. R. 90. Permulti observandi sunt.

Permutatio, onis, *mutatio*, διαλλαγή. 5. Att. 13. Ego rationem Philogeni permutationis eam, quam tecum feci, edidi. 3. Fa. 5. Ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. Pro Cæl. 62. Quadrantaria permutatio. I. P. 48. Partim emptiones, &c. partim permutationes ad hunc Tusculanum montem extruendum. Pro Sest. 73. Magna rerum permutatione impendente declinavi paululum. Par. 6. Virtus nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur, &c.

Oratoria exornatio, aliud verbis, aliud sententia demonstrans. 4. ad Her. 47.

Adjuncta. *Magna, publica, quadrantaria.*

Permutandus, a, um, παραλλακτέος. 2. Off. 15. Effectum est, ut dando et accipiendo, et permutandis facultatibus nulla re egeremus.

Permutatus, a, um, ἀνταλλαχθείς. 2. Off. 21. At permutata aliquando pecunia est, ductæ merces, &c. De Arusp. 45. Id ita perturbatum, itaque permutatum est, ut, &c.

Permuto, as, *muto*, παρακινέω, διαλλάττω. 2. C. 14. Si Catilina sententiam permutaverit, &c. 11. Att. 22. Scripserat, ut XII. H-S. permutaret: tantum esse reliquum de argento. 16. 1. Quæ quo plus permutasti, quam ad fructum insularum, &c. 5. 15. Ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit.

Permutor, aris. 2. Fam. 17. At se curasse, ut cum quæstu populi pecunia permutaretur. 15. Att. 15. Quare velim cures, ut permutetur Athenis, quod sit in annuum sumptum ei satis. 12. 24. Sed quæro, quod illi opus erit Athenis, permutari ut possit. *Ibid.* 26. Ipsi permittam de tempore nummorum; quantum opus erit, ut permutetur, tu videbis.

Pernego, as, *prorsus nego*, ἐξαρνέομαι. Pro Cæl. 65. Ut a se illam pyxidem traditam pernegaret. Ver. 1. 106. Sæpe appellati pernegaverunt. 4. 76. Itaque illo tempore, ac primo istius adventu pernegatur.

Pernecessarius, a, um, *summe opportunus*, λίαν ἐπιτήδειος, ἀναγκαῖος. 5. Att. 21. Te non esse Romæ meo tempore pernecessario, submoleste fero.

Amicus intimus. Pro Flacc. 14. Contendisse a Lælio paterno amico, ac pernecessario, ut hunc hoc judicio arcesseret.

Pernicies, ei, *exitium, pestis, labes, calamitas*, βλάβη. 1. C. 11. Quanquam videbam, perniciem cum magna calamitate Reipublicæ esse conjunctam. *Ibid.* 33. Cum tua peste ac pernicie proficiscere. Pro S. R. 131. Quorum nihil perniciei causa divino consilio factum putamus. *aliter*, pernicii, *apud A. Gellium:* et pernici *apud Non. Marcellum.* 2. de Orat. 35. Eadem facultate et fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. Act. 1. Ver. 2. Labes atque pernicies provinciæ. 4. C. 10. De pernicie Reipublicæ et exitio urbis cogitare. Pro Do. 75. Cum a patria perniciem depuli. 1. Cat. 5. Perniciem Reipublicæ moliri. 2. *Ibid.* 1. Nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur. 3. de Nat. 69. Spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere. Pro Mur. 59. Ser. Galbam M. Catoni incumbenti ad ejus perniciem Populus Rom. eripuit.

Adjuncta. *Aperta, communis, intestina.*

Syntaxis. *Pernicies cum calamitate conjuncta. Cum tua peste ac pernicie abi. Labes ac pernicies provinciæ. Pernicies et exitium. Perniciem moliri, comparare, depellere. Fraudem hominum vocare ad perniciem. In perniciem incurrere. Ad perniciem incumbere.*

Perniciose, *pestifere*, πανωλέθρως. 2. de L. 12. Multa perniciose et pestifere sciscuntur in populis. 3. 26. Civis perniciose popularis. 14. Att. 13. Quam dissolute, quam turpiter, quamque ita perniciose.

Perniciosus, a, um, *exitiosus, capitalis, pestifer, infelix*, πανωλέθριος, πολύφθορος. 3. Qu. Fr. 9. Exitum judicii fœdum et perniciosum levissime tuli. Pro Do. 114. Consilium Reip. perniciosum. Pro C. Cor. Perniciosa lex. *Ibid.* Lex non modo inutilis, sed perniciosa Reipublicæ.

Pernicitas, tis, *magna celeritas*, ὠκύτης, ταχύτης. 5. Tus. 45. Adde etiam, si libet, pernicitatem et velocitatem.

Pernobilis, le, ὑπερευγενής. V. 127. Epigramma Græcum pernobile.

Pernoctans, tis, *παννυχίζων*. Pro Dom. 80. Sedulius propter inopiam tecti in foro pernoctans. 5. Tusc. 69. Animum cum his habitantem pernoctantemque curis, &c.

Pernocto, as, *noctem ago, traduco, διανυκτερεύω*. Ver. 4. 25. Senator populi Rom. in vestro oppido jacuit, et pernoctavit in publico. 5. 118. Matres miseræ pernoctabant ad ostium carceris. 5. Tusc. 100. Bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum. Pro Arch. 16. Hæc studia pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Pro Cl. 37. Cum is apud mulierculam quandam pernoctaret, et ibi diem posterum commoraretur. 2. Tus. 40. Pernoctant Senatores in nive.

Pernosco, is, *διαγινώσκω, ἐπιγινώσκω*. 1. de Orat. 17. Mores hominum sunt penitus oratori pernoscendi.

Perobscurus, a, um, *μάλα σκοτεινός*. 1. de N. 1. Perobscura quæstio.

Perodiosus, a, um, *εὐμίσητος*. 10. Att. 19. Lippitudo perodiosa. 13. De Bruto nostro perodiosum.

Perofficiose. 9. Fam. 20. Perofficiose, et peramanter observare aliquem.

Peropportune, *πάνυ καιρίως*. 2. de Orat. 15. Peropportune cecidit. 1. de Nat. 15. Peropportune venis.

Peropportunus, a, um, *ὁ πάνυ, εὔκαιρος*. 2. de Orat. 234. Peropportunum diversorium. 6 Fam. 6. Peropportuna victoria.

Peroptato, *adverb.* 2. de Orat. 20. Peroptato otium nobis datum est.

Perorandus, a, um, *ἐπιλεκτέος*. 3. Off. 43. Perorandæ liti tempus accommodare. *aliter*, orandæ liti. De Cl. 190. Perorandi locus, ubi plurimum pollet oratio. 4. Ac. 147. Quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum.

Peroratio, onis, *conclusio, epilogus, ἐπίλογος*. 2. de Orat. 80. Tum alii conclusionem orationis, et quasi perorationem collocant. De Cl. 127. Peroratio, qui epilogus dicitur. Orat. 122. Post omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere.

Peroratus, a, um, *ἐπιλεχθείς*. Pro Cæl. 70. Dicta est a me causa, judices, et perorata. 1. ad Her. 17. Perorata narratione. 1. de Inv. 31. Quibus dictis intelligat fore peroratum. 2. de Inv. 48. et 2. Q. Fr. 1. Quo loco nisi perorata causa et probata, non est utendum. Pro Sest. 3. A. Qu. Hortensio causa P. Sestii est perorata. 5. Att. 10. Sed hæc tum laudemus, cum erunt perorata.

Perornatus, a, um, *perpolitus, κατακοσμηθείς*. De Cl. 158. Crassus in dicendo et perornatus et brevis.

Peroro, as, *oro, habeo, κατακλείω*. 2. de L. 69. Plato omnem orationem ejus de Legibus peroravit uno æstivo die.

Concludo, ἐπιλέγω. 4. Att. 2. Odio et strepitu Senatus coactus est aliquando perorare. In Vat. 26. Cum Vestius ad arbitrium tuum perorasset. Pro Qu. 77. Perorare causam contra aliquem. 2. de Nat. 154. Ut aliquando perorem. 1. de Inv. 90. Idcirco, judices, quia veram causam habebam, brevi peroravi. Ver. 3. 154. De qua cum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo.

Peroror, aris. Pro. Qu. 34. Queritur, priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse. 2. de Orat. 80. Alii jubent, antequam peroretur, ornandi aut augendi causa digredi, deinde concludere ac perorare. Ver. 2. 70. Res illo die non peroratur, dimittitur judicium.

Perparum, *adver.* *ὀλίγον ἴσον*. Ver. 3. 130. Perparum ex illis magnis lucris ad sese pervenire. *Alias*, Perparvum.

Perparvulus, *μάλα σμικρός*. Ver. 4. 95. Sigilla perparvula. *Ibid.* 96. Perparvulum signum.

Perparvus, a, um, *σμικρὸς σφόδρα*. 2. de Leg. Cur igitur hæc tanta facimus, cum cætera perparva sint? Ver. 3. 56. Perparva et tenuis civitas. Pro. Deiot. 9. Perparva culpa. 1. de Leg. 52. Quæ cum adsunt, perparva sunt. *Ibid.* 54. Perparvam vero controversiam dicis.

Perpauculus, a, um, *ὀλίγος ἴσος*. 1. de Leg. 54. Deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

Perpaucus, a, um, *ὀλίγιστος*. 6. Att. 1. Perpauci offensi. 1. de Leg. De quo cum perpauca dixero, ad jus civile veniam. 4. Ac. 132. 3. Off. 64.

Perpaululum, *adverb.* *ὀλίγιστον*. 2. de Orat. 150. Perpaululum loci.

Perpaulum, *ὀλίγον ἴσον*. 1. de Fin. 19. Perpaulum declinare.

Perpauper, ris, *ὑπέρπτωχος*. 6. Att. 3. Ariobarzanes rex perpauper.

Perpello, is, *impello, permoveo, ἐπαναγκάζω, βιάζομαι*. Pro Cl. 36. Vultus hujus te oculique perpulerunt. 1. de Orat. 40. Cn. Carbo, quem tu adolescens perpulisti, &c.

Perpendiculum, li, *linea est, plumbeum cylindrum parvum appensum habens, qua a summo ad imum laterum æqualitatem fabri perpendunt. Vitruvius autem li. 7. sic distinguit. Longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur, διάμετρος*. Ver. 1. 133. Nulla est columna, quæ ad perpendiculum esse possit. De Fat. 22. Si gravitate feruntur ad perpendiculum atomi rectis lineis. 3. Qu. Fr. 1. Columnas neque rectas neque e regione Diphilus collocarat; aliquando perpendiculo et linea discet uti. 2. Ac. apud Nonium. Atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

Perpendens, tis, *ἐξετάζων*. Pro Mur. 3. M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, et diligentissime perpendens momenta officiorum omnium.

Perpendo, is, *expendo, dirigo, ἐξετάζω*. Quint. de Pet. 19. In iis omnibus generibus, judicato et perpendito, quantum quisque possit. Pro Mur. 77. Hæc omnia ad ra-

tionem civitatis si dirigas, recta sunt; sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperiuntur pravissima.

Perpendor, eris. 3. de Orat. 149. Hoc non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu judicatur. Ver. 3. 214. Æquitas æstimationis aratorum commodo et voluntate perpenditur. De Ami. 97. Amicitia, quæ tota veritate perpenditur.

Perperam, *prave, perverse, præpostere, κακῶς*. Pro Qu. 31. et pro Cæc. 69. Seu recte, seu perperam facere cœperunt. 1. de Inv. 102. Res perperam constitutæ. 2. ad Her. 5. Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hoc tam perperam fecisse non est mirandum.

Perpessio, onis, *perpessus, πάθος, ὑπομονή*. Pro Rab. 16. Harum rerum non solum eventus atque perpessio, sed etiam expectatio indigna homine libero est. 1. de Fin. 49. Dolorum perpessio. 2. de Inv. 163. Laborum perpessio.

Adjuncta. *Considerata, facilior, indigna, voluntaria, et diuturna.*

Perpessus, us, *πάθημα*. 2. de Fin. 163. Dolor difficilis perpessu, &c.

Perpetior, eris, *suffero, perfero, πάσχω, ἀνέχομαι*. 4. Fam. 5. Nisi hoc pejus sit, hæc sufferre et perpeti. 2. de Orat. 77. Ac mihi quidem non ita molesti sunt: facile omnes perpetior et perfero. 5. de Fin. 32. Cum mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant. 1. 48. Iidem perpetiuntur dolorem, ut, &c.

Perpessurus, a, um. 2. Fam. 16. Ut perpessurus sim quidvis &c.

Perpessus, a, um, *πεπονθὼς, ὑπομείνας*. 4. 5. Ut mihi tam multi pro te perpesso atque perfuncto concederet, ut præstarem, &c.

Perpetiendus, a, um, *μοχθητέος*. 2. cont. Rul. 6. Mihi omnia potius perpetienda esse duco, quam non, &c.

Perpetiens, tis, *πάσχων*. 2. de Fin. 65. Casus ille, qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluntarius.

Perpetuitas, tis, *perennitas, diuturnitas, continuatio, ἀϊδιότης*. 2. Off. 23. Malus custos diuturnitatis metus: contraque benevolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem. 3. Qu. Fr. 5. Magis voluntatis perpetuitatem, quam promissorum exitum expecto. 1. Off. 119. Ut constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis. 2. de N. 128. Quod perpetuitatis causa machinata natura est. 5. Tusc. 31. Non ex singulis vocibus Philosophi sunt spectandi, sed ex perpetuitate atque constantia. 2. de Fin. 86. Qui autem diffidit perpetuitate bonorum, timeat necesse est. 1. Tusc. 97. Perpetuitate consequentis temporis. 5. 31. Perpetuitas et constantia dictorum. 3. de Orat. 190. Perpetuitas et quasi conversio orationis. X. *oratio membris intercisa.* Orat. 7. In perpetuitate dicendi. 2. de Orat. 220. Genus facetiarum, quod in perpetuitate sermonis est. De Univ. 35. Quod majus est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam, &c.

Syntaxis. *In vitæ perpetuitate sibi constare. Magna perpetuitas, et constantia. Orationis perpetuitas atque conversio.*

Perpetuo, *in perpetuum, ἀϊδίως*. 3. cont. Rul. 2. Ut eam opinionem perpetuo retineatis. 1. Qu. Fr. 1. 35. Facies perpetuo, quæ fecisti. Pro Cluen. 104. Judex qui non perpetuo sedisset, &c. 4. Acad. 63. Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuo, Lucullo loquente, fecit, &c. Incer. Perpetuo fortunam quam florentissimam permanere.

Perpetuo, as, *continuo, ἀϊδίζω*. 3. de Orat. 181. Si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolumus. Pro Sull. 64. Cæcilius judicum potestatem perpetuandum, legis acerbitatem mitigandam putavit.

Perpetuus, a, um, *perennis, constans, æternus vel sempiternus, universus, continens, συνεχὴς, ἀΐδιος*. 3. C. 29. Ut in perpetua pace esse possitis, providebo. 2. de Nat. 56. Stellarum perennes atque perpetui cursus. 4. C. 18. Ignis Vestæ perpetuus et sempiternus. 1. de Nat. 40. Legis perpetuæ et æternæ vis. Pro Rab. 1. Nam me meæ vitæ perpetua consuetudo ad eum defendendum est adhortata. 2. de Inv. 164. Stabilis et perpetua permansio in ratione bene considerata. Quint. de Pet. 21. Firma et perpetua amicitia. 6. Fam. 13. Assidua et perpetua cura. 5. 12. Qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt. *Ibid.* Perpetua rerum gestarum historia. 2. de Finib. 17. Perpetua oratio non Rhetorum solum, sed etiam Philosophorum est. 2. de Orat. 16. Valde sum cupidus te in illa longiore et perpetua disputatione audiendi. 2. Qu. Fr. 3. 1. de Orat. 153. Cato Pompeium oratione perpetua tanquam reum accusavit. 2. de Orat. 219. In illo genere perpetuo festivitatis, &c. *Ibid.* 141. Perpetui et universi generis quæstio. De Cla. 106. Quæstiones perpetuæ. Postquam in Senat. 28. Constans et perpetua defensio salutis meæ. 5. Tusc. 96. Ita perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper. Pro Flac. 100. Annui temporis criminationem omnis ætas L. Flacci et perpetua vita defendet. 5. Att. 21. S. C. factum est, ut centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. 12. 13. Perpetuum morbum jurabo. Postquam in Senat. 4. Cum Respub. non solum parentibus perpetuis, sed etiam tutoribus annuis esset orbata, &c. Ver. 4. 119. Una via lata atque perpetua, multæque transversæ Syracusis. L. P. 51. A Brundusio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ vidi. Top. 97. Non solum perpetuæ orationes, sed etiam partes orationis iisdem locis adjuvantur. 1. Att. 13. Tempus est, nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare. 2. Off. 42. Pecuniæ quærendæ non solum ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet. 1. A. 16. Quæ ille

in æs incidit, in quo populi jussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? 13. A. 13. Mea perpetua atque constans voluntas in Rempub. 2. de L. 47. Perpetua sacra. Pro Mil. 52. Perpetua alicujus consuetudo in vi inferenda. 1. de Fin. 57. Ut adversa quasi perpetua oblivione obruamus, et secunda suaviter et jucunde meminerimus.

Syntaxis. *Perennis atque perpetuus. Perpetuus ac sempiternus. Perpetuus et æternus. Stabile ac perpetuum. Firmum ac perpetuum. Assiduum et perpetuum. Oratio in Pompeium perpetua. Perpetuæ et contextæ voluptates. Via lata et perpetua. Agmen perpetuum. Perpetua tibi est hilaritas. Perpetua et constans voluntas.*

Perplacet, πάνυ ἀρέσκει. 3. Att. 23. Vide legem, quam T. Fabio scripsit T. Visellius: ea mihi perplacet.

Perpolio, is, *expolio*, διαξέω, ὑποξέω. 5. Fam. 12. Ea, quæ habes instituta, perpolies. De Un. 40. Perpolire et absolvere aliquid imperfectum. Pro Corn. 17. Placuit ambobus, adhiberi hunc a me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem. 2. de Orat. 54. Tractu orationis levi et æquabili perpolivit illud opus. *Ibid.* 201. Hæ duæ partes, quæ minime præceptis artium sunt perpolitæ. 31. Oratio perpolita.

Perpolitio, onis, *expolitio*, ἐξεργασία, ἀπεργασία. 4. ad Heren. 18. Insignita perpolitio sermonis.

Perpolitissime, εὐξεστάτως. 1. de Invent.

Perpolitus, a, um, *expolitus*, *excultus*, ἐξειργασμένος. Pro Sest. 92. Vita perpolita humanitate. 4. ad Heren. 19. Omnes partes orationis æqualiter perpolitæ. 1. de Orat. 58. Homines perfecti in dicendo, et perpoliti. *Ibid.* 31. Sapientibus sententiis, gravibusque verbis ornata oratio et perpolita.

Perpotatio, onis, πολυποσία. I. P. 22. Quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædicem?

Perpoto, as, διαπίνω. Ver. 5. 66. Perpotare totos dies.

Perpugnax, cis, πάνυ μάχιμος. 1. de Orat. 93.

Perpurgatus, a, um, διακαθαρισθείς. Pro Mur. 53. Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt. 2. de D. 2. Perpurgatus est is locus, &c.

Perpusillus, a, um, ὀλίγιστος. 2. de Orat. 245. Perpusillum rogabo. *jocus ex ambiguo: nam et pusillum hominem significat, et breviter.*

Perquam, *valde*, πάνυ, σφόδρα. 2. de Orat. 108. Quod mihi quidem perquam puerile videri solet. *Ibid.* 161. Hoc perquam optandum nobis. *Ibid.* 201. Sic illud perquam breviter perstrinxi. 2. Tusc. 49. Perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere. Pro Plan. 16. Hic, quam ille, dignior: perquam grave est dictu. 1. Tusc. 107. Illud vero perquam inane.

Perquiro, is, *exquiro*, *inquiro*, διαζητέω, διεξετάζω. Ver. 4. 39. Scribit ad quosdam, ut ea vasa perquirant. 5. de Finib. 48. Contemplari et perquirere res occultas. Pro Clu. 180. Perquiritur a coactoribus. Qu. de Pet. 24. Perquiras etiam et investiges homines ex omni regione, &c. Pro Cæl. 53. Possum etiam illa ab accusatore perquirere, &c.

Perquisitius, *adverb.*, *exquisitius*, ἐξητασμένως, ἐξεταστικῶς. 1. de Invent. 77. Perquisitius et diligentius.

Perraro, *adverb.*, πάνυ σπανίως. 1. de Orat. 2. de Fin. 51. Istorum autem verborum amore, quæ perraro appellantur ab Epicuro, sapientiæ, fortitudinis, justitiæ, temperantiæ, præstantissimis ingeniis homines se ad Philosophiæ studium contulerunt.

Perreconditus, a, um, πάνυ ἀπόθετος. 1. de Orat. 135.

Perridiculus, a, um, εὐκαταγέλαστος, ὑπερκαταγέλαστος. Ver. 2. 18. Perridiculi homines. 2. de Orat. 77. Perridicula doctrina.

Perridicule, εὐκαταγελάστως. 2. de Orat. 239.

Perrumpo, is, *disrumpo, perfringo, vi aperio*, διασπάω. 1. Tus. 43. Accedit, ut eo facilius animus evadat ex hoc aere, eumque perrumpat, &c. 12. in A. 26. Sed effugi insidias, perrupi Apenninum, &c. 3. Off. 46. Pœnam legum, quas perrumpunt, non vident. 8. Att. 19.

Perrumpor, eris. 1. Tusc. 42. Ab his perrumpitur et dividitur crassus hic aer.

Persa, æ, et Persæ, arum. 10. Att. 7. Regnum non modo Rom. homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. 1. Tuscul. 108. Persæ cera circumlitos mortuos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. 2. de Fin. 92. Vescuntur nasturtio Persæ, ut scribit Xenophon. 5. Tuscul. 99. Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quidquam præter nasturtium. 1. de Leg. 26. Nec Persarum Magos sequor, quibus autoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur. 1. de Divin. 91. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam, scientiamque perceperit. Ver. 3. 76. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere, &c. 1. de Div. 90. In Persis augurantur et divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Ver. 1. 48.

Persæpe, ὡς τὰ πολλὰ, πάνυ πολλάκις. Ver. 5. 132. Persæpe esse severe ac vehementer vindicatum. 1. de Leg. 40. Persæpe falsa sunt *judicia*. De Am. 77. Quod persæpe fit. Pro C. Cornel. 1. Quo de genere persæpe Senatusconsulta fiunt.

Persalse, λίαν χαριέντως. 2. Qu. Fr. 15. Persalse, et humaniter etiam gratias mihi agit.

Persalsus, a, um, πάνυ ἁλμυρός, ἀστικός.

2. de Orat. 279. In quo persalsum illud est apud Nævium, &c.

Persalutatio, onis, *salutatio, προσηγόρευσις.* Pro Mur. 44.

Persaluto, as, *saluto, ἐπιμελῶς ἀσπάζομαι.* Pro Flacc. 42. Qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos nosque quotidie persalutet.

Persapiens, tis, *ὁ καὶ ἡ ὑπέρσοφος, πολύφρων.* De Prov. 44. Quod magni cujusdam hominis et persapientis videtur.

Persapienter, *πάνυ σοφῶς.* Pro Mil. 11. Etsi persapienter, et quodammodo tacite dat ipsa lex potestatem defendendi.

Perscienter, *πάνυ ἐπιστημονικῶς.* De Cl. 202. Ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat.

Perscribo, bis, *refero, datum alicui refero, in tabulas publicas refero, διαγράφω.* 3. Att. 15. Fac, ut omnia ad me explorata perscribas. 5. Fam. 4. Nunc mihi Q. Fr. mitissimam tuam orationem perscripsit. *Ibid.* 3. De meis rebus ad Lælium perscripsi. 1. 7. Ut perscripsi ad te ante. 6. Att. 3. Ad ipsum hæc perscripsi omnia. Pro Flacc. 44. Pecuniam in ædem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt. Pro Qu. R. 2. Æque enim tabulæ condemnantur ejus, qui verum non retulit, et ejus, qui falsum perscribit. *Ibid.* Egone hanc manum impellere potui, ut falsum perscriberet nomen? 9. Fam. 25. Pro Sull. 41. Constituti Senatores, qui omnia judicum dicta perscriberent. 3. Att. 13. Nunc velim mihi plane perscribas, &c. 13. in Ant. 50.

Adverb. *Accurate, accuratius, aperte, brevi, caute, diligentissime, enucleate, nominatim, parcius, plane, quam diligentissime, separatim, spurcissime, summatim, varie et copiose, vere.*

Perscriptor, oris, *διαγραφεύς.* Ver. 3. 168. Scriba perscriptor fœnerationis.

Perscriptio, onis, *διαγραφή.* 5. Fam. 2. Jam illud S. C. quod, &c. ea perscriptione est, ut, dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. 5. A. 11. Antonius septies millies falsis perscriptionibus donationibusque vertit. 2. in Rul. 22. Legis perscriptio. 1. de Orat. 250. Si de tabulis et perscriptionibus controversia est, &c. Pro Qu. R. 52. Suarum perscriptionum et literarum adversaria proferre.

Perscriptus, a, um, *διαγεγραμμένος.* 2. cont. Rull. 87. Hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis. 3. C. 13. Et quoniam nondum est perscriptum Senatusconsultum, ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus censuerit, exponam. 1. Fam. 2. Senatus autoritas perscripta. In Pis. 35. Iis verbis ea de me Senatus autoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius, quam mihi salus restitutioque perscripta. 3. de Orat. 5. Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. In Pis. 61. Rationes etiam perscriptæ erant ita scite et literate, ut, &c.

Adverb. *Diligentius, diligentissime, diutinius, honorificentius, literate, scite, sanctissime.*

Syntaxis. *Perscribere omnia diligenter. Pecuniam in ædem reficiendam perscribere. Falsum nomen in tabulis perscribere. Falsis perscriptionibus pecuniam vertere. Suarum perscriptionum adversaria proferre,* produrre i suoi stracciafogli. [*to produce their memorandum books.*] *Senatus auctoritas perscripta. Salus Ciceroni restitutioque perscripta. Quod in auctoritatibus perscriptis extat. Rationes scite et litterate perscriptæ.*

Perscrutor, aris, *exquiro, inquiro, ἀκριβολογέομαι.* Pro Flac. 19. Itaque perscrutamini penitus naturam rationemque criminum. Ver. 4. 47. Investigare et perscrutari omnia. 5. Tusc. 59. Speculari et perscrutari omnia. 1. de Inv. 68. Desinite litteras perscrutari. 2. 128. Perscrutari voluntatem alicujus domesticis suspicionibus. 2. Off. 25. Dionysius præmittebat de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, et, ne quod occultaretur telum, exquirerent.

Perseco, as, *διατέμνω.* 3. Att. 23. Quare da te in sermonem, et perseca, et confice, &c. 4. Acad. 122. Ecquid nos rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus, ut &c.

Persecutio, onis, *hoc verbo Ulpianus extraordinarias juris actiones putat contineri, ut fideicommissorum, et aliorum, quæ non habent juris ordinarii executionem, ἀκολούθησις, δίωξις.* Orat. 141. Persecutionum cautionumque præceptio in jure civili.

Persephone, es, *Proserpina.* 2. de N. 66.

Persequendus, a, um, *μεταδιωκτέος.* Pro Arc. 14. In ea autem persequenda omnes cruciatus corporis parvi sunt ducendi. Orat. 58. Id notandum est ad studium persequendæ suavitatis in vocibus.

Persequentissimus injuriarum. 2. de Inv.

Persequor, eris, *sequor, colo, imitor, διώκω, διεξέρχομαι.* Ver. 5. 180. Horum nos hominum sectam persequimur. 1. Acad. 7. Si vero Academiam veterem persequamur, &c.

Exto, appareo. 2. de Div. 149. Superstitio, quocunque te verteris, persequitur.

Pergo in. Pro Dom. 141. Nec institutas ceremonias persequi potuit. 5. de Leg. Ea, quæ restant, in illis alnorum umbraculis persequamur.

Pervenio ad. 3. Fa. 6. Eo discessisti, quo ego ne persequi quidem possem triginta diebus.

Tueor. Pro Cæc. 8. et Div. 21. Persequi jus suum. Ver. 3. 32. et pro Flacc. 47. Bona sua repetere ac persequi lite atque judicio. Pro Quin. 45. Persequi rem suam. *id est, petere in judicio.*

Exequor. 2. Qu. Fr. 13. Tua mandata persequar diligenter. De Sen. 16. Quæ versibus persecutus est Ennius. *Ibid.* Ut avi reliquias persequare.

Vanor, affecto. 3. de Leg. 22. Qui legatione hæreditates, aut syngraphas suas persequuntur. In Piso. 53. Quæ tu diverticula, quas flexiones, dum omnes solitudines persequeris, quæsisti?

Vivo, ago. 12. A. 15. Ut vitam inopem et vagam persequamur.

Ulciscor. 4. Acad. 1. Persequi inimicitias. Ver. 2. 9. Injurias suas per vos ulcisci ac persequi statuerunt. Div. 64. Qui injurias suas persequi volunt. Pro Dom. 49. Is mortem ejus se persequi velle dixit. 13. A. 39. Persequi mortem alicujus. Pro Cæc. 32. Ut tuas injurias persequar, *id est, a te factas.*

Sumo. 1. Fam. 9. Cum pœnas a seditioso cive per bonos viros judicio persequi vellet. 9. Att. 17. Persequi pœnas alicujus.

Vexo. I. P. 31. Tristissimis ominibus aliquem exeuntem persequi. 1. de Orat. 182. Persequi aliquid acrius. 6. Fa. 7. Persequi vitia alicujus. 7. Att. 22. Pompeium persequi Cæsar dicitur. 10. Fa. 15. Persequi aliquem bello.

Complector, comprehendo. Orat. 102. In lege Manilia temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. De Cl. 122. Nunc reliquorum oratorum ætates et gradus persequamur. 1. de N. 112. Epicurus voluptates persequitur omnes nominatim. 1. Acad. 12. Brutus sic philosophiam Latinis literis persequitur, nihil ut, &c. 2. de Div. 17. Qui siderum motus numeris persequuntur. 10. Fam. 7. Sed breviorem me duæ res faciunt: una, quod publicis literis omnia sum persecutus: altera, &c. 5. de Fin. 64. Nec sum copiam, quam potui &c. persecutus. 2. A. 27. Longum est persequi cæteros, &c. I. P. 10. Persequere connexos his funeribus dies. De Pro. 91. Si idem extrema persequitur, qui inchoavit, jam omnia perfecta videbimus. De Ar. 19. Vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi potest. 2. Off. 87. Has res Xenophon commodissime persecutus est in eo libro, qui, &c. 1. de Div. 49. Is diligentissime res Annibalis persecutus est. De Sen. 16. Quæ versibus persecutus est Ennius. Pro Sull. 42. Qui consuetudine et celeritate scribendi facillime, quæ dicerentur, persequi possent. Pro Cæc. 34. Ut omnia omnium non modo tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum jura statuerint persecutique sint. 1. de Fin. 12. Quid a singulis philosophiæ discipulis diceretur, persecuti sumus.

Adverb. *Acriter, acrius, commode, commodissime, crudelissime, cupidissime, digne, diligenter, diligentissime, gravissime, nominatim, publice, sapienter, severe, studiosissime, subtiliter, subtilius, subtilissime, vehementissime.*

Perseverantia, æ, *assiduitas, constantia,* ἐπιμονή. 2. de Inv. 164. Perseverantia est, in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio. Part. 65. Aliud an idem sit, ut pertinacia, et perseverantia. Pro Dom. 8. Nimia perseverantia. Pro Planc. 89. Ergo ille cum perseverantiam sententiæ suæ, non salutem reipub. retinuisset, tamen, &c. 7. A. 14. Retinenda est igitur vobis constantia, gravitas, perseverantia.

Perseveratur, διαμένεται, διατελεῖται. Ver. 4. 85. Quod cum omnibus displiceret, non est ab isto perseveratum.

Persevero, as, *persisto, permaneo, persto,* διατελέω, διαμένω. 6. Att. 3. Et quod tibi Romæ ostenderam me servaturum, in eo perseveravi. 9. in A. 6. At ille in hac constantia, morbo adversante, perseveravit. De Pro. 10. Statuit jus dicere, et in eo perseveravit. 4. A. 11. Ut vos in ista sententia perseveretis. 3. de L. 27. Perseveras tu quidem, et in tua vetere sententia permanes. 3. de N. 83. Perseverare in eadem sententia. 2. de Inv. 5. Perseverare in vitiis. Pro Qu. 31. Dolabella injuriam facere fortissime perseverat. Pro Quint. 66. Si inimicissime contendere perseveret. 7. Fam. 29. Quare, mi Cicero, persevera constanter nos defendere. 8. Att. 11. Orat, in eo ut perseverem. 12. in A. 5. Cujusvis hominis est, errare: nullius, nisi insipientis, perseverare in errore.

Assevero. De Am. 24. Cum Pylades Orestem se esse diceret, Orestes autem se esse perseveraret.

Absolvo, exequor. Pro Qu. 76. Quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere non potuisti.

Statuo. 9. Att. 22. Ad urbem ut non accederem, perseveravi.

Adverb. *Fortissime, stulte, diu.*

Syntaxis. *Perseverantiam retinere. Pertinacia et perseverantia. Constantia, gravitas, perseverantia. In hoc persevero. Perseverare in sententia. Perseverare, et in sententia permanere. Hoc non perseveravisti, neque transegisti. Ut abirem, perseveravi. Persevero defendere.*

Perseus, sei. 2. de Nat. 112. Ad pedes Andromedæ Perseus describitur.

Persicus, a, um, περσικός, κὴ, κόν. De Sen. 59. Cyri purpura, ornatusque Persicus multo auro multisque gemmis. 1. de D. 46. Dionysius Persicus.

Persimilis, le, παρόμοιος: I. P. 93.

Persisto, is, *persto, persevero,* ἐφίσταμαι. 2. de Fin. 107. Si in eo perstiteris, ad corpus ea, quæ dixi, referre, &c.

Persius. 2. de Orat. 25. et 1. de Fin. 7.

Persolvendus, a, um, ἀποδοτέος. Frag. epist. Cum legionibus erunt quæ spopondimus persolvenda.

Persolvo, is, *solvo,* ἀποδίδωμι. 11. Fam. 12. Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. Pro Planc. 103. Sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id a vobis ei persolvere.

Respondeo. 14. Att. 22. Persolvi primæ epistolæ, venio ad secundam.

Aperio, explico, ἀναλύω, διαλύω. 7. 3. Si mihi hoc ζήτημα persolveris, magna me cura liberaris.

Patior, do. Ver. 5. 163. Persolvere pœnas judicio. *Lege,* Pœna.

Observo, præsto. 3. Fam. 9. Persolvere promissa. De Ar. 28. Persolvere vota. Pro Planc. 80. Persolvere gratiam. Ver. 5. 182.

Officium. 7. Att. 3. Persolvere rationem officii sui. 14. Pl. 34.

Persolutus, a, um. Orat. 214. Ab omnibus esse ei pœnas persolutas.

Persona, æ, *est ea proprietas, qua homo differt ab homine iis in rebus, quæ Rhetores* attributa personarum *vocant, ut pater, filius, maritus, uxor, judex, imperator, philosophus, orator, et id genus alia*, τὸ πρόσωπον.

Munus, partes. Pro Quint. 45. et 7. Fam. 33. Petitoris personam suscipere, accusatoris deponere. Pro Sul. 8. Denique istam personam vehementem et acrem, quam mihi tempus et resp. imposuit, jam voluntas et natura ipsa detraxit. Pro Cæc. 14. Quam personam cognoscitis mulierum assentatoris, cognitoris viduarum, &c. hanc personam imponite Ebutio: is enim &c. I. P. 71. Qui philosophiam profitetur, gravissimam sustinet personam. De Cl. 80. Paulus personam principis civis facile dicendo tuebatur. *Ibid.* 16. Ad tuendam personam magistratus. 1. de Orat. 169. Is qui hanc personam susceperit, ut amicorum partes tueatur, &c. 3. de Orat. 51. Nec adhuc, quam personam teneant, intelligunt. Pro Mur. 6. Ego has partes lenitatis et misericordiæ semper egi libenter: illam vero gravitatis et severitatis personam non appetivi, sed a rep. mihi impositam sustinui. 2. cont. Rul. 48. Vos mihi personam hanc imposuistis, ut eum tuerer. 1. Off. 98. Nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiaque reliquarum animantium. 8. Att. 29. Magnum est in rep. tueri personam principis. 1. Off. 115. Ipsi autem quam personam gerere velimus, a nostra voluntate proficiscitur. 6. Att. 2. Ita veni in Senatum, ut meminissem quam personam impositam a vobis sustinerem. *Ibid.* 15. Quanquam non alienum fuit personas quasdam a vobis recognosci, ut, &c. I. P. 44. Non capiunt angustiæ pectoris tui tantam personam, tam gravem, tam severam. *id est, personam consulis.* 2. de Orat. 102. Tres personas unus sustineo: meam, adversarii, judicis. 1. Off. 124. Magistratus gerit personam civitatis. Pro Planc. 100. Is abjecit quæstoriam personam, comitisque sumpsit.

Homo, hominis conditio. 6. Fa. 6. Cæsar nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat, at in ejus personam multa fecit asperius: armorum ista et victoriæ sunt facta, non Cæsaris. 3. 5. Neque enim obscuris personis, nec parvis causis res agetur. 1. ad Her. 8. A persona alicujus capere benevolentiam. 4. Fam. 5. Ea reminiscere, quæ digna tua persona sunt. 5. *Ibid.* 3. Libenter commutata persona te mihi fratris loco esse duco. 2. de Orat. 145. Hominum innumerabiles personæ. 3. de N. 71. Medea et Atreus heroicæ personæ. 8. Att. 16. Pacifica persona. 2. in A. 66. Exultabat gaudio persona de Mimo, modo egens, repente dives. 1. Off. 11. Ac duabus his personis, quas supra dixi, tertia adjungitur, quam casus aliquis vel tempus imponit. 3. Off. 106. Cum tractaretur Atreus, personæ serviendum fuit. 9. Att. 13. Ad eam rationem existimabam esse satis aptam naturam ac personam meam. 15. *Ibid.* 1. Quid est autem, cur ego personatus ambulem? parumne fœda persona est ipsius senectutis.

Facies ficta, histrionica. 2. de Orat. 193. Cum ex personâ mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur, &c.

Adjunct. *Aliena, certa, antiqua, apta, aptior, idonea, stultissima, communis, propria, confusa, difficillima, extrema, ficta, fœda, gravis, magnifica, præstans, severa, gravissima, heroica, improba, turpissima, impurissima, luculenta, levis, mira, muta, obscura, pacifica, quæstoria, vehemens, et acris.*

Syntaxis. *Personam accusatoris suscipere, deponere, imponere, detrahere. Gravissimam sustinere personam, tueri personam magistratus. Intelligo, quam personam teneam. Severitatis personam non appetitam sustinere, sed impositam. Gerere personam. Tantam personam non capiunt angustiæ pectoris tui. Personam quæstoriam sumere, abjicere. Servire personæ.*

Personatus, a, um, ὁ πρόσωπον ἐνδεδυμένος. 3. de Orat. 219. Nostri senes, qui personatum ne Roscium quidem magnopere laudant. 15. Att. 1. Quid est autem, cur ego personatus ambulem?

Persono, as, *percrepo*, ἐξηχέω, κατηχέω. Pro S. R. 134. Cantu vocum, nervorum et tibiarum tota vicinitas personabat. 2. in A. 105. At vero te inquilino personabant omnia vocibus ebriorum. Pro Planc. 86. Cum furialis illa vox secum illos facere acerbissime personabat. Pro Cæl. 47. Illi vero non loquuntur solum, verum etiam personant, huc unius mulieris libidinem esse prolapsam. 6. Fa. 18. Jam tamen personare aures ejus hujusmodi vocibus non est inutile. In Pis. 22. Cantu et cymbalis personare.

Perspectus, a, um, *certus, cognitus, exploratus, pertractatus*, περιεσκεμμένος. 3. Att. 15. Fac ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas. 11. 1. Tua erga me mihi perspectissima benevolentia. 2. de Orat. 318. Tota causa pertractata atque perspecta. 1. Fam. 7. Re perspecta atque cognita. 1. de Orat. 92. Artem cognitis penitusque perspectis rebus contineri. Brut. 1. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, judicatum. Orat. 121. Erit etiam ei perspectum, nihil posse, &c. De Fat. 15. Quod erit ei perspectum in arte. 1. de Orat. 108. Ars definitur ex rebus penitus perspectis, planeque cognitis, &c. 1. Off. 149. Ii quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est.

Adverb. *Maxime, penitus, plane.*

Syntaxis. *Perspectum et exploratum. Perspectum et cognitum habere. Perspectum planeque cognitum esse alicui. Vita perspecta in rebus magnis.*

Perspergo, gis, respergo, profundo, διαπάσσω. 1. de Orat. 159. Lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.

Perspicacitas, tis, solertia, acumen, εὐστοχία. 1. Att. 15. Nunc vides quibus fluctibus jactemur; etsi ex iis, quæ scripsimus, (tanta es perspicacitate) etiam a me non scripta perspicis. *Alii tollunt parenthesin.*

Perspicax, cis, solers, acutus, πολυδερκής, εὔστοχος. 1. Off. 100. Id quod acutum et perspicax natura est. 3. 98. Palamedis perspicax prudentia.

Perspicientia, æ, consideratio, contemplatio, cognitio, intelligentia, διόψις. 1. 15. Quod honestum est, aut in perspicientia veri solertiaque versatur, aut, &c.

Syntaxis. *Prudentia perspicax. Id versatur in veri perspicientia, solertiaque.*

Perspicio, is, animadverto, διαβλέπω. 2. de Inv. 17. Animus ita videtur affectus fuisse, ut rem cum consilio et cura perspicere non potuerit. 1. de Leg. 59. Homo cum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget, &c. De Ar. 18. Nemo illorum prudentiam, non dicam assequi, sed quanta fuerit, perspicere potest. 1. Fam. 2. Quod tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisque perspexeram. 3. 10. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti te facerem: quanquam in consuetudine quotidiana perspexisses, sicuti perspicies. Pro Sull. 76. Perspicite etiam atque etiam, et penitus introspicite istorum mentes. 1. C. 21. Quorum tu studia perspicere potuisti. 1. de Orat. 219. Qui rerum omnium naturam perspexerit. 14. Att. 14. Ex fronte, ut aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. 2. Off. 18. Perspicere, quid in quaque re verum sit. Con. C. Anton. Gladiatores, quos ipse perspexit, et legit, et emit.

Adverb. *Acutissime, altius, dilucide, etiam atque etiam, optime, plane, penitus, præclare, solertissime, studiose.*

Perspicior, eris. De Am. 64. Quidam sæpe in parva pecunia perspiciuntur, quam sint leves.

Syntaxis. *Cum consilio et cura perspicere. Se perspicere, totumque tentare. Non assequeris, neque perspicis. Perspice etiam atque etiam, penitusque introspice. Perspiceris in parva pecunia, quam sis levis. Amorem alicujus ex fronte perspicere.*

Perspicue, manifeste, aperte, dilucide, εὐδήλως. Pro Cæl. 26. Non me hæc movent, quæ perspicue falsa sunt. 2. de Div. 41. Divinatio perspicue tollitur. 1. de In. 90. Falsum est, in quo perspicue mendacium est. *Ibid.* Res perspicue turpis. 3. de Fin. 19. Plane et perspicue dicere, vel scribere aliquid. 2. de Inv. 6.

Perspicuitas, tis, evidentia, διαφάνεια, σαφήνεια. 4. Acad. 17. Nihil est clarius ἐναργείᾳ, ut Græci: perspicuitatem, aut evidentiam nos, si placet, nominemus. 3. de Natur. Perspicuitas argumentatione levatur.

Perspicuus, a, um, clarus, evidens, apertus, manifestus, minime dubius, καταφανής. 3. de Nat. 9. Quasi hoc perspicuum sit, constetque inter omnes, esse deos. 2. de Orat. 132. Perspicua sunt hæc quidem, et in vulgari prudentia (*id est judicio*) sita. 1. de Inv. 66. Hæc propositio indiget approbationis: non enim perspicua est. *Ibid.* Ex his omnibus illud perspicuum est, approbationem, &c. 2. de Orat. 115. Jam illud perspicuum est, omnium rerum, &c. Pro S. R. 18. Rem, quæ suspiciosa sit, perspicuam facere. Act. 1. Ver. 5. Facere aliquid perspicuum. Pro Dom. 64. Quosdam se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus injecisse. Pro Quint. 80. Perspicua veritas. 2. Off. 16. Quis est enim, cui non perspicua sint illa, quæ pluribus verbis a Panætio commemorantur.

Syntaxis. *Perspicuum est, atque constat. Perspicuum, et in vulgari prudentia situm. Rem perspicuam facere.*

Persto, as, persisto, persevero, διαμένω, ἐμμένω. Pro Qu. R. 56. Perstat in sententia Saturius. *Ibid.* 26. Perstat in impudentia. 4. Acad. 26. Tamenne in ista pravitate perstabitis? 3. Off. 39. Urgent rustice sane: negant enim posse, et in eo perstant.

Perstringo, is, percurro, leviter tango, strictim attingo, breviter strictimque dico, non longius persequor, διασφίγγω, κατασφίγγω, συλλαμβάνω. Ver. 4. 105. Rei magnitudo me breviter perstringere atrocitatem criminis non sinit. 2. de Orat. 201. Sic, quid esset illud, perquam breviter perstrinxi, atque attigi. Pro S. R. 91. In animo est leviter transire, ac tantummodo perstringere unamquamque rem. 2. Att. 47. Nunc reliquum cursum videte, quem quidem celeriter perstringam: ad ea enim, quæ, &c. festinat animus. 2. Att. 102. et de Am. 46. Quem locum breviter perstrinxi paulo ante.

Obcæco. De Sen. 42. Voluptas rationi inimica mentis, ut ita dicam, perstringit oculos. Pro R. P. 43. Nec illius animi aciem perstringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ et gloriæ. Brut. 18. Qui splendore falsi honoris objecto aciem boni ingenii perstringunt. 4. de Finib. 37. Aciem animorum nostrorum virtutis splendore perstringitis. 12. A. 3. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem Bruti salus. In Vat. 25. Cujus splendor ac dignitas perstringebat oculos Vatinii. 4. ad Her. 64. Existimat se gemmæ nitore, et auri splendore oculos omnium perstringere.

Carpo, pungo. 3. Att. 11. Perstringere aliquem. Pro Sest. 14. Ut eos, quorum scelere essem violatus, vocis libertate perstringerem. Pro Planc. 33. Ille L. Crassi voluntatem asperioribus verbis sæpe perstrinxit impune. Pro Sull. 46. Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non perverterem. De Clar. 313. Consulatus meus

illum leviter perstrinxit. 16. Att. 11. Itaque perstringam sine ulla contumelia.

Effodio. 2. in A. 102. Aratrum, cujus quidem vomere portam Capuæ pene perstrinxisti.

Adverb. *Breviter, celeriter, leviter, impune, perquam breviter.*

Perstringor, eris. 2. cont. Rul. 66. Quod solum tam exile et macrum est, ut aratro perstringi non possit.

Syntaxis. *Breviter perstringere. Perstringere et attingere. Leviter transire, et perstringere. Celeriter perstringere. Hunc locum perstringam breviter. Voluptas perstringit oculos mentis. Falsi honoris splendore objecto aciem ingenii perstringere. Splendor et dignitas tua perstringit oculos inimicorum. Vocis libertate aliquem perstringere, asperioribus verbis, suspicione gravi. Perstringam sine contumelia.*

Perstudiosus, a, um, πολυμαθής. 5. Att. 20. Perstudiosus tui.

Perstudiose, ἐπιμελῶς. De Cl. 206.

Persuadendum. 1. de Orat. 138. Oratoris officium est dicere ad persuadendum accommodate.

Persuadeo, es, *probo, fidem facio,* ἀναπείθω, καταπείθω. 10. Att. 8. Sic enim volo, te tibi persuadere, mihi neminem esse chariorem. 7. 8. Prorsus ita esse, ut scribis, mihi persuades. 4. Acad. 118. At hoc Anaximandro populari suo non persuasit. 16. Att. 5. Hoc mihi non solum confirmavit, sed etiam persuasit. 2. A. 24. Quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias nunquam incidissemus. 3. de Orat. 80. 14. Att. 14. Hoc tibi primum persuadeas velim, me, &c. 11. Fa. 5. Hoc velim tibi penitus persuadeas. 3. Off. 37. Omnibus persuasum esse debet, &c. 4. Tusc. 59. Ne si forte de paupertate non persuaseris, sit ægritudini concedendum.

Persuadetur, ἀναπείθεται. 1. Off. 66. Cum persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum sit, expetere oportere. De Sen. 80. Mihi nunquam persuaderi potuit, animos, &c. 1. de N. 61. Esse deos, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim.

Persuasio, onis, *persuasus,* ἀνάπεισις. 2. ad Heren. 5. Confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescentiam, vim, persuasionem. 1. de Inv. 6. Dicere apposite ad persuasionem. *Ibid.* 41. Prudentiæ ratio quæritur ex iis, quæ clam, palam, vi, persuasione fecerit. 2. 37. Imprudentiæ, necessitudini, aut persuasioni attribuentur.

Persuasus, us, *persuasio.* Pro L. Varen. Utrum velitis casu illo itinere Varenum esse usum, an hujus persuasu et inductu?

Persuasus, a, um, ἀναπεισθείς. 3. Tusc. 72. Opinio mali, quo viso et persuaso ægritudo insequitur necessario. Ver. 5. 63. Omnes sic habent persuasum, istum clam a piratis pecuniam accepisse. 11. Fa. 2. Persuasum est mihi de tua fide. *Ibid.* 9. Persuasissimum mihi est, &c. 1. de Inven. 23. Si ab iis, qui ante dixerunt, jam quiddam auditori persuasum videtur. 1. ad Her. 10. Aut cum animus auditoris persuasus videtur. Ver. 4. 11. Quid, si magnitudine pecuniæ persuasum est ei?

Syntaxis. *Persuasum est mihi, persuasum habeo. Persuaderi mihi non potuit. De tua fide mihi persuasum est, persuasissimum. Hoc velim tibi persuadeas.*

Persubtilis, le, *pertenuis,* ὁ καὶ ἡ ὑπέρλεπτος. Pro Plan. 58. Perelegans ac persubtilis oratio.

Pertædet, *tædet valde,* ἀδημονία γίνεται, ἀηδία ἐστί. 1. Q. Fr. 2. Pertæsum est levitatis Græcorum. Orat. 159. Ex quo quidem pertæsum etiam volunt, quod eadem consuetudo non probavit.

Pertendo, is, *contendo, confero,* διατείνω, ἐντείνω, διατείνομαι. Pro Corn. 11. Nos C. Pompeii decretum judicium de consilii sententia pronunciatum recognoscemus? cum legibus conferemus, cum fœderibus, quorum acerbissima diligentia est, pertendemus?

Pertentatus, a, um, διαπειρασθείς. 2. de Orat. 318. Tota causa pertentata atque perspecta.

Pertento, as, *attento, exploro,* διαπειράομαι. 2. Qu. Fr. 4. Perspice rem et pertenta. 2. de Inven. 38. Pertentare aliquam rem ex omnibus partibus.

Pertenuis, nue, ὑπέρλεπτος. Pro Cæcin. 47. Pertenuis vis. 1. de Orat. 107. Dicendi aut nullam artem aut pertenuem videri. 14. Fam. 3. Spes pertenuis. Pro Cluen. 17. Pertenuis suspicio. Act. 1. Ver. 168. Pertenue argumentum. 2. contra Rull. 86. Pertenue discrimen.

Perterebro, as, *exterebro, perforo,* διατρυπάω. 1. de Div. 48. Annibal columnam auream perterebravit.

Perterreo, es, *terreo, conterreo, exterreo, metum affero,* καταπλήττω. Pro Cæcin. 24. Ferro, inquit, te rejeci, atque perterrui.

Perterricrepus, a, um, ὁ καὶ ἡ ἐρίκτυπος. Orat. 164. *Ennii: quod terrores crepat, et incutit.*

Perterritus, a, um, *exanimatus,* καταπλαγείς. 1. de Div. 57. Is primo perterritus somnio surrexit, deinde cum se collegisset, &c. recubuit. *Ibid.* Tum ego contremui timore perterritus. Pro Mil. 68. Milo nullo metu perterritus, nulla conscientia exanimatus. 2. C. 14. Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligentia, &c. De Am. 37. Itaque hac amentia, quæstione nova perterritus, in Asiam profugit. Brut. 10. Perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti. Pro Cæc. 22. Omnes metu perterriti in fugam se conferunt.

Syntaxis. *Obstupefactus et perterritus. Metu perterritus, somnio, diligentia alicujus.*

Pertexo, is, *detexo, perficio,* διϋφαίνω, κατεργάζομαι. 1. Att. 11. Quid multa? totum hunc locum, quem in Aristocratia ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma,

de ferro, &c. valde graviter pertexui. 2. de Orat. 145. Pertexe modo, Antoni, quod exorsus es.

Perterrefactus, a, um, καταπλαγείς. 11. Fam. 20.

Pertimescendus, a, um, ὑπερφοβητέος, έα, έον. 1. Fa. 9. Non putavi famam inconstantiæ mihi pertimescendam. 2. de Orat. 140. Pertimescenda est multitudo causarum.

Pertimesco, is, *perhorresco*, ὑπερφοβοῦμαι. Pro Qu. 1. Gratia Sex. Nævii ne P. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. I. P. 22. In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimescebat. Div. 71. Pertimescere de honore ac fama sua.

Adverb. *Graviter, incredibiliter, magnopere, non mediocriter, vehementius.*

Pertinacia, æ, *obstinatio, pervicacia*, αὐθάδεια, φιλονεικία. 1. Off. 64. In magnitudine animi facillime pertinacia, et nimia cupiditas principatus innascitur. 4. Acad. 65. In minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. 2. Tusc. 5. Et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia parati sumus. 1. de Fin. 28. Cum iracundia et pertinacia recte disputari non potest. Pro Planc. 94. Libertatem non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo. Pro Mar. 22. Qui sua pertinacia vitam amiserunt. 2. de In. 165. Pertinacia, quæ perseverantiæ finitima est. 1. Acad. 43. Pertinacia aut studium vincendi. Pro Mar. 32. Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest.

Pertinaciter, *cum pertinacia*, ἐπιμόνως. 10. Fa. 23. Nam, si uno loco essem, verebar, ne cui obtrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido infensus, et mea patientia etiam alere bellum.

Pertinax, cis, *obfirmatus, obstinatus*, αὐθάδης. 2. de Orat. 182. Demissus, non acer, non pertinax, non litigiosus, non acerbus. Pro Lig. 18. Cupidus, iratus, pertinax. 1. Off. 134. Sermo lenis, minimeque pertinax. 1. de Fin. 27. Concertationes in disputando pertinaces. *Ibid.* Certe valde pertinax non ero. 2. de Finib. 9. Nisi valde pertinax fueris.

Syntaxis. *Sermo pertinax, homo, concertatio. Sine pertinacia refellere, sine iracundia refelli. Sua pertinacia vitam amittere.*

Pertinens, tis, *attingens, penetrans*, διήκων, καθήκων. 2. de Nat. 24. Vis vitalis per omnem mundum pertinens. *Ibid.* 71. Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, &c. 1. 36. Ratio quædam pertinens per omnem rerum naturam. 2. 139. Venæ in omnes partes corporis pertinentes. *Ibid.* Nervi toto corpore pertinentes.

Pertineo, es, *permano, permeo, penetro*, προσήκω. 2. de Nat. 137. Viæ quæ pertinent ad jecur, eique adhærent. *Ibid.* 135. Aspera arteria ad pulmones usque pertinet. 2. de Div. 91. Quæ potest igitur contagio ex infinito pene intervallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram? *Ibid.* 93. Ut si jam concedamus aliquid, vim cœlestem ad eos, qui in terris gignuntur, pertinere, &c. 2. de Orat. 6. Talem vero existere eloquentiam, non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent, non potuisse confirmo. 8. Att. 9. Eodemque pertinet, quod causam ejus probo.

Pertinet, bat, *attinet, spectat, attingit, valet, partes meæ præcipuæ sunt, hoc officium præcipue est, alienum non est*, διήκει, καθήκει, διατείνει. Pro Mar. 31. Id autem etiam si tunc ad te, ut quidam falso putant, non pertinebit, nunc certe pertinet, te, &c. 3. Att. 6. Idque ad multa pertinuit, in eis, et ut in Epiro consisteremus. 1. de Orat. 94. Omnes res quæ ad dicendum pertinent, &c. 5. de Fin. 24. Cum autem processit paulum, et quatenus quidque se attingat, ad seque pertineat, perspicere cœpit, tum, &c. 4. 40. At enim jam dicitis, virtutem non posse constitui, si ea, quæ extra virtutem sunt, ad beate vivendum pertineant. Pro Cor. 34. Nec vero hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum. 10. Fa. 5. Interea quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, diligenter curabo. 1. de Orat. 235. Hæc ars late patet, et ad multos pertinet. 1. Off. 92. Hoc latissime patet, ad plurimosque pertinet. 2. de Div. 98. Ad rem pertinet, quomodo cœlo affecto quodque animal oriatur. 3. de Nat. 60. Vestri hæc confirmant, interpretando quorsum quidque pertineat. De Cl. 299. Quod autem plures a nobis nominati sunt, eo pertinuit, quod intelligi volui, &c. 3. de Orat. 121. Dum illa ad hanc civilem scientiam, quo pertinent, et quam intuentur, transferamus. 6. Fam. 12. Hoc eo pertinet, ut, &c. 1. de Fin. 34. Intelligere quo aliquid pertineat. *Ibid.* 1. Atque hæc eo pertinet oratio, ut, &c. Ver. 5. 25. Summa illuc pertinet, ut sciatis, &c.

Adverb. *Magnopere, omnino, certe, publice, valde, vehementer.*

Syntaxis. *Hoc ad te pertinet. Quorsum hoc pertinet? Summa illuc pertinet, ut. Hoc late patet, et ad multa pertinet. Ad rem pertinet, quomodo &c. Hoc eo pertinet, ut &c. Intellige, quo hæc pertineant.*

Pertractandus, a, um, καταπρακτέος. 1. de Nat. 9. Dare se ad totam philosophiam pertractandam.

Pertractans, tis, περικαθάπτων, οντος. Parad. 6. Aliquis barbatulos mullulos exceptans de piscina et pertractans.

Pertractatio, onis, *usus, evolutio, contrectatio, explicatio*, πραγματεία. 1. de Orat. 48. Sine multa pertractatione rerum omnium. *Ibid.* 187. Poetarum pertractatio.

Pertractatus, a, um, *perspectus, exploratus*, καταπεπραγμένος. 3. Tus. 30. Perceptas penitus et pertractatas humanas res habere. 1. de Di. 128. Qui eventorum consequentiam diuturnitate pertractata notaverunt. 2. 49.

Ostenta restant, ut tota aruspicina sit pertractata.

Pertracto, as, *tracto, explico, verso, pervolvo*, διαχειρίζω, πραγματεύομαι. 1. de Orat. 222. Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, sensus mentesque pertractare. 2. de In. 45. Facilius autem ad inventionem animus incedet, si gesti negotii et suam et adversarii narrationem sæpe et diligenter pertractabit.

Pertristis, ste, πολυώδυνος. 1. de Div. 14. Pertriste carmen. Pro Cæl. 25. Pertristis patruus, censor, magister.

Pertumultuose, πάνυ θορυβωδῶς. 15. Fam. 4.

Perturbate, διατεταραγμένως. 1. de Inv. 29. Orat. 122.

Perturbatio, onis, *affectio animi, motus animi turbidus*, ταραχὴ, διαταραχή. 3. Tus. 23. et 4. 10. Quæ Græci πάθη, melius Latini perturbationes appellant. *Ibid.* 47. Zeno perturbationem ita definit, ut perturbatio sit aversa a ratione, contra naturam, animi commotio: vel brevius, ut perturbatio sit appetitus vehementior. 4. *Ibid.* 34. Perturbationes sunt, ut paulo ante diximus, turbidi animorum concitatique motus aversi a ratione, inimici mentis vitæque tranquillæ. 1. Off. Perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes. 2. de Orat. 178. Impetu quodam animi, et perturbatione potius, quam consilio aut judicio regi. 1. Off. 66. Nulli neque homini, neque perturbationi animi, neque fortunæ succumbere oportet. *Ibid.* 131. Si cavebimus, ne in perturbationes exanimationesque incidamus. 6. Att. 1. Equidem sum magna animi perturbatione commotus. 2. de Orat. 214. Illud genus orationis non cognitionem judicis, sed perturbationem requirit. 1. de Div. 62. Ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. Pro Cl. 54. Timor rei, perturbatio, suspensus incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa, hæc aperta et manifesta faciebant. 1. Off. 137. Quæ cum aliqua perturbatione fiunt, ea neque constanter fieri possunt, nec ab iis, qui adsunt, approbari. *Ibid.* 23. Qui injuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut perturbatione incitatus, is, &c. *Ibid.* 67. Vacandum est omni animi perturbatione, tum cupiditate et metu, tum etiam ægritudine et voluptate animi, et iracundia. 9. Fa. 15. Tanta perturbatio valetudinis tuæ. 3. Tusc. 24. Perturbationes quatuor sunt: voluptas, libido, metus, ægritudo. 3. de Fin. 35. Perturbationes genere sunt quatuor, partibus plures, &c. 3. Tusc. 25. Perturbationes, quas in vita hominum stultitia quasi quasdam immittit furias. 5. 43. et 48. Perturbatio, concitatio animi, vel commotio, vel permotio.)(*sedatio animi*. 4. 41. Ægritudo, cæteræque perturbationes amplificatæ, certe pestiferæ sunt. *Ibid.* Utrum moderatas perturbationes approbent.

Confusio. 8. in A. 2. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? Pro Flacc. 94. Videtis in quo motu temporum, quanta in conversione rerum et perturbatione versemur. De Fat. 2. Cum omnes post interitum Cæsaris novarum perturbationum causæ queri viderentur. 16. Att. 17. Magnam rerum perturbationem fore. Parad. 3. Quidquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. 1. Off. 93. Omnis perturbatio et rerum motus cernitur. 1. de Nat. 3. Perturbatio vitæ, et magna confusio. 2. de Div. 94. Cæli perturbatio.)(. *serenitas.*

Adjunct. *Brevis, cœlestis, maritima, terrena, diuturna, fœda, hilarior, moderata, naturalis, opinabilis, pestifera, vehementior, voluntaria, gravis, magna, vitiosa.*

Syntaxis. *In perturbationes et examinationes incidere. Animi perturbatione commotus. Rerum omnium perturbatio. Vitæ perturbatio et confusio. Cæli perturbatio. Perturbationes fugere. Perturbatione potius, quam consilio regi. Perturbationi succumbere. Errorem animis perturbationemque afferre. Perturbatione incitari. Animi perturbatione vacare. Versari in conversione rerum et perturbatione. Perturbatione rationis atque ordinis peccare.*

Perturbatrix, cis, ἡ ταρακτική. 1. de L. 39. Perturbatrix harum omnium rerum Academia.

Perturbatus, a, um, *confusus*, διαταραχθείς.)(. *integer, quietus.* 8. Att. 11. Quod me magno animi motu perturbatum putas; sum equidem, sed, &c. 1. de Div. 60. Nunc onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus. 2. de Div. 122. Somniantium visa, quæ multo etiam perturbatiora sunt. 1. contra Rull. 23. Civitas perturbata seditionibus. 3. de Orat. 46. Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. De Ar. 45. Id ita perturbatum, itaque permutatum est, ut, &c. Pro Dom. 35. Perturbatis sacris, contaminatis gentibus factus es filius, &c. Pro Clu. 51. Tum vero ita sum perturbatus, ut omnia timerem.

Adverb. *Valde, vehementer, vehementius.*

Perturbo, as, *turbo, perturbationem affero, concito*, διαταράττω. Pro Sull. 56. Cincius est ab eo in Hispaniam missus, ut eam provinciam perturbaret.

Male habeo. Pro Rabir. 18. Nec me clamor iste commovet, aut perturbat.

Expello. 4. ad Her. 13. Ut eum præcipitem perturbetis ex civitate.

Confundo. De Clar. 223. Ut perturbem ætatum ordinem.

Perturbor, aris, *sollicitor*. Pro Mil. 1. Milo magis de reip. salute, quam de sua perturbatur. Orat. 128. Alterum, quo perturbantur animi, et concitantur. 1. de Orator. 219. Nec vero istis tragœdiis tuis, Crasse, perturbor.

Perturpe, τὸ ἐπίῤῥαισχρον. Pro Cæl. 50. Perturpe aut flagitiosum esse.

Pervado, is, *pervenio, permano*, διαβαίνω. Ver. 3. 66. Cernitis, judices, quantum incendium per agros pervaserit. Pro Pomp. 23. Opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaserat. *Ibid.* 44. Nulla ora est tam deserta, quo non illius diei fama pervaserit. Pro Sull. 53. Quas oras maxime quasi morbus quidam illius furoris pervaserat. Ver. 5. 6. Pars ejus belli in Italiam nulla pervasit. 2. de N. 145. Nequid in aures, quod noceat, possit pervadere. Ver. 1. 44. Quacunque iter fecit, ejusmodi fuit, ut quædam calamitas pervadere videretur. 3. 207. Locus intra Oceanum jam nullus est, quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.

Syntaxis. *Incendium per agros pervadit. Opinio per animos hominum pervaserat. Eo fama pervasit. Has oras morbus pervasit. Bellum in Italiam pervasit. In aures pervadere. Ita iter facis, ut quædam calamitas pervadere videatur. Eo libido iniquitasque pervasit.*

Pervagatus, a, um, *divulgatus, pervulgatus*, περιεχθείς. 1. de Inv. 55. Hæc causa apud Græcos pervagata est. Pro Plan. 47. Vulgaris et pervagata declamatio. 195. Res pervagata et vulgaris. 2. de Inv. 47. Pars autem est pervagatior, *id est, communior.* 2. de Orat. 210. Commune et pervagatum vitium. 1. 265. De communibus et pervagatis rebus loqui, vel audire. 3. 186. Vulgare, quotidianum, pervagatum. Orat. 147. Pervagatissimus ille versus, qui vetat, artem pudere proloqui, quam factites. Topic. 69. Longe et late pervagata bona.)(. *angusta.* Ver. 2. 104. In re tam clara, tam testata, tam abs te ipso pervagata, tabulas publicas corrumpere auderes? *alias*, pervulgata. Pro Mar. 26. Illustris et pervagata fama alicujus rei. Ver. 4. 64. Usque ad ultimas terras pervagatum. 2. de Orat. 127. Præceptis pervagata. Pro Plan. 95. Nihil ex meis est temporibus minus pervagatum.

Syntaxis. *Pervagatum apud nos. Pervagatum et vulgare. Commune ac pervagatum. Vulgare, quotidianum, et pervagatum. Longe lateque pervagatum. Clarum, testatum, pervagatum. Illustris et pervagata fama. Usque ad ultimas terras pervagatum.*

Pervagor, aris, *erro*, περινοστέω, περιπλανάομαι. Ver. 5. 97. Hic prædonum naviculæ pervagatæ sunt. 2. de In. 113. Deinde ne eis honos nimium pervagetur. 1. Leg. 32. Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores similiter omnium mentes pervagantur. *id est, peragrant.*

Pervarie, πολυτρόπως. 2. de Orat. 327.

Pervehor, eris, *evehor, perducor*, διακομίζομαι. 1. Tus. 119. Quo utinam velis passis pervehi liceat. 14. Att. 21.

Pervello, is, *vellico*, διατίλλω. 3. Tusc. 36. Fortuna, quæ pervellere te forsitan potuerit et pungere, non potuerit certe vires frangere. 1. de Orat. 265. Antonius non mihi fuit molestus, quod jus nostrum civile pervellit.

Perveniendi. 1. de Orat. 135. Nihil prosunt studia perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris.

Pervenio, is, *devenio, pertineo, mano, permano, perducor, accedo*, ἀφικνέομαι. 1. C. 30. Si iste quo intendit, in Manliana castra pervenerit. Pro Mur. 22. Ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. Pro Sest. 50. Marius in oras Africæ desertissimas pervenit. Orator. 105. Si potuissemus, quo contendimus, pervenire. Ver. 4. 64. Pervenit res ad istius aures, sed nescio quomodo. 11. A. 6. Mihi quidem et ille pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. Par. 4. Jactam a te nefariam in me injuriam semper duxi, tamen pervenisse ad me nunquam putavi. Pro Sull. 11. Nondum ad propositum mihi finem honoris perveneram. De Clar. 259. Cotta alia quadam via ad eandem laudem pervenerat. 8. Att. 5. Ne epistola in ejus manus perveniret. 4. ad Her. 13. Ad paucos ex aliis peccatis invidia pervenit. 1. de Orat. 94. Libellus, qui, me imprudente et invito, excidit, et pervenit in manus hominum. Brut. 15. Ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna parentum pervenit. 2. Off. 28. Nisi multorum impunita scelera tulissemus nunquam ad unum tanta licentia pervenisset. Top. 29. Pecunia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure. Pro R. P. 9. Nemo unquam, quo ea pecunia pervenisset, causam dixit, qui, &c. *Ibid.* 8. Quo, et ad quos pecunia pervenerit. 1. de D. 46. Cyrus ad septuagesimum annum pervenit. 5. Att. 21. Summum erat periculum, ne culpa Senatus res ad tabulas novas pervenerit. Pro Flacc. 43. Qui nulla conditione in Senatum pervenire potuit. Pro Qu. 46. Pervenire ad suum sine alterius infamia. Pro R. P. 27. In quo spes fuit, posse sese aliquando ad suas fortunas pervenire. 13. Fa. 14. Pervenire ad nummos. 2. contra Rul. 79. Si posset ager iste ad vos pervenire. Pro Cæc. 42. Non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed, &c. Ver. 3. 226. Quid est enim in calamitate residui, quod non ad miseros aratores, isto prætore, per summam injuriam pervenerit? 2. contra Rull. 22. Sine ad illos potestatem, ad te gratiam tui beneficii pervenire. Pro Mur. 66. Tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, pervenire potuit, quam, &c. 1. Qu. Fr. 1. 22. Sed etiam a quo ad alios pervenisse putetur humanitas. 5. Fa. 12. Si in tua scripta pervenero. Ver. 3. 132. Nihil ad tuas aures de infamia tua pervenisse. Pro M. Sca. Posse virtutem sine præsidio fortunæ, quo contendisset, labore et constantia pervenire.

Pervenitur. 1. Att. 14. Ad quem propter diei brevitatem non est perventum.

Perventurus, a, um. 2. de Orat. 269. Ego tibi hoc confirmo, si Romæ manseris, te paucis annis ad maximas pecunias perventu-

rum. Pro S. R. 153. Vide quem in locum rempub. perventuram putes.

Adverb. *Commodius, gradatim, mature, occulte, ocyus, penitus, proclivius, spisse, atque vix, tuto, tardius, volubiliter.*

Syntaxis. *Quo intendit, pervenit. Injuria ad illum pervenit. In manus pervenire epistolam. Ad hunc patris pœna pervenit. Licentia ad unum omnis pervenit. Ad illum pecunia pervenit. Ad vigesimum pervenire annum. Pervenire ad suum, ad suas fortunas, ad nummos. Ad illum calamitas pervenit. In tua scripta si pervenero. Quem in locum perventura sit respublica, vide.*

Perverse, *perperam, præpostere,* διαστρόφως. 1. de Nat. 70. Multi deorum beneficio perverse utuntur. 1. de Orat. 150. Perverse dicere homines, perverse dicendo consequi, &c. 3. Off. 113. Fuit igitur stulta calliditas, perverse imitata prudentiam. De Ami. 84. Plerique perverse, ne dicam impudenter, volunt. 1. de Inv. 5. Perverse abuti aliqua re.

Perversio, onis, *inversio, perturbatio,* διαστροφὴ, ῆς. 4. ad Her. 45.

Perversitas, tis, *pravitas,* κακοήθεια, κακία. Orat. 31. Quæ est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? 1. Qu. Fr. 1. 30. Cum te alicujus improbitas perversitasque commoverit. 1. Off. 145. Ut si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna perversitas. 2. Qu. Fr. 4. Alicujus perversitatem quam humanissime ferre. 1. Fa. 7. Incredibilis hominum perversitas.

Adjuncta. *Incredibilis, magna, summa.*

Perversus, a, um, *pravus, præposterus,* πονηρὸς, στρεβλός. Pro Qu. R. 30. Nihil ab hoc pravum et perversum produci potest. De Arusp. 25. Ludi deformati, inquinati, perversi, conturbati. 4. de Finib. 40. Nunc ista separantur, ut disjuncta sint, quo nihil potest esse perversius. 5. Tusc. 50. Quo quid potest dici perversius? Pro Qu. R. 56. Nisi forte tu perverso more id facis. Pro Mur. 75. Perversa sapientia Tuberonis, vel Stoicorum. Pro Cl. 71. Præposterus et perversus. 1. de Nat. 80. Oculi perversi, ut strabonum.

Syntaxis. *Pravus et perversus. Deformatus, inquinatus, perversus, conturbatus. Præposterum et perversum. Strabonum oculi perversi.*

Perversurus, a, um, παρακινήσων. 2. de Di. 115. Crœsus hostium vim sese perversurum putavit; pervertit autem suam.

Pervertendus, a, um, παρακινητέος. Hortens. Tibi idipsum pervertendum fuit.

Perverto, is, *everto,* διαστρέφω. 1. de Div. 49. Tum visam belluam immanem, quacunque incederet, arbusta, virgulta, tecta pervertere. De Cla. 272. Ceciditque, cum eos imitari cœpit, quos ipse perverterat. De Ar. 57. Qui sacra occulta inexpiabili scelere pervertit. Pro Clu. 108. Quintius Junium pervertit. 1. ad Her. 26. Orestes nisi attulerit facti rationem, pervertit defensionem. 1. Off. 5. Quidam, propositis malorum et bonorum finibus, officium omne perverterunt. *Ibid.* 26. Temeritas C. Cæsaris, qui omnia jura divina et humana pervertit.

Syntaxis. *Pervertere domum, arbusta, hominem, sacra, tecta, defensionem, officium, jura omnia divina et humana.*

Pervesperi. 9. Fam. 2. Cum ad me pervesperi venisset. *Alii leg.* Quum nuper vesperi.

Pervestigatio, onis, *inquisitio,* ἐξιχνιασμός. 1. de Orat. 9. Omnia vel scientiæ pervestigatione, vel disserendi ratione comprehendere.

Pervestigo, as, *invenio, reperio,* ἀνιχνεύω. Ver. 4. 31. Ut canes venatici optime odorabantur omnia et pervestigabant. 2. de Orat. 147. Nosse regiones, inter quas venere, et pervestiges quod quæras.

Pervetustus, a, um, παλαιότατος. 3. de Orat. 199. Pervetusta verba.

Pervetus, eris, πάνυ παλαιός. 3. Qu. Fr. 1. Pervetus epistola. 13. Fa. 17. Pervetus amicitia. Ver. 4. 7. Signum pervetus ligneum. De Cl. 61. Catonem perveterem habemus. *Lege,* Segesta.

Pervicacia, æ, *pertinacia,* αὐθάδεια. 4. Tusc. 26. Mulierositas, pervicacia, liguritio, &c.

Pervideo, es, διοράω. 15. Att. 4. Ibi te quam primum pervidere velim. 10. Fa. 9. Meritorum meorum fieri accessiones, pervidere te spero, cogniturum magis recipio.

Pervigilatio, onis, *vigilia,* ἡ ἀγρυπνία. 2. de Leg. 37. Pervigilationes nocturnæ.

Pervigilo, as, *pernocto,* διαγρυπνέω. Pro S. R. 98. Non orat, ut eam noctem pervigilet?

Pervinco, is, ἐκνικάω. 2. Att. 1. Restitit et pervicit Cato.

Pervius, a, um, *apertus,* εὔπορος. 2. de N. 67. Transitiones perviæ.

Perungo, is, *ungo,* διαχρίω. 1. Tusc. 113. Tunc juvenes, veste posita, corpora oleo perunxerunt.

Pervolo, as, διίπταμαι. Pro S. R. 19. Decem horis sex et quinquaginta millia passuum pervolavit. De Consolat. Castos levi quodam ac facili lapsu ad Deos, id est, ad naturam sui similem, pervolare.

Pervolo, vis, ἐπιθυμῶ. 1. Att. 1. Hoc abs te mihi ignosci pervelim. Pro Sul. 23. Sed scire ex te pervelim, quamobrem, &c.

Pervolvor, eris, *versor,* διακυλινδέομαι. 2. de Orat. 149. Ut in his locis pervolvatur animus, quos, &c.

Pervoluto, as, *pertracto, evolvo, voluto,* διακυλινδῶ. 5. Att. 12. Pervolutare libros. 1. de Orat. 158. *Lege,* Scriptor.

Perurbanus, a, um, τὰ πολλὰ χαρίεις. 1. de Orat. 72. De Clar. 239. 2. Att. 15.

Pervulgatus, a, um, *jactatus, pervagatus,* πολύφημος, διαθρύλλητος. Ver. 2. 85. Res nota atque apud omnes pervulgata. Pro Cæl. 6. Sunt enim ista maledicta pervulgata in omnes. Ver. 2. 104. In re tam clara, tam testata, tam ab te ipso pervulgata. *aliter,* pervagata. Pro Mil. 33. Pervulgatus civitatis sermo. 3. de Fin. 5. Res pervulgata. 5. Fam. 16. Con-

solatio pervulgata. 2. de Fin. 15. De re in vulgus pervulgata loquitur.

Syntaxis. *Notum et apud omnes pervulgatum. Clarum, testatum, pervulgatum. Res in vulgus pervulgata.*

Perustus, a, um, *exustus,* διακαής, *περίκαυστος.* 13. Fa. 15. Homo perustus.

Perutilis, le, *πάγχρηστος.* 9. Att. 20.

Pervulgo, as, *divulgo,* ἐκφημίζω. 12. 44. Tu vero pervulga Hircium.

Trado. Pro Cæl. 38. Mulier, quæ se omnibus pervulget.

Pervulgor, aris. Pro Sul. 42. Illas tabulas describi ab omnibus statim librariis, dividi passim et pervulgari, atque edi populo imperavi. 2. de Inven. 114. Præmia virtutis cum improbis communicari, et cum mediocribus hominibus pervulgari non oportet. De Orat. lib. 1. Veteres illi pervulgari artem suam noluerunt.

Pes, dis, ὁ πούς. De Univ. 16. Pedes et membra gradiendi. 1. de Orat. 28. Sed quod ille durissimis pedibus fecit, ut se abjiceret in herba, &c. id meis pedibus certe concedi est æquius. 3. Qu. Fr. 1. Sese mensum pedibus aiebat passuum cccc. millia. 16. Att. 7. Brutus pedibus ad me statim. 3. Alter pedibus in Macedoniam venire. Ver. 1. 87. Pedibus ire, et reverti. De Sen. 30. Ingredi iter pedibus. 5. Att. 9. Pedibus iter facere. In Vat. 12. Cum iter illud Hispaniense pedibus fere confici soleat. Postquam in Sen. 7. Ne quis pedibus iret. 8. Att. 5. Pollucem servum a pedibus meum Romam misi. 2. de Div. 30. Quod ante pedes est, nemo spectat; cœli scrutantur plagas. 3. de Orat. 158. Transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere. Pro Cæcin. 31. Si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse pereundum. 2. in A. 48. Nihil erat in terris, ubi in tuo pedem poneres. *Ibid.* Pedem ponere, vestigium imprimere. 4. de Fin. 69. Sapientia, ubi pedem poneret, non habebat. 7. Att. 21. Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. *id est locum.* Pro Deiot. 42. Nunquam a te pedem discessi. Pro Planc. 48. Non possum magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere. 10. Fam. 30. Referre pedem. 1. de Orat. 230. Supplodere pedem. 4. Att. 16. Per me ista pedibus trahantur. 7. Fam. 32. Trahantur per me pedibus omnes rei, non laboro. *Ibid.* 31. Propter res tuas ita contractas, ut nec caput, nec pedes: equidem vellem, uti pedes haberent, ut aliquando redires. Pro Sest. 26. Projicere se ad pedes alicujus. Ver. 5. 128. Mater mihi ad pedes misera jacuit. 2. Qu. Fr. 5. Furnius præsens ad pedes uniuscujusque jacens. 10. Att. 4. Alter, qui nos sibi quondam ad pedes suos stratos ne sublevabat quidem. Postq. ad Quir. 12. Cum Cn. Oppius ad pedes flens jaceret. Pro Sest. 145. Frater volutatus est ad pedes inimicorum. 1. Att. 11. Accedere ad pedes omnium sigillatim. 2. 1. Noli de uno pede sororis queri: licet etiam alterum tollas. 8. Att. 9. Cui tali in re libenter me ad pedes abjecissem. 16. 6. Pestanum et Vibonensem utrumque pedibus et equis transmisimus. 3. Anton. 28. Hodie in possessionem libertatis pedem ponimus. Pro Lig. 24. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere. In Clod. Cum vincirentur pedes fasciis. Incert. Fuisse Pollionem pede longiorem, quam quenquam longissimum.

Veli funis. 3. de Orat. 117. Pes in navi, *id est, funis, quo velum tenditur, et remittitur pro gubernatoris voluntate.*

Mensura in syllabis. Orat. 188. Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit, &c. 3. de Orat. 182. Cum sint numeri plures, iambum et trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, &c. Quare primum ad heroum nos dactyli, et anapæsti, et spondei pedem invitat. Orat. 218. Jam Pæan, quod plures habet syllabas, quam tres, numerus quibusdam, non pes habetur. *Ibid.* 194. Pedes non syllabis, sed temporibus, et intervallis, et spatiis metiendi. 2. de Orat. 254. Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum. Frag. epist. Pedes faceti.

Adjuncta. *Contaminatus, externus, liberior, dexter, posterior, durissimus, extremus, medius, minimus, primus, postremus, nudus, facetus.*

Syntaxis. *Pedibus ire. Iter pedibus ingredi. Pedibus iter conficere. In fundo pedem ponere. In meo pedem non possum ponere. Servus a pedibus. Quod ante pedes est, nemo spectat. Transilire ante pedes posita. Non habeo, ubi pedem ponam. Pedem conferre, referre pedem, supplodere pedem. Res ita sunt, ut nec caput, nec pedes. Abjicere, vel projicere se ad alicujus pedes. Jacere ad pedes alicui, sterni, volutari. Accedere ad alicujus pedes. In possessionem pedem ponere. Adstricta numeris et pedibus oratio.*

Pessime, κάκιστα. 14. in A. 18. 2. de Orat. et alibi sæpe.

Pessimus, a, um, κάκιστος, πονηρότατος. 11. Fam. 1. 11. At. 21. 22. Pro Qu. R. 30. 1. de Inv. *et frequenter alias.*

Pessinus, untis, *oppidum.* De Ar. 28. Qui Pessinuntem ipsum, sedem domiciliumque matris deorum vastaris.

Pessinuntius, *sacerdos Matris magnæ.* Pro Sest. 56.

Pessundo, as, *conculco, protero,* καταλύω. Incer. Hoc miror queror que hominem ita pessundare verbis alterum velle, ut &c.

Pestifer, a, um, *perniciosus,* φθοροποιός.) (. *salutaris.* Pro Do. 85. Pestifer civis. 8. Att. 22. Bellum magnum et pestiferum. 3. de Fin. 75. Pestiferum vitium. Pro Dom. 2. Pestifer ac funestus tribunatus. De Arusp. 50. Vipera venenata et pestifera. 3. Cujus a Brundusio crudelis ac pestifer reditus timeretur. Postq. in Senat. 3. Quem habuit ille pestifer annus maxime fidelem. 2. de

Nat. 34. Accessus ad res salutares, a pestiferis recessus. *Ibid.* 120. A pestiferis et nocentibus rebus refugere. 2. Att. 17. Ad res pestiferas aditus sibi comparent.

Pestifere, *perniciose*, *θανατηφόρως*. 2. de Leg. 13. Multa pestifere et perniciose sciscuntur in populis. *Alias*, pestifera.

Syntaxis. *Pestiferum ac funestum. Venenatum et pestiferum. Crudelis ac pestifer homo. Pestifera et nocentia. Pestifere et perniciose.*

Pestilens, tis, *λοιμώδης*. 2. de Div. 70. Sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres. 5. Fa. 16. Hoc gravissimo et pestilentissimo anno. Part. 37. Locus pestilens.)(. *salubris*. 2. cont. Rull. 80. Ager cœlo ac loco calamitosus.

Pestilentia, æ, *λοιμός*.)(. *salubritas*. 2. de D. 30. 14. Fam. 1. De loco nunc quidem abiit pestilentia: sed, quandiu fuit, me non attigit. 2. de Nat. 14. Vastitas, pestilentia, &c. 2. cont. Rull. 70. Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam vastus atque desertus. 1. cont. Rull. 15. Invidiæ, aut pestilentiæ possessores. 1. de D. 131. Quorum ex habitu et colore tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi, &c. 2. Off. 16. Causæ eluvionis, pestilentiæ, vastitatis, belluarum etiam repentinæ multitudinis.

Pestis, is, *pernicies*, *λοιμός*. 2. Off. 16. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Pro Rab. 2. Pestis ac pernicies civitatis. 1. C. 33. Cum tua peste atque pernicie proficiscere, &c. Pro Sest. 33. Illa furia ac pestis patriæ. De Ar. 4. Cum his exitiosis prodigiis, ac pæne hujus imperii pestibus. Pro Dom. 5. Funesta reipub. pestis. 5. Fam. 8. Quædam pestes hominum laude aliena dolentium. 1. de Nat. 101. Ibes avertunt pestem ab Ægypto. 3. 67. Sibi ipsa nefariam pestem machinatur, *id est, maximam vim anguium*. 1. de Orat. 3. Fluctus a communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. Ver. 3. 125. Importunissima pestis. Pro Sull. 76. Nec enim est quisquam, qui arbitretur, illis inclusis in Rep. pestibus, diutius hoc imperium stare potuisse. Pro C. Rab. 25. Imago quæ pestem atque exilium Sext. Titio attulisset. Pro Deiot. 43. Quocirca, C. Cæsar, velim existimes, hodierno die sententiam tuam aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus, aut &c. Ad Brut. ep. 15. Magna pestis erat depulsa per vos. 1. Cat. 30. Hoc uno interfecto, intelligo hanc reipublicæ pestem paullisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. De Harusp. 6. T. Annius ad illam pestem comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus esse videtur. Pro Sext. 135. Hi medentur Reipublicæ, qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam civitatis.

Adjuncta. *Adulta, anxia, naturalis, calamitosa, capitalis, detestabilis, funesta, importuna, importunissima, magna, major, miserrima, nefaria, perniciosa, publica, tetra, et horribilis, et infesta, teterrima.*

Syntaxis. *Ille pestis et pernicies Reip. Quædam hominum pestes aliena laude dolentium. Pestis homini ab homine nascitur. Proficiscere cum tua peste ac pernicie. Furia ac pestis patriæ. Avertere pestem ab aliquo loco. Pestem alicui machinari. Fluctus a communi peste depulsi. Pestem afferre, importare, depellere, comprimere, reprimere, extinguere, delere, exsecare.*

Petasatus, *petaso, id est, lato pileo, tectus*, *ὁ πέτασον ἐνδεδυμένος*. 15. Fa. 17. Sed petasati veniunt, comites ad portam expectare dicunt.

Petesso, is, *peto*, *αἰτίζω*. 2. Tusc. 72. Qui hanc laudem petessunt, nullum fugiunt dolorem. 1. de Div. 17.

Menteque divina cœlum terrasque petessit.

Petitio, onis, *actio privata*, *αἴτημα, αἴτησις*. De Cl. 18. At ego tibi non solvam, nisi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit, petiturum. Pro Qu. R. 56. Tibi integram petitionem reliquit. 13. Fa. 10.

Insuper ictus, conjectio, percussio. Orat. 228. Sed nec oratio facit plagam gravem, nisi petitio fuerit apta. 1. C. 15. Ego hujus petitiones ita conjectas, ut vitari non posse viderentur, parva quadam declinatione effugi.

Rogatio. Qu. de Pet. Petitio consulatus. *id est, ambitus.*

Adjuncta. *Aliena, angusta, extraordinaria, angustior, apta, integra, illustris, splendida, popularis, splendidior.*

Petitor, oris, *actor*, *κατήγορος*, *αἰτητής*. Part. 110. Sed accusatorem pro omni actore et petitore appello. 1. Att. 1. Petitorum hæc est adhuc informata cogitatio. Pro Q. R. 42. Petitor.)(. *reus*. Pro Cæc. 8. Prætor nunquam petitori præstituit, qua actione illum uti velit. Pro Qu. 45. Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris deponere. Ver. 3. 97. Cum in his rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse, &c.

Petitus, a, um, *αἰτηθεὶς, ἠτημένος*. De Ar. 45. Petita est autoritas vestra.

Peto, is, *posco, postulo, quæso, contendo, exposco, imploro*, *αἰτέω*. Ver. 4. 64. Iste petit a rege, et eum pluribus verbis rogat, ut, &c. Pro Qu. 77. Cum is a me peteret, et summe contenderet, ut, &c. 13. Fam. 7. Quapropter a te etiam atque etiam pro nostra summa conjunctione, proque tua in me perpetua et maxima benevolentia majorem in modum peto atque contendo, ut, &c. Ver. 4. 66. Id sibi ut donaret, rogare et vehementer petere cœpit. 3. 189. Petivit in beneficii loco, et gratiæ, ut, &c. 1. de Orat. 162. Similiter nunc petes a Crasso, ut, &c. *Petere præsidium, vel auxilium ab aliquo. Lege*, Auxilium. 11. Fam. 2. Peto a

te, ut eum conservatum velis. 1. Acad. 5. Quæ docti a Græcis petere mallent, indocti ne a nobis quidem accipiunt. 1. de Inv. 66. Summopere sapientia petenda est. 6. Att. 1. Petere præfecturam alicui. 2. Qu. Fr. 14. M. Curtius tribunatum ab Cæsare petivit. *Ibid.* 15. Præsidium firmissimum petebamus ex optimi et potentissimi benevolentia ad omnem statum nostræ dignitatis. 2. Att. 2. Qui me epistola petivit, ad te, ut video, cominus accessit. 2. de Fin. 61. Eamque mortem ardentiore studio peteret, quam Epicurus voluptatem petendam putat. Pro Clu. 96. et 103. Petere mulctam ab aliquo. Orat. 230. Petere veniam. Qu. de Pet. 43. Petere honores. 5. Fr. 15. Literis utor, non ut ab iis medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris oblivionem petam. 3. de Orat. 321. Ex his tantum, quantum res petit, hauriemus. Pro P. Quint. 72. A me nominis ejus, quod inficiatus esset, diem petivit. Pro C. Corn. 1. Petivit a me prætore maxima contestatione, ut, &c. Con. C. Ant. Cum Præturam peteremus. *Ibid.* Qui id a me peteres,

Appeto, quæro, invado. 4. ad Her. 23. Bonorum insidiatores latrocinio vitam innocentissimi cujusque petistis. *Ibid.* Quos tantopere timeat, eos necesse est, ut quoquo modo possit, veneficio petat. *Ibid.* 21. Qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petisset. 1. de Inv. 19. Petere pœnas ab aliquo. Pro Qu. R. 5. Pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex adversariis petis. Orat. 228. Gladiatores et vitando caute, et petendo vehementer, omnia faciunt utiliter ad pugnam, et ad aspectum venuste. Pro Mur. 52. Caput et collum petere. Pro Mil. 31. Petere jugulum. Pro S. R. 7. et 150. Petere sanguinem et vitam alicujus. *Ibid.* Cujus latus mucro ille petebat? 1. C. 11. Quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti: nunc remp. universam petis.

Sumo, facio. Pro Cæc. 10. Altius initium rei alicujus demonstrandæ petere.

Assequor. Orat. 56. Qui eloquentiæ principatum petit.

Suscipio. 2. Att. 8. Fortasse alium cursum petivit.

Vado, eo. 2. de N. 125. Grues loca calidiora petentes, mare transmittunt. 9. Att. 22. Crotonem petemus. 4. Fam. 4. Per Macedoniam Cyzicum petebamus. 3. Off. 50. Naves Rhodum petentes vidi. Pro Plan. 96. Iter a Vibione Brundusium petere contendi. *Ibid.* 97. Dyrrhachium petere contendi.

Adjuncta. *Etiam atque etiam, majorem in modum, maximopere, vehementer, alte, altius, amantissime, aperte, assidue ac diligenter, arroganter, audacter, blandius, diligentius, breviter, imprudenter, magnopere, negligenter, nominatim, ordinatim, perspicue, summopere, proxime, prudentissime, valde.*

Petor, eris. 2. de Fin. 50. Quæ est illa laus, quæ possit e macello peti? Pro Arc. 16. Ex his studiis delectatio sola petitur. 1. de Orat. 168. Ut illi, unde peteretur, vetus atque inusitata exceptio daretur. 1. de Invent. 91. Remotum est, quod ultra quam satis est, petitur. *id est,* repetitur. Pro Deiot. 28. Unde pudoris exempla peterentur.

Petrinum, *Leptæ villa fuit.* 6. Fam. 19.

Petrini, *ex Petrino.* Ver. 3. 90.

Petulans, tis, *protervus, procax,* ἀλαζών. 2. de Orat. 305. Si quis mihi male dicit, petulans et plane insanus videtur. 1. de Fin. 92. Alii appetendo omnia petulantes, alii audaces, ac protervi. Parad. 3. Lapsa est libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua nobili virgine. Pro Mur. 14. Nullum ejus petulans dictum in vita profertur. Pro Sull. 71. Audax, petulans, libidinosus. 2. de Inv. 33. Turpis, cupidus, petulans. 2. Qu. Fr. 4. Vatinius homo petulans et audax. I. P. 10. Id nemo tam effuse petulans conatus est. De Clar. 241. Fervidum quoddam et petulans, et furiosum genus dicendi. 1. Off. 104. Genus jocandi illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum. 1. de Leg. 50. Infamiæ metu non esse petulantes.

Petulanter, *licenter,* ὑβριστικῶς, ἀλαζονικῶς. Pro Cæl. 6. Maledictio si jactatur petulantius, convicium nominatur. *Ibid.* 28. Si proterva, petulanter viveret. *Ibid.* 32. Petulanter facimus, si, &c. 9. Att. 22. Petulantissime aliquid fieri. 2. 19. Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter invectus est.

Petulantia, æ, *procacitas, protervitas,* ἀσέλγεια, ὕβρις .)(. *modestia, pudor.* 1. Off. 127. Itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat, nec oratio obscœnitate. 6. Fam. 7. Nec in petulantiam incidas. 2. C. 25. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. I. P. 31. Hominis furorem et petulantiam fregi. Act. 1. Ver. 14. Conjuges integras ab istius petulantia conservare non licitum est. Pro Font. 27. et pro Cæcin. 103. Turpitudo, quæ a libidine, aut a petulantia nata sit. De suis Consil. Tarditate modorum et gravitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.

Syntaxis. *Petulans et insanus. Appetendo petulans. Audax, petulans, libidinosus. Effuse petulans. Fervidum, petulans et furiosum. Maledictio petulantius jactata. Petulanter invehi. Furorem et petulantiam frangere.*

Petulus, a, um, *qui oculum alterum minorem habet, ac fere clausum,* ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀσθενέστερος. 1. de Nat. 81.

Pexus, a, um, *compositus,* ἐκτενισμένος. 2. C. 22. Quos pexo capillo nitidos videtis.

PH

Phæaces, cum, *Cocyræi.* Lege, Corcyra. De Cl. 71. Carmina quæ apud Homerum et in Phæacum, et in procorum epulis canuntur.

Phænon, *Saturni stella*. 2. de N. 53.

Phæreus. 1. Off. 108. Phæreus Jason.

Phæthon, *Jovis stella*. 2. de N. 53.

Solis filius. 3. Off. 94. Sol Phæthonti filio (ut redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit, quidquid optasset.

Phalaris, idis. Ver. 4. 73. Ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur. In Pis. 42. In Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri.

Phalaris, *Grammaticus*. In Pison. 74.

Phaleræ, arum, *equorum ornamenta*, τὰ φάλαρα. Ver. 3. 185. Qu. Rubrium phalaris ac torque donasti. 4. 28. Phaleras pulcherrimas, quæ regis Hieronis fuisse dicuntur, utrum tandem abstulisti, an emisti? 13. Att. 17. Plancum sine phaleris dimissum.

Phalereus, Ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus. 2. de Orat. 95.

Phalerius, rii, *Athen. portus, ubi declamare solitus est Demosthenes*. 5. de Fin. 5.

Phania, æ. 2. Fam. 13. Phania κωμικὸς μάρτυς *occidit. Proverbium*. 3. 1. Non facilius ex ea cognoscere posses, quam ex liberto tuo Phania.

Phantasia, æ, φαντασία. 1. Acad. 39. et 4. 18. Sensus junctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus: quam ille φαντασίαν, nos visum appellemus licet. 15. Fa. 16. Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. 9. Att. 4. Deinde emergit rursus dolor, αἰσχροῦ φαντασία.

Pharmacopola, æ, *unguentarius*, φαρμακοπώλης. Pro Cluent. 40. L. Clodius pharmacopola circumforaneus.

Pharsalia, æ, *Thessaliæ regio*. 14. in A. 2.

Pharsalicus, a, um. Pro Deiot. 29. Pharsalicum prælium.

Phaselis, idis, *urbs Ciliciæ, piratarum receptaculum*. Ver. 4. 21. Phaselis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs ante Cilicum atque prædonum?

Phaselus, li, *myoparo. Erat etiam genus navigii Campani oblongi, neque ita magni*. 15. Att. 17. Phaselus episcopius. 1. 10. Epistolam anchoris solutis de Phaselo dedisti.

Phaselitæ, *a Phaselide dicti populi*.

Phatnæ, arum, *stellæ in Cancri signo, quæ Præsepe a Latinis dicuntur*. In Prognosticis, teste Prisc.

Ast autem tenui quæ candent lumine Phatnæ.

Pheneatæ, *populi*. 3. de N. 56.

Pheræ, arum, *urbs Thessaliæ nobilis*. 1. de Div. 53.

Pheræus, a, um. 2. Off. 25. et 2. de Inv. 44. 3. de N. 70.

Pherecideus, a, um. 2. de Div. 31.

Phidias, diæ. De Clar. 228. Phidiæ signum simul aspectum et probatum est. 257. Minervæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ.

Phiditia, orum, *Lacedæmoniorum convivia*. 5. Tusc. 98.

Φιλαυτία. *Lege*, Amor. 13. Att. 13. Nisi forte me communis φιλαυτία decipit.

Philippicæ, arum. 2. Att. 1. Philippicæ orationes Demosthenis. Ad Brut. ep. prid. inv. 4. Video te delectari Phillipicis nostris. 2. Att. 1. Quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes, &c.

Φιλιππίζειν. 2. de Div. 57. *Lege*, Facere *cum aliquo*.

Philocteta, æ, et Philoctetes, tæ. 5. de Fin. 32. Ea perferant, quæ Philoctetam videmus in fabulis: qui cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum, configebat tardus celeres, stans volantes, ut apud Attium est. De Fat. 36. Philoctetes serpentis morsu ulceratus in insula Lemno relictus est. De Rep. Nimium te laborare doleo, et meliorem civem esse, quam Philoctetam: qui accepta injuria, illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. 4. ad Her. 42. Non posse capi Trojam sine Philoctetæ sagittis. 2. Tusc. 44. et 2. de Fin. 95. 2. Qu. Fr. 9.

Philocteteus clamor. 2. de Fin. 94. et 2. Tusc. 55.

Philologia, æ, *studium, vel amor sermonis*, φιλολογία. 16. Fam. 21. Non est enim sejunctus jocus a philologia et quotidiana συζητήσει. 2. Att. 17. Et opera et oleum philologiæ nostræ perierit.

Φιλογυνία. *Lege*, Mulierositas.

Philologus, gi, φιλόλογος. 13. Att. 13. Homines nobiles, sed nullo modo philologi. 2. Qu. Fr. 9. Nos autem ita philologi sumus, ut vel cum fabris habitare possimus.

Philomelum, li, *urbs Phrygiæ*. 15. Fa. 4. 3. 8. et Ver. 3. 191.

Philomelensis. Ver. 3. 191.

Philosophia, æ, *studium, vel amor sapientiæ*, φιλοσοφία. 2. Off. 5. Nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiæ. 1. de Leg. 58. Sapientia, a cujus amore Græco verbo philosophia nomen invenit. 1. Tusc. 64. Philosophia omnium mater artium, donum et inventum deorum. 1. de Orat. 9. Philosophia laudandarum artium omnium procreatrix, et quasi parens. 3. 57. Omnis optimarum rerum cognitio, atque in iis exercitatio, philosophia nominatur. 3. de Fin. 4. Ars est enim philosophia vitæ. De Clar. 322. Philosophia mater omnium bene factorum, ac bene dictorum. 3. Tusc. 6. Est profecto animi medicina philosophia. 2. 13. Cultura animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, &c. I. P. 71. Philosophia virtutis continet, et officii, et bene vivendi disciplinam: quam qui profitetur, gravissimam mihi sustinere personam videtur. De Sen. 2. Nunquam igitur satis digne laudari philosophia poterit: cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. De Un. 44. Quibus ex rebus

philosophiam adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum præstantius neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur. 2. Tusc. 4. Philosophia paucis contenta judicibus, multitudinem consulto fugiens. 2. de D. 80. In philosophia nihil debet esse commentitiis fabulis loci. Orat. 51. In Philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas: ubi res spectatur, non verba penduntur. 1. Tusc. 74. Philosophia commentatio mortis. 1. de Orat. 193. Ista præpotens et gloriosa philosophia. Orat. 14. Sine philosophia non posse fieri eum, quem quærimus, eloquentem. *Ibid.* 16. Nec vero sine philosophorum disciplina genus et specimen cujusque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus, nec judicare, quæ vera, quæ falsa sunt, neque cernere consequentia, repugnantia videre, ambigua distinguere. 2. de Div. 3. Philosophia vir bonus et fortis efficitur. 3. Off. 5. Tota philosophia, mi Cicero, frugifera et fructuosa est, nec ulla pars ejus inculta, ac deserta est. 1. de Orat. 68. Philosophia in tres partes distributa est: in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores. De Clar. 31. Philosophia, non illa de natura, sed hæc, in qua de bonis rebus et malis, deque hominum vita et moribus disputatur, tum primum inventa dicitur. Orat. 41. Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quædam. 1. de Orat. 75. Apollonius Rhodius irridebat et contemnebat philosophiam. 2. 155. Philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indicere. 2. Off. 8. In antiquissima nobilissimaque philosophia versari. 3. de Orat. 59. Exercitatio propria duarum philosophiarum. 2. Tusc. 13. Philosophia præparat animos ad satus accipiendos: eaque mandat his, et ut ita dicam, serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant. 4. Acad. 61. Tune cum tantis laudibus philosophiam extuleris, eam philosophiam *Academicam* sequere, quæ confundit vera cum falsis, spoliat nos judicio, privat approbatione, orbat omnibus sensibus? 7. Fa. 30. Nisi me in philosophiæ portum contulissem. Incer. Philosophiam Dii paucis quibusdam veram dederunt.

Adjuncta. *Antiquissima, nobilissimaque, cultura animi, magistra vitæ, donum deorum, dux vitæ, indagatrix virtutis, inventrix legum, magistra morum et disciplinæ, medicina animi, frugifera, et fructuosa, mater omnium bene factorum, beneque dictorum, vera, et antiqua, procreatrix, et quasi parens laudatarum artium, præpotens, et gloriosa, vera elegansque.*

Philosophicus, a, um. 5. Tuscul. 121. A Bruto impulsi sumus ad has philosophicas scriptiones. 11. Fa. 27. Ut hæc φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti.

Philosophor, aris, *philosophiam colo*, φιλοσοφέω. 4. de Finib. 1. et 2. de Orat. 156. Decrevi philosophari, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet. 1. de Fin. 1. Quibusdam totum hoc displicet philosophari. 13. in A. 45. Sed jam se colligit, et ad extremum incipit philosophari. 1. de Natur. 6. Et cum minime videbamur, tum maxime philosophabamur. De Clar. 306. Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. Postq. in Sen. 13. Cum Græculis philosophari. 1. Tusc. 89. Quanquam quid opus est in hoc philosophari, cum rem non magnopere egere philosophia videamus?

Philosophus, phi, *physicus, naturæ interpres, magister virtutis, qui rerum cognitione doctrinaque delectatur*, φιλόσοφος. 5. Tus. 8. Pythagoræ ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quæsivit ex eo, qua maxime arte confideret? at ille artem quidem se scire nullam respondit, sed esse philosophum. 1. de Fin. 15. Et tamen a philosopho si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. 1. de Orat. 212. Philosophus, qui de sua vi ac sapientia unus pæne omnia profitetur, is est, qui omnium rerum divinarum atque humanarum naturam causasque noscit, et omnem bene vivendi rationem tenet ac persequitur. 1. de Orat. 217. Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse atque a se possideri volunt. 3. de Nat. 77. Philosophi rerum autores, non fabularum. 2. de Orat. 61. In philosophos vestros si quando incidi, nullum prorsus verbum intelligo: ita sunt angustis et concisis disputationibus illigati. Orat. 46. Philosophorum mos tenuiter disserendi. 2. Off. 89. Sed de hoc toto genere commodius a quibusdam optimis viris ad medium januæ sedentibus, quam ab ullis philosophis ulla in schola disputatur. 2. de Div. 119. Sed nescio quomodo, nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. 4. Tuscul. 70. Philosophi magistri virtutis. 2. de Natur. 167. Socrates princeps philosophorum. 2. de Orat. 21. In gymnasiis philosophi garrire cœperunt. Hortens. Ut antiquis philosophis, hisque maximis longeque clarissimis, placuit.

Adjunc. *Absolutus, et perfectus, contemptissimus, acutus, ineptus, superstitiosus, et pene fanaticus, antiquus, gravis, optimus et gravissimus, summus, vetus, voluptarius, imperitus, minime contemnendus, elegantissimus, et eruditissimus, gravissimus, nobilis, nobilissimus, non ignobilis, imperiosus, magnus, severissimus, magnus, atque nobilis, minime malus, satis acutus, minutus, mollis, et languidus, enervatus, præstantissimus, perfectus, nobilissimus, et clarissimus, nobilissimus, et prudentissimus, plebeius, politissimus, et acutissimus, severus, et gravis.*

Philotheoros, *qui studio novas semper visendi terras regionesque tenetur*. 7. Fam. 16.

Phlegethon, *fluvius apud inferos. Lege*, Acheron.

Phliasii, *populi*. 6. Att. 2. Phliasios dici sciebam. 5. Tusc. 8.

Phliasius, a, um. 5. Tusc. 10. Post hunc Phliasium sermonem.

Phlius, untis, *oppidum. Ibid.* 8.

Phœbus, bi, *Sol.* 1. de Div. 18.

Quid vero Phœbi fax tristis, nuncia belli, &c.

Phœnicia, æ, *regio Syriæ.* 11. A. 35.

Phœnissæ, *Euripidis tragœdia.* 1. Off. 88.

Phœnices, *populi.* 2. de N. 106.

Phœnix, *apud Homerum Achillis magister.* 3. de Orat. 54.

Phocii, *populi.* I. P. 96.

Phorcis. De Univ. 35. Saturnus, Phorcis, et Ops fratres, Oceani, Terræque filii.

Phormio, *philosophus, qui regnante Antiocho Ephesi docebat.* 2. de Orat. 75.

Phosphoros, *Veneris stella.* 2. de N. 54.

Phreneticus, a, um, *demens, insaniens,* φρενιτικός. 1. de Div. 81. Nec cardiacis hoc tribuendum est, nec phreneticis.

Φρόνησις. *Lege,* Prudentia.

Phrygia, æ. Orat. 25. Caria, Phrygia, Mysia.

Phrygius, a, um, *Phryx.* 1. Qu. Fr. 1. 16. Paconius nescio quis homo, ne Græcus quidem, aut Mysius, aut Phrygius potius. 1. de Div. 114. Qui sono quodam vocum et Phrygiis cantibus incitantur. *Phrygium ferrum. Lege,* Ferrum.

Phryx, gis. Pro Flac. 40. Ignotissimus Phryx. *Ibid.* 65. Proverbium, Phrygem plagis fieri meliorem.

Phthia, æ, *Achillis patria.* 1. de Div. 52.

Phthiota, tæ. 1. Tuscul. 21. Pherecrates quidam Phthiota senex.

Phylarchus, chi, *tribunus. Potest etiam gentis nomen esse. Arabes enim quidam Pylarchi a Strabone numerantur.* 15. Fam. 1. Iamblichus Phylarchus Arabum.

Physica, æ, *explicatio naturæ,* φυσική. 3. de Fin. 72. Ad eas virtutes Dialecticam etiam adjungunt, et Physicam. *Ibid.* Physicæ quoque non sine causa tributus est honos, propterea quod, &c.

Physica, orum, *res Physicæ, vel naturales,* τὰ φυσικά. Orat. 119. Oratorem ne Physicorum quidem esse ignarum volo. 1. de Fin. 17. Epicurus in Physicis, quibus maxime gloriatur, totus est alienus.

Physice, *acute, physicorum more,* φυσικῶς. 3. de N. 18. et 1. de Div. 26. Quæ a te physice dicta sunt.

Physicus, a, um, φυσικός. 2. de Div. 122. Si velim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. 1. 110. Physica disputandi subtilitas. 2. de Nat. 55. Ut plerique dicunt physicæ rationis ignari. *Ibid.* 23. Rationibus physicis confirmare aliquid.

Physicus, ci, φυσικός. 1. de Nat. 84. Physicus, id est, speculator venatorque naturæ. 2. de Div. 33. Quod video physicis placuisse, eisque maxime, qui omne, quod esset, unum esse dixerunt. 2. de Fin. 15. Nec de re obscura loquitur, ut Physici. 1. de Orat. 217. Eademque ratione dicantur, et quos φυσικοὺς Græci nominant, iidem Poetæ, quoniam Empedocles physicus egregium poema fecerit. 1. de Orat. 49. Si ornate locutus est, sicuti fertur, physicus ille Democritus, materies illa fuit physici, ornatus vero ipse verborum oratoris putandus est.

ADJUNCTA. *Obscurus, politior, vetus, speculator venatorque naturæ.*

Physiognomon, φυσιογνώμων. De Fat. 10. Socratem notavit Zophyrus Physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.

Physiologia, æ, *naturæ ratio,* φυσιολογία. 1. de Div. 90. Naturæ ratio, quam physiologiam Græci appellant. 1. de Nat. 20. Hunc censes primis, ut dicitur, labiis gustasse physiologiam. 2. de Div. 37. Dum aruspicinam veram esse vultis, physiologiam totam pervertitis.

PI

Piaculum, li, τὸ κάθαρμα. 2. de Leg. 57. Porro fœmina piaculum pati.

Piam, *particula, quæ nominibus quibusdam ad finem addi solet. Lege,* Quispiam.

Picearíæ, arum, *vectigal picis. Est autem pix humor pinguis ex tæda seu pinu combusta collectus,* τὸ πισσέλαιον. De Clar. 85. Societas, quæ picearias de P. Cornelio, L. Mummio censoribus redemisset. *alias,* picarias. *alias,* pecuaria.

Picentinus, a, um. 8. Att. 19.

Picentes, *populi.* Pro. Sull. 25. Aut doceat Picentes solos non esse peregrinos.

Picenum, ni, *ora Italiæ.* 8. Att. 8.

Picenus, a, um, De Clar. 57. Ager Gallicus, et Picenus.

Pictor, oris, γραφεύς. 4. Acad. 20. Multa vident pictores in umbris et in eminentia, quæ nos non videmus. 2. de Legib. 45. Dignissima autem dona habentur et formæ ab uno pictore uno absolutæ die. De Cl. 70. Zeusis, Polygnotus, Timantes, qui non plus quam quatuor coloribus usi sunt: Etion vero, et Nicomachus, et Protogenes, perfecti pictores fuerunt.

ADJUNCT. *Malus, perfectus, summus.*

Pictura, æ, *tabula,* γραφή. Orat. 36. In picturis alios horrida, inculta, abdita, et opaca, contra alios nitida, læta, collustrata delectant. 5. Tusc. 114. Homerum tradunt cæcum fuisse: at ejus picturam, non poesin, videmus. 4. Acad. 20. Oculi pictura tenentur, aures cantibus. Ver. 4. 1. Pictura textilis, aut in tabulis. 5. Tuscul. 13. Cum animum ab ista pictura, imaginibusque virtutum ad rem veritatemque traduxeris, &c.

ADJUNCTA. *Antiquissima, egregia, evanescens, horrida, inculta, abdita, et opaca.*)(. *nitida, læta, collustrata, nobilis, nova.*)(. *vetus, placidissima, textilis.*

Pictus, a, um, γεγραμμένος. De Cl. 261.

Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. *Ibid.* 292. Lysias, quo quid potest esse pictius? 5. de Fin. 80. Qui nunquam philosophum pictum, ut dicitur, viderunt. 5. Tusc. 61. Textile stragulum, magnificis operibus pictum.

Pie, *religiose*, εὐσεβῶς. 1. de Nat. 45. Pie colere Deos. *Ibid.* 56. Pie sancteque colere Deum. De Senect. 81. Memoriam nostri pie inviolateque servabitis. Pro Mur. 73. Illa pie fecit. Pro Planc. 98. Ut confiteare aliquando, quod faciam, me et grate et pie facere. Pro Mil. 104. Metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie. 6. Att. 7. Quintus filius pie sane currentem animum patris sui sorori tuæ reconciliavit.

Syntaxis. *Pie sancteque Deum colere. Memoriam pie inviolateque servare. Grate et pie facere.*

Pierides, dum, *Musæ Pieriæ*, πιερίδες. 2. de Nat. 54. Tertiæ, Jove tertio Pierio natæ, et Antiopa, quas Pieridas, et Pierias solent Poetæ appellare.

Pietas, tis, εὐσέβεια. 2. de Inv. 161. Pietas est, per quam sanguine conjunctis, patriæque benevolis officium, et diligens tribuitur cultus. Part. 78. Pietas est justitia erga parentes. Pro Plan. 80. Pietas est voluntas grata in parentes. 1. de Nat. 117. Est enim pietas justitia adversum deos. Pro Plan. 29. Pietas judicio meo fundamentum est virtutum omnium. De Somn. 7. Justitiam cole et pietatem: quæ cum sit magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est. 2. de Nat. 153. Pietas, cui conjucta justitia est, reliquæque virtutes. *hic pietas pro religione ponitur.* Pro Quin. 26. Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius sit, necesse est. Pro S. R. 37. Quod præclare a sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas. 2. de Orat. 167. Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum Qu. Metellum tam pie lugere videatis. De Cl. 126. Utinam Gracchus non tam fratri pietatem, quam patriæ præstare voluisset. Pro Flac. 96. Nimia pietas et summus amor in patriam. Pro Dom. 107. Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio. Postq. ad Quir. 18. Qua sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse solent, eadem ego erga populum Romanum semper ero. 2. Off. 11. Deos placatos efficiet pietas et sanctitas. 1. de Nat. 3. Pietas, sanctitas, religio, quæ omnia pure et caste deorum numini tribuenda sunt. 2. Famil. 6. Pietas in referenda gratia. 1. *Ibid.* 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. *Ibid.* 4. Meam in te pietatem, quid enim dicam benevolentiam? 6. 20. Hic tui omnes valent, summaque pietate te desiderant. Pro Clu. 65. Quorum alter eloquentiæ damnationem illam tacita pietate deplorat. *Ibid.* 172. Tu qui pietate ad accusandum excitatus es. 3. de Fin. 73. Pietas adversus deos. 1. Tuscul. 113. Pietas erga matrem. 2. de Inv. 66. Pietas est, quæ erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos officium conservare moneat. De reg. Ptolem. Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. 1. de Nat. 3. In specie fictæ simulationis pietas inesse non potest, cum qua simul et sanctitatem et religionem tolli necesse est. *Ibid.* Pietate adversus deos sublata fides tollitur. Pro M. Marcel. 10. Vir optimus, et commemorabili pietate ac virtute præditus.

Adjuncta. *Clara, et grata, commemorabilis, divina, maxima, singularis, summa, eximia, immunis, incredibilis, insignis, jucunda, magna, major, mira, nimia, tacita.*

Syntaxis. *Pietatem colere. Pietatem lædere. Præstare pietatem patriæ. Esse pietate summa erga aliquem. Deos placatos efficit pietas et sanctitas. Pietas in referenda gratia. Tui omnes summa te pietate desiderant. Pietas in Deos*, vel *adversus Deos*, vel *erga Deos. Pietate adversus Deos sublata, tollitur fides. Commemorabili pietate ac virtute præditum esse.*

Piger, ra, um, *segnis ad aliquid agendum*, ῥάθυμος. 4. ad Her. 44. Frigus pigrum dicimus, quia pigros facit. 7. Fa. 17. Quod mihi interdum piger, interdum timidus in labore militari videbare. 8. 1. Ad litteras scribendas pigerrimus.

Piget, bat, *tædet, pœnitet*, μεταμέλει. 1. de Div. 66. Mea mater, tui me miseret, mei piget. Pro Sull. 90. Teipsum jam expletum hujus miseriis pigeat. Pro Dom. 29. Me non solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet. 5. Att. 13. In cupiditatem incubui, nec me piget. De Cl. 188. Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum.

Pigmentarius, rii, μυροπώλης. 15. Fam. 17. Accius pigmentarius valde gaudebat, se adversarium perdidisse.

Pigmentum, ti, *color, fucus, ornatus*, ἄλειμμα. 1. de Div. 23. et 2. 48. Aspersa temere pigmenta in tabella, oris lineamenta effingere possunt. De Cl. 298. Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem et colorem defuisse. 2. de Orat. 188. Sententiæ veræ sine pigmentis fucoque puerili. 2. Att. 1. Aristotelica pigmenta.

Pignerator, oris, ἐνεχυραστής. Ver. 3. 27. Cum in his rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse.

Pigneror, aris, *pignus aufero, fiduciam accipio*, ἐνεχυράζω. 14. A. 32. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. 1. de Rep. teste Nonio. Sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingenii, consilii prima ipsa sibi ad utilitatem pigneraretur. *de patria loqui videtur.*

Pignus, oris, *fiducia, obses*, ἀντίχρημα, ἀῤῥαβών. 1. Att. 16. Ut nos duos quasi pignora

reipublicæ retineri videremur. 1. in A. 12. Coguntur enim Senatores non pignoribus, sed eorum, quorum de honore agitur, gratia. *Ibid.* Qui unquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid est ultra pignus aut mulctam? 12. Att. 22. Ut quam primum illud pignus liberalitatis populi Rom. aspiciam. 13. in Ant. 6. Pro libertate hæc omnia projicias, quæ sunt pignora injuriæ. De Pro. 2. Quonam me animo esse oportet in eos, cujus illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? 3. de Orat. 4. An tu cum omnem autoritatem universi ordinis pro pignore putares, eamque in conspectu pop. Rom. concideres, me his pignoribus existimas posse terreri? *Ibid.* Philippus graviter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum instituit coercere. 13. in A. 8. Magnis et multis pignoribus eum respub. obligatum tenet. 8. Att. 9. Minus multa dederant illi reipub. pignora. Pro Cl. 190. Illa sibi ad confirmandas inimicitias affinitatis conjunctionem pignori fore putavit. 1. in A. 4. Magnum pignus ab eo reipub. datum, se liberam civitatem esse velle. Pro Cœl. 78. Habet ab hoc reipub. duas accusationes, vel obsides periculi, vel pignora voluntatis.

Syntaxis. *Retinere aliquos quasi pignora. Cogere Senatores pignoribus. Tradere aliquid pro pignore. Pignora auferre. Tenere aliquem pignoribus obligatum. Dare alicui pignora. Aliquid pignori esse alicui ad aliquid faciendum.*

Pigritia, æ, *negligentia, ignavia, inertia,* ἀκηδία, ὄκνησις. 4. Tusc. 19. Definiunt pigritiam, metum consequentis laboris. 16. Att. 14. Noli putare, pigritia facere me, quod non mea manu scribam. 1. Off. 28. et 136. Negligentia, pigritia, inertia, ignavia. *Ibid.* 101. Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eam neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignaviam deserant.

Pigror, aris, *gravor,* ὀκνέω, ἀπαυδάω. 14. Att. 1. Tu quæso quidquid novi (multa autem expecto) scribere ne pigrere.

Piissimus, *vide* Pius. 13. I. A. 43. *Antonius.* Mihi quidem constat, &c. nec Lepidi societatem violare piissimi hominis. *Ibid. Cicero.* Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris: et quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis.

Pila, æ, σφαῖρα. 1. de Orat. 73. Ut qui pila ludunt. *Ibid.* 217. Licet ista ratione dicamus, pila bene, et duodecim scrupis ludere, proprium esse juris civilis. 3. 55. Pila, tali, tesseræ. I. P. 69. De Sen. 83. Retorquere pilam. 3. de Orat. 86. Tityus præclare pila ludens, Brulla talis.

Pilosus, a, um, δάσυς. I. P. 1. Pilosæ genæ, dentes putridi.

Pilum, li, *genus teli Romanorum proprium,* ὁ πῖλος. 11. in A. 5. Idque caput fixum gestari jussit in pilo. Pro Mil. 65. Sparorum pilorumque multitudo.

Pilus, li, θρίξ. 2. de Nat. 143. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. 4. Acad. 85. Nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius. Pro Qu. R. 20. Hic capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere videatur. 5. Att. 20. Interea e Cappadocia ne pilum quidem. 2. Qu. Fr. 15. Ego ne pilo quidem minus te amabo.

Pindenissus, *oppidum.* 5. Att. 20. et 6. 1. Fam. 2. 10.

Pindenissæ, *populi.* 5. Att. 2.

Pingendus, a, um, γραπτέος. De Cl. 141. In verbis pingendis, et illuminandis sententiis.

Pingo, gis, *pictura exprimo,* γράφω. 2. de Orat. 69. Ut in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit, is potest cujusvis vel formæ, vel ætatis, etiamsi non didicerit, pingere. 2. de Inv. 1. Is et cæteras tabulas pinxit, &c. *id est, Zeuxis.* 5. Att. 1. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. 2. de Fin. 69. Cleanthes tabulam verbis pingere solebat, &c. *id est, tabulam voluptatis.* 2. Qu. Frat. 14. Britannia, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo.

Pingor, eris. 5. Fam. 12. Alexander ab Apelle potissimum pingi, a Lysippo fingi volebat.

Adverb. *Bene, egregie, præclare, pulcherrime, varie.*

Pinguis, *opimus, crassus, rudis,* πιμελής. De Fat. 7. Thebis crassum cœlum, itaque Thebani pingues et valentes. 1. de Div. 130. Pingue et concretum esse cœlum. Pro Arch. 26. Cordubæ nati poetæ, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. 4. Acad. 109. Quod ipsi Antiocho pingue videbatur, et sibi contrarium. De Amic. 19. Agamus igitur pingui Minerva, ut aiunt.

Syntaxis. *Pingue et concretum cœlum. Pingue sonans poeta, et peregrinum. Agere pingui Minerva.*

Pinna, æ, *penna,* τὸ πτερύγιον. 3. de Nat. 59. Minerva, cui pinnarum talaria affigunt. In Arat.

Atque avis ad summam caudam primasque recedit
Pinnas, &c.

Est et conchæ marinæ genus. 2. de Nat. 123. Pinna duabus grandibus patula conchis. 3. de Fin. 63. Quæ in concha patula pinna dicitur.

Pinnatus, a, um, *pennatus, pinniger,* πτερυγωτός. 3. de Nat. 58. Pinnatus Cupido. 2. Tusc. 24. Pinnata cauda.

Pinniger, ra, rum, *penniger,* πτερωτός. 7. Fam. 33. Pinnigero in corpore, non armigero tela exercere. *aliter,* Pennigero.

Pinnoteres, ris, *conchæ marinæ, id est, piscis genus,* πινοτήρης. 3. de Fin. 63. At illa, quæ in concha patula pinna dicitur; isque qui enat e concha, qui, quod eam custodit, pinnoteres vocatur.

Pio, as, *expio,* εὐσεβέω. 2. de Leg. 21. He-

truriæ principes fulgura atque ostenta piando. Pro Dom. 132. Si quod tibi piandum aut instituendum fuisset religione domestica, &c.

Piræeus, ei, *Πειραιεὺς Græce, portus Athenarum.* 7. Att. 3. Venio ad Piræea: in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piræea dixerim, non Piræeum, sic enim omnes nostri locuti sunt: quam quod In addiderim. 6. 9. In Piræea cum exissem, &c. De Clar. 51. Ut semel e Piræeo eloquentia evecta est.

Pirata, tæ, *prædo, πειρατὴς, οῦ.* Ver. 5. 63. Iste a piratis ob hunc archipiratam pecunias accepit. Act. 1. Ver. 13. Urbes piratis prædonibusque patefactæ. 3. Off. 107. Nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. Pro S. R. 146. Quis prædo tam nefarius, pirata tam barbarus? Ver. 5. 70. 71. 89. 95.

Adjunct. *Barbarus, consceleratus, immanis, nefarius, nobilissimus.*

Piratica, æ, *πειρατικὴ, ῆς.* Postq. in Sen. 11. Is profecto egestate coactus piraticam fecisset.

Piraticus, a, um, *πειρατικός.* Ver. 5. 72. Myoparone piratico capto, dux liberatus. *Ibid.* 89. Quæ, si in prædonum pugna versaretur, urbis instar habere inter illos piraticos myoparones videretur. *Ibid.* 96. Piraticus myoparo, cum imperium populi Romani, nomen ac fasces essent Syracusis, usque ad forum Syracusanorum, et ad omnes urbis crepidines accessit.

Pisæ, arum, *oppidum.* 2. Qu. Frat. 5.

Pisaurum, ri, *oppidum. et* Pisaurensis. De Clar. 270.

Piscator, oris, *σαγηνευτήρ.* 3. Off. 58. Tum Pythius piscatores ad se convocavit, ab iis petivit, ut ante suos hortulos piscarentur.

Piscatus, us, *ἡ ἁλιεία.* 2. de Fin. 23. Piscatu, aucupio, &c.

Pisciculus, li, *τὸ ἰχθύδιον.* 2. de Nat. 123. Pisciculi parvi. Aca. Pisciculos exultantes videmus.

Piscina, æ, *lacuna, in qua pisces vivi servantur, ἰχθυοτροφεῖον.* 2. Qu. Fr. 1. Att. 15. et Part. 5. Magna vis aquæ usque ad piscinam publicam. 2. Att. 1. Si mulli barbati in piscinis sint. 3. Qu. Fr. 1. Intelligo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscina et salientibus additis, palæstra, et sylva viridicata. *Lege,* Nilus.

Piscinarius, a, um, *qui piscinis delectatur, ἰχθυοτρόφος.* 1. Att. 16. Beatos homines (hoc piscinarios dico amicos tuos) non obscure nobis invidere. *Ibid.* 17. Mihi vero ut invideant piscinarii nostri, &c.

Piscis, is, *ἰχθύς.* 2. de Nat. 129. Pisces, ut aiunt, ova cum genuerint, relinquunt. De Senect. 44. Pisces hamo capiuntur. I. P. 67. Mensa extructa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne, &c. 2. de N. 111. Pisces signum cœleste. Hortens. Primus balneolas suspendit, inclusit pisces. De Fat. Allatus est forte Sepioni acipenser, qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, imprimis nobilis. 3. de N. 39. Piscem Syri venerantur. 4. Acad. 81. 1. de Div. 24.

Piscor, aris, *ἰχθυάω.* 3. Off. 58. Tum Pythius piscatores ad se convocavit, ab iis petivit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur.

Pisidæ, arum, *Pisidii, populi.* 1. de D. 2. et 92.

Pisidia, æ, *regio. Ibid.* 94.

Pisidii, iorum, *Pisidæ.* 1. de Div. 25. Cilices, Pamphilii, Pisidii.

Pisistratus, ti, *Tyrannus Athen.* 7. Att. 19.

Pistor, oris, *qui panem conficit, ἀρτοποιός.* I. P. 67. Pistor domi nullus, nulla cella, panis et vinum a propola atque de cupa. Pro S. R. 134. Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios, &c. 2. de Fin. 23. Optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, &c.

Pistrinum, ni, *locus ubi frumentum tundebatur mola trusatili, ἡ μάκτρα.* 1. de Orat. 46. Oratorem in judicia, et in conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum, detrudi et compingi videbam. 2. 144. Tibi mecum in eodem est pristrino Crasse vivendum. 1. Qu. Fr. 2. Tradere aliquem in pistrinum.

Pistrix, cis, *cetus, belua marina, τὸ κῆτος.* In Ar. Fera pistrix. *Ibid.*

Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.

Pitho. *Lege,* Suada.

Pituita, tæ, *unus ex quatuor corporis humoribus, aquæ similis, φλέγμα.* 1. Tusc. 56. Sanguis, bilis, pituita. 4. Tusc. 22. Cum pituita redundat, aut bilis in corpore.

Pituitosus, a, um, *φλεγματώδης.* De Fat. 7. In aliis locis homines sunt pituitosi, et quasi redundantes, in aliis exsiccati atque aridi.

Pius, a, um, *qui pietatem colit, εὐσεβής.* 3. Off. 90. Ipsi patriæ conducit pios habere cives in parentes. 2. de Leg. 15. Deos piorum, et impiorum habere rationem. Pro Corn. 35. Nihil est aliud in fœdere, nisi ut pia et æterna pax sit. 2. de Fin. 71. Pro Sest. 4. Pius dolor, et justa iracundia. De Som. 7. Quare tibi, Publi, et piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis. Pro S. R. 66. Orestes ne pius quidem sine scelere esse potuit.

PL

Placabilis, le, *exorabilis, εὐΐλαστος,* Ver. 2. 95. Omnia habuit æquiora et placabiliora, quam animum judicis. 14. Att. 13. Ut eo te placabiliorem præbeas. Orat. 34. Tu eos etiam, quos contra statuis, æquos placabilesque dimittis. Corn. in vita Att. Præbere se placabilem alicui. 4. ad Her. 22. et 59. Placabilis, exorabilis.

Placabilitas, tatis, *clementia, lenitas, mansuetudo, εὐμένεια.* 1. Off. 88. Nihil magno et præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia.

Placandus, a, um, *ἱλαστέος*. 1. Att. 10. Primum tibi de nostro amico placando, aut etiam plane restituendo polliceor. De Ar. 63. Nostræ sunt inter nos iræ discordiæque placandæ.

Placate, *patienter, humaniter, placide, εὐμενῶς, ἡσύχως*. 6. Fa. 1. Omnia humana placate et moderate feramus. *Ibid.* 13. Remissius et placatius quotidie aliquid ferre.

Placatio, onis, *pax, venia, ἐξιλέωσις*. 3. de Nat. 5. et 2. de D. 36. Nostra civitas nunquam sine placatione deorum immortalium tanta esse potuisset.

Ad hæc, moderatio, tranquillitas. 4. Tusc. 60. Perturbatio animi placatione abluatur.

Placatus, a, um, *placabilis, pacatus, tranquillus, quietus, ἐξιλασμένος*. 5. Att. 1. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quantum erat frater meus in sororem tuam. 5. Tusc. 16. Sic animi quietus et placatus status cernitur. *Ibid.* Alteros tibi jam placatos esse intelligo, alteros nunquam iratos fuisse. 1. 97. Placatissima quies. 1. de Fin. 71. Placata, tranquilla, quieta, beata vita. Quin. de Pet. 36. Tamen hi possunt abs te placati æquique discedere. Pro Mar. 18. Dii vel placati jam, vel etiam satiati esse debent. Postq. ad Quir. 2. Si mihi placata et tranquilla omnia fuissent. Orat. 63. Res placatæ et minime turbulentæ. 2. Off. 11. Deos placatos pietas efficit et sanctitas. 3. de Nat. 15. Tu Deciorum devotionibus placatos esse deos censes.

Syntaxis. *Mitis et placatus homo in aliquem. Devotionibus placati Dii. Quietus et placatus animi status. Placata quies. Placata, tranquilla, quieta, beata vita. Placatus æquusque. Placatæ res ac minime turbulentæ.*

Placentia, æ, *urbs, et colonia Rom.* In L. Pisonem, apud Asconium Pedianum.

Placentinus. De Clar. 172. T. Tinca Placentinus. et 2. in A., et in Pis. 57.

Placeo, es, *non displiceo, satisfacio, arrideo, jucundus sum, videtur, probatur, cordi est, ἀρέσκω*. 14. Att. 20. Cum scripsissem ad Brutum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare sine, quæso, quemque sibi scribere: suam cuique sponsam, mihi meam; suum cuique amorem, mihi meum: non scite; hoc enim Attilius poeta durissimus. *Ibid.* Meum, *edictum*, mihi placebat, illi suum. 2. de Orat. 15. Ego nunquam mihi minus, quam hesterno die placui. 9. Att. 15. Video tibi non probari, quæ ne mihi quidem placebant. 13. 1. Expecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem. *Ibid.* 13. Volo Dolabellæ valde desideranti placere, nec reperio quid. 2. Qu. Fr. 5. Longilius mihi aiebat, se velle nobis placere. Pro Dom. 53. Nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantiis displiceret? Brut. 5. Hoc mihi in te placuit. 2. Off. 51. Quod scribere non auderem, nisi idem placeret Panætio. 16. Fam. 5. Videbis, quid Lysoni, quid Medico placeat.

Placet, bat, *scitum est, ἀρέσκει*. 2. ad Her. 1. Ita nobis placitum est, ut scriberemus, &c. 11. Fam. 1. Cum in his versarer angustiis, placitum est mihi, ut postularem legationem, &c. 8. Att. 17. Placitum est mihi, ut Brundusium ducerem hanc copiam, quam habeo mecum. 8. Fam. 4. et 8. Att. 17. De provinciis placitum est, ut coram Pompeio ageretur. Pro S. R. 101. Si diis immortalibus placet. 1. de Div. 110. Ut doctissimis sapientissimisque placuit. *Ibid.* Nam non placet Stoicis, &c. 4. Acad. 99. Duo placet esse Carneadi visorum genera. 1. de Fin. 28. Utrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet? an, &c. *Ibid.* Igitur agam sic, ut ipsi autori hujus disciplinæ placet. *Ibid.* Ut placet, inquam. 1. Fam. 2. Itaque postridie placuit, ut breviter sententias diceremus. 1. de Orat. 155. Postea mihi placuit, eoque sum usus adolescens, ut explicarem, &c. Pro Cluent. 73. Canutio placuit repente judices pronunciare.

Adverb. *Admodum, constanter, perpetuo, egregie, plane, vehementer, prorsus, recte, rectissime, valde.*

Syntaxis. *Ego mihi non placeo. Expecto, quid tibi placeat de &c. Ait, se velle nobis placere. Hoc mihi in te placet. Placitum est mihi, ut &c. Si Diis immortalibus placet. Placet Carneadi, duo esse &c. Ut placet.*

Placide, *leniter, placate, ἠπίως, πράως*. Orat. 92. Placide sedateque loqui. Ver. 2 84. Placide ferre aliquid. 2. Tuscul. 58. Placide et sedate ferre dolorem.

Placidus, a, um, *placatus, tranquillus, ἁπαλός, γαληνός*. 5. Tusc. 48. Semper in animo sapientis esse placidissimam pacem. 4. 10. Placida quietaque constantia. Pro Cæc. 28. Aliquem iratum, placidum ac mollem reddere. De Sen. 13. Placida ac lenis senectus. 2. de Orat. 181. Oratio placida, summissa, lenis.

Placo, as, *lenio, mitigo, placatum efficio, reconcilio, expio, procuro, εὐμενίζω*. 13. Fam. 1. Is ad me Romam litteras misit, ut te sibi placarem. 2. C. 17. Quos ego non tam ulcisci studeo, quam sanare, et ipsos placare reipub. 7. in A. 24. Jam vero ipse se placabit et leniet provinciæ Galliæ. 1. de Fin. 47. Et animos quasi concordia quadam placet ac leniat. Pro Do. 140. Cum divinum numen scelere violatum precibus placare cogeretur. Pro Font. 21. Galli humanis hostiis deos placant. 2. Tuscul. 22. Hæc dextera Lernam tetram, mactata excetra, placavit. *Poetæ.* Pro Deiot. 9. Nemo unquam te placavit inimicus, qui ullas resedisse in te simultatis reliquias senserit. 2. de Leg. 22. Impius ne audeto placare donis iram deorum. 1. Qu. Fr. 2. Quoscunque de te queri audivi, quacunque potui ratione, placavi. 10. in A. 6. Placa animum et mitiga. 1. de Nat. 5. Qua in causa benevolos objurgatores

placare possumus. Pro Dom. 44. Placavi odia improborum. Pro Font. 36. Placare animos judicum.

Placor, aris. 3. de Nat. 15. Quæ autem tanta eorum fuit iniquitas, ut placari populo Romano non possent, nisi viri tales occidissent? In Clod. Quibus iste facile a se Deos placari posse arbitrabatur.

Syntaxis. *Placare aliquem alicui. Ipse se placabit et leniet mihi. Precibus placare numina. Hostiis placare Deos. Iram Deorum donis placare. Placare animum et mitigare. Placare odia improborum, animos judicum, benevolos objurgatores.*

Plaga, *vulnus, percussio, ἔκπληξις, πληγή.* Ver. 5. 133. Dico mercedem vulneris atque plagæ constitui nefas esse. 2. Tuscul. 41. Qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare. 1. de Nat. 70. Graviorem plagam accipiebat, ut leviorem repelleret. 9. Fam. 16. Hæc est levior plaga ab amico, quam a debitore. 2. Tuscul. 56. Venitque plaga vehementior. Pro Mur. 48. Illa plaga est injecta petitioni tuæ maxima. Pro Flacc. 65. Phrygem plagis fieri meliorem. Ver. 5. 161. Crepitus plagarum. In Vat. 20. Infligere plagam mortiferam alicui. 7. A. 17. Luculentam tamen ipse plagam accepit. Orat. 228. Sic nec oratio facit plagam gravem, nisi &c. Pro Sest. 44. Si non fuisset accipienda plaga mihi insanabilis, illi mortifera, quam Reip. imposuisset.

Regio. 2. de Divin. 30. Quod ante oculos est, non vident, cœli scrutantur plagas.

Impulsio. De Fat. 22. Motus extra pondus et plagam, cum atomus declinat intervallo minimo. *Ibid.* 46. Atomi vim quandam habent a Democrito impulsionis, quam ille plagam appellat, ab Epicuro, gravitatis et ponderis.

Numero multitudinis, retia, ἀρπεδόν. Ver. 5. 151. Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi majores plagas incidendum est. 4. Academ. 147. Plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. 3. Off. 68. Tendere plagas. 12. Fam. 25. Conjicere aliquem in alicujus plagas.

Adjuncta. *Gravis, gravior, gravissima, vehementior, honestior, insanabilis, mortifera, et extrema, levior, luculenta, major, maxima, mediocris, pestifera, mortifera, odiosa, tenebrica.*

Syntaxis. *Plagam accipere, vitare, repellere. Plaga venit vehementior. Plaga injecta petitioni tuæ. Infligere alicui plagam. Oratio non facit plagam gravem. Imponere plagam mortiferam reip. Lustare cœli plagas. Motus extra pondus et plagam. In plagas incidere. Texere contra se plagas. Tendere plagas. Conjicere aliquem in plagas.*

Plagiarius, *qui liberum hominem vendit, vel emit: item qui servum servamve a domino avertit, fugam suadet, emit, venditve nesciente domino. Fieri autem potest apud Cicer. ut sit cognomen Licinii, ἀνδραποδιστής, οῦ.* 1. Qu. Fr. 2. Licinium plagiarium cum pullo milvino tributa exigere.

Plagiosippus. 4. ad Heren. 43.

Plane, *clare, aperte, γνωρίμως .)(. obscure.* 1. de Orat. 144. Plane et lucide loqui. De Arusp. 25. et 3. de Fin. 19. Plane et perspicue dicere aliquid. 7. Fa. 19. Quam planissime res illa scribi potuit. Ver. 2. 156. Apertissime et planissime explicare aliquid. Pro Qu. R. 43. Planius et apertius dicam. Top. 14. Quo planius accipiatur. 2. de Fin. 10. Sed illud dixisti bene Latine, parum plane. 2. de Div. 96. Demosthenem scribit Phalereus, cum Rho dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissime diceret. I. P. 50. Quod omnes leges planissime vetant. 2. Fam. 15. De Ocella parum plane ad me scripseras. 1. de Fin. 151. Complectitur verbis quod vult, et dicit plane quod intelligam. 7. in A. 17. Gladiatorem appella, ut appellant hi, qui plane et Latine loquuntur.

Omnino, prorsus, παντελῶς. De Cl. 215. Nec illi hoc plane atque omnino defuit. 1. de Orat. 161. Neque omnino, &c. neque plane, &c. De Clar. 312. Quod jam propemodum, vel plane potius effecisti. *Ibid.* 280. Perfecte, planeque eruditus. 7. Att. 13. Ænigma Oppiorum plane non intellexi. 2. 24. Te rogo, ut plane ad nos advoles. 13. 6. Quod convenisti, &c. fecisti plane bene. 1. de Orat. 108. Res penitus cognitæ, planeque perspectæ. 4. ad Heren. 29. Fieri potest, ut non plane par sit numerus syllabarum. 3. Fam. 10. Illud plane moleste tuli, quod videbam, &c. 7. 23. Si plane enim intelligo, te, &c. 1. 5. Causa Alexandrina videtur ab illo plane esse deposita. 8. Att. 16. Explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam. 1. de Leg. 53. Sed ego plane vellem me arbitrum inter eos datum.

Syntaxis. *Plane et dilucide. Aperte et plane. Plane et omnino. Propemodum, vel plane potius. Perfecte planeque eruditus.*

Planetæ, arum, *inerrantes stellæ septem, ὁ πλανήτης.* 1. Tuscul. 63. Planetarum motus tarditate et celeritate dissimili. Hortens. Omnibus planetis in eundem recurrentibus locum.

Plangor, oris, *ejulatus, ploratus, ὁ κοπετός.* Orat. 131. Plangore et lamentatione complevimus forum. 2. in A. 85. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu rejiciebat. 3. ad Her. 27. Fœmineus plangor.

Planicies, ei, *æquor, campus, τὸ ἰσόπεδον.* Ver. 4. 107. Quo in summo est æquata agri planicies. 1. de Div. 2. Planicies magnitudoque regionum.

Planta, æ, *surculus, stirps, τὸ φυτόν.* De Senect. 52. Malleoli, plantæ, sarmenta, &c.

Pes, τὸ τάρσωμα, τὸ πέλμα, ατος. In Arat.

Hunc Orionis sub læva cernere plantâ
Serpentem poteris.

Planus, a, um, *æquabilis*, ἐπίπεδος, ἰσόπεδος .)(. *montosus*. 2. de N. 47. Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis, globus, ex planis, circulus, aut orbis. Pro Cæc. 50. Æquus et planus locus. 2. contra Rull. 95. Capua planissimo in loco explicata. De Univ. 13. Si universitatis corpus planum et æquabile explicaretur. 2. Acad. Quid tam planum videtur, quam mare? ex quo etiam æquor illud poetæ vocant.

Apertus. Pro S. R. 54. Id objicere, quod planum facere non possis. Act 1. Ver. 39. et 5. 164. Cum præsertim planum facere multis testibus possim, C. Verrem dixisse, &c. 2. ad Her. 5. Se planum facturum, ab eo maleficium non abesse. Top. 97. Oratio plana et evidens.

Syntaxis. *Æquus et planus locus. Planum facere. Oratio plana et evidens.*

Planus, ni, *nebulo*, ὁ πλάνος. Pro Cl. 72. Hic ille planus improbissimus, quæstu judiciario pastus.

Plasma. 9. Att. 15. Sed sit hoc πλάσμα, magnas habet certe copias. *aliter*, σάλπισμα.

Platalea, æ, *genus avis, quem Plateam vocat Plin.* ὁ πελεκάν. 2. de Nat. 124. Legi etiam scriptum, esse avem quandam, quæ Platalea nominaretur: eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mare mergerent.

Platanus, ni, *arbor*, πλάτανος. 1. de Orat. 28. Platanus, quæ ad opacandum aliquem locum patulis sit diffusa ramis. 2. de Div. 63. Sub platano umbrifera, &c.

Plateæ, arum, *oppidum*. 1. Off. 61. Hinc Rhetorum campus de Marathrone Plateis, &c.

Plato, onis, Πλάτων. De Opt. 17. Divinus autor Plato. 1. de Div. 78. Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suavitate orationis fore. De Clar. 121. Quis uberior in dicendo Platone? Jovem sic, ut aiunt Philosophi, si Græce loquatur, loqui. Orat. 10. Ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus autor et magister Plato. *Ibid*. 62. Longe omnium quicunque scripserunt, aut locuti sunt, et copia dicendi, et gravitate princeps Plato. 1. Tusc. 22. Aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans ingenio. 2. de Nat. 32. Plato quasi quidam deus philosophorum. 4. Att. 15. Deus ille noster Plato in πολιτείᾳ. 1. Qu. Fr. 1. 23. Princeps ingenii et doctrinæ Plato. 1. Tusc. 39. Errare mehercule malo cum Platone, quam cum istis vera sentire. *Ibid*. Ego quoque cum ipso non invitus erraverim. De Cl. 191. Plato mihi unus erit instar omnium. *Antimachi poetæ*. Orat. 67. Platonis locutio potius poema putandum, quam comicorum poetarum. 1. Ac. 45. Platonem ex Academia vetere numeramus: cujus in libris nihil affirmatur, et in utramque partem multa disseruntur: de omnibus quæritur, nihil certi dicitur. Pro R. P. 23. Plato iniquitate Dionysii Siciliæ tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque versatus est. Orat. 42. Plato exagitator omnium Rhetorum. 3. de Orat. 15. Pro Platone. 2. de Leg. 69. Contra Platonem. 1. de Orat. 230. In illa commentitia Platonis civitate. 1. de Nat. 30. Plato in Timæo et in legibus, mundum deum esse ait, et cœlum, et astra, et terram, et animos, et eos, quos majorum institutis accepimus. 1. Tus. 49. Plato pro immortalitate animæ tot rationes attulit, ut velle cæteris, sibi certe persuasisse videatur. 1. Fa. 9. Plato quantum in rep. contendendum existimarit. *Ibid*. Cur Remp. non attigerit. 1. Q. Fr. 1. 23. Plato quando Respub. fore beatas putaverit. 4. Acad. 118. Plato ex materia, in se omnia recipiente, mundum esse factum censet a Deo sempiternum. 1. de Fi. 72. Plato in musicis, geometria, numeris, astris se contrivit. 5. 58. Plato beatum dicit, cui in senectute contigerit, ut sapientiam, verasque opiniones assequi possit. 2. de Leg. 68. Plato eadem dicit de immortalitate animorum, et reliqua post mortem tranquillitate bonorum, pœnis impiorum. 1. Acad. 33. Plato in ideis seu speciebus divinum quiddam esse dixit. 1. Tusc. 20. Plato iram et cupiditatem, duas partes animi, locis disclusit: iramque in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. 1. de Leg. 15. Plato Cretæ, cum Clinia et Lacedæmonio Megillo, æstivo die in cupressetis Gnosiorum et spatiis sylvestribus, de institutis rerum publicarum, ac de optimis legibus disputat. 1. Off. 115. Plato Syracusium Dionem erudivit. Orat. 42. Plato omnium Rhetorum exagitator, unum Isocratem mirabatur. 3. de Orat. 137. Plato Dionem Syracusium omnibus doctrinis expolivit. 1. de L. 15. Plato sic fecit, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maxime diligis. 1. Tusc. 20. Plato triplicem finxit animam. 2. 27. Plato poetas e civitate, quam finxit, eduxit. 1. Div. 62. Plato jubet sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. 1. de Nat. 33. Plato Aristotelis magister. 3. de Orat. 137. Plato non linguæ solum, sed etiam animi ac virtutis magister. De Sen. 13. Plato uno et octogesimo anno scribens mortuus est. 1. de Na. 30. Plato in Timæo patrem hujus mundi nominari negat posse: in legum autem libris, quid sit omnino Deus, inquiri oportere non censet. 1. Div. 80. Plato negat sine furore quenquam poetam magnum esse posse. 1. de Orat. 47. Plato oratores irridens, summus ipse orator est. 1. Tuscul. 20. Plato principatum animæ, id est, rationem, in capite sicut in arce posuit. 1. de Orat. 217. Plato in geometria et musica præstantissimus. 1. Tusc. 80. Plato ægritudines, iras, libidinesque semotas a mente disclusas putat. *Ibid*. 58. Cumque nihil esset (*animus*) ut omnibus locis a Platone disseritur, (nihil

enim ille putat esse, quod oriatur et intereat, idque solum esse, quod semper tale sit, qualem ideam appellat ille, nos speciem) non potuit animus hæc in corpore inclusus agnoscere, &c. 2. de Leg. 67. Plato justa funerum rejicit ad interpretes religionum, quem nos morem tenemus. 4. Acad. 15. Plato perfectissimam disciplinam reliquit. 1. 17. Plato Speusippum, sororis filium, philosophiæ quasi hæredem reliquit. 3. de Leg. 5. Plato Titanum e genere statuit eos, qui, ut illi cœlestibus, sic hi adversentur magistratibus. 1. Tuscul. 39. Plato de animorum æternitate non solum sensit idem, quod Pythagoras, sed rationem etiam attulit. 2. de Leg. 14. Plato vir doctissimus, idemque gravissimus, omniumque princeps de repub. cum scripsit, idem et separatim de legibus ejus scripsit. 1. Acad. 17. Plato varius et multiplex et copiosus fuit. De Senect. 41. Plato Atheniensis Tarentum venit, L. Æmilio, App. Claudio Coss. 2. de Leg. 68. Plato sepulchrum altius vetat extrui, quam quod quinque diebus homines quinque absolverint: nec e lapide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui incisam quatuor heroicis versibus. 4. Acad. 142. Plato omne judicium veritatis, veritatemque ipsam, adductam ab opinionibus et a sensibus, cogitationis ipsius et mentis esse voluit. 1. de Nat. 30. Plato sine corpore ullo deum vult esse, ut Græci dicunt, ἀσώματον. 1. Div. 62. Plato et Socrates, ut rationem non redderent, autoritate tamen reliquos minutos philosophos vincerent. 4. Acad. 15. Plato et Socrates tollendi ex eorum numero, qui negarunt, quidquam sciri aut percipi posse. Orat. 5. Platonis amplitudo Aristotelem a scribendo non deterruit. *Ibid.* 15. Platonis frequens auditor Demosthenes. 10. Att. 7. Platonis de tyrannis auguria. 2. de Leg. 68. Platonis summi viri autoritas de sepulchris, a quo funerum sumptus præfinitur. 1. Aca. 17. Platonis autoritate, una, et consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum, et Peripateticorum. 1. de Natur. 72. Platonis discipulus quidam Pamphilus, cujus auditorem se fuisse Sami dicebat Epicurus. *Ibid.* 30. De Platonis inconstantia longum est dicere. 1. Tus. 25. Platonis liber, qui est de animo, *is alio nomine Phædon dicitur.* 3. de Orat. 15. Platonis libri mirabiliter scripti. Orat. 151. Platonis oratio funebris quotannis certo die Athenis recitabatur. 2. de Leg. 69. Platonis oratio omnis de legibus perorata uno æstivo die. 2. Att. 2. Platonis politia. 1. de Natu. 34. Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides. 9. Fam. 22. Platonis verecundia. 2. de Leg. 44. Platoni prorsus assentior, ne agri consecrentur. *Ibid.* 38. Platoni assentior, nihil tam facile in animos teneros ac molles influere, quam varios canendi sonos. 3. de Leg. 32. Platoni nostro placet, musicorum cantibus mutatis, mutari civitatum status. Pro R. P. 23. Virum unum totius Græciæ facile doctissimum Platonem. 1. Fa. 9. Apud Platonem nostrum scripta divinitus. 5. Tusc. 34. Apud Platonem sæpe hæc oratio usurpata est, ut nihil præter virtutem diceretur bonum. 2. de Legib. 41. Platonem audiant impii, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, quando aliquid ei ab impiis donatur: cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit. 1. Off. 4. Equidem et Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere. 1. Tusc. 39. Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse, et in ea cum alios multos, tum Archytam, Timæumque cognovisse, et didicisse Pythagorea omnia. 1. de Nat. 32. Platonem avunculum Speusippus subsequens. 1. Fam. 9. Platonem ego autorem vehementer sequor.

ADJUNCTA. *Auctor summus et divinus, auctor et magister gravissimus, princeps copiæ dicendi, et gravitate omnium qui unquam scripserunt aut locuti sunt, disceptator juris, custos juris civilis, divinus, et philosophorum Homerus, sanctissimus, et sapientissimus, quasi Deus quidam philosophorum, gravissimus, et eloquentissimus, præstantissimus, varius, multiplex, et copiosus, fortissimus, atque idem gratissimus, sapientissimus, longeque doctissimus.*

Platonici, orum. Pro Mur. 62. Platonicorum disciplina.

Plaudendo. 16. Att. 2. Populus Romanus manus suas non in defendenda libertate, sed in plaudendo consumit.

Plaudens, tis, κατακροτῶν. 2. Qu. Fr. 4. Diis hominibusque plaudentibus. 5. Tusc. 73. Quod quidem me plaudente dicit.

Plaudo, is, *assentior, approbo, plausum alicui do, καταχειρίω, κροτέω.* 2. Att. 19. Inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant.

Plauditur. *Ibid.* Huic ita plausum est, ut salva rep. Pompeio plaudi solebat. 13. 42. Ne victoriæ quidem plauditur. *aliter*, ploditur.

Plausibilis, le, κροτητὸς, εὐδόκιμος. Div. 8. Censorium nomen jam populare atque plausibile factum est. 3. Tusc. 51. Tantum admonebo, quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant.

Plaustrum, stri, *currus*, ἡ ἅμαξα. 1. de Div. 57. Se interfectum in plaustrum a caupone conjectum esse. *Ibid.* Priusquam plaustrum ex oppido exiret.

Plausus, us, *applausus, admurmuratio, vox, clamor, indicium, testimonium, studium populi, κρότος.* 5. Tuscul. 9. Qui nec plausum, nec lucrum quærunt. 2. 64. Plausum captans. 2. Att. 19. Cæsar cum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. 4. 1. Cum populus eo nomine plausum dedisset. De Sen. 64. Quibus a cuncto consessu plausus est multiplex datus. 2. Att. 18. Huic plausus maximi impertiuntur. 4. 1. Plausu max-

Imo cum esset mihi gratulatio significata. 8. 9. In causa fœdissima plausus quærere. 14. 18. Præsertim tantis plausibus, tanta approbatione infimorum. Brut. 3. Maximo clamore et plausu in rostris collocatus sum. 3. Qu. Fr. 1. Ille plausus, qui Miloni quodammodo nobis videtur dari. De Ar. 52. Qui ejus effrænatos plausus etiam prosequebantur. *aliter*, persequebantur. Pro Sest. 124. Magnus ex omnibus spectaculis plausus excitatus est. 1. de Div. 59. Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore et plausu comprobatum est. 2. A. 85. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu rejiciebat. 2. de Div. 57. Galli cantu plausuque premunt alas. Pro Q. Gall. Quantos is plausus et clamores movet?

Adjuncta. *Æqualis, exilis, et rarus, facetus, incredibilis, perpetuus, infinitus, magnus, maximus, mortuus, multiplex, popularis.*

Syntaxis. *Plausum quærere, captare. Cæsar venit, mortuo plausu. Plausum dare, impertiri, excitari ex omnibus theatris. Plausus et clamores movere. Significare alicui gratulationem maximo plausu. Incredibili clamore et plausu aliquid comprobare.*

Plautus, *Poeta.* De Clar. 60. Plautus P. Claudio, L. Portio Consulibus, mortuus est, Catone Censore. 2. ad Her. 35. Infirma ratio est, &c. velut apud Plautum. 1. Off.

Plebecula, æ, τὸ δημίδιον. 1. Att. 13. Misera et jejuna plebecula. 16. *Ibid.* 8.

Plebeius, a, um, δήμιος. Pro Sest. 19. Vestitus asper, purpura illa plebeia ac pene fusca. 9. Fa. 21. Veruntamen quid tibi ego videor in epistolis? nonne plebeio sermone agere tecum? *Ibid.* Qui tibi venit in mentem negare, Papyrium quemquam unquam, nisi plebeium fuisse? fuerunt enim patricii minorum gentium. 1. Tuscu. 55. Licet concurrant plebeii omnes philosophi: sic enim hi, qui a Platone, et Socrate, et ab illa familia dissident, appellandi videntur. Incert. De plebeia fæce sellulariorum.

Plebes, bis, *plebs*, ὁ δῆμος, ὄχλος. 3. de Leg. 9. Plebes quos pro se contra vim, auxilii ergo, decem creassit, tribuni ejus sunto.

Plebicola, æ, *popularis*, δημαγωγός. 2. contra Rull. 83. Plebicola tribunus. et Pro Sest.

Plebiscitum, ti, *ut populi scitum, tribunitia rogatio*, ψήφισμα. 2. de Orat. 199. Plebiscitis multoties consularem dignitatem minui. 2. de Fin. 54. P. Scævola trib. pleb. tulit ad plebem, vellentne de ea re quæri: quo plebiscito decreta a Senatu est consuli quæstio Cn. Cæpioni. 1. ad Her. 25. Ex plebiscito vetari facere aliquid. Pro Do. 44. Hoc plebiscitum est? hæc lex, hæc rogatio est?

Plebs, bis, *plebes, vulgus, turba, infima multitudo.* De Clar. 54. Cum plebs prope ripam Anienis consedisset. 1. Tusc. 108. In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates, domesticos. 4. Att. 1. Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Pro Milon. 96. Plebs et infima multitudo. Pro Corn. 1. Plebem ex Maniliana offensione victam et domitam esse dicit.

Adjuncta. *Aliena, infima, suspensa, et incerta, optima, urbana, optima, atque modestissima, urbana, et perdita.*

Plector, eris, *punior*, πλήττομαι, τιμωρέομαι. 2. de Orat. 280. Æmilius fecit, plectitur Rutilius. Pro Cluent. 5. Et sine invidia culpa plectatur, et sine culpa invidia ponatur. De Am. 87. Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis deligendis. 2. Off. 28. Jure igitur plectimur. 3. de Leg. 46. Ut in suo vitio quisque plectatur: vis, capite; avaritia, mulcta; honoris cupiditas, ignominia sanciatur. 1. Off. 89. Cavendum est, ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. 11. Fa. 27. Plecteris ergo, inquiunt.

Plectrum, ctri, *instrumentum, quo citharædi chordas lyræ plectunt, id est, percutiunt*, τὸ πλῆκτρον. 2. de N. 148. Itaque plectri similem linguam nostri dixere, chordarum dentes.

Plene, *plane, perfecte, cumulate*, πεπληρωμένως. 2. de Div. 2. Quæ ut plene esset, cumulateque perfecta, de divinatione ingressi sumus dicere &c. 1. Off. 46. Quoniam vivitur non cum perfectis hominibus, pleneque sapientibus. 1. Q. Fr. 1. 31. Si hoc plene vitare non potes. De Cla. 280. Perfecte pleneque eruditus. *Alii* planeque. Incer. Plene sentiam.

Plenitudo, inis, *magnitudo*, πλήρωσις, πλησμονή. 4. ad Her. 29. Cum in altero longior, aut longiores, plenior aut pleniores syllabæ erunt, ut longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius exæquet.

Syntaxis. *Plene, cumulateque perfectus. Plene sapiens homo. Perfecte, pleneque eruditus.*

Plenus, a, um, *refertus, confertus, completus, repletus, oppletus, frequens, frequentatus, redundans, affluens, cumulatus, integer, perfectus*, ὁ καὶ ἡ ἔμπλεως, κατάπλεως. 4. Ac. 118. Leucippus plenum et inane dixit esse, &c. Ver. 2. 35. Domus plena cælati argenti optimi, multæque stragulæ vestis, &c. Pro Pomp. 33. Portus plenissimus navium. Pro Font. 1. Referta Gallia negotiatorum est, plena civium Romanorum. De Cla. 114. Peracutum et artis plenum orationis genus. 5. Tusc. 67. Omnia honesta plena gaudiorum sunt. 4. Acad. 114. Turpissimum est, et plenissimum temeritatis. Postquam in Sen. 12. Somni, stupri, vini plenus. De Provinc. 19. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? 11. Fa. 27. Homo plenus officii. Ver. 4. 126. Ornamentis fanorum plena domus, villæ refertæ. 16. Fa. 14. Itaque habui noctem plenam timoribus. Pro Sest. 23. Otiosa vita, conferta et plena voluptatibus. De Sen. 1. Vir fide plenus. 10. Fa. 16. Litteræ gravissimis verbis sententiisque plenæ. 2. Ac. in Frag. Alabaster plenus unguenti. Nonius. 1. de Orat. 37. Deinceps omnia plena consi-

liorum, inania verborum videmus. *Ibid.* 59. Orator plenus et perfectus is est, qui de omnibus rebus possit varie et copiose dicere. 1. Off. 2. Orationem autem Latinam profecto legendis nostris efficies pleniorem. *Ibid.* 61. Ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus. 3. Att. 13. Ex tuis litteris plenus sum expectatione de Pompeio. De Clar. 125. Nemo plenior et uberior ad dicendum fuit. 3. de Orat. 16. Antonium jejuniorem, Crassum pleniorem aut suaviorem audivi. De Clar. 288. Subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant. 12. 21. Fa. 16. Ingredi pleno gradu. 4. ad Her. 29. Syllaba longior et plenior. 3. de Orat. 43. E plenum. 2. ad Her. 31. Perfecta et plena argumentatio. 4. de Fin. 36. Perfecta et plena sententia. De Somn. 3. Numerus plenus. 5. Tusc. 67, Ex perpetuis plenisque gaudiis vita beata existit. Pro Mil. 24. Ut haberet plenum annum atque integrum ad Præturam gerendam. 2. de Orat. 34. Quid plenius, quam omni genere cumulata oratio? Orat. 157. Si et plenum est, sit, imminutum. 2. de Div. 20. Jecur plenum.)(. *jecur exile.* 2. Att. 12. Epistola plena non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum. Con. C. Anton. Caput plenum animæ et spiritus. De reg. Ptolem. Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis.

Syntaxis. *Peracutum et artis plenum orationis genus. Turpissimum et plenissimum temeritatis. Stupri plenus. Inimicorum plenus. Plenus officii. Confertum et plenum ornamentis. Orator plenus et perfectus. Ad dicendum plenus et uber. Plenior et grandior vox. Pleno gradu ingredi. Pleno ore laudare. Plena sententia, numerus, gaudium. Vir fide plenus. Orationem efficere legendo pleniorem. Plenus expectatione de te. Syllaba longior et plenior. Perfecta et plena argumentatio. Plenus annus atque integer.*

Plera, *pro Pleraque*, πάμπολλα. 3. de Leg. 6. Minores magistratus, partiti juris plures in plera sunto. *Al. prælia.*

Plerique, *major pars*, πολλοί. 2. de Nat. 55. Ut plerique dicunt physicæ rationis ignari. 1. de Orat. 150. Est enim magni laboris, quem plerique fugimus, &c. 5. Fa. 21. Plerique eorum, quibuscum vivo necessario. 2. de Inv. 38. Partes generum pleræque. 4. Tusc. 34. Pleræque quæstiones. 5. de Fin. 12. Theophrastum adhibemus ad pleraque. Orat. 84. Pleraque ex illis convenient huic tenuitati. 1. de Orat. 149.

Plerunque, *magna, vel majore ex parte, magnam partem, maximam partem, persæpe, fere*, ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐπὶ τὰ πλεῖστα. 2. de Div. 14. Fortuita sunt, quæ plerunque, non semper eveniunt. 1. 128. Aut semper, aut plerunque. De Clar. 34. Sententia aptis constricta verbis cadit plerunque numerose. 5. Att. 16. Multis in locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerunque. 2. de Fin. 50. Plerunque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo et fama, tum &c. 1. Off. 46. Fortis animus et magnus in homine non perfecto, nec sapiente, ferventior plerunque est.

Ploratus, us, *plangor, ejulatus*, κλαῦμα, ὀλοφυρμός. 2. Tusc. 21. Edere ploratum.

Ploro, as, *ploratum edo*, ἐπιδακρύω, δακρύω. Pro Dom. 55. Senatum pro me plorare et supplicare prohibuerunt. 15. Att. 9. Plorando fessus sum.

Plostrum, stri, *plaustrum*. Ver. 1. 53. Omnia signa ex fanis, ex locis publicis, palam spectantibus omnibus, plostris evecta asportataque esse. *Alii* plaustris.

Pluit, ebat, *imber influit*, ὀμβρίζει, ὕει. 2. de Div. 58. Sanguinem pluisse, Senatui nunciatum est. Top. 38.

Pluma, mæ, τὸ πτίλον. 3. de Fi. 18. Plumæ versicolores columbis. 2. de N. 121. Pluma alias, alias squama videmus obductus. In Ara.

Quem rutila fulgens pluma prætervolat ales.

4. Att. 13. Coss. qui pluma aut folio facilius moventur.

Plumatus, a, um, *pennatus*, πτιλωτός. 2. de Nat.

Extremam nitens plumato corpore Corvus
Rostro tundit.

Plumbeus, a, um, *hebes, rudis, obtusus*, μολύβδινος. 1. Tuscul. 71. Nisi plane in physicis plumbei sumus. 4. de Fin. 48. O plumbeum pugionem! 1. Att. 13. Cum illum plumbeo gladio jugulatum iri diceret.

Plumeus, a, um, *plumis refertus*, πτίλινος, ινη, ινον. 3. Tusc. 45. Culcitra plumea.

Plurimum, *multum*, πλεῖστον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.)(. *minimum.* 2. de Inv. 1. Zeuxis muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præstabat. 1. Fa. 7. Alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est. Par. 6. Ut quisque, quod plurimi est, possidet, ita ditissimus habendus est. Pro S. R. 4. Qui apud me dignitate plurimum possunt. 1. de Inv. 25. Habere plurimum dignitatis. 1. de Orat. 123. Ut in quoque oratore plurimum est, ita maxime is pertimescit. *Ibid.* 150. Caput est quam plurimum scribere. Pro R. P. 59. An, cum credebat inductus usuris id agebat, ut haberet quam plurimum?

Plurimus, a, um, πλεῖστος, πλείστη, πλεῖστον. Pro M. Font. Equites numero plurimi e Gallia.

Plus, *magis, amplius, præter, ultra*, πλεῖον. 6. Att. 2. Pompeium mehercule plus plusque in dies diligo. 4. de Fin. 65. Alter valet plus quotidie, alter videt. 1. de Inv. 110. Nam sæpe virtus, &c. plus proficiat ad misericordiam, quam humilitas, &c. 7. Att. 3. Tantum, et plus etiam. 1. de Orat. 1. Nec autoritate quisquam apud me plus te valere potest. 8. Att. 24. Cave, putes, hoc tempore plus me quenquam cruciari, quod. &c. 1. de Nat. 5. Fieri non potest, ut plus una vera

sit. 4. Acad. 79. Sentio in columba plures videri colores, nec esse plus uno. 10. Att. 8. Ego te nimio plus diligo. 13. Fa. 29. Affuit, sed non plus duobus, aut tribus mensibus. 1. de Nat. 100. Molestum est, uno digito plus habere. Orat. 58. Nec plus uno. Pro S. R. 74. Nunquam Romæ plus triduo fuit. 9. Att. 11. Dimidio plus scripsit Clodia. Ver. 3. 77. Adducitur medimnis M. M. dimidio fere pluris quam anno superiore. Pro Sest. 85. Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis jacentem vidistis. Pro Quint. 41. At tecum anno plus vixit. 4. ad Her. 7. Quisquis enim audierit de arte paullo plus, omnia videre poterit. De Am. 58. Neque verendum est, ne plus æquo quid amicitia congeratur. 12. Att. 23. Non plus annum possum assequi, quod volo. 5. 1. Ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum. 6. 6. Non plus annum obtinere provinciam. 2. Tus. 37. Ferre plus dimidiati mensis cibaria. 1. de Leg. 6. Alius alio plus habet virium. 1. de Inv. 8. Vultis autem pecuniæ plus habere. Pro Sest. 142. Nemo Carthaginensium pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis. 5. Att. 20. et 16. 5. Quod pluris est, quam omnia. Topic. 85. Eloquentia pluris est, quam juris civilis scientia. De Provin. 12. Qui hoc etiam se pluris esse, quam collegas putat, quod, &c. 1. Off. 160. Considerate agere pluris est, quam cogitare prudenter. 12. Att. 27. Mihi conscientia pluris, quam hominum sermo. Pro Q. R. 33. Ager nunc multo pluris est, quam tunc fuit. 6. A. 10. Hic pluris habetur quam L. Trebellius. 3. de Nat. 26. Arrogantis est, pluris se putare, quam mundum. 10. Fa. 15. Pluris se putare quam alios. Parad. 6. Hæc pluris æstimanda sunt quam illa, &c. 3. Fam. 4. Ex quo tempore tu me diligere cœpisti, te ipsum quotidie pluris feci. De Arusp. 5. Itaque eum nunquam a me esse accusandum putavi, non plus quam stipitem illum, qui, &c. 1. de Div. 111. Alii, quos prudentes possumus dicere, divinos nullo modo possumus, non plus quam Milesium Thalem, qui, &c. Pro Clu. 115. Hoc pluribus verbis dicere non debeo. Pro Pomp. 19. Non possunt in civitate multi res amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. 4. ad Her. 26. Qui cum plures essent, paucis nobis exæquari non potuerunt. 1. Fa. 2. Perspiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros. 1. de In. 57. Hoc non plus quam in duas partes posse distribui puto. Top. 96. Verbane plus, an sententiæ valere debeant. 7. Att. 1. Neuter quempiam omnium pluris facere videtur, quam me. 8. 1. Facio pluris omnium hominum neminem. 3. Off. 18. Pluris putare quod utile videatur, quam quod honestum, turpissimum est. 2. de Leg. 3. Ego vero cum licet plures dies abesse, amœnitatem hanc sequor. *Ibid.* 59. Hoc plus, inquit, ne facito. Incert. Plure venit: *Id est, majori pretio.*

SYNTAXIS. *Plus plusque in dies te diligo. Tantundem, et plus etiam. Nimio plus te diligo. Uno digito plus habere, molestum est. Anno plus morari. Non plus æquo cupis. Non plus annum assequar. Quæso, ne plus sit annua provincia. Id pluris est quam omnia. Pluris se putare, æstimare, quam.*

Plusculum, *paullo plus, μικρῷ πλέον.* 5. Fam. 12. Amorique nostro plusculum etiam quam concedit veritas, largiare. 2. de Orat. 99. Causæ in quibus plusculum negotii est. *id est, paulo plus.*

Plusquam, *ultra quam, amplius.* Pro Flacc. 10. Græci semper accusatori plusquam ad rogatum respondent. 1. de Orat. 110. Ista quæ existimas plusquam ipsam artem posse prodesse.

Plutealia sigilla. *Lege,* Pluteal.

Plutia, *locus in Sicilia.* Ver. 3. 292.

Pluto, onis, *Dis pater, orcus,* Ἅιδης. 2. de Nat. 66. Dis apud Græcos πλούτων. *Lege,* Dis.

Plutonia, æ. 1. de Div. 79. Mortifera Plutonia terra in Asia.

Pluvia, æ, *imber,* ὕη. 16. Att. 16. Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt: ranæ enim ῥητορεύουσιν.

Pluvius, a, um, ἐπόμβριος. Pro Mur. 22. Tu scis ut aquæ pluviæ arceantur. Top. 39. Aqua pluvia nocens.

PO

Poculentus, a, um, *quod in potum sumi potest,* ὁ καὶ ἡ πότιμος. 2. de Nat. 141. Ea pars oris, qua esculentis et poculentis iter natura patefecit.

Poculum, li, *scyphus,* ἀγγεῖον, ποτήριον. Pro Cluen. 30. Cui cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, se maximo cum dolore mori. 1. Tuscul. 95. Cum venenum obbibisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret. Pro Cluent. 31. Jam exhausto illo poculo mortis. De Senect. 46. Pocula ut in Symposio Xenophontis, minuta atque rorantia. Pro Cluent. 92. Nam iste magnitudine poculorum bibendoque totam Asiam superavit. 2. in A. 63. In tuis illis immanibus poculis. Ver. 1. 66. Poscunt majoribus poculis.

ADJUNCTA. *Aureum, magnum, frequens, minutum atque rorans, immane, majus, maximum, mortiferum.*

SYNTAXIS. *Poculorum magnitudine et bibendo cunctos Græci superant. Poscere majoribus poculis. E poculo vinum ejicere.*

Podagra, græ, *dolor artuum, dolores pedum,* ἡ ποδάγρα. 5. de Fin. 94. Arcesilas cum podagræ doloribus arderet, &c. 2. Tusc. 45. Qui complures annos doloribus podagræ crucientur maximis. Hortens. In dolore podagræ nihilo fortior.

Poema, tis, *poetæ opus,* τὸ ποίημα. 1. Acad. 9. Atque ipse varium et elegans omni fere numero poema fecisti. Orat. 67. Platonis

locutio potius poema putandum, quam comicorum poetarum, apud quos nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. 3. Qu. Fr. 1. Componere poema ad aliquem. 1. Att. 13. Lucullus Græcum poema condidit. 1. de Orat. 217. Empedocles Physicus egregium poema fecit. I. P. 70. Is poema fecit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. 1. de Div. 66. O poema tenerum et moratum, atque molle! 2. Qu. Fr. 10. Non mehercule quisquam *μουσοπάταγος* libentius sua poemata legit, quam ego te audio, &c. 3. 5. Opus est ad poema quadam animi alacritate. 3. Off. 15. Quod in poematibus et in scripturis usuvenit. 2. de Div. 111. Non esse autem carmen illud furentis ipsum poema declarat: est enim magis artis et scientiæ, &c. 1. de Leg. 4. Alias in historia leges observandas esse, alias in poemate. 4. ad Her. 7. Cum ex orationibus aut poematibus elegeris exempla. *aliter*, poematis. *Charisius lib.* 1. *sic ait*: Itaque Cicero pro Gallio, *poematorum*; et in Oratore, *poematis* dixit.

Adjuncta. *Tragicum, comicum, epicum, melicum, dithyrambicum, egregium, electum, festivum, concinnum et elegans, recens, reconditum, tenerum, moratum, atque molle, varium, varium, et elegans.*

Syntaxis. *Poema facere, componere, condere. Quod in poematis usuvenit. Ex orationibus et poematis eligere exempla.*

Pœna, næ, *supplicium, animadversio, damnum, incommodum, mulcta, δίκη, τιμωρία.*) (*.beneficium, commodum.* Pro Corn. 20. 3. de Leg. 6. Cum magistratus judicasset, per populum multæ pœnæ certatio esto. 11. Att. 8. Nos stultitiæ nostræ gravissimas pœnas pendimus reipub. 3. de Nat. 81. Pœnas sceleris pendere, dare. Pro Sest. 140. Omnes hi reip. pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt. 2. Tusc. 23. Expendere pœnas alicui. Orat. 214. Quicunque remp. violasset, ab omnibus esse ei pœnas persolutas. De Ar. 39. Cum eas pœnas des, quæ sunt solæ hominum sceleri a diis constitutæ. 5. Tuscul. 5. Cum adhuc styli pœnas dem. 2. cont. Rull. 33. Pœnam sine provocatione, animadversionem sine auxilio dare cuipiam. Pro Dom. 134. Is pœnam hanc maternæ temeritatis tulit, ut præberet, &c. *Ibid.* 135. Et gravissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustinuit. Postquam. ad Quir. 1. Sustinere pœnam sempiternam. Pro Flac. 39. Pœna falsarum et corruptarum literarum gravis est. *Ibid.* 96. Summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita placet, sufferamus. Pro Pomp. 7. Is adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit. 3. Off. 65. Quæ qui inficiatus esset, duplicem pœnam subibat. *Ibid.* Subire pœnam dupli. Pro Sest. 145. Si scelus est amare patriam, pertuli pœnarum satis. 2. de Leg. 44. Plus pœnarum habui, quam petivi. 2. Qu. Fr. 3. Teneri ea pœna, quæ est de vi. 3. de Nat. 90. Luere pœnas. Pro Dom. 45. Pœna in cives Rom. nominatim sine judicio constituta. 9. Att. 10. Itaque do pœnas temeritatis meæ. *Ibid.* 17. Persequi pœnas alicujus. *id est*, *ulcisci pœnas illius.* De Cl. 241. Is in manifesto facinore deprehensus, pœnas legibus et judicio dedit. 24. Att. 12. Vereor, ne nobis Idus Martiæ nihil dederint præter lætitiam et odii pœnam et doloris. Brut. 15. In animadversione pœnaque duriorem esse. 2. cont. Rull. 91. Perferre omnes acerbissimas pœnas impiorum. 2. de Inv. 84. Sumere pœnas. Ver. 5. 162. Repetere pœnas ab aliquo. Pro S. R. 67. Furiæ quæ parentum pœnas a filiis repetunt. 1. de Inv. 19. Petere pœnam ab aliquo. 1. Att. 13. Petere pœnas sui doloris ab aliquo. 1. Fam. 9. Judicio persequi pœnam ab aliquo. Ver. 3. 32. Pœnam octupli commissam persequi. De Arusp. 43. Pœnam domestici sanguinis expeto. Pro Mur. 47. Morbi excusationi pœna addita est. De Ar. 39. Pœna quæ sequeretur illud scelus. 3. Off. 65. A jurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. 1. de Orat. 202. Innocentiam judiciorum pœna liberare. Pro Planc. 47. Noli observantiam sancire pœna. Pro Corn. 42. Aliquem mulcta et pœna mulctare. 2. Off. 18. Tantaque pœna eos afficiamus, quantum æquitas humanitasque patitur. 16. Fam. 26. Non poteris effugere hujus culpæ pœnam. Pro Dom. 3. Quæ te tanta pœna tuorum scelerum ac flagitiorum vexat? ut &c. Pro Corn. 20. Hanc pœnam fœderibus ascribere, ut nullus populus fœderatus civitate donari possit, &c. 1. Off. 89. Cavendum est, ne major pœna quam culpa sit. I. P. 46. Deorum immortalium hæ sunt in impios pœnæ certissimæ constitutæ. *Ibid.* 50. Aliquem pœnas patriæ diisque immortalibus, eas, quæ gravissimæ sunt, furore atque insania pendere. *Ibid.* Gravissimæ legem pœnæ. Pro Lig. 13. Ea pœna, in qua adhuc Quint. Ligarius est, non videris esse contentus. I. P. 91. Pœnam, quæ tanto facinori deberetur, subire. *Ibid.* 95. Non in eo, cui facta est injuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris ac conscientiæ pœna remansit. 11. in A. 3. Mors naturæ pœna est. *Ibid.* 29. Is pœnas diis hominibusque meritas debitasque persolvet. 3. Off. 80. Prætores conscripserunt edictum cum pœna atque judicio. De Ami. 37. Is pœnas reipublicæ graves justasque persolvit. 2. de Leg. 22. Perjurii pœna divina, exitium; humana, dedecus. *Ibid.* 64. Pœnaque est, si quis bustum violarit. Pro Mil. 15. Qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit. *Ibid.* 86. Vobis vestro in conspectu seræ, sed tamen justæ et debitæ pœnæ solutæ sunt. De Prov. 14. Quam pœnam si tum aliorum opibus evolarunt! at aliam multo majorem gravioremque subierunt. Quæ enim homini gravior pœna accidere potuit, quam non credi litteris? Pro Sest. 28. Equites Ro. daturos illius diei pœ-

nat. 1. de Fin. 47. Legum judiciorumque pœnis obligantur. Pro C. Corn. 1. Nisi pœna accessisset in divisores. De Consolat. Ut scelerum pœnas lueremus. De Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, servitus.

Adjunct. *Acerbissima, justa ac debita, minor, recens, certa, certissima, gravissima, magna, communis, crudelis, digna, dispar, gravior, iniqua, nova, sempiterna, divina.*) (*.humana, tristis, dulcior, gravis, singularis, injusta, justa, insignis, fera, legitima, atque maxima, major, levior, levissima, maxima, par, præsens, tardior.*

Syntaxis. *Pœnas alicui pendere, dependere, expendere, persolvere, solvere. Pœnam luere, ferre, imponere. Dare pœnas alicui. Sceleris, impudentiæ, styli pœnas dare, sustinere. Falsarum et corruptarum litterarum pœna. Pœnas sufferre: suscipere nullam suo dignam scelere. Pœnam subire duplicem,* vel *dupli, habere, perferre. Pœna teneri eu, quæ est de vi. Persequi,* id est ulcisci *pœnas. Judicio et legibus dare pœnas. Impiorum pœnas perferre. Pœnas sumere, repetere ab aliquo, petere, persequi judicio. Pœna et mulcta mulctare. Pœna afficere. Pœna flagitiorum vexari. Pœna in aliquem constituta. Pœnam expetere. Pœna liberare. Pœna sequitur scelus. Pœna observantiam sancire. Pœnam effugere. Pœnam fœderibus adscribere. Patriæ diisque pœnas pendere furore et insania. Pœnam evolare. Legum judiciorumque pœnis obligari. Deorum in impios pœnæ. Subire pœnam. Merita et debita pœna. Edictum cum pœna atque judicio. Si quis bustum violarit, pœna esto.*

Pœnitens, tis, *μετανόων, νοῶν, μεταμελόμενος.* 12. in Att. 6. Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii.

Pœnitet, bat, *tædet, piget, μεταμέλει.* 9. Att. 12. Non pœnitet me consilii de tua mansione. 3. de Orat. 29. Memet mei pœnitet. 6. Fam. 1. Suæ quemque fortunæ pœnitet. 2. de Inv. 9. Quod si, &c. neque eos, neque alios industriæ nostræ pœnitebit. Pro Dom. 18. Quarum rerum si quem pœnitet, eum victoriæ populi Rom. necesse est pœnitere. 6. Fam. 9. Ut eos ineptiarum suarum pœniteret. *Ibid.* 16. Hujus me constantiæ puto fore, ut nunquam pœniteat. Pro Planc. 76. Vide quam me verbi tui pœniteat; non modo, &c. De Arusp. 45. Et eo fecisse se autore dicebat, cujus autoritatis neminem posset pœnitere. De Somn. 8. Ipsa vero terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri pœniteret. 1. Fam. 7. Me meæ fortunæ non nimis pœnitet. Orat. 164. Nisi forte sic loqui pœnitet. 2. de Orat. 77. Efficiunt, ut me non didicisse minus pœniteat. 11. Att. 13. Me pœnitet, quod te offenderim. 8. 5. Etsi solet eum, cum aliquid furiose fecit, pœnitere. 2. de Inv. 43. Utrum id facinus sit, quod pœnitere sit necesse. Pro Mur. 66. Quem non pœnitebat facere idem, quod tu. 5. Tusc. 81. Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere. *Ibid.* 53. Sequitur ut nihil pœniteat, nihil desit. 7. Att. 3. Ego illi, quod de sua sententia decesserit, pœnitendum puto. 9. Fa. 5. Consilii nostri, nisi eos pœniteret, nobis pœnitendum putarem. 1. de Fin. 106. Sæpiusque relinquit causas pœnitendi, quam recordandi. 4. Tusc. 79. Tanta vis fuit pœnitendi. 3. Acad. in Frag. Quod si liceret, ut iis, qui in itinere deerravissent, sic vitam deviam secutis, corrigere errorem pœnitendo, facilior esset emendatio temeritatis. *Lact. Inst. lib.* 6. *cap.* 24. Orat. 130. Quæ qualiacunque in me sunt, me enim ipsum non pœnitet, quanta sint, sed apparent. 12. Att. 27. Quod me ipse per litteras consolatus sum, non pœnitet me quantum profecerim. 1. Off. 1. Tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. Pro Mil. 83. Viri fortis est, ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse pœniteat. 2. Att. 22. Tædet ipsum Pompeium, vehementerque pœnitet. 2. in A. 33. Num hujusce, cum pro salute reipub. tanta gessisses, fortunæ te, num gloriæ pœnitebat? 3. 17. Quos certo scio dignitatis uxorum suarum non pœnitere. Hortens. Ut calculum reducas, si te alicujus dati pœnitet.

Syntaxis. *Memet mei pœnitet, tuæ victoriæ, meæ fortunæ. Consilii tui tibi pœnitendum est. Errorem pœnitendo corrigere. Causæ pœnitendi.*

Pœnulus, li. 4. de Fin. 56. *Zenonem appellat* Pœnulum, *id est Pœnum. Citium enim Zenonis patriam, quæ in Cypro est, Phœnices, qui et Pœni dicti sunt, tenuere. Autor Diogenes Laertius.*

Pœnus, ni. 3. de Nat. 80. Cur Pœnorum crudelitati Reguli corpus est præbitum. Ver. 3. 12. Ut Hispanis et plerisque Pœnorum. De Ar. 19. Pœni præter cæteras nationes calliditate valent. 4. Acad. 98. Homo acutus, ut Pœnus, et valde studiosus.

Poesis, sis, *poema, ποίησις.* 4. Tusc. 71. Anacreontis tota poesis est amatoria. 3. de Orat. 98. Claris coloribus picta vel poesis est, vel oratio. 5. Tusc. 114. Homeri poesim videmus.

Poeta, tæ, *poeticæ peritus, ποιητής.* 1. de Orat. 70. Est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paullo, verborum autem licentia liberior. Orat. 67. Poeta virtutes oratoris persequitur, cum versu sit astrictior. 1. Tusc. 3. Antiquissimum e doctis apud Græcos est genus poetarum. De Clar. 71. Poetas ante Homerum fuisse. 5. Tusc. 63. Neminem adhuc cognovi poetam, qui sibi non optimus videretur. 1. de Div. 80. Negat sine furore Democritus quenquam poetam magnum esse posse. Pro Arch. 18. Cæterarum rerum studia et doctrina, et præceptis, et arte constant: poeta natura ipsa valet, et mentis viribus excitatur, et quasi divino quodam spiritu afflatur; quare suo jure nos-

ter ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono et munere commendati nobis esse videantur. 2. de Orat. 194. Sæpe audivi poetam bonum neminem (id quod a Platone et Democrito in scriptis relictum esse ferunt) sine inflammatione animorum existere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris. 3. 182. Poetæ, quos necessitas cogit et numeri, et modi, sic verba versu includunt, ut nihil sit ne spiritu quidem minimo brevius aut longius, quam necesse est. Pro S. R. 47. Hæc conficta a poetis arbitror esse ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus. De Ar. 59. Quis unquam tam immanem Charybdim poeta fingendo exprimere potuit? Pro Planc. 59. Quæ scripsit gravis ille et ingeniosus poeta. 2. de Orat. 61. Poetas Græcos omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attingere. Pro Arch. 25. Malus poeta de populo. Tusc. 26. Studiose equidem utor nostris Poetis. *Ibid.* 27. Sed videsne Poetæ quid mali afferant? Lamentantes inducunt fortissimos viros: molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. Sic ad malam domesticam disciplinam, vitamque umbratilem et delicatam cum accesserunt etiam Poetæ, nervos omnis virtutis elidunt. Recte igitur a Platone educuntur ex ea civitate. *Ibid.* Sed quid Poetis irascimur? 1. de Fin. 25. Poetarum evolutio. Pro Qu. Gall. Quidam poeta nominatus, cum facit Euripidem et Menandrum inter se disserentes, quantos is plausus et clamores movet? 2. de Glor. Apud eumdem poetam Ajax agit ut sepeliatur. Incer. Iis tantummodo poetis percurrendis, λυρικοὶ qui a Græcis vocantur.

Adjuncta. *Astrictior, frequentior, et liberior, novus, æqualis, familiaris, nobilis, suavis, bonus, non inutilis, durissimus, ineptus, clarissimus, disertissimus, divinus, magnus, comicus, egregius, epicus, facetissimus, innocens, gravis, et ingeniosus, iners, ingeniosus, liber, malus, sanctus, obscurus, optimus, tragicus, prudens, rudis, sapiens, summus, vetus, veterrimus, verus.*

Ποιητικά. *Lege,* Bonum, et Efficiens.

Poetica, cæ, *vel* Poetice, ces, *ars ipsa et ratio faciendorum versuum,* ποιητική. 1. Tusc. 3. Serius poeticam nos accepimus. 469. O præclaram emendatricem vitæ poeticam! Orat. 180. Poetica et versus inventus terminatione aurium, observatione prudentum. 3. de Orat. 172. Hæc duo a poetica ad eloquentiam traducenda sunt.

Syntaxis. *Poeta versu astrictior, natura valens, mentis viribus excitatus, divino afflatus spiritu, animo inflammatus, furoris afflatu præditus. Poetica et versus inventus aurium terminatione.*

Poetice, *poetarum more et modo,* ποιητικῶς. 5. de Fin. 9. Ut poetice loquar. Orat. 95. Numerus poetice vinctus.

Poeticus, a, um, ποιητικός. 1. de Orat. 151. Non poetico, sed oratorio quodam numero et modo. 3. de Nat. 77. Poetici dii. 2. Qu. Frat. 14. Poeticæ quadrigæ. 3. de Orat. 151. Poeticum verbum.

Poetria, triæ, *poesis,* ποιήτρια. Pro Cæl. 64. Poetria vetus et multarum fabularum. 1. de Inv. 36.

Ποιότης, τητος. *Lege,* Qualitas.

Pol, *jurandi vox,* νὴ τὸν Πολυδεύκη. 3. Tusc. 44.

Pol mihi fortuna magis nunc defit, quam genus. Poetæ.

Polemon, *Philosophus Stoicus.*

Polemoneus, a, um. 4. Acad. 132. Polemoneus sapiens.

Policrates, *Samius.* 5. de Fin. 92.

Poliendus, a, um, ἀπεξεστέος, έα, έον. 1. de Orat. 63. Ignarus faciundæ ac poliendæ orationis.

Polio, is, *levigo.* 2. de Leg. 59. Rogum ascia ne polito.

Polite, *ornate, eleganter, splendide,* γλαφυρῶς. Pro Cæl. 8. Ornate politeque dicere. De Cl. 76. Polite et luculente scribere aliquid. 5. de Fin. 5. Polite apteque dicere. 3. Fam. 1. Aliquid polite et subtiliter effici. 1. Acad. 2. Quæ limantur a me politius.

Syntaxis. *Poliendæ orationis ignarus. Ornate politeque. Polite et luculenter. Polite apteque. Polite et subtiliter. Polite limare.*

Polites, *vates.* 2. de Leg. 33. *aliter,* Polyades.

Politia, æ, *respublica,* ἡ πολιτεία. 1. de Div. 60. In Platonis politia. 2. 59. Platonis politiam nuper apud me mures corroserunt.

Politicus, a, um, πολιτικός. 5. de Fin. 66. Ut habeat quiddam innatum quasi civile atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant. 3. de Orat. 107. Politici philosophi. De Cl. 265. Hunc non tam cito rhetorem dixisses, quam politicum, ut Græci dicunt. 8. Fam. 1. Tui politici libri omnibus vigent. 9. Att. 3. Θέσεις politicæ. *Ibid.* 12. Utinam aliquod in hac miseria reipub. πολιτικὸν opus efficere et navare mihi liceat. 4. de Fin. 5. Eum locum, quem civilem recte appellaturi videmur, Græce πολιτικὸν, a veteribus Peripateticis, Academicisque graviter et copiose esse tractatum.

Politulus, la, lum, γλαφυρώτερος, εὐξεστότερος. 7. Fa. 33. Opus est hic limatulo et politulo tuo judicio.

Politus, a, um, γλαφυρὸς, διεξεσμένος .) (. *impolitus.* 1. de Orat. 5. Vis aliquid a nobis iisdem de rebus politius perfectiusque proferri. 2. 72. Homo communium litterarum et politioris humanitatis expers. 13. Fam. 1. Vir omni liberali doctrina politissimus. 1. de Fin. 26. Non satis politus bonis artibus. 1. de Orat. 155. Vir humanitate politus. De Cl. 326. Oratio accurata et polita. 2. de Orat. 121. Explicatio illustris et perpolita. 1. Fam. 9. Apelles Veneris caput politis-

ista arte perfecit. De Clar. 284. Politus, urbanus, elegans. 2. Att. 21. Pompeius a me pictus, et politus omnibus artis coloribus. 7. Fa. 1. Sed quæ potest esse homini polito delectatio, cum homo imbecillus a valentissima bestia laniátur? *alias*, politico: *sed* polito, *veteribus exemplaribus consentientibus, melius.* I. P. 59. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola. 3. Qu. Fr. 1. Columnæ politæ sunt.

Syntaxis. *Limatulum et politulum judicium. Politum perfectumque. Humanitas politior. Liberali doctrina politus. Accurata et polita oratio. Vita humanitate perpolita. Arte politissima perficere aliquid. Politus, urbanus, elegans vir. Pictus et politus Pompeius. Ad persuadendum politus e schola. Ascia polire.*

Pollentia, *urbs.* 11. Fam. 13.

Polleo, es, *possum, valeo,* ἰσχύω. De Clar. 242. Multum in hac urbe pollet, obedire tempori. *Ibid.* 190. Perorandi locus, ubi plurimum pollet oratio. *Ibid.* 275. Tertia pars, quam plurimum pollere diximus. 2. Off. 34. Harum duarum ad fidem faciendam justitia plus pollet. Parad. 5. Nec ulla res plus apud eum pollet, quam ejus voluntas atque judicium. 4. Tusc. 69. Filius plus pollet, potiorque est patre. Part. 76. Pollere scientia, vel virtute.

Syntaxis. *Multum pollere in patria sua. In perorationibus plurimum pollet oratio. Plus pollet ad fidem faciendam. Pollere scientia, virtute.*

Pollex, icis, *digitus in manu, qui unus plurimum præ cæteris pollet,* ὁ ἀντίχειρ. Off. 46. Athenienses sciverunt, ut Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur. 13. Att. 44. Pollex, &c. sed plane pollex, non index. *Lege,* Index.

Pollicens, tis, κατανεύων. Pro Plan. 24. Ultro pollicentes rogavi.

Polliceor, *promitto, profiteor, defero, offero,* ὑπισχνέομαι, ἐπαγγέλλομαι. Pro Plan. 101. Nihil ego tibi tum de meis opibus pollicebar, sed horum erga me benevolentiam promittebam. De Clar. 17. Ego vero expectabo ea, quæ polliceris, neque exigam, et erunt mihi grata, si solveris. 13. cont. Rull. 99. Pro certo polliceor hoc vobis atque confirmo, me, &c. 13. Att. 1. De æstate polliceris, vel potius recipis. 7. Fam. 5. Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. 1. 5. De causa regia tantum habeo polliceri, me tibi, &c. 1. Att. 8. Tibi de nostro amico placando polliceor. 10. Fa. 21. Ultro polliceri omnia cupiam. Brut. 11. Is ultro nobis pollicitus est, et dabit, &c. 4. Fa. 13. Benigne polliceri aliquid. 5. Att. 13. Liberalissime polliceri cupiam. 7. Fa. 21. Si ad eum ultro veneris, eique pollicitus fueris. 5. 8. Ego tibi profiteor atque polliceor eximium ac singulare meum studium. Pro Pomp. 69. Quidquid possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi polliceor ac defero. Pro Dom. 28. Is quæ meum tempus postularet, satis prolixe mihi pollicitus est. 1. Qu. Fr. 2. Nostræ causæ non videntur homines defuturi; mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. Pro Dom. 16. Quod nos de Cn. Pompeio pollicemur, id ille summa fide perficiet. 13. Att. 47. Phamea in consulatus petitione per te mihi pollicitus est, si quid opus esset, &c. 10. Att. 9. Græcia dextram tendit Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. 2. de Leg. 12. Contra facis, quam professus, pollicitusque es. Con. C. Anton. Ut repente gladiatores polliceretur.

Adverb. *Cumulatissime, benigne, celeriter, gratis, liberalissime, prolixe, studiose, ultro.*

Syntaxis. *Pro certo polliceor et confirmo. Polliceris, vel potius recipis. Tibi profiteor et polliceor studium meum. Polliceor hoc tibi, ac defero. Mirifice profitetur, offert, pollicetur. Contra facis quam pollicitus es. Ultro pollicentes. Prolixe polliceri de sua voluntate. Tantum habeo polliceri, me &c. Benigne polliceri, ultro, liberaliter. Suum præsidium alicui polliceri.*

Pollicitatio, onis, *promissio,* ὑπόσχεσις, ἐπαγγελία. 10. Fa. 32. Hac pollicitatione, &c.

Polluendus, a, um. Ver. 4. 99. In his sacris polluendis, quæ attingi fas non est.

Polluo, is, *violo, macula afficio, inquino, maculo, contamino, fœdo, perverto, conturbo,* μολύνω. Pro S. R. 7. Noluerunt in mare deferri, ne ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur. Pro Dom. 105. Iste qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio et stupro polluit cerimonias. De Arusp. 24. Ut eos ludos hæc lues impura pollueret. *Ibid.* 27. Qui Castissimos ludos omni flagitio pollueres. Pro S. R. 65. Polluere omnia jura divina et humana scelere nefario. 11. in A. 29. Qui omnia deorum hominumque jura inexpiabili scelere polluit.

Pollutus, a, um, μεμιασμένος, μολυνθείς. Ver. 5. 186. Sacra ab isto polluta et violata.

Polus, li, *vertex,* πόλος. 2. de N. 105.

Extremusque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur esse polus.—

Polybius, bii. 3. Off. 113. Nam Polybius bonus autor in primis scribit, &c.

Polybus, bi, *vates.* 1. de Div. 89.

Polycletus, ti, *qui signa ænea faciebat.* 2. de Orat. 70. Ver. 4. 5. et de Clar. 70. Polycletus Herculem finxit cum pelle et hydra.

Polydius, *vates.* 4. 5. de Leg. 33. *aliter,* Poletes.

Polygnotus, *pictor.* de Clar. 70.

Polypus, pi, *piscis, de mollium genere, a pedum multitudine sic appellatus,* πολύπους, οδος. 9. Fam. 16. Aut etiam polypum Miniani Jovis similem.

Pomarium, rii, *hortus arboribus consitus,* ὁ παράδεισος. De Senect. 54. Pomaria et horti.

Pomeridianus, a, um, *postmeridianus*, δειλινός. 3. de Orat. 119. Ambulatio antemeridiana, aut pomeridiana sessio. Orat. 157. Pomeridianas quadrigas, quam postmeridianas, libentius dixerim. 12. Att. 52. Pomeridianæ litteræ.

Pomerium, *vel* Pomœrium, rii, *locus circum mœnia vacuus, non tam quod post mœnia esset, quam quod murus post eum, appellatus est*, τὸ πωμήριον. 2. de Nat. 11. Cum pomœrium postea intrasset. *Ibid.* Cum idem pomœrium transiret. 2. de Div. 75. De jure pomœrii *Vide Alexandrum ab Alexandro Genial. dierum lib.* 6. *cap.* 14.

Pompa, pæ, *spectaculum, apparatusque solemnis cum ostentatione et magnificentia quadam, qualis fieri solet in publicis supplicationibus et triumphis*, ἡ πομπή. 5. Tuscul. 90. Socrates, in pompa cum magna vis auri argentique ferretur: Quam multa non desidero, inquit. 2. de Orat. 94. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. 42. Epidicticon genus pompæ, quam pugnæ aptius. *Ibid.* Verum hæc ludorum atque pompæ: nos autem jam in aciem dimicationemque veniamus. 4. Tuscul. 47. Illa quidem ex Rhetorum pompa. 2. de Orator. 294. Adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam, et pugnæ similem fugam. 13. Att. 28. Hic de pompa Quirini contubernabilis. Pro Mil. 34. Cadaver P. Clodii spoliatum exequiis, pompa, laudatione, &c. 1. Off. 131. Ut pomparum ferculis similes esse videantur. I. P. 24. At fuit pompa, fuit species, fuit incessus, saltem Seplasia dignus et Capua. Qu. de Pet. 40. Postremo tota petitio cura ut pompæ plena sit, ut illustris, ut splendida, ut habeat summam speciem ac dignitatem. 15. Att. 13. Is non ea pompa, ad me tamen clam venturus est. 2. Fam. 16. Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum.

Syntaxis. *Magna vis auri in pompa fertur. Hæc ludorum sunt atque pompæ, non aciei. In dicendo speciem et pompam adhibere. Cadaver exequiis, pompa, laudatione spoliatum. Est species, est pompa. Pompæ plena petitio, illustris, splendida, speciem summam et dignitatem habens.*

Pompeia, *via.* Ver. 5. 168.

Pompeius, eii. 2. Att. 9. Pompeius, Cæsar, Crassus, tres homines immoderati. *Ibid.* 21. Itaque ille amicus noster (*Pompeius*) insolens infamiæ, semper in laude versatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo se conferat nescit, progressum præcipitem, inconstantem reditum videt: bonos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. *Ibid.* Non tenui lacrymas, cum illum ante VIII. Kalend. Sextil. vidi de edictis Bibuli concionantem, qui antea solitus esset jactare se magnificentissime illo in loco, summo cum amore populi, cunctis faventibus: ut ille tum humilis, ut dimissus erat? ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat? O spectatulum uni Crasso jucundum, cæteris non item! Nam quia deciderat ex astris, lapsus potius, quam progressus videbatur: et, ut Apelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum cœno oblitum videret, magnum, credo, acciperet dolorem: sic ego hunc, omnibus a me pictum et politum artis coloribus, subito deformatum non sine magno dolore vidi, &c. Ver. 5. 180. Posteaque Pompeius humili atque obscuro loco natus, nonne plurimis inimicitiis maximisque suis periculis ac doloribus amplissimos honores est adeptus? 6. Fam. 6. Nemo est tam inimicus ei caussæ, quam Pompeius, animatus melius quam paratus, susceperat. 9. Att. 6. Mirandum enim in modum Cneus noster Sullani regni similitudinem concupivit. 7. Famil. 3. Desperans victoriam, primum cœpi suadere pacem, cujus fueram semper auctor: deinde cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui, ut bellum gereret. 8. 9. Pompeius tuus aperte Cæsarem vetat provinciam tenere cum exercitu, et consulem esse. 8. Att. 16. Nec vero ille me ducit (*puta, Pompeius*) qui videtur: quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium jam ante cognoram; nunc vero etiam ἀστρατηγικώτατον. *Ibid.* 3. Omitto illa vetera, quod istum (*Cæsarem*) in remp. ille (*Pompeius*) aluit, auxit, armavit: ille legibus per vim, et contra auspicia ferendis auctor: ille Galliæ ulterioris adjunctor: ille gener: ille in adoptando P. Clodio augur: ille restituendi mei, quam retinendi, studiosior: ille provinciæ propagator: ille absentis in omnibus adjutor: idem etiam tertio consulatu, postquam esse reipub. defensor cœpit, contendit, ut x. tribuni plebis ferrent, ut absentis ratio haberetur: quod idem ipse sanxit lege quadam sua, Marcoque Marcello Cos. finienti provincias Gallias Kalend. Mart. restitit. 7. 26. Ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, negavi esse: non quin rectum esset; sed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Plane eum, cui Cneus noster alterum consulatum deferret et triumphum, at quibus verbis? Pro suis gestis amplissimis, inimicum habere nolueram. 16. Fa. 11. Ex hac quoque parte diligentissime bellum comparatur. Id fit auctoritate et studio Pompeii nostri, qui Cæsarem sero cœpit timere. 8. 14. Cn. Pompeius constituit non pati C. Cæsarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit. 8. Att. 1. Unus Pompeius me movet, beneficio, non auctoritate: quam enim ille habeat auctoritatem in hac causa, qui, cum omnes Cæsarem metuebamus, ipse eum diligebat? postquam vero ipse metuere cœpit, putat omnes hostes illi oportere esse? *Ibid.* 7. Quod enim tu meum laudas, et memorandum dicis, malle quod dixerim, me cum Pompeio vinci, quam cum istis vincere: Ego vero malo: Sed cum illo Pompeio, qui tum erat, aut qui mihi esse

videbatur. 10. in A. 2. Si aliquid de summa gravitate Pompeius, multum de cupiditate Cæsar dimisisset, et pacem stabilem, et aliquam remp. nobis habere licuisset. 3. Off. 82. Quid, qui omnia recta et honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur, nonne idem faciunt, quod is (*Pompeium intelligit*) qui etiam socerum habere voluit eum, cujus ipse audacia potens esset? Postqu. in Senat. 28. Pompeius propter metum dimicationis et sanguinis (*absente Cicerone*) domo se tenuit. Pro Flacc. 67. Cn. Pompeius, captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil attigit. Pro Pomp. 62. Pompeius ex Senatusconsulto legibus solutus, Consul ante factus quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset. *Ibid.* 67. Quasi vero Cn. Pompeium non cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus. Pro Sest. 67. Pompeius, omnibus bellis terra marique compressis, imperium populi Romani orbis terrarum terminis definivit. Pro Arch. 24. Noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit, nonne Theophanem Mytilenæum scriptorem rerum suarum in concione militum civitate donavit? 5. in A. 39. Pompeio enim patre, quod imperii populi Romani lumen fuit, extincto, interfectus est patris simillimus filius. Pro Sest. 129. Nam quid ego illa de me divina senatusconsulta commemorem? vel quod in templo Jovis Optimi Maximi factum est, cum vir is, (*Pompeius*) qui tripertitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adjunctas huic imperio notavit, de scripto sententia dicta, mihi uni testimonium patriæ conservatæ dedit? De Arusp. res. 49. Si Cneo Pompeio viro uni omnium fortissimo, quicunque nati sunt, miserum magis fuit, quam turpe, quandiu ille (*Clodius*) tribunus plebis fuit, lucem non aspicere, carere publico, minas ejus perferre, cum in concionibus diceret, velle se in Carinis ædificare alteram porticum, quæ Palatio responderet, certe mihi exire domo mea, ad privatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reipub. gloriosum. *Pompeii in re militari peritiam vide in Oratione pro Manilia lege.* 5. Att. 7. Ego cum triduum cum Pompeio, et apud Pompeium fuissem, proficiscebar Brundusium ad XIIII. Calend. Junii, civem illum egregium relinquebam, et ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimum. 2. Fa. 8. Tantum habeto, civem egregium esse Pompeium, et ad omnia, quæ providenda sunt in repub. et animo et consilio paratum. 3. 11. Pompeius omnium seculorum et gentium princeps. 7. Att. 16. Pompeius luculentus scriptor. 2. Qu. Fr. 3. Ad IIII. Id. Febr. Milo affuit. Dixit Pompeius, sive voluit. Nam ut surrexit, operæ Clodianæ clamorem sustulerunt; idque ei perpetua oratione contigit, non modo ut acclamatione, sed ut convicio et maledictis impediretur. 2. Att. 17. Pompeius ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται. *Ibid.* 13. Quanto in odio amicus noster Magnus? cujus cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenescit. 4. Fa. 7. Sed idem etiam illa vidi, neque te consilium civilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeii, nec genus exercitus probare, semperque summe diffidere. 7. 3. Ex eo tempore vir ille summus (*Pompeius*) nullus imperator fuit. Signa tirone et collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit, victus turpissime, amissis etiam castris, solus fugit. 11. Att. 6. De Pompeii exitu mihi dubium nunquam fuit. Tanta enim desperatio rerum ejus omnium regum et populorum animos occuparat, ut, quocunque venisset, hoc putarem futurum. Non possum ejus causa non dolere, hominem enim integrum, et castum, et gravem cognovi. 1. Tusc. 86. Pompeio nostro familiari, cum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum, coronati Neapolitani fuerunt: nimirum etiam Puteolani vulgo ex oppidis publice gratulabantur. Ineptum sane negotium et Græculum: sed tamen fortunatum. Utrum igitur, si tum esset extinctus, a bonis rebus, an a malis discessisset? certe a miseris; non enim cum socero bellum gessisset: non imparatus arma sumsisset: non domum reliquisset: non ex Italia fugisset: non, exercitu amisso, nudus in servorum manus et ferrum incidisset: non liberi defleti: non fortunæ omnes a victoribus possiderentur: qui, si mortem tum obiisset, in amplissimis fortunis occidisset, is propagatione vitæ, quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates? 2. in A. 24. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim. Ea velim reprehendas, si potes; unum, ne quinquennii imperium Cæsar prorogaretur; alterum, ne pateretur fieri, ut absentis ejus ratio haberetur: quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias nunquam incidissemus. Atque idem cum jam omnes opes et suas et populi Romani Pompeius ad Cæsarem detulisset, seroque eadem sentire cœpisset, quæ ego ante multo prævideram; inferrique patriæ bellum nefarium viderem, pacis, concordiæ, compositionis auctor esse non destiti: meaque illa vox est nota multis: Utinam, Cn. Pompei, cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses! fuit alterum gravitatis, alterum prudentiæ tuæ. *Vide*, Cæsar.

Pompeianus, a, um. 6. Fam. 6. Pompeianus nemo est tam inimicus ei causæ, &c. qui malos cives dicere, aut viros improbos audeat. Pro Sull. 61. Adsunt pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur. *Ibid.* 62. Ac ne hæc quidem P. Sullæ mihi videtur silentio prætereunda esse virtus, quod, cum ab hoc illa colonia deducta sit, et cum commoda colonorum a fortunis Pompeianorum Reipub. fortuna diviserit, ita carus utrisque est atque jucundus, ut &c. *Ibid.* 59. Jam vero quod subjicit, Pompeianos esse

a Sulla impulsos, ut ad istam conjurationem, et ad hoc nefarium facinus accederent, id cujusmodi sit, intelligere non possum.

Pompeianum, ni, *villa*. 1. Att. 16.

Pompeii, orum, *oppidum*. 2. con. Rul. 85. et pro Syl.

Pomum, mi, τὸ μῆλον. 2. de Na. 158. Pomorum jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus. De Sen. 71. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur: si matura et cocta, decidunt. Oecon. 3. Oleum, ficus, poma non habet.

Ponderandus, a, um, σταθμητέος. 3. de Orat. 148. Delectus est quidam habendus, atque is aurium quodam judicio ponderandus. Pro Font. 11. Ad unamquamque rem æstimandam, momentoque suo ponderandam. Par. 117. Fides ex fortuna ponderanda non est. De Cla. 257. Non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est. Pro Sull. 69. Quod quisque admiserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum. Pro Planc. 84. Vos qui in causis ponderandis omnes fere repudiatis. 5. Tusc. 72. Dialectica, ex qua summa utilitas existit ad res ponderandas. 1. Off. 49. In quo tamen in primis quo quisque animo fecerit, ponderandum est.

Ponderans, tis, σταθμῶν. 1. de L. 39. Epicurei omnia voluptatibus et doloribus ponderantes *id est*, metientes.

Pondero, as, *pendo, appendo, expendo, examino, æstimo*, σταθμάω, σταθμάομαι. Pro R. P. 12. Judex non solum quid possit, sed etiam quid deceat, ponderare debet. Ver. 1. 42. Magnitudine rerum crimina ponderare. 2. Off. 57. Ea quæ fiunt, judicio certo ponderare.

Ponderor, aris. Pro Cæc. 60. Causæ ratione, non vocibus ponderari debent. 5. Tusc. 120. Cum ea re, non verbis ponderentur. 2. Fa. 6. Si mea essent officia tanta, quanta magis a te ipso prædicari, quam a me ponderari solent. I. P. 98. Non eventis, sed factis cujusque fortunam ponderari.

Syntaxis. *Officia, causas, fortunam ponderare. Omnia suo commodo ponderare. Non eventis, sed factis res ponderare.*

Ponderosus, a, um, *gravis*, βαρύς. 2. Att. 12. Huic puero da ponderosam aliquam epistolam.

Pondo, *mina, quam libram alii vocant*, ἡ μνᾶ, ᾶς. Pro Cluent. 179. Is armarii fundum exsecuit, et sestertiorum et auri quinque pondo abstulit. Pro Fl. 68. Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum paulo minus. Pro Sest. 2. de Inv. 116. Centum pondo vasorum argenteorum. Parad. 3. Non est vir bonus, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset, auri pondo decem reddiderit, si idem in decem millibus pondo idem non fecerit.

Pondus, eris, *gravitas, momentum*, βάρος. De Somn. 10. In terram feruntur omnia suo motu pondera. De Fat. 48. Omne pondus, nulla re impediente, moveatur, et feratur necesse est. *Ibid.* 22. Motus extra pondus et plagam. *Ibid.* 24. Atomos gravitate et pondere moveri. 2. in A. 66. Magnum optimi pondus argenti. Pro Cæc. 12. Grande pondus argenti. De Senect. 55. Magnum auri pondus. 3. de N. 83. Aureum amiculum grandi pondere. Ver. 1. 45. Audistis ex æde Minervæ grande auri pondus ablatum. 1. Tus. 45. Cum sui similem levitatem adeptus est, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur. Pro Pl. 79. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, quid cui debeam.

Vis, autoritas, gravitas, momentum. 2. de Orat. 73. Sententiarum gravitate, verborum ponderibus est utendum. 3. de N. 85. Grave ipsius conscientiæ pondus est. 2. Off. 79. Non enim numero hæc judicantur, sed pondere. 3. 35. Honestas omni pondere gravior est habenda, quam cætera omnia. Pro Corn. 60. Si mea autoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet. 9. Att. 11. Dubitanti mihi quid me facere par sit, permagnum pondus affert benevolentia erga illum, &c. Topic. 73. Persona non qualiscunque testimonii pondus habet. 2. de Orat. 302. Pondus in vita. In Vat. 9. Id est maximi momenti et ponderis. 11. Fam. 29. Quod in utramque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, judicium et consilium tuum. 1. 9. Sed idem scribit, meas litteras magnum apud te pondus habituras. 2. 19. Sed tuæ litteræ maximi sunt apud me ponderis. 1. Off. 45. Sin minus plures causæ et majores, ponderis plus habebunt. Pro Planc. 4. Ea non ita magni ponderis apud me esse debent. 10. Att. 1. Ejus filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille. 116. Addis etiam, iis, qui pondus habent, factum nostrum probari. De Clar. 141. Σχήματα in verbis pingendis habent pondus. Orator. 26. Diligenter examinans verborum omnium pondera.

Adjuncta. *Contrarium, infinitum, dignum, inæstimabile, grande, grave, magnum, majus, maximum, naturale, permagnum.*

Syntaxis. *Pondus fertur motu suo in terram. Motus extra pondus et plagam. Gravitate et pondere moveri. Aureum amiculum grandi pondere. Grande auri pondus auferre. Paribus examinatus ponderibus. Suis ponderibus examinare aliquid. Verborum ponderibus uti. Conscientiæ pondus. Non numero, sed pondere aliquid judicare. Tua auctoritas satis ponderis habet apud me. Magnum pondus afferre alicui. Testimonii pondus habere. Id est maximi momenti ac ponderis. Magnum pondus accedit ad tollendam dubitationem.*

Pone, *post*, ὄπισθε, ὄπισθεν. De Univ. 41. Ante, pone, ad dextram, ad lævam, sursum, deorsum. *Ibid.* 33. Et pone quos, aut ante labantur.

Ponendus, a, um, *statuendus*, θετέος. 5.

Tus. 87. Ut omnia, quæ sine honestate sint, longe et retro ponenda censeat. 1. de Orat. 252. Subsidium senectutis in eorum, qui consultum veniant, multitudine non esse ponendum.

Adhibendus. 1. de Fin. 1. Sed tantum studium, tamque multam operam ponendam non in eo arbitrantur. Hortens. In his studiis nobis omnis opera et cura ponenda est.

Adscribendus. 2. de Orat. 199. Non continuo si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse ponendum.

Statuendus. De Clar. 140. Ipsum Latine loqui, est in magna laude ponendum. Topic. 71. Consilio juvare cives, magna in laude ponendum est.

Deponendus. Orat. 199. Ponendus est enim ille ambitus, non abjiciendus. Hortens. Ponendæ sunt fides, et tibiæ.

Pono, is, *propono,* τίθημι. 13. Att. 27. Ponere operam alicui: *id est, dare negotium.* 3. de Orat. 161. Ponere aliqua pæne in conspectu animi. 1. de Inven. 88. Ponere exemplum vitiosum, et vitium obscurius positum. Pro Cæc. 32. Nunc rem ipsam ponamus. 9. Fam. 16. Ponere quæstionem. 1. Tusc. 7. et 1. de Orat. 102. Ponere quæstionem alicui. De Amic. 41. Carbo, quem modo posui. 7. 158. Ponere rem in medio. 2. de Orat. 2. Doctoribus nostris ea ponere in percunctando.

Depono. 5. Tusc. 60. Tunicam ponere. 2. Acad. Scelera ponere.

Adhibeo, adjicio. 1. de Div. 93. Ægyptii omnem curam in siderum cognitione posuerunt. 1. Qu. Fr. 1. 33. Animum, curam, cogitationemque tuam pone in omnium laude undique colligenda. De Clar. 105. Ponere multum operæ in aliqua re. 1. Tuscul. 44. Ponere se totum in contemplandis rebus. 52. Ponere curam in aliqua re. 1. Off. 78. In quibus multum operæ studiique ponendum est. Pro Mur. 45. Ponere totum animum atque omnem curam, operam, diligentiamque suam in aliquo negotio.

Consumo. De Clar. 87. Ponere totum diem in consideranda aliqua re. 3. de Orat. 17. Ponere tempus in aliqua cogitatione, vel negotio. 1. Att. 10. Ponere tempus in aliquo loco. 15. Fam. 2. Ponere tempus in aliquo magno officio. 6. Att. 2. Nonis Maii in Ciliciam cogitabam: ibi cum Junium mensem consumpsissem, Quintilem in reditu ponere. 11. 25. Itinera ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. 5. Fam. 21. Ponere diem cum aliquo.

Dico, pronuncio. 2. de Leg. 6. Recte igitur Magnus ille noster, me audiente, posuit in judicio, cum pro Albio tecum simul diceret, Rempub. nostram justissimas huic municipio gratias agere posse. *posuit in judicio, id est, dixit.* 3. de Fin. 58. Animadverto, te isto modo paulo ante ponere: et scio ab Antiocho nostro dici sic solere. *et hic* ponere *pro dicere, positum est:* Postq. ad Quir. 16. Tum in perorando posuit, vos rogari a Senatu, &c. 1. Fam. 9. Ut paulo ante posui. 12. 15. Ut ego posui. Pro C. Corn. 1. Ponam principium justissimæ libertatis Cassiam legem.

Figo, statuo, repono, censeo, reputo, colloco, judico, puto. 5. Att. 11. Apud Patronum te in maxima gratia posui. 66. Ac te apud eum, dii boni! quanta in gratia posui? 10. in A. 17. Ut in eo multum præsidii Reipub. poneret. 10. 20. Ut male posuimus initia, sic cætera sequentur. 1. de Leg. 38. Quidam, virtutibus exceptis atque vitiis, cætera in summa æqualitate posuerunt. 6. Fam. 1. Ponere aliquid in hoc consolationis. 4. 9. Ponere aliquid in minimis: *id. putare.* 3. de Fin. 29. Ponere mortem in malis. 4. Acad. 92. Ponere multum in aliqua re: *id est, magni æstimare.* 2. de Orat. 85. Tantum ego in excellente oratore pono esse ornamenti universæ civitati. 2. Att. 23. Credibile non est, quantum in prudentia tua et fide ponam. Qu. de Pet. 21. Bene ponere. 13. Fam. 54. Ponere beneficium apud gratos homines. *Ibid.* 28. Bene ponere beneficium apud aliquem. *Ibid.* 55. Bene ponere studium suum et officium apud aliquem. 2. 6. Præclare ponere apud aliquem. 13. 64. Apud ipsum præclarissime posueris. Ver. 3. 212. Neque ego hoc in tua laude pono. 15. Fam. 4. Ponere aliquid in loco beneficii, vel testimonii, vel judicii. 10. 33. Ponere aliquid loco sceleris. 15. 4. Ponere aliquid in loco beneficii. I. P. 31. Maledicti et contumeliæ loco ponere aliquid. Pro Dom. 116. Non est ausus suum nomen emptioni illi adscribere, posuit scilicet Statonem illum, &c. Div. 26. Ponere in oratione sua: *id est, dicere.* Orat. 26. Ponere aliquod verbum insolens. De Cla. 276. Hoc ipsum etiam posui pro argumento, quod ille, &c. Parad. 6. Quem enim intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? 1. de Orat. 110. Ponere omnem vim dicendi in arte. 3. Att. 22. Sed id quidem mihi in optima spe pono. 10. Famil. 26. Ponere maximam spem victoriæ in aliquo. *Ibid.* Ponere magnum fructum in perpetuitate laudis. De Cl. 165. Etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono satis in eo fuisse orationis. Topic. 55. Hunc metuere, alterum in metu non ponere. Orat. 58. Natura in omni verbo posuit acutam vocem. 2. de Leg. 5. Patria, cui nos totos dedere, et in qua nostra omnia ponere, et quasi consecrare debemus. In Vat. 38. Vatinius in tribunatu gratis nihil fecit, qui omnia in pecunia posuit. Pro Planc. 93. Libertatem tu ponis in eo, si semper cum iis, quibuscum aliquando contendimus, depugnemus. 2. C. 20. Quos ego in eodem genere prædatorum pono. Pro Cluent. 57. Ut quæcunque dicendi potestas esset data, in honore atque beneficio ponerent. 5. Fam. 5. Ne forte idipsum verbum

ponam, quod, &c. 2. de Finib. 24. Ponere omnia in voluptate. *Ibid.* 86. Beate vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis: alii contra omnem infelicitatem in dolore. De Opt. 12. Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. Orat. 53. Qui ponunt eloquentiam in orationis celeritate. De Univ. 39. Ponere se extra culpam. 2. de Div. 97.

Ponor, eris. 2. de Fin. 86. Id oportet totum poni in potestate sapientis. 3. Qu. Fr. 8. Plura ponuntur in spe, quam in pecuniis. Qu. de Pet. 1. Ut illa, quæ in re dispersa atque infinita viderentur esse, ratione et distributione sub uno aspectu ponerentur. 9. Fam. 15. Equidem cum in mentem venit, ponor ad scribendum. 3. Tusc. 14. Confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, 2. Off. 3. Resp. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat. 1. de Legib. 44. Ut honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. 6. Att. 1. Quare non εἴχεται industria tua, sed præclare ponitur. Qu. de Pet. 37. Operam apud aliquem optime poni. De Fat. 12. Quod in Fabio certum ponitur, ortum esse eum canicula oriente. Pro Corn. 25. Certe ille populus in superiore conditione causaque ponitur, cujus majestas fœderis sanctione defenditur. Pro Cœl. 55. Res minime dubitanda in contentione ponitur, utrum, &c. Pro Flac. 21. Lex obsignatas tabulas in publico poni voluit. 1. de Orat. 141. Genus causarum, quod in laudandis hominibus vituperandisque poneretur. 3. Off. 19. Exempli causa ponatur aliquid, quod pateat latius. De Univers. 26. Longior ponatur oratio. Orator. 82. Idem in oratione humili ponitur. 2. de Finib. 100. Hoc ipsum elegantius poni meliusque potuit. *Ibid.* 13. Voluptas omnium Latine loquentium more, in corpore ponitur.

Adverb. *Continenter, præclare, præclarissime, bene, breviter, candide, simpliciter, sigillatim, eleganter, melius, elegantiusque, libentius, recte, male, melius, optime, propemodum, quam maxime, rectissime, strictim, titubanter, severe.*

Syntaxis. *Aliquid longe et retro ponere. Subsidium senectutis ponere in &c. Magnum studium magnamque operam ponere in re aliqua. Operam et curam in studiis ponere. Ponere aliquid alicui in crimine et fraude capitali. In laude aliquid ponere. Ponere aliquid in medio. Ponere quæstionem alicui. Ponere aliquid doctoribus in percunctando. Id modo posui. Ponere se totum in contemplandis rebus. Ponere diem cum aliquo. Posuit in judicio, esse &c.* id est, dixit. *Ut paullo ante posui. Ponere aliquem in gratia apud alium. Ponere multum præsidii in aliquo. Ponere aliquid in malis,* aut *bonis. Ponere beneficium apud gratos homines. Bene ponere beneficium, studium suum, officium. Ponere aliquid in loco beneficii, in loco testimonii, in loco judicii, in loco sceleris. Ponere aliquem loco hostis. Ponere aliquid in maledicti, et contumeliæ loco. Ponere in optima spe. Ponere spem victoriæ in aliquo. Ponere aliquem in metu. Omnia in pecunia ponere, in voluptate, in honore. Ponere se extra culpam. Ponere aliquid in potestate alterius. Sub uno aspectu multa ponere. Ponere in vitio, in virtute. Industria præclare ponitur. In contentione ponitur. Tabulæ in publico positæ. Exempli causa aliquid ponere. Id elegantius meliusque poni potest.*

Pons Argenteus, *qui supra argentum flumen erat.* 10. Fam. 35.

Pons, tis, γέφυρα. Ver. 4. 117. Eorum conjunctione pars oppidi angusto ponte rursum adjungitur et continetur. 10. Fa. 23. Pontes, quos fecerant, interrumpi. 2. de Legib. 10. A tergo pontem interscindi jussit. In Vat. 21. Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. 3. de Leg. 38. Pontes etiam lex Maria fecit angustos. 1. ad Her. 21. Pontes disturbat, cistas dejicit. Pro S. R. 99. Senes sexagenarii more majorum de ponte in Tyberim dejiciebantur. 3. C. 57. Pons Milvius. 10. Fa. 18. Pontem, quem in Hisara feceram, castellis duobus ad capita positis, reliqui. *Ibid.* 15. In Hisara flumine maximo, ponte uno die facto, exercitum ad quartum Idus Maii traduxi.

Ponticulus, li, ἡ μικρὰ γέφυρα. 3. Qu. Fr. 1. Ponticulus qui est ad Furinæ. 5. Tusc. 59. Fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxit.

Pontifex, icis, *antistes cæremoniarum et sacrorum, autor et magister publicæ religionis, qui publicis sacerdotiis præest, qui sacris præest, sacerdos populi Rom. antistes deorum immortalium, antistes sacrorum,* ἀρχιερεύς. De Senect. 30. L. Metellus Pont. Max. viginti et duos annos ei sacerdotio præfuit. 3. de Nat. 80. Qu. Scævola pontifex maximus. 2. de L. 20. Divis aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. 1. de Nat. 124. Sacris pontifices, auspiciis augures præsunt. 2. de Orat. 52. Pontifex maximus res omnes singulorum annorum litteris mandabat, efferebatque in album, &c. 3. 73. Pontifices veteres, propter multitudinem sacrificiorum, tres viros epulones esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa instituti. *Ibid.* Comitia pontificis maximi. Pro Dom. 31. Si cujus forte pontificis animum offendi. *Ibid.* Alio modo constituere de religione pontificum, quam cæremoniarum jus postulat. De Arusp. 12. P. Albinovanus, Qu. Terentius pontifices minores. 1. de Orat. 193. In pontificum libris, et in duodecim tabulis plurima est antiquitatis effigies.

Adjuncta. *Magnus, minor, maximus, peritissimus, vetus.*

Pontificalis, le, ἀρχιερευτικός. 2. de L. 52. Pontificalis autoritas. *Ibid.* 55. Pontificalis compositio juris. *Ibid.* 57. Jus pontificale.

Pontificatus, us, *amplissimum sacerdotium,* ἱεραρχία. De Ar. 18. Statas solemnesque cæremonias pontificatu contineri.

Pontificius, a, um, *pontificalis,* ἀρχιερατικός.

sic. Pro Dom. 36. Nego istam adoptionem pontificio jure factam. 3. de Nat. 43. Meliora didici de colendis diis immortalibus jure pontificio, et more majorum. Pro Dom. 32. Jus religionis: *id est, jus pontificium.* 1. de Nat. 84. Nominum non magnus numerus, ne in pontificiis quidem nostris: *scilicet libris.* 2. de Leg. 53. Habeo jus Pontificium. 1. Tuscul. 27. Idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio jure, et cæremoniis sepulchrorum intelligi licet.

Pontina, *villa.* 4. Att. 14.

Pontinum, *locus.* Att. 7. 5. et 2. de Orat. 90.

Pontinius. De Pro. 32.

Pontus, ti, *mare, ὁ πόντος, ου.* Ver. 4. 129. Alterum in ponti ore, et angustiis. 1. de Orat. 174. Pontus Euxinus. 2. de Div. 14.

Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti.

Popilia. 2. de Leg. 55.

Popina, næ, *ganea, culina, ὀπτανεῖον.* 2. C. 4. Quorum æs alienum contractum in popinam nullum Reipubl. motum afferre poterat. I. P. 13. Cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses. *Ibid.* 18. Tu ex tenebricosa popina extractus. 2. A. 69. Hujus in sedibus pro cubiculis stabula, pro tricliniis popinæ sunt. 3. 20. Vino et epulis retentus est, si epulæ potius, quam popinæ nominandæ sunt. 13. 24. In lustris, popinis, alea, vino tempus ætatis omne consumpsisses.

Syntaxis. *In popinam contrahere æs alienum. Inhalare alicui popinam tetram. Ex popina tenebricosa extrahi.*

Poples, itis, *pars posterior genu, et quasi sinus; nam ibi plicatur ipsum genu, ἡ ἰγνύς, ύος.* 1. de Nat. 100. Redundans poplitibus et pedibus.

Popularis, re, *vulgaris, δήμιος. Id signat quod vulgo dicitur,* conterraneus. *Populares quoque recte iis dici possunt, qui non tam mœnibus, quam legibus, aut principe, aut lingua eadem utuntur.* 2. Off. 35. Popularibus verbis est agendum, et usitatis, cum loquemur de opinione populari. 1. de Orat. 108. Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata. Pro C. Corn. 1. Quod passus esset, a populari consessu senatoria subsellia separari.

Populi studiosus. 1. Off. 85. Ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur. De Arusp. 42. Ut homo popularis fraudaret improbissime populum. *Ibid.* 43. M. Scaurum scimus dolore factum popularem. *Ibid.* Longius, quam voluit, popularis aura provexit. Pro Sest. 36. Qui ea quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini jucunda esse volebant, populares habebantur. 11. in A. 16. Extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est. Pro Clu. 77. Quintius homo maxime popularis, qui omnes rumorum et concionum ventos colligere consuesset. 16. Att. 16. Erat enim popularis, ut noras: *id est, Cæsar.* 4. C. 9. Video quid intersit inter levitatem concionatorum, et animum vere popularem, et saluti populi consulentem. Div. 8. Censorium nomen jam populare atque plausibile factum est. Pro Sest. 37. Causa popularis. De Clar. 97. Homo non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia et severitate popularis. 4. C. 10. De Cl. 164.

Civis. 1. de Leg. 62. Seseque non popularem alicujus loci, sed civem totius mundi, quasi unius urbis agnoverit.

Conterraneus. 4. Ac. 18. At hoc Thales Anaximandro populari et sodali suo non persuasit. 10. Att. 1. Solon popularis tuus.

A populo editus. 2. de Leg. 9. Lex popularis: *id est, quam populus sanxit.*

Adverb. *Fallaciter, ficte, sapienter, maxime, vehementer, vere.*

Populariter, *vulgo, δημοτικῶς.* 1. de Legib. 19. Sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit, et appellare legem, &c. ut vulgus appellat. 2. de Fin. 17. Populariter loqui. De Somn. 17. Homines populariter annum tantummodo solis reditu metiuntur. Pro Sest. 37. Homo vigilans, et in causa populari si non moderate, at certe populariter agens. De Clar. 164. Contra quorum potentiam populariter tum agendum fuit: *id est,* ad populi gratiam.

Seditiose. Pro Clu. 93. et 134. Conciones quotidianæ seditiose et populariter concitatæ. 2. Off. 73. Sed cum in agendo multa populariter, tum illud male, &c.

Populatus, a, um, *πεπορθημένος.* Div. 2. Qui nunc populati atque vexati ad me venerunt. Ver. 3. 122. A Verre populata vexataque provincia.

Populor, aris, *diripio, vexo, λεηλατέω, πορθέω, ἐκπορθέω. Ibid.* 130. Apronius, qui maximos agros populabatur. 1. Off. 33. Ille noctu populabatur agros.

Populus, li, *multitudo civium, præter Senatum: hinc illa autoritatis formula, S. P. Q. R. id est, Senatus populusque Romanus, δῆμος, λαός.* Pro Dom. 79. et 3. Orat. 160. Usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. 6. in A. 12. Populus Ro. victor, dominusque omnium gentium. Pro Ar. 25. Malus poeta de populo. 2. de Fin. 44. Pro C. Corn. 1. Quæ lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri. *Ibid.* Quare cum ambitum populus Rom. videret, et cum a tribunis plebis doceretur, legem hanc Cornelii flagitabat, illam repudiabat.

Adjuncta. *Absens, peculiaris, universus, amicissimus, privatus, terribilior, bonus, firmusque, desipiens, diversus, exorabilis, invictus, externus, languens, et effrænatus, facilis, integerrimus, et paratus, fidelis, et illustris, injustus, florens, atque integer, fœderatus, atque liber, fœderatus, fortis, et bonus, frequens, frequentior, gratus, immensus, immunis, imperiosus, ingratus, invitus, languens, labens-*

que, liber, levissimus, opulentus, potens; potentissimus, præclarus, sollicitus, urbanus, verus, vanus.

Est item arbor. 1. de L. 15. Populus procerissima.

Porca, æ, *porcus fœmina, ut Cato dixit,* ἡ ὗς. *Lege,* Porcus. 2. de Inv. 91. Qui porcam tenuit, dedi oportere. 2. de L. 55. Quæ in porca confracta jura sint.

Porcus, γρύλλος. De Sene. 56. Villa abundat porco, hœdo, agno, &c. 2. de Leg. 57. Et porco fœmina piaculum pati.

Porrectio, onis, *projectio,* ἐπέκτασις. 2. de Nat. 150. Digitorum porrectio. 3. ad Her. 27. Celeri porrectione brachii.

Porrectus, a, um, *projectus, extentus, extensus,* προτεταμένος. 1. de Finib. 39. Statua Chrysippi sedentis porrecta manu. 3. de Nat. 84. Pateræ quæ simulachrorum porrectis manibus sustinebantur. 5. Att. 18. Ne quid inter cæsa et porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis.

Porrigendus, a, um. Pro Fl. 15. Psephismata non sententiis, nec autoritatibus declarata, sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ. 3. de Fin. 57. Ne digitum quidem ejus causa porrigendum putabant.

Porrigo, is, *tendo, admoveo, intendo, projicio, extendo,* παρέχω, ἐκτείνω .)(. *contraho.* 5. Tusc. 62. Nec manum porrigebat in mensam. Pro Deiot. 8. Porrigere dexteram alicui. Pro Cæl. 63. Licinium, cum jam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse. 1. de Div. 120. Animal membra quo vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Pro Fl. 17. Porrexerunt manus. 1. de Orat. 184. Cunctis prope civibus lucem ingenii et consilii sui porrigere atque tendere. Postq. in Sen. 24. Qui mihi primus afflicto et jacenti consularem fidem dextramque porrexit. Orat. 27. Huc et illuc manum porrigere. Ver. 5. 153. Cui civi supplici non illa dextera invicta et fidem porrexit, et spem salutis ostendit? 4. ad Her. 69. Porrigere manum gratulantibus.

Porrigor, eris. Pro Mil. 9. Aliquando gladius nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigitur legibus.

Porro, *autem,* πόῤῥω. 4. Fam. 9. Multa videbis fortasse, quæ nolis, non plura tamen, quam audis quotidie: non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moveri, cum, &c. 2. de Div. 105. Sequitur porro, nihil deos ignorare. 2. de Inv. 157. Est porro quiddam, quod, &c. 1. de Orat. 32. Quid tam porro regium? &c. Ver. 2. 7. Sic porro diligunt, &c. 7. Att. 1. Catoni porro assensus est Favonius. De Senect. 43. Sæpe a majoribus natu audivi, qui se porro pueros a senibus audivisse dicerent, C. Fabricium, &c. Pro S. R. 116. Videte jam porro cætera, judices, &c. Pro Qu. 31. Clamabat porro Quintius, &c. *Ibid.* Tantum porro aberat, ut, &c. 13. Att. 21. et 2. de Inv. 33. Age porro, quid si, &c. 4. de Fin. 75. Perge porro. Ver. 1. 81. Porro autem populi Rom. sociis, &c. 1. Att. 4. Porro autem neque mihi accidit, &c. 8. Fam. 8. Dubium porro illi non erat, quid futurum esset. 2. de Fin. 25. Ille porro male, prave, &c.

Sane. 5. de Fin. 78. Ea nos maledicimus, sed exigua porro et minima: *id est, sane.* Postq. in Sen. 13. Intemperans non in avare cœptis, sed porro intermissis voluptatibus. *Leg. Lamb.* Non janua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus.

Porta, æ, πύλη. 4. de Fin. 22. Si Annibal ad portas venisset murumque jaculo trajecisset. 8. Att. 2. Socrates, dum triginta tyranni essent, pedem porta non extulit. 7. 2. Bibulus pedem porta non plus extulit, quam domo sua. 14. A. 15. Qui urbis portas occuparent. 15. Fam. 17. Comites ad portam expectare dicunt. 2. de Nat. 137. Portæ jecoris: sic enim appellant. I. P. 55. Cum ego Cœlimontana porta introisse dixissem, homo promptissimus lacessivit. *Ibid.* Porta triumphalis. 5. Tusc. 65. Agragianæ portæ Syracusis.

Portatus, a, um, βεβασταγμένος, κεχειρισμένος, ἔνι, ἔνον. In Arat.

Non eodem semper spatio portata feruntur.

Portendo, is, *præmonstro, denuncio, prædico,* ἐπισημαίνω. 1. de Div. 45. Nam quod de sole ostensum est tibi, populo commutationem rerum portendit fore. De Arusp. 53. Cum dii principibus periculum portendunt. 1. de Div. 93. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur.

Portendor, eris. De Ar. 26. Cum in eo ipso periculum est, ex quo periculum portenditur. Ver. 4. 108. Cum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur. 2. de Nat. 166. et 2. de D. 130. Significationes rerum futurarum, quæ tum vigilantibus, tum dormientibus portenduntur.

Portentosus, a, um, *monstrosus, prodigiosus,* ὁ καὶ ἡ τερατώδης. 2. de D. 60. Si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur.

Portentum, ti, *monstrum, prodigium,* προαγόρευσις. 2. de Nat. 7. et 2. de D. 61. Nec, si id factum est, quod fieri potuit, portentum debet videri: nam, si quod raro fit, portentum putandum est, sapientem esse portentum est. De Arusp. 18. Portentorum explanationes Hetruscorum disciplina continentur. 2. de Nat. 14. Præter naturam hominum pecudumque portenta. I. P. 9. P. Clodius fatale portentum prodigiumque Reip. 4. de Fin. 50. Quid Zeno? portenta hæc esse dicit. 1. Tusc. 11. Aut quid negotii est, hæc poetarum et pictorum portenta convincere?

Adjunct. *Certissimum, fatale, maximum, tardum, et serum nimis.*

Syntaxis. *Clodius fatale portentum, pro-*

digiumque Reip. Poetarum et pictorum portenta. Portentorum explanationes.

Porticula, læ, *a porticu, ut Varro dixit, ducta est: est enim parva porticus, βραχεῖα στοά.* 7. Fam. 23. In porticula Tusculani.

Porticus, us, *ambulatio, exhedra, xystus, ἡ στοά.* 4. Att. 15. In campo Martio septa marmorea sumus facturi, eaque cingemus excelsa porticu. Pro Dom. 116. Porticus cum conclavibus, pavimentata trecentum pedum. 2. de Orat. 20. Porticus hæc ipsa, ubi inambulabimus. 3. Qu. Frat. 1. Summam dignitatem pavimenta porticus habebant. 2. A. 84. Quidlibet, modo ne nauseet, faciat: quod in porticu Minuta fecit.

Secta Stoicorum, qui in porticu docebant. Acad. Clamat Zeno, et tota illa porticus tumultuatur, hominem natum esse, &c. *ex D. August. lib. 3. contra Acad.*

Porticus Neptuni, *quæ Puteolis in Italia erat.* 4. Acad. 80.

Adjuncta. *Excelsa, inferior, minus operosa, et multo quidem facilior, pavimentata, pulcherrima.*

Portio, onis, *pars, ἡ μερὶς, συμμορία.* Pro Flacc. 32. Cum omnes Asiæ civitates pro portione in provincias descripsisset. De Somn. 11. Sonus intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctus. Ver. 5. 54. Nunquam in Sicilia frumentum publice emptum est, quin Mamertinis pro portione imperaretur. 2. de Orat. 320. Causis principia pro portione rerum præponere.

Syntaxis. *Civitates pro portione in provincias describere. Pro rata portione, pro rerum portione. Pro portione imperare aliquibus frumentum.*

Portitor, oris, *publicanus, qui exigendis portoriis præfectus est, πορθμεὺς, ναῦλος.* 2. con. Rull. 60. Decemviros portitores omnibus omnium pecuniis constitui. 1. Off. 150. Quæstus qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, et fœneratorum. In Vat. 12. Cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas mercedes missum putares. 4. de Rep. teste Nonio. Nolo enim eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum.

Porto, as, *comporto, fero, defero, αἴρομαι, ἀναφέρομαι, βαστάζω.* 2. Qu. Fr. 10. Memini, cum hominem portarem ad Baias Neapoli octophoro, miros risus nos edere. Pro Font. 9. Elesiodolus tantum senos denarios ab iis, qui ad hostem portarent, exegit. Parad. 1. Omnia mea mecum porto.

Portor, aris. 14. Att. 5. Rumorem afferunt magnum, Romæ domum ad Antonium frumentum omne portari. 2. Off. 28. Ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus. Pro Sest. 34. Arma in templo Castoris palam portabantur. 12. Fam. 3. Ad hostem scilicet portari viaticum. 2. in A. 108. Lecticas portari videmus. Pro Dom. 62. Columnæ marmoreæ ex ædibus meis ad socerum Consulis portabantur.

Portorium, rii, *vectigal, quod in portu exigitur ex rerum portatione, τὸ πορθμεῖον, τὸ ναῦλον.* 1. Qu. Frat. 1. 25. Cives qui in portoriis Italiæ tollendis non tam de portorio, quam de nonnullis injuriis portitorum querebantur. Pro Font. 9. Titurius Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit. 1. de Inv. 47. Locare et conducere portorium. I. P. 87. Singulis rebus, quæcunque venirent, portorium imposuit. Ver. 2. 171. Quæ sine portorio Syracusis erant exportata. 2. Att. 16. Portorium circumvectionis. Ver. 2. 176. His pro rebus portorium non esse datum. *Ibid.* 183. Res exportatæ sine portorio. De Pro. 5. Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum. 2. Att. 16. Portoria Italiæ sublata sunt.

Portunus, ni, *Deus marinus, qui portubus præest: quem poetæ Melicertam et Palæmonem vocant.* 2. de Nat. 66. Ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando, paulum primis litteris immutatis.

Portuosus, a, um, *λιμενώδης.* 2. de Orat. 66. Superum mare Ionium portuosum. 6. Fam. 20. Navigatio minime portuosa.

Portus, us, *locus in littore tutus ab omni tempestate, perfugium, λιμήν.* 1. Fam. 9. In navigando tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere non queas. Ver. 4. 118. Insula, quæ duobus portubus cincta in utrinsque portus ostium aditumque projecta est. Pro Pom. 16. Publicanorum familiæ, quas in portubus et custodiis habent. *Ibid.* 33. Portus Caietæ celeberrimus et plenissimus navium. Pro Flac. 27. Regio, quæ mari cincta, portubus distincta, insulis circumdata esset. De Sen. 71. Quo propius ad mortem accedo, quasi terram videor videre, aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus. Ver. 2. 171. Canuleius qui in portu Syracusis operas dabat. *Ibid.* Portum et scripturas eadem societas habebat. Pro Mur. 4. In portum ex alto invehi, et e portu solvere. De Pro. 31. Portus tutus et clausus. Pro Planc. 94. Tutus et tranquillus portus. Brut. 5. et Ver. 5. 152. Et fugæ portus erat in tuis castris, et subsidium salutis in tuo exercitu. Pro Cæcin. 100. Exilium est perfugium portusque supplicii. 1. Tusc. 118. Portum paratum nobis et perfugium putemus. 1. de Orat. 155. Sed tanquam portum aliquem expecto, istam, quam tu times, solitudinem. 9. Att. 17. Ab utroque portus cornu moles jacimus. 2. Off. 14. Moles oppositæ fluctibus, portus manu facti. *Ibid.* 26. Nationum portus erat, et refugium Senatus. De Clar. 8. Quo tempore ætas nostra perfuncta rebus amplissimis, tanquam in portum confugere deberet, non inertiæ neque desidiæ, sed otii moderati atque honesti. 1. ad Her. 19. Casu et fortuitu navis in portum incolumis delata est. 2. de Inv. 98. Vi et necessario sumus in portum coacti. *Ibid.* Navis, invitis nautis, vi tempestatis in portum conjecta.

Adjuncta. *Celeberrimus, manufactus, munitissimus, optimus, tranquillus, et tutus, tutus, et clausus, vicinus, tutus, tutissimus.*

Syntaxis. *Portum tenere. Portubus cingi. Plenissimus navium portus. Regio portubus distincta. In portum ex longa navigatione venire, in portum ex alto invehi, e portu solvere. Parare alicui portum et perfugium. In portum confugere, deferri, cogi, conjici.*

Posco, is, *peto, flagito, requiro, αἰτέω.* Pro S. R. 35. Audaciæ partes Roscii sibi poposcerunt. Pro Planc. 48. Sic ego hoc contendo, me tibi, cujuscunque tribus rationem poposceris, redditurum. Ver. 1. 7. Iste inventus est, qui parentes pretium pro sepultura liberum posceret. *Ibid.* 44. Magistratum Sicyonum nummos poposcit. 3. Tusc. 17. Ut enim in Academiam nostram descendimus, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. Ver. 4. 36. Non debebam ego abs te litteras poscere. 2. 117. Si hoc a me non provincia poposcisset. 2. Att. 1. At ni poposcisses, ego me tibi non offerebam. 1. de Orat. 29. Tum Crassum pulvinos poposcisse. Div. 8. Poscere, postulare, efflagitare. Ver. 5. 70. Non desiderare solum, sed etiam poscere et flagitare.

Positio, onis, θέσις. Pro Flac. 62. De quorum *Atheniensium* urbis positione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse, proditum est.

Positus, a, um, *situs, locatus, τεθειμένος.* 2. con. Rul. 95. Roma in montibus posita. Pro Pomp. 55. Insula Delos in Ægæo mari posita. *Ibid.* 28. Nulla res in usu militari posita, quæ hujus viri scientiam effugerit. Parad. 6. Qui possessiones incertas atque in casu positas habent. 16. Att. 17. In te positum est, ut nostræ sollicitudinis finem quam primum facere possimus. Pro Quin. 6. Illi, quorum vita in alterius manu posita est. 1. de Orat. 94. Id si difficile nobis est, sit tamen in re positum atque natura. 1. Qu. Fr. 1. 25. Hoc non est positum in labore aliquo, sed in quadam animi inductione et voluntate. Postquam 12. Atque id non in ipsius, sed in aliorum voluntate positum est. 15. Att. 18. Omne consilium in fortuna positum videtur. Orat. 27. Fortunæ omnes Græciæ in eo positæ non sunt &c. 2. cont. Rull. 22. Cæteri fructus, qui in spe hujus legis positi sunt. Brut. 10. Potentia in vi posita est et armis. Pro Flacc. 3. Totum statum civitatis, et omnem spem, &c. in uno judicio positam esse et defixam. 1. de Orat. 192. Omnia enim sunt posita ante oculos, collocata in usu quotidiano. Pro Cæc. 32. Est hæc res posita, quæ ab adversario non negatur, Cæcinnam pulsum esse, &c. 2. de Orat. 214. Argumentum simul atque positum est, arripitur. 3. de Fin. 29. Quo posito atque approbato, &c. 2. 4. Hoc positum in Phædro a Platone probavit Epicurus. 1. de Legib. 24. Jus in natura positum est. 1. de Div. 93. Portentorum vim verba ipsa prudenter a majoribus posita declarant. Orat. 14. Positum sit igitur in primis, quod post magis intelligetur, non posse effici, quem quærimus, eloquentem. 2. ad Her. 40. Hoc in aperto delicto positum est. 4. C. 8. Ut aliqua in vita formido improbis esset posita. 1. Att. 1. Hermathena tua posita ita belle est, ut totum gymnasium ἱερὰ θῦμα esse videatur. 1. Off. 51. Quod ab Ennio positum in una re, transferri in multas potest. Ver. 5. 36. Ædilitas alicui data, recte collocata, et in loco posita. 13. in A. 24. Illa ornamenta in virtute et industria posita lucent. 16. Att. 21. Omnia posita putamus in Planci liberalitate. Con. conc. Qu. Met. Ad Senatum adduci jussi: in Senatu sunt positi. Protag. Indignitas voluptatis ad molestiam in magnitudine aut longitudine alterutrius posita. Acad. Nullo prorsus commodo extrinsecus posito.

Adverb. *Ambigue, apte, belle, bene, leviter, moderate, obscurius, præclare, prudenter, publice.*

Syntaxis. *Incertum, et in casu positum. In te positum est, ut. Vita ejus in tua manu posita. Hoc non est positum in aliquo labore; sed in quadam animi inductione et voluntate. In tua voluntate positum, in fortuna, in vi et armis. Positum et defixum. Positum ante oculos, collocatum in usu quotidiano, in aperto delicto positum. Quo posito atque approbato. Jus in natura positum. Positum sit igitur, non posse &c. Ornamentum in virtute et industria positum. Ædilitas recte collocata et in loco posita.*

Possessio, onis, *jus possidendi, κάθεξις, κτῆσις.* 2. de Div. 78. Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem et gloriam, quam regnum et possessiones suas. 2. Off. 81. Quinquaginta annorum possessiones movere iniquum putabat. 2. cont. Rull. 83. 7. Fam. 20. Si me audies, has paternas possessiones tenebis. Pro Qu. 89. Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in universis, quæ teneri et possideri possunt. 3. de Orat. 108. Ex jure civili surculo defringendo usurpare possessionem amissam. *Ibid.* Recuperare possessionem amissam. *Ibid.* 120. Possessio quasi caduca atque vacua. Par. 6. Possessiones vacuas recordari. 1. cont. Rul. 3. Utrum hanc sylvam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis invenisti? 2. cont. Rull. 67. Decedere de possessione. 2. C. 18. Aliquid de possessione detrahere, ac fidem acquirere. Ad Brut. ep. prid. in 5. Provinciæ possessione pulsi sumus. 2. cont. Rul. 80. Removere et dejicere aliquem de possessione. Pro Qu. 83. Qui ex edicto meo in possessionem venerit. *Ibid.* Esse in possessione. Pro Cæc. 19. Esse in possessione bonorum. *id est, esse in bonis.* 2. de Orat. 200. Ubi sensi me in possessione judicii et defensionis meæ constitisse. Pro Quint. 85. Proficisci in possessionem. 4. Att. 2. Vi conari in possessionem venire. 3. in A. 28. Hodie in possessionem libertatis

pedem ponimus. Div. 56. Mittere in possessionem bonorum alicujus. Top. 50. Dare possessionem secundum tabulas. 2. Phil. 62. Hæreditatum possessiones datæ. 7. Fam. 21. Dare possessionem bonorum alicujus ex edicto. 10. 21. Respub. in possessione victoriæ permanebit. 1. Att. 16. Retinere aliquem in sua possessione. Pro Sull. 71. Exturbare homines e possessionibus. 12. Fam. 25. Deturbari non solum spe, sed certa re et possessione. 10. 27. Si ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est. *Ibid.* 7. Occupare possessionem laudis. Pro Mil. 74. Pellere aliquem possessione. *Ibid.* 75. Cedere alicui possessione hortorum. 6. Att. 1. De possessionibus hæreditatum, de solvendis bonis. 12. 25. Voluptarias possessiones volet Sylius. 2. Off. 65. Juris civilis cognitionem atque interpretationem in possessione principes retinuerunt. De Fa. 3. Quamobrem, quoniam utriusque studii nostra possessio est, utro frui malis, optio tua sit. De Ami. 55. Amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio. Pro C. Corn. 1. Bonorum possessionem ex edicto suo P. Scipioni dedisset. Oecon. 1. Non minorem fœminæ quam viro earum rerum, *memoriæ et diligentiæ*, tribuit possessionem natura.

Prædia, bona. Parad. 6. Dives est, cui tanta possessio est, ut liberaliter possit vivere. *Ibid.* Callidi rerum æstimatores prata et areas quasdam magni æstimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest. 3. de Orat. 106. De nostra possessione depulsi, in parvo prædiolo relicti sumus. 1. 41. Aut te ex jure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. 5. in A. 20. Hic pecunias nostras æstimabat, possessiones notabat et urbanas et rusticas. 1. Off. 134. Nec vero tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios. 3. cont. Rul. 11. Etiamne, si vi ejecit, si clam aut precario venit in possessionem? 2. cont. Rull. 67. Qui latitudinem possessionum tueri non possunt. 2. C. 18. Qui magno ære alieno majores etiam possessiones habent. 13. Fa. 5. Quem ordinem ille, ista possessione amissa, tueri vix potest.

Adjuncta. *Aliena, caduca, et vacua, certa, et stabilis, diuturna, flagitiosa, incerta, paterna, atque avita, inepta, atque in casu posita, infinita, varia, invidiosa, propria, libera, et immunis, sacrosancta, perpetua, privata, pulcherrima, relicta, venalis, et proscripta, vetus, voluptaria, urbana* .)(. *rustica.*

Syntaxis. *Possessiones movere, tenere, recuperare. Possessio caduca et vacua. Decedere de possessione. Aliquem removere de possessione, dejicere. In possessionem libertatis pedem ponere. In sua aliquem possessione retinere. E possessionibus exturbare. Re et possessione deturbari, non solum spe. Possessione hortorum cedere alicui. In alienas irruere possessiones. Possessionem usurpare, occupare, dare secundum tabulas, vel ex edicto. Detrahere aliquid de possessione. In possessionem venire, restitui. Esse in possessione, in possessione constitui, in possessionem proficisci, in possessionem mittere, in possessione permanere. Pellere, depellere aliquem de possessione,* vel *possessione. Retinere aliquem in possessione. Possessionem amittere. Magnas possessiones habere. Latitudinem possessionum tueri. Amicitiarum stabilis et certa possessio.*

Possessiuncula, læ, τὸ κτησίδιον. 13. Att. 23. Affirmo, mihi majori offensioni esse, quam delectationi possessiunculas meas.

Possessor, oris, κτήτωρ. 2. de Orat. 283. Mortuus rapitur, vide, inquit, si potes esse possessor. Pro Qu. 30. Iste acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor. 5. in A. 20. Tantum quisque habebat possessor, quantum divisor reliquerat Antonius. Incert. Omnium virtutum possessores pauperes nominabimus?

Possidendus, a, um. 6. Att. 1. De possessionibus hæreditatum, et de possidendis bonis. 11. 15. Bona ejus censeo publice possidenda. Ver. 2. 46. Huic omnia bona utenda ac possidenda tradiderat.

Possideo, es, *teneo, κτάομαι.* 1. de Orat. 161. Itaque neque hoc possum dicere, me omnino ignorare quid possideas, neque plane nosse ac vidisse. Pro Qu. R. 17. Plus fidei, quam artis, plus veritatis, quam disciplinæ possidet in se. Pro Flacc. 51. Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides. Pro Dom. 110. Cum forum armatis catervis perditorum hominum possideres. Ver. 2. 67. Cum iste calumniæ licentiam sua autoritate possedisset. 1. de Inv. 83. Sin inverecundum animi ingenium possidet, tamen accuses: non enim probus est. 1. de Orat. 218. Neque ea, ut sua, possedisse, sed ut aliena, libasse. Pro S. R. 66. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. Pro Quint. 25. Postulat a Burieno Prætore Nævius, ut ex edicto bona possidere liceat. *Ibid.* 73. Si ex edicto possedisti, quæro, cur bona non venierint?

Possideor, eris. 1. de Orat. 217. Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse, atque a se possideri volunt. Pro Qu. 89. Omnia quæ teneri ac possideri possunt. 1. cont. Rull. 10. Agri qui ab Hiempsale possidentur.

Adjuncta. *Communiter, impudentissime, honestius, publice, proprie, recte, vere.*

Possum, tes, *licet, valeo, polleo, potestas est, potestatem habeo, potestate valeo, facultas est, vim habeo, potis sum, facultas, potestas datur, optio et potestas mea est, mihi liberum est, δύναμαι.* 4. Att. 12. Quo animo consules ferant hunc ὄχλον, rescribas ad me quantum potes et vales. 6. Fam. 5. Cum hac exceptione, quantum valeam, quantumque possim.

7. 17. Te Cæsari commendavi et tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui. Pro Dom. 95. Dico igitur, et quam possum maxima voce dico. 2. de N. 129. Aves nidos construunt, eosque, quam possunt, mollissime substernunt. 15. Fam. 14. Quam potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. 1. Att. 14. Sic tueor, ut possum, concordiam. 2. in A. 23. Ego nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quin, &c. Brut. 15. Nulla litteris assequi possum, ut exprimam. 1. de Orat. 44. Hoc tu si potes, tua quadam propria, non communi oratorum facultate potes. 2. 180. Hæc res tantum potest in dicendo, ut ad vincendum nulla plus possit. Orat. 69. Hoc ad obtinendas causas potest plurimum. Pro Qu. 1. Ego qui neque usu satis, ingenio parum possum. *Ibid.* Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt hoc tempore. 4. Fa. 13. Resp. quæ minimum nunc quidem potest, sed possit necesse est. Pro Qu. 69. Qui per vim et scelus possunt plurimum. Pro S. R. 4. Qui apud me et amicitia, et beneficiis, et dignitate plurimum possunt. Pro Cæc. 1. Si quantum in agro audacia potest, tantum in foro impudentia valeret, &c. 2. in A. 72. An ille me vicit? at ne potuit quidem. 2. contra Rull. 66. Ager, in quo olivetum non est, sed fieri potest. 13. Fa. 73. Potest fieri, ut fallar. 3. Q. Fr. 5. Sed tamen quod fieri poterit, non negligam. 2. Att. 24. Quare item, atque eo si potest acrius, te rogo, &c. 1. Fa. 2. Nos in Senatu dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, retinebimus. 15. Att. 15. Tenere non potui quin &c. 9. *Ibid.* 3. Tota res Brundusina jam quomodo habeat se, diutius nescire non possum. 6. in A. 18. Quamobrem, Quir. consilio quantum potero, labore plus pene quam potero, excubabo, vigilaboque pro vobis. De Sen. 46. Convivium ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus. De Ami. 1. Ut quoad possem, et mihi liceret, a senis latere nunquam discederem. 8. Att. 22. Facere non possum, ut nihil ad te dem litterarum. 2. de Orat. 39. Non possum quin exclamem. Pro Planc. 102. Quid enim possum aliud, nisi mœrere? Pro Font. 26. Quoniam id quidem non potest, &c. Orat. 117. Erit igitur hæc facultas in eo, ut definire rem possit. 1. Fam. 1. Quod commodo Reipub. facere possis. Ver. 3. 131. Plusque aliquanto apud te pecuniæ cupiditas, quam judicii metus posset. Pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis: parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit. Pro C. Cornel. 1. Alter nihil unus potest contra multos.

Adverb. *Amplius, multum, plurimum, cumulatissime, perridicule, facillime, melius, nusquam, pulchre, recte, omnino, parum, plane, quam maxime, tuto.*

Syntaxis. *Si possis, et valeas. Quantum valeo, quantumque possum. Hoc parum in civitate potest. Per vim et scelus posse, amicitia, virtute. Ut potest,* idest, ut fieri potest. *Quam maxime possis. Non possum, quin exclamem. Facere non possum, ut non scribam. Quid possum aliud nisi mœrere? Quoad potero et mihi licebit. Multum posse ad salutem alterius, vel ad exitium.*

Post, *postea, post hoc, vel post id tempus, sub, posterius, secundum, μετά, ἀπό.*

Ordinis ratio. 7. Fa. 5. Ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo, mittendum duxerim. 3. de Finib. 22. Non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio. consequens enim est, et post sequitur. Orat. 122. Post omnia perorationem concludere.

Temporis. Ver. 1. 111. 6. Att. 1. Quoad mecum, &c. post, &c. Act. 1. Ver. 17. Primo, &c. post, &c. 1. Fa. 2. Paucis post diebus quam Luca discesserat. 6. At. 1. Hic magistratus multis annis post Decemviros institutus. Pro Flac. 56. Pecunia recuperata est multis post annis. Pro S. R. 128. Aliquot post menses is occisus est. 2. de Orat. 276. Aliquot post diebus. 5. Att. 20. Castra paucos post dies habuimus. De Cl. 218. Anno post, et deinceps reliquis annis. *Ibid.* 316. Ita recepi me biennio post. Orat. 107. Post aliquanto. 3. C. 11. Post autem aliquanto. 1. de Div. 100. Sexennio post Veios captos. Pro Cæl. 19. Cur tanto post, potius quam continuo, queri maluit? De Ar. 15. O post hominum memoriam fortissimi consules! 4. C. 14. Causa enim est post urbem conditam hæc inventa sola, in qua, &c. Pro Corn. 26. Pauci post genus hominum natum reperti sunt, qui, &c. De Arus. 16. Mea domus, quam Senatus unam post hanc urbem constitutam, ex ærario ædificandam putavit. *Ibid.* 13. Nego unquam post sacra constituta tam frequens collegium judicasse.

Loci. Pro Mil. 29. Partim cædere incipiunt ejus servos, qui post erant, &c.

Postea, *post, posthæc, præterea, posterius, tum inde, secundum ea, reliquo tempore, ὕστερον, ἔπειτα.* Pro S. R. 94. Quid postea, si Romæ assiduus fuit? Pro Mur. 26. Cedo, quid postea? quid tum inde? 2. de Invent. 154. Postea aliquanto: *id est, aliquanto post.* De Clar. 12. Posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. Pro S. R. 94. Nonne cogitas, te a sectoribus huc advectum esse? quid postea? Pro Cæcin. 95. Postea cur Ebuti de isto potius fundo, quam de alio Cæcinnæ denunciabas? Ver. 4. 66. Jubet iste posterius illos ad se reverti.

Posteaquam, *postquam, ὡς, ἐπειδή.* Ver. 2. 138. Posteaquam ego veni, &c. repente ille abiit. 2. de D. 69. Quid ergo Aius iste Loquens, quando eum nemo norat, aiebat et loquebatur: posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit? 4. Fa. 4. Posteaquam mihi renunciatum est, &c. graviter molesteque tuli. 5. 2. Postea vero quam profectus es, &c. velim, &c.

Posteri, orum, *posteritas, οἱ μεταγενεῖς.* De

Clar. 324. Dicendi genus quod fuerit in utroque, orationes utriusque etiam posteris nostris indicabunt. 1. Qu. Fr. 1. 34. Posterorum erit verius judicium, obtrectatione et malevolentia liberatum. Pro Dom. 101. Ut apud posteros nostros conjurationis autor fuisse videar. 5. de Fin. 13. Horum posteri degenerarunt. *Ibid.* Horum posteri meliores. Postq. ad Quir. 24. Posteri nostri, &c.

Posterior, ius, *ἐπίγονος.*)(. *superior, prior.* De Cl. 43. Thucydides paulo ætate posterior. 3. de Orat. 184. Paria esse debent posteriora superioribus. 4. Acad. 44. Ita priori posterius, superiori posterius non jungitur. 12. in A. 5 Posteriores cogitationes (ut aiunt) sapientiores solent esse.

Minus charus, δευτερεῖον, ἐλάττων. 10. Att. 4. Horum utrique semper Reipu. salus posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit. Pro Rabir. 3. Suam salutem posteriorem salute communi ducere. 13. in A. 6. Nihil vita antiquius existimare, omnia libertate posteriora ducere.

Scelestus. I. P. 66. Nihil isto est posterius, nihil nequius.

Posteritas, tis, *posteri, οἱ ὕστεροι, οἱ μεθ' ἡμᾶς.* 12. Att. 20. Domini innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate. 1. Tusc. 35. Optimus quisque posteritati maxime servit. 2. in A. 54. Hujus rei ne posteritas quidem omnium seculorum immemor erit. 1. C. 29. Non vereor, nequid, parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundet. Ver. 3. 127. Salus urbis in posteritatem istius avaritia interiit. Pro Rab. 29. Spe posteritatis fructuque duci. 1. Fa. 9. Idque me non modo, ut tu sentias, sed ut omnes gentes etiam, ut posteritas omnis intelligat, esse facturum.

Futura tempora. Pro Arch. 29. Commemorationem nominis nostri non cum vitæ tempore dimetiendam esse, sed cum omni posteritate adæquandam: *et ibid. de immortalitate multa.*

Syntaxis. *Infinita posteritas. Invidia tibi magna in posteritatem redundabit. Intelliget posteritas. Posteritati servire. Spe posteritatis fructuque duci. Commemoratio nominis cum omni posteritate adæquanda.*

Posterius, *postea, ὕστερον.* De Clar. 287. Thucydides si posterius fuisset, &c. Pro M. Tull. A quo metuisse si dicat, ne ipse posterius occideretur. 6. Att. 1. 1. de Leg. 18. et pro Quint. 19.

Posterus, a, um, *consequens, ὕστερος.* 3. de Fin 32. Sed in cæteris artibus, cum dicitur artificiose, posterum quodammodo et consequens putandum est, quod illi *ἐπιγεννηματικὸν* appellant. *Ibid.* Verum hæc non in posteris et in consequentibus, sed in primis continuo peccata sunt. 2. Off. 60. Hæc in posterum gratiora. Pro Clu. 37. Cum is apud mulierculam quandam pernoctaret, et ibi diem posterum commoraretur. Pro Syll. 52. Nox ea quæ consecuta est posterum diem Nonarum Decembr. Ver. 2. 41. Postero die mane. *Ibid.* 139. Postero anno. Part. 69. Provisio posteri temporis. Pro Deiot. 21. In posterum, inquit, diem distulit. 10. Fa. 12. Differre rem in posterum. Brut. 15. et 10. in A. 16. Distulimus sermonem in posterum. Pro Muræn. 59. 3. in A. 36. et 2. contra Rull. 90. Multum in posterum providere. 2. Fa. 8. Longe in posterum prospicere. Ver. 3. 48. In posterum. Pro C. Corn. 1. Auspicatus posterus annus.

Syntaxis. *Posterum et consequens. In posterum audies. Differre rem,* vel *sermonem in posterum. In posterum providere. Longe in posterum prospicere. Postero die mane. Provisio posteri temporis.*

Posthabitus, a, um, *neglectus, ὕστερον ποιούμενος.* 2. contra Rul. 4. Hoc honore ex novis hominibus primum me, multis posthabitis, affecistis. Tusc. 2. Ut omnibus rebus posthabitis, totos se collocarent, &c.

Posthac, *deinceps, deinde, ἀπ' ἄρτι.*)(. *antehac.* 9. Att. 19. Posthac ad te scribam planius. 7. 3. Posthac, neque hercule antea negligentes fuimus. 9. Fa. Item posthac, si quid opus erit, facies ut sciam. 7. 1. Posthac ad ludos venies, nosque vises. 3. C. 29. Id ne unquam posthac accidere possit, providendum est. 2. in A. 77. Caput autem litterarum, sibi cum illa nihil posthac futurum.

Posthæc, *deinde, μετὰ ταῦτα.* 13. Att. 50. Inde ambulavit in littore, posthæc in balneum. 1. de Inv. 33. Primum nati vitam, &c. deinde suum consilium, &c. posthæc, quid Sosiam velit facere.

Postilla, *pro Postea, μετὰ ταῦτα.* 1. de Div. 42. *Postea.*

Posthumus, mi, *qui ex ea, quam pater gravidam reliquerat, natus est: id est, post humatum patrem, ὀψίγονος.* 1. de Orat. 180. Qui esset secundum posthumum et natum et mortuum hæres institutus. Pro Cæc. 53. M. Curius, qui hæres institutus esset ita, mortuo posthumo filio: cum filius non modo non mortuus, sed ne natus quidem esset.

Postis, is, *januæ valva, seu latus portæ, ἡ παραστάς.* Pro Dom. 60. Qui parietibus, qui tectis, qui postibus meis bellum intulisti. *Ibid.* 119. An putatis, si is postem tenuerit, et aliquid dixerit, domum uniuscujusque consecrari posse? 3. Att. 15. Caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, &c. Pro Dom. 121. Postem teneri in dedicatione templi oportet: ibi enim postis est, ubi templi aditus, et valvæ ambulationis.

Postliminium, nii, *ἡ ἐπιστροφή.* Top. 36. Cum ipsius postliminii vis quæritur, et verbum ipsum notatur; in quo Servius noster nihil putat esse notandum, nisi post; et liminium illud productionem esse verbi vult, ut in finitimo, legitimo, æditimo, non plus inesse timum, quam in meditullio tullium. Scævola autem P. filius junctum putat esse verbum, ut sit in eo et post et limen: ut quæ a nobis alienata sunt, cum ad hostem

pervenerint, ex suo tanquam limine exierint: hinc cum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. 2. de Orat. 137. Ei, quem pater patratus dediderit, si is receptus non sit, postliminium esse. 1. 181. Quem pater patratus dedisset, ei nullum esse postliminium. *Ibid.* 182. Postliminio redire. Pro Cor. 28. Non solum dedicatione, sed etiam postliminio fit civitatis mutatio.

Postmeridianus, a, um, *pomeridianus, ὁ δειλινός*. 3. de Orat. 17. Inclinato jam in postmeridianum tempus die. 3. Tusc. 7. et 2. Att. 52. Litteræ matutinæ et postmeridianæ. 5. de Fin. 1. Postmeridiana ambulatio.

Postmitto, tis, *postpono, omitto, ὕστερον νομίζω*. Pro Cæl. 54. Quod in alicujus agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? *alias*, prætermitteret.

Postpono, is, *posthabeo, ὕστερον ποιοῦμαι*. 16. Fa. 21. Sed omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem.

Postquam, *ubi, ut, simul, simulac, simulut, simulatque, ἐπεὶ, ἐπειδή*. De Pro. 5. Quo ille, postquam nihil a miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna misit. 7. Fa. 3. Me voluisse etiam reliquis omnibus, postquam non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli. 12. Att. 1. Undecimo die postquam a te discesseram, hoc litterularum exaravi egrediens e villa. 6. 3. Nihil habebam novi, quod post accidisset quam dedissem ad te liberto tuo litteras.

Postremo, *postremum, novissime, ἐσχάτως*. 1. de Nat. 105. Quæro igitur primum, &c. deinde, &c. postremo, &c. *Ibid.* Deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis utatur, postremo quomodo beatus sit.

Postremum, *postremo, τελευταῖον*. 3. de Orat. 6. Ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur.

Postremus, a, um, *ultimus, extremus, novissimus, ὕστατος, ἔσχατος*. Orat. 50. De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora. 6. Att. 2. Respondebo primum postremæ tuæ paginæ. 1. Fa. 9. Ego autem cum illa sequor, quæ paulo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere.

Pessimus. Brut. 16. et pro S. R. 137. Postremi homines: *id est, nequissimi*. 2. A. 113. Servitus est postremum malorum omnium.

Postridie, *postero die, τῇ ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ*. 3. Fa. 8. Hæc scripsi postridie ejus diei. 8. 2. Postridie ejus absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introiit. 16. Att. 4. Venatio, quæ postrid. lud. Apollinar. futura est. 11. Fa. 6. Lupus noster cum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane convenit. *Ibid.* Judices adesse jubentur postridie. 2. in A. 63. Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset postridie vomere. 13. Att. 22. Ego, ut constitui, adero, atque utinam tu quoque eodem die: sin (quid enim multa?) utique postridie. 2. Qu. Fr. 8. Postridie quam tu es profectus, multa nocte veni ad Pompeium. 9. Att. 4. Eam mihi Philotimus postridie quam a te acceperat, reddidit.

Syntaxis. *Postridie ejus diei. Postridie ejus absolutionis. Postridie Bacchanalium.*

Postulatio, onis, *postulatum, αἴτησις*. Pro Mur. 47. Concessit Senatus postulationi tuæ. 7. Att. 6. Est illa quidem impudens postulatio. De Arus. 20. De ea re scriptum est, postulationes decretas esse Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri, diis cœlestibus. *Ibid.* 31. Eodem ostento telluri postulatio debetur. 2. de Inv. 103. In deprecatione ignoscendi postulatio continetur. Ver. 2. 147. Postulationum formulæ. 2. Qu. Fr. 10. De te est honorifica mentio facta, cum te unum dicerent postulationi L. Sestii Pansæ restitisse. Pro S. R. 7. Si vobis æqua et honesta postulatio videtur: ego contra brevem postulationem affero.

Adjuncta. *Æqua, æqua et honesta, brevis, impudens, turpis, valentior.*

Postulatum, ti, *postulatio, τὸ αἴτημα*. 12. in A. 28. Reliquum est, ut accipiantur et remittantur postulata per litteras. Pro Pl. 79. Legati Apollonienses omnia postulata de injuriis unius Deciani detulerunt. 12. Fa. 4. Legati ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. 7. Att. 15. Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo, &c. Postulata Geometrarum. *Lege*, Postulo.

Adjuncta. *Commune, gravissimum, novum, ridiculum, intolerabile.*

Postulatus, a, um, *αἰτηθείς*. 2. Qu. Fr. 3. Sestius a Nerio de ambitu est postulatus. In Vat. 33. Postulatus fuisti lege Licinia.

Postulatur, *αἰτεῖται*. 1. Fa. 2. Postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur. Div. 8. Efflagitatur, postulatur, poscitur. Pro C. Corn. 1. Postulatur apud me prætorem primum de pecuniis repetundis.

Postulo, as, *peto, posco, desidero, requiro, ἀπαιτέω, ἀξιόω*. 3. Fa. 10. Omnia volo a me postules et expectes. *Ibid.* 8. Atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumptu nihil decrevisse, nisi quod principes civitatum me postulassent. Pro Cor. 34. Gaditani a Senatu de fœdere postulaverunt. 7. Att. 6. Cæsari quod postularet concedendum esse. 1. Qu. Fr. 1. 33. Postulare et expectare aliquid magnum ab aliquo. 10. Att. 4. Nec jam recusat, sed quodammodo postulat, ut appelletur tyrannus. Orat. 125. Ut causæ natura et temporis ratio postulabit. 2. Off. 58. Ludi postulantur ab ædilibus, a populo. Pro Quint. 13. Tamen quia causa postulat, non flagitat, præteribo. De Am. 84. 6. Att. 3. Ratio quidem et opinio hominum postulat fratrem. 5. Fa. 14. Non intelligis duplicari sollicitudines, quas elevare tua te providentia postulabat? 2. de Orat. 313. Res hoc postulat, ut. 2. Fa. 16. Ut tua fides postulat. 1. de Inv. 91. Longius quam res postulat. 1. de Orat. 101. Nam quod tu non po-

teris, aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulet? 3. Off. 33. Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent. 1. de Fi. 2. Difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod, &c.

Accuso. 8. Fa. 12. Ego Appium eadem lege postulavi. 3. Q. Fr. 1. Gabinium tres adhuc factiones postulant. *Ibid.* Lentulus, qui jam de majestate postulavit. Pro S. R. 77. Postulare servos in quæstionem. Post. in Sen. 8. Postulare aliquem de vi: *id est, deferre, vel accusare*. 8. Fa. 8. Pylius de repetundis eum postulavit.

Imploro. 1. Att. 24. Postulare fidem publicam, &c. *id est*, implorare.

Adverb. *Acrius, amplius, arroganter, impudenter, impudentissime, nominatim, vehementius, plane, præclare.*

Syntaxis. *Omnia volo a me postules et expectes. Ut natura et temporis ratio postulabit. Ludi postulantur a populo. Causa postulat, non flagitat. Res hoc postulat, ut, &c. Ut tua fides postulat. Postulare aliquem lege aliqua, de vi postulare, de majestate. Postulare servos in quæstionem.*

Potandi. 5. Tus. 118. Aut fruatur cum aliis voluptate potandi.

Potans, tis, *πίνων*. 2. de Fin. 65. Clamat virtus, M. Regulum beatiorem esse, quam potantem in rosa Thorium.

Potatur, *πίνεται*. 2. in A. 67. Totos dies potabatur.

Potatus, a, um, *πινόμενος*. 5. Tusc. 13. Sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant.

Potatio, onis, *perpotatio, οἰνοποτία, φιλοποσία*. 1. de D. 115. Si modo temperatis escis, modicisque potationibus est affectus. Pro Q. Gall. Hesterna potatione oscitantes.

Potens, tis, *valens, qui in magna potentia est, magnas vires, magnas opes habens, summa potestate præditus, magnis opibus præditus, opibus et copiis affluens, δυνάμενος, δυνατός*. 2. de Inv. 169. Ampla et potens civitas, opibus valens. Brut. 10. Potens homo, vel potentissimus potius. Pro Pom. 4. Duo potentissimi reges. 9. Fa. 16. Ne quid temere dicam faciamve contra potentes. 2. ad Her. 40. Si quis potens et factiosus, &c. Pro Cæl. 21. Homo potens, gratiosus, disertus. Pro Dom. 49. Cum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. Pro Planc. 33. M. Drusus tribunus plebis homo potentissimus. *Ibid.* 51. Potentissimus et clarissimus civis C. Claudius. 2. Off. 62. Vir fortunatus et potens. Brut. 4. Infinita tribuere potentibus. 2. de Di. 116. Æacidæ bellipotentes magis, quam sapientipotentes. *Poetæ*. 6. Att. 3. Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli.

Syntaxis. *Præpotens rerum omnium Deus. Terra marique præpotens Carthago. Vir fortunatus et potens.*

Potentia, tiæ, *potestas, vis, opes, magnæ opes, δύναμις*. 2. de Inv. 169. Potentia est, ad sua conservanda, et alterius obtinenda idonearum rerum facultas. Brut. 10. Potentia in vi posita est et armis. Pro Cæc. 71. Nimia ista, quæ dominatur in civitate, potentia. Pro Pl. 26. et 25. Potentia vix ferenda. 3. Off. 36. Hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ. 1. in A. 29. Opes violentas, et minime ferendam potentiam concupiscere. 3. Off. 82. Qui omnia honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. 1. ad Her. 8. Si vim, si potentiam adversariorum proferemus. Pro Dom. 80. Quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec universi populi Rom. potestas labefactare possit. Pro Mur. 25. Erant in magna potentia, qui consulebantur. 1. Off. 9. Tum autem consultant, conducat id nec ne ad facultates rerum, atque copias, ad opes, ad potentiam, &c. 7. Att. 3. De sua potentia dimicant homines. Pro Mil. 12. Conciones illæ, quibus quotidie meam potentiam invidiose criminabatur.

Adjunct. *Aliena, gratiosa, nova, intolerabilis, invidiosa, senatoria, inutilis, levis, atque inops, magna, major, nimia, periculosissima, perniciosa, et intoleranda, singularis, summa.*

Syntaxis. *Consequi potentiam. Vis et potentia. Esse in magna potentia. Opum nimiarum potentiæ non ferendæ. Potentiam concupiscere. Potentiam alicujus criminari.*

Potentia. *Urbs agri Piceni.*

Potesse, *id est, posse*. In Arat. De Ar. 62. et pro Marc.

Potestas, tis, *facultas, copia, optio, ditio, imperium, magistratus, jus, jurisdictio, vis potestatis, ἐξουσία*. 2. de Inv. 24. Si fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur, aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas: potestas, si aut nescisse, aut non affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur: facultas, si ratio, adjutores, adjumenta, et cætera, quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur. Pro C. Corn. 1. Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestasque venisset. *Ibid.* Ut omnino ne illius potestate abalienemur.

Potestatem dare, tradere, permittere, ferre, &c. 10. Fa. 13. Ut primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi, &c. 1. Qu. Fr. 3. Ita mihi potestas detur in patria moriendi. 2. de Inv. 2. Et pictori, quam vellet, eligendi potestatem dederunt. Ver. 1. 38. Simulac potestas primum data est, adeunt. Pro Qu. 87. Alicui vix respirandi potestatem dare. 4. Att. 1. Lex, qua Pompeio potestas rei frumentariæ daretur. 2. cont. Rull. 23. Si vobis ex omni populo potestas deligendi esset data. Pro Do. 44. Hanc vos tribuno potestatem dabitis. 5. Fa. 2. Privare aliquem potestate faciendi aliquid. Pro Flac. 4. Populus omnem potestatem suam de bonis tradit nobis. Pro Corn. 37. Deferre potestatem alicui tribuendorum bene-

ficiorum. 2. cont. Rull. 37. Decemviris corrumpendarum tabularum publicarum magna potestas permittitur. Pro Flac. 23. Publicæ litteræ retentæ sunt in accusatorum potestate. Pro S. R. 78. Cui ne quærendi quidem de patre potestas permittitur. Postquam in Sen. 3. et Div. 54. Ver. 3. 75. Permittere alicui potestatem faciendi aliquid. Pro C. Corn. 2. Non silentio, favente nobilitate, nullo intercessore comparato, populo Ro. dedit cooptandorum sacerdotum potestatem.

Potestatem esse &c. De Arusp. 11. Populus Rom. cujus est summa potestas omnium rerum. 1. Fam. 5. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non prætermittam. 1. 9. Quocunque tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris, &c. De Prov. 2. Quotiescunque ei locus dicendi et potestas fuit. De Cl. 273. Comprehensio verborum nullius oratoris æque in potestate fuit. Pro Qu. 46. Cui potestas esset agendi quotidie. 6. Att. 1. Ei potestas fuit auferendi omnem pecuniam ex edicto meo. Pro Dom. 48. Nec eorum cujusquam tibi potestas fuit. *Ibid.* 79. De agris ratum est: fuit enim populi potestas. Pro Corn. 27. Ut si Gaditani sciverint de aliquo, &c. magna potestas sit civi nostro mutandæ civitatis. 4. 2. Mea potestas est. In Vat. 41. An erit hæc optio et potestas tua? ut dicas, &c. 2. 5. Si deferetur, erit quædam nostra potestas. Pro Clu. 75. Quæ tum erat potestas: *id est, quod tum fieri poterat.* De Cla. 189. Cui eligendi potestas est. 4. Aca. 8. Integra nobis est judicandi potestas.

In potestate esse. 2. contra Rull. 85. Qui in sua potestate est. Pro Cæl. 17. Tabulas, qui in patris potestate est, nullas confecit. De Fat. 9. Nam nihil esset in nostra potestate, si, &c. 3. Att. 22. Lentulus totus est in Pompeii potestate. 4. Acad. 37. Assensio, quæ est in nostra sita potestate. Pro Mur. 83. Hujusce rei potestas omnis in vobis sita est, judices, &c. Pro Qu. 6. Omnes, quorum in alterius manu vita posita est, magis cogitant, quid possit is, in cujus ditione ac potestate sunt, facere, quam, &c. Pro Pomp. 33. Vestros portus in prædonum fuisse potestate scitis. 6. in A. 4. Is in vestra potestate erit, qui in sua nunquam fuit? quid enim ille unquam arbitrio suo fecit? semper tractus, quo libido rapuit, quo levitas, quo vinolentia.

Habere potestatem. Pro Corn. 37. Si præmii tribuendi potestatem nullam haberemus. Pro S. R. 22. Sulla belli gerendi potestatem solus habet. *Ibid.* 29. Vos, qui summam potestatem habetis. 1. Q. Fr. 1. 23. Habere summam potestatem in aliquo loco. De Ar. 54. Sulla regalem habuit potestatem. 2. de Invent. 150. Habere potestatem faciendi testamenti. *Ibid.* 81. Habere potestatem judicandi. Act. 1. Ver. 53. et Ver. 1. 98. Proinde quasi exscribendi potestatem non haberet. 16. Att. 19. Cum Coss. et lege et S. C. statuendi potestatem haberent. 1. Off. 32. Theseus ter optandi a patre habuit potestatem. 11. in A. 30. Jus potestatemque imperandi habeo. De Arus. 13. Pontifices potestatem habent judicum. 1. in A. 3. Dictatura, quæ vim jam regiæ potestatis obsederat.

Potestatem facere, concedere, fieri. 1. Q. Fr. 2. Cum prætores diebus aliquot adiri non possent, nec potestatem sui facerent. 8. in A. 31. Qu. Mutius faciebat omnibus sui conveniendi potestatem. 12. 16. Concedere alicui potestatem peccandi. 3. C. 11. Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Ver. 4. 149. Nisi minatus essem, tabularum potestas mihi facta non esset. 1. 15. Judices subscribendi mihi fecerunt potestatem. Pro Dom. 6. Scio me tibi instaurandæ cædis potestatem fecisse. Pro S. R. 73. Facio tibi potestatem interpellandi. 1. in A. 38. Quæ potestas si mihi sæpius fiet, utar: si minus, &c. Ver. 4. 64. Neque se aliis videndi potestatem esse facturum. Div. 45. Quoties ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut eligas, utrum velis. 13. Att. 21. Ut fieret tuis describendi potestas.

Formulæ variæ. Ibid. Habere aliquem in sua potestate. Ver. 2. 135. Quadruplatorum quidquid erat, habebat in potestate. Pro Sull. 60. Ut oppidum et Pompeianos in sua potestate haberet. 4. de Fin. 86. Si modo sit aliquid esse beatum, id oportet totum poni in potestate sapientis. Pro Cæc. 98. Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Pro Dom. 77. In te P. Fonteius vitæ necisque potestatem haberet, ut in filio. 2. C. 26. Gladiatores quanquam, &c. potestate tamen in vestra continebuntur. Ver. 1. 97. Tenere aliquem in sua potestate et ditione. 1. Qu. Fr. 1. 31. Tenere motum animi in sua potestate. Ver. 1. 150. Venire in arbitrium ac potestatem alicujus. Brut. epist. pr. in 7. In potestatem hostium veniendum est. 2. contra Rull. 73. Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem. 2. de Orat. 70. Mentes eorum, qui cum aliqua statuendi potestate audiant, movere posse. Ver. 4. 32. Per potestatem auferre aliquid alicui. 1. de Leg. 23. Iisdem imperiis et potestatibus parere. Pro Font. 27. In potestatibus, in imperiis gerendis. 2. ad Her. 25. Misericors in potestatibus. 3. 14. In potestatibus gerendis. Pro Pomp. 69. Quidquid in hac potestate prætoria possum &c. Pro Cl. 74. L. Quintius illud judicium pro potestate dimitti jussit. 1. in A. 18. Qui togatus in rep. cum potestate et imperio versatus est. 3. C. 18. Hanc urbem deorum immortalium nutu atque potestate administrari. Pro Do. 24. Extraordinariæ potestates. 3. de Natu. 88. Vis omnis ac potestas deorum. 1. Qu. Fr. 1. 4. Fortunæ potestas in omnes. Pro Dom. 110. Vir summa potestate præditus. 2. de Nat. 29. Vir dignus potestate et dominatu omnium rerum. 3. Tuscu. 10. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco

dicuntur, quia non sunt in potestate mentis. 4. 77. Itaque iratos dicimus exisse de potestate: *id est de consilio, de ratione, de mente.* 9. Att. 8. Duo præfecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt, et a me missi sunt. Pro Pom. 32. Cum duodecim secures in hostium potestatem pervenerunt. 5. in A. 46. Cæsar equites et sagittarios in suam populique Rom. potestatem redegit. 3. de Leg. 4. Idque in repub. nostra maxime valuit, quod ei regalis potestas præfuit. *Ibid.* 10. Gerere potestatem. *Ibid.* 19. Sulla trib. pleb. sua lege injuriæ faciendæ potestatem ademit.

ADJUNCTA. *Amplissima, decemviralis, extraordinaria, magna, major, maxima, sempiterna, incolumis, infinita, prætoria, humana, incredibilis, integra, justa, et legitima, legitima, libera, nimia, par, pestifera, regia, patria, privata, regalis, summa, tenuis, tribunitia.*

SYNTAXIS. *Potestatem alicui dare, tradere, permittere, deferre, tribuere faciendi aliquid. Cum mihi tui præsentis fuerit potestas. Integra mihi est eligendi potestas. Habere potestatem; jus potestatemque habere. In potestatem suscipere. In potestate tenere, continere. Ex potestate facere. Pro potestate aliquid imperare. Per potestatem facere. Potestatem gerere. Nutus et potestas. Imperium et potestas. Vis et potestas Dei. Vir dignus potestate et dominatu rerum omnium. Privare aliquem potestate. Locus et potestas dicendi. Aliquid in alicujus potestate situm esse. Optio et potestas. Qui in sua potestate est; in patris,* vel *tutoris potestate. In ditione et potestate esse alterius. Habere summam potestatem in aliquo loco. Facere sui potestatem, vel sui conveniendi. Siquid dicere velis, potestatem facio. Optionem potestatemque facere, ut. Habere aliquem in sua potestate. Vitæ necisque potestatem habere. Venire in arbitrium et potestatem alicujus. Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem. Imperiis et potestatibus parere. Extraordinariæ potestates. Exisse ex potestate, vel de potestate,* idest de mente. *Pervenire aliquid in hostium potestatem. Gerere potestatem. Adimere alicui potestatem.*

Potiendi. De Sen. 39. Voluptatis avidæ libidines temere et effrenate ad potiundum incitantur. 1. de Fin. 60. Voluptates, quarum potiendi spe inflammati faciunt, &c. 5. Tusc. 93. Secundum genus cupiditatum nec ad potiendum difficile censet, nec vero ad carendum.

Potiens, tis, *ἐπιτυγχάνων*. 3. 41. Natura iis potiens, dolore caret.

Potio, onis, *potus, ἡ πόσις*. Pro Clu. 30. Cui cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, se maximo cum dolore mori. *Ibid.* 40. Medicus prima potione mulierem sustulit. *Ibid.* 173. et 1. de Fi. 37. Cum cibo et potione fames sitisque depulsa est. 3. Tusc. 45. Demus scutellam dulciculæ potionis.

Potior, iris, *teneo, fruor, possideo, ἐπιτυγχάνω*. *caveo*. 4. Acad. 126. Cleanthes solem dominari et rerum potiri putat. 1. Fa. 8. Quod ii, qui potiuntur rerum, præstituri videntur. 5. 17. Civitates quæ rerum potitæ sunt. Pro S. R. 70. Dum ea civitas rerum potita est. 4. ad Her. 35. Atheniensium potiti sunt Spartiatæ. 1. Fa. 7. Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri. 13. in A. 7. Vincamus odium, paceque potiamur. De Sen. 48. Si etiam non abunde potitur, non omnino caret. 8. Att. 12. An cuncter et tergiverser, et iis me dem, qui tenent, qui potiuntur. 2. de Inv. 95. Si eo portu potiti essent. 2. Off. 76. Omni Macedonum gaza potitus est Paulus.

SYNTAXIS. *Dominari, et rerum potiri. Civitas dum rerum potita est. Romani Carthaginensium potiti sunt. Non abunde potitur, non tamen caret. Potiri pace, portu, Macedonum gaza.*

Potior, ius, *antiquior, charior, melior, prior, κρείσσων* et *κρείττων*. Pro Mur. 2. Non quo mihi potior sit officii mei, quam hujusce salutis defensio. 10. in A. 19. Mors quæ civibus Rom. semper fuit servitute potior. 11. Fa. 24. Res est potior oratione. 4. Tusc. 69. Filius plus pollet, potiorque est patre. 1. de Finib. 11. Qui hæc legere assueverit, judicabit, nulla ad legendum his esse potiora. 16. Att. 2. Si quid ejusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. 3. de Orat. 79. Illa semper potiora duxisti, quæ ad sapientiam spectarent. De Am. 19. Itaque cives potiores sunt quam peregrini, propinqui quam alieni, &c. Top. 6. Topice, quæ ad usum potior erat. Ver. 1. 106. Quid potius? 10. Fa. 3. Nemini concedo, qui tibi potior vetustate necessitudinis possit esse. De Somn. 1. Cum in Africam venissem, nihil mihi fuit potius, quam ut Masinissam convenirem regem. 1. de In. 17. In comparatione per contentionem, utrum potius, aut quid potissimum sit, quæritur. 6. Att. 3. Primum quod videtur esse bonus: nemo igitur potior. Pro Cæl. 32.

SYNTAXIS. *Nihil mihi est potius, quam ut, &c. Quid potius, aut quid potissimum? Plus pollet potiorque est.*

Potis est, *pro Potest, δύναται* vel *δυνατός*. In Arato.

Hic caput ad superas potis est demergere partes.

De Cl. 171. Hospes non pote minoris: *id est, non potest minoris addici aut vendi.* 2. Tusc. 38. Neque sanguis ullo potis est pacto profluens consistere.

Potissimum, *maxime, quam maxime, præcipue, μάλιστα*. 2. de In. 174. Quanquam præstat honestas incolumitati, tamen utri potissimum consulendum sit, deliberatur. 1. Off. 87. Ut si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret. Pro Mur. 11. In equis triumphantium prætextati potissimum filii sedere solent. De Ar. 14. De hoc igitur

loco sacro videntur potissimum aruspices dicere. Pro Mil. 22. Ex consularibus te creavit potissimum. Pro Cæl. 33. Existat igitur aliquis ex hac ipsa familia, et potissimum Cæcus ille, &c. 1. de Leg. 21. Nam si hoc non probas, a Deo causa ordienda potissimum. Pro Cæl. 62. Cur enim belneas publicas potissimum constituerat? Pro Do. 9. Ego eos potissimum damnare debui. 4. Fa. 13. Quærenti mihi quid ad te potissimum scriberem, &c.

Potiturus, a, um, κυριεύσων. 1. Tusc. 90. Ego cur doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam urbem nostram potituram putem?

Potius, *citius, prius*, μᾶλλον. 2. de Orat. 317. Oratio, in qua non vis potius, sed delectatio postulatur. 9. Att. 17. Conamur opus magnum, sed tamen nihil est, quod potius faciamus. 2. Tusc. 52. Zeno Eleates perpessus est omnia potius, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret. 1. Off. 68. Nec vero imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum. 7. Att. 7. Depugna, inquit, potius, quam servias. De Clar. 292. Magnus homo, vel potius summus. 5. in A. 22. Quæ ejus festinatio? nisi ut ad urbem potius exercitum maximum adduceret? 1. Att. 16. Quod potius sit. Pro Mil. 100. Cur non id meo capite potius luitur quam Milonis? præclare enim vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro.

Poto, as, *bibo, perpoto*, πίνω, ἐκπίνω. De Cl. 287. Si potare velis, de dolio tibi hauriendum est. Pro M. Font. Galli posthac dilutius potabunt.

Potus, a, um, *haustus*, ποτιμός. De Clar. 43. Themistocles excepit sanguinem tauri patera, et eo poto mortuus concidit.

Qui bene bibit. Pro Mil. 57. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. 7. Fam. 22. Domum bene potus redieram.

Potus, us, *potio*, πόσις. 1. de D. 60. Cum ea pars animi, quæ, &c. sit immoderato obstupefacta potu, atque pastu.

PR

Præ, *propter*, πρό. 13. in A. 20. Quorum ille nomen præ metu ferre non poterat. 9. Att. 14. Non hercule præ lacrymis possum reliqua scribere. 11. 7. Præ fletu et dolore. *Ibid.* 17. Præ sollicitudine ac stomacho multa scribere non possum. Pro Plan. 99. Præ mœrore loqui non possum. *Ibid.* 30. Idem postea præ mandatis requisitus. Ver. 2. 97. Præ cupiditate officii sui rationem non habet. 3. 128. Præ lucro prædaque nullius habere rationem. 2. Att. 21. Præ multitudine: *id est, propter multitudinem*. 1. Tus. 101. Solem præ jaculorum multitudine et sagittarum non videbitis. 6. Att. 5. Præ cura jocari non poteram.

Ratione habita. 2. contra Rull. 95. Illi Romam præ sua Capua irridebunt. 3. Off. 47. Illa præclara, in quibus utilitatis species præ honestate contemnitur. De Am. 4. Qui in ipsa senectute præ cæteris floruisset. De Cla. 285. Hegesias vero illos Atticos præ se pene agrestes putat. 9. Att. 4. Illa nihil fuerunt præ his de victoria gratulationibus. I. V. Ipse consul in hac causa præ me minus etiam quam privatus erit. Ver. 2. 156. Omnia pericula pro salute sua levia duxerunt. 4. Fa. 4. At contra nobis non tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus. 4. de Fin. 73. Divitiæ nec magnum bonum, et præ rectis honestisque contemnendum. Pro S. R. 135. Hominem præ se neminem putare. 4. ad Heren. 29. Præ se neminem ducere hominem. Ver. 2. 40. Præ se alios pro nihilo ducere. Lege, Præ me fero. Acad. Academicos præ illis modestos cautosque homines visum iri Epicuro.

Syntaxis. *Præ stomacho nihil omnino dico. Præ se cunctos aspernatur Pompeius. Præ fletu et dolore, præ cura.*

Præbendus, a, um. 1. Off. 41. Uti servis ut mercenariis ad operam exigendam, et justa præbenda.

Præbeo, es, *impertio, adhibeo, exhibeo, præsto*, ἐκπορίζω, παρέχω. 2. de Nat. 117. Aer vitalem et salutarem spiritum præbet animantibus. De Clar. 242. C. Cosconius eam verborum copiam, si quam habebat, præbebat populo. Pro Ar. 16. Hæc studia rebus adversis perfugium ac solatium præbent. 9. Att. 8. Ut quam lenissimum me præberem. 14. 13. Si duriorem te ejus miseræ et afflictæ fortunæ præbes. 1. Q. Fr. 2. In litteris mittendis te nimium inexorabilem præbuisti. 3. S. Animum præbeo ad illius perniciem moderatum. 2. Off. 26. Socii spectatores se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. Pro S. R. 11. Te magnopere quæso, ut qualem te antea P. R. præbuisti, talem te nobis hoc tempore impertias. Pro Cæc. 26. Qui et in re misericordem se præbuit, et in testimonio religiosum. 5. Fa. 18. Teque virum præbeas. 15. 17. Præbere se hominem in malis. 2. 18. Præbere se dignum suis majoribus. 5. 2. Præbere se æquum judicem alicui. Ver. 5. 27. Præbere se patientem atque impigrum. 8. Att. 4. Præbere se superbum. 14. 13. Præbere se placabilem alicui. Ver. 1. 82. Verres in civitatibus sociorum non legatum pop. Rom. sed tyrannum se præbuit. 1. de Orat. 198. Præbere se ministrum alicui in aliqua re. 2. Off. 77. Præbere se moderatum in aliqua re. Pro Pl. 91. Præbere se gratum bene meritis. 1. Off. 132. Appetitum rationi obedientem præbeamus. 2. Q. Fr. 5. Præbere sponsalia genero. Con. C. Anton. Cui spectaculum ejusmodi tua crudelitas præbuit.

Adverb. *Libenter, perexigue, minutatim, publice, vicissim.*

Præbitus, a, um, παρεσθείς. De N. 80. Re-

guli corpus Pœnorum crudelitati est præbitum.

SYNTAXIS. *Aer vitalem et salutarem spiritum præbet. Præbere se lenem, superbum, durum, virum. Animum moderatum præbere. Præbitum corpus crudelitati hostium. Præbere se ministrum alicui in re aliqua. Appetitum rationi obedientem præbere.*

Præbitor, oris, πάρεχος. 2. Off. 53. Ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et præbitorem putent.

Præcavendum, προφυλακτέον. 5. de Fin. 31. Quibus abest ad præcavendum intelligendi astutia. *Pacuvii.*

Præcaveo, es, *ante caveo, declino, vito,* προφυλάττω. Pro Pl. 53. Providete ante, et præcavete.

Præcavetur. 2. Att. 1. A me ita præcautum atque provisum. 2. de In. 99. Aut nisi fecisset, præcaveri potuisset. 3. Tus. 53. Cum videtur præcaveri potuisse, si provisum esset.

Præcaveor, eris. Ver. 4. 91. Res mihi prævisa atque præcauta est. Pro S. R. 116. Mala quæ difficillime præcaventur.

Præcellens, tis, *excellens, præstans,* ὁ προέχων. Pro Cor. 24. Vir et animo et virtute præcellens. Ver. 4. 97. P. Scipio, vir omnibus rebus præcellentissimus.

Præcelsus, a, um, *excelsus,* ὁ καὶ ἡ ὑπερμήκης. *Ibid.* 107. Præcelsus atque editus locus.

Præcentio, onis, *cantus qui aliquem vel aliquid præcedit,* τὸ προοίμιον. De Ar. 21. Tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, &c.

Præceps, ipitis, *inconsideratus, ruens, periculosus, subitus,* ὁ καὶ ἡ προπετής. 3. de Orat. 209. Sol ipse jam præcipitans me quoque hæc præcipitem pæne evolvere coegit. 4. Ac. 68. Ut tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere. Pro Fl. 105. Via præceps et lubrica .)(. *via plana et stabilis.* De Ar. 51. Ille demens, et jampridem ad pœnam exitiumque præceps. 5. in A. 37. Homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps et devius. Pro Mil. 86. Aliquis præceps amentia. Ver. 5. 120. Præceps amentia ferebare. 4. ad Her. 13. Ut enim præcipitem perturbetis ex ea civitate, quam, &c. L P. 68. Lubricum genus orationis, adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps. 9. Att. 12. Subitus discessus, et præceps profectio. Ver. 4. 67. Antiochus præceps ex provincia exturbatus est. 2. Att. 21. Progressum præcipitem, inconstantem reditum videt. Ver. 1. 7. Agunt eum præcipitem pœnæ civium Romanorum. Pro Cæc. 60. Si saxis aliquem de fundo præcipitem egeris. *Ibid.* 49. Aliquis manu demotus et actus præceps. De Am. 91. Obsequium, quod, &c. amicum præcipitem ferri sinit. Pro Fl. 48. Homo volubilis præcipiti quadam celeritate dicendi. Pro Do. 91. Nullo labore tuo præcipiti furori restitissem. 3. de Orat. 13. Propter tot tantosque tamque præcipites casus. Pro Pl. 6. Sed ego cæcum et præcipitem ferri confitear in causa, si, &c. 1. de Div. 18. Præcipites cœli partes.

SYNTAXIS. *In locum præcipitem se committere. Præceps et lubrica via. Ad pœnam præceps. Consilio præceps ac devius. Præcipitem agi conscientia. Saxis aliquem de fundo præcipitem agere. Præcipitem amentia ferri. Genus orationis lubricum et præceps. Præceps ex provincia exturbatus est. Præceps quædam celeritas dicendi. Cæcum et præcipitem in aliqua causa ferri.*

Præceptio, onis, *præceptorum explicatio, doctrina,* ὑποθήκη. 1. Off. 6. Itaque propria est ea præceptio Stoicorum. Orat. 141. et 2. de N. 78.

ADJUNC. *Firma, diversa, propria, tribunitia.*

Præceptor, oris, *doctor,* ἐπιστάτης. 3. de Orat. 57. Neque disjuncti doctores, sed iidem erant vivendi præceptores atque dicendi. 2. in A. 24. Hunc tu autorem et præceptorem omnium consiliorum, totiusque vitæ debuisses habere. 5. Fam. 13. Hoc fortiorem me puto, quam teipsum præceptorem fortitudinis. 1. de Invent. 35. Artium liberalium magistri, et vivendi præceptores.

Præceptrix, cis, *magistra,* ἡ διδάσκαλος. 1. de Fin. 43. Sapientia præceptrice in tranquillitate vivi potest.

Præceptum, pti, *monitum, admonitio, institutum, jussum, via, ratio,* δόγμα, ἐντολή. 5. Fam. 13. Tuis monitis præceptisque omnis est abjiciendus dolor. Orat. 114. et 5. de Fin. 10. Aristoteles tradidit plurima præcepta disserendi. 1. de Orat. 84. Qui dicendi præcepta tradunt. 2. Tusc. 58. Dare præcepta de aliqua re. 2. de Orat. 76. Præcepta de re militari cuipiam dare. et 152. Philosophi nulla dant præcepta dicendi. De Cla. 263. Disciplina Hermagoræ dat rationes certas et præcepta dicendi, quæ habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes vias. Orat. 141. Præcepta et quasi vias, quæ ad eloquentiam ferant, tradere. 1. Off. 1. Te abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ. Pro Flacc. 106. Huic puero vivendi præcepta dabitis. 2. Off. 51. Etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est. 2. de L. 13. Neque medicorum præcepta dici vere possunt, si qua inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint. 1. de Orat. 137. Non negabo, me ista omnium communia et contrita præcepta didicisse. Frag. ep. Philosophiæ quidem præcepta noscenda.

ADJUNCTA. *Acutum, historicum, necessarium, proprium, pervulgatum, breve, dissimile, brevius, contrarium, commune, certum, magnum, peracutum, extremum, firmum et stabile, summum, mortiferum, salutare, oratorium, præclarum, verum, vetus.*

SYNTAXIS. *Monitis præceptisque alicujus aliquid facere. Tradere præcepta. Dare præcepta de re aliqua alicui. Dare rationes certas et præcepta dicendi. Abundare præceptis insti*

minisque. Principia tenere. Præcepta dicere, noscere.

Præcerpo, pis, *præripio*, ... Ver. 4. 80. Non præcerpo fructum officii tui.

Præcertatio, onis, *decertatio*, ἡ προαγών. 4. ad Her. 41. Mihi tecum præcertatio non est.

Præcido, is, *incido, seco, amputo, perseco, præcludo*, ἀποτέμνω. 2. de Inv. 59. Præcidere manum alicui gladio. 1. Off. 120. Amicitiam magis decet sensim dissuere, quam repente præcidere. Pro Rab. 51. Præcidere fistulas, quibus aqua suppeditatur alicui loco. 4. ad Her. 68. Præcidere et abscindere sermonem. Ver. 2. 151. Jam tibi maximam partem defensionis præcideris. 1. 20. Præcidere alicui spem faciendi aliquid. 4. ad Her. 68. Per abscissionem, si cum incipimus aliquid dicere, præcidimus. Ver. 3. 3. Præcidere sibiipsi licentiam libertatemque vivendi. L. P. 51. Is sibi ipse reditum præcidit. 4. Acad. 133. Præcide, inquit, statue aliquando quodlibet. 9. Att. 4. Naves præcidere aut incendere.

Præcidor, eris. 1. de D. 32. Cotem novacula posse præcidi. 2. Tusculan. 55. Cinna collegæ sui Consulis C. Octavii præcidi caput jussit. Ver. 5. 87. Cleomenes anchoras præcidi imperat.

Syntaxis. *Præcidere manum, caput, anchoras. Amicitiam dissuere, non præcidere. Præcidere et abscindere sermonem. Præcidere alicui spem faciendi aliquid. Præcidere sibi licentiam libertatemque vivendi. Reditum præcidere.*

Præcingor, eris, *cingor*, περιζώννυμαι. In Clod. Cum strophio accurate præcingerere.

Præcino, is, *prænuncio, prædico*, προᾴδω. De Arusp. 20. Novo aliquo motu magnum aliquid deos hominibus præmonstrare et præcinere. 4. Tusc. 4. Epulis magistratuum fides præcinunt: *id est, tibicines cum fidibus præeunt.*

Præcipio, is, *prænosco, præsentio*, προγινώσκω. Pro Mur. 4. et 2. Off. 48. Portu solventibus ii, qui jam in portum ex alto invehuntur, præcipere summo studio solent et tempestatum rationem, et locorum. 1. Off. 81. Ingenii magni est, præcipere cogitatione futura.

Mando, ἐντέλλω. De Sen. 28. Quod si exequi nequeas, possis tamen Scipioni præcipere, et Lælio. 1. de Orat. 132. Et de hoc uno minime est facile præcipere. 2. 48. Præcipere de eloquentia. 5. Fa. 13. Nos erimus etiam in omni desperatione fortes, ut tu tamen idem hortaris et præcipis. 1. 8. Ut tute mihi præcepisti.

Antecapio. 13. in A. 45. Præcipias licet gaudia, omnes te dii oderunt.

Præcipior, eris. Part. 111. Quæ in consilio capiendo futuri temporis præcipiebantur.

Adverb. *Accuratius, amicissime, sapienter, bene, commodissime, leviter, male, recte, communiter, omnino, præclare, rectissime, separatim.*

Præcipitans, tis, *ruens, cadens*, κρημνίζων. Pro Dom. 40. Tum præcipitans jam et debilitatus tribunatus. *Lego*, Præceps. 3. de Orat. 186. Amnis præcipitans. Pro Balb. Post. 2. Urgere jacentes, aut præcipitantes impellere, inhumanum est. 3. Att. 15. Me certe ad exitum præcipitantem retinuisse. 3. de Orat. 207. Sol jam præcipitans. Pro Sul. 1. *Ibid.* 87. Præcipitanti reipub. subveni. Pro Clu. 70. Præcipitantem igitur impellamus, et perditum prosternamus.

Præcipitaturus, a, um, ... 5. de Finib. 31. Si quando his ludentes minamur præcipitaturos alicunde, extimescunt.

Præcipitatus, a, um, κατακρημνισθείς. Pro Cæc. 50. Qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent.

Præcipito, as, *præcipitem ago, celeriter descendo, ruo*, κρημνίζω. 4. Tusc. 40. Ut si posse putet eum, qui se e Leucade præcipitaverit, sustinere se, quum velit. 4. Acad. 68. Sustinenda potius omnis assensio, ne præcipitet, si temere processerit. 2. de Leg. 6. Fibrenus ex eo loco præcipitat in Lirem. De Som. 13. Loca ubi Nilus præcipitat ex altissimis montibus. 1. de Nat. 90. Præcipitare istuc quidem est, non descendere.

Præcipitor, aris. Pro Dom. 98. Præcipitari ex altissimo dignitatis gradu.

Præcipue, *potissimum, vel maxime*, ἐξαιρέτως, ἐξόχως. 1. de Orat. 30. Hæc una res in omni libero populo, maximeque in pacatis civitatibus præcipue semper floruit. 2. cont. Rul. 60. Nihil sibi appetit præcipue Pompeius, vult se in communi atque eodem, quo cæteri, jure vivere. Pro Sull. 82. Neque ego nunc præcipue de consularibus disputo: universi Senatus communis est ista laus. Pro Rab. 4. Labor in hoc defendendo præcipue meus est: studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debet. 4. Fam. 14. Nihil tibi præcipue timendum est. 13. 32. Sed vereor, ne, quia complures tibi præcipue commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. 1. Q. Fr. 1. 22. Nos isti hominum generi præcipue debere videmur. 2. de Leg. 45. Color albus præcipue decorus Deo est. 2. de Fin. 109. Ergo homini, qui cæteris animantibus præstat, præcipue a natura nihil datum esse dicemus? 2. Fa. 6. In mea salute præcipue sum ab illo adjutus. 3. 8. In quibus unum illud te præcipue rogo, ut, &c. 1. de Div. 21.

Rite igitur veteres, &c.——
Præcipue ingenti coluerunt numine divos.

2. de Orat. 148. Diligentia præcipue colenda est nobis. 11. Fam. 19. Vicetini M. Brutum præcipue observant.

Præcipuus, a, um, *peculiaris, proprius*, διάφορος, ἐξαίρετος .)(. *communis*. 4. 15. 11. Att. 14. Tum communibus malis, tum præcipuis oppressus sum. Pro Sul. 12. Tum communibus, tum præcipuis patris tui periculis commovebatur. De Prov. 2. Præcipuum illum et proprium sensum doloris mei a sententia dicenda amovebo. Pro Sul. 9.

Quod mihi Consuli præcipuum fuit præter cæteros, id jam privato cum cæteris est commune.

Insignis. Pro Dom. 10. An meæ partes in ea causa non præcipuæ fuerunt? Pro Pomp. 58. et pro Mil. 79. Qui in hoc bello etiam præcipuo jure esse deberet. 4. Fam. 3. In communibus miseriis præcipuo quodam dolore angi. 2. de Fin. 33. Nam sunt in animo præcipua quædam. 10. Fam. 9. Nisi in multitudine optimorum civium impetus animi mei fuerit singularis, et opera præcipua, nihil volo, &c. 1. Off. 12. Ingeneratque in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt. Pro Lig. 27. Ut enim cætera paria sint, &c. hoc certe præcipuum Tuberonis fuit, quod, &c. De Arus. 14. Domus publico omni præcipuo, et humano, et divino jure munita.

Præcise, *breviter, ἀποτόμως.* 2. de Nat. 74. Providentia mundum administrari præcise dicitur, plene autem et perfecte providentia deorum mundum administrari. 8. Att. 4. Nunquam ego cuiquam, &c, tam præcise negavi, quam hic mihi plane sine ulla exceptione præcidit.

Præcisio, onis, *ornamentum quoddam, περιτομή.* 4. ad Her. 42. Præcisio est, cum dictis quibusdam, reliquum, quod cœptum est dici, relinquitur audientium judicio, &c. 3. de Orat. 200.

Præcisus, a, um, *diminutus, ereptus, ἀποτετμημένος.* Brut. 5. Oppressa ab impiis civitas opitulandi potestate præcisa. 2. de Orat. 28. Hic Catulus: Præcisa, inquit, mihi quidem dubitatio est, quoniam, &c. Ver. 3. 251. Tibi præcisa defensio est. 2. Qu. Fr. 11. Tenediorum libertas securi Tenedia præcisa est.

Præclare, *recte, probe, optime, καταφανῶς, καλῶς.* 3. in A. 25. Præclare igitur facitis, &c. 4. Fam. 7. Ego eum te esse, qui, &c. præclare memini. 13. 7. Etsi non sum nescius, quæ tua potestas sit, tibi negotium datum esse a C. Cæsare, non judicium, præclare intelligo. Pro S. R. 37. Quod præclare a sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas. De Cl. 59. Vir excellens præclare. 1. Off. 46. Vivitur cum iis, in quibus præclare agitur si sint simulacra virtutis.

Præclarus, a, um, *eximius, egregius, commemorandus, ἔνδοξος.* 1. Fam. 7. Minime miror, te tuis præclaris operibus lætari. 1. de Orat. 46. Multi erant præterea præclari in philosophia, et nobiles. 2. 89. Genus dicendi magnificum atque præclarum. Orat. 15. Cum præclara quædam et magnifica didicisset. Pro Dom. 131. Præclara voluntas, atque omni laude digna. 1. de Orat. 131. Egregia quædam et præclara indoles. Pro S. R. 6. Opima atque præclara præda. Pro Sest. 96. Res præclara juventuti ad discendum. Act. 1. Ver. 42. O commemoranda judicia, præclaramque existimationem nostri ordinis! 4. in A. 5. Præclara et luculenta reclamatione vestra factum Martialium comprobavistis. 1. Off. 67. Ea, quæ eximia plerisque et præclara videntur, parva ducere. Pro S. R. 133. Prædium præclarum et propinquum. Ver. 5. 85. Præclara classis in speciem.

Syntaxis. *Præclare facere, meminisse. Vir præclare excellens. In philosophia præclarus et nobilis. Præclarum et magnificum. Egregia et præclara indoles. Præclara et opima præda. Præclara et luculenta reclamatio.*

Præcludo, is, *claudo, intercludo, præcido, κατακλείω.* Ver. 5. 167. Omnem orbem terrarum civibus nostris ista defensione præcluseris. Pro Planc. 96. Nam maritimos exitus præcludebat hyemis magnitudo. I. P. 40. In perpetuum tibi curiam præclusisti.

Præclusus, a, um, *ἀποκεκλεισμένος.* Ver. 5. 21. Omnes tibi aditus misericordiæ judicum præclusi sunt.

Præco, onis, *buccinator, prædicator, κῆρυξ.* Ver. 3. 40. Si palam præco jussu tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire partes. Pro Qu. 50. De quo homine præconis vox prædicat, et pretium conficit, huic, &c. *Ibid.* 49. Alicujus victum vestitumque necessarium sub præcone cum dedecore esse subjectum. 2. Off. 83. Hastam in foro ponere, et bona civium voci subjicere præconis. Pro Flacc. 34. Citat præco maxima voce legatos Æmonenses. 3. Off. 56. Si domini jussu præco ita prædicet: Domum pestilentem vendo. 2. cont. Rull. 4. Itaque me non singulæ voces præconum, sed una voce universus populus Consulem declaravit. Pro Dom. 52. Ut Cyprius rex cum omnibus bonis sub præcone subjiceretur. 3. de Nat. 84. Per præconem vendere aliquid. Pro Sest. 57. Et præconi publico subjicere. 4. ad Her. 60. Illi præco faciebat audientiam. Ver. 2. 75. Dicit unus et alter breviter, nihil interrogatur, præco dixisse pronunciat. 1. de Orat. 236. Jurisconsultus præco actionum. Pro Arch. 24. O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris. 5. Fam. 12. Præcones ludorum gymnicorum. Pro Planc. 33. Granius præco. De Lege Agraria. Veniet sub præcone tota Propontis.

Syntaxis. *Præco prædicat venire &c. Sub præcone victum alicujus subjectum esse. Præconis voci bona subjicere. Præco maxima voce legatos citat. Per præconem vendi. Facta a præcone audientia. Præco* DIXISSE *pronunciat. Invenire aliquem suæ virtutis præconem. Venire aliquid sub præcone.*

Præcognosco, is, *præsentio, προγινώσκω.* 10. Fam. 15. Si latro, præcognito nostro adventu, rursus in Italiam se recipere cœperit, &c.

Præconium, nii, *ars præconis, τὸ κήρυγμα.* Pro Qu. 95. Cujus vox in præconio quæstum præstitit. 6. Fam. 18. Facere præconium. 13. Att. 13. Ligarianam præclare vendidisti; posthac si quid scripsero, tibi præconium deferam.

Laudatio, τὸ ἐγκώμιον. Pro R. P. 46. O meum miserum et acerbum præconium. 2. de Orat. 86. Stultitiæ suæ quamplurimos testes domestico præconio colligere. Pro Ar. 20. Omnes mandari versibus æternum suorum laborum præconium facile patiuntur. 5. Fa. 12. Ut mihi non solum præconium tributum, sed etiam grave testimonium impartitum clari hominis magnique esse videatur.

Adjuncta. *Acerbum, et miserum, æternum, domesticum.*

Præcordia, orum, *jecur, πραπίδια.* 1. Tusc. 20. Iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit.

Intestina. 5. de Fin. 92. Annulus in præcordiis piscis inventus est.

Animus. 1. Tusc. 96. Cum jam in præcordiis conceptam mortem contineret. In Ara. *Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper.*

Præcultus, a, um, *antecultus, præparatus, προειργασμένος.* Par. 80. Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem quasi præculti.

Præcurrentia, um, *primordia, antecedentia, προτρέχοντα.* 2. de Orat. 170. Ex consentaneis et præcurrentibus et repugnantibus. Part. 7. Ut primordia rerum, et quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti.

Præcurro, is, *anteeo, supero, παραφθάνω.* 1. Acad. 44. Neque hoc quidquam est turpius, quam cognitioni assensionem approbationemque præcurrere. 2. de Orat. 131. Auditio et cogitatio, quæ studio et diligentia præcurrit ætatem. Orat. 176. Horum uterque Isocratem ætate præcurrit. 1. Off. 101. Efficiendum autem est, ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignaviam deserant. De Am. 63. Ita præcurrit amicitia judicium, &c. Qu. de Pet. 22. Ut homo iners hominem diligentem præcurrat, sine magna negligentia fieri non potest. 1. de Div. 118. Certis rebus certa signa præcurrunt. 4. C. 19. Atque hæc, non ut vos, qui mihi studio pene præcurritis, excitarem, locutus sum, sed, &c. 3. de Orat. 230. Cui quanquam faveo, tamen illum ætati suæ præstare cupio: vobis vero illum tanto minorem præcurrere vix honestum est.

Syntaxis. *Assensionem approbationemque cognitioni præcurrere. Cogitatio ætatem præcurrens. Præcurrit amicitia judicium. Certis rebus certa signa præcurrunt. Studió alicui præcurrere. Uterque Isocratem ætate præcurrit.*

Præcursio, onis, *antecessio, πρόοδος.* De Fa. 44. Non fieri assensiones sine præcursione visorum. Top. 59. Præcursio quædam: *id est prægressio.*

Præcursor, oris, *excursor, πρόδρομος, ου.* Ver. 5. 107. Hunc in rebus capitalibus præcursorem habebat et emissarium.

Præda, dæ, *rapina, ἄγρα.* De Pro. 28. Illum putabam retinere posse exercitum præda ante partâ, &c. 2. cont. Rull. 58. Accumulat aurum ex præda, ex manubiis, &c. Ver. 3. 119. Maximos quæstus prædasque facere. Pro Dom. 146. Præda consulum ex meis fortunis crudelius. capta. 12. Fa. 12. Spes prædæ et rapinarum. 2. cont. Rull. 60. Si est æquum, prædas ac manubias suas Imperatores non in monumenta deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre: sed ad Decemviros tanquam ad dominos reportare, &c. 1. de Fin. 51. Quas cupiditates nulla præda unquam improbe parta minuit, sed auget potius atque inflammat. De Leg. Agr. Cal. Jan. prædam, manubias, sectionem, castra denique Decemviri vendent.

Adjuncta. *Certissima, communis, frumentaria, ingens, immanisque, magna, major, præsens, prætoria, integra, opima, præclaraque, universa, judicialis, marina, mediocris, nefaria, nova, parta, popularis.*

Prædator, oris, *prædo, λῃστής.* 2. C. 20. Quos in eodem genere prædatorum direptorumque pono.

Prædiator, oris, *juris prædiatorii peritus, χωρικοῦ ἔμπειρος.* Pro Cor. 45. Qui Scævola, cum de jure prædiatorio, consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium et Cascelium prædiatores rejiciebat. 12. Att. 15. et 18. Apuleius prædiator liberalis.

Prædiatorius, a, um, *ad prædia possessionesque pertinens, χωρικός.* Pro Cor. 45. Cum Qu. Mutius de jure prædiatorio consuleretur, &c. *id est*, de jure possessionum.

Prædicabilis, le, *prædicandus, gloriandus, præ se ferendus, ἀξιόλογος.* 5. Tusc. 49. Nec in misera vita quidquam est prædicabile, aut gloriandum.

Prædicandus, a, um, *ἀναγορευτέος. Ibid.* 50. Si beata vita glorianda, et prædicanda, et præ se ferenda est, &c.

Prædicans, tis, *ἀναγορεύων.* 5. Fam. 13. Ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti.

Prædicatio, onis, *celebratio, commemoratio, ἀναγόρευσις.* Pro Ar. 26. Philosophi in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque fugiunt, prædicari de se ac nominari volunt. 9. Att. 15. Tua prædicatione factum est, ut tantum ei debere viderer. De Arusp. 16. Nec vereor, ne hæc me vestrorum beneficiorum prædicatio non grata potius, quam arrogans videatur. 1. Q. Fr. 1. 33. Si in mediocri statu sermonis, ac prædicationis res tuæ essent, nihil abs te eximium postularetur. 2. cont. Rul. 47. Quæ prædicatio præconi acerba futura est. Pro Dom. 27. Prædicatio de laude alicujus. Ver. 3. 140. Prædicatio nefariæ societatis.

Adjunct. *Acerba, et luctuosa, grata, non grata, potius quam arrogans.*

Syntaxis. *Prædicationem et nobilitatem fugere. Status mediocris sermonis ac prædicationis. Beneficiorum prædicatio. Prædicatio de laude alicujus.*

Prædicator, oris, *laudator, præco, buccina-*

tor, κήρυξ. 1. Fa. 9. Te ipso prædicatore ac teste. Pro Cor. 40. Qui volunt me esse sui facti et prædicatorem et autorem.

Prædico, as, *celebro, commemoro, glorior, dico*, κηρύττω, ἀναγορεύω. *Prædicati autem, et prædicamenta trita sunt in Scholis, cum nunquam sic Latini sint locuti. Nam Cicero vertit* κατηγορήματα, *quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam, quod ex ipsius verbis potest intelligi lib. 4. Tusc. quæst. 21. Libido, inquit, earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam, quæ* κατηγορήματα *Dialectici appellant.* 2. de Orat. 1. Erantque multi qui libenter id, quod dixi, de illis oratoribus prædicarent. I. P. 2. Mihi ista licet de me vera cum gloria prædicare. 11. in A. 33. Multa et ornate et honorifice et graviter de aliquo prædicare. Ver. 3. 40. Si palam præco jussu tuo prædicasset. 9. Att. 11. Prædicat enim palam. Pro Dom. 93. De seipso gloriosius prædicare. Pro Qu. R. 19. De hoc, ut existimabas, prædicabas. 5. Fam. 12. Ne ipsi sua voce se victores esse prædicent. De Arusp. 48. In ipsum Pompeium autorem (ut prædicare est solitus) consiliorum suorum invehi cœpit. 1. C. 22. Mihi inimico, ut prædicas, tuo. 2. de Orat. 296. Ego de te oratore sic prædico, unum te esse, &c. Pro Planc. 5. Avus tuus P. Nasica tibi ædilitiam prædicaret repulsam. Pro Qu. 50. De quo homine præconis vox prædicat. Cont. C. Ant. Quid ego, ut violaveris provinciam, prædicem?

Adverb. *Falso, gloriosius, ornate, graviter, honorifice, optime, palam.*

Prædicor, aris. De Opt. 19. Atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergo. Pro Arch. 20. Themistocles dixit, se ejus vocem libentissime audire, a quo sua virtus optime prædicaretur. *Ibid.* 21. Nostra sæpe feretur et prædicabitur. *Ibid.* 26. Omnes prædicari de se et nominari volunt.

Syntaxis. *Multa de aliquo vera cum gloria prædicare. Ornate, honorifice, et graviter de aliquo prædicare. Omnes de se prædicari volunt. De se ipso gloriosius prædicare. Ut prædicare est solitus, ut prædicat. Id sæpe feretur et prædicabitur.*

Prædico, is, *ex præ et dico, ante dico, cano, præcino, moneo, prænuncio, præsignifico, testificor, portendo, oraculum edo, præmonstro,* ἐπιλέγω. 1. C. 10. Quos ego jam multis ac summis viris ad me venturos id temporis esse prædixeram. De Ar. 18. Aruspices bellum non obscure nobis paulo ante prædixerunt. *Ibid.* 53. Cum dii immortales monent de optimatium discordiis, de clarissimorum civium dissensione prædicunt: cum principibus cædem portendunt, in tuto collocant Clodium. 1. de Div. 2. Intelligere et prædicere futura. 2. 88. Scylax totum Chaldaicum prædicendi genus repudiavit. Act. 1. Ver. 36. Moneo, prædico, ante denuncio. 6. Fa. 6. Nihil adversi accidit non prædicente me.

Prædicor, eris. 2. de Div. 17. Solis defectiones prædicuntur in multos annos. 2. de Nat. 7.

Prædictio, onis, *prædictum, divinatio, significatio, vaticinatio, præsensio,* προάγγελμα, προφητεία. 6. Fam. 6. Quare quando ut augures et astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te autoritatem augurii et divinationis meæ, debet habere fidem nostra prædictio. 2. de Div. 54. Omnis enim prædictio mali tum probatur, cum ad prædictionem cautio adhibetur. 1. 95. Quis Rex unquam fuit, qui non uteretur prædictione divina? 2. 87. Prædictio et notatio cujusque vitæ ex natali die. 1. 4. Ariolorum et vatum furibundæ prædictiones. 2. de Nat. 7. Prædictiones et præsensiones rerum futurarum. De Arusp. 18. Fatorum veteres prædictiones Apollinis.

Prædictum, cti, *prædictio*, τὸ προειρημένον. 2. de Div. 88. Panætius, qui astrologorum prædicta rejecit. *Ibid.* Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. 2. de Leg. 30. Ad deos placandos alii sacerdotes constituti, ad interpretanda alii prædicta vatum.

Prædictus, a, um, προειρημένος. Pro Dom. 122. Si omnia veteribus et prædictis institutis acta esse dicerem. *alias*, priscis institutis, &c. 2. de Nat. 153. Defectiones Solis et lunæ cognitæ, prædictæque in omne posterum tempus. De Arusp. 30. Id totum in istius ludis prædictum atque responsum est.

Syntaxis. *Prædictio et notatio cujusque vitæ ex natali vitæ die. Prædictio et præsensio futurarum rerum. Natalitia Chaldæorum prædicta. Vatum prædicta.*

Prædiolum, li, τὸ χωρίδιον. 3. de Orat. 106. 16. Att. 3. Prædiola nostra belle ædificata, et satis amœna.

Prædisco, is, προμανθάνω. 1. 147. Quæ in foro agenda sunt, exercitatione quasi ludicra prædiscere et meditari.

Præditus, a, um, *cumulatus, ornatus, decoratus, instructus, armatus, affectus, auctus, amplificatus,* ὁ ἔχων, λαγχάνων. Pro Cœl. 24. Adolescens rectissimis studiis atque optimis artibus præditus. 2. in A. 46. Adolescens summa spe et animi et ingenii præditus. Pro Pomp. 51. Vir summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus Qu. Hortensius. *Ibid.* 68. C. Curio summis vestris beneficiis, maximisque rebus gestis, summo ingenio et prudentia præditus. Pro Cl. 53. Homo summa religione et autoritate præditus. Pro S. R. 154. Homo sapiens, et ista autoritate et potestate præditus, qua tu es. Pro Mil. 21. Homo sapiens, et alta quadam mente præditus. 1. de Orat. 6. Summi homines et summis ingeniis præditi. De Am. 76. Venandi vel pilæ studio præditus. De Un. 29. Siderum errores multitudine infinita, varietate admirabili præditi. Pro Clu. 84. Vir magna prudentia et exercitatione præditus. 2. cont. Rull. 89. Homines divina mente et consilio præditi. Pro Flac. Ado-

lescens optima spe præditus summæ dignitatis. Pro Dom. 39. Vir singulari virtute, constantia, gravitate præditus. 4. Fa. 3. Sapientia præditus prope singulari. Pro Arch. 10. Aliquis summa ingenii præditus gloria. *Ibid.* Homo mediocris, et aut nulla aut humili aliqua arte præditus. Orat. 24. Sed tamen eos studio optimo, judicio minus firmo præditos docere non alienum est. Ver. 1. 14. Homo omnibus ornamentis præditus. 1. Tusc. 66. Mens est motu prædita sempiterno. 1. de Invent. 88. Perspicuo et grandi vitio præditum possumus exemplum. 5. Tusc. 41. Non ut parvo metu præditus, &c. sit, sed ut nullo. Div. 69. In me homine parvis opibus et facultatibus prædito. 3. 62. Homo illa autoritate et ætate præditus. 4. 86. Vir summo magistratu præditus. Pro Dom. 110. Vir summa potestate præditus. *Ibid.* Singulari bonitate et modestia præditus. 8. Att. 3. Aliquis præditus amplissimo sacerdotio. Ver. 5. 107. Cum eum videres illa autoritate et miseria præditum. 4. 104. Amentia præditus atque audacia. 2. de Inv. 2. Puer præditus magna dignitate. Div. 6. Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. Pro Flac. 6. Præditus levitate, egestate, perfidia, audacia. 1. de Nat. 18. Mundus animo et sensibus præditus. 121. Imagines divinitate præditæ. 3. 2. Deos membris humanis esse præditos. Pro S. R. 23. Aliquis miser, luctu præditus. *alias*, perditus, et 2. ad Her. 44. Mortuum deformatum, tumore præditum, decoloratum corpore constat esse. 2. de Invent. 111. Quidam neque eo nomine, neque numero præditi, ut digni sint, qui, &c. Pro Dom. 136. Virgo sanctissimo sacerdotio prædita. 4. Fam. 3. Neque tali vel scientia vel natura præditum hortabor. Pro C. Cornel. 1. Adolescens summa nobilitate, eximia virtute præditus. Pro M. Scau. Summo ingenio præditus. *Ibid.* Illa humanitate et sapientia præditus. Hortens. Bona mente præditus.

SYNTAXIS. *Adolescens bona mente, rectissimis studiis et artibus præditus, summa spe animi et ingenii. Vir fortunæ ac virtutis ornamentis præditus, vestris beneficiis, rebus gestis. Homo summa religione præditus, auctoritate et potestate. Sapiens et alta quadam mente præditus. Summi homines, et summis ingeniis præditi, divina mente et consilio, prudentia et exercitatione, virtute singulari, constantia et gravitate, summa ingenii gloria, judicio firmo, studio optimo, ornamentis omnibus. Mens motu prædita sempiterno. Vir præditus opibus et facultatibus, summo magistratu, amplissimo sacerdotio. Homo amentia præditus atque audacia, singulari cupiditate, scelere, levitate, egestate, perfidia, luctu.*

Prædium, dii, *fundus, possessio, regnum*, κλῆρος. 13. Fam. 8. A M. Laberio C. Albinus prædia in æstimatione accepit, quæ prædia Laberius emerat a Cæsare. 7. Att. 16. Scripsi me tamen in prædiis meis esse. Ver. 3. 199. Urbana prædia. 1. 142. In bonis prædiibus prædiisque vendendis. 11. Att. 2. In quos sumtus abeunt fructus prædiorum. 15. 20. Mercedes dotalium prædiorum. Pro S. R. 43. Tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa pater filio suo colenda ac tuenda tradiderat. *Ibid.* 42. Hunc in prædia rustica relegarat. Hortens. Nam et prædiis quæstuosissimis, et amicis jucundissimis, quantum libuit, abundavit, et illis omnibus aptissime ad salutem corporis usus est. Incer. Multorum in terris prædiorum domini.

ADJUNCT. *Alienum, deterius, dotale, immune, liberum, mediocre, nobilissimum, par, paternum, parvum, præclarum, et propinquum, proprium, pulchrum, et fructuosum, rusticum, vacuum, pulcherrimum, pretiosum, urbanum.*

SYNTAXIS. *Prædium in æstimationem accipere, vendere, colere, tueri. Prædiis abundare, illisque aptissime uti ad salutem corporis. Multorum in terris prædiorum dominus. In prædia rustica filium relegare.*

Prædo, onis, *prædator, pirata*, κλέπτης. 2. Tusc. 67. Si cui naviganti, quem prædones insequantur, Deus dixerit, ejice te de navi, &c. Act. 1. Ver. 13. Urbes piratis prædonibusque patefactæ. 3. de Nat. 82. Plures captivos acerbe quam prædones necari. 3. de Orat. 3. Nefarius prædo. Pro Dom. 140. Omnium templorum atque tectorum totiusque urbis prædo. 2. ad Her. 33. Hominem occisum esse a prædonibus. Con. C. Ant. Atque ut istum omittam in exercitu Sullano prædonem. Hortens. Quum in prædonum Hetruscorum manus incidissent.

ADJUNCTA. *Barbarus, atque immanis, barbarus, domesticus, communis, felix, frumentarius, improbissimus, maritimus, nefarius.*

Prædor, aris, *prædam facio*, ἁρπάζω, λῃστεύω. Ver. 1. 120. Verres omnibus in rebus apertissime prædatus est. 3. 145. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. 4. in A. 9. Sed spes rapiendi atque prædandi obcæcat animos eorum. 3. Off. 72. Nemo id agere debet, ut ex alterius prædetur inscitia. Ver. 2. 45. Verum ex ista reperticia hæreditate ita istum prædatum, ut perpauca occulte fecerit. et 46. Prædari in bonis alienis nomine civitatis. Ver. 4. 2. Cum apud tuos Mamertinos inveniare improbissima ratione prædatus. Ver. 3. 6. Qui ex tenearum orbitis prædari sit ausus. *Ibid.* 51. Quo modo ex locatione illa columnarum docui istum esse prædatum. Ver. 5. 90.

ADVERB. *Aperte, palamque, apertissime, impudentissime, improbe, varie.*

Præeo, is, *anteeo*, ἡγέομαι. Pro Dom. 133. Adeste, ut mihi præeatis, postemque teneatis. 5. de Fin. 58. Ad quorum usum jam corroborati, natura ipsa præeunte, deducimur. Pro Mil. 3. Qui hesterna etiam concione incitati sunt, ut vobis voce præirent, quod judicaretis.

Præfandus, a, um. 9. Fam. 22. Nos autem ridicule si dicimus, ille patrem strangu-

lavit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est. 2. de F. 29. Cætera addit, quæ si appelles, honos præfandus sit.

Præfari, *prœloqui*, προλέγειν. 1. de Div. 102. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum faustumque esset, &c. præfabantur. De Un. 33. Quæ de deorum natura, &c. præfati sumus, hunc habeant terminum.

Præfatio, onis, *exordium*, προοίμιον. Ver. 3. 187. Quæ porro præfatio tuæ donationis fuit?

Præfectura, æ, *ea erat Romanis, (ut Festus ait) in qua et jus dicebatur, et nundinæ agebantur: et erat quædam Respub. nisi quod a Romanis in singulas præfecturas præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent*, προστασία. Pro Planc. 19. Tu es e municipio antiquissimo Tusculano: hic est e præfectura Atinati, non tam prisca. Pro Rab. 22. Omnis præfectura, regio, vicinitas nostra. 5. Att. 21. Præfecturam petivit, negavi. 2. de Nat. 6. Cum P. Vacienus e præfectura Reatina rediret. 6. Att. 1. Dare præfecturam alicui, et deferre præfecturam alicui.

ADJUNC. *Florentissima, forensis, non tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana.*

Præfectus, cti, *præpositus, quicunque alicui rei vel negotio præfectus est*, δυνάστης, ἔπαρχος, ἐπιστάτης. I. P. 86. Cum hyberna legato præfectoque tradidisses, evertisti miseris civitates. 5. Att. 4. De quinque præfectis quid Pompeius facturus sit, faciam ut scias. Ver. 5. 88. Dux præfectusque classis. Div. 55. Quidam præfectus Antonii. De Cla. 168. Pro Cluen. 129. Censor præfectus moribus. 9. Fa. 15. Noster hic præfectus moribus. Postq. in Sen. 14. His utitur quasi præfectis libidinum suarum. Pro Mar. 7. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus decerpit.

Præfero, fers, *antefero, præ me fero*, προφέρω, προκρίνω. Ver. 4. 106. Fasces, quas sibi cum ipsa præferret, orbem omnium peragravit terrarum. 1. C. 13. Cui adolescentulo non ad libidinem facem prætulisti? Pro Sull. 40. Vos mihi in tantis tenebris erroris et inscitiæ clarissimum lumen prætulistis. 1. Qu. Fr. 1. 10. Majora præferant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quam potentiæ. Pro S. R. 87. Avaritiam præfers, qui, &c.

Antepono. 2. de Orat. 342. Præferre se aliis. 9. Att. 15. Præferre aliquem omnibus. De Cl. 101. Pro Pomp. 71. Præferre salutem Reipub. suis commodis. 1. de Fin. 23. Præferre jus imperii amori patrio.

Orno. 6. in A. 17. Quem vos a se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulistis.

Ostendo. 10. Fa. 8. Præferre sensus aperte: *id est, ostendere quod est in animo.*

Præferor, eris. Ver. 5. 22. Fasces Prætoribus præferuntur.

Præficiendus, a, um, ἐφιστέος. Pro Pomp. 27. Imperator tantis rebus præficiendus.

Præficio, is, *præpono*, ἐφίστημι. 2. de Leg. 66. Et huic procurationi certum magistratum præfecerat. Pro Flacc. 16. Tum seditiosos homines Reipublicæ præficiebant. 6. Fam. 6. Cæsar Brutum Galliæ præfecit. 2. 15. Nec erat superiore honore usus, quem præficerem. 10. Att. 8. In ipsa Italia quem cuique regioni aut negotio præfecisset. Pro Pomp. 49. Præficere aliquem imperatorem alicui bello. Pro Dom. 89. Præficere aliquem ducem exercitui. Ver. 2. 144. et 10. Fam. 35. Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciendis præesset. 1. Fam. 9. Pro D. 127. 16. Att. 16. Præficere aliquem alicui negotio. Postq. in Sen. 17. Tu me comitiis prærogativæ primum custodem præfeceras. Pro Planc. 62. Præficere aliquem pecori. 1. de Nat. 33. Aristoteles Deum præfecit mundo. Ver. 5. 59. Ut is eam pecuniam tractaret, quem ipse præfecisset. 2. de Div. 12. Nec locus in materia invenitur, cui divinationem præficere possimus. Pro Dom. 20. Cujus pecuniæ deportandæ M. Catonem præfecisti.

Præficior, eris. 5. Att. 21. Primum contendam a Qu. fratre, ut se præfici patiatur.

SYNTAXIS. *Magistratum præficere alicui procurationi, hominem alicui provinciæ, alicui negotio, regioni, bello. Præficere ducem exercitui. Aliquem curatorem præficere, qui &c. Custodem præficere prærogativæ. Aristoteles Deum præfecit mundo.*

Præfidens, tis, *confidens*, ὁ καὶ ἡ εὔθαρσής. 1. Off. 90. Homines secundis rebus effrænatos, sibique præfidentes. *Lege*, Fido. 3. de Orat. 164. Exultantem te, et præfidentem tibi repriment validæ legum habenæ.

Præfinio, is, *præstituo, præscribo*, προορίζω. 5. Tusc. 21. Præfinire non est meum. 7. Fam. 2. Sed eo vidisti multum, quod præfinisti, quo ne pluris emerem. 2. de Leg. 45. Sed ego cætera non tam restricte præfinio. Ver. 5. 173. Neque de illo quidquam tibi præfinio, quo minus ingenio mecum contendas. De Pro. 37. Præfinire diem alicui.

Præfinior, iris. 2. De Leg. 68. A Platone sumptus funerum præfinitur ex censibus, a minis quinque usque ad minam.

Præfinitus, a, um, προωρισμένος. 6. Fam. 8. Calend. Januarias tibi præfinitas esse. Pro S. R. 130. Deinde aliquanto post eam diem venerunt, quæ dies lege præfinita est. 1. cont. Rull. 10. Quod superiore parte legis præfinitum fuit, id rursus liberum infinitumque fecerunt.

Præfracte, *pertinaciter*, αὐθαδῶς. 3. Off. 88. Cato nimis præfracte vectigalia defendebat: *id est*, pugnacissime.

Præfractus, a, um, *pertinax, pugnax*, προκαταγνύμενος. Orat. 40. Thucydides præfractior, nec satis (ut ita dicam) rotundus. Hortens. Aristo Chius, præfractus, ferreus, &c.

Præfulcio, is, *præmunio, sustento*, προστηρίζω. 5. Att. 13. Per fortunas illud præfulci et præmuni, quæso, ut simus annui.

Præfulgeo, es, *præter modum fulgeo*, προφαίνω. 3. ad Her. 32. Ne aut obscurentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant.

Prægestio, is, *valde gestio, cupio*, προγαυριάω. Pro Cæl. 67. Prægestit animus videre jam primum, &c.

Prægnans, tis, *plenus, gravidus*, ὁ καὶ ἡ ἔγκυος. 1. de Div. 39. Cum mater prægnans hunc ipsum Dionysium alvo contineret, somniavit, &c. Pro Cluent. 33. Is uxorem suam interrogavit, essetne prægnans? eaque se esse respondit. 1. de Orat. 183. Paterfamilias, qui uxorem prægnantem in provincia reliquisset.

Prægrediens, tis, *præiens, antecedens*, προπορευόμενος. 13. in A. 4. Sequentes alii, alii prægredientes amici.

Prægressio, onis, *præcursio*, προπορεία. De Fat. 44. Nihil fieri nisi prægressione causæ.

Prægustator, oris, *qui cibos principis prægustat: quod et ad alia transfertur*, προγεύστης. Pro Dom. 25. Sext. Clodius prægustator libidinum tuarum.

Præjudicatus, a, um, προκατακριμένος. Pro Cluent. 6. Primum postulo, id quod æquissimum est, ut ne quid huc præjudicati afferatis. *Ibid.* 49. Res semel atque iterum præjudicata. 1. de Nat. 10. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret autoritas. Pro R. P. 32. Quasi præjudicata res ad has causas deferri soleat.

Præjudicium, cii, *judicii conceptum specimen*, προκατάγνωσις. *Latini præjudicium vocarunt id tantum, quod ante statum futuri judicii tanquam exemplar erat: veruntamen hoc ipsum judicium non erat; idcirco Cicero judicium illi opponit. Præjudicium (inquit Asconius) est res, quæ cum statuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod sequantur.* Div. 12. De quo non præjudicium, sed plane judicium factum putatur. Ver. 3. 152. Cum hoc diceret Metellus, præjudicium se de capite C. Verris per hoc judicium nolle fieri. 2. de Inv. 60. Exceptio, extra quam in reum capitis præjudicium fiat. *Ibid.* Non oportet in recuperatorio judicio ejus judicii, de quo inter sicarios quæritur, præjudicium fieri. Pro Cl. 9. Præjudicia de aliquo facta esse a judicibus. Pro Mur. 60. Judicium accusatoris in reum pro aliquo præjudicio valere. Pro Planc. 55. Cur non ejus damnatione aliquid ad hoc judicium præjudicii comparasti? 6. Att. 1. Nimis grave præjudicium in ordinem nostrum. Ver. 3. 153. De quo homine præjudicium noluerit fieri per recuperatores. *Ibid.* Si Apronium absolutum iri putaret, nihil erat quod ullum præjudicium vereretur.

Præjudico, as, *præjudicium facio*, προκρίνω, προκαταγινώσκω. 3. de Leg. 47. Qui magistratu abierint, apud censores edant et exponant, quid in magistratu gesserint, deque iis censores præjudicent. Pro Cluen. 172. Ut per illum, qui attulit venenum, de hoc præjudicaretur. Ver. 3. 153. De aliquo homine non modo præjudicare, sed etiam gravissime judicare. 2. de Inv. 60. Satisne æquum sit, quare de aliquo majore maleficio præjudicetur? Ad Brut. 4. Quod nondum Senatus censuit, nec pop. Rom. jussit, id arroganter non præjudico, neque revoco ad arbitrium meum.

Prælabor, eris, προολισθαίνω. 2. de Nat. 111. Quorum alter paulo prælabitur ante. et in Arat.

Præligatus, a, um, *obligatus*, προδεδεμένος. 2. de Inv. 149. Os autem obvolutum est folliculo, et præligatum.

Prælior, aris, *dimico, prælium facio vel committo, rem gero, certo, pugno*, μάχομαι. 1. de D. 53. Eudemus prælians ad Syracusas occidit. 1. Att. 13. Vehementer præliatus sum.

Prælium, lii, *dimicatio, certamen, pugna*, μάχη. 6. Fam. 4. Præliorum exitus sunt incerti. 15. 15. Prælio facto. 4. Tusc. 42. Prælium rectum hoc fieri. 2. de Orat. 273. Salinator ex arce Tarentina multa prælia præclara fecit. 1. de Div. 78. Cum hoc calamitosum prælium fieret. 2. de Nat. 6. Cum A. Posthumius cum Octavio Manilio prælio dimicaret. 1. de Div. 77. Prælium committo. 8. Att. 20. Committere prælium cum aliquo. Pro S. R. 151. et 8. in A. 6. Prælium commissum. De Pro. 32. Præliis frango, et præliis decerto. Pro Deiot. 29. Prælium Pharsalicum. Pro Mar. 17. Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam. Pro Pomp. 23. Noster exercitus præliis usus erat secundis. 1. Off. 37. Monet igitur eum, ut caveat, ne prælium ineat. 1. in A. 28. Cæsar secundum prælium fecit. Pro Milon. 87. Clodius cum prælium commisisset, vulnus accepit. 2. C. 25. In hoc certamine et prælio, &c. Orat. 30. Thucydides res gestas et bella narrat et prælia. 9. Fam. 11. Scribis prælia te mea causa sustinere. Frag. ep. Scriptum erat equestre prælium valde secundum: quin potius adversum.

ADJUNCTA. *Acerrimum et maximum, calamitosum, difficile, magnumque, fatale, firmissimum, magnum, maximum, præclarum, secundum, adversum.*

SYNTAXIS. *Prælium facere. Prælio dimicare. Prælium committere. Præliis decertare. Præliorum exitu terminare victoriam. Præliis secundis uti. Prælium inire. Prælia sustinere.*

Præloquor, eris, *prædico*, πρόφημι. 8. Fam. 12. Vix hæc erat prælocutus.

Præluceo, es, *lucem vel lumen præfero*, προφαίνω. De Ami. 23. Amicitia bona spe prælucet in posterum.

Præmando, as, ἐπιτάττω. 5. Fam. 9. Dicitur mihi tuus servus Anagnostes fugitivus Vardaci esse, de quo tu nihil mihi mandasti: ego tamen, terra marique ut conquireretur, præmandavi.

Præmaturus, a, um, *præproperus, immaturus, intempestivus*, πρώϊμος. 10. Fam. 8. Præmatura denunciatio.

Præmeditatio, onis, *meditatio, provisio*,

προμελέτησις. 3. Tusc. 22. Præmeditatio futurorum malorum.

Præmeditatus, a, um, *meditatus, cogitatus, domo allatus, paratus, præparatus, προμεμελετημένος*. 2. Off. 47. Crassus ostendit, id se in foro optime jam præmeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

Præmeditor, aris, προμελετάω. 6. Att. 3. Ut possim præmeditari; quo animo accedam ad urbem. 2. ad Her. 8. Accusator dicet, eum præmeditatum fuisse, quod sibi esset usuventurum. 11. in A. 7. Sapientis est, quidquid homini accidere possit, id præmeditari ferendum modice, si advenerit, esse.

Præ me fero, *præ me gero, profiteor, demonstro, indico, confiteor, ἐπαγγέλλομαι*. 1. de Nat. 12. Tantam facultatem consecutum esse me non profiteor: secutum esse, præ me fero. 8. Att. 15. Semper præ me tuli, nihil me malle, quam pacem. Orat. 146. Fortasse cæteri tectiores, ego semper me didicisse præ me tuli. 2. de Nat. 47. Noli quæso præ te ferre, vos plane expertes esse doctrinæ. 3. Tusc. 3. Poetæ, qui cum magnam speciem doctrinæ sapientiæque præ se tulerunt, audiuntur, &c. 2. in A. 30. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit. Pro Mil. 44. Præ se ferre et confiteri facinus. 14. Att. 24. Ὑπόθεσιν hanc habent, eamque præ se ferunt. 16. 14. Sum ab illo alienatus, idque præ me fero. 5. Tusc. 50. In misera vita nihil prædicabile, gloriosum, et præ se ferendum. 4. Att. 11. Reliquum est, Quirites, ut vos in ista sententia, quam præ vobis fertis, perseveretis. 3. de Orat. 221. Actio præ se motum animi fert. 2. Att. 23. Clodius Sampsiceramo *terrores* negat, cæteris præ se fert et ostentat. 2. contr. Rull. 4. Vocem unam præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatum tulistis. 2. de Orat. 310. Una ex tribus his rebus præ nobis est ferenda, ut nihil aliud nisi docere velle videamur. 16. Att. 18. Atticum quanti facias, præ te soles ferre. 2. Off. 39. Nisi speciem præ te boni viri feras. 2. de Invent. 30. Affectionis ratio perspicuam præ se gerit conjecturam. 1. Acad. 33. Is præ se probitatem quandam fert.

Syntaxis. *Præ se ferre, et confiteri culpam. Præ se ferre et ostentare. Præ te semper aperte tulisti.*

Præmissus, a, um, προπεμφθείς. Brut. 4. Filius in Macedoniam cum equitatu præmissus est. 1. Cat. 24. A quo jam sciam esse præmissos.

Præmitto, is, προπέμπω. 10. Att. 7. Antonius præmisit mihi odiosas litteras hoc exemplo, &c.

Præmittor, eris. 7. 15. Fannius cum imperio in Siciliam præmittitur.

Præmium, mii, *merces, fructus, beneficium*, ἆθλον, ἔπαθλον. Brut. 15. Solon Rempub. duabus rebus contineri dixit, præmio, et pœna. 1. de Or. 247. Legibus et præmia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiis. 3. de Nat. 85. Recte factis præmia, peccatis supplicia deberi. 1. Tusc. 113. Ita sacerdos precata a dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo. 4. C. 5. Postremo hodierno die præmia legatis Allobrogum dedistis amplissima. Pro Rab. 31. Quod ei præmium dari par fuisset. Pro Ar. 25. Tribuere præmium alicui. Ver. 1. 38. Ei præmia postea tamen liberaliter tribuit. Pro Fla. 1. Quod enim esset præmium dignitatis, quod populus Rom. cum hujus majoribus semper detulisset, huic denegaret? 3. C. 26. Quibus pro tantis rebus nullum præmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo. Pro S. R. 108. Quam ob causam a Chrysogono tantis præmiis donabantur? Pro Arch. 5. Itaque eum Neapolitani civitate cæterisque præmiis donaverunt. Pro Cornel. 23. Qui nulla conditione hujus civitatis præmiis affici posset. De Prov. 3. Provinciæ, quas pestiferi illi consules pro eversæ Reipub. præmiis occupaverunt. Pro Dom. 113. Cum mihi summa et quotidie majora præmia in Rep. fore putabas. 5. Tuscul. 20. Xerxes præmium proposuit, qui invenisset novam voluptatem. Pro Lig. 12. Pro Corn. 37. Elicere vel invitare aliquem præmiis ad faciendum aliquid. Pro Qu. 74. Quasi eximio præmio sceleris exposito cupidissime contendere. 1. de Or. 194. Cum verus, justus, et honestus labor honoribus, præmiis, atque splendore decoratur. I. P. 15. Totam Remp. provinciæ præmio vendidisti. 4. Ac. 1. Licebat enim celerius legis præmio, *id est, beneficio*. Pro Cluent. 98. Eos, qui in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, ad præmia legis venire oportere. Pro Rab. 31. Non supplicium deprecarer, sed præmium postularem. 1. de Orat. 13. Amplis præmiis ad perdiscendum commoveri. Brut. 18. Tributum, quod ex centesima collatum impudenti censu locupletum, in duarum legionum præmiis consumitur. I. P. 63. Minime fructum laborum, præmia periculorum contemnere debuisti. *Ibid*. 90. Mitto ereptam libertatem populis, ac singulis, qui erant affecti præmiis nominatim. 14. in A. 30. Atque utinam omnibus civibus solvere nobis præmia, quæ promisimus, liceret. 14. 35. Quæ præmia militibus promisimus nos republica recuperata tributuros, ea cumulate, cum tempus venerit, censeo persolvenda. Pro Cœl. 68. et pro Milon. 58. Magnis et amplis præmiis aliquem afficere. *Ibid*. Persolvere meritum præmium alicui. Pro Milon. 97. Ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium gloriam.

Adjuncta. *Alienum, amplum, amplius, amplissimum, magnum et amplum, eximium, invidiosum, humanum, castum, par, pervulgatum, magnum, majus, summum, maximum, mercenarium, moderatum, infinitum, permagnum, rectum.*

Syntaxis. *Respublica duabus rebus, præmio et pœna continetur. Præmia proposita virtutibus, debita recte factis. Præmium dare alicui pro &c., tribuere, deferre, denegare. Præmio donari. Præmio affici. Præmium proponere, qui inveniat &c. Elicere, invitare aliquem præmiis ad. Sceleris præmio exposito, contendere, &c. Præmiis decorari. Legis præmio,* idest, beneficio. *Ad præmia Legis venire. Præmium postulare. Præmiis commoveri ad. Præmia contemnere, promittere, solvere alicui, persolvere.*

Præmolestia, stiæ, ἡ προλυπία. 4. Tusc. 64. Alii autem metum præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ.

Præmoneo, es, προπαραινέω. De Arusp. 10. Reperietis ex hoc toto prodigio atque responso, vos ex istius scelere ac furore ab impendentibus periculis maximis prope jam voce Jovis optimi maximi præmoneri. 8. Att. 20. Quod putavi et præmonui, fit, ut Cæsar te implicet. Act. 1. Ver. 23. Me, ut magnopere caverem, præmonebat.

Præmonstro, as, *prænuncio, monstro,* προδεικνύω. 1. de Div. 13.

Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros Inflatum mare.—Poetæ.

De Arusp. 20. Præmonstrare magnum aliquid. *Lege,* Præcino.

Præmunio, nis, *præfulcio, præparo,* προασφαλίζω. 4. Att. 13. Per fortunas illud præfulci et præmuni, quæso, ut simus annui. Pro Cœl. 19. et 1. de Leg. 34. Quæ præmuniuntur omnia reliquo sermoni disputationique nostræ. Orat. 137. Præmunire ante.

Præmunitio, onis, *præparatio,* προτείχισις. 2. de Orat. 304. Sine præmunitione acerbe invehi in aliquem. 3. 202. Præmunitio ad id, quod aggrediare.

Præneste, *oppidum.* 2. de D. 87. Nusquam fortunatiorem, quam Præneste, fortunam esse.

Prænestinæ sortes. *Ibid.* Prænestinarum sortium nomen.

Prænomen, inis, *nomen, quo honoris et differentiæ causa utebantur Romani, ut Marcus prænomen fuit Tullii Ciceronis,* προωνυμία. 13. in A. 28. Omnes habent tantam similitudinem inter se, ut in eorum prænominibus errem. 7. Fam. 32. Quod sine prænomine familiariter ad me epistolam misisti, primum addubitavi, num a Volumnio Senatore esset, &c. 3. ad Her. 31. Aliquis, cui prænomen sit Decimo.

Prænosco, is, *præsentio,* προγινώσκω. In Arat.

Hoc signum venient poterunt prænoscere nautæ.

1. de D. 83. Futura prænoscere dii possunt.

Prænotio, onis, *prima notio, antecepta animo rei informatio,* ἡ πρόγνωσις. 1. de Nat. 43. Hanc nos habemus sive anticipationem, ut ante dixi, sive prænotionem deorum: sunt enim novis rebus nova ponenda nomina.

Prænuncio, *prænuntio, prædico,* προαγγέλλω. 1. de Div. 11. Est enim natura quædam, quæ futura prænunciat.

Prænuncius, a, um, ὁ καὶ ἡ προάγγελος. 2. de Nat. 14. Stellæ magnarum calamitatum prænunciæ. Pro Mur. 44. Inquisitio candidati prænuncia repulsæ. In Arat. Aurora prænuncia solis.

Præoccupo, as, *anteoccupo, antevorto, anticipo,* προλαμβάνω. 10. in A. 2. Quas partes ante ipse mihi sumseram, eas præoccupavit Antonius.

Præpandens, tis, *aperiens, pandens,* διαπετάννύω. In Arat.

—*Præpandens temporis ortus, &c.*

Præparatio, onis, *provisio, præmeditatio,* παρασκευή. 1. Off. 73. In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. 3. Tusc. 30. Multum prodest provisio animi et præparatio ad minuendum dolorem.

Præparatus, a, um, *paratus,* παρεσκευασμένος. Orat. 99. Si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere videtur. 2. de Div. 119. Jam Pythagoras et Plato, quo certiora in somnis videamus, præparatos quodam victu atque cultu proficisci ad dormiendum jubent. 1. 121. Qui se tradet ita quieti præparato animo tum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis. 1. de Leg. 9. Historia nec institui potest, nisi præparato otio, nec exiguo tempore absolvi. 1. de Inv. 46. Impiis apud inferos pœnas esse præparatas. Oec. 1. Præparatis idoneis locis.

Præparo, as, *præparationem adhibeo, præmunio, præfulcio,* διατίθημι. 1. Off. 12. Ad vitam agendam præparare res necessarias. 3. Qu. Fr. 9. Appius miscet, Hircius præparat. Pro Cœl. 36. Habes hortos ad Tyberim, ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus natandi causa venit.

Præparor, aris. 1. de Leg. 28. Sunt enim hæc minora, quam illa ipsa, quorum causa præparantur. Oecon. 1. Ut ex hac eadem societate mortalibus adjutoria senectutis, nec minus propugnacula præparentur. Hortens. Litteris talibusque doctrinis ante excoli animos, et ad sapientiam concipiendam imbui et præparari decet.

Præpeditus, a, um, *impeditus, irretitus,* ἐμποδισθείς. Pro Rab. 21. Qu. Scævola confectus senectute, et præpeditus morbo.

Præpes, etis, *celer, citus,* ὠκυπέτης. 1. de D. 106. Avis præpes, &c. *bis.* Poetæ.

Præpondero, as, *ponderis plus habeo,* παρασταθμίζω. 3. Off. 18. Qui omnia metiuntur emolumentis, neque ea volunt præponderari honestate.

Præpono, is, *antepono, præfero, antefero, præficio,* πρόΐσταμαι. 9. in A. 15. Qui salutem populi Rom. vitæ suæ præposuit. Pro Rab. 23. Præponere amicitiam patriæ. 7. Att. 3. Non enim hoc ut oppido præposui,

sed ut loco, *id est*, in. 2. Fam. 15. Cœlium præposui provinciæ. Pro Pomp. 63. Ille quem bello prædonum præponeretis. Div. 1. Præponere unum alteri. 2. de Orat. 320. Præponere principia causis proportione.

Præponor, eris. Orat. 158. 2. cont. Rull. 7. Ut nobilissimis hominibus longe præponerer.

Præportans, tis, *præferens*, *προφορῶν*. Arat.

Scorpius infestus præportans flebile acumen.

Præpositio, onis, *orationis pars una*, *ἡ πρόθεσις*. Orat. 158. Una præpositio est Ab vel Abs: eaque nunc tantum in acceptis tabulis manet, &c. Topic. 48. Præpositio, *in*, privat verbum ea vi, quam habebat. 3. de Finib. 54. Neque tamen illa præpositio tali, ad eum, quem dixi, finem pertinebit.

Præpositus, a, um, *præfectus*, *προτεθείς*. Ver. 5. 99. Qui navibus præpositi fuerant. 1. de Div. 76. Sacerdos quæ præposita erat oraculo. Div. 16. Hoc non dico, me omnibus patronis esse præpositum. 8. Fam. 5. Domitius isti quæstioni præpositus est, &c. 2. de Orat. 41. Aliquem alicui muneri esse præpositum. 8. Famil. 5. Præpositus negotio publico. 1. de Inv. 58. Exercitus, cui præpositus est sapiens imperator. 4. de Fin. 73. et 3. 53. Præpositum ex eo, credo, appellatum est, quod præponatur aliis. 14. Acad. 9. Aurelius, qui est præpositus ab Hircio. Pro Cæcin. 58. Tuus libertus nullo tuo præpositus negotio. Pro Lig. 4. Cum is præpositus Africæ est. De Ar. 25. Omne servitium in alteram scenam immissum, alteri præpositum. Pro Mil. 23.

Præpostere, *perverse*, *perperam*, *ὕστερον πρότερον*.)(. *ordine*. 4. Acad. 67. Ut præpostere tecum agam, mox referam me ad ordinem. 7. Att. 16. Omneis arbitror mihi tuas litteras redditas esse: sed primas præpostere, reliquas ordine.

Præposterus, a, um, *perversus*, *πρωθύστερος*. 3. de Orat. 37. Ne quid perturbatum ac discrepans aut præposterum sit. Pro Cl. 71. Itaque ut erat semper præposterus atque perversus, initium facit a Bulbo. Pro Do. 140. Iste omnia præposteris verbis pronunciavit. Pro Sull. 91. O præposteram gratulationem! 15. Fa. 17. Præposteros habes tabellarios, qui cum a me discedunt, flagitant litteras: cum ad me veniunt, nullas afferunt. De Amic. 87. Præposteris utimur consiliis, et acta agimus. 3. de Orat. 46. Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. I. P. 92. Noster hic præposterus imperator, &c. Pro R. P. 37. Quid tam perversum præposterumque excogitari potest?

Syntaxis. *Præposterum, perturbatum, discrepans. Præposterum consilium, Homo præposterus et perversus. Præposterus imperator. Præpostera gratulatio.*

Præpotens, tis, *omnipotens*, *ὑπέροχος*. Pro Cornel. 34. Præpotens terra marique Carthago. 2. de Div. 42. Rerum omnium præpotens Jupiter. Pro R. P. 44. Clarus ac præpotens vir. 2. de Natur. 77. Natura deorum præpotens et excellens. 1. de Orat. 193. Sive quem ista præpotens et gloriosa Philosophia delectat. 2. de Fin. 57. Non solum calidus, verum etiam præpotens, ut M. Crassus. 1. Off. 109. Itemque in sermonibus alium quemque videmus, quamvis præpotens sit, efficere, ut unus de multis esse videatur. 2. de Leg. 23. Præpotens Deus.

Præpotentes, viri principes. De Ami. 54. Multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

Præproperus, a, um, *præmaturus*, *nimis celer*, *λίαν ταχύς*. 7. Fam. 8. Cognovi præproperam festinationem tuam. 10. 26. 1. Att. 1. Fuit hæc illius præpropera prensatio.

Præreptus, a, um, *προαρπασθείς*. Pro S. R. 2. Ne istius quidem laudis ita sum cupidus, ut aliis eam præreptam velim.

Præripio, is, *præcerpo*, *antefero*, *προαρπάζω*, *προαιρέομαι*. 3. Off. 81. Marius præripuit collegis popularem gratiam. 14. in A. 5. Ne deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse videamur. 1. Off. 108. Facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere hostium consilia. 5. Fam. 16. Præripere aliquid consilio. 10. Att. 1. Alterum mihi est certius: non præripiam tamen, sed expectabo consilium tuum. De Ar. 6. Præripere alicui desponsam jam et destinatam laudem. Div. 50. Præripere causam. 5. Fam. 16. Id nos præripere consilio prudentiaque debemus.

Prærogativa, væ, *quasi specimen*, *tanquam præjudicium*, *προνομία*, *ὑπεροχή*. Act. 1. Ver. 26. Dedit enim prærogativam suæ voluntatis ejusmodi, ut isti pro prærogativis jam reddidisse videatur. I. P. 11. Is cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogativæ. Postq. in Sen. 16. Tu me comitiis prærogativæ primum custodem præfeceras. 1. de Div. 103. Prærogativam majores omnes justorum comitiorum esse voluerunt. 2. 74. Is qui in prærogativa referenda subito concidisset. 2. in A. 82. Sortitio prærogativæ. 15. Fam. 5. Si triumphi prærogativam putas supplicationem. 2. Qu. Fr. 14. Non dico ὑπερβολικῶς. vel centies H-S. constitutunt in prærogativia pronunciare.

Prærogativus, a, um, *quod primo rogatum est*, *ut* Centuria prærogativa, *id est*, *quæ prima ferebat suffragia*, *προτιμηθεὶς*, *ὕστερος*. Pro Mur. 38. Tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit prærogativum. 2. de Div. 83. Prærogativum omen judiciorum. Pro Planc. 49. Una centuria prærogativa. I. P. 11. Postq. in Sen. 16.

Prærogatus, a, um, *primum rogatus*, *προερωτημένος*. Pro Plan. 49. Cujus in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint prærogata.

Præruptus, a, um, *ἀπότομος*. Ver. 5. 144. Qui aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur.

Præs, dis, *sponsor, qui pro altero se obligat, in causa præsertim pecuniaria, ἐγγυητής*. 12. Att. 51. Plancus præs pro Flaminio est H-S. XX. Ver. 1. 150. Prædibus acceptis de H-S. DLX. *Ibid.* 115. Aut pro præde litis vindiciarum cum satis accepisset, sponsionem faceret. 2. Fam. 17. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut et mihi et populo cautum sit. 5. 20. Prædes Valeriani tenentur. 2. in A. 78. Ne L. Plancus prædes tuos venderet. Ver. 1. 142. In bonis prædibus prædiisque vendendis. 13. Att. 3. Præs aliquando factus esset in his quidem tabulis. 6. 1. Cum sex libris tanquam prædibus me ipsum obstrinxerim. 9. 11. Cum. Qu. egi per prædem. 12. 19. Opinor Antonium propter prædes suos accurrisse. Pro R. P. 8. Sunt lites æstimatæ A. Gabinio, nec prædes dati. *Ibid.* 37. Si aut prædes dedisset Gabinius, aut tantum ex ejus bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset, quamvis magna ad Posthumum ab eo pecunia pervenisset, non redigeretur.

Præsagio, is, *presentio, προφητεύω*. 1. de Div. 65. Is igitur, qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur res præsagire, *id est, futura ante sentire. Ibid.* Præsagiebat animus, frustra me ire, cum exirem domo. 8. Fam. 10. Exiguitas copiarum recessum, non dimicatiónem mihi tuam præsagiebat. De Ami. 14. Qui idem quasi præsagire, &c.

Præsagitio, onis, *προμαντεία*. 1. de D. 66. Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus injecta, et inclusa divinitus. *Ibid.* 123. Cum uterer, qua soleo præsagitione divina.

Præscribo, is, *definio, præfinio, præstituo, voce præeo, προγράφομαι*. 1. de Nat. 7. Arbitramur nos ea præstitisse, quæ ratio et doctrina præscripserit. *Ibid.* 78. Natura homini præscripsit, ut nihil pulchrius quam hominem putaret. 6. Fam. 1. Simus igitur ea mente, quam ratio et veritas præscribit. 5. Tuscul. 14. Etsi iniquum est præscribere mihi te, quemadmodum a me disputari velis. 9. Att. 18. Meone, inquam, arbitratu? an tibi, inquit, ego præscribam. Pro Font. 36. Ut majorum jura moresque præscribunt. Pro Pomp. 1. Facile intellexi, Quirites, et quid de me judicaretis, et quid aliis præscriberetis. Pro Flacc. 23. Qui plura etiam respondebit, quam tu ei ante præscripseris. In Vat. 13. Ac tibi jam inde præscribo, ne, &c. De Sen. 27. Præscribere jura civibus. 2. de Div. 123. An Æsculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis, Neptunus gubernantibus non potest? 2. de Fin. 3. Omnis quæ via quadam et ratione habetur oratio, præscribere primum debet, ut, &c. Pro Dom. 131. Præscribere enim se arbitrabatur, ut sine studiis dissensionis sententiæ dicerentur. 8. Att. 16. Sed nihil præscribo. De Senect. 18. Senatui, quæ sunt gerenda, præscribo.

Adverb. *Commode, diligenter, nominatim.*

Præscriptus, a, um, *decretus, ὑπογεγραμμένος*. 4. Acad. 8. Neque ut omnia, quæ præscripta et quasi imperata sunt, defendamus, necessitate ulla cogimur. Pro Cæc. 76. Vestra autoritate hoc constituetur, hoc præscribetur. 16. Att. 3. Cum ei præscriptum esset, ne sine Sestii nostri sententia ageret. Pro Font. 12. Si hoc, judices, præscriptum lege aut officio putatis testibus credere. 3. C. 9. Atque ita sibi præscriptum esse, ut mitterent, &c. 4. Att. 2. Nondum hoc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta. 2. ad Her. 24. Quæ de necessitudine præscripta sunt. *id est, ante scripta sunt.*

Præscriptio, onis, *præscriptum, παραγραφή*. 4. Acad. 140. Hæc norma, hæc regula, hæc præscriptio est naturæ. 4. Tuscul. 22. Intemperantia est a recta ratione defectio, sic aversa a præscriptione rationis, ut, &c. Pro Cœl. 42. Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur, pareat, &c. Pro Rab. 6. Quanquam in hac præscriptione semihoræ patroni mihi partes reliquisti. 1. de Inven. 32. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio, ut, &c. 2. de Orat. 250.

Præscriptum, ti, *præscriptio, formula, norma, regula, certa quædam et definita lex, πρόσταγμα*. 2. de Inven. 174. Cujus rei certum quiddam præscriptum videtur in perpetuum dari posse. *Ibid.* 132. Ex communi præscripto civitatis unamquamque rem administrare. Pro Cluent. 147. Omnia legum imperio et præscripto fieri videbitis. 2. de Orat. 178. Plura homines judicant odio aut amore, &c. quam veritate aut præscripto, aut juris norma aliqua, aut judicii formula, aut legibus. Orat. 36. Quid est, quod præscriptum aliquod aut formulam exprimas? 1. Off. 92. Hæc præscripta servantem licet magnifice vivere.

Syntaxis. *Aliquid esse præscriptum lege aut officio. Præscriptio naturæ, præscriptio rationis. Præscriptio moderatioque tenenda. Hæc inducitur præscriptio. Ex communi præscripto civitatis rem administrare. Legum imperio et præscripto fieri aliquid. Servare præscripta.*

Præsens, tis, *arbiter, testis, inspectans, instans, παρών*. 1. de Orat. 112. Hic est unus homo ex omnibus, quo ego præsente minime ineptus esse vellem. Pro Cæcin. 77. Nam ipso præsente de ejus virtute timidius dicerem. 1. de Invent. 104. Ipse interfuit et præsens vidit. Pro Dom. 39. Aderat præsens M. Bibulus, &c. 2. Fam. 7. Præsens tecum egi, cum, &c. 1. Att. 14. Sed hoc præsenti tibi commodius exprimam. 1. Fa. 9. Cum mihi potestas tui præsentis fuerit. 13. Att. 44. Ex eo cognovi creationem testibus præsentibus sexaginta duobus. 4. C. 13. Cum eum præsentem atque audientem

vita privandum esse dixit. 1. Fam. 1. Amorem tui absentis omnes tui præsentes cognoscent. 10. 4. Si facultas mihi tui præsentis esset. 1. Off. 156. Neque solum vivi atque præsentes studiosos dicendi docent, sed, &c. 2. de Orat. 9. Eorum, quiillos viderunt, vivorum et præsentium memoria teste. 3. de Nat. 11. At enim præsentes videmus deos, ut apud Regillum, &c. Pro Qu. 77. Agere gestum præsente Roscio. 8. Fam. 2. Me præsente et hoc factum est. 2. Att. 4. Pro eo libro tibi præsentem pecuniam solvi imperavi. Pro Clu. 34. Is pecuniam præsentem, non debitam mulieri solvit. 1. Off. 11. Bellua ad id solum, quod adest, quodque præsens est, se accommodat. 1. de Finib. 55. Corpore nihil nisi præsens, et quod adest, sentire possumus. Pro Planc. 101. Præsentem alicui gratiam refero. 2. de D. 122. Atqui, ne si navigare quidem velim, ita gubernarem, ut somniaverim: præsens enim pœna sit. 2. Off. 60. Quod presens tanquam in manum datur, jucundius est. Pro Dom. 12. Erat igitur præsens caritas, et futura fames. 1. de Div. 63. Animus meminit præteritorum, præsentia cernit, futura providet. 3. C. 21. Illud vero nonne ita præsens est, ut Jovis nutu factum videatur? 1. 22. Magna tempestas invidiæ nobis si minus in præsens, at in posteritatem impendet. Brut. 15. In præsens. 2. Fam. 10. Hæc ad te in præsenti scripsi, ut speres, &c. *id est, in præsentia.* De Ami. 3. Ut tanquam a præsentibus coram haberi sermo videretur. 2. Qu. Fr. 7. Cætera (ut tu scribis) præsenti sermoni reserventur. 11. in A. 4. Populari agros non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ. In præsentia. *Lege*, In præsentia.

Magnus, alacer. 1. Offi. 80. Præsentis animi uti consilio. 2. de Orat. 84. Animus acer et præsens. *id est, paratus.* 2. Tusc. 28. Hercules tantus et tam præsens Deus. *id est, propitius.* 15. Att. 6. Præsentes ad nocendum vires habere. *id est, efficaces.* 1. 15. Quanquam animus est præsens, tamen voluntas ipsa medicinam efficit.

In rem præsentem venire: *id est, in locum, de quo lis et controversia est, quod tunc fit, cum fundus aut alia possessio designanda est, et certis finibus circumscribenda, ut certius de ea judicari possit.* 1. Off. 32. Ut si constitueris te cuipiam advocatum in rem præsentem esse venturum. 1. de Orat. 250. An vero si de re ipsa, si de finibus, cum in rem præsentem non venimus, si de tabulis et præscriptionibus controversia est, &c. Pro Cæc. 20. Placuit de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur.

Syntaxis. *Qui præfuit, et præsens vidit. Præsentem cum aliquo agere. Quod adest, et quod præsens est. Quod præsens tanquam in manum datur. Animo esse acri et præsenti. Reservare præsenti sermoni. Vis præsens,* id est, efficax. *In præsenti, in præsens. Præsentem pecuniam solvere.*

Præsensio, onis, *præsagitio*, προαίσθησις. Top. 77. Atque etiam per exta inventa præsensio. 2. de Nat. 7. Prædictiones et præsensiones rerum futurarum. 1. de Div. 1. Divinatio, id est, præsensio et scientia rerum futurarum.

Adjuncta. *Artificiosa, divina, fortuita.*

Præsensus, a, um, προσημαινόμενος. 1. de Div. 124. Mihi autem ad hoc, de quo disputo, probandum, satis est, non modo plura sed pauciora divine præsensa, et prædicta reperiri.

Præsentia, æ, *conspectus, aspectus*, ἡ παρουσία. 2. de Natur. 6. Præsentiam sæpe divi suam declarant. *Ibid.* 166. Deorum præsentiæ, quales supra commemoravi. 7. Fam. 1. Præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuam. 1. C. 17. Alicujus aspectum præsentiamque vitare. Pro Dom. 11. Periculum in præsentia et ante oculos propositum est.

Vis, virtus. Pro Mill. 63. Præsentia animi.

Syntaxis. *Deus præsentiam suam declarat. Aspectus et præsentia alicujus. Periculum in præsentia et ante oculos. Animi præsentia.*

Præsentio, is, *cogitatione præcipio, præsagio, futura ante sentio, præcognosco*, προαισθάνομαι. 2. de Nat. 45. Cum talem esse Deum certa notione animi præsentiamus. Pro Rab. 29. Sapientissimi cujusque animus præsentit in posterum. Pro Ar. 29. Si nihil animus præsentiret in posterum. 2. de Div. 100. Furore divino incitatus animus futura præsentit. 1. 34. Qui concitatione quadam animi aut soluto liberoque motu futura præsentiunt.

Præsepia, orum, *lustra, ganeæ*, κάπη. I. P. 42. Verum audis in præsepibus, audis in stupris, &c.

Præsertim, *cum primis, præcipue, maxime*, μάλιστα δὲ, ἄλλωστε. 5. Att. 21. Meditare adversus Brutum causam meam, si hæc causa est, contra quam nihil honeste dici potest: præsertim cum integram rem causamque reliquerim. Pro Flac. 41. Fatis injuste, Læli, si putas, &c. præsertim quod tua negligentia factum arbitrere. De Ami. 15. Itaque non tam ista me sapientiæ fama delectat, falsa præsertim, quam quod, &c. 1. Fam. 4. Ego tibi in hac præsertim imbecillitate magistratuum præstare nihil possum. De Clar. 219. Admiror tantam fuisse oblivionem, in scripto præsertim. 5. Tuscul. 19. Propriis enim, et suis argumentis tractanda quæque res est, tanta præsertim.

Præses, idis, *custos, vindex, antistes*, ἐπιστάτης. Ver. 5. 184. Mercurius juventutis custos et præses. 2. contra Rull. 15. Tribunus pleb. præses custosque libertatis. Pro Sest. 137. Senatus Reipub. custos, præses, propugnator. Pro Dom. 141. Custos ac præses templi. *Ibid.* 144. Vos qui huic urbi et Reipubl. præsides estis.

Præsidens, tis, *συνεδρεύων*. Pro Mil. 102. Vobis huic judicio præsidentibus Milo ejicietur? In Vat. 18. Præsidentibus in templo duobus consulibus.

Præsideo, es, *custos vel præses sum, προΐσταμαι, συνεδρεύω*. Pro Sull. 86. Vos dii patrii, qui huic urbi atque imperio præsidetis. Div. 187. Deæ, quæ cunctæ Siciliæ præsidetis. Pro Pom. et 4. C. 5. et 13. in A. 20. Dii qui huic loco temploque præsident. 2. in Ant. 15. Senatus ille, qui quondam florens orbi terrarum præsidebat. 5. 37. Gallia, quæ semper præsidet atque præsedit huic imperio libertatique communi, merito vereque laudetur.

Præsidium, dii, *statio, βοήθεια*. 1. in A. 25. Armati in præsidiis multis in locis collocabuntur. De Cl. 222. Qu. Catulum in præsidiis Reipub. collocemus. Brut. 15. Quinto filio negotium dedit Antonius, ut eum dictatorem efficeret, præsidium occuparet, &c. De Sen. 73. Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio et statione vitæ decedere. Pro Cœl. 67. Viri a muliere in præsidio balnearum locati.

Comitatus, custodes. 14. Fam. 18. Domus ut propugnacula, et præsidium habeat, Philotimo dicetis. 15. Att. 1. Utrique non sine causa præsidium habent, ego autem utraque arma timeo. Pro S. R. 13. Ad judicium cum præsidio venire. *Ibid*. Aliquem satis firmo præsidio defendi. 9. Att. 3. Italiam totam armis præsidiisque teneri. Pro Pomp. 31. Quis locus tam firmum habuit præsidium, ut tutus esset? *Ibid*. 34. Atque hæc tria frumentaria subsidia Reipublicæ firmissimis præsidiis classibusque munivit. 2. Fam. 17. et 8. Att. 19. Coss. præsidia omnia deducturi sunt. *id est, ex oppidis*. 1. Fam. 7. Itaque omnia præsidia, quæ magna et firma paraveram, dimisi. *Ibid*. Firmare aliquem locum præsidiis. 1. cont. Rull. 16. Italiam præsidiis confirmare, coloniis occupare. *Ibid*. 20. Si præsidium non proponitur huic urbi, ista colonia &c. 2. 74. Totam Italiam suis præsidiis obsidere et occupare cogitat. *Ibid*. Præsidiis interclusum teneo. 1. C. 1. Nocturnum præsidium palatii. *Ibid*. 8. Illa colonia meo jussu, meis præsidiis, custodiis, vigiliisque est munita.

Spes, securitas, auxilium. Pro Sull. 51. Ego tectus præsidio firmo amicorum, Catilinæ copias repressi. *Ibid*. 77. Ubi erit illud fortissimum præsidium pudoris? Pro Mur. 22. Omnia hæc nostra, &c. latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. Pro Mur. 79. Dejici de urbis præsidio, et de custodia civitatis deturbari. Pro Rab. 3. Munire præsidia Reipub. *Ibid*. Perfugium et præsidium salutis Reip. Ver. 3. 186. Classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præsidium provinciæ. Pro S. R. 111. Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præsidium. Orat. 217. Ubi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est. Ad Br. 18. Ferre præsidium labenti reip. Pro Qu. 5. Esse præsidio alicui contra aliquem. Pro Pomp. 70. Præsidia periculis et adjumenta honoribus quærenda. 2. Tusc. 2. Is magnum sibi præsidium ad beatam vitam comparat. 1 de Orat. 38. Gracchi omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati. 4. ad Her. 28. Qui sibi firmius in virtute, quam in casu præsidium collocavit. *Ibid*. 34. Petere præsidium sibi ex aliqua re. Brut. Omne præsidium est in puero. De Am. 46. Ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri. Pro M. Scau. Posse virtutem sine præsidio fortunæ, quo contendisset, labore et constantia pervenire.

Adjuncta. *Alienum, bonum, certissimum, ac tutissimum, civile, commune, contrarium, extraordinarium, fortissimum, et gravissimum, repentinum, et insperatum, firmum, firmissimum, firmius, fortissimum, regium, gratius, improvisum, honestum, leve, magnum, magnum, et firmum, parvum, maximum, populare, necessarium, nocturnum, publicum, salutare, ac necessarium, stativum, summum, tenue, terrestre, urbanum, utile*.

Syntaxis. *In præsidiis collocare aliquem. Præsidium occupare. De præsidio et statione decedere. In præsidio locare. Propugnacula et præsidium habere. Ad judicium cum præsidio venire. Præsidio defendere aliquem. Armis præsidiisque urbem tenere, munire, firmare, confirmare. Deducere præsidia, parare, dimittere. Intercludere præsidiis, tegere. Latere in tutela ac præsidio alicujus. Dejici de urbis præsidio. Munire præsidia reip. Ferre præsidium labenti reip. Esse præsidio alicui contra aliquem. Præsidia periculis quærere. Præsidium sibi comparare. Naturæ doctrinæque præsidiis ad dicendum paratus. Præsidium sibi in virtute collocare. Petere sibi præsidium ex re aliqua. Virtus sine præsidio fortunæ nihil potest*.

Præsignifico, as, *prænuncio, προσημαίνω*. 1. de Divin. 82. Præsignificare alicui quæ sunt futura. 2. 101. Præsignificare hominibus.

Præstabilis, le, *præstans, ὁ καὶ ἡ ὑπερέχων*. 2. de Orat. 347. Res magnitudine præstabiles, aut novitate primæ. 2. de Natu. 18. Nihil melius mundo, nihil præstabilius, nihil pulchrius. De Am. 104. Virtute excepta nihil amicitia præstabilius. De Ar. 41. Alicujus præstabilis insignisque virtus. De Pro. 38. Præstabilis dignitas. De Sen. 40. Homini natura nihil mente præstabilius dedit. In Vat. 10. Quæro, utrum tandem putes melius fuisse et præstabilius, me nasci, an te? Incer. Quanto est præstabilior animus corpore?

Præstans, tis, *excellens, antecellens, præstabilis, egregius, eximius, habens præstantiam, ὑπερφέρων, ὑπέροχος*. 5. Tuscul. 38. Præstantia dici debent, quæ habent aliquam comparationem. Pro Planc. 33. Qu. Scævola vir omnibus ingenio, justitia, integritate præstans. 1. Tusc. 22. Longe præstans omnibus ingenio et doctrina. 1. Acad. 17. Duo præstantissimi

studio atque doctrina, Xenocrates et Aristoteles. Pro Sest. 86. Qui virtute et consilio præstanti extiterunt. Pro Corn. Bal. 50. Homo gravitate et prudentia præstans. 3. de Orat. 135. Vir litteris doctrinaque præstans. In Vat. 8. Quid præstantius mihi potuit accidere, quam, &c. 1. de Orat. 237. Platonem in illis artibus præstantissimum fuisse aiunt. 1. de Nat. 56. Natura excellens et præstans. *Ibid.* 45. Nam præstans deorum natura pietate coleretur. 7. Fam. 5. Manus et victoria et fide præstans. 2. de Nat. 210. 3. de Orat. 28. 29. De Univers. 20. Earum alteram eadem parte præstantem extremis atque superatam, alteram pari numero præstantem extremis, parique numero superatam. 3. Att. 10.

SYNTAXIS. *Res magnitudine præstabilis. Virtus præstabilis, insignisque. Melius ac præstabilius. Omnibus longe præstans pietate. Litteris, doctrinaque præstans. In poetica præstans. Esse virtute et consilio præstanti.*

Præstantia, æ, *excellentia*, ἐξοχή. 5. de Fin. 34. Homo habet præstantiam mentis, cui tota illius natura pareat. *Ibid.* 36. Excellens præstantia. 1. Acad. 19. Præstantia partium. 2. de Div. 129. Dii immortales rerum omnium præstantia excellentes. 2. de Orat. 209. Quidam intolerantius se jactant, et æquabilitatem communis juris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt. 1. Off. 97. Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquarum. De Am. 72. Qui aliquam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consecuti sunt.

ADJUNCT. *Cœlestis, et divina, excellens, minima, magna, major, et divinior, singularis.*

SYNTAXIS. *Habere præstantiam mentis. Vir rerum omnium præstantia excellens. Præstantia dignitatis, aut fortunæ. Consequi præstantiam virtutis.*

Præstat, bat, *melius est, conducit*, κρεῖττόν ἐστιν. Pro Sest. 146. Multo mihi præstat in eandem recidere fortunam, quam, &c. I. P. 15. Emori potius, quam servire præstat. 14. Att. 9. Mori millies præstitit, quam hæc pati. 3. de Nat. 77. Tacere præstat Philosophis, quam loqui.

Præstigiæ, arum, *quas Plinius incantamenta vocat*, ἡ γοητεία. 3. de Natu. 73. Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ sine ratione esse non possunt. Pro R. P. 35. Illinc omnes præstigiæ, omnes fallaciæ. Ver. 4. 53. Non per præstigias, sed palam totum oppidum compilavit Verres. 4. Ac. 45. Quasi præstigiis quibusdam et captionibus depelli ab iis, quæ clara sunt. 4. de Finib. 74. Ex eisdem verborum præstigiis regna vobis nata sunt.

Præstituo, is, *præfinio, præscribo, dico*, προορίζω. Ver. 1. 148. Diem præstituit operi faciundo Cal. Decembris. Pro Cæc. 8. Prætor nunquam petitori præstituit, qua actione illum uti velit. 2. de Inv. 127. Lex quibus diebus proficisceretur, præstituebat. Pro Qu. 33. Præstituere tempus alicui quamdiu dicat.

Præstitutus, a, um, συγκείμενος. 1. Tusc. 93. Natura dedit usuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. 13. Att. 47. Scis enim dies illorum præstitutos fuisse.

Præsto, as, *excello, antecello, præstanti virtute et consilio sum, præcurro, supero*, περιέχω. De Cl. 230. Hortensius suos inter æquales longe præstitit. 2. de Inv. 1. Zeusis muliebri in corpore pingendo aliis præstabat. 1. de Orat. 197. Majores nostri prudentia cæteris gentibus præstiterunt. 2. de Inv. 6. Aristoteles multum aliis brevitate dicendi præstitit. 3. de Orat. 8. Qui multum omnibus gloria præstitisset. 2. de Fin. 109. Homo cæteris animantibus plurimum præstat. 5. 40. Longe multumque præstat mens. 3. de Orat. 135. Pisistratus litteris doctrinaque præstitit. 2. de Nat. 133. Ratio est, quæ præstat omnibus. 2. de Orat. 172. Bona existimatio divitiis præstat. 4. de Fin. 51. Virtus præstat omnibus rebus. 2. de Orat. 270. Socrates in hac ironia longe lepore omnibus præstitit. 3. de Orat. 133. Cato utroque in genere et laboravit et præstitit. De Cl. 102. Mutius augur juris civilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere præstitit. *Ibid.* Nemo his viris gloria præstitit. De Clar. 255. Orator præstat minutis imperatoribus. 1. Qu. Fr. 1. De legatis, honore et ætate præstat Tubero. De Amic. 19. Namque hoc præstat amicitia propinquitati, quod, &c. 2. de Leg. 5. Sed necesse est, charitate eam præstare, qua Reipub. nomen universæ civitatis est, pro qua mori, &c. debemus. *sic enim legendum est, non ut antea*, charitatem: *loquitur enim de duabus patriis, naturæ scilicet, et civitatis ; hanoque charitate alteri anteponit : idcirco eam dicit* charitate præstare, *id est, excellere*. 5. Tusc. 9. Contemplatio rerum longe omnibus studiis præstat. 2. de Inv. 68. Pacta præstant legibus. 2. ad Her. 20. Pactum præstat juri. De Cl. 199. Quid præstat intelligens imperito? magna re, et difficili : siquidem, &c. *Ibid.* Præstat etiam illo doctus auditor indocto, quod, &c. I. P. 33. Si meum illud turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua ? 7. Att. 13. Quæ conditio non huic fugæ præstitit ? 1. de Inv. 5. Præstare et antecellere .)(. *humiliorem et infirmiorem esse*. De Cl. 161. Is totidem annis mihi ætate præstabat. Hortens. Nec in Philosophia cuiquam cessit, et vitæ gravitate præstitit.

Exequor, perficio, absolvo, facio, servo, efficio, præbeo, exhibeo. 1. de Nat. 7. Arbitramur nos ea præstitisse, quæ ratio et doctrina præscripserit. 1. Fam. 9. Neque hercule in iis ipsis rebus, quæ, &c. eam voluntatem, quam expectaram, præstiterunt. 5. Att. 21. Top. 42. et 2. de Div. 78. Præstare fidem alicui. 1. Fam. 6. Præsta te eum, qui mihi a teneris

unguicalis es cognitus. 5. 16. Sapientia, quam tu a puero præstitisti. 3. 10. Præstare alicui memoriam et benevolentiam. 14. 3. Præstare diligentiam et virtutem alicui. 14. 3. Ut tuam consuetudinem et liberalitatem in me defendendo mihi præstes. 1. de L. 14. Jurisconsulti jus civile eatenus exercuerunt, quoad populo præstare voluerunt. 10. in Ant. 12. Præstare debitum honorem patri. 1. de Orat. 44. Satis id est magnum, quod potes præstare. 1. Fam. 9. Ut officium meum memoremque in benemeritos animum, fidemque fratris mei præstarem. Pro Cæc. 5. Præstare fidem suam ac diligentiam in agenda causa. De Cl. 126. Præstare pietatem parentibus et patriæ. Pro Fl. 31. Quidam mare tutum præstiterunt. 3. Off. 55. Si dictum non omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas? 4. Fam. 11. Præstare re. Ad Br. ep. pri. in 1. Omnia, Brute, præstiti reip., quæ præstare debuit is, qui, &c. *Ibid.* Fides, vigilantia, patriæ charitas: hæc sunt enim, quæ nemo est, quin præstare debeat. 9. Att. 10., et 11. 1. Præstare benevolentiam alicui. 2. de Orat. 38. Præstare suum munus. Ad Brut. 18. Vix videor, quod promisi, præstare posse. 3. de Orat. 132. Iidem et in Senatu, et apud populum, et in causis amicorum, et domi, et militiæ consilium suum fidemque præstabant. Pro Qu. 95. Is, cujus vox in præconio quæstum præstitit. I. P. 80. Cum Senatus sententiam præstaret. Pro Pom. 55. Socios autoritate nominis nostri salvos præstare poteramus. *Ibid.* 70. Pericula facile (ut hominem præstare oportet) innocentia tecti pellemus. 4. C. 23. Habetis Consulem, qui et ea, quæ statueritis, quoad vivet, defendere, et per seipsum præstare possit. Pro Plan. 97. Cum omnia illa municipia tunc iter tutum mihi præstiterunt. 2. de Fin. 89. Istam voluptatem perpetuam quis potest præstare sapienti? Frag. epist. Tu si meam fidem præstiteris. 10. Fam. 8. Præstare exitu.

Polliceor, recipio, curo. 4. Fam. 15. Quod de te sperare, de me præstare possum. 1. 4. Ego tibi præstare nihil possum. 9. Att. 9. Præstabo, si Cæsarem bene novi, eum tuæ dignitatis rationem habiturum. 3. Qu. Fr. 8. Ego Messalam Cæsari præstabo. Brut. 10. Præstare se acerrimum propugnatorem libertatis. De Prov. 47. Me non ingratum esse præstabo. Pro Fl. 28. Prædones nullos fore quis præstare poterat? 1. Qu. Fr. 1. 7. Prætor omnes ministros imperii sui sociis et civibus et reip. præstare debet. *Ibid.* 9. Horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. 3. Tuscu. 34. Culpa nulla est, cum id, quod ab homine non potuerit præstari, evenerit. 5. Att. 21. Quod tamen ego præstare non poteram. 3. Qu. Fr. 1. Præstabo, sumptum nusquam melius poni posse. Pro Pom. 47. Felicitas, quam præstare de se ipso nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus. 12. in A. 23. Quis igitur mihi præstat Lentonem uno capite esse contentum?

Instauro. 3. Off. 65. Quidquid enim inest prædio vitii, id jurisconsulti statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. *Ibid.* 66. Damnum præstari oportere.

Fidejubeo. 2. de Orat. 124. Impetus populi, quos præstare nemo potest. 5. Fa. 17. Communem et incertum casum, quem neque vitare quisquam nostrum, neque præstare ullo pacto potest, sapienter ferre. Brut. 16. Illum consulem hic consularis præstare videtur. 1. Fa. 8. Quod ii, qui potiuntur rerum, præstituri videntur. 7. 17. Ego tibi et jucunda et honesta præstabo. 5. 11. De Dionysio, si me amas, confice: quamcunque ei fidem dederis, præstabo. 1. de Orat. 113. Perge vero, Crasse, inquit Mutius: istam enim culpam, quam vereris, ego præstabo. *Ibid.* 178. Quidquid est incommodi in mancipio, id si venditor scit, neque declarat, præstare debet. Top. 22. In pariete communi demoliendo qui damni infecti promiserit, non debebit præstare, quod fornix vitii fecerit. 7. Att. 14. Si quid offendimus in genere nostro, quod quidem ego præstare non debeo.

Probo. Pro Sest. 38. Quæ quidem ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes boni præstare tuerique deberent.

Obligationis. Pro Mur. 3. Is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. Pro Sest. 61. Cujus invidiam capitis periculo sibi præstandam putabat. 6. Fa. 1. Nihil præstandum in vita præter culpam. 9. 16. Nihil est sapientis præstare, nisi culpam.

Adverb. *Longe, multumque, longe, multum, plurimum.*

Syntaxis. *Longe, multumque præstare. Virtute multis, aut in virtute præstare. Præstat intelligens imperito. Quid illi tu præstas? Ætate alicui præstare. Præstare fidem, memoriam, benevolentiam, consuetudinem suam, debitum honorem. Præstare re, exitu, &c. Omnia amicis præstanda. Præstare salvum amicum, iter alicui tutum. Præstare periculum judicii. Quid possum tibi de me præstare? Præstare alicujus culpam, damnum. Nihil sapienti præstandum præter culpam.*

Præsto, *paratus, in promptu, παρίσταμαι.* Ver. 2. 21. Quadruplatores ad fretum præsto fuerunt. *Ibid.* 65. Constitui cum hominibus, quo die Messanæ mihi præsto essent. 4. Att. 11. Macroni vix videor præsto esse posse. *Ibid.* 12. Dionysius nobis præsto fuit. I. P. 55. Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt. De Clar. 324. Quibus quidem causis tu etiam præsto fuisti. 4. Fa. 8. Ut ad omnia, quæ tui velint, ita sim præsto, ut, &c. Pro Sull. 26. Si operæ, si vigiliæ deserviunt amicis, et præsto sunt omnibus. 4. Fa. 14. De mea autem in te voluntate sic velim judices, me opera et consilio, studio quidem certe rei, famæ, saluti tuæ præsto futurum. 2. de In. 97. Hostiæ ad sacrificium præsto non

fuerunt. 3. de Leg. 43. Est boni auguris, meminisse maximis reipub. temporibus præsto esse debere. Pro Deiot. 24. Is tibi victori non solum ad hospitium, sed etiam ad periculum, atque ad aciem præsto fuit. Ver. 1. 78. Nisi id ad nutum tuum præsto fuerit. Oecon. 1. Quod alteri deest, præsto plerunque est alteri. 1. de Div, 57.

Adverb. *Benevole, fideliter, strenue.*

Syntaxis. *Præsto esse alicui causæ, ad causam. Præsto amicis esse ad consilium, ad hospitium, ad præsidium, ad aciem, ad periculum. Ad nutum alicujus præsto esse.*

Præstolor, aris, *expecto, ὑπομένω.* 2. Att. 15. In Formiano tibi præstoler usque ad III. Non Maias. 3. 20. Ego huic spei et expectationi, quæ præponitur, maxime tamen volui præstolari in Epiro. 1. C. 24. Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati.

Præstringo, is, *hebeto, fallo, περισφίγγω.* Div. 46. Periculum est, ne metu ipso præstringat aciem ingenii. 1. de Div. 61. Quorum utrunque præstringere aciem mentis solet. 3. de Nat. 73. Omnes meos dolos præstrinxit commoditas patris. 12. in A. 3. Sed quasi per caliginem præstrinxerat aciem animi D. Bruti salus.

Præsultor, oris, *princeps Saliorum. Erant autem Salii, Martis sacerdotes, a saliendo dicti: quidam præsulem vocant. κορυφαῖος.* 1. de Div. 55. Cuidam dormienti visus est venire qui diceret, præsultorem sibi non placuisse ludis, &c. 2. 136. Pervulgatum jam illud de præsultore, &c. *Alii* Præsulem *legunt.*

Præsum, es, *præsideo, præpositus sum, præfectus sum, προΐσταμαι, ἐφίσταμαι.* Ver. 2. 144. Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciendis præesset. 5. 46. Præesse alicui rei faciundæ. Pro S. R. 50. I. P. 87. Cum pater armis faciendis tuus præfuisset. Ver. 5. 81. Præesse navibus et classi. 1. Fa. 9. Præesse provinciæ. 10. 8. Præesse exercitui. 16. 9. Præesse legionibus. 13. 28. Achaiæ civitates felices sunt, quod his tu præsis. 1. 15. Frater meus triennium Asiæ præfuit. 3. de Orat. 135. Hi omnes præter Thalem civitatibus suis præfuerunt. Q. Fr. 1. 6. Nihil negotii est continere eos, quibus præsis. Ver. 3. 180. Provincia, in qua tu triennium præfuisti. Pro Dom. 105. Qui sacerdotiis præsunt. De Arusp. 14. Qui sacris præsunt. 1. Off. 79. Qui rogati reipub. præsunt. Act. 1. Ver. 30. Metellus huic quæstioni præfuturus est. 1. de Div. 68. Cum C. Coponius prætorio imperio classi Rhodiæ præesset. 1. de Orat. 39. Auspicia, quibus ego, et tu, Crasse, præsumus. 1. de Orat. 41. Id, nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, multisque præessem, qui, &c. *Ibid.* 198. Cognitio juris civilis prodest iis, qui ei præsunt. *Ibid.* 235. Et clarissimi viri ei studio etiam hodie præsunt. 4. de Fin. 76. Qui cuique artificio præsunt. De Am. 37. Non enim paruit ille Tib. Gracchi temeritati, sed præfuit. 1. Fa. 8. Qui non solum interfuit his rebus, sed etiam præfuit. 9. Att. 4. Alicui crudelitati non solum interesse, sed etiam præesse. Pro S. R. 11. M. Fannius huic quæstioni judex præfuit. 3. de Leg. 2. Ut magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus. *Ibid.* 12. Magistratibus, iisque qui præsunt, respub. continetur.

Adverb. *Crudelissime, omnino, publice.*

Syntaxis. *Præesse in provincia. Hi qui præsunt. Præesse negotiis. Judicem quæstioni præesse. Non solum adesse, sed præesse.*

Præsumptio, onis, ἡ πρόληψις. 2. de Div. 108. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici: sed nos Latine loqui malumus: præsumptio tamen, quam, πρόληψιν iidem vocant, non dabitur.

Prætendo, is, *prætexo, προβάλλω.* In Vat. 14. Tu qui te Pythagoram soles dicere, et hominis doctissimi nomen tuis immanibus moribus prætendere.

Prætentatus, a, um, *προπειρασθείς.* 2. de Orat. 318. Tota causa prætentata atque perspecta.

Præter, *extra, citra, ἐκτὸς, παρά.* 1. Fam. 5. Amicum ex consularibus neminem tibi esse video præter Lucullum. 1. Att. 1. Sed hoc nemini præter me videtur. 11. Fa. 28. In reliquis officiis, cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, ut domum ventitares? Pro Cl. 55. Omnibus sententiis præter unam Scamander condemnatus est. 1. Qu. Fr. 1. 22. Præter communem fidem, quæ omnibus debetur, præterea nos isti hominum generi præcipue debemus. Pro Sul. 9. Hoc mihi præcipuum est præter cæteros. 2. C. 16. Cum ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit, nisi quod, &c. Pro Planc. 15. Nihil, ut plerunque evenit, præter opinionem accidet. 2. de Div. 60. Ut etiamsi præter consuetudinem acciderit aliquid, præter naturam tamen non possit existere. 3. C. 6. Credo, quod litteris dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilaverat. Pro Plan. 49. Consul comitia habere cœpit subito præter opinionem omnium. 2. Fa. 9. Id præter opinionem mihi accidere. 8. Att. 10. Dionysius ad me præter opinionem meam venit. 2. de Orat. 285. Nihil magis ridetur, quam quod est præter expectationem. 15. Att. 13. Si quid præter spem erit, facies ut sciam. 4. Fam. 4. Cæsar repente præter spem dixit, &c. 1. de Div. 100. Lacus Albanus præter modum crevit. 2. Off. 36. Præter modum exterreri. 5. Tusc. 105. Aristides expulsus est patria, quod præter modum justus esset. 4. ad Her. 1. In superioribus libris nihil neque ante rem, neque præter rem locuti sumus. 1. Att. 13. Quod tam præter opinionem omnium factum sit.

Ante. Ver. 3. 61. Servi præter oculos Lollii hæc omnia ferebant.

Supra, ex numero. 2. de Orat. 217. Attici in eo genere præter cæteros excellunt. Pro S. R. 2. Quæ me res igitur præter cæteros

impulit, ut, &c. 3. de Orat. 97. Gustatus dulcitudine præter cæteros sensus commovetur. 1. de Div. 11. Nihil de divinatione habeo, quod præter cæteros ipse sentiam. Ver. 4. 76. Segestis præter cæteros imponebat aliquanto amplius, quam ferre possent. 7. Att. 14. Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt. 1. Qu. Fr. 1. 34. Quod si ut amplissimum nomen consequeremur, unus præter cæteros adjuvisti: certe idem, ut id retineamus, præter cæteros elaborabis.

Præterea, *etiam, tum etiam, adhuc, insuper, ἔτι, πρὸς ἔτι.* 10. Fa. 3. Nam et in omni genere prudentiam tuam mihi exposuit, et præterea mihi non ignotam in consuetudine suavitatem tuam adjunxit; præterea summam erga se liberalitatem, quæ omnia, &c. 4. C. 18. Præterea de vestra vita, &c. hodierno die judicandum est. 1. de Orat. 42. et ad Brut. epist. prid. in 2. Quas cum recitassem, cecidit Servilius, multi præterea. Pro Corn. 29. Sed nos possumus et hujus esse civitatis, et cujusvis præterea. Pro Cluent. 25. Se et alios præterea tres factos esse dixit. 1. de Orat. 160. Nihilne vobis in mentem venit, quod præterea a Crasso requiratis? 11. in A. 25. Expedito nobis homine opus est, et eo, qui imperium legitimum habeat, qui præterea autoritatem, nomen, &c. 5. *Ibid.* 13. Lysiadem novimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festivus. Pro Planc. 62. Populus Rom. diligit magistratus: in quibus si qua præterea est ars, facile patitur: sin minus, &c. 1. in A. 8. Addebant præterea rempub. conventuram Cal. Sex. 12. Fa. 14. Præterea mihi promisit Pansa, se daturum operam, &c. 13. 3. Ipsum præterea summa observantia tibi in perpetuum devincies. 2. de Natur. 165. Multos præterea et nostra civitas et Græcia tulit singulares viros. *Ibid.* 166. Multa præterea ostentis, multa extis admonemur, multisque aliis rebus. 6. Att. 4. Discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia. *Ibid.* Illud præterea μυστικώτερον ad te scribam, tu sagacius odorabere. 1. Qu. Fr. 1. 22. Præter communem fidem, quæ omnibus debetur, præterea nos isti hominum generi præcipue debere videmus. 3. Off. 9.

Ex aliis. Pro Pomp. 5. Hunc unum ab hostibus metui, præterea neminem.

Prætereo, is, *omitto, missum facio, prætermitto, linquo, reticeo, διεξέρχομαι.* 5. de Fin. 3. Sum multum equidem cum Phædro in Epicuri hortis, quos modo præteribamus. De Pro. 6. Cædes relinquo, libidines prætereo: ne hæc quidem idcirco omitto, quod, &c. Pro Cæc. 101. Tametsi de hoc judicio multa prætereo, tamen, &c. Ver. 3. 106. Hæc nunc prætereo ac relinquo. Ver. 3. 178. et pro Qu. 13. Ut illud prætercam et missum faciam, præteribo, &c. 6. Att. 3. Et quod pene præterii, Bruti tui causa feci omnia. Ver. 2. 87. Et quod pene præterii, capella quædam est, &c. 1. Att. 16. Atque illud non queo præterire. Con. C. Anton. Prætereo illum nefarium conatum tuum, et pene acerbum et luctuosum populo Rom. diem. De Sen. 69. Tunc illud, quod præteriit, effluxit.

Negligo. Pro Planc. 8. Populus solet nonnunquam dignos præterire. 2. in A. 41. Is fratris filium præteriit. *id est, nihil ei in testamento reliquit.*

Non præterit: id est, non fugit, scis. 1. Fa. 8. Sed te non præteriit, quam sit difficile, &c. Pro Cl. 17. Nam illud me non præterit, cujusmodicunque mater sit, tamen in judicio filii de turpitudine parentis vix dici oportere. Pro Cæc. 98. Certe quæri hoc solere, me non præterit, quemadmodum, &c. *Ibid.* 101. Non me præterit, me, &c.

Adverb. *Consulto, omnino, tacite, temere, turpiter.*

Prætereor, iris, *omittor, prætermittor.* De Cl. 88. Ut nulla fere pars orationis silentio præteriretur. 3. Ph. 8. 5. Tusc. 54.

Prætereundus, a, um, *omittendus.* 1. Fa. 8. Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo prætereunda sunt. De Clar. 272. Nec vero M. Cælium prætereundum arbitror. Ver. 1. 155. Non prætereundum est ne id quidem. Pro Flac. 7.

Præteriens, euntis, *transiens, διαλλάττων.* De Cl. 200. Si præteriens aspexerit. *Ibid.* Uno aspectu et præteriens indicat. Div. 50. Quasi præteriens satisfaciam universis. 2. de Glor. Ut suum tumulum multis etiam post seculis prætereuntes, sic loquantur, &c.

Præteritus, a, um, *anteactus, transactus, μετεληλυθώς.* 1. de D. 63. Animus separatus a corpore meminit præteritorum, præsentia cernit, futura providet. De Sen. 78. Memoria præteritorum, futurorum providentia. De Fat. 14. Nec in falsum e vero præterita possunt converti. De Sen. 69. Præteritum tempus nunquam revertitur. *Ibid.* 5. Præterita ætas, quamvis longa, cum effluxit, non potest, &c. 2. P. 59. Præterita mutare non possumus. 4. Acad. 45. Quæque ab his dicuntur, sic persequamur, ut nihil in præteritis relinquamus. Pro Arch. 1. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. 2. de Orat. 110.

Posthabitus, neglectus. Pro Plan. 51. Quos omnes scimus ædilitate præteritos consules esse factos.

Præterfluo, is, *elabor, prætergredior, παραῤῥέω.* 5. Tusc. 69. Animus præsentem voluptatem percipit pariter cum corpore, et prospicit venientem, nec præteritam præterfluere sinit.

Prætergredior, eris, *præterlabor, παραφέρω.* 3. Fa. 7. Te jam castra prætergressum esse, &c.

Præterlabor, eris, *prætervolo, effluo, παραῤῥέω.* 2. de Orat. 109. Definitio enim ante præterlabitur, quam percepta est.

Prætermissio, onis, *παράλειψις.* Top. 31. Formæ igitur sunt hæ, in quas genus sine

ullius prætermissione dividitur. 2. Off. 58. Mamerco homini ditissimo prætermissio Ædilitatis, consulatus repulsam attulit.

Prætermissus, a, um, παραλειφθείς. 2. de Orat. 126. Si quid ab Antonio prætermissum aut relictum sit. 11. Att. 7. Exitus illius minuit ejus officii prætermissi reprehensionem, &c. 3. Off. 9. Qui negant illum locum a Panætio prætermissum, sed consulto relictum. Pro A. Gab. Integris amicitiis officium prætermissum. 2. de Orat, 111.

Prætermittendus, a, um, παραλειπτέος. 3. de N. 38. Temperantia constat ex prætermittendis voluptatibus. 1. Off. 28. Prætermittendæ autem defensionis, deserendique officii plures solent esse causæ. 5. Fa. 17. Ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te ut hortarer, ut. Pro C. Cor. 1. Unum prætermittendum non videtur.

Prætermitto, is, *prætereo, relinquo, omitto, negligo*, παραλείπω. Pro Cæc. 34. Ut hoc genus unum vel maximum prætermitterent. 3. Q. Fr. 3. De aqua et via nihil prætermisi quadam epistola, quin ad te enucleate scriberem. 2. in A. 23. Ego nihil prætermisi, quantum eniti potui, quin Pompeium a Cæsaris conjunctione avocarem. 6. Att. 3. Hæc te igitur scire voluit. Ne illud quidem prætermittam, &c. 2. Qu. Fr. Non prætermittam ne illud quidem, te, &c. 9. Att. 17. Ego nullam diem prætermitto. 1. Fa. 8. Neque ullum officium erga te hominis amantissimi prætermisit. *Ibid.* 5. Nos tamen nihil, quod ad eam rem pertinet, prætermittimus. 12. 14. Nullum locum prætermitto laudandi tui.

Prætermittor, eris. 1. 9. Quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt.

Præter modum, *extra modum, ultra quam satis est, nimium*, παρὰ τὸ καθῆκον. 2. Off. 37. Dolorum cum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur.

Præterquam, *nisi*, πλὴν. 3. C. 26. Quibus pro tantis rebus nullum præmium postulo, præterquam hujus diei vestram memoriam sempiternam. 2. de Div. 69. Juno Moneta, a qua, præterquam de sue plena, quid unquam moniti sumus? 3. Fa. 7. Nullas iis, præterquam ad te, dedi litteras.

Præterquam quod. 2. de Div. 28. Ad id præterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest. Pro Do. 51. Hoc nihil aliud, quam bonorum meorum direptio; præterquam quod ne id quidem per legem Liciniam facere potuisti. 11. Fa. 27. Neque, quod displiceat, committam, præterquam quod hominis mihi conjunctissimi doleo gravem casum. 10. 1. Et præterquam quod reip. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita favemus, ut, &c. 5. de Fi. 61. Hoc autem loco tantum explicemus hæc, honesta quæ dico, præterquam quod nosmetipsos diligamus, præterea suapte natura per se esse expetenda. 9. Att. 18. Præterquam quod arbitror, &c. præterea te ipsum, &c. 2. Q. Fr. 13. Ego me in Cumano, præterquam quod sine te, satis commode oblectabam.

Prætervectio, onis, *vectio*, παρέλασις. Ver. 5. 170. Prætervectione omnium, qui ultro citroque navigant.

Prætervectus, a, um, παρακομισθείς. 7. in A. 8. Quoniam periculosissimum locum silentio sum prætervectus. Pro Cæl. 51. Emersi jam e vadis, et scopulos prætervecta est oratio mea. Pro Cor. 4. Oratio, quæ non prætervecta est aures vestras, sed in animis omnium penitus insedit. Ver. 5. 86. Quamdiu classis convivium ejus flagitiosissimum prætervecta est. *Ibid.* 97. Insulam totam prætervectus est.

Prætervehor, eris, *prætereo*, παρακομίζομαι. 5. de Fin. 49. Sirenes vocum suavitate revocare eos solitæ, qui prætervehebantur.

SYNTAXIS. *Silentio aliquid prætervehi. Oratio scopulos prætervecta. Classis insulam prætervecta.*

Prætervolo, as, *præterfluo*, παραπέτομαι. 3. de Orat. 221. Sententiæ sæpe acutæ, non acutorum hominum sensus prætervolant. Orat. 197. Fugit eos et prætervolat numerus. 5. de Fin. 77. Illud a te nimium festinanter dictum est: nescio quomodo prætervolavit oratio. 4. Ac. 42. Hæc duo proposita non prætervolant, sed ita dilatant, &c. In Arat.

Quem rutila fulgens pluma prætervolat ales.

SYNTAXIS. *Id me fugit ac prætervolat. Hoc prætervolavit oratio.*

Prætexo, is, *creo, constituo*, προίσταμαι, προβάλλω. 2. de Orat. 317. Sic omnia, quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura prætexuit.

Indico. I. P. 56. Nemo potest exercitum aperte petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi.

Prætexor, eris, *consfior*. 2. de Div. 112. Atqui in Sybillinis ex primo versu cujusque sententiæ carmen ordine prætexitur.

Prætexta, tæ, *toga prætexta. Vestis erat nobilium tam virorum quam mulierum, cujus limbus et oræ erant purpureæ: idcirco prætexta appellata. Hac, etsi magistratuum esset, tamen pueri usque ad annum decimumseptimum utebantur, quo tempore togam puram virilemque sumebant; puellæ, donec nuberent*, περιπόρφυρος. Postquam in Sen. 11. Consul unguentis oblitus cum toga prætexta, quam omnes prætores ædilesque tum abjecerant, irrisit squalorem vestrum. Ver. 5. 36. Ædiles cum toga prætexta et sella curuli. De Ami. 34. Pueri togam sumentes, prætextam deponebant. Ver. 1. 113. Eripies igitur pupillæ togam prætextam. *Ibid.* 152. Pupillus cum toga prætexta, sine bulla. 2. C. 4. Tongillum mihi eduxit, quem amare in prætexta cœperat. 2. Qu. Fr. 11. *bis*.

Prætextatus, a, um, *qui nondum virilem togam sumpsisset*, περιπορφύρῳ κεκοσμημένος.

2. in A. 44. Tenesne memoria prætextatum te decoxisse? 2. Q. Fr. 11. I. P. 8. Tu S. Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, et prætextatum volitare, passus es. 6. Att. 1. Magnus etiam prætextatus illo die fuit. Pro Mur. 11. Prætextati triumphantium filii. Ver. 1. 151. Pupillus prætextatus.

Prætor, oris, *qui cum imperio prætorio est*, ἔπαρχος. 9. Att. 14. Prætores jus dicunt, ædiles ludos parant. Pro Mur. 41. Sapiens prætor offensionem vitat æqualitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. Pro Cluent. 121. Prætores urbani, qui jurati debent optimum quemque in selectos judices referre. Pro Cæcin. 36. Prætor qui dies totos aut vim fieri vetat, aut restitui factum jubet, qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumque controversiis interdicit. Pro Pomp. 2. Prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum. Pro Fl. 8. Justissimus prætor. 3. de Leg. 8. Prætor esto. Pro R. P. 9. Accusavi de pecuniis repetundis, judex sedi, prætor quæsivi. 1. de Divin. 123. Cum apud Delium male pugnatum esset Lachete prætore. Pro C. Corn. 1. Postulatur apud me prætorem primum de pecuniis repetundis.

Adjuncta. *Æquus ac sapiens, laboriosus ac diligens, amicissimus, gravissimus, fortissimus, improbus, palæstricus, infestus, innocens, integerrimus, atque honestissimus, justissimus, urbanus, justissimus fortissimusque, mercenarius, nequissimus, inertissimusque, severus et diligens, turpissimus, atque improbissimus. Pulcher ac beatus, sapiens.*

Prætorium, rii, *domus vel tabernaculum prætoris, domus prætoria*, πραιτώριον. 1. de Div. 73. Cum Sulla in agro Nolano immolaret ante prætorium. Ver. 4. 65. Imperat suis, ut candelabrum illud in prætorium deferrent.

Prætorius, a, um, ὁ πραιτώριος. Ver. 5. 144. Onera et merces in prætoriam domum deferebantur. 1. de D. 68. Cum C. Coponius prætorio imperio classi Rhodiæ præesset. 8. Fam. 8. Provinciæ, quas prætorii pro prætore obtinerent. 16. Att. 7. Consulares et prætorii viri. 1. Off. 32. Quæ quidem pleraque jure prætorio liberantur. 2. C. 24. Cohors prætoria. Pro Pom. 69.

Prætura, ræ, *prætoris munus*, ἐπαρχία. Pro Flac. 6. Præturæ jurisdictio res varia et multiplex ad suspiciones et simultates. Pro Mur. 53. et 15. Prætura Murenæ probata in jure, grata in munere, ornata in provincia. Div. 28.

Adjuncta. *Acerba, indigna atque misera, innocentissima, diligentissimaque, dulcior, manca, ac debilis, præclara, probata, grata, ornata, turpis, calamitosaque, utilis, urbana.*

Prævaricatio, onis, καθύφεσις, παράβασις, ἐχς, ὑποστολή, &c. Par. 124. Prævaricationem accusator esse definiat, omnem judicii corruptelam ab reo: defensor autem non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo. *Ibid.* Verus accusator, cui contrarium est nomen prævaricationis. Pro Cæl. 24. At prævaricatione est Ascitius liberatus. 8. Fa. 8. Dicere causam prævaricationis. 2. de Div. 41. At ego idipsum, quod Diogenes Chaldæis quasi quadam prævaricatione concedit, nego posse intelligi. 2. Qu. Fr. 15. Drusus erat prævaricatione a tribunis absolutus.

Prævaricator, oris, *falsus accusator*, καθυφιέμενος. Part 126. Prævaricatoris nomen significat eum, qui in contrariis causis quasi varie esse positus videatur. Div. 58. Virum te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mavis? 8. Fa. 11. Prævaricator causæ publicæ.

Corruptor. I. P. 23. Piso prævaricator Catilinæ quondam, nunc ultor. 2. in A. 25. Vereor, ne mihi prævaricatorem apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis.

Prævaricor, aris, *colludo*, καθυφίεμαι. Pro Cl. 58. Hoc quanquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed prævaricari accusationi videbatur. De Arus. 42. Clodius a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur. 4. Att. 16. Quem fremunt omnes prævaricatum, &c.

Prævenio, is, *præripio, antefero*, προάγω. 3. Off. 33. Hæc Panætius, credo, persecutus fuisset, nisi aliquis casus, aut occupatio consilium ejus prævenisset.

Præverto, is, *anteverto, prævenio*, ὑπερβάλλω. 1. de D. 10. Ita tamen si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes. Pro Sul. 46. Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præverterim.

Prævideo, es, *prospicio, animo prospicio, cogitatione præcipio, præsentio, præcaveo*, προβλέπω. 2. de Natur. 163. Multa augures prævident. Ver. 5. 22. Prævideo, quod sit defensurus Hortensius. De Som. 19. Animus prævidet, &c.

Prævisus, a, um, προωραμένος. 1. de Divin. 78. Ita futura eloquentia prævisa in infante est. Ver. 4. 91. Res mihi tota prævisa atque præcauta est.

Prævius, a, um, ὁ καὶ ἡ προοδηγός. Alcy.

Alcyonem genuit claris delapsus ab astris
Prævius Auroræ, Solis noctisque satelles.

Prævolans, tis, προπετάμενος. 2. de Natu. 125. Grues in tergo prævolantium colla et capita reponunt.

Pragmaticus, a, um, *in agendo versatus*, πραγματικός. 2. Att. 20. Pragmatici homines cavere jubent, et vetant credere. 14. 3. Tu si quid pragmaticum habes, scribe. 1. de Orat. 253. Itaque illi, &c. et qui pragmatici nominantur. *Ibid.* 198. Quidam ministros se præbent in judiciis oratoribus iis, qui apud Græcos πραγματικοὶ vocantur. 2. Att. 16. τὸν πραγματικὸν βίον longe omni-

bus anteponat. 2. Qu. Fr. 14. Epistolas πραγματικῶς valde scripsisti.

Prandeo, es, ἀριστοποιοῦμαι. 7. Fam. 30. Itaque scito, Caninio consule neminem prandisse. 5. Att. 1. Sed prandimus in Arcano. Pro Clu. 166. Cum in ejus nuptiis more Larinatium multitudo hominum pranderet, &c.

Prandium, dii, τὸ ἄριστον. Ver. 1. 49. Quid ego istius prandia et cœnas commemorem? 2. in A. 101. Quid prandiorum apparatus proferam? 5. Att. 1. Antecesserat Statius, ut prandium nobis præberet. Pro Cl. 168. Dico illum cum ad illud prandium crudior venisset, et, ut ætas illa fert, sibi tum non pepercisset, ægrotasse. Pro Mur. 67. Si gladiatoribus vulgo locus tributim, et item prandia si vulgo essent data. *Ibid.* 72. At spectacula sunt tributim data, et ad prandium vulgo vocati. *Ibid.* 73. Ad prandium invitare. 2. Off. 58. Ut Oresti nuper prandia in semitis decumæ nomine magno honori fuerunt.

Pransus, a, um, ἀριστήσας. Pro Milo. 57. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis.

Syntaxis. *Prandium præbere. Ad prandium crudus venit Antonius. Vulgo dare prandia. Ad prandium vulgo vocati. Homo pransus, potus, oscitans. Prandiorum apparatus. Ad prandium invitare.*

Pratum, ti, ὁ λειμών. De Sen. 54. Nec vero segetibus solum et pratis res rusticæ lætæ sunt. *Ibid.* 57. Quid de pratorum viriditate dicam?

Pratulum, li, τὸ λειμώνιον. De Clar. 24. In pratulo propter Platonis statuam consedimus.

Prave, πονηρῶς. 2. de Fin. 25. Ille porro male, prave, nequiter, &c. 1. Acad. 26. Zeno recte facta in bonis actionibus ponebat: prave, id est, peccata, in malis.

Pravitas, tis, *vitium, perversitas, deformitas,* πονηρία. 1. de Orat. 156. Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus. 5. de Fin. 47. Pravitas et imminutio corporis. 4. Tusc. 29. Ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. In Vat. 14. Quæ tanta pravitas te mentis tenuit, ut, &c. 2. de Orat. 91. Imitari pravitatem oris alicujus. Quint. de Pet. 31. Da operam, ut eum de illa pravitate animi deducas. 5. Tusc. 78. Ægyptiorum mentes imbutæ pravitatis erroribus. 2. de Finib. 27. Qualis ista philosophia est, quæ non interitum afferat pravitatis? 4. Acad. 26. Perstare in aliqua pravitate. Par. 3. Pravitates animi recte vitia dicuntur. 1. de Leg. 51. An corporis pravitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit? *Ibid. in Frag.* Sicut una eademque natura mundus, omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur: sic omnes homines inter se natura confusi pravitate dissentiunt, nec se intelligunt esse consanguineos, et subjectos omnes sub unam eandemque tutelam. *ex Lactan. lib.* 5. *cap.* 8.

Syntaxis. *Male, prave, nequiter. Ad deformitatem, pravitatemque devenire. Pravitas et imminutio corporis. Membrorum pravitas, distortio, deformitas. Oris pravitatem imitari. De pravitate animi deducere. Pravitatis erroribus imbutus. Perstare in pravitate aliqua. Corporis pravitates perinsignes. Magna te pravitas mentis tenet.*

Pravus, a, um, *perversus, distortus,* πονηρός.) (. *rectus.* 3. de Orat. 193. Recta et prava tacito quodam sensu dijudicamus. 5. de Fin. 46. Si qua in membris prava, aut debilitata, aut imminuta sunt. 4. Acad. 33. Interesse oportet, ut inter rectum et pravum, sic inter verum et falsum. 4. Tusc. 29. Sed non distorta, neque prava. 2. de Fini. 33. Bestiæ depravatæ esse non possunt, pravæ tamen possunt. Orat. 45. Recti pravique partes. Pro Qu. Ros. 30. Nihil ab hoc pravum et perversum produci posse putant. 3. de L. 31. Nec solum in rectis, sed etiam in pravis actibus insignis est humani generis similitudo.

Syntaxis. *Recta et prava sensu tacito dijudicare. In membris multa prava, debilitata, imminuta. Distortum et pravum. Bestia non est depravata, sed prava. Pravum et perversum. Recti pravique partes.*

Πρᾶξις. *Lege,* Actio.

Praxiteles, *opifex nobilis, qui signa ex lapide faciebat.* Ver. 4. 4. ad Her. et 2. de Div. 48. Nec quidquam aliud affertur a Praxitele.

Praxitelius, a, um. 2. de Div. 48. Praxitelia capita.

Precans, tis, δεόμενος. 5. Tus. 118. Paulus Persæ precanti, ne in triumphum duceretur, inquit, &c. *alias,* deprecanti.

Precario, *prece, vel precibus,* μετὰ δεήσεως. 3. de Orat. 163. Atque ut precario, non vi, venisse videatur. Ver. 5. 58. Etiamsi precario essent rogandi. Pro Cæl. 27. et 3. con. Rul. 11. Etiam ne si vi ejecit, si clam, si precario venit in possessionem? Pro Cæc. 92. Nec vi, vel clam, nec precario possidere.

Precarius, a, um, δεδανεισμένος. Incert. Facere quæstum precarium. Brut. 16. Petere salutem precariam ab aliquo.

Syntaxis. *Precario aliquem rogare. Precario possidere. Quæstum precarium facere. Precariam salutem ab aliquo petere.*

Precatio, onis, δέησις. Pro Mur. 1. Si illa solemnis comitiorum precatio consularibus auspiciis consecrata tantam habet vim et religionem, quanta, &c. 1. Tus. 114. Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur. 3. de Nat. 52. In augurum precatione fluminum nomina videmus. 2. 67. Itaque in ea Dea, quæ est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est.

Adjuncta. *Extrema, similis, solemnis, summa.*

Preces, *rogatio, precatio, rogatus, obsecra-*

tia, obtestatio, execratio, εὐχή. 11. Att. 15. Quintus non modo non cum magna prece, sed acerbissime scripsit. 3. ad Her. 4. Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate a recta via deduci oportet. 1. de Inv. 22. Si prece et obsecratione humili utemur. Brut. 13. Quare noli expectare longas preces, intuere meipsum, qui, &c. *Ibid.* 16. Preces servientis adversus regem. Ver. 4. 94. In precibus et gratulationibus non solum id simulachrum venerari, sed etiam osculari solent. Pro Planc. 97. Eorum preces et vota de meo reditu audivi. 1. de Nat. 36. Nihil sentiens Deus nunquam nobis occurrit, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Pro Cl. 194. Nocturna illius sacrificia, sceleratasque preces, et nefaria vota cognoscimus. I. P. 43. In quo dii immortales meas preces audiverunt. 3. Qu. Fr. 1. Nisi incredibilis contentio et preces Pompeii fuissent. Pro Syll. 55. Litteræ, per quas ille precibus a Sulla petit, ut &c. Brut. 12. Nihil tuli gravius, quam me non posse matris tuæ precibus cedere. 1. Qu. Fr. 3. Quod præcarer deos, nisi meas preces audire desiissent. Pro Clu. 201. Cujus vota et preces a vestris mentibus repudiare debetis. Pro Dom. 26. Totius Italiæ precibus repudiatis. 1. Q. Fr. 1. 33. Precibus tecum fraternis ago.

Adjuncta. *Preces diuturnæ, faciles, fraternæ, humiles, supplices, justa, sceleratæ, longa, magnæ, miseræ, atque luctuosæ, quotidianæ.*

Syntaxis. *Nec prece, nec pretio, nec gratia a recta via deduci. Cum magna prece scribere. Uti prece et obsecratione humili. In precibus et gratulationibus osculari simulachrum. Preces et vota de reditu. Nobis occurrit Deus in precibus, in optatis, in votis. Contentio et preces. Id precibus a te peto. Alicujus cedere precibus. Audire preces alicujus. Preces repudiare. Precibus agere cum aliquo.*

Precius lacus. Pro Mil. 75.

Precor, aris, *precibus peto, preces adhibeo, peto, imploro, quæso, deprecor, supplico,* δέομαι. Ver. 4. 71. Verres in judicium venit, ubi ne precari quidem deos, atque ab eis auxilium petere possit. 1. de Na. 120. Dii, quos nos colere, precari venerarique solemus. *Ibid.* 124. Quid veneramur, quid precamur deos? 4. ad Her. 69. Cum Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt. Pro Corn. 55. Ut deos immortales scientia peregrina et externa, mente domestica et civili precarentur. 1. Qu. Fr. 3. Sed hæc utinam non experiare, quod precarer deos, nisi meas preces audire desiissent: verumtamen precor, ut his infinitis nostris malis contenti sint. 2. de N. 84. Stultitia est a quibus bona precamur, ab iis dantibus nolle sumere. 1. Tus. 113. Sacerdos precata a deo dicitur, ut daret, &c. Pro Mur. 1. Quæ precatus sum a diis immortalibus, &c. ut ea res mihi bene atque feliciter eveniret, eadem precor ab iisdem diis immortalibus, ob ejusdem hominis consulatum una cum salute reip. obtinendum, ut, &c. *Ibid.* Idem ego precatus sum, ut vobis ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret. De Am. 57. Precari ab indigno, supplicare. Pro Rab. 5. Ab Jove optimo maximo, cæterisque diis deabusque immortalibus pacem et veniam peto, precorque ut &c. 2. C. 29. Deos immortales precari, venerari, atque implorare debetis, ut urbem defendant. Pro Dom. 144. Vos precor, ac quæso, et obtestor, ut si, &c. I. P. 43. Nec ego si unquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, in quo dii immortales meas preces audiverunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer: Thyestea ista execratio est. *Ibid.* 46. Hæc ego semper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus sum. 4. in Ant. 10. Ita vero Quir. ut precamini, eveniat, ut hujus amentiæ pœna in ipsum recidat. Pro Sest. 71. Quibus utinam evenissent ea, quæ tum homines precabantur. I. P. 33. Utrum tandem optabilius putas, sic exire a patria, ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, (quod mihi accidit) an quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam et perpetuam esse vellent?

Syntaxis. *Precari et auxilium petere. Colere, precari, venerari. Venerari et precari Deum. A Deo bona precari. A Deo precari, ut. Precari, venerari, implorareque Deum, ut. Precor, quæso, obtestor. Ut precaris, eveniat, ut, &c. Quæ precaris, ea eveniant. A Diis pacem et veniam peto precorque.*

Prehendo, dis, *capio, prendo,* λαμβάνω, καταλαμβάνω. 1. de Orat. 240. Deinde ipsum Crassum manu prehendit &c. Heus tu, inquit, &c. De Clar. 93. Dein cum otiosus stylum prehenderat, flaccescebat oratio. 1. de Div. 59. Visum tibi esse C. Marium, prehendisse eum dextram tuam, et bono animo te jussisse esse. Pro Qu. 27. Sex. Alphenus servulum unum, quem iste prehenderat, abducit. Pro Clu. 41. Cum tabulas prehendisset Oppianicus, qui gener ejus fuisset, digito legata delevit. In Arat.

Quorum stirpes tellus amplexa prehendit.

1. de Leg. 61. Cum ipsum ea moderantem et regentem pene prehenderit.

Prehenso. *Lege,* Prenso.

Premo, is, *urgeo,* πιέζω, θλίβω. De Cl. 332. Cursum ingenii tui, Brute, premit hæc importuna clades civitatis. 9. Fa. 1. Spero, si te viderim, et ea, quæ premant, et ea, quæ impendeant, me facile transiturum. Pro S. R. 97. Quæ necessitas te tanta premebat? 1. contra Rull. 16. Ne urbem hanc urbe alia premere atque urgere possitis. 2. de Div. 46. Premam te, cum ex te causam uniuscujusque rei exquiram.

Concutio. 2. de Di. 57. Galli cantu plausuque premunt alas.

Premor, eris, *vexor.* 1. de Orat. 228. Cum invidia et odio populi Galba premeretur.

Prendo, is, *prehendo, prenso, ambio.* Ad Brut. epist. pr. in. 1. Ut gubernacula Reip. prenderem. 12. Att. 14. Prende C. Septimium. 8. Fa. 11. Renunciatum nobis erat, Pyrrhum diutius dicturum: prendimus eum, non fecit. Ver. 2. 54.

Prendor, eris. 1. Acad. 40. Comprehensio similis iis rebus, quæ manu prenderentur.

Prensandi. 1. de Orat. 112. Cum peterem magistratus, solebam in prensando dimittere a me Scævolam. 1. Att. 1. Nos autem initium prensandi facere cogitabamus.

Prensatio, onis, *ambitio,* λῆψις. 1. Att. 1. Fuit hæc illius præpropera prensatio.

Prenso, as, *prendo, prehenso, ambio,* δεξιοῦμαι, ἐπιλαμβάνω. 1. Att. 1. Prensat unus Galba sine fuco et fallaciis, more majorum, negatur.

Πρέπον. Lege, Decorum.

Presse, συνεσταλμένως. De Clar. 201. Attenuate presseque dicere. 3. de Orat. 42. Presse, æqualiter, et leniter dicere. Orat. 117. Presse et anguste definire. 4. de Fin. 24. Mihi placet agi subtilius, et, ut ipse dixisti, pressius. 1. Off. 133. Imitatio presse loquentium, et leniter.

Pressus, a, um, συνεσφιγμένος. De Cla. 51. Asiatici parum pressi)(. *redundantes. Ibid.* 202. Pressus orator. 2. de Orat. 56. Thucydides verbis aptus et pressus. 2. de Orat. 96. Oratio pressa. Hortens. Quis te aut est aut fuit unquam in partiundis rebus, in definiendis, in explanandis pressior?

Pressus, us, *compressio,* πίεσις. 3. de Orat. 43. Ipso pressu oris et sono. 2. de Nat. 109.

Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

2. Tusc. 54. Sic animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum.

Syntaxis. *Attenuate, presseque dicere. Presse, æqualiter, ac leniter dicere. Presse et anguste. Subtiliter ac presse. Thucydides verbis aptus et pressus. Palmarum pressu duplici continere quippiam. Ponderum pressus depellitur animi intentione.*

Pretiose, *eleganter, artificiose, operose,* ἐντίμως. 2. de Inv. 116. Vasa magnifica et pretiose cælata.

Pretiosus, a, um, *magni pretii,* ἔντιμος.)(. *vilis.* Pro Qu. R. 28. Ars erat pretiosa. 2. in A. 66. Pretiosa vestis. 2. de Fin. 91. Non minor voluptas percipitur ex vilissimis rebus, quam ex pretiosissimis. 3. Off. 89. Equi pretiosi jacturam facere. Frag. ep. Locatio pretiosa.

Pretium, tii, *merces, premium,* ἡ τιμή. Ver. 5. 49. Pretio atque mercede minuisti majestatem reip. 3. 76. Merces pretiumque impudentiæ. Pro Dom. 23. Cum ab eo merces tui beneficii, pretiumque provinciæ meo sanguine tibi esset persolutum. Ver. 2. 122. Ab isto et præco, qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est. 1. 125. Autoritas pretio superabatur. 3. 227. Annona pretium non habet. Pro Qu. R. 33. Nunc jacent pretia prædiorum. *Ibid.* 27. Communem esse factum gratis, qui pretio proprius fuisset. Ver. 4. 32. Audierat alicujus pretii scyphos esse. 1. de In. 51. Vestem pretii majoris habeo quam tu. Ver. 4. 8. Res alicujus pretii. 1. Qu. Fr. 2. Noli spectare quanti homo sit: parvi enim pretii est, qui jam nihil sit. Ver. 4. 134. Vendere aliquid parvo pretio. Pro S. R. 133. Mercari aliquid magno pretio. *Ibid.* Enumerare pretium. 2. cont. Rull. 69. Hic ager quoque pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Pro Font. 7. Falsum est ob vacationem pretium datum, cum immunis nemo fuerit. Pro S. R. 74. Quomodo persuasit? pretium dedit. cui dedit? Pro Cæc. 72. Nec pretio quidem corrumpi judex in ejusmodi causa potest. 14. Att. 12. Pendere pretium. *Ibid.* Vel impenso pretio. 12. 32. Constituere certum pretium. 7. Fam. 2. Nunc quoniam tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veneat. 3. ad Her. 4. Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate, a via recta deduci opportet. 3. Off. 107. Ut si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, &c. 12. Att. 24. Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. 2. Off. 21. Pretio et mercede duci ad aliquid faciendum. Ver. 4. 14.

Adjuncta. *Certum, summum, parvum, incertum, magnum, majus, pactum.*

Syntaxis. *Pretio ac mercede minuere dignitatem suam. Pretium non habet annona. Jacent nunc librorum pretia. Alicujus pretii res. Judicem pretio corrumpere. Pactum pro capite pretium. Merces pretiumque impudentiæ. Persolvere pretium. Pretio mercari aliquid. Vendere aliquid parvo pretio. Enumerare pretium. Coemere pretio. Pretium dare. Pretium pendere. Constituere certum pretium. Pretio et mercede duci ad aliquid faciendum.*

Priamus, mi, *rex Trojæ atque Asiæ.* 1. Tusc. 85. Quinquaginta filios Priamus habuit: e quibus decem et septem justa uxore nati.

Pridem, *dudum,* πάλαι, πρόπαλαι. 5. Fam. 6. Quod ad me pridem scripseras. Ver. 1. 126. Quam pridem sibi hæreditas venisset, docet. Pro Qu. R. 8. Quam pridem hoc nomen Fanni in adversaria retulisti?

Priene, *Biantis patria.* Parad. 1.

Pridie, *ante diem,* προτεραίᾳ.)(. *postridie.* 1. Att. 13. Pridie quam has litteras dedi, Coss. conveni. 15. 28. Pridie quam hæc scriberem, id est, 111. Nonarum. 11. 20. Philotimus pridie ejus diei venit. 5. 14. Dederam Epheso pridie, has dedi Trallibus. 2. 3. Pridie compitalia. 9. 15. Pridie quinquatriis. 3. 17. Ex ante diem Nonarum Jun. usque ad pridie Calen. Sept. 10. Fam. 15. Ad pridie Idus Mai. 2. Att. 8. Hæc est pridie data quam illa. 5. 11. Memmius, qui pridie quam ego Athenas venirem, Mitylenas profectus erat. 7. A. 13. Non auditis sententiam meam flagitari? cui cum pridie

frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis devoluti. 1. Fam. 9.

Syntaxis. *Pridie quam veni, scripseram. Pridie ejus diei accidit. Ex ante diem Nonarum usque ad pridie Cal. Ad pridie Id. Mai. venium. Hæc pridie data, quam illa epistola est.*

Primarius, a, um, *principum aliquis, πρωτεῖος, δυνάστης.* De Sen. 61. Vir primarius populi. 2. de Fin. 116. et pro Fl. 50. C. Plotius Senator, vir primarius. 4. Fam. 5. Ut cum aliquo adolescente primario conjunctam ætatem ageret. 3. de Fin. 52. Sic in vita non ea, quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, *προηγμένα*, id est, producta nominentur. Ver. 1. 153. Fœmina primaria.

Primigenius, a, um, *ὁ καὶ ἡ πρωτόγονος.* 2. de Leg. 28. Vel primigeniam a gignendo.

Primipilus, li, *primus, vel primæ cohortis sive centuriæ triariorum centurio, πριμοπῖλος.* Pro Cor. 34. Marcius primipili centurio. 12. in A. 20. Aquila primipili. 1. de Div. 77. Centurio primipili. Att. lib. 5.

Primo, *primum, initio, a primo, principio, πρώτως.* De Clar. 48. Isocrates primo artem dicendi esse negavit. 5. Tusc. 5. 2. de Orat. 324. Tantum impelli primo judex debet, ut, &c. Pro Cluent. 11. Primo, &c. deinde, &c. 2. de Orat. 118. A primo, &c. deinde, &c. post, &c.

Primordium, dii, *principium, causa præcurrens, ἡ ἀρχή.* 2. de Leg. 7. A diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. Part. 7. Primordia rerum, et quasi præcurrentia.

Primores, rum, *summæ, vel extremæ quæque res, πρῶτοι.* Pro Cæl. 28. Aliquid primoribus labris gustare, et extremis (ut dicunt) digitis attingere, *id est, leviter.* 1. de Orat. 87. Quæ isti Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. Hortens. Quod in primoribus habent, ut aiunt, labris.

Primum, *primo, πρῶτα.* 1. de Nat. 105. Quæro igitur, vester Deus primum ubi habitet: deinde, &c. Pro Sull. 43. Primum ne, &c. deinde ne, &c. postremo ne, &c. 11. Fam. 10. Primum omnium non te fugit, &c. 2. de Nat. 124. Serpentes quædam simulac primum niti possunt, aquam persequuntur. 13. Fam. 48. Cum primum in eam insulam veni. 10. 13. Ut primum potestas data est. 5. 8. Ut primum attigi forum. 1. de Inv. 100. Nunc primum, &c. 2. de Leg. Equidem qui nunc primum huc venerim, satiari non queo. 5. in A. 30. Quo die primum convocati sumus, &c. 2. de Nat. 3. Primum, deinde, &c.

Syntaxis. *Primum omnium decernas. Simulac primum poteris, accedas. Cum primum dixisti. Ut primum noveris. Nunc primum venio. Quo die, qua hora primum abiit.*

Primus, a, um, *in numero primarius, princeps, πρῶτος* .)(. *postremus, novissimus.* Ver. 5. 89. Postremam quamque navem piratæ primam adoriebantur. 10. Fa. 11. Primæ tuæ sententiæ, &c. posteriores, &c. notissimæ mihi sunt. Orat. 4. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. 3. de Nat. 57. Æsculapius, qui primus vulnus obligavisse dicitur. 4. ad. Her. 43. De quibus exornatoribus nominatio est prima. 1. de Fin. 10. 11. 13. 14. Peripatetici primi ex omnibus philosophis docuerunt, &c. Orator. 215. Qui numerus in primo viget, jacet in extremo. 4. Tusc. 64. De morte et dolore primo et maximo die disputatum est. L. P. 2. Me quæstorem in primis, ædilem priorem, prætorem primum pop. Rom. fecit. Pro Sest. 6. Qui Trib. pleb. primus inter homines nobilissimos factus est. 3. Off. 101. Utilia prima et summa habemus. De Univ. 6. De his igitur, quæ diximus, hæc sit prima distinctio. Ver. 2. 183. Recita mihi, quæso, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleii. Ver. 3. 68. Quinque primi accitu istius evocantur. Pro S. R. 25. Decretum fuit, ut decem primi proficiscantur ad L. Sullam. 3. Fam. 8. Prima duo capita epistolæ tuæ. Ver. 2. 162. Evocat ad se Centuripinum magistratum et decem primos. 1. de Nat. 20. Primis labris gustare aliquid. Pro S. R. 15. Aliquis genere et nobilitate sui municipii facile primus. Ver. 4. 37. A Lysone Lilybetano primo homine .)(. *postremo.* Ver. 3. 129. Dyrrachinus primus civitatis. 2. 88. Sthenius in primis Siculorum in dicendo copiosus. *Ibid.* 86. Oppidum Himera in primis Siciliæ clarum et ornatum. 1. de Nat. 121. Democritus vir magnus in primis. 3. de Orat. 17. In primis hoc a se animadversum esse dicebat. *Lege,* Inprimis. 2. de Inv. 1. Cum Crotoniatæ in Italia in primis beati numerarentur. Ver. 3. 68. Homo in primis improbissimus. 2. de Orat. 168. Si omnes debent, certe in primis imperatores. 5. Att. 1. Cum ad me frater venisset, in primis nobis sermo de te fuit. 4. de Fin. 50. Illud vero minime consectarium, sed in primis habes. Ver. 2. 68. Homo domi suæ cum primis locuples. 1. 137. Homo cum primis honestus. 2. de Orat. 224. Sapiens homo cum primis nostræ civitatis. 1. Att. 14. Amoris erga me tibi primas defero. *Lege,* Partes. 1. de N. 15. Ad quem tum Epicurei primas deferebant. De Clar. 308. Primas in causis agebat Hortensius. 2. de Orat. 147. Non possum equidem non ingenio primas concedere. 8. Att. 6. Primo quoque tempore aliquid fieri, vel agi. 13. Fam. 57. et 8. in A. 33. Primo quoque die. 2. de Inv. 60. Ejusmodi injuriæ, ut de eis indignum sit non primo quoque tempore judicari. Ver. 4. 58. 4. Acad. 49. Me tibi primum quidque concedente. 2. de Fin. 106. Prima quæque abvolat. *id est, voluptas,* 9. Att. 4. Tuas nunc epistolas a prima lego, hæ me paullum recreant: primæ movent, et rogant, ne, &c. proxima ostendunt, &c. 8. 11. Sed hoc a primo cogitavit. *id est, ab initio.* 2. de Div.

38. Quæ autem inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? Acad. Cum primas partes sibi quemque vendicare necesse sit. *Ibid.* Eum recte primum esse judicio suo.

Syntaxis. *Postremum quodque navigium hostes primum adoriuntur. Primus genere et nobilitate sui municipii. In primis Italorum. Primis labris gustare. Vir magnus in primis. Cum primis locuples. Primas tibi sapientiæ defero. Primas in causis agebat Hortensius. Primas ingenio concedamus. Primo quoque tempore venies. A primo cogitavit hæc.* id est, a principio.

Princeps, ipis, *primus, primarius, autor, inventor, dux, coryphæus, excellens, qui cæterorum obtinet principatum, qui supremum locum civitatis tenet, qui sententiæ principatum tenet, qui primos ordines ducit, ἄρχων.* 1. de Nat. 16. Tres enim trium disciplinarum principes convenistis. 1. de Orat. 216. Pericles plurimos annos princeps consilii publici fuit. 3. 60. Princeps sententiæ in Senatu, dux regendæ civitatis, autor publici consilii. De Ar. 57. Sed tamen eorum omnium hic dux est atque princeps. 1. de Orat. 47. Harum disputationum inventor ac princeps Plato. 2. de Natur. 167. Socrates princeps philosophorum. 4. Acad. 131. Zeno qui inventor ac princeps Stoicorum fuit. 1. de Inven. 20. Exordium princeps omnium debet esse. De Clar. 316. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Orat. 62. Longe omnium, quicunque fuerunt, gravitate dicendi princeps Plato. 1. Qu. Fr. 123. Princeps ingenii et doctrinæ Plato. De Ar. 58. Senatus princeps salutis mentisque publicæ. Pro Flac. 54. Usque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Mæandrus. Pro Dom. 66. Cn. Pompeius longe princeps civitatis. *Ibid.* 110. Vir princeps orbis terræ. 3. de Nat. 80. Cur tot civitatis principes a Cinna trucidati? 2. de Orat. 356. Natura hujus boni princeps est. 2. de Fin. 61. P. Decius princeps in ea familia consulatus. 10. Famil. 6. Deinde se et Senatui, et bonis omnibus autorem, principem, ducem præbeat. 12. 24. Me principem Senatui populoque Rom. professus sum. 1. Academ. 26. Principes qualitates. De Clar. 151. Longe omnium in jure civili esse principem. Div. 47. Princeps in agendo. *Ibid.* 48. Ut ille princeps quam maxime excellat. 1. Fam. 9. Cum in repub. Cn. Pompeius princeps esset. 2. de Divin. 87. Eudoxus in astrologia facile princeps. 1. de Orat. 98. Aliquis consilio ac lingua princeps. De Ami. 26. Amor princeps est ad benevolentiam conjungendam. De Clar. 319. Cum essem in principibus patronis quinquennium versatus. Pro Dom. 147. Qui in mea salute principem locum autoritatemque tenuistis. De Cla. 80. Is personam principis civis facile dicendo tuebatur. 2. de N. 168. Ille se principem civem putat. De Arusp. 28. Cum nostri imperatores ad illam ipsam principem aram vota persolverent. I. P. 30. Civitas, in qua in principum numero vultis esse. 1. Fam. 7. Quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi, evolare altius certe noluerunt. 9. 17. Nos enim principi servimus. *id est, Cæsari.* 1. de Divin. 46. Quæ Magi Cyro illi principi interpretati sunt. 5. Tusc. 8. Leon princeps Phliasiorum. 4. 69. Princeps ille Argonautarum. 1. Off. 140. Facta principum imitari. 1. Fam. 9. Quales in Repub. principes essent, tales reliquos solere esse cives. *ex Platone.* 2. At. 1. Te signifero ac principe. 3. de Leg. 14. Demetrius utraque re excellit: nam et doctrinæ studiis, et regenda civitate princeps est. Parad. 5. Ex summis, inquiunt, principes civitatis sumus. De Clar. 233. Is in principibus patronis aliquot annos fuit. 1. Off. 138. Homo honoratus et princeps. 8. in A. 29. Magnum est, personam in Repub. tueri principis, &c. De Un. 40. Deinde ut illi principem se ducemque præberet. Ver. 3. 56. Homo cum virtute et nobilitate domi suæ, tum etiam pecunia princeps.

Militaris quidam ordo. Nam in legione Romana erant triarii, principes, hastati, velites. *Hinc ad Brutum scribit Cicero.* Nasennius Cretensi bello, Metello imperatore, octavum principem duxit. *id est, octavum principum centuriam, sive ordinem.*

Primus ordine, temporeque, ante alios. 7. in A. 23. Firmiani principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. 4. At. 1. Ille legatos quindecim cum postularet, me principem nominavit. 10. in A. 24. Is princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. 2. de Orator. 55. Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornavit. 1. At. 14. Ego princeps in adjutoribus, atque adeo secundus. 1. Acad. 26. Earum qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. Ver. 5. 89. Ut quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. Div. 47. Is qui princeps in agendo est. Ver. 2. 2. Sicilia princeps se ad amicitiam populi Romani applicuit, et prima omnium provincia est appellata. De Clar. 82. Et nimirum is princeps ex Latinis hæc tractavit. 3. de Orat. 127. Georgias princeps ex omnibus ausus est, &c. 10. Fa. 17. Princeps ad omnia pericula.

Adjuncta. *Amplissimus, gravis, illustris, levis, vehementissimus, paratissimus et ornatissimus, vitiosus.*

Syntaxis. *Princeps philosophiæ Plato. Te signifero, et principe. Sicilia princeps applicuit se ad pop. Rom. Eloquentia, aut in eloquentia princeps. Qualitates principes, et ex iis ortæ. In orando princeps. Princeps ex omnibus. Princeps cogendi exercitus. Disciplinarum, publici consilii, in Senatu sententiæ princeps. Dux et princeps. Inventor ac princeps. Exordium sit omnium princeps. Longe omnium princeps. Salutis princeps, ac mentis publicæ Senatus. Cæsar civitatis longe princeps. Vir princeps orbis terræ. Autor, princeps, dux. Profiteri se principem Senatui. Princeps*

ille venit. Ex omnibus princeps. In periculo princeps. Princeps ad omnia pericula. Homo virtute et nobilitate princeps. Doctrina studiis et regenda civitate princeps.

Principalis, le, *princeps: ut municipalis,* ἀρχικός. De Fat. 41. Causarum aliæ sunt perfectæ et principales, aliæ adjuvantes et proximæ. *Ibid.* Assensio non potest fieri nisi commota viso: et ad visum proximam causam habet, non principalem. De Fat. 9. Non sequitur tamen, ut sedere eos et ambulare principalibus causis definitum sit.

Principatus, us, *dominatus, prima,* ἀρχὴ, ἡγεμονία. 2. de Nat. 20. Principatum id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν vocant, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse præstantius. 1. de Nat. 35. Theophrastus menti divinum tribuit principatum. 2. Off. 66. Eloquentiæ ergo a majoribus nostris est in tota dignitate principatus datus. 11. in A. 36. Cassio mea sententia dominatum et principatum dedi. *id est, eum plus quam cæteros ornavi.* 2. 5. Cæsar qui tibi detulerat ex latronibus suis principatum. Orat. 56. Qui eloquentiæ principatum petet. 3. de Fin. 52. Regius principatus. 1. Tusc. 19. Tenere principatum. 2. de Nat. 49. Sol, qui astrorum obtinet principatum. 1. Famil. 9. Delere principatum summorum virorum. 12. in A. 9. Gallia hujus belli administrandi principatum tenet. 13. 44. Qui hujus belli feret principatum. 13. At. 9. Sermo ita inducitur cæterorum, ut penes ipsum sit principatus. 1. Off. 13. Huic veri videndi cupiditati adjuncta est appetitio quædam principatus. *Ibid.* 64. In hac elatione animi facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur. Pro M. Scau. Curia illa de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur.

Initium. De Un. 4. An mundus ab aliquo temporis principatu ortus est?

Adjuncta. *Divinus, præstans, regius.*

Syntaxis. *Tribuere alicui principatum. Principatum eloquentiæ alicui dare. Principatum alicui deferre. Principatum petere, tenere, obtinere, delere, ferre. Penes te principatus est. Regium principatum concupiscere. Nimia cupiditas principatus. Mundus ab aliquo temporis principatu ortus est.*

Principio, *primo, initio, primum omnium,* ἐν ἀρχῇ. 2. de Divin. 75. Jus augurum divinationis opinione principio constitutum est, postea reipub. causa conservatum ac retentum. 1. de Orat. 210. Nam si quæreretur, &c. constituendum putarem principio, quis esset &c. 1. de Fin. 17. Principio inquam in physicis, quibus maxime gloriatur, totus est alienus. 1. Off. 11. Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut, &c. *Ibid.* 126. Principio corporis nostri magnam naturam ipsa videtur habuisse rationem. 2. Tusc. 53. C. Marius, rusticanus vir, cum secaretur, principio vetuit se alligari, &c.

Principium, pii, *initium, primordium, origo,* ἀρχή. De Fato 43. Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. De Senect. 78. Animus semper agitatur, cujus motus nec principium nec finem habet. 1. de Nat. 20. Cujus principium aliquod sit, ejus necesse est esse extremum. In Vat. 14. Omnium rerum magnarum a diis immortalibus principia ducenda sunt. 1. de Nat. 1. Scientia est causa, id est, principium philosophiæ. Pro Cæl. 56. Cujus criminis ego neque principium invenire, neque evolvere exitum possum. Pro Pomp. 3. Cujus orationis difficilius est exitum, quam principium invenire. Br. epist. pr. in 1. Natum omnino est principium a me. 5. Fam. 12. A principio conjurationis usque ad reditum nostrum. Orat. 199. Ad exitum a principio ferri, et a capite ita fluere, ut ad extremum veniens consistas. 4. de Fin. 34. A principio instituere aliquid, idque perficere. 1. de Nat. 2. An a principio dii omnia fecerint? De Pro. 33. Jam inde a principio hujus imperii. Pro Cor. 39. Gaditani a principio sui generis ac reipub. fluxerunt. Pro Dom. 138. Dixi a principio me, &c. De Cl. 157. 2. de Div. 133. Non poteras hoc a principio dicere? Top. 72. A principio dividere. 1. Att. 1. A principio audire amicissime monentem. Pro Sul. 69. De principio. *id est, a principio.* 1. Off. 31. Ea quæ proposui in principio. 1. de Or. 121. Exalbescere in principiis dicendi. *Ibid.* 209. Quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo. 2. 213. In utroque autem genere dicendi et principia tarda sunt, et exitus tamen spissi et producti esse debent. De Somn. 20. Cæteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Pro Cornel. 9. Qui pueritiæ tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum. 5. de Fin. 58. Omnium rerum principia parva, sed suis progressionibus usa augentur. Pro C. Corn. 1. Ponam principium justissimæ libertatis Cassiam legem.

Causa efficiens, autor, primum. 1. Tusc. 53. Principii nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. *et ibi multa pulchra de principio.* De Cl. 209. Omnium causarum unum est naturale principium.

Rudimentorum, seminarii, elementi ratio. 3. Off. 52. Ea habemus principia naturæ, quibus parere debeamus. 1. de Leg. 18. Nunc juris principia videamus. *Ibid.* 37. Quocirca vereor committere, ut non bene provisa et diligenter explorata principia ponantur. 2. Off. 54. Hoc autem est principium urbis et quasi seminarium reip. 4. de Fin. 18. Principiis a natura datis, &c. 1. Off. 11. Principia et causæ rerum. 4. Acad. 117. Principia rerum, ex quibus omnia constant. *et ibi de principiis rerum.*

Pars prior, prævia. Pro Cl. 11. Principiis cognitis multo facilius extrema intelligetis.

Adjuncta. *Principia accurata, et acuta,*

instructa, propria, leviora, multa, tarda, accurata, brevia.)(. *longa, suspiciosa, falsa, funesta, immortalia, naturalia, optima, solida, expressa, parva, verecunda.*

Prior, us, *habitudine primus*, πρότερος, προτέρα, πρότερον, παρείτερος. 4. Acad. 44. Priori posterius, posteriori superius non jungitur. 3. de Fin. 74. Quid posterius priori non convenit? I. P. 1. Me quæstorem in primis, ædilem priorem, prætorem primum populus Romanus fecit. 2. de N. 3. Nos autem quæ priora duo sunt, sumamus: tertium et quartum puto in aliud esse tempus differenda.

Absolute primus. 1. de Nat. 86. Itaque in illis selectis ejus sententiis, quas, &c. hæc, ut opinor, prior sententia est, quod, &c. Pro Qu. 7. Priore loco causam dicere. Ver. 5. 142. Indignum hoc video videri omnibus, judices, et id jam priore actione, cum hæc testes dicerent, intellexi. *id est, prima.*

Primus honoris gradus. De Cl. 84. Etsi utrique primas, priores tamen deferunt Lælio.

Superior, transactus. 1. Fa. 9. Quod de Qu. Frat. negotio scribis, te priore æstate conficere non potuisse, &c. Pro Planc. 54. Ais prioribus comitiis Tarentinam tibi a Plancio esse concessam. *id est, superioribus.* 11. Fa. 27. Anno priore.

Prisce, *prisco more, horride, aspere*, ἀρχαϊκῶς. Pro Cæl. 33. Severe, et graviter, et prisce agere cum aliquo.)(. *remisse, leniter, urbane.*

Priscus, a, um, *cascus, ut ait Ennius: antiquissimus, heroicus*, ἀρχαϊκός. 1. Tuscul. 27. Itaque illud erat insitum priscis illis, quos cascos Ennius appellat. 3. de Nat. 42. Joves quoque plures in priscis Græcorum litteris invenimus. De Ar. 27. Prisca illa severitas, &c. Pro Dom. 123. Verbis priscis et pene solemnibus bona alicujus consecrare. 1. de Orat. 193. Verborum prisca vetustas. De Univers. 34. Credendum est veteribus et priscis, ut aiunt, viris, qui, &c. 3. de Orat. 39. Illud, quod loquitur, priscum visum iri putat. De Clar. 83. Verba paulo magis prisca.

Pristinus, a, um, *vetus, antiquus*, ὁ παλαιός. 1. Fam. 5. Ut pristinam tuam dignitatem et gloriam consequare. Pro Mil. 1. Vetus consuetudo fori, et pristinus mos judiciorum immutatus est. Pro S. R. 150. Vestra pristina bonitas et misericordia. Pro Clu. 181. Mulier incensa odio pristino. Pro Sull. 26. Ille labor meus pristinus, &c. 4. Fam. 14. Pristina dignitas. 13. 4. Pro pristinis opibus. 13. 50. Pristina virtus.

Privans, tis, στερητικός. Top. 48. Sunt enim alia contraria, quæ privantia licet appellemus Latine, Græce appellantur στερητικά.

Privatim, *proprie*, ἰδίως.)(. *publice.* Pro Qu. 15. Nec societas tibi quidquam debet, nec privatim Quintius debuit. 4. Fa. Nulla enim me ipsum privatim pepulit insignis injuria. Pro S. R. 114. Si hanc ei rem privatim S. R. mandavisset, &c. Pro C. Corn. 1. Dum privatim dicunt. *Ibid.* Cum bis jurasset, semel privatim a patre, iterum publice a lege coactus.

Privatio, onis, *amotio, diminutio, spoliatio*, στέρησις. 2. de Fin. 29. Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio. 38. Omni privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem.

Privatus, a, um, *domesticus, proprius*, ἴδιος.)(. *publicus.* Pro Sest. 27. Pro me uno cive et bonos omnes privato consensu, et universum Senatum publico consilio mutasse vestem. Pro Quint. 13. Res quæ ipsius erant privatæ. *Ibid.* Privata domus. 3. de Fin. 4. Verbis in dicendo quasi privatis utuntur ac suis. 7. Att. 7. Illud privatius non ascribis, &c. *Lamb.* Illud putidius, *restituit. Ibid.* Qui magis quam privatum aliquem mittat. 3. de Leg. 45. De privatis magistratibusve audiendis. De Ami. 15. Quorum mihi conjuncta cura et de re publica, et de privata fuit. Pro Dom. 43. XII. tabulæ vetant, leges privatis hominibus irrogari. De Ar. 22. Tua tum virtus eadem fuit, quæ in privato quondam proavo tuo. 1. de Inv. 35. In fortuna quæritur, privatus, an cum potestate sit. De Senect. 22. Vita privata et quieta. 1. Off. 21. Sunt autem privata nulla natura, sed &c. De Clar. 46. Cum sublatis in Sicilia tyrannis res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur.

Orbatus, στερηθείς. Pro R. P. 23. Demetrius, aspide ad corpus admota, vita privatus est.

Syntaxis. *Verba privata dicere, et sua. Vita privata, et quieta. Privato consensu.*

Privernas, tis, *a Priverno oppido.* 2. de Orat. 224. Testificatur pater, se tibi Privernatem fundum reliquisse. *Ibid.* Forte evenit, ut in Privernati essemus.

Privigna, æ, ἡ προγονή, et πρόγονος. 13. Att. 20. De uxore Tuberonis et privigna neque possum jam abdere, neque, Tuberonem volo defendere.

Privignus, gni, *ad vitricum novercamve refertur: nam is dicitur, cujus alter non est verus parens: sic etiam*, Privigna, ὁ καὶ ἡ πρόγονος. Pro Clu. 188. Mulier in privignorum funus nupsit. 3. Qu. Fr. 3. Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla, subscribente privigno Memmio.

Privilegium, gii, *lex privato homini irrogata*, τὸ προνόμιον. *Differt itaque* privilegium a lege, *quod* lex *ad omnes alicujus certi ordinis homines pertinet*, privilegium *singulorum est.* Pro Dom. 43. Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ leges privatis hominibus irrogari: id est enim privilegium. 3. de Leg. 44. In privatos homines leges ferri noluerunt: id est enim privilegium. Pro Sest. 65. Cum XII. tabulis sancitum esset, ut neque privilegium irrogari, neque de capite civis, nisi comitiis centuriatis, rogari posset &c. Parad. 4. Familiaris tuus de te privilegium tulit, ut si in opertum Bonæ

dem accessiones, consulares. Pro Dom. 26. An licuit tibi de peste civis indemnati ferre non legem, sed nefarium privilegium? *Ibid.* 110. Cum indemnatum exturbares privilegiis tyrannicis irrogatis. Postq. in Senat. 28. Privilegii vim et crudelitatem autoritate honestissimorum hominum et publicis litteris consignavit. De Cl. 89. T. Libo rogationem in Galba privilegii similem tulit. 3. Att. 15. Quod cum Curione de privilegio locutus es, est aliquid. 3. de Leg. 11. Privilegia ne irroganto.

ADJUNCT. *Injustum, nefarium, tyrannicum.*

Privo, as, *orbo, spolio, dispolio, expolio, excludo, expertem facio, ἀποστερέω.* Top. 48. Præpositio, In, privat verbum ea vi, quam habebat. 9. Att. 12. Ægritudo me somno privat. 5. de Fin. 87. Democritus oculis se privasse dicitur. 4. Acad. 33. Si quis aliquem oculis privaverit. 4. Fam. 9. Noli patriam multis claris viris orbatam privare etiam aspectu tuo. 5. 20. Sic me liberalitatis fructu privas. Pro S. R. 63. et pro Qu. 74. Privare luce. 1. Att. 13. Privare aliquem exilio. 9. in A. 8. Vos Ser. Sulpitium vita privastis. Pro C. Corn. 1. Non honestissimum virum communi et quotidiano jure privasset. In Cl. Neque te retinere in civitate, sed exilio privare voluerunt judices.

Privor, aris. 1. cont. Rull. 13. Non enim unus afficitur beneficio, sed unus privatur injuria. 1. de Fin. 37. Privari dolore. Pro Rab. 8. Ut alter vita crudelissime privaretur. Pro Quint. 74. Non modo honeste partis bonis, sed etiam communi luce privari.

SYNTAXIS. *Ægritudo me somno privat. Oculis se privare. Privare patriam aspectu suo. Privare aliquem luce, vita, jure. Privari dolore, bonis, communi luce.*

Prius, *ante, πρότερον.* 4. Att. 14. Nihil prius mihi faciendum putavi, quam ut tibi gratularer. Pro Sull. 65. Cum in Capitolium nos Senatum convocassemus, nihil est factum prius. Pro Qu. 9. Prætor judicium prius de probro, quam de re maluit fieri. 9. Att. 9. Præstabo (si Cæsarem bene novi) eum prius tuæ dignitatis, quam suæ utilitatis rationem habiturum. De Ami. 15. Quem fuit æquius, ut prius introierat in vitam, sic prius exire de vita. 15. Att. 13. Ad te antea, atque adeo prius scripsi. 1. Tuscul. 110. Priusque Bœotia Leuctra tollentur, quam, &c. In L. Pison. Prius—dein—extremo.

Priusquam, *antequam, πρὶν ἤ.* 3. de Orat. 25. Sed priusquam illa conor attingere, proponam breviter, &c. In Vat. 4. Quod ego, simul ac te aspexi, priusquam loqui cœpisti, sensi. 9. Fa. 26. Tamen quid potius faciam, priusquam me dormitum conferam, non reperio. De Opt. 19. Ut ne quis corona donaretur in magistratu, priusquam rationes retulisset. Pro Cornel. 11. Ac priusquam aggrediar ad causam, &c. quiddam de communi conditione breviter commemorandum videtur. 3. in A. 3. Cui priusquam de ceteris rebus respondeo, de amicitia pauca dicam. Pro Mil. 100. Præclare enim vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro. 1. Qu. Fr. 2. Ne de bonis, quæ Octavii fuissent, deminui paterentur, priusquam Fundanio debitum solutum esset. *Cum indicativo, et subjunctivo modo.*

Pro, vel Proh. *Lege,* Proh, *interjectio est exclamationem, vociferationem, et indignationem significans, ὦ, φεῦ.* 2. in A. 32. Quæ res unquam, pro sancte Jupiter! in terris est gesta major? Div. 7. 5. Tusc. 48. Pro deum atque hominum fidem! Ver. 5. 96. Pro dii immortales! Oecon. 1. Pro Deum immortalium!

Pro loco, vel in loco, ἀντί. Orat. 93. Ennius pro Afris immutat Africam. *Ibid.* Quia quasi summittunt verba pro verbis. *Ibid.* In quibus pro verbo proprio subjicitur aliud. Orat 164. Sodes, pro si audes: malle, pro magis velle. 3. de Orat. 165. Ceres pro frugibus, Liber pro vino. 2. 352. Dixit se dimidium ejus, quod pactus esset, pro illo carmine daturum. De Opt. 14. Verbum pro verbo reddere. De Senect. 68. Incerta pro certis habere, falsa pro veris. De Clar. 276. Hoc ipsum etiam posui pro argumento, quod ille &c. *Ibid.* Sic nos summi oratoris vitio pro argumento ad diluendum crimen usi sumus. 1. Qu. Fr. 2. Licinius servus apud patronum Epicureum pro libero fuit. Brut. 16. An hoc pro beneficio est habendum? Pro Qu. 99. Ornamentis alicujus pro spoliis abuti. Ver. 2. 5. Sicilia non solum pro penaria cella, sed etiam pro ærario Romanis fuit. 1. Off. 20. Communibus pro communibus uti: privatis autem, ut suis. 2. in A. 56. Quoniam condemnatum esse, pro nihilo est. In Brut. 16. Benefacta pro debitis exigemus. 2. de Leg. 13. Præcepta, quæ imperiti pro salutaribus mortifera conscripserant. 11. in A. 11. Bestia damnationem pro pastura putat. *Ibid.* 27. Tamen ego pro decreto putarem, &c. Pro Mil. 66. Vulnus in latere, quod acu punctum videatur, pro ictu gladiatoris probari. Ver. 4. 33. Cum Verres jam pro damnato mortuoque esset. *Ibid.* 90. Tibi Marcelli statua pro patibulo fuit. 1. Acad. 25. Quibus verbis consuetudo jam utitur pro Latinis. 2. Att. 5. Unus Cato mihi est pro centum millibus. 13. 1. Jam istuc pro facto habeo. 2. de Inven. 80. Habere aliquid factum pro infecto. 5. Fam. 20. Rem non factam pro facta habeo. 1. Att. 13. Hoc pro mercede vel pro præmio tibi erit. 6. Fam. 12. Hæc pro certis ad te scribo. 5. Att. 21. Omnia, quæ certa non erunt, pro certo negato. 1. de Inv. 88. Cum ambiguum pro certo concesseris. 2. de Div. 106. Quæ dubia sunt, ea sumere pro certis atque concessis. 5. Tusc. 18. Id sumunt pro certo et probato. 8. Fam. 8. Pro beneficio dare aliquid alicui. *Ibid.* Pro absoluto ha-

beri. Pro Sest. 81. P. Sestius, qui pro occiso relictus est. Pro Plan. 62. Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus. De Arusp. 23. Ludi pro festis pene funesti extiterunt. 1. de Div. 124. Potest accidere, ut signum aliquod dubie datum pro certo sit acceptum. De Prov. 3. Occupare aliquid pro præmio alicujus facti. *Ibid.* 2. Tribuere aliquid pro pignore. 2. de Div. 21. Aliquid pro certo futurum esse. I. P. 53. Nonne tibi nox erat pro die? caupona pro oppido? 7. Att. 13. Sermone aliquo alicubi arrepto pro mandatis abuti. 8. 1. Oram maritimam pro derelicto habere. 9. 18. Pro certo habemus de Cæsaris adventu. *Ibid.* Hoc pro certo habemus. 3. de Orat. 4. Cum te omnem autoritatem universi ordinis pro pignore putares. *aliter*, propugnares. 2. de Nat. 160. Sui, ne putrescat, anima pro sale data est. 9. in A. 5. Reddita est ei tum a majoribus statua pro vita. Pro Mur. 60. Judicium accusatoris in reum pro aliquo præjudicio valere. 3. Off. 47. Nam esse pro cive, qui civis non sit, justum est non licere. Pro Ar. 11. Ita se jam tum gessit pro cive. 11. Att. 9. Quibus in miseriis una est pro omnibus. De Ami. 84. Omnia alter pro altero suscipiat. Ver. 2. 169. In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. 11. Att. 10. Terentius magnas operas in scriptura Asiæ pro magistro dedit.

Propter. Pro S. R. 8. Supplicia pro maleficiis suis metuere. Pro Dom. 31. Quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn. Pompeii meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, non ignorant. *Ibid.* 103. Quam porticum pro amore, quem habetis in rempublicam, et semper habuistis, vestris manibus disturbare cuperetis. 13. Fam. 68. Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen ex tuis litteris libentissime cognoscam eadem, quod et pro vetustate necessitudinis, et pro beneficiis vestris, et pro dignitate ipsius facere debeo. 10. Att. 9. Pro jure amicitiæ nostræ a te peto, &c. 1. ad Her. 27. Ut pro tuo in nos officio, et nostro in te studio munus hoc cumulatissime tuæ largiamur voluntati. 16. Att. 20. Tibi pro tuis summis beneficiis gratias ago. *id est, propter tua beneficia.* 13. in A. 50. Pompeius Cn. F. pro patris majorumque suorum animo, studioque in rempublicam, suaque pristina virtute, industria, voluntate fecit, quod S. P. Q. R. pollicitus est operam suam, &c. 2. 49. Nunquam te mihi pro tuis in me injuriis satis esse facturum putabas. Pro Pom. 4. Qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine, pericula rerum suarum detulerunt. Pro Clu. 151. Si fieri hoc posse existimasset, pro illo odio, quod habet in ordinem equestrem, fecisset, &c. 7. in A. 8. Pro mea perpetua cupiditate vestræ dignitatis augendæ, quæso oroque vos, ut, &c. 13. Philip. 11. Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine et conjunctione deposco, &c. 1. de Orat. 234. Quam omnes amare meritissimo pro ejus eximia suavitate debemus. Pro Cl. 118. Qui a me pro eximia sua virtute, pro summis honoribus, quos, &c. honoris causa nominatur. Pro Mur. 86. Ego vos pro mea summa et vobis cognita in rempublicam diligentia moneo, pro autoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut, &c.

Secundum, juxta, pro ratione. Pro S. R. 33. Hunc pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode potest. *Ibid.* 149. Si omnes hospites huic pro patris ejus hospitiis et gratia adesse vellent, is satis copiose defenderetur. 5. Fam. 20. Credo, me quidem tibi pro animi mei voluntate, et pro ea spe facultatum, quam tum habebamus, quam humanissime potuerim, rescripsisse. 3. Tusc. 58. Pro opinione vulgi. 4. 33. Pro rerum obscuritate. 10. Fam. 21. Pro magnitudine rei. 8. Att. 9. Pro temporibus. *Ibid.* Pro rebus tuis gestis amplissimis. 7. 8. Pro re nata. Ver. 4. 49. Pro imperio et potestate. Pro Cluent. 74. C. Quintius illud judicium pro potestate dimitti jussit. 3. in A. 36. Sunt impii cives pro caritate Reipublicæ nimium multi, pro multitudine bene sentientium admodum pauci. Pro Dom. 108. Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. 13. Fam. 4. Si pro meis pristinis opibus possem, &c. *Ibid.* ep. 28. Achaiæ civitates pro horum temporum perturbatione felices sunt, quod, &c. *Ibid.* 57. Ut suum negotium pro causæ suæ veritate et pro sua dignitate conficiat. 11. in A. 6. Quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? 8. Att. 15. Quod tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Postquam in Sen. 1. Si pro vestris immortalibus in me meritis parum vobis cumulate gratias egero, quæso, &c. 1. Att. 12. Misi pro amicitia, qui hoc diceret, &c. Ver. 2. 23. Is a Dione, pro hospitio, quod sibi cum eo est, cognovit, &c. 2. in A. 6. Querela misera quidem, sed mihi pro hoc gradu, in quo me S. P. Qu. R. collocavit, necessaria. Pro Pom. 68. In quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summam gravitatem esse cognoscitis. Ver. 5. 61. Civitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere. Pro Corn. 59. Sic quæ ab hoc pro facultate hujus, pro loco facta sunt, grata esse vobis debent. Ver. 1. 68. In eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loquitur. 15. Att. 4. Tibi pro tua natura semper placuisse eum, &c. 2. Off. 58. Quare faciendum est modo pro facultatibus, &c. 1. de Nat. 15. Huic disputationi pro tuo studio non est alienum te interesse. Pro Font. 32. Videor hoc leviter pro mea autoritate vobis præcipere posse. 2. cont. Rull. 99. Hæc ego vos concupisse pro vestra stultitia atque intemperantia non miror. 4. C. 7. Uterque pro sua dignitate, et pro rerum

magnitudine, in summa severitate versatur. Pro Mur. 51. Neque tamen Senatus satis severe pro rei indignitate decrevit. Pro Arch. 32. Qua de re pro mea consuetudine breviter dixi. Pro Cluent. 160. Quibus de rebus pro Cluentii voluntate nimium, pro Reipublicæ dignitate parum, pro vestra prudentia satis dixisse videor. 1. Off. 42. Videndum est, ut pro dignitate cuique tribuatur. 15. Fam. 15. Ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset. 1. Tusc. 108. Pro sua quisque facultate parat, &c. Pro Quint. 16. Romæ mihi nummorum facultas est: quam, si sapies, communem existimabis pro fraterna illa necessitudine, et pro nostra affinitate. 9. Att. 13. Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de concordia civium agi velle arbitrarer. Pro Pomp. 17. Horum vobis pro vestra sapientia est habenda ratio. 8. Att. 19. Non enim pro tua prudentia debes illud solum animadvertere, quod, &c. sed, &c. 4. Fam. 10. Reliqua tu pro tua prudentia considerabis. 6. 7. Non dubito pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si, &c. 16. 1. Hæc pro tuo ingenio considera.

Alicujus gratia, causa, defendendi ratio, et favoris. 3. de Orat. 72. Hoc modo non pro me, sed contra me est potius. 2. 198. Antecedebat, ut hæc tu pro Rep. queri existimarere. *Ibid.* 200. Ego pro sodali, et pro mea omni fama fortunisque decerno. *Ibid.* 201. Omnia semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro me ipso deprecor. 2. de Leg. 51. Exigere aliquid pro sua parte. *Lege*, Pars. Pro Milon. 39. Vendicare aliquid pro suo. Pro Sest. 3. Nihil prætermissum est, quod aut pro Rep. conquerendum fuit, aut pro eo disputandum. 1. de Orat. 143. Quæ pro nobis sunt amplificanda, quæ pro adversariis sunt infirmanda. Pro Dom. 30. Idem pro salute mea populum Romanum obsecravit. Postquam in Sen. 28. Qui populum Romanum pro me tanquam pro fratre aut pro parente non solum hortatus est, sed etiam obsecravit. 1. de Orat. 82. Pro se quisque eorum certabat. *Ibid.* Pro eo ac, pro eo ac si, pro eo quantum, pro eo quod, pro eo quomodo. *Lege*, Pro eo ac, *et cætera locis suis.* De Clar. 81. Metellus pro L. Cotta dixit accusante Africano. Pro Cluent. 88. Hoc non modo non contra me valet, sed etiam pro me est. *Ibid.* 132. Lentulus Popilium in judicio de ambitu pro testimonio diligentissime laudavit. In Vat. 3. Sed hesterno pro testimonio te esse mentitum, paulo ante imprudens indicasti. Pro socio arbitrum. *Lege*, Socius, *in fine.* Pro S. R. 100. Pro testimonio aliquid dicere. 12. in A. 29. Sunt fortes illi quidem, sed propter memoriam rerum, quas gesserunt, pro populi Romani libertate et dignitate nimis feroces. *id est, ad libertatem et dignitatem.*

Ante. Pro Mil. 2. Illa præsidia quæ pro templis omnibus cernitis. 3. in A. 27. Pro æde Castoris sedens, &c. 5. Phil. 21. et 2. 64. Pro æde Jovis Statoris hasta posita.

Syntaxis. *Verba pro verbis summittere, reddere. Hoc utor pro argumento. Servus iste mihi est pro libero. Pro beneficio id habeo. Pro maleficiis suis,* id est, propter. *Pro damnato et mortuo ille est. Hoc ego verbo utor pro Latino. Hoc pro certo scribo. Pro occiso relinqui a latronibus. Mancipium pro fabro emere. Urbem pro derelicto habere. Pro pignore fidem habere. Alter pro altero omnia præstans. Pro amicis certare. Pro templis ponere. Pro aris et focis pugnare.*

Proagorus. Sopater. Ver. 4. 50. Dionysiarchum ad se proagorum, hoc est, summum magistratum, vocari jubet. *Ibid.* 85. Discedens mandat proagoro Sopatro, ut, &c. *Ibid.* Proagorus refert ad Senatum. *Ibid.* 92. Proagori Sopatri jussu.

Proavus, vi, *avi paterni, vel materni pater,* πρόπαππος. Pro Cæc. 33. Pater, avus, proavus, atavus. 3. de Finib. 37. Pro Muræn. 15. Proavus L. Murænæ et avus prætores fuerunt. 13. Att. 6. Tuditanus proavus Hortensii. De Cla. 212. Duo avi, et tres proavi.

Probabilis, le, *verisimilis, credibilis,* δοκιμαστὸς, πιθανός. 1. de Inv. 46. Probabile est id, quod vere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem, sive id falsum est, sive verum. 2. de Fin. 58. Est autem officium, quod ita factum est, ut ejus facti probabilis ratio reddi possit. 1. Off. 8. Quod cur factum sit, probabilis ratio reddi potest. 4. Acad. 105. Sed ea, quæ vos percipi comprehendique, eadem nos, si modo probabilia sint, videri dicimus. Parad. 1. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. 2. de Div. 16. Qui nihil sine aliqua probabili conjectura et ratione dicunt. 2. de Orat. 240. Alicujus disputationem nobis probabilem et prope veram videri. Pro Cæc. 71. Honesto ac probabili nomine errorem objici cuipiam. 1. Off. 101. Causam probabilem reddere alicujus rei.

Laudandus, tolerabilis. De Cl. 263. C. Sicinius probabilis orator, jam vero etiam probatus. *Ibid.* 241. P. Antonius voce magna, nec alia re ulla probabilis. De Cl. 180. Ingenium probabile. 2. de Orat. 153. Semper existimavi jucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore, qui, &c. 1. 129. Discipulus probabilis.

Adverb. *Leviter, maxime, omnino, sane.*

Syntaxis. *Probabilis conjectura. Probabilis et prope vera disputatio. Probabilis, jam vero etiam probatus orator. Orator nulla alia re, nisi voce probabilis. Orator probabilis.*

Probabilitas, tis, *verisimilitudo,* ἡ πιθανότης. 4. Acad. 75. Multa sunt quæ nos fallant probabilitate magna. 3. de Finib. 72. Captiosa probabilitas. 4. Acad. 104. 5. Tusc. 33. Quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus.

Probabiliter, *credibiliter, vel ad hominum*

opinionem, πιθανῶς. Orat. 122. Probabiliter exponere. Acad. Ex quo potest probabiliter confici, &c.

Probatio, onis, *approbatio*, δοκιμὴ, ἔλεγχος. Pro Font. 7. Falsum est ob probationem pretium datum, cum multa improbata sint.

Adjuncta. *Grata, gratuita, locuples.*

Probator, oris, *approbator*, δοκιμαστής. Pro Cæc. 85. Hujus rationis non modo inventor, sed ne probator quidem sum. 2. in A. 29. Nihil interest inter suasorem facti et probatorem.

Probatur, δοκεῖ. 16. Att. 5. Sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crediderit.

Probatus, a, um, *spectatus*, δεδοκιμασθείς, ἐπίδοξος. De Clar. 263. C. Sicinius probabilis orator, jam vero etiam probatus. Pro Planc. 27. Quibus si fuerit probatus, omnibus esse se probatum debet sperare. Pro Mur. 53. Prætura probata in jure, grata in munere. 1. de Orat. 124. Cæterarum artium homines spectati et probati. Pro Cæc. 10. Probatissima fœmina. 1. ad Her. Viribus probata Numantia. 2. de Div. 54. Top. 73. Vitæ spatio probatos.

Adverb. *Imprimis, maxime, valde, multum, sane, vehementer, vehementissime.*

Syntaxis. *Virtus spectata et probata. Omnibus probatus civis. In pietate probatus. Probata fœmina. Armis probata Roma. Vitæ spatio probatus homo.*

Probe, *recte, bene, præclare*, καλῶς. 3. de Orat. 192. Antipater ille, quem tu probe Catule meministi. 13. Att. 6. De aquæductu probe fecisti. 1. de Inv. 77. Probe teneo. 2. Fam. 12. Quod cum probe scirem, &c. 5. Att. 1. De Saturnio curasti probe. 1. de Orat. 227. Quem hominem probe commeminisse se aiebat. 2. Fam. 10. Ad Amanum exercitum adduxi, satis probe ornatum auxiliis. 3. Tusc. 15. Oculus perturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum. 1. 88. Hoc igitur probe stabilito, &c. Orat. 130. Thucydides res gestas narrat graviter sane et probe. 1. Off. 62. Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, cum dicunt, &c. 7. Att. 3. Illud probe judicas. De Cl. 161. De Servio probe dicis.

Syntaxis. *Probe meminisse, facere, tenere, scire, curare, affici, narrare, judicare.*

Probitas, tis, *bonitas, integritas, virtus*, καλοκἀγαθία. Pro Pl. 62. Virtus, probitas, integritas in candidato requiri solet. 13. Fam. 10. Cum separatim de probitate ejus et moribus dicturus essem. 1. de Orat. 122. Pudor, qui non modo non obsit, sed etiam probitatis commendatione prosit. 2. 114. Probitatis commendatione boni viri speciem tueris. 12. Att. 32. Pædagogi probitas. De Am. 29. Ab altero propter probitatem ejus non alienos animos habemus. *Ibid.* Tanta vis est probitatis, ut eam vel in hoste diligamus.

Problema, tis, πρόβλημα. 12. Att. 2. Jam explicandum est πρόβλημα. 13. 28. πρόβλημα ἀρχιμήδειον. *Lege*, Quæstio.

Probo, as, *approbo, assentior*, δοκιμάζω. Pro Milon. 78. Nunc vero quis est, qui non probet? qui non laudet? *id est, id factum.* 1. C. 21. De te autem, Catilina, cum quiescunt, probant. 1. cont. Rull. 27. Hoc Senatus probat, nec populus est in alia voluntate. Hortens. Quid? tu soles, cum rationem a dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare. De Virtut. Illud neutiquam probares.

Testatum facio. Ver. 4. 82. Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio judici non probem.

Perficio. 4. Att. 13. Libros oratorios in manibus habeo, quos (ut spero) tibi valde probabo.

Confirmo, argumentis tueor, fidem facio, argumentor, doceo. Pro Cœl. 35. Vel severissimis disceptatoribus M. Cœlii vitam me probaturum esse confido. 2. de Orat. 161. Carneades nullam unquam rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnavit, quam non everterit. Pro Flac. 93. His tu epistolis recitatis, his mulierculis productis, illo absente autore laudato, tantum te crimen probaturum putasti? Pro Sull. 2. Rationem facti sui et constantiam officii omnibus probare. 2. de Inv. 27. Quod verum est, pro vero probare. 7. Famil. 26. Cum graviter ex intestinis laborarem, neque iis, qui opera mea uti volebant, probarem me non valere, &c. 1. Att. 1. Spero tibi me causam probasse. Pro Q. R. 4. Quod sibi probare non possit, id persuadere alteri conatur. Pro Mur. 3. Ut vobis rationem mei facti probem. Ver. 1. 10. Probabo Verrem contra leges pecunias cepisse. 1. de Fin. 28. Et tibi magnitudinem Solis probabo. 4. Famil. 14. Bonis viris probare quod sentias. 1. de Fin. 28. Probare alicui quod dicas. 1. Fam. 9. Tantum contendere, quantum probare alicui possis. 6. Att. 1. Quod ego ambobus negavi, et iis probavi, &c. *Ibid.* Quod vereor tibi ipsi ut probem. De Opt. 11. Probare picturam. *Ibid.* Tabulis hoc Censorum, ac memoria multorum firmabo et probabo. *Lege*, Firmo. 6. Att. 2. Hæc a me ordine facta puto me Bruto probaturum, tibi nescio: Catoni certe probabo. Pro Cornel. 49. Sed paucis ipse verbis causam illam gravitate sua defendit et probavit. Pro Do. 57. An eam causam probare non poteram? cujus tanta bonitas est, ut ea ipsa non modo se, sed etiam me absentem per se probarit. 3. cont. Rull. 2. Si, quæ dixero, vobis probabo. 1. de Orat. 80. Probas mihi ista, Crasse, quæ dicis. *id est*, persuades.

Periculum facio. Ver. 3. 73. Probare triticum.

Satisfacio, me purgo. Pro Lig. 2. Qua in legatione omnibus ita se probavit, ut, &c. *id est*, satisfecit, se commendavit. 12. Fam. 31. A magistris cum contenderem de proferendo die, probaverunt mihi, sese, quo mi-

mus id facerent, impediri. 2. de Fin. 81. At multis se probavit.

Adverb. *Admodum, fastidiose, lente, maxime, mirifice, vehementer, nimium, perfacile, plane, prorsus, recte, valde, vulgo.*

Probor, aris, *placet, laudor.* 5. Att. 21. Habes causam meam: quæ si Bruto non probabitur, nescio cur illum amemus, sed avunculo ejus certe probabitur. 8. 22. Non mihi satis idonei sunt autores, qui a te probantur. et 9. 6. Consilium factumque nostrum ab Sexto probatur. *Ibid.* 10. Consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent. 16. 11. Consilium a te probari facile patior. 9. 19. Meum factum probari abs te, gaudeo. 1. de Orat. 225. Quæ a Platone dicta sunt, non probari in populis et civitatibus. 1. Fam. 7. Sed hæc sententia sic et illi et nobis probatur, ut, &c. 3. de Fin. 70. Minime vero probatur huic disciplinæ, amicitiam propter utilitates asciscì aut probari. 6. Att. 1. Quos libros tibi tam probari gaudeo. De Ami. 19. Ut eorum probetur fides. Pro Cluent. 39. Actum in Oppianici causa crimen hoc Asinianum tum testibus multis, tum vero judicio Julii probabitur.

Syntaxis. *De te cum quiescunt, probant. Probare alicui officium suum, libros a se conscriptos. Rationem facti sui omnibus probare, causam suam alicui. Bonis viris probare, quod sentias. Probare alicui, se non valere. Probas mihi ista,* idest persuades. *Probare se multis,* idest satisfacere. *Consilia ex eventu probari. Sententiam meam omnibus probari.*

Probrosus, a, um, *ignominiosus, ὁ καὶ ἡ ἐπονείδιστος.* Pro Font. 27. Probrosum crimen.

Probrum, bri, *dedecus, convitium, maledictum, ὄνειδος.* Ver. 3. 162. Ego istum velim ex paternis probris ac vitiis emergere. Pro Dom. 87. Tuum scelus meum probrum putas esse oportere. *Ibid.* Illis inimicorum injuria probro non fuit. Pro S. R. 48. Vita rustica, quam tu probro et crimini putas esse oportere. In Vat. 5. Magno tibi probro futurum est, si, &c. Pro S. R. 68. Sumptus effusi cum probro atque dedecore. 11. Att. 9. Epistolæ plenæ omnium in me probrorum. Pro Cœl. 42. Inferre probrum alicui. 2. de Orat. 284. Objicere probra alicui. 1. Tusc. 3. Objicere alicui probrum, quod saltarit. Pro Flac. 48. Aliquem probris omnibus maledictisque vexare. Pro Dom. 76. In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam. Pro Qu. 9. Prætor judicium prius de probro, quam de re maluit fieri. 1. Off. 61. Itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest, &c. 2. in A. 69. Probri insimulasti pudicissimam fœminam. De Senec. 42. Tam perdita libido, quæ cum probro privato conjungeret imperii dedecus. Pro P. Op. Parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit.

Syntaxis. *Ex paternis probris et vitiis emergere. Id mihi probro non est. Probro et crimini esse. Effusi sumptus cum probro atque dedecore. Probrum objicere, inferre. Objicere aliquid ut probrum. Probris et maledictis vexare. In maledicto mihi non objectas probrum, sed laudem meam illustras. Probri insimulare pudicam fœminam.*

Probus, a, um, *bonus, moratus, bene institus, spectatus, integer, frugi, religiosus, castus, purus, sanctus, ἀγαθός.* 2. de Orat. 184. Probus, bene moratus et bonus vir. Ver. 3. 161. Navus et pudens et probus filius. 2. de Div. 54. At hoc ne homines quidem probi faciunt. 2. Tuscul. 51. Sic imperabat, ut justus parens probis filiis. Orat. 170. Probæ res, lecta verba. *Ibid.* 74. Poeta peccat, cum probam orationem affingit improbo. 1. Off. 103. Si in ipso joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. 4. Acad. 100. Probum navigium. 10. Att. 6. Pulsus est modestior rex, et probior, et integrior. 3. Off. 15. Ob eam, credo, causam, quod insit in his aliquid probi, &c.

Syntaxis. *Probus, bene moratus, ac bonus vir. Improbo non est affingenda proba oratio. Navigium probum.*

Procacitas, tis, *petulantia, αὐθάδεια.* 4. de Rep. teste Nonio. Itaque a petendo, petulantia: a procando, id est, poscendo, procacitas nominata est.

Procax, cis, *petulans, φιλοσκώπτης.* Pro Cœl. 55. Temeraria et procax mulier. 1. de Nat. 13. Academia procax. Pro Cœl. 49. Ut non solum meretrix, sed etiam procax videatur. 7. Fam. 13. Scio, te non esse procacem in lacessendo.

Procedens, tis, *sequens, προβαίνων.* 3. Tusc. 53. Tempus procedens mitigat ægritudinem.

Se habens. De Univ. 27. Aliqua bifariam contrarie simul procedentia.

Progrediens. De Clar. 180. Longius autem procedens, videbatur, &c.

Proceditur. 1. de Inv. 28. Si non longius, quam quod scitu opus, in narrando procedetur.

Procedo, is, *proficio, ἐκπορεύομαι.* 4. de Fin. 64. Nihil ergo adjuvat procedere et progredi in virtute, quo minus miserrimus sit, antequam ad eam pervenerit. *Ibid.* 21. Longe ad virtutem processerunt natura ac doctrina. De Cl. 180. Is processisset honoribus longius, nisi, &c. *Ibid.* 137. L. Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi non ita multum laude processerat. 1. de Fin. 29. Ut ratione et via procedat oratio. 3. de Fin. 48. Qui processerit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilo minus in miseris est quam ille, qui nihil processit. *Ibid.* 6. Qui in Philosophia tantum processeris.

Progredior, adeo, pervenio, attingo, accedo. 5. in A. 50. An hoc vidit puer: si ætate processerit, non videbit? De Sen. 50. Livius usque ad adolescentiam meam processit ætate. 1. de Div. 86. Posteaquam Philosophia processit, nemo aliter Philoso-

plius sensit. Pro Cœl. 67. Qui se nunquam profecto, si in istum locum processerint, explicabunt. 2. de Nat. 33. A primis ad ultima procedere. 16. Fa. 9. Ad Cassiopen stadia CXX. processimus. De Ar. 48. Longius processit: in ipsum Pompeium invehi cœpit. 12. Famil. 16. Procedere in dies longius. Orat. 176. Isocrates se tantum, quantum ætate procedebat, relaxabat a nimia necessitate numerorum. 8. Att. 15. Itaque Cales processi, ut ibi consisterem. 16. 7. Cum stadia circiter trecenta processissem, rejectus sum. 6. 5. Etsi (ut spero) te hæc legente, aliquantum tamen viæ processero. 13. 13. Ille assiduo cursu cubitum nullum processit. 11. Fam. 25. Non imitor λακωνισμὸν tuum: altera jam pagella procedit.

Exeo, incedo, ingredior. I. P. 52. Mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum procedere visa est. Ver. 5. 93. Procedit in publicum vini plenus. 2. de Orat. 245. et pro Fla. 11. Pusillus testis processit. 1. de D. 119. Cæsar cum purpurea veste processit. 5. Tuscul. 56. Procedere obviam alicui. Pro Sest. 68. Huic ad urbem venienti tota civitas obviam processit. Postq. in Sen. 12. Cum a tribunis plebis consul in concionem productus esset, primum processit, qua autoritate vir? De Cl. 37. Procedere in solem ex umbraculis.

Evenio, accido, contingo, 1. de Orat. 123. Nonnunquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi procedere. Ver. 3. 227. Si processit. 12. Fam. 9. Omnia, ut spero, prospere procedent. Pro Rab. Posth. 1. Cui bene quid processerit, eum multum providisse dicimus. 8. Fam. 12. Quibus cum parum processisset, ut &c. Pro Cl. 177. Alicui nequaquam, ut sperasset, ea quæ cogitasset, procedere. 13. Phil. 40. Pergit in mea maledicta, quasi vero ei pulcherrime priora processerint. 2. de Nat. 146. Perspicuum est enim, quo corporum lenocinia processerint.

Adverb. *Bene, contrarie, longius, non ita multum, minus, diutius, multum, obviam, parum, paulum, pulcherrime, prospere, temere.*

Syntaxis. *Procedere et progredi in virtute. Longe ad virtutem processit natura et doctrina. Procedere honoribus longius. Non ita multum dicendi laude processit. Ratione et via procedit oratio. A primis ad ultima procedere. Procedere in dies longius. Altera jam pagella procedit. Procedere in publicum. Procedere obviam alicui. Procedere in solem ex umbraculis. Non satis ex sententia eventus dicendi mihi processit. Omnia prospere procedunt. Cum parum mihi processisset.*

Procella, læ, *tempestas,* ἄελλα. 3. de Nat. 15. Imbres, nimbi, procellæ, turbines. 2. Off. 19. Primum ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, &c. Pro Dom. 137. Tu procella patriæ, turbo et tempestas pacis. 4. C. 4. Circunspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi providetis. Act. 1. Ver. 8. Quoniam criminum vim subterfugere non poterat, procellam temporis devitavit.

Syntaxis. *Imbres, nimbi, procellæ, turbines. Procella patriæ, turbo et tempestas pacis. Temporis procellam devitare. Procellæ impendent.*

Proceres, *principes,* δυνατοί. 13. Fam. 15. Audiebam enim nostros proceres clamitantes, &c.

Proceritas, tis, *longitudo,* εὐθυωρία. 2. de Natu. 123. Quæ autem altiora sunt, adjuvantur proceritate collorum. Orat. 212. Proceritas pedum. Pro Cœl. 36. Candor hujus te et proceritas, et vultus oculique perpulerunt. De Sen. 59. Cum admiraretur proceritates arborum, &c.

Procerius, *longius,* εὐμηκεστέρως. 3. de Orat. 218. Brachium procerius projectum.

Procerus, a, um, *longus,* εὐμήκης. 1. de Nat. 102. Corneum procerumque rostrum. De Cl. 313. Procerum et tenue collum. 1. de Leg. 2. Procera et tenera palma. 3. de Orat. 183. Anapæstus procerior quidam numerus. *Ibid.* 189. Numeri proceri, et liberi. 1. de Leg. 15. Procerissima populus.

Processus, us, *progressus,* πρόβημα. De Cla. 232. Gradus tuos, et quasi processus dicendi studeo cognoscere. *Ibid.* 271. Itaque tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur. Orat. 210. Sed jam is, qui audit, favet, processumque vult. Pro Pomp. 24. Ex his locis a militibus nostris reditus magis maturus, quam processus longior quærebatur.

Proci, orum, *qui eandem amant et petunt,* παρθενοπίπαι. Orat. 156. Fabrum et procum audeo dicere, non fabrorum, et procorum. De Cl. 71. Carmina quæ apud Homerum in Phæacum et in procorum epulis canuntur. *Ibid.* 330. Ut hos ignotos, et impudentes procos repudiemus.

Procinctus, us, *sine ritu solemni in castris,* ἡ προβολή. 2. de N. 9. Testamentum in procinctu. 1. de Orat. 228. Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis.

Proclamator, oris, *præco, cantor,* κήρυξ. 1. de Orat. 202. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam conquirimus.

Proclamo, as, *vociferor,* προβοάω. Ver. 5. 107. Adsunt, defendunt, proclamant, fidem istius, quæ nusquam erat, implorant.

Proclivis, ve, *propensus, facilis,* ἀκροσφαλής. Part. 34. Adolescentia proclivior est ad libidinem. 4. Tusc. 81. Ut alius ad alium morbum propensior, sic alius ad alia vitia proclivior. *Ibid.* 28. Quia proclives ad eas perturbationes sunt. 4. Tusc. 41. Incitata semel in proclive labuntur. Top. 69. Proclivia anteponuntur laboriosis. De Am. 68. Amicitia remissior esse debet, et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior. 2. Off. 68. Sed cum in hominibus juvandis aut mo-

ges spectari, aut fortuna soleat, dicta quidem est proclive, &c.

Proclivitas, tis, *facilitas*, *καταφέρεια*. 4. Tuscul. 27. Atque hæc aliorum ad alios morbos proclivitas late patet. *Ibid.* 28. Proclivitas ad ægrotandum; sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur; in malis proclivitas, ut significet lapsionem, &c.

Proclivius, *εὐκαταφερέστερος*. Orat. 191. Brevitate et celeritate syllabarum verba proclivius labuntur. 5. de Fin. 84. Proclivius currit oratio.

Syntaxis. *Ad morbos proclivitas, ad ægrotandum. Proclivius currit oratio. Ad vitia proclivis. Incitata semel in proclive labuntur. Proclive dictu est.*

Proconsule, *qui ad provinciam gubernandam cum potestate consulari mittebatur, ὁ ἀνθύπατος*. Pro Leg. Man. 62. Cum esset non nemo in senatu, qui diceret non oportere privatum hominem mitti pro consule, L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia proconsule, sed proconsulibus mittere. 2. de Div. 76. Quam multi anni sunt, cum bella a proconsulibus et proprætoribus administrantur. Pro Pomp. 62. Eques Rom. ad exercitum maximum proconsule missus est. 1. de Orat. 82. Cum Proconsule in Ciliciam proficiscens Athenas venissem.

Προκοπὴ, *progressus, scilicet in studiis litterarum.* 15. Attic. 16. Tandem a Cicerone tabellarius, et mehercule litteræ πεπινωμένως, quod idipsum προκοπὴν aliquam significaret. *Sic enim legendum est, non*, Perspicaciam.

Procrastinatio, onis, *ὑπέρθεσις*. 6. in A. 7. Plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est.

Procrastinatus, a, um, *ὑπερτεθειμένος*. Ad Brut. ep. pr. in 1. Si ea, quæ ex tempore suscepta sunt ut agerentur, non tardata et procrastinata essent.

Procrastino, as, *differo, tardo, tempus differo, in diem ex die differo, ὑπερτίθεμαι*. Ver. 1. 141. Iste vero non procrastinat, locare incipit. Pro S. R. 26. Ac primo rem differre quotidie, ac procrastinare cœperunt. Ver. 2. 90. Ita illi non procrastinant.

Procrastinor, aris. 4. 100. Res non procrastinatur.

Procreandi. 2. de Fin. 39. Procreandi voluptas.

Procreatio, onis, *ortus, generatio, proles, ἡ γέννησις*. 2. de Divin. 96. Dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habeat. 1. Tusc. 31. Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis? 2. de Orat. 23. Volucres videmus procreationis, et utilitatis suæ causa fingere et construere nidos.

Procreator, oris, *genitor, γεννήτωρ*. 1. de Fin. 65. A primo satu, quo a procreatoribus nati diliguntur. De Un. 23. Procreator ille mundi Deus. 4. de Fin. 17. Ut ii, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur.

Procreatrix, cis, *genitrix, γενέτειρα*. 1. de Orat. 9. Laudatarum artium omnium procreatricem quandam et quasi parentem, eam quam φιλοσοφίαν Græci vocant, ab hominibus doctissimis judicari.

Procreatus, a, um, *natus, γεννηθείς*. 3. de Fin. 62. Ut natura et procreari vellet, et diligi procreatos non curaret. 3. de Leg. 19. Tribunatus, cujus primum ortum inter arma procreatum videmus. 2. 4. Hoc solum, in quo tu ortus et procreatus es.

Pocreo, as, *creo, pario, gigno, vitam trado, liberos suscipio, γεννάω*. 2. de Nat. 128. Quæ multiplices fœtus procreant, iis mammarum data est multitudo. De Senect. 52. Terra, quæ ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat. 2. de Div. 30. Et earum rerum, quas terra procreat, ubertatem: 1. de Inv. 91. Ille ex uxore duos filios procreavit. 5. Tusc. 109. Procreare liberos. Et 3. de Fin. 68.

Molior. Att. Procreare periculum alicui. *Lege*, Procreor.

Procreor. 2. Att. 22. Mihi periculum procreatur ab amicis, &c.

Procudendus, a, um, *ἐπιχαρακτέος*. 3. de Orat. 119. Non solum acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed, &c.

Procul, *longe, ἄπωθεν, πόῤῥω* .)(. *prope*. Pro Cor. 40. Cn. Pompeius procul a Gaditanorum mœnibus acre bellum gerit. Pro Pomp. 55. Insula Delos tam procul a nobis in Ægæo mari. 3. de Orat. 143. Procul a terra abripi. 15. Fam. 2. Non procul a suis finibus. 3. 5. Procul enim sum ab re ipsa. 1. Acad. 15. Cælestia procul esse a nostra cognitione. 2. cont. Rul. 86. Hæc quæ tam procul erant a conspectu imperii. 1. de Inv. 8. Procul remotus a vero. 5. Tusc. 41. Procul ab omni metu. 7. Fa. 6. Patria procul. In Arat.

Et procul Arcturo.—

Pro Mil. 55. Sciebat Pompeium in Alsiensi esse procul inde. Ver. 2. 48. Non quæsivit procul alicunde, quem illam pecuniam diceret abstulisse. 2. C. 29. Qui jam non procul, sed hic præsentes defendent, &c. 2. de Leg. 56. Sepulchrum, quod procul ad fontis aras, &c 1. de Orat. 179. Cuicunque particulæ cœli, quamvis esset procul, immutata lumina putabat. Pro Plan. 29. Procul apparere. De Cl. 289. Procul videre aliquid. 2. de Orat. 153. Subauscultando, procul quid narretur, attendere. De Senect. 48. Procul spectare aliquid.

Syntaxis. *Procul a re, a cognitione, ab imperii conspectu. Procul remotus. Patria procul. Procul inde. Procul alicunde. Procul ad fontem. Procul apparens, videns. Procul attendere, auscultare.*

Procurans, tis, *ἐπιτροπεύων*. Pro Sull. 56. Sulla procurante ejus rem et gerente.

Procuratio, onis, *curatio, administratio, gubernatio, ἐπιτροπή*. 1. de Nat. 3. Sunt, qui nullam putant habere rerum humanarum

procurationem deos. 2. 44. Epicurus deos omni procuratione atque actione privat. De Ar. 43. Saturnium quæstorem a sua frumentaria procuratione Senatus amovit. 1. de Orat. 215. Si est idem in procuratione civitatis egregius. Pro Sest. 66. Procuratio negotii et muneris publici. 1. Acad. 11. Dum me Reip. non solum cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat. 1. Off. 85. Procuratio Reip. 1. de Div. 101. et 2. de Leg. 34. Ut sua plena procuratio fieret. De Arusp. 63. Constituendæ nobis sunt procurationes. Pro Deiot. 36. Nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis utebatur. 2. de Leg. 66. Et huic procurationi certum magistratum præfecerat. 4. Att. 1. Ad ejus procurationem Cæsar vocabatur. 12. Fam. 4. et 15. 13.

Adjuncta. *Frumentaria, magna, plena, quæstoria.*

Syntaxis. *Habere procurationem rerum. Omni procuratione aliquem privare. A frumentaria procuratione aliquem amovere. Procuratio negotii et muneris publici. Procuratio reipub Procuratione liberatus. Procurationi præficere magistratum. Vocari ad procurationem.*

Procurator, oris, *qui aliena negotia procurat, qui alieno præpositus est negotio, qui alteri operam dat, cognitor, qui alterum absentem in jure defendit,* διοικητής. 4. Att. 15. Nihil interest utrum per procuratores agas, an per te ipsum. 6. Fa. 18. Teneor tamen dum a Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. 1. de Orat. 249. Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. Ver. 2. 59. Procuratores postulant, ut se ad leges suas rejiciat. Pro Qu. 57. Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintii dejicit. *Ibid.* Denunciat se procuratorem. *Ibid.* 61. Hic quoque constat procuratoris diligentis officium. Pro Cæc. 57. Qui legitime procurator dicitur. 15. Att. 17. Cum Pyliæ nostræ villam ad Lucrinum, villicosque procuratores tradidissem. 11. in A. 13. Cujus bona modo proscripta vidimus: tanta est procuratorum negligentia. 16. Att. 14. Procuratores introducere.

Adjuncta. *Æquus, diligens, familiaris, et propinquus, gratiosus, necessarius, voluntarius.*

Procuratrix, cis, *gubernatrix,* διοικητική, κηδεμών. 4. de Fin. 17. Sapientia totius hominis custos et procuratrix.

Syntaxis. *Per procuratorem agere. Denunciare se pocuratorem. Custos et procuratrix hominis sapientia.*

Procuro, as, *curo, gero, administro, guberno,* ἐπιτροπεύω. 12. Fam. 24. Is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri. 9. Att. 9. Itaque nunc Romæ omnia negotia procuro. Ver. 3. 149. Procurare negotium alterius in decumis. 3. Qu. Fr. 9. In quo etsi nihil procuro, tamen nihil curare vix possum. 8. Fam. 4. Quomodo regnum illud sese habeat, quis procuret, diligenter mihi præscribas. 6. Att. 9. Procura, quantulacunque est, Præcianam hæreditatem.

Expio. 1. de Div. 3. In monstris interpretandis procurandisque magna vis esse videtur in aruspicum disciplina.

Procuror, aris. 2. de Div. 130. Quemadmodum ea procurentur atque expientur.

Procurro, is, *excurro,* προτρέχω. 4. ad Her. 61. Sed ut productus studio ultra facile procurras.

Procyon, is, προκύων, *canis minor, sic dictus, quod ante Sirium canem oriatur.* 2. de Nat. 114.

Antecanem, Graio Procyon qui nomine fertur.

Prodendus, a, um, *creandus,* προδώσων. Pro Mil. 27. Iter eo die Miloni erat Lanuvium ad flaminem prodendum, quod erat dictator Lanuvii Milo.

Tradendus, ἐκφανών. 6. Fam. 12. In virorum fortium factis memoriæ prodendis. Ver. 5. 36. Jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendæ. 1. Qu. Fr. 1. 35. Gloria tua tibi est communicanda mecum, et prodenda liberis nostris.

Prodeo, is, *exeo, procedo,* διαπεραίνομαι. 2. de Orat. 353. Paulo post esse ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret. Orat. 222. Missos faciant patronos, ipsi prodeant. Pro Fla. 22. Testes una ex domo prodeunt. 8. Att. 11. Scio te in publicum non prodire. De Cl. 39. Eloquentia sero prodiit in lucem. 6. Fam. 1. Prodire in aciem. Div. 68. Si hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit. Pro Mur. 68. Prodire obviam alicui. 3. Fam. 7. An ego tibi obviam non prodirem? 1. Off. 140. Cavendum est etiam, si ædifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas. *Ibid.* 129. Ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo.

Prodiens, euntis. 2. in A. 58. Homines obviam producentes.

Syntaxis. *In publicum prodire, in lucem, in aciem. Consuetudo serpit ac prodit. Prodire obviam. Extra modum sumptu et magnificentia prodire. Prodire in scenam.*

Prodicta dies, προδοθεῖσα. Pro Dom. 45. Ne nisi prodicta die quis accusetur. *Ibid.* Quarta sit accusatio trinum nundinum prodicta die, qua die judicium sit futurum. *alii legebant,* prodita: *alii,* prædicta die.

Prodige, *effuse,* ἀσώτως. 11. in A. 13. Prodige vivere.

Prodigium, gii, *monstrum, portentum, ostentum,* τὸ τέρας. *Lege,* Monstrum. Ver. 4. 107. Multa sæpe prodigia vim ejus numenque declarant. 1. P. 9. P. Clodius fatale portentum prodigiumque Reip. Ver. 3. 171. Non mihi jam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. 1 de Div. 93. Prodigia, quia prædicunt aliquid. Pro. Lig. 11. Hæc sunt prodigiis similia.

ADJUNCTA. *Exitiosum, fatale, importunum, recens, religiosum.*

SYNTAXIS. *Clodius portentum prodigiumque Reipub. Monstrum et prodigium.*

Prodigus, a, um, *profusus, effusus, nepos, luxuriosus, dissolutus, perditus, nimius, ἀσώτος.*)(. *parcus.* Brut. 15. Cicero in honoribus decernendis erat nimius, et tanquam prodigus. 4. C. 10. Homo largitor et prodigus. 2. Off. 55. Omnino duo sunt genera largorum: quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui pecunias profundunt in eas res, quarum, &c. liberales autem, &c.

SYNTAXIS. *In honoribus decernendis nimius et prodigus. Largitor et prodigus. Largorum hi prodigi, hi liberales.*

Proditio, onis, *προδοσία.* 5. Fam. 12. Multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. 4. Acad. 27. Amicitiarum proditiones, et rerum publicarum. Pro M. Scau. Proditionis est in crimen vocatus. 5. Fam. 12.

Proditor, oris, *desertor, oppugnator patriæ, προδότης.* Pro Do. Scelus proditorum. Pro S. R. 17. Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga. Pro Sull. 88. Ne extinctor patriæ ac proditor appelletur. Postquam in Sen. 13. Cum viderem homines, &c. aut proditores esse, aut desertores salutis meæ. Pro Sest. 17. 1. Fam. 5. Consul proditor nostri imperii. 12. 3. Proditor patriæ.

SYNTAXIS. *Patriæ extinctor et proditor. Proditor aut desertor salutis amicorum. Proditus, inductus, conjectus in fraudem.*

Proditus, a, um, *desertus perfidia, perfide traditus, oppugnatus, προδοθείς.* 3. Att. 15. Ego proditus, inductus, conjectus in fraudem. 3. Off. 84. Regnum quod a Tantalo et Pelope proditum jure obtinebatur.

Factus, editus, indictus, commendatus. De Cl. 3. Memoriæ proditum est, poetas nobiles poetarum æqualium morte doluisse. Ver. 1. 47. Quod est proditum memoriæ ac litteris. De Cl. 39. Ante Solonis ætatem de nullo ut diserto memoriæ proditum est. Pro Arch. Virtutes litteris proditæ. Pro Dom. 45. Quarta sit accusatio trinum nundinum prodita die. *aliter,* prodicta die. 1. de Orat. 181. Quia memoria sic esset proditum, &c. Pro R. P. 16. Imago ad memoriam posteritatis prodita. 1. Tusc. 100. Quidam, cujus ne nomen quidem proditum est.

Prodo, is, *trado, mando, edo, commendo, scribo, ἐκτίθημι.* 3. de Orat. 14. Sermonem L. Crassi memoriæ prodamus. Pro Mil. 84. Majores nostri, qui sacra, qui cæremonias et ipsi sanctissime coluerunt, et nobis posteris suis prodiderunt. Pro Planc. 94. Hæc de sapientissimis viris monumenta nobis litteræ prodiderunt, non semper, &c. 3. Off. 97. Ut quidam poetæ tragici prodiderunt. 1. Tusc. 29. Si coner eruere, quæ Græci scriptores prodiderunt. De Un. 34. Itaque eorum vocabula nobis prodiderunt. Pro Flac. 24. Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum prodereti<s>. 2. Fa. 3. Prodere memoriam alicujus rei posteris.

Profero, pronuncio, dico, creo. 3. de Leg. 10. Is quem produnt patres consulum rogandorum ergo.

Desero, inique oppugno, perfide usus. Ver. 4. 39. Eriphila viri salutem prodidit. Postq. ad Quir. 21. Qui per simulationem amicitiæ nefarie me prodiderunt. Pro Clu. 143. Ab amicis videlicet imprudentes prodimur. 2. de Div. 37. Urbem philosophiæ (mihi crede) proditis, dum castella defenditis. I. P. 56. Cum prodebas caput et salutem meam mercede provinciæ. Pro Flac. Quem ego sum secutus, is me deseruit ac prodidit. 1. Qu. Fr. 8. Amici partim deseruerunt me, partim prodiderunt. Pro Cæc. 50. Aliquem non solum relinquere, sed etiam prodere. 3. de Fin. 32. Prodere patriam hostibus. Ver. 5. 105. Prodere classem hostibus. 4. Acad. 27. Prodere decretum. *Ibid.* 23. Qui statuit omnem cruciatum perferre potius, quam aut officium prodat, aut fidem.

Prodor, eris, *edor, pronuncior, creor.* Pro Mil. 47. A dictatore Milone prodi flaminem necesse est. Pro Dom. 38. Interrex, quem et ipsum patricium esse, et a patricio prodi necesse est. 3. de Leg. 4. Deinde etiam deinceps posteris prodebatur.

Exhibeor. Pro Fl. 25. In hoc reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimesco.

Patefio. 2. de Leg. 47. Sacra deinceps familiis produntur, et sunt perpetua.

Male accipio. 10 in A. 15. Qui causam veteranorum prodi volunt.

Prodromus, mi, *præcursor, πρόδρομος.* 1. Att. 9. Pompeiani prodromi. 16. 6. Prodromi nulli.

Produco, is, *duco, in longius duco, profero, proveho, promoveo, προάγω, ἐκτείνω.* 3. Off. 79. C. Marius apud populum criminatus est, bellum illum producere. De Cla. 251. Producere sermonem longius. De Somn. 1. Producere sermonem in multam noctem. De Senect. 46. Convivium ad multam noctem vario sermone producimus. De Clar. 60. Varro vitam Nævii producit longius. Pro Quin. 30. Producere aliquem conditionibus.

Adduco, duco, deduco, traho. Pro Dom. 21. Cato, quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. Ver. 4. 19. Producere aliquem in jus. 1. 122. Producere aliquem in prospectum populi. 5. 155. Producere aliquem ad necem involuto capite. Pro Qu. R. 42. Producere testem. Ver. 1. 13. Producere testes ad judices. Ver. 5. 47. Quod ostendam, cum istos produxero. *Ibid.* 5. 130. Harum omnium rerum auctores testesque produco. *Ibid.* 153.

Educo. 10. Fam. 30. Repente Antonius in aciem copias suas de vico produxit.

Gigno, creo, suscipio. Ver. 1. 32. Nihil a me audiet ex impura illa adolescentia sua:

quæ qualis fuerit, aut meministis; aut ex eo, quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis: *id est*, ex filio.

Producor, eris, *provehor*. 1. de Invent. 26. Produci ultra quam satis est.

Orior. Pro Qu. R. 30. Nihil ab hoc pravum et perversum produci posse putant.

Producte, ἐκτεταμένως. Orat. 159. *Lege*, Breviter.

Productio, onis, ἔκτασις.)(. *brevitas*. 3. de Orat. 194. Contractione brevius fieri, aut productione longius. 3. de Fin. 45. Opportunitas enim non fit major productione temporis. 4. ad Her. 30. Productio temporis. Topic. 36. Productio verbi, pro qua grammatici crementum vel incrementum verbi dicunt. *Lege*, Postliminium.

Productus, a, um, *prolatus*, *provectus*, προαχθείς. 2. Qu. Fr. 3. Producta dies est in IV. Iduum Febr. 5. Tuscul. 117. Dolores longinquitate producti vehementius torquent hominem. 4. de Fin. 29. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ. 3. Tusc. 38. Si dolor productior foret. 3. de Fin. 52. Sic in vita non ea, quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est producta, nominentur, quæ vel ita appellemus (id erit verbum e verbo) vel promota, vel, ut dudum diximus, præposita, vel præcipua, et illa rejecta. Orat. 159. Inclytus, dicimus brevi prima littera: insanus, producta. 3. de Orat. 181. Syllaba producta atque longa. Orat. 178. Productiora alia, et quasi immoderatius excurrentia. 5. Tusc. 46.

Deductus, *factus*. 2. de Nat. 66. Datum est igitur Neptuno maritimum omne regnum, nomenque productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando.

Incensus, *impulsus*. 4. ad Her. 61. Sed ut productus studio ultra facile procurras.

Deductus, *adductus*. Pro Fl. 35. Tamen coram producti aliquid dicent, in quo reprehendantur. Postqu. in Sen. 12. Cum a tribuno plebis consul in concionem productus esset. 3. de Fin. 52. Nemo dicit in regia Regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem. Postq. ad Quir. 16. Producti ad vos ab eadem Italia.

Proegmena, προηγμένα. 3. de Fin. 15.

Pro eo. 13. Fa. 7. Sin minus pro eo tamen id habeamus, quando, &c.

Pro eo ac. 4. C. 3. Spero deos omnes, pro eo mihi ac mereor, relaturos gratiam esse. 4. Fam. 5. Sane quam pro eo ac debui, moleste tuli.

Pro eo ac si. 1. de Inv. 54. Pro eo ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem.

Pro eo quantum. 4. de Fin. 58. Eaque pro eo, quantum in quaque sit ponderis, esse æstimanda. 3. Fam. 3. Equidem pro eo quanti te facio, quidquid feceris approbabo.

Pro eo quod. Pro S. R. 148. Si pro magnitudine injuriæ, et pro eo quod summa reip. in hujus periculo tentatur, hæc omnes vindicarent. 2. de Orat. 75. Cum Annibal Ephesum venisset exul, proque eo, quod nomen ejus magna erat apud omnes gloria, invitatus esset, &c. *id est*, *quoniam*. Pro Planc. 92. Vereor, ne parum tibi pro eo quod a te habeo, reddiderim.

Pro eo quomodo. 13. Fam. 7. Sin minus, pro eo tamen id habeamus, quomodo a te data sit opera, ut impetraremus.

Profanus, a, um, *nihil habens religionis*, *a religione remotus*, ἀθύαστος. Pro Do. 125. Sin ista consecratio legitima est, quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit? De Ar. 9. Loca sacra et religiosa profana haberi. Ver. 4. 122. Facere aliquid ex sacro profanum. 2. de Nat. 67. Limina profanarum ædium. Part. 36. et 1. de Inv. 38. et 2. ad Her. 8. Locus profanus.

Profectio, onis, *discessus*, πορεία. 1. in A. 1. Exponam vobis breviter consilium profectionis et reversionis meæ. De Cla. 227. Inter profectionem et reditum L. Sullæ. Pro Sull. 70. Profectio C. Cethegi in Hispaniam. Pro Quint. 57. Invenitur dies profectionis pridie Calend. Februarii. 1. Fam. 5. Ejusmodi tempora post tuam profectionem consecuta, ut, &c.

ADJUNCTA. *Misera*, *præceps*, *et inutilis*, *periculosa*, *subita*.

Profecto, *certe*, *quidem*, ἀληθῶς. 1. de N. 5. Alterum fieri profecto potest, ut earum nulla, alterum certe non potest, ut plus una vera sit. *Ibid.* 24. Terra enim profecto pars mundi est. 4. Att. 15. Profecto enim aliquid egisses. 6. 5. et Qu. Fr. 1. Nunc quidem profecto Romæ es. Pro Fl. 53. Non est ita, judices, non est profecto.

Profectus, a, um, πορευθείς. De Fin. 45. Ut profectus a charitate domesticorum ac suorum, currat longius.

Proferendus, a, um, *edendus*, *patefaciendus*, *in lucem edendus*, προιστάμενος. Pro. Cæl. 57. Domus, in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit. 1. de Orat. 157. Et illa commentatio inclusa, in veritatis lucem proferenda est. Pro Flac. 5. Qui ea proferenda et patefacienda curavit. 15. Attic. 13. Orationem tibi misi: cujus custodiendæ et proferendæ arbitrium tuum sit.

Profero, fers, *recenseo*, *dico*, *prodo*, *edo*, *promo*, *adduco*, *commemoro*, ἐκβάλλω, παραφέρω. 3. Offic. 60. Aquilius protulit de dolo malo formulas. Pro Mil. 104. Judicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli. Pro Arch. 12. Ex litteris aliquid in aspectum lucemque profero. 1. de Orat. 162. Proferre in lucem, explicare, palam collocare, proponere. Act. 1. Ver. 29. Proferre aliquod crimen in medium. 15. Fam. 2. Se eam rem ante tempus illud nunquam in medium propter periculi metum protulisse. 2. de Fin. 76. Eamve rationem sequare, qua tecum ipse et cum tuis utare, profiteri autem, et in medium proferre

non audeas. Ver. 3. 115. Unius urbis direptionem commemorabo, et in medium proferam. 2. C. 18. et pro Flac. 40. Proferre tabulas novas. 1. de Nat. 115. Proferrem libros, si negares. Pro Corn. 41. Proferam testes, proferam legatos. 4. Acad. 62. Proferre in lucem res occultissimas. 1. de Orat. 7. In dicendo excellentes vix paucos proferre possumus. Pro Mur. 56. Qui necessitudinis causas complures protulit, simultatis nullam commemorare potuit. Pro S. R. 47. Possum multos proferre, qui, &c. 1. de Orat. 240. Et id, quod ipse diceret, in P. Mutii libris scriptum protulit. 2. 290. Proferre Fabricios autores. Pro Quint. R. 29. Tu H. S. LIII. ex arca proferebas, CCCLIII. ex artificio Roscius promebat. 2. in A. 101. Quid prandiorum apparatus proferam? 1. ad Her. 8. Si affinitates illorum proferemus.

Produco, prorogo, differo. 1. de D. 85. Cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, et proferat diem. Pro Cæc. 9. Sæpius proferre aliquid, *id est,* prorogare. 13. Att. 12. Dices igitur amicis tuis, auctionem proferant. *Ib.* 14. Auctionis diem latius proferre. Pro Sull. 64. Paulo longius, quam finis quotidiani officii postulat, pietas et fraternus amor L. Cæcilium protulit. Pro Mur. 65. Stoici mihi videntur fines officiorum paulo longius, quam natura vellet, protulisse. Pro Mur. 70. Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum. 13. Att. 14. Quod si latius volent proferre, poterunt vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur: nihil enim interest. 2. de Finib. 42.

Proferor, ris. 4. Acad. 2. Ars memoriæ, quæ tum primum proferebatur. 1. de Orat. 5. Vis aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri?

Adverb. *Absurde, foras, jamdudum, latius, longius, nominatim.*

Syntaxis. *Proferre indicia rei alicujus. Proferre in lucem, explicare, palam collocare, proponere. Proferre aliquid in medium, et profiteri. Proferre tabulas novas, formulas, libros, testes. Proferre aliquem auctorem. Proferre nummos ex arca. Proferre diem, proferre latius auctionis diem,* vel *auctionem ipsam. Proferre longius fines alicujus rei.*

Professio, onis, *est certa confessio, et denunciatio eorum, quæ quisque possidet, ἐπαγγελία. Lege,* Profiteor. 16. Fam. 23. Tu vero confice professionem, si potes, etsi hæc pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat. 13. At. 33. Referre professionem. Pro Arch. 9. Archias iis tabulis professus est, quæ solæ ex illa professione collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum autoritatem. Ver. 3. 113. Jugerum subscriptio ac professio. *Ib.* 39. Judicium de professione.

Promissio, pollicitatio. 10. Fam. 8. Non me præteribat in tam perturbato statu civitatis fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis, sed, &c.

Facultas. 1. de Orat. 21. Vis oratoris professioque ipsa dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur.

Proficio, is, *assequor, procedo, valeo, prosum, ὠφελέομαι.* 7. At. 13. Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit ei dolorem: sed etiam ad summam profectum aliquid puto. 5. Fam. 14. Non intelligis, te querelis quotidianis nihil proficere? *Ib.* 13. Teque multum profecisse sentio. Pro Lig. 2. Diu recusans nihil profeci. *Ib.* Contentio tamdiu sapiens est, quandiu proficit aliquid. 3. Off. 37. Si modo in philosophia aliquid profecimus. Pro Planc. 75. In Cyro nihil profecisti. 8. At. 9. Si mihi minus proficio, simulationi certe facio satis. De Cla. 139. Res, ubi plurimum proficere et valere possunt, collocari debent. Pro Pomp. 45. Et quisquam dubitabit, quid virtute profecturus sit, qui tantum autoritate profecerit? De Cl. 92. Nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum scriptio. 4. ad Her. 36. Proficit hæc exornatio ad duas res. 3. de Fin. 14. Hoc ad ea, quæ quærimus, multum profecerit. 2. de Inv. 2. Hoc plus proficit ad virtutem, quam illud. 10. Fam. 15. Profeci itaque per Laterensem internuncium. 15. 14. Litteræ tuæ profecerunt. 4. 1. Cum ipse idem sentirem, nihil proficiebam. 1. in A. 35. Si exitus C. Cæsaris hoc efficere non potest, nihil cujusquam proficiet nec valebit oratio. 6. Att. 2. Multum profeci: sed quantum, non plane, quia longe absum, scio. 3. Qu. Fr. 1. Pompeius adhuc nihil profecit, nec, si ullam partem dignitatis tenebo, proficiet.

Adverb. *Aliquantum, necessario, multum, permultum, plurimum.*

Syntaxis. *Diu recusans nihil profeci. In Philosophia aliquid profeci. Proficere virtute, auctoritate. Scriptio proficit ad dicendum. Nihil cujusquam proficit, nec valet oratio.*

Proficiscendum, πορευτέον. 3. de Fin. 73. Qui convenienter victurus sit, ei proficiscendum est ab omni mundo, et ejus cognitione.

Proficiscens, tis. 15. Famil. 1. Leucade proficiscens. 1. de Orat. 82.

Proficiscor, eris, *discedo, ἄπειμι, πορεύομαι.* 1. de D. 24. Achivi ita profecti sunt ab Ilio, ut profectione læti piscium lasciviam intuerentur. Pro Mil. 27. Clodius Roma profectus pridie est, ut ante suum fundum insidias Miloni collocaret. Ver. 2. 17. Qui statim Romæ, et ab urbe antequam proficisceretur, cœpit, &c. 2. Fam. 6. Cum te jam ex Asia Romam versus profectum esse constaret. 13. Att. 26. Etsi poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficiscor hinc, ne relictus videar. 2. de Nat. 139. Nervi a corde tracti et profecti in corpus omne ducuntur. 4. Acad. 100. Sed si jam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo navigio, bono gubernatore ac tranquillitate.

Sum. 1. de Inv. 61. Quam partitionem omnes ab Aristotele profecti maxime secuti sunt. 2. de Orat. 58. Denique etiam a philo-

sophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, &c. 1. de Inv. 68. Nam ut ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectat: sic a legibus nihil convenit arbitrari, nisi quod reip. conducat, proficisci. 2. Fam. 19. Quæcunque a me ornamenta in te proficiscuntur. Brut. 4. Hoc grato animo liberalique profectum, cautiorem liberalitatem desiderat. 9. Att. 11. III. Iduum Philotimum (ut ais epistola tertia) expectabam: at ille Idibus a me profectus est. 1. de Fin. 72. Proficisci a falsis initiis.

Confugio. 1. Fam. 5. Ut cum rex intelligat, nisi per te sit restitutus, desertum se et abjectum fore, proficiscatur ad te.

Adverb. *Celeriter, clam, communiter, separatim, copiose, cupide, festinanter, honeste, longe, mature, obviam, privatim, protinus, publice, recta, tandem aliquando, tarde.*

Syntaxis. *Nervi a corde tracti et profecti, in omne corpus ducuntur. Ab aliquo proficisci beneficium. Qui ab Aristotele profecti sunt. Proficisci a falsis initiis.*

Proficiscitur, διέρχεται. 12. Fam. 2. Nonnihil ut in tantis malis est profectum. 8. Att. 9. Sed quid hæc nunc? utinam aliquid profectum esset.

Profitendus, a, um, *promittendus*, διαγγελτέος. 1. de Orat. 44. Quamobrem ista tanta tamque multa profitenda, Crasse, non censeo. 1. de Natu. 63. Existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos.

Profitens, tis, *offerens, promittens.* Brut. 15. Italiæ sua nobis studia profitenti remisistis.

Profiteor, eris, *præbeo*, διαγγέλω. I. P. 80. Cum se Pompeius supplicem pro me profiteretur. Ver. 2. 85. A Sthenio petere cœpit, ut ad ea signa tollenda operam suam profiteretur, seque adjuvaret.

Polliceor. 1. de Orat. 116. Suscipere ac profiteri magnum aliquod onus atque munus. *Ib.* Suscipere ac profiteri magnum quiddam. *Ib.* 103. De omnibus rebus profitentur se esse dicturos. Pro Planc. 62. Omnes istiusmodi artes in iis reprehenduntur, qui cum professi fuerint, satisfacere non possunt, non in iis, qui abfuisse ab istis studiis confitentur. 1. Qu. Fr. 2. Nostræ causæ non videntur homines defuturi: mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. 2. de Leg. 12. Contra facere quam professus pollicitusque sis. Pro. S. R. 153. Profiteri operam suam in aliqua re. Pro Cluen. 51. Profiteri id, quod non possis implere: quod impudentiæ est. 1. cont. Rull. 27. Profiteor tibi meum studium ad rempub. defendendam. Pro Mur. 28. Triduo me jurisconsultum esse profitebor. 5. Fam. 8. Ego vero tibi profiteor et polliceor eximium et singulare meum studium.

Doceo. I. P. 71. Qui philosophiam profitetur, gravissimam sustinet personam. 4. Acad. 73. Democritus, qui ita est ausus ordiri, hæc loquor de universis: nihil excipit, de quo non profitetur. quid enim esse potest extra universa? 2. de Orat. 153. Cum tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent, &c.

Confiteor. Orat. 30. Ecce autem quidam se Thucydidios esse profitentur. Incer. In libris de Repub. Platonis me comitem profiteor, in consolatione filiæ Crantorem sequor.

Jacto me, glorior. 2. Tusc. 12. Ut enim si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur; aut absurde canat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cujus profitetur scientiam: sic, &c. 1. de Nat. 12. Tantam facultatem consecutum esse me non profiteor, secutum esse præ me fero.

Præ me fero. 2. de Fin. 76. Eamne rationem sequare, qua tecum ipse et cum tuis utare, profiteri autem et in medium proferre non audeas. 12. in A. 7. Ut eos pœniteat professos, et præ se tulisse odium in Antonium. Pro Cæc. 24. Atque ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur. Pro Rab. 17. Fateor, atque etiam profiteor, et præ me fero, hanc a me actionem esse sublatam. Pro S. R. 6. Ut ad hanc prædam tam nefariam adjutores vos profiteamini. 10. Fam. 31. Quicunque is est, ei me inimicum profiteor. De Arusp. 3. Ego inimicum me semper esse professus sum duobus, qui, &c.

Denuncio, significo. 2. cont. Rull. 59. In posterum vero lex hæc imperatoribus nostris constituatur, ut quicunque de provincia decesserit, apud eosdem decemviros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. Ver. 3. 38. Edixerat, ut aratores jugera sationum suarum profiterentur. *Ibid.* 29. Nemo erat decumanorum, qui grano amplius sibi, quam deberetur, deberi professus esset. Pro Arch. 7. Si sexaginta diebus apud prætorem essent professi. *Ibid.* Archias professus est apud prætorem Qu. Metellum. *Ibid.* 9. At non est professus. Imo vero his tabulis professus, quæ solæ ex illa professione collegioque obtinent publicarum tabularum autoritatem. Ver. 3. 112. Jugera professi sunt aratores omnes imperio atque instituto tuo: non opinor quenquam minus esse professum, quam quantum arasset.

Adverb. *Amplius, apertissime, palam, vere.*

Syntaxis. *Profiteri se supplicem pro alio. Operam suam profiteri in re aliqua. Suscipere ac profiteri aliquod onus ac munus,* vel *magnum quiddam. Contra facere, quam professus pollicitusque sis. Profiteri id, quod non possis implere. Profiteri studium suum ad aliquid faciendum. Profiteri et polliceri eximium ac singulare studium. Profiteri Philosophiam. Res magnas suscipere, profiteri, agere. Profiteri se Grammaticum. Profiteri et præ se ferre odium in aliquem. Fateor, atque etiam profiteor, et præ me fero. Profiteri apud Magistratum. Jugera sationum profitentur aratores.*

Profligatus, a, um, *perditus, διεφθαρμένος*. Pro S. R. 38. Omnia in eo ad perniciem profligata atque perdita. Act. 1. Ver. 78. Judicia perdita et profligata. 3. 65. Tu omnium profligatissime et perditissime. 2. C. 2. Quam tandem illum mœrore afflictum esse et profligatum putatis? De Prov. 35. Vos tamen oportet ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle. Pro Arch. 14. Profligati homines.

Absolutus, transactus. 12. Fam. 30. Qui profligato bello ac pene sublato, renovatum bellum gerere conamur. 5. Tuscul. 15. Atqui profligata jam hæc, et pene ad exitum adducta quæstio est.

Profligo, as, *affligo, prosterno, depello, διαφθείρω*. 3. de Orat. 3. Cum Philippus suis consiliis remp. profligasset. Pro Rab. 42. Profligare aciem hostium. 14. in A. 37. Cum Cæsar hostium copias profligarit, occiderit, &c.

SYNTAXIS. *Profligatus homo ac perditus, judicium, Respub. Profligare aciem hostium. Copias profligare, occidereque.*

Profluens, tis, *fluvius, flumen, torrens, ποταμός*. 2. de Invent. 149. Deinde est in carcerem deductus, ut ibi tantisper esset, dum culeus, in quem conjectus in profluentem deferretur, compararetur. 1. ad Her. 23. Et obvolutus corio dejiciatur in profluentem.

Fluens, ἀποῤῥέων. 3. Qu. Fr. 1. Aquam profluentem, et eam uberem vidi multis in locis. 1. Off. 52. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquam profluentem.

Fusus, liquidus, expeditus. 3. de Orat. 25. Profluens quiddam habuit Carbo, et canorum. 2. 159. Genus orationis liquidum, fusum, profluens. De Cla. 220. Expedita ac profluens loquendi celeritas. 3. de Orat. 183. Loquacitas perennis et profluens.

Profluenter, *abundanter, copiose, προῤῥεόντως*. 5. Tusc. 53. Ergo omnia profluenter, absolute, prospere.

Profluentia, æ, *affluentia, copia, redundantia, εὐῤῥοια, δαψίλεια, ας*. Partit. 81. Hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi imitatur.

Profluo, is, *dimano, ἀποῤῥέω*. Ad Her. 4. Cujus ore sermo melle dulcior profluebat. 1. de D. 100. Si lacus emissus lapsu et cursu ad mare profluxisset. Pro Cæl. 6. Ego ab his fontibus profluxi ad hominum famam.

SYNTAXIS. *Projectus in profluentem, in profluentem aquam. Loquacitas perennis et profluens. Profluxit ab his fontibus ad hominum famam. Inanis profluentia loquendi.*

Profugio, is, *perfugio, transfugio, προφεύγω*. De Sen. 47. Libenter vero istinc tanquam a domino agresti et furioso profugi. Pro Dom. 86. Illi damnati comitiis centuriatis in exilium profugerunt. Ver. 3. 120. Patresfamilias extorres profugerunt. 1. de D. 100. Venientem quendam ad nos hominem nobilem profugisse. Pro Pomp. 22. Ex Ponto Medea quondam profugisse dicitur. Pro Deiot. 11. Senatus ex Italia profugit. Ver. 2. 42. Heraclius Syracusis illa nocte profugit. De Ami. 37. C. Blosius quæstione nova perterritus in Asiam profugit. De Cl. 306. Philo cum optimatibus Atheniensium domo profugit. 4. Fa. 12. Reliquos aiebant profugisse metu perterritos. 15. Att. 21. Quintus filius profugere ad Brutum voluit.

Profugium, gii, *perfugium, καταφυγή*. Pro Cæc. 100. Exilium est profugium portusque supplicii. 5. Fa. 15. Quod enim poterat mihi esse profugium? 7. 20. Sed imprimis opportunum videtur his præsertim temporibus habere profugium.

SYNTAXIS. *Profugere a domino. In exilium profugere. Extorrem profugere. Exilium profugium portusque supplicii. Profugium habere.*

Profundendo. Pro Flac. 15. Sed profundendo clamore multitudinis concitatæ.

Profundo, is, *effundo, καταχέω*. De Som. 5. Vim lacrymarum profudi. 11. Att. 7. Lacrymæ se subito profuderunt. Pro Fon. 38. Lacrymas profundo. Pro Cæl. 75. Voluptates, quæ cum inclusæ diutius, et prima ætate compressæ et constrictæ fuerunt, subito se nonnunquam profundunt, atque ejiciunt universæ. I. P. 16. Omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis. Pro Mar. 32. Qui in causa animam profudit. 1. Off. 84. et 14. in A. 30. Profundere vitam pro patria. 2. de Fin. 60. Qui vitam pro patria profuderunt. Pro Cluent. 18. Profundere sanguinem pro patria. 2. Tuscul. 56. Profundere vocem. 4. Acad. 87. Res jam universas profundam. 5. Fam. 5. Profundere et perdere laborem. 2. Off. 55. Pecunias profundere in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam sint relicturi omnino. 10. Att. 15. Omnes profudi vires animi atque ingenii. 7. 3. Si totum se ille in me profudisset. 2. de Orat. 317. Nihil est in natura rerum omnium, quod se universum profundat, et quod totum repente evolet. 2. C. 10. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt. 14. in A. 38. Cum sine ulla necessitate pro patria vitam profuderint. *Ibid.* 39. Qui sanguinem pro vita, libertate, fortunisque pop. Rom. pro urbe templisque deorum immortalium profudissent.

Profundor, eris. 1. de Leg. 25. Quæ frugibus ac baccis terræ fœtu profunduntur.

SYNTAXIS. *Lacrymas, vel vim lacrymarum profundere, sanguinem, vitam, animam pro aliquo. Lacrymæ se profundunt. Profundere se totum in aliquem. Profundere patrimonium, et fortunas suas obligurire. Profundere et perdere laborem. Odium in aliquem profundere. Pecunias profundere in rem aliquam. Omnes animi ingeniique vires profundere.*

Profundus, a, um, *βαθύς*. Pro Planc. 15. Mare profundum et immensum. I. P. 42.

Cum partim ejus prædæ profundæ libidines devorassent.

Mare. Pro Sest. 45. Jecissem me potius in profundum. Ver. 4. 26. Abjicere aliquid in profundum.

Fundum. 3. de Fin. 48. Esse in profundo aquæ.

Locus abditus. 4. Ac. 32. Natura veritatem in profundo abstrusit.

SYNTAXIS. *Profundæ libidines devorant fortunas hominum. Jacere se in profundum. Abjicere aliquid in profundum. Esse in profundo aquæ. Natura veritatem in profundo abstrusit.*

Profusus, a, um, *immodestus, immoderatus, κατακεχυμένος*. Pro Qu. 40. Quis tam profusus ac perditus nepos sic dissolutus fuisset? Pro Mur. 76. Privata luxuria, profusæ epulæ. Pro Cæl. 57. Profusa luxuries. 4. Tusc. 15. Lætitia profusam hilaritatem efficit. Pro Qu. 93. Profusis sumtibus vivere. Pro Cl. 36. Quanti et quam profusi sumtus! 1. Off. 103. Ipsumque genus jocandi non profusum neque immoderatum, sed ingenuum et facetum esse debet.

Distributus. 4. ad Her. 59. Sed tanquam sanguis profusus est per totum corpus orationis.

Emanans. 9. in A. 5. Sanguis, qui profusus est in morte, &c.

SYNTAXIS. *Profusus ac perditus nepos. Profusæ epulæ, profusa luxuria, profusa hilaritas, profusus sumtus, profusum jocandi genus, sanguis per totum corpus profusus.*

Progenies, ei, *proles, genus, γενεά*. De Un. 34. Veteres, qui se progeniem deorum esse dicebant. Pro Cæl. 34. Progenies mea Qu. illa Claudia. 1. Tus. 85. Priamus tanta progenie orbatus. *Ibid.* 26. Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc, &c. 9. in A. 5. Reddita est ei statua pro vita, quæ multos per annos progeniem ejus honestaret. De Cons. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit.

Progigno, is, *procreo, gigno, προγεννάω*. 1. de D. 128. In seminibus inest vis earum rerum, quæ ex his progignuntur. 3. Off. 66. Sic qui lumen illud progenuit, ex filio est nominandus.

Prognatus, a, um, *natus, procreatus, προγεννηθείς*. 3. Tusc. 26. Thyestes Tantalo prognatus Pelope natus. 1. de D. 40. Euridica prognata. 8. Fa. 15. Venere prognatus. *Lam.* Verna prognaturus.

Prognosticon, *conjectura, signum rei futuræ, divinatio, τὸ προγνωστικόν*. 15. Att. 16. Equidem pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt: ranæ enim ῥητορεύουσι. 2. 1. Prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta. 1. de Div. 13. Atque his rerum persuasionibus prognostica tua referta sunt. 2. Div. 47. Prognosticorum causas persecuti sunt Boethus Stoicus, et Possidonius.

Progrediendum, προπορευτέον. 10. Att. 9. Scribendum ad te existimavi, ne quo progredereris inclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses.

Progrediens, tis, *προάγων*. 5. de Fin. 41. Progrediente ætate et progredientibus ætatibus. 2. de N. 57. Natura est ignis artificiosus ad gignendum progrediens. *Ibid.* 81. Natura particeps rationis, tanquam via progrediens.

Progredior, eris, *progressionem vel progressum facio, procedo, serpo, quasi pergo facere, δίειμι, διέξειμι*. 1. de Div. 26. Itaque revertit ex itinere, cum jam progressus esset multorum dierum viam. 11. Fam. 4. Progressus sum ad Cisalpinos cum exercitu. 3. de Orat. 183. In quo impune progredi licet duos pedes. 1. de Div. 73. Cum aliquantulum progressus esset, subito exaudivit hinnitum. Pro Sest. 80. Sestius nihil progreditur. 11. in A. 6. Mihi Antonius pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. 2. 9. Quid stultius quam objicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit, qui objecerit? De Ami. 36. Videamus, si placet, quatenus amor in amicitiis progredi debeat. 4. de Fin. 64. Nihil ergo adjuvat procedere et progredi in virtute. 1. Tusc. 17. Ultra quo progrediar, quam ut probabilia videam, non habeo. Ver. 1. 81. Nunquam in eum locum progressi fuissent, ut illum interficere conarentur. 9. Fam. 25. Existimavitque fratrem suum, hominem non sapientem, impulsu inimicorum suorum eo progressum esse. 22. 12. At. Neque tamen progredior longius, quam mihi concessum est. Orat. 112. In quo tamen longius progrediamur, quod videmus, &c. 1. de D. 25. Divinatio conjectura nititur, ultra quam progredi non potest. 2. cont. Rull. 96. Sed certe non continebuntur, progredientur longius, efferentur. De Arusp. 56. Ad omnia progredi. *id est projectum esse.* De Sen. 33. et 45. Paullulum ætate progressi. 3. de Orat. 117. Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus pensumque revocabo. 3. de Fin. 19. Progrediamur igitur, &c. Pro Cæl. 60. Ex hac domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? Par. 3. Quam longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. 10. Att. 4. Alter eo progressus est, quo non audeo dicere. 1. Off. 33. Regredi quam progredi malo. 8. Att. 18.

ADVERB. *Impune, longius, sensim, et pedetentim, paullulum.*

SYNTAXIS. *Progredi multorum dierum viam. Quoad progredi potest audacia, tu pervenisti. Procedere et progredi in virtute. Serpit et longius progreditur morbus. Longius progredi non possum. Vide, quatenus animus progredi debeat. Ultra quo progrediar, non habeo. Nunquam in eum locum progrediar, ut &c. Ad omnia progredi. Paullulum ætate progressus. Nunc ad reliqua progredior. Progrediamur igitur. Regredi malle, quam progredi.*

Progressio, onis, *progressus, προκοπή, &c.* 3. Off. 14. Quæ et ingenii bonitate multi

assequantur, et progressione dicendi. 4. de Fin. 67. Vestri progressionem ad virtutem fieri aiunt, levationem vitiorum fieri negant. 4. Tusc. 1. et 4. de Fin. 17. Ab his initiis profecti omnium virtutum et orginem et progressionem persecuti sunt. 3. Off. 17. Aliter enim teneri non potest, si qua ad virtutem est facta progressio.

Progressus, us, *processus*, *progressio*, *πρόβημα*. 1. Att. 21. Progressum præcipitem, inconstantem reditum videt. 1. Off. 11. Ratio, quæ causas rerum videt, earumque progressus, quasi antecessiones non ignorat. 4. Tusc. 44. Philosophi nunquam in suis studiis tantos progressus facere potuissent. 1. de Nat. 15. Lucilius Balbus, qui tantos progressus habebat in Stoicis. 5. in A. 47. Progressum ætatis expectari non oportet. 2. de Nat. 52. Progressus et regressus quinque stellarum errantium constantes et rati. 11. in A. 4. Brutus Dolabellam irruentem in Asiam a progressu arcuit, a reditu refrænavit.

Syntaxis. *Bonitate ingenii, et progressione discendi multa assequi. Ad virtutem facta progressio. Origo et progressio. In studiis progressus facere. A progressu arcere. Progressus et regressus stellarum.*

Proh, vel Pro. *Lege*, Pro, *φεῦ*. 2. de Orat. 225. Proh dii immortales! quæ fuit illa, quanta vis! Orat. 155. Pro deum atque hominum fidem! 5. Tusc. 48. Pro deorum atque hominum fidem!

Prohibendus, a, um. 1. Off. 89. Prohibenda est autem maxime ira in puniendo.

Prohibens, tis. 1. de Nat. 36. Lex recta imperans, prohibensque contraria.

Prohibeo, es, *veto*, *interdico*, *excludo*, *obsto*, *inhibeo*, *non permitto*, *intercludo*, *ἀπείργω*, *ἀπέχω*. 4. Att. 3. Qui mecum erant, facile operas aditu prohibuerunt. 10. Fam. 15. Prohibere aliquem provincia. 4. ad Her. 34. Prohibere aliquem sepultura.

Arceo, *summoveo*, *repello*. 2. in A. 46. Patri persuasi, ut eum a tua congressione prohiberet. Ver. 4. 144. Quod prædones ab urbe prohibuisset. 6. Fam. 6. Prohibere aliquem a Repub. 1. 9. Qui Bibulum exire domo prohibuissent. Pro S. R. 151. Dii prohibeant, judices, ut hoc præsidium sectorum existimetur.

Spolio, *non concedo*. 3. Off. 4. Usu vero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est. Pro Lig. 13. Tu nos jacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

Coerceo. 2. C. 26. Is omnes motus Catilinæ conatusque prohibebit.

Tueor a. De Cla. 33. Virginem ab armatorum impetu prohibeamus. Pro Pomp. 19. Prohibere remp. a periculo. *Ibid.* 18. Prohibere aliquem calamitate. 2. Off. 41. Qui prohibent injuria tenuiores æquitate constituenda.

Adverb. *Acriter*, *diutius*, *omnino*, *semel*, *sæpius*.

Prohibeor, eris. 3. de Orat. 55. Cum homines tempestatis causa opere prohibentur.

Prohibessit, prohibessint. *pro*, *prohibuerit*, *prohibuerint*. 3. de Leg. 6. 10. Ni par majorve potestas, populusve prohibessit.

Prohibitus, a, um, *προαγορευθείς*. Ver. 3. 60. Eques Rom. biduum cibo tectoque prohibitus.

Syntaxis. *In puniendo prohibenda ira est. Prohibere aliquem aditu, sepultura, a consuetudine alicujus. Prohibere voce. Conatus alicujus motusque prohibere. Amicos injuria prohibere, et ab injuria. Opere prohiberi tempestatis causa. Prohibere a periculo, ab armatorum impetu.*

Projectio, onis, *porrectio*, *προβολή*. Orat. 59. Brachii projectio in contentionibus, contractio in remissis.

Projectus, a, um, *porrectus*, *ἐῤῥιμμένος*. 3. de Orat. 128. Brachium procerius projectum. In Arat.

Exin projecta claro cum lumine chelæ.

Objectus, Ver. 4. 118. Insula in utriusque portus ostium projecta.

Excitatus. Ibid. 21. Urbs projecta in altum.

Rejectus. 2. de D. 143. Is cum esset projectus inhumatus, amica corpus ejus texit suo pallio. 12. in A. 19. Qui ex naufragio, &c. ad hæc saxa projectus est. 1. de D. 56. Simonides ignotum quendam projectum mortuum vidit, eumque humavit. Pro C. Corn. 1. Homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos. Oec. 1. Ubi projectum jacet, quod desideretur.

Profusus, *contumax*, *impudens*, *profligatus*, *ad omnia progrediens*. Pro Cl. 183. Illi, quorum eminet audacia, atque projecta est. Pro Dom. 115. Projecta quædam et effrænata cupiditas. Ver. 1. 2. Projectus ad audendum.

Προηγμένα, *producta*, *promota*, *proposita*, *præcipua*.)(*ἀποπροηγμένα*, *id est*, *rejecta*. 3. de Finib. 52. et 15. *Lege*, Proegmena.

Projicio, is, *expello*, *ἀποῤῥίπτω*. 2. C. 2. Patria nihil lætari videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque projecerit.

Negligo. 9. Att. 12. Projicere se. *Ibid.* 4. Proximi monent et rogant, ne me projiciam.

Intromitto. Pro Cæl. 21. Qui se in hoc judicium projecerant.

Proripio. 2. de Fin. 73. Quæ libido non se proripiet ac projiciet?

Abjicio, *inclino*. Pro Sest. 26. Projicere se ad pedes alicujus.

Amitto. 13. in A. 6. Nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc projicias, tanquam pignora injuriæ. Pro Rab. 33. Neque ego meam libertatem projecissem.

Projicior, eris, *abjicior*. 1. Tusc. 104. Diogenes projici se jussit inhumatum.

Proin, *proinde*, *δὴ*, *καίτοι*. 2. C. 11. Proin aut exeant, aut quiescant.

Proinde, *proin*, *itaque*. Pro Dom. 29. Pro-

inde desinant aliquando me iisdem inflammare verbis. De Fat. 4. Proinde ordire. Ver. 2. 70. Proinde si sapis, vide, &c. 5. 182. Proinde si qui sunt, &c. 1. Att. 8. Proinde bono animo sis. 12. Fam. 6. Proinde fac magnum animum habeas. 10. 35. Et proinde diligenter ab utroque conservata sunt. 9. 20. Proinde te para, &c. 10. 11. Proinde ad omnia paratus ero, ac res me monebit. 1. Tusc. 86. Metelli sperat sibi quisque fortunam, proinde quasi, &c. Pro Dom. 31. et Ver. 1. 98. Proinde quasi isti aliter sentiant. 2. ad Her. 45. Proinde quasi, &c. 2. de Invent. 175. Proinde uti quæque res est, laborandum est. 10. Fam. 35. Proinde existimes, &c. quo tibi, &c. 2. Att. 9. Proinde isti licet faciant quos volent Coss.

Prolabor, eris, *accedo, venio, καταπίπτω.* 1. de Leg. 52. Libenter ad istam orationem tecum prolaberer.

Delabor, ruo, ἀπολισθαίνω, et *ἀπολισθέω.* Pro Quin. 77. Cogitabam fore, uti multis in rebus timore prolaberer.

Prolapsio, onis, *lapsus, lapsio, κατάπτωσις.* Pro Cæl. 41. Via lubrica, qua ingredi sine casu aut prolapsione vix possis.

Prolapsus, a, um, *jacens, effrænatus, ruens, καταπεσών.* 2. de Div. 5. Juventus his moribus atque temporibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrænanda atque coercenda sit.

Progressus. Pro Cæc. 101. Tametsi de hoc judicio multa prætereo, tamen longius prolapsus sum, quam ratio vestri judicii postulabat. Pro Cæl. 47. Huc unius mulieris libido prolapsa est, ut &c. 1. Att. 14. Prolapsus cupiditate.

Elapsus. Pro Fon. 18. Ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur.

Prolatando, *differendo, procrastinando.* 4. C. 6. Id malorum opprimi sustentando et prolatando nullo pacto potest: quacunque ratione placet, celeriter vobis judicandum est.

Prolatio, onis, *dilatio, προφορά.* Pro Rab. 8. Cum alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur. 8. Att. 12. Nec enim rerum prolatio, nec Senatus magistratusque discessus, nec ærarium clausum tardabit.

Item commemoratio, usurpatio. Orat. 120. Commemoratio autem antiquitatis, exemplorumque prolatio summa cum delectatione autoritatem orationi affert et fidem.

Prolatus, a, um, *pronunciatus, προφερόμενος, προτεθείς.* 2. de Div. 136. Multa sunt etiam a te ex historiis prolata somnia matris Phalaridis, Cyri superioris.

In medium allatus. Pro Flac. 68. Quæsitum et prolatum palam non nego. 2. de Div. 49. Mulæ partus a te prolatus. Ver. 4. 36. Nonne te ex te prolatis et non prolatis tabulis condemnari necesse est?

Productus, suspensus. Nam rerum prolatio, *et* res prolatæ, *est tempus illud quo homines feriantur, ac si dicas, negotiorum jurisque suspensio, vacatio a muneribus, quæ maxime erat ludorum diebus.* Pro Mur. 28. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam usquam, neque Romæ, rebus prolatis, quidquam valet. 3. Qu. Fr. 8. Res prolatæ: ad interregnum comitia adducta. 14. Att. 5. Meam stultam verecundiam! qui legari noluerim ante res prolatas, ne deserere viderer hunc rerum tumorem.

Prolecto, as, *allecto, illicio, ἐπάγομαι.* Pro Flac. 18. Egentes privata benignitate prolectat.

Proles, is, *progenies, soboles, ἡ γενεά.* De Somn. 16. Proles illa futurorum hominum. 2. de Nat. 159.

Ferrea tum vero proles exorta repente est.

3. de Orat. 151. Nec enim fugerim dicere prolem, aut sobolem, &c.

Manus, copiæ. 3. de Leg. 7. Equitum peditumque prolem describunto.

Πρόληψις. *Lege,* Præsumptio. *Antecaptio, Anticipatio, Notitia, Notio, Prænotio.*

Prolixe, *large, liberaliter, cumulate, δαψιλῶς.* Pro Dom. 28. Is mihi, quæ meum tempus postularet, satis prolixe pollicitus est. Pro Fl. 89. Quod statuerat facere, non solum fecit, sed etiam prolixe cumulateque fecit. 16. Att. 16. Id autem est, ut hoc, quod te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causa libenter, non prolixe, sed celeriter facias. *aliter,* Non solum libenter et prolixe, sed etiam celeriter facias. 7. Fa. 5. Nec minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri.

Prolixus, *liberalis, benignus, εὐμήκης. Largus, facilis, et promptus in dando et conferendo aliquid.* 3. Fa. 8. Prolixa et benefica natura. 16. Att. 18. Aliquid animo libenti prolixoque facere. 6. 3. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quam per me in Brutum. 7. 14. In quo parum prolixi respondent Campani coloni. *alias,* prolixe.

Facilis, expeditus. 1. Att. 1. Cætera spero prolixa esse his duntaxat urbanis competitoribus.

Syntaxis. *Prolixe polliceri. Libenter, prolixe, celeriter facere. Prolixa et benefica natura. Libenti prolixoque animo. In aliquem esse prolixum. Parum prolixus respondes in amicitia.*

Proloquor, eris, *profiteor, ἀποφθέγγομαι.* Orat. 147. Versus ille, qui vetat artem pudere proloqui, quam factites.

Proludo, is, *specimen exhibeo, προπαίζω.* 2. de Orat. 325. Sed iis ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint.

Prolusio, onis, *quasi procemium, προγύμνασμα.* Div. 47. Sin mecum in hac prolusione nihil fueris, &c. 2. de Orat. 325.

Proluvies, ei, *eluvies, eluvio, πλημμυρίς.* 3. Qu. Fr. 7. Romæ mira proluvies, magna vis aquæ, &c.

Promagistro, *ut propraetore et proconsule dictum est.* 13. Fam. 65. *Lege,* Scriptura.

Promerendi, *juvandi.* Qu. de Pet. 21. Si possunt, non amittunt occasionem promerendi. Pro Mur. 70. Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum. 1. Quin. Fr. 1. Aliquem fuisse diligentissimum in promerendo, ut sibi maximi honores haberentur.

Benemeritum. 2. Off. 53. Paratus ad bene promerendum.

Promereor, eris, *mereor, μισθαρνέω, μισθοφορέω.* 2. de Invent. 83. Levius punitus quam promeritus sit. Qu. de Pet. 21. In suo beneficio promeritus est, se ut ames, et sibi ut debeas.

Confero beneficium. 3. in A. 37. Optime de repub. promereri.

Syntaxis. *Non amittam occasionem promerendi. In promerendo diligens, expeditus ad officium promerendum. Ad bene promerendum paratus. Ita puniri promeritus est. Beneficio promereri, ut. De aliquo optime promereri.*

Promeritum, ti, *meritum, beneficium, ὁ μισθός.* Postqu. ad Qu. 8. Quare hoc majus est in nos vestrum promeritum, quod &c. Postq. in Sen. 1. Vestra in nos universa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando.

Promiscue, *sine discrimine, ἀδιακρίτως.* 2. cont. Rull. 84. Promiscue toto, quam proprie parva frui parte malletis. Orat. 85. Cæteris promiscue poterit uti. 3. de Orat. 69. Promiscue haurire ex aliquo fonte. Pro Font. 12. Judicium aurium promiscue et communiter stultis ac sapientibus a natura datum.

Promissio, onis, *pollicitatio, pactio, ἀντιγραφὴ, ὁμολογία.* 4. Famil. 13. Id quoque genus litterarum deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxilii alicujus, aut consolatio doloris tui. 8. Att. 9. et 3. de Orat. 203. Cum litteris, cum mandatis, cum promissione provinciæ. 8. Att. 10. Scelerum promissio et iis, qui expectant, perniciosa est, et iis, qui promittunt.

Promissum, si, *fides, receptum, ἐπάγγελμα.* 3. Off. 94. Ac ne illa quidem promissa servanda sunt, quæ sunt iis ipsis inutilia, quibus illa promiseris. *Ibid.* 92. Pacta et promissa semperne servanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo, ut prætores dicere solent, facta sunt. 2. in A. 79. Ille induxit, ut peteret: promissum et receptum invertit, ad seque transtulit. Ver. 5. 138. Satis est factum promisso nostro ac recepto. 1. in A. 17. Cæsar multis multa promissa non fecit. 5. Tusc. 19. Nullum est philosophiæ promissum uberius aut majus. 1. 95. Si ante mors adventet, quam Chaldæorum promissa consecuti sumus. 4. Att. 16. O constantiam promissi, et fidem miram! 8. 11. Cum litteris Cæsaris præmiorumque promissis. 3. Qu. Fr. 5. Promissis iis, quæ ostendit, non valde pendeo. 1. Off. 32. Non standum est promissis, quæ quis coactus metu fecerit. 3. 95. et 1. 32. Facere promissum alicui. *Ibid.* Efficere promissum et conventum cuipiam. *Ibid.* Servare promissa. 12. Fam. 30. Solvere promissa militibus, et, Exolvere promissa. *Lege,* Exolvo. Pro Planc. 101. Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? 6. Fam. 17. Expetere promissa. 3. 11. Cum tua promissa per litteras flagitabam. Pro Sest. 34. Spe et promissis aliquem tenere. 3. Fam. 9. Promissum persolvere. Part. 132. Eo exposito munus promissi omne confecero. 1. Att. 11. Teucer promissa patravit. 12. 19. Sed jam quasi voto quodam et promisso me teneri puto. 15. 15. Sponsor promissorum alicujus. 3. Off. 94. Theseus exegit promissum a Neptuno. Pro Flac. 47. Hermippus Fusiis satisfacit, et fidem suam liberat. Pro Deiot. 8. Dextra in promissis et fide firma. Ver. 5. 183. Donum Jovi dicatum ac promissum. Frag. ep. Promissa tua memoria teneas.

Adjuncta. *Promissa cruenta, tetra, scelerata, diis hominibusque invisa, nec diuturna, neque salutaria, honesta, integra, gloriosa, plena lætitiæ, plena pietatis, firma, certa, rata, inutilia, uberiora.*

Syntaxis. *Promissa facere, persolvere, servare. Promissum ac receptum invertere, et ad se trahere. Satisfacere promisso ac recepto. Constantia promissi, et fides mira. Pendere promissis. Stare promissis. Efficere promissum et conventum alicui. Solvere,* vel *exsolvere promissa alicui. Repetere, expetere, flagitare promissa. Spe et promissis aliquem tenere. Promissi munus conficere. Promissa patrare, consequi. Voto et promisso teneri. Exigere promissum ab aliquo. Sponsorem esse promissorum alterius.*

Promitto, is, *polliceor, spondeo, recipio, profiteor, constituo, offero, defero, paciscor, fidem meam obligo, me aliquid facturum ostendo, promissum facio, ἀναδέχομαι.* 16. Att. 1. Dii faxint, ut ea faciat, quæ promittit. Ad Brut. 18. Vix videor, quod promiseram, præstare posse. 7. Fam. 5. Nec minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. Pro Mur. 90. Quem ego vobis ita commendo, ut eum inimicissimum huic conjurationi futurum esse promittam ac spondeam. Pro Cœl. 77. Promitto hoc vobis, et reip. spondeo, hunc, &c. 13. Fam. 9. Tum illud tibi expertus promitto et spondeo, te cogniturum, &c. 5. 8. Quæ tibi promitto ac recipio, sanctissime observabo, diligentissimeque faciam. 5. A. 51. Promitto, recipio, spondeo, P. C., C. Cæsarem, &c. 3. Fam. 10. De me tibi sic promitto atque confirmo, me, &c. 2. de Div. 38. Quæ autem inconstantia deorum, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? 2. de Orat. 27. Cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat. Top. 22. Promittere damni infecti. 1. Off. 32. Neptunus quod Theseo promiserat, non fecit. 12. Fam. 14. Præterea mihi promiserunt Pansa et Hircius coram,

et absenti mihi scripserunt: Varioque nostro Pansa affirmavit, se daturum operam, ne &c. 1. Off. 32.

Promittor, eris. Qu. de Pet. 34. Large atque honorifice promitti volunt.

Adverb. *Affirmate, bene, benignissime, exploratius, honeste, honorifice, large, prompte, liberalissime, prolixe, separatim.*

Syntaxis. *Ea facere, quæ promiseris,* vel *præstare. Prolixe de sua voluntate promittere. Promitto, recipio, spondeo. De me tibi promitto atque confirmo. Promittere damni infecti. Large atque honorifice promittere.*

Promendus, a, um. 1. de Orat. 59. Est aliquid, quod ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque assumendum.

Promo, is, *profero,* ἐπιφέρομαι, ἐπιφέρω. Ver. 3. 195. Cum tibi Sen. ex ærario pecuniam promisisset atque adnumerasset. Pro Cæl. 52. Promere aurum ex armario. Pro Qu. R. 29. Tu LIII. ex arca proferebas, ille CCC. ex artificio promebat. 5. Fa. 14. Animus, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet. 2. de Fin. 22. Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. 1. de Orat. 111. Ne ipse aliquid a me prompsisse, sed fortuito in hunc sermonem incidisse videar. 3. de Fin. 7. Promere libros e bibliotheca. 1. de Div. 20.

Voces tristificas chartis promebat Hetruscis.

Promor, eris. Top. 7. Loci sunt quasi sedes, e quibus argumenta promuntur.

Promontorium, rii, *mons in mare porrectus,* ἄκρα. Ver. 5. 144. Qui aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. 1. in A. 7. Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegini. Pro. Fl. 20.

Promotus, a, um, *productus,* προηγμένος. 3. de Fin. 52. *Lege,* Productus.

Promoveo, *proveho, produco,* ἐλαύνω. 4. Att. 11. Ibi igitur te videbo et promovebo. 3. Qu. Fr. 1. Assa in alterum apodyterii angulum promovi.

Prompte promittere, *id est, alacri animo, et sine cunctatione,* ἑτοίμως. Qu. de Pet. 35. *melius tamen alii leg.* jucunde.

Promtu. *Ablat. indeclin.* 1. Off. 126. Quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promtu: *idest in aperto, in conspectu.* 4. Acad. 46. Oportet igitur et ea, quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promtu habere. 1. Off. 105. Pertinet ad omnem officii quæstionem semper in promtu habere quantum natura hominis pecudibus reliquisque beluis antecedat. 1. Acad. 4. Ea dicam, quæ mihi sunt in promtu. 2. de Div. 124. Sed hæc quoque in promtu fuerint.

Promtus, a, um, *paratus, expeditus, alacer, hilaris, erectus, expositus, manifestus, propositus,* ἕτοιμος. Div. 41. Quo paratior ad usum forensem promtiorque esse possim. 2. cont. Rul. 81. Ad vim promtus, ad seditionem paratus, ad cædem expeditus. De Cl. 154. Promta et parata in respondendo celeritas. Pro Mil. 55. Promtus ad pugnam. *Ibid.* 136. M. Marcellus promtus, et non inexercitatus ad dicendum fuit. 1. Off. 83. Promtiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quam ad communia. 2. Qu. Fr. 12. Te esse hilari animo et promto ad jocandum, valde me juvat. 3. Fam. 11. Animum tuum promtum et alacrem perspexi ad defendendam rempublicam. Pro Cæc. 78. Qui tot annos fidem suam populo Romano promtam expositamque præbuit. 3. de Orat. 213. Discutienda sunt ea, quæ obscurant: et ea, quæ sunt eminentia et promta, sumenda. 1. 237. Ejus rei facilis est et promta responsio. Pro Mur. 28. Quod omnibus patet, et æque promtum est mihi et aliis. 1. de Orat. 183. Alacri et promto ore ac vultu huc atque illuc intueri. Pro S. R. 118. Tametsi hoc quidem minime latet, quod ita promtum et propositum est, ut, &c. Ver. 4. 37. Promtissimus homo et experiens. 4. Fa. 13. Cætera, quæ tibi a multis promta esse certo scio, a me sunt paratissima. Hortens. Promti ad disputandum homines.

Audax. I. P. 55. Responsione me minima homo promtissimus lacessivit.

Expressus. Pro Plan. 34. Hic quod animo sentiebat, et vultu promtum habuit.

Syntaxis. *Paratus et promtus ad, &c. Promtus, paratus, expeditus. Promta et parata ad respondendum,* vel *in respondendo celeritas. Promtus et alacer ad. Quæ obscurant, discutienda, quæ sunt eminentia et promta, sumenda. Ore ac vultu alacri ac promto intueri. Propositum et promtum. Fidem suam promtam et expositam alicui præbere. Facilis et promta responsio. Quod omnibus patet, et æque promtum est mihi et aliis. Promtissimus homo et experiens. Multa tibi a multis promta sunt et parata. Quod animo sentias, vultu promtum habere.*

Promulgatio, onis, *legis alicujus propositio,* ἀνακήρυξις. 1. in A. 25. Illæ enim leges nulla promulgatione latæ sunt, antequam scriptæ. 5. P. 8. Ubi promulgatio trinundinum? 1. Fam. 5. Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ studia nostra impediret. 8. *Ibid.* 4. Promulgatio de dictatore. Pro C. Corn. Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestasque venisset.

Promulgatus, a, um, *propositus, editus,* ἀνακηρυχθείς. 3. de Leg. 11. Promulgata, proposita, in ærario cognita, agunto. Pro Mur. 30. Præliis promulgatis tollitur e medio sapientia. Pro Flac. 15. Re multos dies promulgata et cognita. 1. Att. 11. Quid de promulgata rogatione sentiret. 1. in Ant. 26. Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis.

Promulgo, as, *propono,* ἀνακηρύττω. 2. Qu. Fr. 3. Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando. *Ibid.* 5. Qui de Cæsare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. 13. Fam. 4. Cum Tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promul-

gasset. 1. Att. 10. Promulgare rogationem. Pro Pomp. 52. Cum Gabinius de uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset.

Statuo. Postq. in Sen. 4. Tribuni qui promulgarent de salute mea, et ad vos sæpenumero deferrent. Pro Sest. 69. De meo reditu octo Tribuni pleb. promulgarunt. Pro Dom. 83. Cum de eo Trib. promulgasset.

Promulgor, aris, *proponor*. Pro Sest. 25. Promulgantur uno et eodem tempore rogationes de mea pernicie, et de provinciis nominatim consularibus.

Adverb. *Nominatim, publice, separatim.*

Promulsis, dis, *potio mulso condita*, τὸ ὑδρομέλιτος. 9. Fam. 20. Non eum, quem tu es solitus promulside conficere. *Ibid.* 16.

Pronepos, tis, *nepotis filius: referturque ad proavum*, ἀπόγονος. 13. in A. 15. M. Lepide, M. Lepidi Pontificis max. fueris pronepos. 3. Tusc. 26. Jovis iste quidem pronepos. *id est, Thyestes.*

Pronominatio, onis, *ornatus quidam verborum*, παρονομασία. 4. ad Her. 43. Pronominatio est, quæ sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest, ut, si quis, cum loquatur de Gracchis, At non Africani nepotes, inquiet, istiusmodi fuerunt.

Πρόνοια. *Lege*, Providentia.

Pronunciato, onis, *propositio legis, prolatio*, ἐκφάνσις. Pro Cl. 56. Oppianicus re et existimatione jam, lege et pronunciatione nondum condemnatus.

Oratorum in actione munus vocem moderans. 1. de Invent. 9. Pronunciato est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio. 2. de Orat. 34. Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inveniri potest?

Dictum, enunciatio. De Fat. 26. Omnis pronunciatio aut vera, aut falsa est.

Adjuncta. *Dulcis, vera, aut falsa.*

Pronunciator, oris, *historicus*, ἐκφαντής. De Clar. 286. Thucydides pronunciator sincerus et grandis etiam fuit.

Pronunciatum, ti, *effatum, Græce* ἀξίωμα. 1. Tusculan. 14. Omne pronunciatum (sic mihi in præsentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα, utar post alio, si invenero melius) id ergo est pronunciatum, quod verum est, aut falsum. *Lege*, Enunciatio.

Pronunciatus, a, um, ἐκφωνηθείς. Para. 3. 3. Cum versus pronunciatus est una syllaba brevior aut longior.

Pronuncio, as, *dico, prædico, lingua nuncupo*, ἀναγγέλλω, ἐκφωνέω. 5. Fam. 12. Dicunt verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum: qui cum cæteris coronas imposuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent. Pro Quint. 50. Cui magistri fiunt qui pronuncient, &c. et de quo præconis vox prædicet, &c. De Fat. 15. Neque eos usuros esse conjunctionibus, ut in sua percepta pronuntient. 2. de Orat. 79. Tum ad extremum agere et pronunciare. 2. de Div. 14. Memoriter pronunciare multos versus. 1. de Orat. 154. Eam rem, quam legas, verbis aliis quam maxime fieri possit lectis pronunciare, &c. 1. de Div. 22. Et ea quæ pronunciavi, accuratissime scripseris. 3. Off. 66. Cum in venundando rem eam scisset, neque pronunciavisset emptori. *Ibid.* Is igitur judex ita pronunciavit, &c. Ver. 2. 94. Prætor de tribunali pronunciat, si quis, &c. De Cla. 86. Consules, re audita, amplius de consilii sententia pronunciaverunt. Pro. Clu. 78. Suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronunciavisset. 2. de Fin. 37. Æquam igitur pronunciabit sententiam ratio. 1. de Orat. 261. Demosthenes summa voce versus multos uno spiritu pronunciare consuescebat. I. P. 97. Tum ipse de te sententiam tulisti, tum judicium pronunciavisti. 1. de Orat. 88. Menedemus memoriter multa ex orationibus Demosthenis præclare scripta pronuncians.

Syntaxis. *Multa memoriter pronunciare. Versus plures uno spiritu pronunciare. Pronunciare nomina victorum in ludis. Quod legas, verbis aliis pronunciare. Rem emptori pronunciare. Prætor de tribunali pronunciat, si quis, &c. De consilii sententia* amplius *pronunciare. Pronunciare sententiam, judicium.*

Pronus, a, um, *in anteriorem partem flexus*, καταφερής.)(. *supinus.* 1. de Div. 120. Motus corporis pronus, obliquus, supinus. 1. Tusc. 42. Nihil habent hæc duo genera proni, et supera semper petunt.

Proœmium, mii, *exordium, principium orationis*, προοίμιον. 4. Att. 15. In singulis libris utor proœmiis. Pro Clu. 58. Longo et alte petito proœmio respondere. Ver. 1. 111. Proœmium mercenarium. 16. Att. 6. De gloria librum ad te misi, et in eo proœmium id est, quod in Academico tertio: id evenit ob eam rem, quod habeo volumen proœmiorum, ex eo eligere soleo, cum aliquod σύγγραμμα institui: itaque, &c. 5. Fam. 12. Gratia illa, de qua suavissime quodam in proœmio scripsisti. 1. Acad. 8. In iis ipsis antiquitatum proœmiis, philosophiæ, &c. 2. de Orat. 325. Tanquam citharœdi proœmium afflictum, &c. 1. ad Her. 6. Exordiorum duo sunt genera: principium, quod Græce προοίμιον appellatur: et insinuatio, quæ ἔφοδος nominatur. 1. de Orat. 86. De proœmiis, et de epilogis, et de hujusmodi nugis, referti sunt eorum libri. 13. A. 32. His libris nova proœmia sunt addita, quibus eorum uterque laudatur. 2. de Leg. 17. Habes proœmium legis: sic enim hoc appellat Plato.

Adjuncta. *Longum, et alte petitum, mercenarium, novum.*

Syntaxis. *Uti proœmio. Proœmium longum et alte petitum. Addere libris proœmia.*

Propagandus, a, um, ἀναφυτέος. 3. C. 26.

Ad memoriam consultus sui propagandam. 2. de Div. 149. Religio propaganda est. Pro Mar. 24. Propaganda soboles.

Propagatio, onis, *procreatio, amplificatio, παράφυσις*. 1. Off. 54. Quæ propagatio et soboles origo est Rerumpublicarum. De Prov. 29. Propagatio finium imperii. 1. Tuscul. 31. Propagatio nominis. 5. Fam. 15. Vita, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. De Sen. 53. Propagatio vitiorum.

Propagator, oris, *amplificator, ἐπαυξητής*. 8. Att. 3. Ille provinciæ propagator.

Propago, *profero, produco, dilato, ἀποφύω*. 1. in A. 13. Jun. Brutus, qui regio dominatu Rempublicam liberavit, et ad similem virtutem et simile factum stirpem in prope quingentesimum annum propagavit. 2. C. 11. Quos si meus consulatus sustulerit, non breve nescio quod tempus, sed multa secula propagarit Reipublicæ. 5. de Finib. 32. Propagabat tamen vitam aucupio sagittarum. 1. de Inv. 2. Cum homines sibi victu ferino vitam propagabant.

Propagor, aris. De Pro. 17. Annus est integer nobis expectandus, quo interjecto civium calamitas propagatur. Ver. 5. 179. Cum ipse sui generis initium ab se gigni et propagari vellet. 2. Off. 43. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Top. 69. Ex quibus plura bona propagentur.

Communicor. Pro Sest. 102. Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur.

Syntaxis. *Hæc memoriæ sunt propagata. Ad virtutem similem propagare stirpem. Vitam propagare. Vitam aucupio sibi propagare. Multa secula propagare reip. Calamitas propagatur. Generis sui initium a se gigni et propagari. Gloria radices agit et propagatur. Ex his bonis alia bona propagantur.*

Propago, inis, *vitis ad sobolem suppressa, φυγγονή*. De Sen. 52. Malleoli, plantæ, sarmenta, propagines.

Propalam, *palam, in propatulo loco*. 1. de Orat. 161. Proposito argento, ac signis et tabulis propalam collocatis.

Propatulus, a, um, *apertus, ὁ καὶ ἡ προφανής*. Ver. 4. 110. In aperto ac propatulo loco signa duo sunt. Oeco. 1. Cum victus et cultus humanus non, uti feris, in propatulo ac sylvestribus locis, sed domi sub tecto accurandus esset.

Prope, propius, *propter, juxta, πλησίον*.) (. *longe, procul*. 1. Tusc. 104. Sed bacillum prope me ponitote. 7. Fam. 23. Ut non solum prope me, sed plane mecum habitare posses. De Cla. 54. Cum plebs prope ripam Anienis ad III. milliarium consedisset. Pro Mil. 53. Illi nocte prope urbem expectandum. 2. de Inv. 123. Hostes prope muros castra habent. 3. Fam. 5. Prope Calend. Sextiles puto me Laodiceæ fore. 9. 7. Volebam prope alicubi esses. 2. de Nat. 120. Vites a caulibus, si prope sati sint, refugiunt. 4. Att. 16. Tu adventare ac prope adesse jam debes. 2. de Inv. 14. Alterius gladium prope appositum e vagina eduxit. Pro Pomp. 13. Vident eum prope esse, quò etiam carent ægrius. Ver. 5. 6. Tum in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. 2. 10. Tam prope ab domo detineri. 11. Att. 13. Atque utinam propius te accessissem. 1. Tusc. 26. Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea cernebat, &c. 1. Att. 1. Tu illam manum mihi cura ut præstes, quoniam propius abes. 1. de Nat. 88. Stellæ aliæ propius a terris moventur, aliæ remotius. Part. 124. Propius accedere ad sensum alicujus. 2. de L. 61. Lex rogum bustumve novum vetat propius sexaginta pedes adjici ædes alienas, invito domino. 1. de Nat. 97. Ad similitudinem Deo propius accedebat humana virtus, quam figura. 7. in A. 26. Ne propius urbem millia passuum ducenta exercitum admoverit. 6. *Ibid.* 5. Dum ne exercitum propius urbem Romam CC. mil. admoveret. 1. Qu. Fr. 2. Propius nihil est factum, quam ut occideretur. Ver. 5. 93. Nec quidquam propius est factum, quam ut vivus combureretur. Pro Flacc. 23. Propius accedo, nego esse testimonium: intro etiam magis: qui gessit, non adest. De Senect. 48. Prope intueri aliquid. I. P. 26. Apud socrum tuam prope a meis ædibus sedebas.

Pene, fere, quasi, prope dicam, prope jam. Ver. 4. 125. Nam Sappho dat mihi justam excusationem, prope ut ignoscendum esse videatur. 3. 62. Eques Romanus prope annos xc. natus. 4. Fam. 3. Sapientia prope singulari. Pro Arch. 3. Prope novo quodam genere dicendi. 8. Fam. 14. Prope oblitus sum, &c. 7. 28. Prope desperatis his rebus. 1. 5. Ad quem prope jam delatum esse existimatur. 3. 6. Provinciam annuam prope jam undecim mensium factam esse. Ver. 1. 142. Excludit eum, cui prope dicam soli potestatem factam opportuit. Pro Quint. 44. Modestia prope dicam non minore quam, &c. 2. de Inv. 171. Quid igitur profecit? &c. prope dicam plurimum. Pro Planc. 20. Quorum honoribus agri prope dicam ipsi montesque faverunt. Cont. C. Anton. Saltibus prope addictis.

Syntaxis. *Prope Cal. Junias redibo. Prope murum, prope a muro. Ad similitudinem Deo prope accedere. Propius nihil est factum, quam ut necaretur. Ille, prope dicam, insanit. Prope ab domo detineri.*

Propediem, *brevi, αὔριον*. 6. Att. 2. Ego, ut spero, propediem te videbo. 2. 1. Prognostica nostra propediem expecta. 10. Fam. 24. et 25. 1. de Div. 47.

Propello, lis, *propulso, ἀπείργω*. 4. Tusc. 9. Propellere navem remis.

Propemodum, *prope, fere, σχεδόν*. 2. de Div. 85. Quid enim est sors? idem propemodum, quod micare, &c. Orat. 147. Verba componere, et syllabas propemodum dinumerare. Div. 5. Propemodum manere in instituto

meo videor. Ver. 4. 81. et 2. Off. 30. 6. Fam. 4. Alteros propemodum jam sumus experti. 1. de Fin. 2. et 1. Tusculan. 94. Ut propemodum, &c.

Propendeo, es, *inclino*, *ἐπιῤῥέπω*. 2. de Orat. 187. Si se dant, et sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur. 5. Tusc. 86. Si multo majore et graviore ex parte propendent. *Ibid.* 51. Tantum propendere illam bonorum animi lancem, ut terram et maria deprimat. 2. de Orat. 129. Necesse est, ut inclinatione voluntatis propendeat in nos.

SYNTAXIS. *Inclinare et propendere. Inclinatione voluntatis in optimos propendere.*

Propense, *ex animo*, *libenter*, *προθύμως*. 12. Fam. 15. Ut hanc concordiam et conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense non crederent esse factam.

Propensio, onis, *proclivitas*, *inclinatio*, *voluntas*, *ἐπιῤῥοπὴ*, *προθυμία*. 4. de Fin. 47. Zeno, qui nulla in re, nisi in virtute aut vitio, propensionem minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

Propensus, a, um, *proclivis*, *ἐπιῤῥεπής*. 7. Att. 25. Quod addis, ne propensior ad turpem causam videar, certe videri non possum. 8. 3. Infimus quisque propensus in alteram partem. 3. de Nat. 96. Mihi Balbi disputatio ad veritatis similitudinem videtur esse propensior. 1. de Div. 9. Cum diputatio tibi ad veritatem est visa propensior. Pro Mur. 64. Propensus ad lenitatem. 2. de Inv. 107. Propensus ad ignoscendum. 5. de Fin. 30. Propensus in neutram partem. 13. Att. 21. Coram igitur et propenso quidem animo ad probandum. 1. Qu. Fr. 15. A propensis in hanc partem vehementer colimur et amamur. 2. Off. 61. Propensior benignitas esse debebit in calamitosos. *Ibid.* 68. A quo enim celeriter remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. Par. 3. Causa, quæ quando accedit alteri, id fit propensius. Pro S. R. 85. Is natura non tam propensus ad misericordiam, quam inclinatus ad severitatem videbatur. 4. Tusc. 81. Ut alius ad alium morbum proclivior, sic alius ad alia vitia propensior. 3. de Fin. 65. Omnes ad dicendum propensi sumus. 5. 6. Propensus sua sponte ad aliquid agendum. 4. Fam. 13. Videor mihi perspicere ipsius animum propensum ad salutem tuam. 1. Off. 105. Si quis paullo est ad voluptatem propensior.

SYNTAXIS. *Propensus ad causam, in adversam partem. Ad veritatis similitudinem oratio propensa. Ad lenitatem propensus, ad misericordiam natura propensus. Alius ad alia vitia propensior. Animi voluntas propensa. Propensus sua sponte ad agendum.*

Properans, tis, *festinans*, *σπεύδων*. 4. Att. 4. Hæc properantes scripsimus. 9. in A. 6. At ille properans festinansque, &c.

Properatio, onis, *festinatio*, *ἔπειξις*. 5. Fam. 12. Sed ad properationem meam quiddam interest non te expectare, donec ad locum venias.

Properato opus est: *id est, celeritate*. Pro Mil. 50.

Propero, as, *festino*, *appropero*, *accelero*, *celeritate utor*, *maturo*, *σπεύδω*. 1. Att. 13. Sed ductus odio properavit rem deducere in judicium. 1. de Orat. 166. Cum in campum properaret et ridens et stomachans Scævola. 12. Fam. 25. Atque inde ventis remisque in patriam omni festinatione properavi. De Pro. 35. Si Cæsar in patriam redire properaret. Pro Mil. 49. Quæ causa erat, cur Romam properaret? De Som. 6. Quin huc venire propero? Pro Sul. 54. Properatum vehementer, cum longe tempus muneris abesset. Brut. 15. Sed propera per deos, &c. 15. Att. 13. Ego in Pompeianum properabam. 2. de Div. 41. Ita enim cum magis properant, concludunt, &c. 1. Qu. Fr. 3. Rogo te Romam pergas et properes. 16. Fam. 9. Sed tu ita velim, ut ne quid properes. 1. Tusc. 76. Sive retardabis, sive properabis.

ADVERB. *Magnopere*, *necessario*, *protinus*, *vehementer*.

SYNTAXIS. *In Pompeianum properare. Propero ire. Ne quid properes. Remis, velisque in patriam properare. Pergere Romam, et properare. Properans et festinans. Properans scripsi.*

Propertius. Pro Dom. 49.

Propino, as, *trado*, *offero*, *προπίνω*. 1. Tusc. 96. Socrates cum conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum, venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret; quo sonitu reddito, ridens: Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ: qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conviviis solent nominare, cui poculum tradituri sint.

Propinquitas, tis, *agnatio*, *conjunctio sanguinis vel affinitatis*, *necessitudo*, *οἰκειότης*. Pro Quin. 26. Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius sit necesse est. Pro Plan. 27. et 4. ad Her. 14. Qui est cum illo maximis vinculis et propinquitatis et affinitatis conjunctus. 3. in A. 15. Municipium propinquitate prope finitimum. 1. de Inv. 38. Propinquitas loci .)(. *longinquitas loci*. Pro M. Scau. Propinquitas et celebritas loci tollit suspicionem.

Propinquus, a, um, *loco*, *intervallo*, *spatio vicinus*, *proxime accedens*, *citimus*, *proximus*, *finitimus*, *necessarius*, *cognatus*, *appositus*, *ἀγχινοῖος*. 5. de Fin. 2. Plato, cujus etiam illi hortuli propinqui memoriam mihi afferunt. 10. Fam. 21. Et subesse tamen propinquis locis celeriter possem. Pro S. R. 133. Præclarum et propinquum prædium. 11. in A. 34. Propinquæ finitimæque provinciæ, ut Cilicia et Syria.

Tempore. 1. de Div. 65. Hector moriens propinquam Achilli mortem denunciat. 9. Att. 18. Erat enim spes propinqui reditus.

Cognatione, *amicitia*, *propinquitate*, *ἀγχιστεὺς*, *συγγενὴς*, *ἰσότιμος*. Pro Mil. 77. Clodius æquar

liter in propinquos et in longinquos irruebat. Pro Mur. 73. Virgo Vestalis hujus propinqua et necessaria. 14. in A. 34. et 35. Consolemur eorum propinquos, qui, &c. 1. Off. 53. Arctior vero colligatio et societas propinquorum.

Natura, ὁ πέλας, ὁ ἐγγὺς, ὑὸς. 2. de Orat. 185. Motus, qui finitimi sunt, et propinqui his. 4. ad Her. 15. Nam gravi figuræ propinqua est sufflata. 2. de Inv. 165. Audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum: et tamen vitium est. Orat. 94. Abutimur verbis propinquis.

Adjunct. *Propinqui, chari, et honesti, clarissimi, et digni, optime convenientes, imbecilliores, potiores quam alieni.*

Syntaxis. *Pietate propinquitas colitur. Propinquitatis et affinitatis vinculis conjungi cum aliquo. Propinquæ finitimæque provinciæ. Appositum et propinquum. In propinquos et in longinquos irruere.*

Propior, ius, *arctior, junctior*, ἐγγύτερος. Ver. 2. 112. In quibus erant omnia, quæ sceleri propiora sunt, quam religioni. 2. de Inv. 53. Sed hæc vetera propiora videamus. Pro Sest. 40. Omnibus sua sibi propiora esse pericula, quam aliena. De Clar. 317. Post autem causa fuit propior, et cum exitu junctior. *Ibid.* Et dicendi ardore eram propior, et ætate conjunctior. Pro Qu. 97. Tibi propior me nemo est. 14. Att. 21. Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus. 2. Off. 22. Prius de iis rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixerimus. 3. 69. Societas, quæ latissime patet, &c. interior, &c. propior, &c.

Propius. *Vide* Prope.

Propitius, a, um, *secundus, præsens*, ἵλεως, ἐπίηπιος. Pro Cæc. 42. Huic ego deos propitios, plerique autem iratos putant. I. P. 49. Dii neque propitii sunt cuiquam, neque irati. Div. 41. Ita deos mihi velim propitios, ut commoveor animo, &c. 1. de N. 124. Quid enim dicam, propitius sit? esse enim propitius potest nemini. 2. Att. 9. Patria propitia sit. 7. 25. Hunc propitium sperant, illum iratum putant.

Propola, læ, *qui mercatur a mercatoribus, quod statim vendat*, ὁ προπώλης. I. P. 67. Pistor domi nullus, nulla cella, panis et vinum a propola atque de cupa.

Proponendus, a, um, παραθετέος. Pro Rab. 1. Tamen in hac defensione capitis C. Rabirii proponenda ratio videtur esse officii mei.

Propono, is, *pono ante oculos, mihi constituo*, προτίθημι. 8. Att. 9. Siquidem ille ipse ad eundem scribens, in publico proposuit epistolam illam. 1. de Orat. 161. Explicare vestem, proponere argentum, tabulas ac signa propalam collocare. 7. Att. 16. et 82. Proponere litteras in publico. Pro Mur. 25. Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. 12. Att. 31. Ei velim hoc proponas, ut, &c. 2. de Orat. 311. Digredi ab eo, quod proposueris. Orat. 137. Proponere quod dicturus sis. Pro Pomp. 17. Quod mihi ego extremum proposueram, cum essem de belli genere dicturus. 1. Fa. 9. Illa sequor, quæ paulo ante proposui. 15. 14. Extremum illud est de iis, quæ proposueram. De Cl. 217. Curio cum tria proposuisset, aut quartum addebat, aut tertium quærebat. *Ibid.* 237. Censorinus quod proposuerat, explicans expedite &c. 1. de Orat. 145. Ab eo, quod tibi proposueris, minus aberrare. *Ibid.* 65. Si cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita proposui, quacunque de re, &c. 13. in A. 23. Qui eam tibi causam belli gerendi proponis, ut Senatum funditus deleas. 2. de L. 18. Legum vocem proponam. 1. Off. 31. Referri enim decet ad ea, quæ proposui in principio, fundamenta justitiæ. 4. in A. 13. Mortem omnibus natura proposuit. 7. Ph. 22. De tribus enim, quæ proposui, hoc extremum est. Pro Deiot. 40. Propone tibi duos reges: idque animo contemplare, quod oculis non potes. Pro Cæl. 79. Et cum hujus vobis adolescentiam proposueritis, constituite vobis ante oculos hujus etiam miseri senectutem. Pro Sest. 17. Si ora ipsorum oculis vestris proposueritis. 1. de Nat. 115. Comprehende animo, et propone ante oculos Deum, &c. 4. C. 12. Cum vero mihi propono regnantem Lentulum, &c. versatur mihi ante oculos, &c. cerno animo, &c. videor mihi videre, &c. Pro Sul. 72. Vitam illius ante oculos vestros proponite. 4. Fa. 5. Hoc idem fac ante oculos tuos tibi proponas modo, &c. *Ibid.* Quæ aliis tute præcipere soles, ea tute tibi subjice, atque apud animum tuum propone, &c. 2. de Fin. 57. Cum improbis pœnam proponitis. 2. Fam. 16. Proponere aliquid alicui ad timorem. 2. de Orat. 93. Proponere sibi aliquem ad imitandum. De Ami. 102. Proponere sibi memoriam atque imaginem alicujus. 1. de Orat. 154. Ad versus alicujus se exercere, vel illius orationem sibi proponere. *Ibid.* Proponere aliquam exercitationem. Pro Qu. 50. Proponere libellos de aliquo in celeberrimis locis. Ver. 2. 78. Proponere fidem venalem. 4. in A. 9. Qui sibi bona civium ad prædam proposuerunt. 1. de In. 68. Qui leges scribunt, utilitatem Reip. sibi proponere debent. Ver. 3. 58 Vos ante oculos animosque vestros tota Sicilia Decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, hujus importunitatem, Apronii regnum proponite.

Proponor, eris. 2. de Orat. 177. Proponi oportet quid afferas, et id quare ita sit, ostendere. 2. Att. 19. Minæ, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. *Ibid.* 21. Locus ubi proponuntur edicta. 4. C. 2. Quæcunque mihi fortuna proponatur, subibo. Pro Planc. 5. Sed mihi in causa facili perdifficilis defensionis ratio proponitur. *Ibid.* 97. Cum mors proponeretur. 2. contra Rul. 13. Lex in publicum proponitur.

Adverb. *Amantissime, fidissime, breviter, vehementer.*

Syntaxis. *Proponere in publico. Ab eo*

quod tibi proposuerat, aberras. Ad ea, quæ in principio proposui, me refero. Tuis oculis propone, ante ocillos, apud animum tuum. Sibi memoriam alicujus proponere. Minas alicui proponere. Quæcunque fortuna proponatur, subibo. In publicum proposita lex.

Propontis. De Leg. Agrar. Veniet sub præcone tota Propontis.

Proportio, onis, *comparatio, ἀναλογία. Lege,* Portio. Ver. 4. 46. Fuere aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera. De Univ. 12. Id optime assequitur quæ Græce ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio proportiove dici potest. *Ibid.* 13. Quemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ: quodque anima aquæ, id aqua terræ proportione reddit. *Ibid.* 21. Ejus autem particulæ intervallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem comparationemque in extremis, quam habent CCLVI. cum CCLIII.

Syntaxis, *Peræqua proportio. Comparatio, proportioque. Proportione reddere. Numerus ad numerum proportionem et comparationem habens.*

Propositio, onis, *πρότασις.* 3. de Orat. 203. Propositioque, quid sis dicturus. 3. Tusc. 39. Quid ergo? hujusne vitæ propositio et cogitatio Thyestem levare poterit? 2. de Inv. 163. Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione agitatio atque administratio,

Est item pars ratiocinationis, per quam breviter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis. 1. de Inv. 63.

Adjuncta. *Ampla, et splendida, infirma, perspicua.*

Propositum, ti, *mens, consilium, proposita ratio, susceptum consilium, institutum, ὑπόθεσις.* Orat. 138. Ut declinet a proposito. 3. de Orat. 203. Declinatio brevis a proposito. De Cl. 82. Egredi a proposito ornandi causa. 3. de Orat. 201. Reditus ad propositum. 1. Tusc. 23. Redire ad propositum. 3. 11. Nos ad propositum revertamur. Pro Cæl. 6. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam. De Fat. 4. Academiæ consuetudo contra propositum disputandi. 1. Off. 112. Cato gravitatem suam perpetua constantia roboravit, semperque in proposito susceptoque consilio permansit. *Ibid.* 70. His idem propositum fuit, quod et regibus, ut libertate uterentur. De Cl. 137. Est enim propositum colligere eos, qui, &c. Brut. 11. Nulla re deterreri a proposito potest. 3. Off. 39. Sed jam ad propositum revertamur.

Syntaxis. *A proposito declinare. Declinatio brevis a proposito. A proposito egredi. Permanere in proposito susceptoque consilio. Reverti ad propositum, redire. Deterreri a proposito. Contra propositum disputare.*

Propositus, a, um, *objectus, susceptus, manifestus, promptus, προτεθειμένος, ὑποτεθείς.* Pro Lig. 26. Quem de suscepta causa propositaque sententia nulla vis, nullum periculum posset depellere. Pro Mur. 66. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi. *Ibid.* Ad imitandum mihi propositum exemplar illud est. De Opt. 13. Attici nobis propositi sunt ad imitandum. 12. in A. 22. Cum pervenero ad eum exitum, qui mihi fuit propositus. 8. Att. 11. Moderatori Reip. beata civium vita proposita est. Br. 15. Non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam ut laudem, præsertim ad Brutum. 1. Qu. Fr. 1. 15. Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum non esset. 3. 1. Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? 2. de Orat. 215. Aliquid non effici ex propositis, nec esse consequens. Pro Flac. 12. Quibus laus, merces, gratia, gratulatio proposita est in impudenti mendacio. Pro Sest. 31. Mihi propositum est ostendere omnia, &c. 1. Fam. 9. Omnibus propositum esse debet cum dignitate otium. Pro Dom. 44. Mea causa videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita. 5. Fam. 16. Omnibus telis fortunæ proposita est vita nostra. 1. 5. Injuriis, quæ a Catone propositæ sunt, resistemus. 1. Off. 45. Tertium est propositum, ut in beneficentia delectus esset dignitatis. Pro Clu. 150. Putant enim minus multos laqueos legum ac judiciorum esse propositos. Pro Rab. 15. Servi qui libertatis spem propositam non habent. Orat. 65. His propositum est placare animos. 1. Fam. 9. Neque mihi in omni vita res tam erit ulla proposita, quam ut latere, &c. De Clar. 318. Omni huic sermoni propositum est, ut laborem meum perspicias. *Ibid.* 25. Hoc neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. Ver. 3. 98. Est hic ordo propositus atque editus in altum. 1. Off. 5. Quidam propositis malorum et bonorum finibus officium omne pervertunt. I. P. 88. Stipendium militibus numeratum est mensis palam propositis. Pro Dom. 11. Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposito periculo. 3. de Finib. 74. Sed jam sentio me esse longius provectum, quam proposita ratio postularet. Pro Sull. 11. Nondum ad propositum mihi finem honoris perveni. 1. de D. 26. Cum ex itinere quodam proposito, et jam constituto revertisset, aquilæ admonitus volatu, &c. Parad. 6. Ergo hoc proposito nunquam eris dives, nunquam, &c. Pro Mil. 32. Magna Clodio spes erat in Milonis morte proposita. *Ibid.* 57. Milo vitam suam maximis præmiis propositam, et pene addictam sciebat. Quin. de Pet. 18. Iis fac ut propositum et paratum auxilium tuum esse videatur. 1. Fam. 9. Sic omnibus nobis in administranda Rep. propositum esse debet cum dignitate otium. Pro S. R. 118. Tametsi hoc minime latet, quod ita promtum et propositum est, ut &c.

Proprætor, vel Proprætore, *qui cum prætoria potestate aliquo mittebatur, ἀντιστράτηγος,*

De Pro. 15. Res in provincia a propraetore gesta. 5. in A. 46. Provinciae, quas praetorii propraetore obtinerent. 8. Fam. 8. Quos ex S. C. cum imperio in provincias propraetori mitti oporteret.

Proprie, *privatim*, *κυρίως* .)(. *communiter*, *publice*, *promiscue*. 9. Fam. 15. Quod me amas, est id tibi commune cum multis: quod tu ipse tam amandus es, id est proprie tuum. Pro Sest. 37. Metelli causam neque Senatus publice, neque ullus ordo proprie susceperat. 2. contra Rul. 84. Promiscue toto, quam proprie parva frui parte malletis. 1. Off. 107. Quarum una est communis, &c. altera, quae proprie singulis est tributa. 37. A peregrino enim recessit, et proprie in eo, qui contra ferret arma, remansit.

Ad rem, *legitime*, *vere*. 1. in A. 18. Nihil est quod tam proprie dici possit actum ejus, quam lex. Part. 3. Proprie in verbis eloqui dicitur. 2. de Orat. 59. Quam proprie de unoquoque dixit. 3. Off. 13. Atque illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis, nec a virtute unquam divellitur. 2. in A. 77. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere.

Proprietas, tis, *natura*, *vis*, *natura propria*, *ἰδιότης*. 4. Acad. 56. Singularum rerum singulae proprietates sunt. Part. 41. Definitio genere declaratur, et proprietate quadam. Top. 83. Proprietas sic: In hominemne solum cadat, an etiam in belluas aegritudo?

Proprius, a, um, *praecipuus*, *peculiaris*, *ἴδιος*, *κύριος*. De Prov. 2. Praecipuum illum et proprium sensum doloris mei a sententia dicenda amovebo. De Sene. 35. At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. 2. de Div. 109. Varietas est propria fortunae. 3. in A. 29. Libertas propria Romani generis. Pro S. R. 150. Praedia, quae nostra sunt propria: lux, quae communis est. 1. de Orat. 44. Non id mihi videbitur Orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi Oratorum facultate posse. 4. Fa. 15. Quare non debes aut propriam fortunam, aut praecipuam postulare, aut communem recusare. 5. 14. Consuetudo communis vel tua solius et propria. 2. de Orat. 39. Aliunde assumpto uti bono, non proprio, nec suo, &c. 1. 217. Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse, atque a se possideri volunt. Pro S. R. 21. Tria praedia Capitoni propria traduntur. De Cl. 322. Animum judicis impellere quocunque res postulat, hoc est unum Oratoris maxime proprium. 1. Qu. Fr. 1. 29. Hoc est epistolae proprium, ut is, ad quem scribitur, de his rebus, quas ignoret, certior fiat. 3. de Orat. 112. Ornate dicere, propriumne sit Oratoris, an id etiam aliquis praeterea possit? 1. Off. 2. et 2. de Nat. 57. Artis maxime proprium est creare et gignere. 1. de N. 105. Animantium proprium est, ut aliquid appetant. 2. Fa. 17. Quod meum erat proprium, id etiam populo se remisisse scribit. 2. contra Rul. 54. Res vestras proprias alienari. 2. de Leg. 57. Et quod nunc communiter in omnibus sepultis est, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret.

Legitimus, *germanus*, *certus*. Pro Caec. 51. Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. 3. de Or. 147. Verba propria et certa quasi vocabula rerum paene una nata cum rebus ipsis. 4. Acad. 33. Certa et propria nota veri. 5. Tusc. 19. Propriis et suis argumentis quaeque res tractanda est. De Clar. 82. Et nimirum is princeps ex Latinis illa Oratorum propria, et quasi legitima opera tractavit. 1. Off. 37. Qui proprio nomine perduellis erat, is hostis vocatur.

Aptus, *accommodus*. Pro Sull. 9. Tempus agendi fuit mihi magis proprium quam ceteris.

Constans. Postq. in Sen. 8. Si illud de duobus consulibus perenne ac proprium manere potuisset.

Syntaxis. *Praecipuus ille et proprius doloris sensus. Id proprium senectutis est vitium. Praedia, quae nostra propria sunt. Consuetudo tua solius et propria. Proprium ac suum, non aliunde assumptum. Hoc est epistolae proprium, ut &c. Artis maxime proprium est efficere &c. Hoc meum est proprium. Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. Certa et propria nota veri est evidentia.*

Propter, *ob*, *pro*: *ratione causae impellentis*, *διά*. 8. At. 19. Nam nec castra propter anni tempus et militum animos facere possum. 1. 7. Propter dubitationem. Pro S. R. 10. Susceptum onus aut propter perfidiam abjicere, aut propter imbecillitatem animi deponere. De Cl. 100. Eaque suspicio propter eam causam fuit, quod, &c. Pro Qu. 70. Si propter partium studium potens fuit Alphenus, potentissimus Naevius. 1. de Orat. 233. Quod tamen propter ejus ingenii magnitudinem vellem. Par. 5. Qui legibus non propter metum paret, sed quia id salutare maxime judicat. 5. Fa. 14. Qui propter acumen occultissima perspicis. 1. 3. Propter tuum in me amorem. 2. 6. Habeamus haec omnia, bonorum studium, propter nostram causam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum. 2. de Fin. 82. Ex se et propter se expeti.

Finis. 7. Att. 5. Tyronem propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum.

Prope. 3. de Nat. 55. Vulcanus tenuit insulas propter Siciliam, quae Vulcaniae nominantur. 2. de Inv. 96. Fluvius Eurotas qui propter Lacedaemonem fluit. De Cl. 24. In pratulo propter Platonis statuam consedimus. Pro S. R. 64. Duo filii propter patrem cubantes. 2. de N. 111. Hic jacet propter illum. Ver. 4. 107. Propter est spelunca quaedam. 5. 79. Propter introitum portus. 2. 150. Propter aedem Vulcani. I. P. 6. Hic vir clarissimus, qui propter te sedet,

L. Gellius. 2. de Nat. 120. Si propter sati sint. Alias, *prope.*

Propterea, *ideo, idcirco, ex eo, ea re,* διότι, διότι. Pro Lig. 8. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret.

Propterea quod, *propterea quia, ideo quod, ex eo quod, propter hanc causam quod, ob eam rem quod, ea re,* καθ' ὅτι. Pro S. R. 111. Mandato judicium est constitutum, non minus turpe quam furti, propterea quod quibus in rebus, &c. 9. Fa. 18. Cum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram, &c. 4. Ac. 33. Si notionem veri et falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus. 4. Fam. 5. Etsi genus hoc consolationis acerbum est, propterea quia per quos, &c.

Propudium, dii, *res pudenda, is a quo pudor et pudicitia procul absit,* ἡ αἰσχύνη. 14. in A. 8. Propudium illud et portentum.

Propugnaculum, li, *locus munitus, unde pugnari possit,* ἐπιτείχισμα. Ver. 3. 186. Classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præsidium provinciæ. I. P. 9. Lex Ælia et Fusia propugnacula murique tranquillitatis Ver. 5. 89. Navis constrata et ita magna, ut propugnaculo cæteris posset esse. Pro Fo. 31. Est in provincia Gallia Narbo Martius, specula populi Ro. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et objectum. Pro Pomp. 32. Propugnaculis imperii sociorum fortunas defendere. 14. Fa. 18. Domus propugnacula et præsidium habet. Ver. 3. 40. Si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus usurum se putat, ex defensione ejus dejecero. Oecon. 1. Ut ex hac eadem societate mortalibus adjutoria senectutis, nec minus propugnacula præparentur.

Syntaxis. *Leges propugnacula murique tranquillitatis. Esse propugnaculo patriæ. Propugnaculum hostibus oppositum et objectum. Propugnaculis Imperii socios defendere. Habere propugnacula et præsidium. Dejicere propugnacula. Uti propugnaculo. Propugnacula preparare.*

Propugnandus, a, um. Pro Rabir. 30. Testor, me pro illorum fama, gloria, memoria propugnandum putare.

Propugnans, tis, ὑπερασπίζων. 1. Off. 62. Fortitudo est virtus propugnans pro æquitate.

Propugnatio, onis, *defensio,* ὑπερασπισμός. 5. Fa. 8. Suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. Pro Sest. 3. Ne mea propugnatio ei defuisse videatur. 1. Fam. 7. et 9. Nostra propugnatio ac defensio salutis tuæ.

Propugnator, oris, *defensor,* ὑπερασπιστής. Ver. 5. 85. Classis infirma propter dimissionem propugnatorum et remigum? 1. de Or. 244. Mutius paterni juris defensor, et quasi patrimonii propugnator sui. Postq. in Sen. 37. Pro Mil. 16. Propugnator Senatus.

Adjunct. *Acerrimus, levior, timidior, studiosissimus.*

Propugno, as, *pugno,* προπολεμέω. ✗. *oppugno.* 11. Fam. 16. Acerrime propugnasse pro salute alicujus. 5. Tuscu. 79. Bestiæ pro suo partu ita propugnant, ut, &c.

Propulsatio onis, *depulsio,* ἐξώθησις. Pro Sul. 2. Cum hujus periculi propulsatione conjungam defensionem officii mei.

Propulso, as, *repello, arceo, depello, propello,* διακρούομαι. Pro S. R. 7. Periculum quod in omnes intenditur, propulsate. 2. de Inv. 66. Propulsare injuriam a se. 1. Off. 23. Propulsare injuriam ab aliquo. 4. de Fin. 69. Propulsare frigus et famem.

Propulsor, aris. 5. in A. 9. Sic ab ingressione fori populum propulsari videres.

Propyleum, lei, *vestibulum,* προπύλαιον. 2. Off. 60. Pericles tantam pecuniam in præclara illa propylea conjecit, &c.

Proquæstor, ris, vel Proquæstore, *qui cum autoritate quæstoria mittitur aliquo,* ἀντιταμίας. Act. 1. Ver. 11. Cum eum, cui legatus et proquæstore fuisset, prodidit. Ver. 3. 41. Nam a Dolabella statim proquæstore jussus est esse. 15. Fa. 14. M. T. C. C. Cassio proquæst. *Codex Aldinus vetustior ita habet.* C. Cassio proquæstori. 4. Acad. 11. Cum Alexandriæ proquæstore essem. 84. Sed et proquæstore aliquot annos, &c.

Prora, ræ, *prior, anteriorve navis pars,* ἡ πρῷρα. 3. de Orato. 178. In navigio latera, carinæ, prora, puppis. In Arat. A prora ad malum, a malo ad puppim.

Translatione, consilium. 16. Fam. 24. Mihi prora et puppis, ut in proverbio Græcorum est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares.

Proripio, is, *subduco,* ἀναρπάζω. De Ar. 2. Ille æstuans se e curia repente proripuit. 2. de Fi. 73. Quæ libido non sese proripiet ac projiciet?

Proripior, eris. Ver. 5. 160. Jubet hominem proripi, vehementissimeque verberari.

Prorogatio, onis, *prolatio,* ὑπερημερία. Pro Mur. 47. Prorogationem legi Maniliæ flagitasti. 13. Att. 41. Utar prorogatione unius diei.

Prorogatus, a, um, ἀναβεβλημένος. 1. Qu. Fr. 1. 4. Quod si tibi bellum administranti prorogatum imperium viderem, intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam.

Prorogo, as, *differo, profero, propago,* ἀναβάλλομαι, ἀντίθεμαι. 12. in A. 13. Differre bellum, neque solum prorogare, sed etiam concedere victoriam. 2. 74. Cæsar paucos tibi ad solvendum propter inopiam tuam prorogavit dies. *Ibid.* 109. Numerum annorum provinciis prorogavit. 13. Att. 34. Ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas.

Prorogor, aris, *producor, proferor.* 2. in A. 24. Ne quinquennii imperium Cæsari prorogaretur. Ver. 1. 98. Impetrat a Senatu, ut dies sibi prorogaretur. 5. Att. 2. et 11. Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum

ades, provide. 2. Fa. 7. Rogo atque ora te, ne patiaris mihi quidquam ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. 3. 10. Illud pugna atque enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. 5. Att. 2. Illud probe ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias.

Prorsus, *penitus, plane, omnino, funditus, radicitus, utique, usquequaque, omni ex parte, undique, sine ulla exceptione, καθόλου*. 3. de Nat. 21. Si autem id dicis, mundo nihil esse sapientius, nullo modo prorsus assentior. 13. Att. 43. Prorsus non videtur esse dubium, quin, &c. 2. de Orat. 61. Verbum prorsus nullum intelligo. 1. Fa. 2. Prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. 4. 10. Neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus. 1. Tusc. 64. Prorsus hæc divina sunt. 16. Att. 14. De summa agi prorsus vehementer et severe volo. Pro Sull. 54. Gladiatores empti sunt ad cædem, &c. ita prorsus. 3. de Nat. 77. Prorsus, si, &c. præstare &c. 16. At. 1. H-S. LXXII. satis esse affatim prorsus.

Prorumpo, is, *erumpo, διαῤῥάσσω*. Pro Mur. 85. Catilina prorumpet, qua minatur: in agros suburbanos repente advolabit. Pro S. R. 12. Hoc cogitate, judices, eo prorumpere hominum audaciam, ut hic ante pedes vestros cædes futuræ sint.

Proruptus, a, um, *projectus, καταῤῥαγείς*. Pro S. R. 68. Prorupta audacia.

Prosapia, piæ, *genus, stirps, τὸ γένος, ἡ γενεά*. De Un. 35. Et eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam, &c.

Proscribo, is, *publico, proscriptionem facio, edico, προγράφω*. Pro Dom. 44. Quæro enim quid sit aliud, proscribere velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit. 2. Qu. Fr. 5. Racilius tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. Pro Quin. 15. Auctionem in Gallia se facturum esse proscripsit. *Ibid.* 51. Proscribere bona alterius. *Ibid.* 16. Eum non posse, quæ proscripsisset, vendere. 3. Off. 55. Ille quod non placebat, proscripsit: tu quod placebat, emisti. 16. Att. 4. Itaque sese scripturum aiebat, ut venationem etiam, quæ postridie ludis Apollinaribus futura est, proscriberent. 3. Off. 68. Si tu cum ædes proscribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas, &c. 4. Att. 2. Tusculanum proscripsi. 3. contr. Rull. 14.

Proscribor, eris. Pro S. R. 16. Cum proscriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ii, qui adversarii fuisse putabantur. 9. Att. 20. Senatum enim Calend. velle se frequentem adesse, etiam Formiis proscribi jussit. 7. *Ibid.* 7. Ut quid? si victus eris, proscribare? si viceris, tamen servias?

Proscriptio, onis, *damnatio, publicatio, προγραφὴ, ῆς*. Pro S. R. 128. Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant. Pro Qu. 56. et Ver. 5. 152. Proscriptio bonorum. Pro Flac. 74. Emptiones falsas, proscriptiones cum muliesculis aperta circumscriptione fecisti. Pro S. R. 153. Cavete per deos immortales, ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. Pro Sest. 65. Cum de capite civis, et de bonis proscriptio ferretur. Postq. in Sen. 4. Cum caput meæ proscriptionis recitaretur. De Prov. 45. Proscriptio capitis mei. Parad. 6. Proscriptiones locupletum. 11. Att. 6. Non nominatim sed generatim proscriptio est informata.

Adjuncta. *Acerbissima, mediocris, irrita, præclara, mera, nova, nova et multo crudelior.*

Syntaxis. *Ferre proscriptionem de bonis et capitibus civium. Proscriptionem facere, instaurare. Proscriptio capitis mei. Generatim, non nominatim informata proscriptio.*

Proscripturio, ris, *proscribere cupio, προγραφείω*. 9. Att. 12. Syllaturit animus ejus, et proscripturit. 3. cont. Rull. 14.

Proscriptus, a, um, *publicatus, neci addictus civis, venalis decretus, προγεγραμμένος*. 3. con. Rull. 15. Possessiones venales ac proscriptas hac lege video. 12. Att. 48. Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas. Ver. 1. 141. Iste locare incipit non proscripta neque edicta die. 16. Att. 16. Throtium agrum proscriptum videmus. Ver. 1. 123. Lex Cornelia proscriptum juvare vetat.

Proselenus, a, um, *ante Lunam natus, Luna prior, προσέληνος*. Pro M. Fundan. Arcades se Proselenos esse asseverant.

Proseminatus, a, um, *procreatus, διεσπαρμένος*. 3. de Orat. 58. Nam cum essent plures orti fere a Socrate, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se.

Prosemino, as, *procreo, διασπείρω κατασπείρω*. Hortens. Solertiam eam, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas.

Prosequor, eris, *sequor, insequor, subsequor, κατακολουθέω, διεξέρχομαι*. 2. Qu. Fr. 12. Publicani Domitium cum equis prosecuti sunt. 4. in A. 6. Legio quarta C. Cæsaris exercitum prosecuta est. 6. Att. 3. Is me proficiscentem Apameam prosecutus est. 13. Fam. 6. Cum te prosequerer paludatum. 3. 10. Cum te Puteolis prosequerer. Pro Qu. 99. Ut eum bona existimatio usque ad rogum prosequatur. De Cl. 137. Prosequi atque imitari antiquitatem. 15. Fam. 21. Reliquum est, ut tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectem. Pro Planc. 73. Is me in discessu meo non lacrymis solum suis, sed animo, corpore, copiis prosecutus est. De Cl. 4. Opportunitatem vero mortis illius benevolentia potius quam misericordia prosequamur.

Orno, onero, cumulo. 2. de L. 61. Prosequi laudes clarorum virorum ad cantus et ad tibicinem. 4. in A. 3. Laudo vos, Quirites, cum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis. 10. 8. Populus Romanus maximo clamore et plausu Bruti memoriam prosequebatur. 15. Fam. 10. Prosequi

aliquem omnibus officiis. 6. 16. Qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt.

Ageo, tracto. Pro S. R. 83. Et id non prosequar longius, quam mea fides postulabit. 1. ad Her. 15. Ne ab ultimo repetamus, ne longius prosequamur. 1. de Orat. 98. Date nobis hanc veniam, ut ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. 16. Att. 11. Eum locum Possidonius prosecutus est. Part. 14. Accusator rerum ordinem prosequitur. 3. de Orator. 186. Ne hæc difficiliora ad prosequendum esse videantur.

Comitor. 2. Att. 7. Spes quæ nos proficiscentes prosequebatur. Pro Planc. 26. Minturnenses C. Marium linquentem eam terram, quam servaverat, lacrymis votisque prosecuti sunt. 2. in A. 34. Quæ tam ingratæ litteræ reperientur, quæ non eorum gloriam immortalitatis memoria prosequantur? 15. Fa. 17. Mirabilis eum benevolentia prosecuta est. 14. in A. 30. Alicujus virtutem grata memoria prosequi. De Ar. 52. Effrænatos ejus furores plausu etiam suo prosequebantur. 13. Fa. 62. Deinde impudentia prosequor: sed idem sarciam. De Amic. 23. Quocirca et mortui vivunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum.

Retineo. 2. de Orat. 64. Genus orationis fusum atque tractum prosequendum est.

Insector, urgeo. Ver. 2. 73. Prosequi aliquem verbis vehementioribus.

Proserpina, æ, *Libera*, δάειρα. Ver. 4. 106. et 2. de Nat. 66. *de raptu ejus.*

Prosilio, lis, *exilio, prorumpo*, προσάλλομαι. Pro Cæl. 62. Ut servi repente prosilirent, hominemque comprehenderent. *Ibid.* 65. Prosilire. Pro Cæl. 63. Deinde temere prosilierunt. *Ibid.* 64. Quos tu temere prosilivisse dicis.

Prospecto, as, *prospicio, specto*, περισκοπέω. Per. 5. 43. Quæ navis prospectare jam exilium videbatur. Pro C. Cor. 1. Prospectat videlicet Cominius quid agatur.

Prospectus, us, *locus editus et apertus ad prospiciendum, specula*, πρόοψις. Pro Dom. 116. Porticus in Palatio pulcherrimo prospectu. 12. Att. 10. Prospectus maris. 14. 13. Quæris, utrum magis tumulis prospectuque, an ambulatione delecter.

Conspectus. Ver. 1. 122. Producere aliquem in prospectum populi. 4. Acad. 80. O præclarum prospectum!

Prosper, a, um, *secundus, felix, ad voluntatem nostram fluens*, εὐήμερος .)(. *Adversus, incommodus.* 2. Off. 19. Cum prospero flatu fortunæ utimur. Postquam ad Quir. 2. Prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna secundo vitæ sine ulla offensione cursu. 3. de Nat. 89. Ad prosperam adversamve fortunam qualis sis nihil interest. De Cl. 12. Posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. 9. Att. 6. Ego enim non jam id ago, ut prosperos exitus consequar, &c.

Prospere, *feliciter*, εὐτυχῶς. 12. Fam. 9. Omnia, ut spero, prospere procedent. 3. 12. Ego vero velim, mihi Tulliæque meæ prospere evenire ea, quæ me insciente facta sunt a meis. 2. de N. 167. Magnis viris prospere eveniunt semper omnes res. De Clar. 243. Pro Mur. 1. et 5. Tusc. 53. Quin. Arrius omni jam fortuna prospere functus.

Prosperitas, tis, *res secundæ, commoditas*, εὐπραγία. 2. de Fin. 19. Aristoteles virtutis usum cum vitæ perfectæ prosperitate conjunxit. 3. de Nat. 86. Commoditatem prosperitatemque vitæ a diis habemus, virtutem Deo acceptam nemo refert. *Ibid.* 88. Improborum prosperitates secundæque res redarguunt vim deorum. Frag. ep. Honestarum rerum prosperitas.

Syntaxis. *Prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna. Omni fortuna prospere fungi. Commoditas, prosperitasque vitæ. Improborum prosperitates et secundæ res.*

Prospiciendus, a, um, προνοητέος. Pro Sull. 55. Sed tamen munere servili obtulit se ad ferramenta prospicienda.

Prospiciens, tis, *prænoscens*, διακύπτων. 2. Fam. 8. Sed ut ab homine longe in posterum prospiciente futura expecto. Pro Mur. 59. Sapiens, ac multum in posterum prospiciens vir.

Prospicio, is, *prævideo, præsentio*, προβλέπω. 4. Fam. 3. Multo enim ante, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram. De Am. 40. Longe prospicere futuros casus. Pro Dom. 11. Prospicere aliquid conjectura. Act. 1. Ver. 52. Prospicere insidias. 2. Off. 33. Prospicere futura. 6. Fa. 6. Ut spero, vel potius ut prospicio. Pro. Qu. 35. Jam ante animo prospicere aliquid. Pro Cæl. 20. Prospicere aliquid animo. Pro Clu. 34. Magnum longe animo prospexisse morientem. 7. Fa. 20. Quem tamen si excideris, multum prospexeris. De Ar. 4. Tum, inquam, tum vidi, et multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipub. Pro Dom. 69. Sed prospexistis, ne qua in vos aliquando invidia redundaret. 10. Att. 4. Eaque ipsa tempestate eversam esse rempub., quam 14. annis ante prospexeram. 3. Tusc. 2. Intueri et prospicere naturam. *alias perspicere.*

Consulo, provideo. Ver. 1. 153. Consulere filiis ac prospicere debemus. *Ibid.* 22. Vos quod ad famam vestram pertinet, prospicite atque consulite. 4. C. 3. Quare, P. C. consulite vobis, prospicite patriæ, &c. Pro Clu. 152. Prospicite id, quod providendum est. 3. Fa. 2. Rogo te, ut prospicias et consulas rationibus meis. De Ar. 56. Sed tamen huic malo populus Romanus prospexit. Ver. 3. 127. Si sociis fidelissimis prospicere non laboratis. *Ibid.* In reliquum tempus ait se vectigalibus prospexisse. *Ibid.* 128. Vectigalibus prospicio in decumis et in re frumentaria.

Adverb. *Alte, ante, in posterum, longe animo, longe, longe in posterum, multum.*

SYNTAXIS. *Sapiens ac multum in posterum prospiciens. Jam ante animo prospicere aliquid. Prospice, ne quid accidat. Consulere ac prospicere filiis. Prospicere et consulere rationibus suis. Prospicere reip. in reliquum tempus.*

Prosterno, is, *abjicio, affligo, profligo, perdo, obtero, perverto,* ἐδαφίζω. Pro Cl. 70. Præcipitantem igitur impellamus, et perditum prosternamus. Parad. 1. Abjicere et prosternere se. 5. Fam. 9. Prosternere atque obterere obtrectationes malevolorum. Pro Pl. 50. Prosternere se, et supplicare alicui. Pro Cl. 15. Mulier perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac furore. 2. in A. 45. Ille se ad pedes meos prostravit lacrymans. 14. *Ibid.* 27. Hircius hostes prostravit, fudit, occidit.

Prostratus, a, um, *profligatus, afflictus, abjectus, perculsus, perditus,* καταβληθείς. 2. de Orat. 11. Afflicta et prostrata virtus maxime luctuosa est. Pro Lig. 13. Prostratus ad pedes, &c. 2. C. 2. Quando tandem illum mœrore afflictum esse et profligatum putatis? jacet ille nunc prostratus, et perculsum se, atque abjectum esse sentit.

Prosum, des, *proficio, utilitatem vel fructum affero, emolumento sum, consulo,* ὠφελέω, λυσιτελέω. 2. Off. 36. Qui nec sibi, nec alteri prosunt, ut dicitur. 1. de Orat. 122. Pudor, qui non modo non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. 2. Fam. 17. Sin a me est alienior, nihil tibi litteræ meæ proderunt. 7. 13. Metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit.

ADVERB. *Admodum, multum, parum, plurimum, vehementer.*

Protectus, a, um, σκεπασθείς. Pro Planc. 73. Aliquem protectum in acie hostium manibus eripi. 13. in A. 6. Sapientia cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione protectior.

Protego, is, *defendo,* ἀμφιβαίνω, ὑπερμαχῶ. 4. Tuscul. 49. Cum Africanus in acie M. Halienum scuto protexit. Pro Sull. 50. Ego jacentem et spoliatum defendo et protego. Topic. 24.

Protendo, is, *prorogo,* προτείνω. 10. Fam. 26. Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere possumus, in Januar. mensem protendimus.

Protendor, eris. *Ibid.* 32. Nec periculorum metu, quæ victoribus illis protendebantur, exercitum diminuere volui. *aliter,* portendebantur.

Proterendus, a, um, *conculcandus,* καταπατητέος. Pro Fl. 53. Illi istum semper domi proterendum esse et conculcandum putaverunt.

Proteror, eris, πλήττομαι. 4. ad Her. 67. Proteri et conculcari.

Protervitas, atis, *petulantia,* ἀσέλγεια. Pro Cæl. 29. De protervitate, de sumtibus immensa oratio est.

Protervus, a, um, *petulans,* ἀκόλαστος. 1. de Fin. 61. Alii audaces et protervi. Pro Cæl. 38. et 5. de Fin. 35. Si vidua libere, proterva petulanter viveret. *Ibid.* Edictum protervum.

Protinus, *statim,* αὐτίκα, παραχρῆμα. 1. de Inv. 20. Principium est oratio perspicue et protinus perficiens auditorem attentum. 1. de Div. 49. Tum ei Deus præcepit, ut pergeret protinus: quid retro fieret, ne laboraret. 11. Att. 24. 1. Qu. Fr. 3. Rogo te, ut Romam protinus pergas. 3. 8. Cæsaris ne tabellariis, ut is ad te protinus mittat, &c.

Protrahor, eris, *trahor,* ἀναβάλλομαι. 1. in A. 22. Quis reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?

Protrudo, is, *propello, impello,* διωθέω. De Fat. 43. Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit.

Provectus, a, um, *natu grandior,* προαχθείς. 1. Tus. 94. Ex his igitur bestiolis hora octava quæ mortua est, provecta ætate mortua est: quæ vero occidente sole, decrepita. De Cl. 129. C. Licinius iisdem temporibus fere, sed longe ætate provectus, habitus est sane luculentus patronus. 2. de Div. 5. Qui jam ætate provecti in nostris libris acquiescunt. De Sen. 10. Non admodum grandis natu, sed tamen ætate provectior.

Progressus. 3. de Fin. 74. Sentio me esse longius provectum, quam proposita ratio postularet. De Sen. 27. Quorum usque ad extremum spiritum provecta est prudentia. De Am. 34. Si longius in amicitiam provecti essent, &c. 1. in A. 7. Nec ita multum provectus sum.

ADVERB. *Longius, multum, paullum.*

SYNTAXIS. *Ætate provectus. Longe ætate provectus. Longius provectus, quam proposita ratio postulet. Non admodum grandis natu, sed tamen ætate provectior. Non ita multum provectus sum. Longius in amicitiam provectus.*

Proveho, his, *produco, promoveo,* προδίδωμι. 4. Tusc. 41. In altumque provehitur imprudens. 2. de Inv. 154. Navis in portum provehitur. 1. de Div. 58. Cum tu equo advectus, ad quandam magni fluminis ripam provectus, subito in flumen delapsus es. Ver. 5. 86. Posteaquam paulum provecta classis est. Pro Qu. R. 31. Paullo longius oratio mea provecta est. Pro Dom. 32. Vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam. 2. Off. 19. Cum prospero flatu fortunæ utimur, ad optatos exitus provehimur. De Arusp. 43. Sulpitium longius quam voluit, popularis aura provexit. Pro Milon. 57. Milo vitam suam nunquam in periculum sine custodia provehebat. 13. in A. 24. Ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus?

Provehor, eris, *procedo,* προέρχομαι. 8. in A. 9. Atque etiam homines agrestes inani spe ad aquas usque Puteolanas provehuntur.

Impellor. Brut. 15. Sed provehor amore; non enim id propositum est huic epistolæ.

Provenio, is, *exorior, venio,* προέρχομαι,

De Sen. 20. Proveniebant Oratores novi. *in Nævio*. De Fin. 47. Nec, quid proventurum sit, provident.

Proverbium, bii, *verbum, dictum, vel sententia, quæ in ore omnium fere versatur, aut versata quondam est*, *παροιμία*. Ver. 1. 121. Istius iniquitas tum in ore vulgi, et in communibus proverbiis versabatur. 2. Off. 33. Ex quo illud: Summum jus, summa injuria, factum est jam tritum sermone proverbium. 5. de Fin. 3. Sed veteris proverbii admonitu vivorum memini. De Sen. 32. Illud vetus laudatumque proverbium, quod monet, &c. Ver. 1. 53. Quod est Græcis hominibus in proverbio. 4. Tus. 36. Illud ita pervulgatum est, ut jam proverbii locum obtineat, Hominem frugi omnia recte facere. Orat. 235. Sed ut in proverbio est, Scopas mihi videtur dissolvere. 3. Off. 77. An verum est hoc contritum vetustate proverbium, Quicum in tenebris mices? 10. Fam. 20. Culpa enim illa, Bis ad eundem, vulgari reprehensa proverbio est. 2. Off. 55. Omnino meminisse debemus id, quod a nostris hominibus sæpissime usurpatum est, jamque in proverbii consuetudinem venit, Largitionem fundum non habere. 2. de Fin. 10. Ut proverbia nonnulla veriora sint, quam vestra dogmata: vulgo enim dicitur, Jucundi acti labores. 13. in A. 27. Illud tamen verum, quod in hoc Planco proverbii loco dici solet, Perire non posse, nisi ei crura fracta essent: fracta sunt, et vivit. De Am. 85. Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio. 1. Off. 51. In Græcorum proverbio est, Amicorum omnia esse communia. 3. 77. Rustici, a quibus natum est id, quod jam tritum est vetustate proverbium, &c.

ADJUNCTA. *Commune, verum, verius, tritum, vetus laudatumque, vulgare.*

SYNTAXIS. *In ore vulgi atque in proverbiis versari. Tritum sermone proverbium. Illis est in proverbio. Contritum vetustate proverbium,* vel *tritum. Id venit in proverbii consuetudinem.*

Providendus, a, um, *prænoscendus, consulendus*, *προνοητέος*. Pro Cl. 152. Prospice id, quod providendum est. 2. de Div. 126. Si Deus ista visa nobis providendi causa dat, &c. Pro Pomp. 29. Celeritas in conficiendo, consilium in providendo. Ver. 2. 28. Qua de re vobis magnopere providendum est. 11. in A. 26. Est etiam de Brundusio providendum.

Præcavendus. Pro Mar. 21. Nunc venio ad atrocissimam suspicionem tuam, quæ non tibi ipsi magis quam nobis omnibus providenda est.

Providens, tis, *prospiciens*, *προορῶν*. 3. in A. 36. Nobis vigilantibus et multum in posterum providentibus.

Præcavens, *προειδὼς, ότος, προνοητικός*. 2. de Fin. 17. Quod quidem ego a principio ita male dixeram, hoc ipsum providens, dialecticas captiones.

Providens, *providus, prudens*, *προνοῶν*. Ver. 5. 101. Obsignat signis amicorum providens homo. 6. Fam. 6. Homo valde acutus, et multum providens.

Expeditus. 3. 1. Id enim mihi et ad brevitatem est aptius, et ad reliquas res providentius.

Providentia, tiæ, *cura, gubernatio, consilium, divinum imperium, administratio, tutela, prudentia*, *πρόγνωσις*. 2. de Inv. 160. Providentia est, per quam futurum aliquid videtur antequam eveniat. 2. de Nat. 58. Mens mundi providentia appellari recte potest; Græce enim *πρόνοια* dicitur: hæc potissimum providet, et in his maxime est occupata, primum ut, &c. deinde ut, &c. 1. 18. Anus fatidica Stoicorum *πρόνοια*, quam Latine licet providentiam dicere. 1. de Div. 117. Esse deos, et eorum providentia mundum administrari, eosdemque consulere rebus humanis, nec solum universis, sed etiam singulis. 9. Att. 18. Tu me cura tua et providentia juva. 3. de Nat. 92. Divinam providentiam, quocunque se moveat, efficere posse quidquid velit. De Univ. 8. Hunc mundum esse divina providentia constitutum. De Nat. 1. in Frag. Eam materiam esse divina providentia effectam. *Ibid.* Isti divinæ providentiæ materiam præsto esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. Pro Flac. 3.

Providentissime, *προνοητικῶς*. 3. de Nat. 95. Ratio sanctissime et providentissime constituta.

Provideo, es, *prospicio, consulo, medeor*, *προνοέω, προοράω*. Ver. 1. 85. Quis non et injuria, quæ tibi facta esset, sibi provideret? 6. Fam. 10. Vigilare, providere reipub. 4. Acad. 62. Provide etiam, ne, &c. 9. Fa. 18. Actum est de te, nisi provides. 1. de Nat. 4. A Diis hominum vitæ consuli ac provideri, et prospici. *Lege*, Prospicio. 4. ad Her. 14. Ex aliorum eventibus, rationibus suis providere. 1. Q. Fr. 124. Consulere omnibus, mederi incommodis hominum, providere saluti.

Opitulor. Pro Cæl. 22. Providere alicui contra aliquem.

Prævideo, præsentio. 1. Att. 1. Provide aliquid conjectura. 1. de Div. 63. Animus separatus a corpore meminit præteritorum, præsentia cernit, futura providet. 2. cont. Rull. 90. Multum in posterum providere. Pro Mur. 4. Est boni Consulis, non solum videre quid agatur, verum etiam providere, quid futurum sit.

Curo. 14. Att. 21. Quod opus erit, provideas atque administres. 2. de Nat. 58. Providentia, quæ *πρόνοια* Græce dicitur, hæc potissimum providet, et in his maxime est occupata, primum, ut, &c. 1. Famil. 2. Quæ ut quam rectissime agantur, omni cura providebo.

Præcaveo. Pro Pl. 53. Providere ante, et præcavere. 10. Att. 18. Cætera, quæ

consilio provideri potuerunt, cavebantur. 11. 3. Omnibus rebus cura et provide, ne, &c. Ver. 5. 126. Jam socii ne spoliarentur, fide ac officiis providerunt. 6. Fa. 6. Quæ propterea providerim, prætereo. 4. 1. Multo ante providere aliquod malum. Act. 1. Ver. 43. Huic loco, per deos immortales, judices, consulite et providete. 1. Qu. Fr. 1. 31. Ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur. 4. C. 4. Circumspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi providetis. 2. de Div. 15. Medicus morbum ingravescentem ratione providet, insidias imperator, tempestates gubernator. 5. Att. 11. Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quidquid provideri potest, provide.

Adverb. *Ante, diligenter, diligentissime, divinitus, longissime, in posterum, magnopere, multum, publice, sapienter, vehementer.*

Syntaxis. *Sibi providere. Provide, ne &c. Actum est, nisi provides. Ex aliorum eventibus providere rationibus suis. Providere alicui contra aliquem. Providere aliquid conjectura. Providere in posterum. Videre quid agatur, providere quid futurum sit. Quod opus sit, providere atque administrare. Omni cura providebo, ut, &c.*

Providus, a, um, *providens, cautus, in posterum providens, prospiciens, ὁ καὶ ἡ προμηθής.* 2. de Div. 117. Afflatus ex terra mentem ita movens, ut eam providam rerum futurarum efficiat. 1. de Leg. 22. Homo animal providum, sagax, &c. Part. 15. Orator prudens et providus. Pro S. R. 117. Is parum cautus providusque est. 2. de Nat. 58. Natura consultrix et provida utilitatum omnium. *Ibid.* 128. Provida solersque natura.

Provincia, æ, *proprie hoc nomine designantur regiones extra Italiam bello devictæ atque subactæ: quarum aliæ Consulares, ad quas gubernandas proconsules mittebantur: aliæ Prætoriæ, ad quas pretores. ἐπαρχία.* Div. 5. Defendo provinciam Siciliam totam. Ver. 2. 2. Sicilia princeps se ad fidem amicitiamque populi Romani applicuit, et prima omnium provincia est appellata. Pro Flac. 85. Cum provinciam Asiam consulari imperio obtineres. *Ibid.* 32. L. Sulla omnes Asiæ civitates proportione in provincias descripsit. Pro Font. 22. Provinciæ Galliæ M. Fonteius præfuit. 1. in A. 19. C. Cæsar legem tulit, ne prætoriæ provinciæ plus quam annum, consulares plus quam biennium obtinerentur. De Prov. 17. Ut prætores annuas provincias habeant. Pro Dom. 24. Tu provincias consulares, quas C. Gracchus constitui per Senatum decreta lege sanxit, lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti. I. P. 50. et 2. Att. 1. 5. Fam. 2. P. Lentulus provinciam, quam et autoritate Senatus et sorte habebat, interposita religione deposuit. 2. Qu. Fr. 3. Referebatur de provinciis Quæstorum, et de ornandis Prætoribus. De Prov. 17. Ex consulari provincia facere prætoriam. I. P. 38. Quas res gessisti in imperio, exercitu, provincia consulari. 15. Fa. 2. Bellum in provinciam Syriam illatum. Pro Flac. 27. In ejusmodi regione atque provincia, quæ mari cincta esset. 1. Fa. 7. Ea est natura et regio provinciæ tuæ, &c. *Ibid.* Cum aliquantum ex provincia atque ex imperio laudis accesserit. 3. in A. 26. Qui omnino provinciam neglexit: quam item magno animo et constanti C. Cestius repudiavit. 2. 31. Cur provinciæ Cassio et Bruto datæ? I. P. 5. Ego provinciam Galliam Senatus autoritate, exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio communicavi (*fortassis* commutavi *rectius legeretur*) in concione deposui. De Prov. 29. Nihil est quod eum de provincia devocent. Pro P. Opp. Quos educere invitos in provinciam non potuit, eos invitos retinere qui potuit? Con C. Anton. Ut violaveris provinciam. 1. Fam. 9. Provinciam sortiri. 1. Att. 13. Provincias prætores nondum sortiti sunt. Ver. 1. 34. Quæstor ex Senatusconsulto provinciam sortitus es. Obtigit tibi consularis, ut cum Consule Cn. Carbone esses, eamque provinciam obtineres. 3. Fam. 2. Vides ex Senatus Consulto provinciam esse habendam. Si eam, quoad ejus facere potueris, quam expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. *Ibid.* 3. Ut omnes intelligant, nec me benevolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse provinciam tradere. 5. Fam. 2. Illud dico, me, ut primum in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. 2. *Ibid.* 15. Provinciæ præponere, præficere, præesse. 1. Att. 15. Asiam Provinciam Quinto, suavissimo fratri, obtigisse audisti. Ver. 2. 17. Qui simultaque ei sorte provincia Sicilia obvenit, statim &c. 3. Famil. 2. Provinciam accipere. 15. *Ibid.* 4. Qua æquitate et continentia tuerer socios, provinciamque administrarem. 5. Att. 2. Venit ad me Hortensius, cui deposcenti mea mandata, cetera universe mandavi, illud proprie, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias. *Ibid.* 11. Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, provide. 8. Att. 3. M. Marcello Consuli, finienti provincias Gallias Kal. Mart. restitit. 12. Fam. 4. et 13. *Ibid.* 29. Provinciæ succedere. Ver. 3. 125. Cum bis in ea provincia magnæ fugitivorum copiæ versatæ sint.

Translatione negotium, munus, onus, partes, opus, opera, pensum, labor, officium, officii munus, vis. Ver. 4. 51. Dare provinciam vel negotium alicui. *Item.* Illam sibi ab isto provinciam datam. 1. de Fin. 20. Hoc erit quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur. Pro Cæl. 62. Deinde qui eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur, &c. Pro Sul. 52. Is illam sibi officiosam provinciam depopo-

scit, ut prima luce consulem salutatum veniret.

ADJUNCTA. *Aliena, illustris, urbana, annua, longa, nova, pacata et quieta, antiquissima, fidelissima, et proxima, fructuosissima atque opportunissima, locuples, ac referta.*) (. *misera, perditaque, perdita et afflicta, salva, suburbana, apta, explicataque, expeditissima, aquaria, clarissima, corruptior, consularis, inimica, pretoria, paratissima, dignissima, egregia et apta, non tam gratiosa et illustris, quam negotiosa et molesta, tacita et quieta, fidelis et amica, fidelissima, atque optima, frumentaria, gravissima, maxima, infesta, pacatissima, legataria, levis, atque inops, libera, locuples et vetus, nuda, splendida, magna, melior, officiosa, ornata, plena laboris, periculi, detrimenti, propinqua, finitima, fidelis, fructuosaque, recens, suburbana, ac fidelis, tribunitia, triumphalis, vectigalis, uberior, uberrima.*

SYNTAXIS. *Provinciam defendere. Provinciam sortiri, tradere, accipere, obtinere. Civitates describere in provincias. Annuas provincias habere. Decernere provincias, rescindere decretas. Provinciam habere vel Senatus auctoritate, vel sorte. Provinciam deponere. Provinciam ex Consulari Pretoriam facere. Præesse, præficere, præponere provinciæ. Provinciam administrare, negligere, prorogare, finire, repudiare. Provincia exercitu et pecunia instructa et ornata. De provincia devocare. Educere in provinciam. Retinere in provincia. In provincia versari. Violare provinciam. Dare provinciam vel negotium alicui. Provinciam suscipere. Provinciam sibi officiosam deposcere, ut &c.*

Provincialis, le, ἐπαρχικός. 2. Fa. 7. Rogo te, ne patiaris mihi quidquam ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. 1. Qu. Fr. 1. 17. In qua scientia præsertim provincialis ratio expedita est. 4. C. 22. Provincialia hospitia. Postquam in Sen. 34. Provincialia ornamenta. Pro Sest. 7. Provincialis abstinentia. *Ibid.* 13. Provincialis integritas. 1. Qu. Fr. 1. 34. Provincialis vel urbana administratio. 5. Fa. 19. Provinciale officium. 6. Att. 2. Provinciales aditus. 1. Qu. Fr. 1. 11. Viri provinciales. 2. Att. 1. Negotia provincialia. 15. Fa. 20. Provinciales amici.

Provisio, onis, *remedium, cautio,* πρόγνωσις. De Ami. 80. Omnino horum vitiorum atque incommodorum summa cautio est, atque una provisio, ne nimis cito diligere incipiamus.

Præsentio. 3. Tusc. 30. Multum potest provisio animi et præparatio ad minuendum dolorem. Orat. 189. Vitium longa animi provisione fugiendum. Part. 69. Provisio posteri temporis. 2. de Div. 9. Quæ provisione aut commotione mentis sentimus.

Provisus, a, um, *ante provisus,* προεωραμένος. Part. 5. Cui vivendi via considerata atque provisa est. 3. Tusc. 31. Cur fierent provisa leviora? 1. de Leg. 37. Quocirca vereor committere, ut non bene provisa et diligenter explorata principia ponantur. 3. Tusc. 32. Sive illa ante provisa expectata sint, sive inveteraverint. *Ibid.* 52. Cum videtur præcaveri potuisse, si provisum esset. 1. Fa. 4. Si quæ conabuntur agere, satis provisum est ut &c. 3. 2. Si rationibus meis a te provisum esse intellexero. 2. C. 26. Mihi, ut urbi satis esset præsidii, consultum et provisum est. 8. Att. 3. Ut esset a me multo ante provisum. 7. 14. Sane multum in eo reipublicæ provisum est. 2. 1. A. me ita præcautum et provisum est. 2. contra Rull. 101. Quæ timebatis, ea ne acciderent, consilio meo ac ratione provisa sunt. 15. Att. 6. Præsidia sunt in multos annos provisa.

ADVERB. *Bene, optime, prudenter.*

Provocatio, onis, *auxilium,* πρόκλησις. 2. de Orat. 199. Provocatio, patrona illa civitatis, ac vindex libertatis populo Romano dari sine nobilium dissensione non potuit. 1. in A. 23. Quibus cum provocatio datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur? 2. contra Rull. 33. Orbis terrarum cognitionem sine consilio, pœnam sine provocatione, animadversionem sine auxilio dari cuipam. 3. de Leg. 6. Ad populum provocatio esto. *Ibid.* Militiæ ab eo, qui imperabit, provocatio ne esto. *Ibid.* 18. Quid turpius, quam sine provocatione senator, quam legatus sine mandatis?

Provocator, oris, προκλητής. Pro Sext. 134. Cum vero ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos nominibus gladiatoriis ornarit, et sortito alios Samnites, alios provocatores fecerit, &c.

Provocatus, a, um, πρόκλητος. 1. Fa. 7. Qui mecum sæpe non solum a me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet. 14. Att. 14. Amo te beneficio tuo provocatus. 1. Off. 48. Quidnam beneficio provocati facere debemus? 1. de Fin. 8. Quanquam a te ipso id quidem facio provocatus gratissimo mihi libro.

Provoco, as, *lacesso, tento,* παρακαλέω. 7. Fa. 3. Ego enim respondere facilius possum quam provocare. 4. Tusc. 48. Provocare aliquem ad pugnam. 1. Fa. 9. Si quando illa dicet, Phædriam intromittamus commessatum: tu, Pamphilam cantatum provocemus. Poetæ. Pro Pomp. 14. Provocari injuriis alicujus. 1. de Orat. 32. Provocare aliquem. 1. in A. 21. Lex, ut de majestate damnati ad populum provocent, si velint. 6. Att. 1. Quam recte decretum sit, tu judicabis: ne ad Catonem quidem provocabo. Frag. ep. In quo tua me provocavit oratio.

Provocor, aris. Br. 16. Provocari in integrum. *aliter,* revocari. et ep. 1. Respondere in amore eis, a quibus provocere.

Prout, *ut, perinde ut,* ὡς. 11. Att. 6. Tuas litteras, prout res postulat, expecto. Ver. 2. 83. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 5. in A. 46. Prout ha-

beri lege liceret, si anno superiore Quæstor fuisset.

Proxime, *nuperrime, postremo, paullo ante, maxime, in proximo,* ἔγγιστα. 11. Att. 10. Litteræ, quas proxime ad te dedi. 1. de Nat. 37. Is quem proxime nominavi. 5. Fa. 2. Adventus tuus, cum proxime Romam venisti. *Ibid.* 15. Litteræ, quas a te proxime accepi. Part. 137. Quæ paullo ante et quæ proxime diximus. 7. Fa. 3. Illud tempus, quo proxime fuimus una. 8. Att. 3. Hæc scripsi sedatiori animo, quam proxime scripseram. 6. Fa. 10. Itaque Posthumio, et sæpissime Attico nostro, proxime Teudæo totum me patefeci. 3. de Nat. 54. Musæ eodem numero, quo proxime superiores.

Maxime. De Cl. 109. Eique proxime adjunctus Drusus fuit.

Valde, prope. 11. Fa. 21. Ego huic tuæ virtuti proxime accedo. Orat. 198. Id ad numeros proxime accedit. Ver. 2. 7. Siculi ad nostram disciplinam proxime accedunt. 3. de Finib. 52. Quorum ordo proxime accedit, ut sit secundus ad regium principatum. 10. in A. 26. Brutus operam dat, ut cum suis copiis quam proxime Italiam sit. 3. Att. 13. Nihil est necesse, quam proxime Italiam esse. 6. 5. Habere exercitum quam proxime hostem. In L. Piso. Proxime Pompeium sedebam. Pro Rab. 5. Proxime accedere.

Subinde, postea. 2. Off. 11. Proxime autem et secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. 12. Fa. 13. Proxime hos chari, qui studiorum tuorum sunt æmuli. Pro Cluent. 84. Sapientissimus est, cui, quod opus sit ipsi, veniat in mentem: proxime accedit, qui alterius bene inventis obtemperat.

Ferme. 9. Fa. 13. Non possum non proxime atque ille, aut etiam æque laborare. 2. de Nat. 61. Pro Rab. 33. Si ita fecissem, me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fefellissem.

Syntaxis. *Is, quem proxime nominavi. Litteræ, quas proxime dedi. Cum proxime Romam venisti. Quæ paullo ante, et quæ proxime dixi. Proxime superior. Proxime adjunctus alicui. Accedere proxime alicui rei,* vel *ad aliquam rem. Exercitum habere quam proxime hostem. Proxime Pompeium sedere, Proxime et secundum Deos prodesse alicui. Proxime atque ille laboro.*

Proximo, as, *proximus sum,* ἀγχιστεύω. 2. Nat. 112.

Capiti autem equi proximat aquarii dextra.
Poetæ.

In Arato.

Huic cervix dextra mulcetur Aquari.

Proximo, *adverb. proxime.* 4. Att. 16. Ab Qu. Fr. accepi litteras datas a litoribus Britanniæ, proximo ad Cal. Octobr.

Proximus, a, um, *maxime vicinus,* ἐγγύτατος. Pro Pomp. 58. Qui anno proximo legati fuerunt. De Cl. 41. Hunc proximo sæculo Themistocles insecutus est. 2. de Fin. 54. Proximo anno. De Ami. 7. Eoque magis, quod his proximis Nonis tu non affuisti. 1. Fam. 9. Gabinius, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnassem, &c. 1. C. 1. Quid proxima, quid superiore nocte egeris.

Loci ratione. 4. Acad. 106. Mare dissimile est proximo ei continenti. 2. de Nat. 54. Huic proximum inferiorem orbem tenet. 1. Att. 11. Proximus Pompeio sedebam. 16. Fa. 21. Ego huic locum in proximo conduxi.

Dignitate, gradu, honore, meritis, studio. Pro Dom. 74. Proximus est huic dignitati ordo equester. Pro Cluent. 152. Eques senatori dignitate proximus. 5. de Fin. 14. Proximus gravitate. De Cl. 173. Duobus igitur summis *Oratoribus* Philippus proximus accedebat, sed longo intervallo, tamen proximus. 10. Fa. 25. Laudem Planco proximam consecutus es. 1. Att. 16. Amore tibi nos proximi sumus. De Cl. 220. Proximum optimis numerari. *Ibid.* 36. Huic Hiperides proximus fuit. 1. Off. 109. Callicratides, qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit. De Sen. 42. Tunc hic, fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est. 1. Off. 120. Ad hanc rationem maximam vim natura habet, fortuna proximam. Ad Brut. ep. prid. in 1. Lepidus secundum fratrem affines habet, quos odit proximos. 1. Att. 1. Observat L. Domitium maxime, me habet proximum. 2. de Inv. 173. Summa necessitudo honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia et levissima commoditatis. De Ami. 72. Si quam præstantiam consecuti sunt, impertiant eam suis, communicentque cum proximis. Ver. 5. 164. Cum hæc omnia tuis proximis plana fecero. 1. Off. 44. Injuriosus in proximos. *id est, in propinquos seu affines.* 2. Att. 6. Proxima est illi municipio hæc Antiatum civitas. 1. Qu. Fr. 4. Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. 2. de Leg. 40. Id habendum est Deo proximum, quod est optimum. 2. de Inv. 144. Tyranno occiso, quinque ejus proximos cognatione magistratus necato.

Sequens. 10. Fa. 26. Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima prætor fias. 4. Tus. 64. Primo et proximo die. Pro Milon. 24. Clodius reliquit annum suum, seseque in proximum transtulit.

Ultimus. 11. Att. 11. Ego tuis proximis, *sc. litteris,* quas tamen jampridem accepi, nihil habeo quod rescribam.

Præcedens. Orat. 217. Proximus a postremo.

Expeditus. 2. Off. 43. Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis, &c.

Prudens, tis, *prudentia præditus, sapiens, multarum rerum peritus, magni consilii vir.*

φρόνιμος. Orat. 18. Vir natura peracutus et prudens. 1. de Orat. 38. Homo prudens et gravis. Partit. 15. Orator prudens et providus. Pro Cluent. 107. Quis P. Octavio ingenio prudentior, jure peritior? 1. de Orat. 36. Prudentium consilia. De Ami. 6. L. Acilius prudens esse in jure civili putabatur. De Clar. 118. Omnes fere Stoici prudentissimi in disserendo. 1. de Div. 111. Alii, quos prudentes, id est, providentes possumus dicere. Pro Sest. 16. Gnarus et prudens impendentium malorum. De Cl. 239. L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens. 10. Att. 11. Ne te sciens prudensque eo dimittas, unde exitum vides nullum esse. 6. Fam. 6. Ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens et sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. Pro Font. 33. Prudens ad consilia. 1. de Legib. 45. Quis prudentem, et ut ita dicam, cautum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa judicet?

Syntaxis. *Natura peracutus ac prudens. Prudens ac providus. Ingenio prudens. In jure prudens. Gnarus et prudens futuri. In existimando prudens. Sciens prudensque facis. Prudens ad consilia.*

Prudenter, *sapienter, providentissime, φρονίμως.* 2. de Orat. 68. Ut hæc in causa prudenter possit intexere. De Ami. 6. Multa prudenter provisa.

Prudentia, tiæ, *sapientia, intelligentia, φρόνησις.* X. *temeritas.* 2. de Inv. 160. Prudentia est rerum bonarum, et malarum, et utrarumque scientia. 3. de Nat. 38. Prudentia constat ex scientia rerum bonarum, et malarum, et nec bonarum, nec malarum. 5. de Fin. 67. Prudentia in delectu bonorum et malorum cernitur. *Ibid.* 16. Ut medicina valetudinis, sic vivendi ars est prudentia. 1. Off. 160. Cognitionem prudentiamque sequitur considerata actio. 3. ad Her. 3. Prudentia est calliditas, quæ ratione quadam potest delectum habere bonorum et malorum. *Ibid.* Prudentia est multarum rerum memoria, et usus complurium negotiorum. Pro Sest. 86. Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortitudinis. 1. de Div. 24. Ratio atque prudentia reipub. gerendæ. 1. de Orat. 90. Exercitatio intelligendi prudentiam acuit. 5. Tusc. 14. Si nulla virtus prudentia vacat, prudentia hoc videt. 3. ad Her. 6. Quam is prudentiam appellarit, ineptam et garrulam, et odiosam scientiam esse dicemus. 1. Off. 153. Prudentia enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Orat. 24. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia, *id est, auditorum cognitio.* 2. de Div. 11. Physicorum est ista prudentia, *id est, scientia vel cognitio.* De Sen. 78. Memoria præteritorum, futurorum providentia. 2. de Orat. 132. Perspicua sunt hæc quidem, et in vulgari prudentia sita. Part. 18. Prudentiam malitia imitatur. 1. de Orat. 165. et 256. Prudentia juris civilis. 6. Att. 9. Adeon' ego non perspexeram prudentiam litterarum tuarum? 4. de Fin. 76. Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præsunt, debent habere. Part. 29. Si neque prudentiam ejus impedias confusione partium, *id est, intelligentiam.* *Ibid.* 76. Prudentia in suis rebus, domestica: in publicis, civilis appellatur. 8. Att. 19. Non enim pro tua prudentia debes illud solum animadvertere, quod in præsentia, &c. 1. Off. 114. Ne scenici plus quam nos videantur habere prudentiæ. *Ibid.* 142. Prudentia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. 2. Off. 33. Si existimabimur adepti conjunctam cum justitia prudentiam. 10. in A. 12. Prudentia in judicando. 3. Off. 71. Prudentia est locata in delectu bonorum et malorum. De Senect. 20. Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. 1. de Leg. 60. Cum homo exacuerit illam ingenii aciem ad bona deligenda, et rejicienda contraria: quæ virtus ex providendo est appellata prudentia. De Cl. 23. Qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ, qua ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quisquam potest. Pro C. Corn. 1. Homo summa prudentia clarus. *Ibid.* Homo illorum et vita et prudentia longe dissimilis. Hortens. Ex quo sapientia est appellata prudentia. *Ibid.* Prudentiæ partes sunt memoria, intelligentia, providentia.

Adjuncta. *Civilis, communis, domestica, dulcis, eximia, vulgaris et communis, fidelis, grata, vacua, non indiserta, perspicua, mediocris, par, præstans, singularis, summa, vetus et excellens, utilis, veraque.*

Syntaxis. *Ratio et prudentia Reip. gerendæ. Intelligendi prudentiam acuit exercitatio. Nulla virtus prudentiâ vacat. Prudentia juris civilis. Plus habere prudentiæ. Adipisci prudentiam. Prudentia locata in delectu bonorum et malorum. Prudentia clarus.*

Pruina, næ, *δρoσοπάχνη.* 2. de Nat. 26. Aquam conglaciare frigoribus, et nive pruinaque concrescere. 2. C. 23. Pruinas ac nives perferre. De Somn. 15. Quorum duos obriguisse pruina vides.

Prytaneum, nei, *publica domus Athenis, in qua viri de republica bene meriti publice alebantur, πρυτανεῖον.* Ver. 4. 119. et 1. de Orat. 232.

PS

Psallo, lis, *fidibus cano, lyram pulso, ψάλλω.* 2. C. 23. Pueri lepidi ac delicati, qui cantare et psallere didicerunt. *alias,* saltare.

Psaltria, riæ, *mulier fidibus docta, ἡ ψάλτρια.* Pro Sest. 116. Qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur. 3. Tuscul. 45. Psaltriam adducamus. In Clod. Quem incessus psaltriæ decet.

Psaltria, ri, *psaltes*, ψάλτης. De Arusp. 44. A psaltrio. Al. leg. *psaltria*.

Psephisma, tis, *decretum*, τὸ ψήφισμα. Pro Flacc. 17. Porrexerunt manus: psephisma natum est. *Ibid.* 15. Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur psephismata, non sententiis, nec autoritatibus declarata, &c. *Ibid.* 75. Possem recitare psephisma Smyrnæorum, quod fecerunt in Castritium mortuum.

Ψευδησιόδειον, *quod falso Hesiodo adscribitur*. 1. Att. 14.

Pseudocato, *fictus Cato*. Ibid. 11.

Pseudodamasippus, *id est*, *fictus Damasippus*. 7. Fam. 23.

Pseudomenos, *mentiens*, *fallax*, ψευδόμενος. 2. de Div. 11. Quomodo autem mentientem dissolvas, quem pseudomenon vocant. *Lege*, Sorites. Tune Pseudomenon, et Soritem, et totam Dialecticam aut illudis, aut increpas?

Pseudophilippus, *falsus vel fictus Philippus*. 2. con. Rul. 89.

Pseudothyrus, ri, *falsa janua: alii posticum vocant*, ψευδόθυρον. Post red. in Sen. 13. Non janua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus. Ver. 2. 50. Ea quemadmodum ad istum pseudothyrum postea revertatur, tabulis vobis et testibus, judices, planum faciam.

Psychomantia, tiæ, ψυχομαντεία. 1. de D. 133. Nec psychomantiam agnosco. *Lege*, Necromantia.

Psychomantium, tii, *locus vaticinationum*, ψυχομαντεῖον. 1. Tusc. 115.

P T

Pte, γὲ, πέρ. 1. de Nat. 69. Suopte pondere deorsum ferri. 3. de Orat. 10. Crassus suapte interfectus manu. 2. 98. Suapte natura facere aliquid.

Ptolemæus, æi. 1. Fam. 7. Ptolemæus redeat in regnum; ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum homines religiosi Sybillæ placere dixerunt. 4. Att. 9. Puteolis magnus est rumor, Ptolemæum esse in regno. 2. Off. 82. Isque celeriter ad Ptolemæum suum hospitem venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam. 5. Tusc. 97. Nunquam videlicet sitiens biberat, nec esuriens Ptolemæus ederat. Pro C. Rab. 4. Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis, &c. Romam venit. Pro Dom. 10. Qui cum lege nefaria Ptolemæum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem jure regnantem, causa incognita publicasset, &c.

Ptolemais, idis, *urbs*. 1. Fa. 7. Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato.

Ptolemæum, *gymnasium*. 5. de Fin. 1.

P U

Puber, ris, *adolescens*, ὁ καὶ ἡ ἔφηβος. 1. Off. 129. Nostro quidem more cum parentibus puberes filii non lavantur. 2. de Orat. 224. Pater filium puberem habens.

Pubertas, tis, *pili qui primi puberibus efflorescunt*, ἥβη. 2. de Natur. 86. Ut si quis dentes et pubertatem natura dicat existere.

Pubes, bis, *puber*, ἔφηβος. Pro Rab. 31. Nemo pubes tum fuit, quin arma ceperit. Pro Mil. 62. Ea potestas, cui Senatus omnem Italiæ pubem commiserat.

Pubesco, is, *adolesco*, γενειάω, ἡβάω. 1. Off. 118. Hercules cum primum pubesceret, exisse in solitudinem dicitur. 1. de Nat. 4. Cœli mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubescunt. 2. de Nat. 41. Sol efficit, ut omnia floreant, et in suo quæque genere pubescant. *Ibid.* 51. Multa, quibus animantes alantur, augescantque et pubescant. 1. Tuscul. 69. Vites lætificæ pampinis pubescere.

Publicana, æ. Ver. 3. 78. Muliercula publicana.

Publicanus, a, um, *qui vectigal exercet et exigit*, *vectigalis*, ὁ τελώνης. Pro Pl. 23. Flos equitum Rom. publicanorum ordine continetur. Pro Pomp. 16. Publicanorum familiæ, quas in Salinis habent. 13. Fam. 9. Ordo publicanorum. 1. Att. 15. Cato publicanos tertium jam mensem vexat. 5. 15. Tu autem sæpe dare tabellariis publicanorum poteris per magistros scripturæ. 1. Qu. Fr. 1. 6. Improbum negotiatorem, paulo cupidiorem publicanum comprimere. *Ibid.* 26. Qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt.

Adjuncta. *Afflictus*, *miser*, *paulo cupidior*, *levis*, *firmus*, *fortissimus*, *et maximus*, *molestus*, *novus*.

Publicatio, onis, *proscriptio*, ἡ δήμευσις. 4. C. 10. Adjungit etiam publicationem. Pro Pl. 97. Cum publicatio bonorum proponeretur.

Publice, *vulgo*, δημοσίᾳ. ☓. *privatim*. 16. Att. 11. Publice tamen scripsi. Pro S. R. 113. Res tanta, quæ publice gesta atque commissa sit.

Publicius vates. 1. de Div. 114. et 2. 113. Pro Corn. 28.

Publico, as, *publicum facio*, *præconi publico subjicio*, δημοσιόω. 2. cont. Rull. 56. Privata publicare, publica liberare. *Ibid.* 10. Agros publicare. Pro Dom. 20. Qui Ptolemæum regem Cypri causa incognita publicasset.

Publicor, aris, *proscribor*. Pro Sest. 57. Ut rex cum bonis omnibus publicaretur. Brut. 12. Publicata bona. 2. de Inv. 98. Lex: si qua rostrata navis in portu deprehensa sit, publicetur. 4. C. 8. Bona præterea publicari jubet.

Publicola, læ, *Romanus civis*, *cui ante legem* XII. *in urbe sepeliri concessum virtutis causa*. 2. de Leg. 58. Claros viros, credo, Tite, fuisse, aut eos quibus hoc ante legem, virtutis causa, tributum est, ut Publicolæ, ut

Tuberto, quod eorum posteri jure tenuerunt, aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis causa, soluti legibus consecuti sunt.

Publicus, a, um, *communis*, *δημόσιος*. 1. de Inv. 40. Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat. Ver. 3. 74. Recita litteras publicas. *Ibid.* Testimonium publicum. Pro Cl. 74. Ipse e publico judicio ad privatum Staleni judicium profectus est. 2. cont. Rull. 36. Sunt loca publica urbis, sunt sacella, &c. *Ibid.* 81. Agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemit. Pro Mil. 74. Memoria publica recensionis tabulis publicis continetur. Pro S. R. 59. Antea causam publicam nullam dixi. Ver. 5. 91. In publico esse non audet. 2. cont. Rull. 14. Lex in publicum proponitur. Top. 32. Litora omnia publica esse. 6. Att. 1. Nos publicam prope opinionem secuti sumus. 8. 9. Proponere epistolam in publico. 1. Qu. Fr. 1. 25. Hic te ita versari, ut et publicanis satisfacias, praesertim publicis male redemptis. publicis, *intellige* vectigalibus, *seu* rebus. 8. Att. 11. Scio equidem te in publicum non prodire. Ver. 1. 80. Prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas. De Prov. 12. An, si qui frui publico non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege Censoria? De Arusp. 49. Lucem non aspicere, carere publico. Pro Mil. 18. Caruit foro postea Pompeius: caruit Senatu: caruit publico.

Syntaxis. *In publico esse non audes. In publicum proponere,* vel *in publico. Publica redimere. In publicum prodire. Publico frui, carere.*

Pudendus, a, um, *αἰσχυντέος*. 5. Att. 4. Ut jam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quam Senatus.

Pudens, tis, *verecundus*, *αἰσχυνόμενος*. Ver. 1. 2. Nec impudentiae suae pudentem finem quaesivit. Pro Flac. 48. Pudentissimus atque optimus vir. 2. Fam. 6. Homo pudens. Ver. 3. 161. Navus et pudens et probus filius. Ver. 1. 84. Pudentissima foemina. 3. ad Heren. 23. Risus pudens et liberalis. 3. in A. 28. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.

Pudenter, *verecunde*, *αἰδημόνως*. In Vat. 6. Prudenter vivere. Pro Qu. 39. Pudenter appellare aliquem. 7. Fam. 27. Parum pudenter rogare aliquem.

Pudentius, *adverb.* 2. de Orat. 364.

Pudentissime. 16. Att. 14.

Syntaxis. *Pudentissimus vir. In illo nihil pudens, nihil pudicum. Navus, pudens ac probus filius. Pudens risus et liberalis. Pudenter vivere, pudenter rogare.*

Pudendo. 1. de Orat. 120. Non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus. De Cl. 188. Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. 2. Tusc. 14. Magis esset pudendum, si, &c.

Pudet, bat, *pudore afficior*, *erubesco*, *αἰσχύνεται*. Orat. 115. Patris mei meum factum pudet. *pro meorum factorum.* 2. de D. 35. Pudet me non tui, sed Chrysippi. 10. in A. 22. Cujus eos non pudere miror. 12. P. 8. Pudet optimi exercitus, qui, &c. Pro Dom. 29. Me non solum piget stultitiae meae, sed etiam pudet. 4. Fam. 5. Plura me ad te hac de re scribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere. 2. de Fin. 7. Quasi me pudeat istorum. Orat. 147. Versus ille, qui vetat artem pudere proloqui, quam factites. Act. 1. Ver. 35. Sunt homines, quos infamiae suae neque pudeat, neque taedeat. 5. 136. Ita tui hujuscemodi criminis maxime eum pudet. Pro Arch. 12. Me autem quid pudeat? qui, &c. 1. de Orat. 40. Haec aetas nostra, quod interdum pudet, juris ignara est. *Ibid.* 121. Quem non pudet, hunc poena dignum puto. 1. de Nat. 110. Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis. I. P. Crasse, pudet me tui. 1. Qu. Fr. 2. Non me hoc jam dicere pudebit. 1. de Leg. 50. Ac me nimirum istorum Philosophorum pudet. Prò Flac. 52. Nonne esset puditum, si hanc causam agerent severe, legatum suum dici Maeandrium?

Syntaxis. *Me non solum piget hujus rei, sed etiam pudet. Eum infamiae suae neque pudet, neque taedet. Non pudet me dicere, non intelligere. Induci ad pudendum et pigendum. Magis est pudendum, si, &c. Pudet me tui.*

Pudicitia, ae, *pudor*, *σωφροσύνη*. De Arusp. 9. An ex sororis cubiculo egressus, pudorem pudicitiamque defendat. Pro Coel. 42. Parcat juventus pudicitiae suae, ne spoliet alienam. *Ibid.* 49. Expugnare pudicitiam. Pro Cluent. 12. Eam non pudor, non pudicitia a cupiditate revocavit. Pro Rab. 8. Hunc nec suae, nec alienae pudicitiae pepercisse. Pro Mil. 9. Eripere pudicitiam alicui. 1. de Leg. 50. Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia. *alias*, impudica. Pro Coel. 6. Nam quod objectum est de pudicitia, &c.

Syntaxis. *Pudicitiam defendere. Parcere pudicitiae suae. Expugnare pudicitiam alicujus. Eripere alicui pudicitiam.*

Pudicus, a, um, *verecundus*, *castus*, *αἰδοῖος*. 3. in A. 28. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. 2. 6. Pudica domus. 1. de Leg. 50. et 51.

Pudor, oris, *verecundia*, *rubor*, *ingenuitas*, *modestia*, *αἰσχύνη*, *αἰδώς*.)(*petulantia*. 4. Tuscul. 19. Ex quo fit, ut pudorem rubor consequatur. 2. de Fin. 113. Pudor moderator cupiditatis. Pro S. R. 149. Pudor, qui ornat aetatem. 1. de Orat. 122. Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor. 2. 3. Quantum illius aetatis patiebatur pudor. *Ibid* 10. Pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti. De Pro. 14. Homo, in quo aliquis si non famae pudor, at supplicii timor est. 2. de Orat. 182. Nulla pudoris significatio. Pro Plan. 27. Adolescentis modestissimi pudor. 5. Fam. 19. Non dimittam pudorem in rogando meum. Pro Cluen. 12. Quem non

pudor, non pudicitia a cupiditate revocavit. De Ar. 9. Pudorem pudicitiamque defendere. In Clod. Integritas tua te purgavit, pudor eripuit. 2. Tusc. 48. Sæpe videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincuntur.

Adjunct. *Honestus, mirificus, periculosus, singularis, subrusticus, summus.*

Syntaxis. *Pudor moderator cupiditatis. Fuit mirificus in illo pudor. Pudor in dicendo et timiditas quædam ingenua. Famæ pudor. Dimittere pudorem in rogando. Fractus pudore.*

Puella, læ, ἡ παιδίσκη. 1. Att. 4. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi potest.

Puer, ri, *filius, infans, servus,* ὁ παῖς. Orat. 120. Nescire autem quid, antequam natus sis, acciderit, est semper esse puerum. Pro Arc. 4. Ut primum ex pueris excessit Archias. Pro S. R. 153. Infantium puerorum incunabula. 2. in A. 45. Puer emtus libidinis causa. De Clar. 125. 5. Tuscul. 63. Homo doctus a puero. 13. Fam. 16. Idque a puero. 1. Att. 13. Eunti mihi Antium, venit obviam puer tuus: is mihi litteras a te reddidit. 5. 4. Sed jam subito fratris puer proficiscebatur. 2. 7. Eo die pueri tui mihi a te litteras reddiderunt, et alii pueri post diem tertium ejus diei litteras alias attulerunt. 1. de Orat. 2. Ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus. Brut. 3. Cæsaris pueri mirifica indoles virtutis. De Senect. 79. Quod jam pueri, cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari. Incert. Est causa difficilis laudare puerum: non enim res laudanda, sed spes est. Pro S. R. 77. Unus puer victus quotidiani administer relictus.

Adjuncta. *Acerbus, charus, et jucundus, parvus, clarus, et nobilis, non grandis, parvulus, delicatus, egregius, fatuus, non gravis, non continens, sapientior, festivus, pulcherrimus, formosus, formosus et pulchellus, humanissimus, ingenuus, meritorius, infans, insignis, teter, et fœdus, lepidus, ac delicatus, miser, modestissimus, et suavissimus, nobilis, optimus, patrimus, matrimus, prætextatus, pulchellus, suavis, et amans, symphoniacus, venalis.*

Puerilis, le, παιδικὸς, et παιδνός. 2. de Orat. 108. Exercitatio pene puerilis. Pro Arch. 4. Ætas puerilis. 1. de Fin. 72. Delectatio puerilis. 2. de Div. 59. Is autem Tages puerili specie dicitur visus.

Pueriliter, *stulte,* παιδικῶς. 4. Acad. 33. Nam cum dicunt, hoc se unum tollere, faciunt pueriliter. *Ibid* 54. et 1. de Fin. 19.

Pueritia, tiæ, *primum tempus ætatis, primus actus vitæ, ætatis tyrocinium,* ἡλικία. Pro Pomp. 28. Pompeius e ludo atque pueritiæ disciplina in militiæ disciplinam profectus est. *Ibid.* Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. De Sen. 50. et 33. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? 5. Famil. 8. Qui me a pueritia sua semper observavit. 4. 7. Quæ mihi a pueritia tua cognita est. 1. 7. A pueritia deditus.

Puerulus, li, τὸ παιδάριον. Pro S. R. 120. Puerulos. Top. 18. Puerulorum.

Pugil, lis, *athleta,* ἀγωνιστής. De Cl. 243. Pugiles inexercitati etiamsi pugnos et plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt. 13. Att. 21. Carneades προβολὴν pugilis, et retentionem aurigæ, similem facit. Pro Fl. 31. Atinas pugil. 2. Tusc. 40. Pugiles cestibus contusi ne ingemiscunt quidem. *Ibid.* 56. Pugiles, etiam cum feriunt adversarium, in jactandis cestibus ingemiscunt.

Pugilatio, onis, *pugilum exercitatio,* πυγμαχία. 2. de Leg. 38. Ludi publici sint corporum certationes cursu et pugilatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam circo constitutis.

Pugio, onis, *gladius brevis, sica,* ξιφίδιον. 2. in A. 28. Brutus cruentum alte extollens pugionem. *Ibid.* 30. Qui stillantem præ se pugionem tulit. 4. de Fin. 48. O plumbeum pugionem! 4. Fam. 12. A P. Magio pugione percussum esse. 2. Att. 24. Scriba Bibuli pugionem mihi a Bibulo attulit.

Adjuncta. *Cruentus, stillans, plumbeus, præsens.*

Pugiunculus, li, τὸ μαχαιρίδιον. Orat. 224. In iis quibus ut pugiunculis uti oportet. Con. C. Anton. Illo Hispaniensi pugiunculo nervos incidere civium Rom. non potuerunt.

Pugna, næ, *prælium,* ἡ μάχη. 3. C. 6. Tum interventu Ponthii pugna, quæ erat commissa, sedatur. Ver. 5. 28. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. Pro Mil. 57. Incerti exitus pugnarum, Marsque communis. Pro Mu. 34. Pugna Pompeii, quæ cum rege commissa est, et summa contentione pugnata. *Ibid.* Acerrima pugna. 2. de Div. 105. Hic vero quanta pugna est doctissimorum hominum! Ver. 4. 122. Pugna equestris Agathoclis regis. 2. de Div. 54. Lacedæmoniorum mala pugna in Leuctris.

Adjunct. *Acerrima, calamitosa, maxima, præclarissimaque, equestris, gladiatoria, incredibilis, mala, mirifica, navalis, pedestris.*

Syntaxis. *Pugnam committere, sedare. Res ad manus et pugnam venit. Incerti exitus pugnarum marsque communis. Pugnata pugna.*

Pugnaciter, *pertinaciter,* φιλονείκως. 4. Acad. 65. Certare cum aliquo pugnaciter de omni statu totius vitæ. *Ibid.* 9. Pugnacissime defendere suam sententiam.

Pugnans, tis, μαχόμενος. Orat. 38. Conferre pugnantia, et comparare contraria. 1. Tusc. 13. Pugnantia te loqui non vides?

Pugnatur, μαχεῖται. 3. Off. 109. Cum a consulibus male pugnatum apud Caudium esset.

Pugnax, cis, *pertinax, bellicosus,* μαχήμων, μάχιμος. 1. de Orat. 93. Carneades dicere solebat, me sibi perfacilem in dicendo, te

perpugnacem in disputando esse visum. 2. 317. Exordium dicendi vehemens et pugnax. De Cl. 121. Oratio pugnax. 8. Fam. 13. Pugnax in vitiis. 1. P. 70. Græcus facilis et valde venustus, nimis pugnax contra Senatorem populi Rom. esse noluit. 8. in A. 26. Saxa centurio pugnax et lacertosus.

Pugno, as, *dimico, certo, decerto, cerno, congredior, depugno, μάχομαι.* Pro Cornel. 23. Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnavit. 7. Att. 6. Nisi forte hæc illi tua arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. 5. Fa. 21. Quavis conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. 1. de Inv. 1. Pugnare pro commodis patriæ. 1. de Orat. 235. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. 3. de Nat. 2. Videtur Epicurus de diis immortalibus non magnopere pugnare. 4. Ac. 57. Hic pugnes licet, non repugnabo. 2. de Fin. 68. Pugnant Stoici cum Peripateticis. *Ibid.* Sed hæc inter se pugnant. 2. in A. 18. Tota in oratione tecum pugnas: et non modo non cohærentia inter se dicis, sed maxime disjuncta atque contraria. Pro C. Corn. 2. Pugnem aperte contra nobilissimorum hominum voluntates? Pro S. R. 28. Ut quoniam crimine non poterant, tempore ipso pugnarent.

Curo, contendo. 3. Fam. 10. Illud pugna et enitere, ne, &c. Pro S. R. 8. Hoc solum pugno, ut, &c. Pro C. Corn. 1. Quod palam jam isti defensores judiciorum pugnaverunt.

Adverb. *Acriter, mirifice, acrius, apertissime, cominus, periculose, contra, magnopere, male, mirabiliter, simulate, vehementer, vere.*

Pugnus, gni, *κόνδυλος.* De Cl. 243. Pugiles exercitati pugnos et plagas ferre possunt. Ver. 3. 56. Pugnis et calcibus conscindere aliquem. Par. 3. Quando verbis contendimus inter nos, non pugnis. 5. Tusc. 77. Certare pugnis, calcibus, unguibus, morsu. Orat. 113. Comprimere digitos, pugnumque facere. 4. Ac. 145. Pugnum facere, et arcte vehementerque comprimere. 2. de Fin. 17. Zeno Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem dicebat.

Syntaxis. *Pugnis conscindere aliquem. Pugnum facere, et arcte comprimere. Certare pugnis.*

Pulchellus, a, um, *ὑπόκαλος.* 1. Att. 13. Surgit pulchellus puer. 2. de Orat. 262. Audiamus pulchellum puerum. 7. Fam. 23. At pulchellæ sunt.

Pulcher, ra, um, *formosus, decorus, præclarus, insignis, egregia forma, specie liberali, egregia facie, eximia facie, καλός.* 1. Off. 144. O puerum pulchrum, Pericle. 5. Tusc. 63. Suum cuique pulchrum est: te tua, me delectant mea. Pro Mur. 26. Ne pulchrum te ac beatum putes. De Sen. 53. Uva quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius?

Pulchre, *probe, præclare, καλῶς.* 2. de Div. 36. Proxima hostia litatur sæpe pulcherrime. 1. de Nat. 115. Mihi pulchre est, ego beatus sum. 2. de Fin. 63. At quam pulchre dicere videbare! Orat. 227. Pulchre et oratorie dicere. Pro Cluent. 72. Is pulchre asseverat, se, &c. 10. Fam. 23. Lepidum pulchre noram. 4. 5. Pulcherrime ferre fortunam adversam.

Syntaxis. *Te pulchrum ac beatum putas. Uva fructu læta, aspectu pulchra. Illi pulchre est. Pulchre ferre fortunam adversam.*

Pulchritudo, inis, *forma, species, dignitas, forma et species liberalis, τὸ κάλλος.* 4. Tusc. 31. Ut corporis est quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam suavitate, eaque pulchritudo dicitur: sic in animo, &c. 2. de Inv. 1. Excellens muliebris formæ pulchritudo. 2. de Orat. 68. Si illam præclaram et eximiam speciem oratoris perfecti et pulchritudinem adamastis. 2. de Fin. 49. Honestum pulchritudine sua specieque laudabile est. 1. Off. 98. Pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt. 3. de Orat. 177. Hæc tantam habet pulchritudinem, ut nulla species ne excogitari quidem possit ornatior. 2. Off. 37. Quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis? I. P. 81. Habet hoc virtus, ut species ejus et pulchritudo etiam in hoste posita delectet. 1. de Div. 52. Mulier eximia pulchritudine. *Ibid.* 23. Veneris Cnidiæque Coæque pulchritudo. 3. Off. 10. Oris pulchritudo. 1. 14. Nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit. *Ibid.* 95. Venustas et pulchritudo corporis secerni non potest a valetudine. *Ibid.* 130. Pulchritudinis duo genera sunt, quorum in altero venustas est, in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. Hortens. Cœli signorum admirabilem ordinem, insatiabilemque pulchritudinem magis spectant.

Adjunct. *Excellens, eximia, recens, atque integra, insatiabilis, mera.*

Syntaxis. *Formæ pulchritudo. Eximia et præclara species ac pulchritudo. Honesti pulchritudo ac species. Pulchritudo, venustas, partium convenientia.*

Puleium, leii, vel Pulegium, gii, *ὁ βλήχων.* 2. de Div. 33. Puleium aridum florescere dicitur ipso brumali die. 16. Fam. 23. Cras expecto Leptam: etenim ad cujus rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est.

Pullarius, rii, *ὀρνιθοτρόφος.* 2. de Div. 72. Attulit in cavea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. 2. cont. Rull. 31. Jubet auspicii causa Decemviros habere pullarios. 10. Fam. 12. Oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu.

Pullus, a, um, *ater, φαιός.* In Vat. 30. Ut in epulo Qu. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes. Ver. 4. 55. Verres cum tunica pulla et pallio.

Pullus, li, *tener volucris, νεοττός.* 2. de Div. 63. 2. de Nat. 8. Cum cavea liberati

pulli non pascentur. *Ibid.* 124. Ex ovis pulli orti relinquunt eas, a quibus exclusi fotique sunt. *Ibid.* 129. Cum gallinæ ex ovis pullos excluserunt. 9. Fam. 18. Pullus columbinus. 1. Qu. Fr. 2. Licinius plagiarius cum suo pullo milvino.

Pulmentum, ti, *obsonium*, τὸ ὄψον. 5. Tusc. 90. Mihi cubile terra, pulmentum fames.

Pulmo, onis, *hauriendo spiritu pars apta*, πνεύμων. 1. de Div. 85. Cur pulmo incisus in extis proferat diem. 2. 29. Tauri opimi jecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quo possit declarari, &c. 1. de Nat. 100. Cerebrum, cor, pulmones, jecur. 2. 136. In pulmonibus inest raritas quædam et assimilis spongiæ mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt adspirantes, tum se spiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. *Ibid.* 135. Aspera arteria ad pulmones usque pertinens excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemque a pulmonibus respirat. 1. Tusc. 37. Quod fieri sine laterum et pulmonum vi et figura non potest.

Puls, tis, ὁ πόλτος. 2. de Div. 73. Si avis fame enecta in offam pultis invadit, hoc tu auspicium putas?

Pulsatio, onis, *verberatio*, ἡ κροῦσις. Pro Cœl. 23. De Alexandrinorum pulsatione Puteolana. 2. ad Her. 41. Si quis dicat injuriam nullam esse, nisi quæ ex pulsatione, aut convitio constet, &c.

Pulsatus, a, um, κρουσθείς. Pro Cœl. 19. Aiebant, fore testem Senatorem, qui se pulsatum a Cœlio diceret.

Pulso, as, *verbero*, κρούω. Ver. 2. 66. Si quis eum pulsasset, edixit, sese judicium injuriarum non daturum. 4. ad Her. 15. Pueri tui modo me pulsaverunt. Ver. 5. 141.

Pulsor, aris, *impellor*. 1. de Nat. 115. Cum Deus pulsetur agiteturque incursione atomorum &c. 2. de Div. 120. Animos externa et adventitia visione pulsari.

Percutior. Ver. 3. 66. Videtis pendere alios ex arbore, pulsari alios atque verberari.

Pulsus, a, um, κρουσθείς. 3. de Orat. 214. Nervi in fidibus a motu digitorum pulsi. 1. de Nat. 26. Sensus quo natura ipsa pulsa sentit. 2. Acad. Ejus unda, cum est pulsa remis, purpurascit.

Adverb. *Extrinsecus, sceleratissime, scienter.*

Pulsus, us, *motus, agitatio*, ὠθισμός. 1. Tusc. 54. Inanimum est quod pulsu agitatur externo. 2. de Div. 126. Sive externus et adventitius pulsus animos dormientium commovet, sive per se ipsi animi moventur. *Ibid.* 137. Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. 1. de Orat. 153. Intermisso impetu pulsuque remorum.

Adjunct. *Externus, et adventitius, alienus, externus.*

Syntaxis. *Pulsatur visis animus. Externo pulsu agitatur inanimum. Pulsus imaginum. Impetum pulsumque remorum intermittere.*

Pulverulentus, a, um, κονιορτώδης. 5. Att. 24. Nunc iter faciebam æstuosa et pulverulenta via.

Pulvinar, ris, *lectus in templo positus, et consecratus diis*, τὸ προσκεφάλαιον. 3. C. 23. Ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est. 4. Tuscul. 4. Pulvinaria deorum. De Ar. 8. Qui pulvinaribus Bonæ deæ stuprum intulit. Pro Dom. 136. Ea aram et ædiculam, et pulvinar sub saxo sacro dedicavit. De Ar. 28. Qui sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque detraxisti. 2. in A. 110. Divus Julius habuit pulvinar, simulachrum, fastigium, flaminem.

Pulvinus, ni, *lectulus quo utimur, ut commodius sedeamus*, τὸ κνέφαλον. 1. de Orat. 29. Tum Crassum pulvinos poposcisse, et omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat. Ver. 5. 27. Lectica, in qua erat pulvinus Melitensi rosa farctus. 9. Fam. 18. Sella tibi erit in ludo, eam pulvinus sequetur.

Syntaxis. *Ad pulvinaria decernitur supplicatio. Pulvinaribus Deæ stuprum inferre. Pulvinus Melitensi rosa farctus.*

Pulvis, eris, *trita, arida, levisque terra*, ἡ κόνις. 3. Qu. Fr. 1. Eo loco pulvis, non glarea injecta est. 1. de Inv. 47. Multus erat in calceis pulvis. Incer. In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre pulverem.

Doctrina. 2. de Nat. 48. Eruditus pulvis Mathematicorum.

Forensis acies. 1. de Orat. 157. Educere dictionem ex umbratili exercitatione in pulverem, &c.

Punctum, cti, *lineæ extremum*, θίξις. 4. Acad. 116. Punctum est, quod magnitudinem nullam habet.

Momentum. Pro Cl. 40. Neque postea Larini punctum est temporis commoratus. Pro Fl. 60. Universorum civium Romanorum per tot urbes uno puncto temporis misera crudelisque cædes. Pro Dom. 115. Eodem puncto temporis, quo, &c. Pro Sest. 53. Die dico? imo hora, atque etiam puncto temporis eodem. 1. de Nat. 52. Nullo puncto temporis intermisso versari circum axem cœli. *Ibid.* 67. Omnibus minimis temporum punctis. 6. Fam. 5. Quare ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisse, nisi, &c. 8. in A. 20. Ne punctum quidem temporis oppugnatio respiravit. Ver. 1. 103. Ille nullum temporis punctum vacuum peccato præterire passus est. 4. C. 7. Eos puncto temporis vivere non oportere puto. 2. de N. 11. Consules summum imperium statim deponere maluerunt, quam id tenere punctum temporis contra religionem. 1. Tusc. 82. Hoc enim fit ad punctum temporis. 2. in A. 31. Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis ad punctum temporis suscipe. *Ibid.* 112. Hunc diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. 2.

de Leg. 14. Leges uno versiculo Senatus, puncto temporis sublatæ.

Suffragia. Pro Mur. 72. Recordor quantum hæ quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint. Pro Planc. 53. At nonnullas tribus punctis pene totidem tulerunt. *Ibid.* 54. Quot in ea tribu puncta tuleris. 2. Tusc. 62. Punctis singulis honores colligere.

Capita rationum præcipua, vel conclusiones ipsæ. Parad. 1. Cato minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit. 2. de Orat. 177, Puncta argumentorum.

Punctus, a, um, *inflictus, ἐστιγμένος.* Pro Mil. 66. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.

Pungo, is, *ango, male habeo, molestiam affero, perstringo, stimulo, stimulum admoveo, stimulis fodio, στίζω.* Pro Sest. 24. Gladius qui per se pungere non potuisset. 4. de Fin. 7. Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis. Pro S. R. 6. Hunc mihi ex animo scrupulum evelle, qui me dies noctesque stimulat ac pungit. 5. Tusc. 102. Quos tamen pungit aliquid, cum, illa unde habeant, recordantur. 2. Att. 16. Primum epistola illa ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit. 2. Fa. 13. Extrema pagella pupugit me. 7. 15. Pungit me rursus, quod scribis, &c.

Punicanus, a, um. Pro Mur. 75. Ille stravit pelliculis hædinis lectulos punicanos.

Punicus, a, um, *φοινικός.* 3. Tusc. 51. Bellum Punicum.

Puniendus, a, um, *κολαστέος.* 1. de Orat. 220. Iracundia est cupiditas puniendi doloris. *Lege,* Punitor. 1. Off. 89. Prohibenda est autem ira in puniendo. Pro Mil. 18. Hoc facinus puniendum est. Pro Dom. 76. Tu eum supplicio puniendum putasti. Pro Mil. 86. Vos aliquando ad eum puniendum oculos aperuistis. De Arusp. 16. Senatus meam domum a magistratibus defendendam, a judicibus puniendam putavit. 1. Off. 34. Est ulciscendi et puniendi modus.

Puniens, tis, *κολάζων.* 3. Tusc. 65. Quid ille Terentianus, ipse se puniens, id est, *ἑαυτὸν τιμωρούμενος.*

Punio, is, *vindico, castigo, plecto, ulciscor, pœna vel supplicio afficio, animadverto, pœnam vel supplicium sumo, supplicium adhibeo, supplicio vindico, mulctam vel pœnam irrogo, pœnam alicui tribuo, κολάζω.* 1. Off. 82. Punire sontes. Pro Cæc. 6. Punire maleficium. 2. de Inven. 66. Vindicatio est, per quam peccata punimus.

Punior, iris. 2. de Inv. 80. Tum leges quoque et judicia demonstranda sunt, per quæ potuerit id peccatum, quod sponte sua reus punitus sit, moribus et judicio vindicari. 8. Philip. 7. Ut clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem.

Punitus, a, um, *mulctatus, κολασθείς.* Pro Mil. 34. Tu me iratum, Sexte, putas tibi: cujus tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meæ postulare. 2. de Inv. 80. Postea levius demonstrando reum punitum, quam sit ille promeritus.

Punitor, oris, *κολαστής.* Pro Mil. 36. At fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui.

Pupilla, læ, *γλήνη.* 2. de N. 142. Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva est, ut, quæ nocere possint, facile vitet. Incer. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habeant.

Pupillus, li, *impuber, qui desiit esse in patris potestate vel morte, vel emancipatione, ὁ ὀρφανός.* Ver. 1. 153. Pro Qu. R. 16. Pupillam fraudare, qui in tutelam pervenit. 3. de Orat. 163.

Pupinia, *regio.* 2. cont. Rull. 95.

Puppis, is, *navis pars posterior, ἡ πρύμνα.* 3. de Orat. 178. In navigio latera, carinæ, prora, puppis. De Senect. 17. Gubernator sedens in puppi clavum tenet. 9. Fam. 15. Sedebamus enim in puppi, clavumque tenebamus. 1. de Div. 112. Ex Taygeto monte extrema montis quasi puppis avulsa est. 13. Att. 21. Convertere navem ad puppim.

Prora et Puppis, *proverbium. Lege,* Prora.

Pure, *caste, simpliciter, candide, καθαρῶς.* De Opt. 4. Pure et emendate loqui. 1. Att. 10. Pure loqui. 1. de Orat. 144. Pure et Latine loqui. De Senect. 13. Quiete, pure, et eleganter acta ætas. 1. de N. 3. Pure et caste deos venerari.

Purgandum. 1. de Div. 16. Quid Scammoneæ radix ad purgandum possit.

Purgatio, onis, *satisfactio, excusatio, ἁγνισμὸς, ἁγνότης.* Pro Sull. 39. Nam cujus scientiam de omnibus constat fuisse, ejus ignoratio de aliquo purgatio debet videri. 1. de Invent. 15. Purgatio est, cum factum conceditur, culpa removetur. 3. de Nat. 57. Æsculapius primus alvi purgationem invenit. 16. Fam. 10. Inedia, et purgationibus, et vi ipsius morbi consumptus es.

Purgatus, a, um, *καθαρισθείς, ἐπιτος.* 14. in A. 17. Si parum vobis essem sine defensione purgatus. 1. Att. 14.

Purgo, as, *expurgo, ἁγνίζω.* 5. Tusc. 65. Immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum. 1. C. 10. Educ tecum omnes tuos, purga urbem. Pro Sest. 78. Tu cædem maximam facias? forum purges? 2. de Nat. 126.

Excuso, defendo, libero culpa. Pro S. R. 120. Servos ipsos neque arguo, neque purgo. 12. Fam. 25. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. 1. Att. 16. Qu. Frater purgat se mihi per litteras. 13. 10. Brutus per litteras purgat Cæsarem de interitu Marcelli. Pro S. R. 39. De luxuria purgavit Erutius. 3. Att. 15. Nam quod purgas eos, &c. Qu. de Pet. 28. Si quis tibi se purgare volet, quod suspectum esse arbitretur &c. Orat. 230. Ab aliquo, cui te purges, veniam petere. 7. Fam. 27. Libenter tibi me purgassem. 13. 24. Purgare se alicui de aliqua re. 3. 10. Purgandi mei ne-

cessarium tempus. In Clod. Integritas tua te purgavit.

Syntaxis. *Purgare et aperire locum. Purgare se alicui de re aliqua. Neque arguo, neque purgo. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. De luxuria purgavit Erutius. Integritas tua te purgat.*

Purpuræ, ræ, *ruber color et splendens; a purpura pisce, cujus succo vestes tingebantur,* πορφύρα. *Lege,* Conchylium. 2. C. 5. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Pro Flac. 70. Purpura Tyria. Ver. 5. 145. et 4. 59. Ipse dabat purpuram, amici opera. Pro Cl. 111. Illa usque ad talos demissa purpura. Pro Sest. 19. Vestitus asper nostra hac purpura plebeia ac pene fusca. Orat. 196. Numeros cum numeris tanquam purpuram misceri. Pro M. Scau. Quem purpura regalis non commovit.

Purpurascere, *purpureum fieri,* πορφυρίζω, πορφύρομαι. 2. Acad. Quid mare? nonne cæruleum? at ejus unda, cum est pulsa remis, purpurascit.

Purpuratus, a, um, *conchyliatus, purpura ornatus,* περιπόρφυρος. 1. Tusc. 102. Quid Cyrenæum Theodorum philosophum non ignobilem nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur, istis, quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. 4. C. 12. Cum vero mihi proposui regnantem Lentulum, purpuratum esse hunc Gabinium, &c.

Purpureus, a, um, πορφύρεος. Ver. 5. 31. Iste cum pallio purpureo tunicaque talari versabatur in conviviis. 1. de Div. 119. Cæsar cum purpurea veste processit. 2. 37. Cæsar cum vestitu purpureo, &c. 4. Acad. 105. Mare purpureum.

Purus, a, um, *mundus, castus, inviolatus, integer,* καθαρός. Ver. 4. 49. Argentum illi cæterum purum apposuit, ne purus ipse relinqueretur. Pro Cæcin. 78. Quidquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sentias. De Arusp. 11. Nulla in hac urbe domus ab hac religionis suspicione tam vacua atque pura est &c. De Sen. 59. Humus sublata atque pura. 1. de Div. 121. et 1. Tusc. 47. Castus animus et purus. De Senect. 80. Animus omni admistione corporis liberatus, purus et integer esse cœpit. Pro Mil. 62. Pura atque integra mens. 2. de Natur. 42. Aer purus ac tenuis.)(.*crassus et concretus.* De Ar. 53. Clodius tantum abest a principibus, quantum a puris et religiosis. Pro Qu. R. 18. Vir purus, prudens. Orat. 53. Levitas orationis, et purum quasi quoddam et candidum genus dicendi. De Cl. 262. Nihil est in historia pura et illustri brevitate dulcius.

Syntaxis. *Purum, liquidumque haurire. Argentum purum. Suspicione vacuus et purus. Castus et purus. Purus et integer animus. Nihil in historia pura et illustri brevitate dulcius.*

Pusillus, a, um, *parvus, brevis,* σμικρός, τυτθός. 4. Att. 2. Habuimus in Tusculano quasi pusillam Romam: tanta erat in his locis multitudo. 12. Fam. 26. Villula valde pusilla. 2. 17. Illud vero pusilli animi, &c. 2. de Orat. 245. Pusillus testis processit. *Ibid.* Perpusillum rogabo. 6. Att. 1. Pusilla epistola. 12. Fam. 16. Nactus pusillum laxamenti, &c. 5. 9. Pusilli homines.)(.*potentissimi.* Ver. 2. 185. Libelli pusilli.

Pusio, onis, *puerulus,* τὸ παιδάριον. Pro Cœl. 36. Qui tecum semper pusio cum majore sorore cubitavit. 1. Tuscul. 57. Socrates pusionem quendam interrogat, &c.

Putamen, inis, *nucis durior cortex,* τὸ ἀπόκομμα. 5. Tuscul. 58. Candentibus juglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurere.

Putatio, onis, ἀποκαθαίρεσις. 1. de Orat. 249. Nemo nescit, quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium.

Puteal, lis, *operculum, quale puteis imponi solet, et locus in Comitio Romæ,* τὸ βῆμα. 1. de Div. 33. Cotem illam et novaculam defossam in comitio, supraque impositum puteal accepimus. Pro Sest. 18. Puteali et fœneratorum gregibus inflatus. 1. Att. 10. Præterea typos tibi mando; quos in tectorio atrioli possim includere, et putealia sigillata duo. *Legitur etiam,* plutealia sigilla: et, putealia sigilla.

Puteo, es, *male oleo,* βρωμάομαι. 2. Acad. Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere videtur. *Nonius.*

Puteolanus, a, um. 2. in A. 9. Aquæ Puteolanæ.

Puteoli, orum, *oppidum.* Pro Planc. 65. Cum Puteolos venissem, me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. 2. contr. Rull. 85. 4. Acad. 100.

Puteus, tei, τὸ φρέαρ. De Pro. 6. Virgines se in puteos abjecerunt. 2. de Div. 31. Quale Pherecydeum illud, quod est a te dictum: qui cum aquam vidisset ex puteo haustam, terræmotum dixit futurum. 2. de Nat. 25. Haurire aquam de jugi puteo. *Ibid.* Ex puteis jugibus aquam calidam trahi.

Putide, *fastidiose, moleste,* δυσωδῶς. 3. de Orat. 38. Nolo exprimi litteras putidius. De Clar. 238. Inepte, odiose, et putide dicere.

Putidiusculus, a, um, *blandus,* δυσωδέστερος. 7. Fam. 5. Sumus enim putidiusculi, quam per te vix licet: verum, ut spero, licebit. *aliter* pudentiusculi.

Putidus, a, um, *odoris mali, male olens, insuavis, molestus, gravis, fastidiosus,* δυσώδης, I. P. 19. Ego istius pecudis ac putidæ canis consilio niti volebam. 1. Off. 133. Sonus erat dulcis, litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut nimis putidum. *id est, exquisitum.* 1. Att. 11. Vereor ne putidum sit scribere ad te, quam sim occupatus. 3. de Orat. 48. Spero hæc vobis molesta et putida videri. Orat. 27. Cum Demosthenes Athenis exagitetur, ut putidus.

Putisco, is, *male oleo,* δυσωδέω. 5. de Fin.

38. Non inscite illud dictum videtur in sue, animam illi pecudi datam pro sale, ne putisceret. *Sic Nonius. Alii, putresceret, legunt.*

Syntaxis. *Inepte, odiose, putide dicere. Pecus et canis putida. Nimis obscurum in voce, aut putidum. Molestum ac putidum.*

Putissimus, *purissimus. Lege*, Putus.

Puto, as, *reor, sentio, spero, opinio mea fert, in ea opinione sum, eo sum consilio, ut putem, &c.* νομίζω. Pro Planc. 10. In quo primum illud debes putare, comitiis studium esse populi, non judicium. 10. in A. 17. Tantumque abfuit, ut periculosum reip. M. Bruti putaret exercitum, ut in eo firmissimum reip. præsidium poneret. 8. Fam. 2. Puto, ut suum gaudium gauderemus.

Censeo, habeo, judico, existimo, æstimo. De Clar. 111. In Scauri oratione summa inerat autoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, cum pro reis diceret. 11. in A. 27. Itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem. 12. Att. 23. Ego te unum pluris quam omnes illos puto. Pro Planc. 11. Honores si magni non putemus, non servire populo. Ver. 4. 13. Si denariis cccc. Cupidinem illum putasset, *id est, æstimasset*. 7. Fam. 3. Putare aliquid, loco criminis. 1. 9. Putare aliquid minimi vel maximi. Div. 24. Pro nihilo putare aliquem. 2. de Fin. 29. Putare aliquid pro nihilo. 11. in A. 11. Bestia damnationem pro prætura putat. *id est, damnationem putat esset præturam.*

Suspicor. 6. Att. 1. Noli putare, me &c.

Conficio, λογίζω. 4. 10. Putare rationes cum publicanis.

Putor, aris. Orat. 198. Id in dicendo numerosum putatur. Pro Mil. Aliquem indoctum putari pro docto. 2. de Orat. 344. Sapientia et magnitudo animi tenues, et pro nihilo putantur, si, &c.

Adverb. *Acute, etiam atque etiam, falso, prorsus, plane, recte, rectissime, valde.*

Putresco, is, σήπομαι. 5. de Fin. 38. 2. de Nat. 160. Sui, ne putresceret, anima pro sale data est. 1. Tusc. 102. Nihil mea interest, humine an sublime putrescam.

Putridus, a, um, *rancidus,* ἐυρῶδης. I. P. 1. Pilosæ genæ, dentes putridi.

Putus, a, um, *purus, sincerus.* 2. Att. 9. Ut sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

PY

Pyladeus, a, um. 2. de Fin. 84. Pyladea amicitia.

Pyramis, idis, *meta,* ὁ πυραμίς. 1. de Nat. 24. Forma Pyramidis.

Πυρόεις. *Lege*, Mars.

Pyramus, *fluvius*. 3. Fam. 10.

Pyrenæus, *mons*. 8. Att. 3.

Pyrgensis. 2. de Orat. 287. M. Antistius Pyrgensis.

Pyrrhonei, *Philosophi, a Pyrrhone magistro.* 3. de Orat. 59.

Pythagoras, ræ, *Philosophus.* 1. de Nat. 27. Pythagoras censuit Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo animi nostri caperentur. 3. 88. Pythagoras quum in Geometria novi quiddam invenisset, Musis bovem immolasse dicitur. 5. Tusc. 10. Pythagoras cum in Italiam venisset, exornavit eam Græciam, quæ magna dicta est, et privatim et publice præstantissimis et institutis et artibus. 1. 38. Pythagoras discipulus Pherecydis opinionem de immortalitate animorum maxime confirmavit. 3. de Nat. 27. Pythagoras existimat ad harmoniam canere mundum. 4. Tuscul. 2. Pythagoras fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit. *Ibid.* Erat enim illis pene in conspectu præstanti sapientia et nobilitate Pythagoras, &c. 5. Tuscul. 8. Pythagoras interrogatus a Leonte Phliasiorum principe, qua maxime arte confideret? artem quidem se nullam scire respondit, sed esse Philosophum. *Ibid.* 9. Pythagoras interrogatus a Leonte quinam essent philosophi, et quid inter eos et reliquos interesset? respondit, similem sibi videri vitam hominum, et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. 1. 38. Pythagoras magnam Græciam tenuit cum honore et disciplina, tum etiam autoritate. 1. Div. 5. Pythagoras magnam autoritatem tribuit divinationi. 1. Tus. 38. Pythagoras regnante Tarquinio Superbo in Italiam venit. 5. 8. Pythagoras Phliuntem venit, ibique cum Leonte principe Phliasiorum docte et copiose quædam disseruit. Cat. 73. Pythagoras vetat, injussu imperatoris, id est Dei, de præsidio et statione vitæ decedere. 1. Off. 56. Efficitur id, quod Pythagoras vult, in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. 1. Div. 5. Pythagoras etiam ipse augur esse voluit. 3. de Nat. 88. Pythagoras ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. 4. Tusc. 18. Pythagoras et Plato animum in duas partes dividunt: alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in participe rationis ponunt tranquillitatem, idest placidam quietamque constantiam: in illa altera, motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi. 2. Div. 119. Pythagoras et Plato, quo in somniis certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum jubent. 4. Tuscul 2. Pythagoræ autem doctrina cum longe lateque flueret, &c. *Ibid.* Pythagoræ doctrinam permanavisse in hanc civitatem probatur. 2. de Leg. 26. A Pythagora viro doctissimo illud bene dictum est, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, cum rebus divinis operam daremus. 2. de Orat. 154. De Pythagora et Numa Pompilio.

Pythagoreus, a, um. 1. Tusc. 39. et 1.

Off. 155. Pythagoreus Lysias. 1. de Leg. 34. Pythagorea vox, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα. 2. de Div. 119. Pythagorei faba abstinuere. Cat. 78. Pythagorei nunquam dubitarunt, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. *Ibid.* 78. Pythagorei Italici philosophi quondam nominati. 1. Div. 102. Pythagorei non solum deorum voces observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant, omina. 4. Tusc. 3. Pythagorei carminibus soliti esse dicuntur, et præcepta quædam occultius tradere, et mentes suas a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere. 4. Acad. 118. Pythagorei ex numeris et Mathematicorum initiis proficisci volunt omnia. 2. de Orat. 154. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. De Univ. 1. Pythagoreorum nobilium extincta disciplina, quum aliquot sæcula in Italia, Siciliaque viguisset. 1. Tuscul. 38. Pythagoreorum nomen multa secula sic viguit, ut nulli alii docti viderentur. De Sen. 78. Audiebam Pythagoram, Pythagoreosque incolas pene nostros, &c.

Pythagoricus, a, um. De Sen. 78. Audiebam Pythagoram, Pythagoricosque incolas pene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati. 1. de Nat. 108. Pythagorici ferunt Orphicum carmen fuisse cujusdam Cercopis.

Pythia, æ, *virgo, Apollinis sacerdos.* 1. de Div. 79. Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat.

Pythius, thii, *Apollinis cognomen.* Pro Font. 20. Galli Delphos usque ad Apollinem Pythium profecti sunt. 1. de Orat. 199. 1. de Div. 37. et 2. de Leg. 40. Brut. 2.

Pyxis, idis, *arcula*, ἡ πυξίς. Pro Cœl. 61. Aiunt eodem Licinium esse venturum, ac servis veneni pyxidem traditurum. *Ibid.* 63. Cum Licinius pyxidem teneret in manu. *Ibid.* 65. Pyxidem expediret.

DE LITERA Q.

Q *Latinorum litera muta affinis C. In eorundem notis Quintum indicat.*

QU

Qua, *ablativus.* 1. Acad. 22. Qua de caussa. 1. ad Her. Firma similitudine ejus rei, qua de re agitur, ad eam rem, qua de re judicatum est. *Ibidem.* Qua de re judices vobis magnopere providendum est. 8. Att. 25. Ne forte qua re impediar. Pro Rosc. Com. 45. Quod si facit, qua impudentia est, eumne testem improbabit, quem judicem probarit?

Partim, qua parte vel ratione, ὅπῃ, ἔχει. 3. Qu. Fr. 1. Omnia convestivit edera, qua basim villæ, qua intercolumnia ambulationis. 2. Att. 19. Qua dominus, qua advocati sibilis conscissi sunt. 15. 18. Intelligo te distentissimum esse, qua de Buthrotis, qua de Bruto. 9. 14. Quam expedita consilia tua? quam evigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis, qua congressus sermonisque cum Cæsare! 1. de Orat. 70. Mihi licet vagari, qua volo. Pro Cæc. 21. Omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum. 3. in A. 20. Ipse in templum nescio qua per cuniculum ascendit. Pro Cæc. 71. Nimia potentia quid agat, quomodo aggrediatur judicem, qua denique digitum proferat, non habet. 8. Att. 3. Qua autem et quo, nihil scimus. 6. in A. 5. Prædico vobis, eum delectus, qua possit, habiturum. Jocul. libr.

Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

Quacunque, ὅπῃ ἄν, ὅπῃ οὖν. 5. de Fin. 5. Quacunque ingredimur in aliquam historiam vestigium ponimus. Ver. 3. 44. Quacunque iter fecit. 15. Att. 18. Quacunque nos movemus. 2. cont. Rul. 34. Quacunque velis vagari.

Quadrantarius, a, um, *a quadrante nummo, qui quadrante meret,* τριβαλιμαῖος. Pro Cœl. 62. Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.

Quadragenariæ cohortes. 6. Att. 1. *aliter,* Quadringentariæ.

Quadrageni, τεσσαράκοντα. Ver. 1. 147. Columnas H-S. quadragenis millibus locatas.

Quadragies, τεσσαρακοντάκις. Pro Flac. 30. Sestertium ter et quadragies.

Quadrandus, a, um, *aptandus,* ἁρμόδιος. Orat. 197. Sic minime animadvertetur delectationis aucupium, et quadrandæ orationis industria. *id est, componendæ.*

Quadratum, ti, τετράγωνον. 1. Tusc. 57. Pusionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. 2. de Fin. 36. Quadratum, rotundum. 1. de Natur. 24. Forma quadrati. 2. de Div. 89. Cum autem stellæ in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus ejus, qui nascitur, aut in eam, quæ conjunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi et quadrata nominant.

Quadratus, a, um, τετραγωνοειδής. 2. in A. 108. Quadrato agmine milites sequuntur.

Quadriennio ante mortem, &c. μετὰ τετραετίαν. De Opt. 22. et de Sen. 10. Quadriennio post factus sum prætor. Pro Cæc. 19. Fundus, quem quadriennium, hoc est, ex quo tempore Fundus veniit, possedi.

Quadrigæ, arum, *rheda quatuor equis vecta,* τέθριππος. 3. de N. 59. Minervam quadrigarum inventricem ferunt. 2. de D. 144. Curru quadrigarum vehi. Pro Mur. 57. Quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. De Cla. 173. Nec in quadrigis eum secundum numeraverim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit. *Ibid.* 331. Bruti adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehens. *id est, vecta.* Orat. 157. Pomeridianæ quadrigæ. 2. Qu. Fr. 14. Quadrigæ poeticæ.

Quadrigarius, rii, *qui quadrigas agitat*, τεθριππηλάτης. Com. C. A. Ut istum omittam in exercitu Sullano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium.

Quadriculæ, arum, *parvæ quadrigæ*, τεθρίππια. De Fat. 5.

Quadrijugus, a, um, τετράζυξ. 1. Tuscul. 105. Quadrijugo curru raptari. *id est, quadrigis.* Poetæ.

Quadrimus, a, um, *quatuor annos habens*, τετραετής. 16. Fam. 22. Una interpositio omnino difficilior est de quadrimo Catone.

Quadringenti, orum, τεσσαράκοντα ἀριθμὸν ἔχοντες. 2. de Div. 48. Quadringentis talis jactis, &c.

Quadringentesimusdecimus, τεσσαρακοσιοστὸς δέκατος. De Clar. 72.

Quadringenties, *adverbium*, τεσσαρακοσιάκις. Ver. 1. 27. et 2. in Ant. 93.

Quadringenus, a, um, τεσσαρακοστός. 4. Att. Ut ambo H-S. quadringena consulibus darent, si essent ipsi Coss. facti.

Quadripartitus, a, um, *in quatuor partes distributus*, τετραμερής. 1. Tusc. 68. Commutationes temporum quadripartitæ. 1. de Invent. 67. et Ver. 1. 33.

Quadriremis, is, *navis, quæ in singulis sedibus quatuor remos habet*, τετρήρης. Ver. 5. 85.

Quadro, as, *convenio*, τετραγωνίζω. 3. de Orat. 173. Conjunctionem verborum sicuti versum numerose cadere et quadrare et perfici volumus. Pro Cœl. 69. Nisi omnia turpia in istam quadrare apte viderentur. De Clar. 43. Quoniam tibi quadrat, omnia in illis fuisse paria. Ver. 1. 92. Quomodo DC. eodem quadrarint. 4. Att. 17. Visum est hoc mihi ad multa quadrare.

Quadrum, dri, *translatum a Geometris perfectionem significat, cum nihil nec excurrit, nec deest*, τετράγωνον. Orat. 208. Redigere sententias in quadrum numerumque. 233. Si alicujus inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamque ordine verborum paulum commutato in quadrum redigas.

Quadrupes, edis, *bestia*, ὁ καὶ ἡ τετράπους. 2. de Nat. 151. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones. 2. de Orat. 69. Idem in multis aliis quadrupedibus fecerit. Parad. 1. Nihil inter te atque inter quadrupedem interest. 2. de Nat. 114.

Quadruplator, oris, *delator criminum publicorum, cui pars cedat bonorum ejus, quem detulit*, ἀρχιλάβος. 2. ad Her. 41. Quadruplator, ut breviter describam, capitalis est. Ver. 2. 28. Homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus. *Ibid.* Quadruplatores fuisse. Div. 24. Si a quadruplatoribus, &c. translata sit.

Quadruplex, icis, τετραπλάσιος. In Arat.

Præter quadruplices stellas in fronte locatas.

Quadruplum, li, τὸ τετραπλοῦν. Ver. 3. 34. Dare judicium in aliquem in quadruplum. *Ibid.* Quadrupli condemnari.

Quærens, tis, *comparans*, ζητῶν, &c. Œcon. 1. Foris et in aperto victum quærentibus. 1. de Orat. 97. Quo in genere nunquam mihi quærenti aliquid defuisti.

Quæro, is, *scrutor, indago, excutio, aucupor, requiro, exquiro*, ἐρομαι, ἐρωτάω. 2. de Orat. 287. Quærere, et quasi percontari. Ver. 2. 182. Scrutatus sum, quæ potui, et quæsivi omnia. 9. Fam. 26. Cum ille, si quis quicquam quæreret, dixisset, cœnam te quærere a mane dixeris: ille vero te putabat quæsiturum, num unum cœlum esset, an innumerabilia. *Ibid.* 2. In litteris et libris navare rempubl. et de moribus ac legibus quærere. Pro Qu. 13. Ea, quæ voce quæsierat, magno sibi quæstui fore putabat. 13. Att. 15. Quæro autem quid tandem Sextius in hac re facere possit. 2. Qu. Fr. 2. Me adhuc nemo rogavit, nunquid in Sardiniam vellem? te puto sæpe habere, qui, nunquid Romæ velis, quærant. Parad. 6. Qui honeste rem quærunt mercaturis faciendis. Ver. 3. 146. Litteras manifestas quæris. Non quæro judices Cassianos. De Ami. 46. Ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri. Pro C. Cornel. 2. Si familiariter ex Qu. Catulo velim quærere.

Scire volo, cupio. 7. Fam. 1. Omnino si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi. 12. 8. Spemque omnem in Planco habemus: si verum quæris, in te, &c. Ad Brut. ep. pr. in 7. Hoc cogere volebat, falsas litteras esse, et, si quæris, probabat. 3. Off. 80. Ea res, si quæris, magno ei honori fuit.

Peto, sciscitor, percontor, contor, consulo, interrogo. 4. Ac. 76. Quærere de aliquo. In Vat. 10. De te quæro, Vatini, &c. 1. Att. 10. 3. Fam. 6. et 4. 1. Quærere ex aliquo. 2. de Orat. 3. Ipse ex eo multa sæpe quæsivi. Ver. 3. 191. Quæro nunc a te, Hortensi, cum, &c. 2. de Inv. 2. Zeusis illico quæsivit ab his, quasnam virgines formosas haberent. 1. de Orat. 6. Quæro quid sit, cur, &c. 6. in A. 1. Quamobrem quod quæsivit me P. Abuleius, ita respondebo, ut &c.

Quæstionem habeo. Act. 1. Ver. 27. Quærere de pecuniis repetundis. Pro S. R. 119. Quærere de morte alicujus.

Conflo, comparo. Pro R. P. 46. Quærere invidiam in aliquem.

Quæror, eris. 2. de Orat. 104. Nihil enim est, quod inter homines ambigatur, in quo non quæratur, aut, &c. aut, &c.

Quæstio habetur. Pro S. R. 20. In dominos quæri de servis iniquum est. 2. de Fin. 54. P. Scævola trib. pleb. tulit ad plebem, vellentne de ea re quæri: quo plebiscito decreta a Senatu est consuli quæstio Cn. Cæpioni. Pro Mil. 60. Majores nostri in dominum de servis quæri noluerunt. Pro Deiot. 3. More majorum de servis in dominum ne tormentis quidem quæri licet. Pro Mil. 60. Cujus de morte tanquam de cæremoniis violatis quæritur. 1. Att. 14. Senatus censuit, ut de iis, qui ob judicandum pecuniam ac-

tepissent, quæreretur. De Fat. 2. Cum omnes novarum perturbationum causæ quæri viderentur.

Adverb. *Aliunde, magnopere, non proprie, amplius, honeste, aperte, commodius, contumeliose, extrinsecus, copiosius, curiose, diligenter, falso.)(.vere, jampridem, jamdiu, identidem, multum diuque, omnino, otiose, privatim, procul, recte, separatim, sigillatim, subtilius, uberius, comparate, communiter, generatim, maxime, et primum, obscure, secreto, simpliciter, vehementer.*

Syntaxis. *Scrutatus sum, et quæsivi omnino. Honeste rem quærere mercaturis faciendis. Quærere amicitiarum præsidia. Si quæris, si verum quæris. Quærere de aliquo, ex aliquo, ab aliquo. Quærere de morte alicujus, de pecuniis repetundis. Quærere invidiam in aliquem. Quæri de servis in dominos.*

Quæsitor, oris, *judex quæstionis. Qui judicium exercet, vel qui præest quæstioni rerum capitalium, et de repetundis, ὁ ζητητής.* Pro Sul. 78. Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusque, regit quæsitor, &c. Pro S. R. 85. Hunc quæsitorem et judicem fugiebant. Pro Fon. 11. Sapiens judex, æquus quæsitor. 3. Qu. Fr. 3. Consilium varium, quæsitor gravis et firmus. Act. 1. Ver. 29. Duo Coss. et quæsitor erunt ex illius voluntate. Pro Planc. 43. Et si quæsitor edendus fuisset, quem potius, &c. In Vat. 34. Quæsitor, &c. et prætor. De Cl. 200. Quæsitorem, ut dimittat rogantem.

Adjunct. *Æquus, gravis, et firmus.*

Quæsitum, ζήτημα. Parad. 6. Operis dandis, publicis sumendis, quæsito opus est. *bis.* 4. Acad. 116. *Ibid.* 9. Quæsita et disputata.

Quæso, *obsecro, quæro, peto, δέομαι.* Act. 1. Ver. 28. Quid est, quæso, Metelle, judicium corrumpere, si hoc non est? 8. Att. 11. Quæso quid hoc est? 2. contra Rull. 70. Id vos potestis quæso concedere. Ver. 2. 104. Quæso codicem circumfer, ostende. 4. 105. Ad ea, quæ dicturus sum, reficite vos, quæso, judices, per deos immortales. 1. Fam. 9. Quæso attende, &c. Pro Qu. 24. Quæso, ut eum diem memoriæ mandetis. Pro S. R. 11. Te magnopere quæso, ut, &c. Pro Flac. 65. Quamobrem quæso a vobis, Asiatici testes, ut, &c. Pro S. R. 129. Quæso a vobis, judices, ut, &c. 11. Att. 15. Quæso quid sit mihi faciendum. 13. 25. Sed quæso, epistola mea ad Varronem valdene tibi placuit? 15. 8. De re quæso etiam atque etiam vide, &c. 7. Fam. 23. Fac quæso, qui ego sum, esse te. 2. de Fin. 77. Attende, quæso, rectumne sit, &c. 9. Fam. 3. Vide, quæso, an rectum sit, &c. 13. 7. Quæso etiamne tu has ineptias? 11. 3. Deos quæsumus, consilia tua reip. salutaria sint. 3. 2. A te maximopere peto, et quæso. 5. 4. Peto quæsoque, ut, &c. 16. 13. Magnopere a te quæso, ut &c. Postq. in Sen. 1. Si vobis parum cumulare gratias egero, quæso obtestorque, ne, &c. 8. Att. 10. Tu quæso ad me crebro scribe. 6. in A. 1. Quod quæsivisti me, respondebo. 2. Att. 10. Quæso ecquid tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? 10. 20. Perge, quæso, scribere.

Adverb. *Magnopere, maximopere, etiam atque etiam.*

Quæstio, onis, *causa, dubitatio, controversia, πρόβλημα, ζήτημα.* 4. Acad. 26. Quæstio autem est appetitio cognitionis, quæstionisque finis inventio. 3. de Orat. 127. De omni re, quæcunque in disceptationem quæstionemque vocaretur, se copiosissime dicturum esse profiteri. 1. de Nat. 61. Quæritur primum in ea quæstione, quæ est de natura deorum, sint ne dii, necne sint. De Am. 69. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, num quando, &c. 1. de Nat. 1. Perdifficilis et perobscura quæstio est de natura deorum. 2. 3. Dividunt istam de diis immortalibus quæstionem in partes quatuor: primum dicunt esse eos, deinde quales sint, tum mundum ab his administrari, postremo consulere eos rebus humanis. 3. 74. Quæstio auri Tholosani. Ponere quæstionem. *Lege,* Quæstiuncula. Pro Sull. Quæ res in quæstione versetur. Orat. 68. Sed id nec dubium est, et si quid habet quæstionis, tamen, &c. *Ibid.* Poetæ quæstionem attulerunt, quidnam esset illud, quo, &c. 1. de Orat. 138. Omnem orationem esse aut de infinitæ rei quæstione, aut de re certis in personis ac temporibus locata. *Ibid.* Causæ a communi quæstione sejunctæ. *id est, a quæstione rei infinitæ.*

In foro, diligens criminis, etiam per tormenta, inquisitio. 2. de Orat. 173. Hoc falsum est: habita enim quæstio est. Pro Mur. 72. Quæstiones in Senatu habitæ. 5. de Fin. 17. Habere quæstionem de aliqua re. Pro Cluent. 183. Constituitur quæstio de furto. De Cla. orat. 106. Quæstiones perpetuæ hoc adolescente constitutæ. Pro S. R. 77. Pro Cluent. 181. Postulare servos in quæstionem de morte paterna. Pro Cluent. 182. Habere quæstionem in caput alterius de furto. Pro S. R. 78. Mortis paternæ de servis paternis quæstionem habere filio non licet. *Ibid.* 120. Dare servos in quæstionem. Pro Cluent. 176. Sassia quæstionem habere de viri morte constituit. De Cla. 264. C. Visellius judex quæstionis. Pro Cluent. 89. C. Junius huic quæstioni præfuerat. *Ibid.* Quo tempore a quæstione ad nullum aliud munus reip. abduci licebat, eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est. Pro S. R. 11. Cum huic quæstioni judex præesses. 2. de Fin. 54. Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, aperte cepit pecunias ob rem judicandam. Pro Cl. 1. Quæstio veneficii. Pro Sull. 78. Quæstiones nobis servorum, et tormenta accusator minitatur. Pro Mur. 42. Quæstio peculatus, ex altera parte lacrymæ, ex altera catenæ. De Cl. 18. Socios illa die quæstione liberatos esse. Pro Mil. 57. Facti in eculeo quæstio est, juris in judicio. 2. in

A. 22. Quid enim attinebat nova lege quæri de eo, qui hominem occidisset? cum esset legibus quæstio constituta. 11. 5. Tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ. Pro Mil. 60. Sed quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ in atrio Libertatis. *Ibid.* 13. Erant quæstiones vel de cæde, vel de vi: nec erat necesse, ut nova quæstio constitueretur. *Ibid.* 31. Pompeius de jure, non de facto quæstionem tulit. Con. C. Ant. Leges, quæstiones, judicia violavit.

ADJUNCTA. *Absoluta, acerrima, crudelissima, communis, definita, judicialis, maxima, minima, naturalis, diffusa, definitiva, perpetua, ficta, periculosa, infinita, incorrupta, iniqua, integra, nova, legitima, magna, maxima, et salutaris, obscura, perdifficilis, et perobscura, publica, pulcherrima, necessaria, remota, subdifficilis, universa.*

SYNTAXIS. *In disceptationem, quæstionemque vocare. Existit hoc loco quæstio. Ponere quæstionem. Id in quæstione versatur, ponitur. Nihil id habet quæstionis. Quæstio constituta de furto. In quæstionem postulare servos. In caput alterius de furto quæstionem habere. In quæstionem dare servos. Ad quæstionem abripi. Præesse quæstioni. Quæstionem inter sicarios exercere. Minitari alicui quæstiones et tormenta. Quæstione liberari. Verberibus ac tormentis habere quæstionem pecuniæ publicæ. De jure vel de facto quæstionem ferre.*

Quæstiuncula, læ, *τὸ ζητημάτιον, προβληματιον.* 1. de Orat. 102. Quid mihi nunc, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso et loquaci quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? 2. de Leg. 51. His propositis quæstiunculæ multæ nascuntur. 9. Fam. 16. Quæstiunculis te faciebam attentiorem.

Quæsticulus, li, *τὸ κερδύφιον.* 2. Div. 34. Aut fissum jecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus cum cœlo, terra, rerumque natura.

Quæstor, oris, *ærarii et publicæ pecuniæ præfectus, ὁ ταμίας.* Div. 61. Sic enim a majoribus nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere. 2. de Orat. 197. C. Norbanus sodalis et quæstor meus. Pro Mur. 18. Quæstores sortiebantur provincias. 2. in A. 31. Cur quæstores additi?

ADJUNCTA. *Æditilius, bonus, dignus, levis, libidinosus, infirmus et inops, optatior, sordidior, urbanus.*

Quæstorium, rii, *sicut prætorium, ταμιευτικόν.* Pro Pl. 99. Iste Thessalonicam me, in quæstoriumque perduxit.

Quæstorius, a, um, *ταμιευτικός.* 13. in A. 30. Quæstorius vir. De Clar. 263. C. Sicinius quæstorius mortuus est. Pro Planc. 100. Abjicere quæstoriam personam, comitiisque sumere. Ver. 1. 56. Legatus quæstorius. 2. Fam. 17. Quæstorio adductus officio. 7. Fam. 30. Quæstoriis comitiis. Con. C. A. Homo quæstorius. 13. in Ant. 30.

Quæstuosus, a, um, *qui quæstum facit, vel ex quo quæstus capitur, κερδαλέος.* 5. de Fin. 91. Mercatura quæstuosa. 14. Att. 9. Hoc damnum quæstuosum esse videtur. 5. Tusc. 86. Ut quæstuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur. 2. in A. 35. Domus quæstuosissima. Act. 1. Ver. 40. Annus uberrimus quæstuosissimusque. Par. 6. Venio jam ad sumtuosos, relinquo istum quæstuosum. Hortens. Prædia quæstuosissima.

Quæstura, ræ, *quæstoris munus, ἡ ταμιεία.* Act. 1. Ver. 11. Quæstura primus gradus honoris. Pro Mur. 18. Quæstura utriusque propemodum pari momento sortis fuit. Div. 28. Cum iisdem literis illius prætura et tua quæstura consignata sit.

ADJUNCTA. *Funesta, grata, et clara, hæreditaria, nefaria.*

Quæstus, us, *lucrum, commodum, merces, ἐπικερδία.* Ver. 2. 6. Mercibus suppeditandis cum quæstu compendioque. 5. Tusc. 9. Alii emendi quæstu et lucro ducuntur. 1. Off. 150. Illiberales et sordidi quæstus mercenariorum omnium. 2. 77. Habere rempub. quæstui, turpe est. I. P. 86. Sestertium centies Romæ in quæstu reliquisti. Ver. 2. 30. Cum hos sibi quæstus proposuisset magnos atque uberes. 3. 109. et 119. Maximos quæstus prædasque fecisset. 5. 140. Facere quæstum furtis. 15. Fam. 14. Facere quæstum in aliqua re. Pro S. R. 111. Sui quæstus aut commodi causa facere aliquid. Pro Qu. R. 23. Roscius H-S. CCCLIII. quæstus facere noluit. 2. de Orat. 226. Quidquid vocis et linguæ, omne in istum turpissimum calumniæ quæstum contulisti. Cont. C. Anton. Homo valde in hoc largitionis quæstu notus.

ADJUNCTA. *Domesticus, paternusque, immortalis, fœcundus, uberque, campestris, forensis, judiciarius, frumentarius, illiberalis et sordidus, liberalis. ✕ sordidus, turpis, et odiosus, honestus atque concessus, improbissimus, magnus, maximus, nocturnus, immanis, immensus, et intolerabilis, magnus, atque uber, meretricius, precarius, quotidianus, turpis, turpissimus.*

SYNTAXIS. *Merces cum quæstu compendioque suppeditare. Quæstu lucroque duci. Habere remp. quæstui. Pecuniam in quæstu relinquere. Proponere sibi quæstus magnos atque uberes. Maximos quæstus prædasque facere. Facere quæstum in re aliqua, vel re aliqua. Sui quæstus causa facere aliquid. In quæstum conferre.*

Qualia, *qualitates.* 1. Acad. 28. Ita effici quæ appellant qualia.

Qualis, le, *cujusmodi, cujus generis, qui, ποῖος.* 1. de Nat. 65. Doce me, ubi sint dii, quales sint corpore, animo, vita. *Ibid.* 21. Æternitas spatio qualis sit, intelligi non potest. 1. de Inv. 12. Generis est controversia, cum quantum, et cujusmodi, et omnino quale sit, quæritur. Pro Pomp. 36. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores? quanta temperantia? quanta fide? quanta facultate? quanto ingenio? quanta

humanitate? quæ breviter, qualia sint, in Cn. Pompeio consideremus: summa enim sunt omnia. 2. de Fin. 90. Nihil interest ad beate vivendum, quali utaris cibo. 1. Fam. 8. Ex eodem cognoscas de toto statu rerum omnium: quæ quales sint, non facile est scribere. 1. de Div. 121. Idemque mittit signa nobis ejus generis, qualia permulta historia tradidit. 2. 135. Ad aperta et clara somnia veniamus, quale est de illo interfecto a caupone, &c. 1. Fam. 9. Sapientium civium, qualem me et esse et numerari volo. 4. Acad. 85. Nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius. 1. Fam. 9. Vidi quasdam in te tales, quales tu, &c. 2. C. 3. At si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui, &c. 2. de Inv. 176. Ut non tales, quales ante habitæ sint, habeantur. Br. 3. Quales tibi sæpe scripsi consules, tales extiterunt. Pro S. R. 11. Te magnopere quæso, ut qualem te jam antea populo Rom. præbuisti, talem te nobis hoc tempore impertias. Pro Font. 21. Quali fide, quali pietate existimatis esse eos, qui, &c. Pro Rab. 26. An non intelligis, quos homines, quales viros mortuos summi sceleris arguas? 1. Tusc. 60. Si quid sit, hoc non vides, at quale sit, vides: si ne id quidem, at quantum sit, profecto vides. De Cla. 291. Cum qualis quisque orator fuisset, exponeret. *Ibid.* 297. Ii fuerunt certe oratores: quanti autem et quales, tu videris. *Ibid.* 325. Genus dicendi volucre atque incitatum, quale nunc est Asia tota. 2. de Orat. 51. Qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse scribere historiam? 1. de Nat. 106. Hoc per ipsos deos quale tandem est? 3. Tusc. 56. Nam de ipsius rei natura, qualis et quanta sit, quærimus. 2. de Invent. 178. Contraria quoque, et quæ, et qualia sint, intelligimus. 2 de Nat. 93. Formæ litterarum, vel aureæ, vel quales libet. 2. de Invent. 170. Licet vim rei, qualis et quanta sit, cognoscamus. 1. Att. 16. Talis, qualem eum esse scripseris. 2. Off. 44. Si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset. 1. de Leg. 24. Nulla gens est, quæ non, etiamsi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. De Univ. 6. Oratio talis sit, qualis sit illa, quæ neque redargui, neque convinci possit. 1. de Inv. 12. Cum et quid factum sit, convenit, et quo id factum nomine appellari opporteat, et tamen quantum, et cujusmodi, et omnino quale sit, quæritur. 1. de Orat. 139.

Qualiscunque, *quicunque, cujusmodi, cujuscemodi, cujusque modi, cujusmodicunque,* ὁποῖος. 35. Att. 15. Sed homines benevolos, qualescunque sunt, prave est insequi contumelia. 16. 2. Hoc, qualecunque esset, te scire volui. 3. de Legib. 31. Qualescunque summi civitatis viri sunt, talis est civitas. Or. 150. Quæ qualiacunque in me sunt, me enim non pœnitet, quanta sint, sed apparent, &c. I. P. 27. Cum tamen ille, qualiscunque est, qui est ab uno te improbitate victus, &c. 4. Fam. 8. Sin qualemcunque locum sequimur, qui est domestica sede jucundior. 2. de Nat. 76. Quale id ounque est.

Qualitas, tis, ποιότης. 1. Acad. 25. Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Græci vocant: quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum. *Ibid.* Sed quod ex utroque, id est ex materie et vi, id jam corpus et qualitatem nominabant. *Ibid.* 26. Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. Principes sunt uniusmodi, et simplices: ex his autem ortæ variæ sunt, et quasi multiformes: itaque aer, (utimur enim pro Latino) ignis, et aqua, et terra, prima sunt: ex iis autem ortæ animantium formæ, earumque rerum, quæ gignuntur e terra. 2. de Nat. 94. Corpuscula non colore, non qualitate aliqua (quam ποιότητα Græci vocant) prædita.

Quam, *cum* Ante, *et quibusdam aliis,* ἤ, ὅσον, ὡς. 3. Tusc. 75. 2. de Orat. 154. Numa magnus vir habendus est, cum eam sapientiam constituendæ civitatis duobus prope seculis ante cognovit, quam eam Græci natam esse senserunt. 2. de Orat. 21. Seculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophi garrire cœperunt. *Ibid.* 12. Postero die quam illa erant acta, Catulus venit. 7. Att. 20. Sed antiquiores litteræ, quam ruere cœpit Dolabella. 12. 1. Undecimo die post quam a te discesseram hæc scripsi. Pro Cœl. 59. Tertio die post quam in curia floruisset. 15. Fam. 16. Non mehercule quidquam libentius facio, quam scribo ad te. 1. de Div. 10. Quorum neutrum tam facile, quam tu arbitraris, conceditur. 1. Tusc. 13. Ego autem non commemini ante quam sum natus, me miserum. 4. Acad. 9. Postridie veni quam apud Catulum fui. 9. Att. 4. Eam mihi Philotimus postridie quam acceperat, reddidit. 4. Acad. 8. Ante tenentur astricti, quam quod esset optimum, judicare potuerunt. 16. Fam. 21. Tabellarii venerunt post diem XL. et sextum, quam a nobis discesserant.

Quam, *comparativo junctum, cum* ut *et sine, et cum* quomodo, *vel* quemadmodum. Orat. 68. Sed hoc majus est quoddam, quam ab aliis postulandum sit. 2. de Orat. 178. Nihil est in dicendo majus, quam ut faveat oratori auditor. 1. de Nat. 49. Hæc sunt dicta subtilius, quam ut quivis ea possit agnoscere. 8. Att. 13. Ex litteris tuis cognovi ea, quæ in agro Piceno gesta erant, commodiora esse multo, quam ut erat nobis nunciatum. 3. de Orat. 22. Sed si hoc est altius, quam ut nos humi strati suspicere possimus, &c. I. P. 82. Hoc inferius est, quam ut patre tuo dignum videatur. De Univers. 34. Hoc majus est quam ut profiteri scribere audeamus. Orat. 41. Majore mihi ingenio videtur esse Isocrates, quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur. 5. Tusc. 117. Plerumque dolor vehementior, quam ut causa sit, cur feratur.

6. Fam. 4. Tum ille nihil sibi fuisse longius, quam ut me videret. 3. de Orat. 16. Crassus plenior fuit, quam quomodo a nobis inductus est. De Sen. 12. Multa præclara in eo viro cognovi, sed nihil admirabilius, quam quomodo ille mortem filii tulit. 13. Att. 1. Nec magis quam quemadmodum ego vellem. Pro Cæc. 102. Quod si adimi civitas illi posset, magis tamen omnes quæreremus, quemadmodum possemus, &c. quam uti nunc quisquam existat, qui, &c. Brut. 4. Timeo ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quam inde, si consul factus sit, descensurum. Pro Dom. 137. Id sperasti rempub. diutius, quam, quoad mecum expulsa esset, laturam?

Quam, *cum comparativo, alia quadam ratione.* 8. Att. 9. Pro tuis rebus gestis amplissimis, amplioribusve quam meis, quam Africani. 2. de N. 76. Aliquid esse necesse est melius quam deos. 1. de Leg. 52. Melius esse aliquid quam virtutem necesse est. Pro Plac. 74. Et hoc te superiorem putas quam Lælium, quod, &c. 5. Att. 14. Si me nihilo minus nosti curiosum in repub. quam te. 2. Qu. Fr. 9. Doleo te meliorem civem esse, quam Philoctetem. 9. Att. 11. Pompeius ostendit se superiorem quam hunc fore. Pro Planc. 30. Hunc nonnullis rebus inferiorem quam te, superiorem aliis esse miraris. 8. Att. 11. Quod me magno animi motu perturbatum putas, sum equidem: sed non tam magno, quam tibi fortasse videor. 7. 9. Nobis, ut quidam putant, nihil est timendum magis, quam ille Cos.

Quam quod. Quam quantum. 1. de Orat. 167. Alter iniquum putabat plus secum agi quam quod esset in actione. Postq. in Sen. 10. Piraticam ipse fecisset, ac minore quidem reipub. detrimento, quam quod inter mœnia nefarius prædo versatus est. Ver. 2. 70. Hic majorem pecuniam prætori pollicetur, quam quantum tu dedisti. 3. 54. Iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exaraverant. *Ibid.* 221. et 102. Sexies tantum quam quantum satis sit, ablatum esse. 195. et *Ibid.* 4. 24. Pluris Senatus æstimasset quam quanti esset annona. 6. Fam. 22. Suscipere plus, quam quantum præstare possis. 1. de Orat. 167. et 3. 15. Alter plus petebat, quam quantum lex permittebat. 2. de Div. 37. Aruspicibus igitur quam physicis potius credendum existimas.

Quam, *cum* Possum, *et superlativo.* Pro Dom. 95. Dico igitur, et quam possum maxima voce dico, &c. 1. de Div. 69. Exposui quam brevissime potui oracula, &c. De Senect. 46. Convivium ad multam noctem quam maxime possumus, vario sermone producimus. 2. de Nat. 129. Aves nidos construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt. 15. Fam. 4. Quam potui maximis itineribus ad Amanum veni. Par. 1. Et dicam brevius quam tanta res dici possit. De Som. 21. Quam maxime se a corpore abstrahere.

Contra quam, *pro contra atque, ac, atque ut.* Pro Cluent. 12. Socrus generi contra quam fas erat, amore capta. L. P. 18. Edicere ausus es, ut Senatus contra quam ipse censuisset, ad vestitum rediret. Pro Dom. 122. Quanquam quid ego de vestro jure contra quam proposueram, disputabo? Pro Cæcin. 67. Miror te hoc in hac re alieno tempore, et contra quam hæc causa postulabat, defendisse. 4. ad Her. 6. Contra faciunt, quam pollicentur. 1. Qu. Fr. 1. 2. Factum est enim mea culpa contra quam tu mecum egeras. 2. de Leg. 12. Contra facis quam pollicitus es. 2. de Orat. 86. Clamare contra quam deceat et quam possit, hominis est impudentissimi. Orat. 139. Sæpe supra feret quam fieri possit. Top. 39. Hoc est infra quam illud. 2. de Invent. 5. Si a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese uni alicui certo vellent addicere, &c.

Quam, *pro valde.* 1. de Orat. 129. In artificio et opera quam tenui ac levi. De Clar. 312. Oratio quam elucubrata. 3. de N. 82. Quam multas ante hunc Pisistratus pœnas sustulit, multis quidem ante cruciatis et necatis. Ver. 3. 205. Fecerunt alii alia quam multa. 11. Fam. 24. Te igitur imitabor, quam multa, quam paucis? 9. 22. Liberis dare operam, quam honeste dicitur. Pro Lig. 15. Quam multi enim essent de victoribus, qui, &c. cum etiam de victis quam multi sint, qui, &c. 2. Qu. Fr. 10. Quo quam minime multi hoc sciant. 11. Fam. 13. Sane quam sum gavisus. 7. Att. 15. Is autoritatem suam quam magni æstimat. 11. Fam. 13. Suos valde quam paucos habet. 5. Tusc. 61. Abacos quam plures ornavit argento. *Ibid.* Somnia, quorum defensio repetita quam longe est. 2. de Inv. 129. Quam absurdum. Ver. 2. 102. *Ibid.* 4. 56. Sunt vestrum quam multi.

Quam, *pro quantum, aliquando cum admiratione.* 9. Att. 2. Quam nihil prætermittis in consilio dando! quam nihil tamen, quod ipsi tibi placeat, explicas! 5. de Fin. 26. Quam cupiunt laudari, ut pudet vinci! 13. Fam. 6. Ut ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas, quam primum, quam sæpissime gratias agat.

Quam, *pro nisi.* Pro Mar. 4. Hoc tibi affirmo, nullam in his esse laudem ampliorem, quam eam, quam hodie consecutus es.

Quam mox. Pro Qu. R. 44. Quid expectas quam mox ego eos dicam ordine esse Senatores? ætate grandes natu, &c. non faciam.

Syntaxis. *Anno ante, seculis multis ante quam. Mense postquam abii. Hoc majus est quoddam, quam ut. Major dolor, quam ut causa sit. Nihil mihi fuit longius, quam ut te viderem. Nihil melius, quam quomodo censes. Plus cupis, quam quantum liceat. Dicis contra quam fas sit. Contra facis quam pollicitus es. Hoc est infra quam illud. Quam minime multi. Sane quam gaudeo, &c. Quam*

volueris multa dicam. Quam maximas, quam primum, quam sæpissime gratias referre.

Quamobrem, *quare, quid ita, cur, quo, διότι.* 8. Att. 3. Quamobrem ut de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium velim. 5. Fam. 8. Quamobrem velim, &c. *Ibid.* Quamobrem tu, &c. *Ibid.* Quamobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum, &c. Ver. 5. 177. Iste multa signa dederat, quamobrem aliquibus responsurus non videretur. 4. 135. Verum illud est, quamobrem hæc commemorarim, quod, &c. Pro S. R. 8. Si ulla vel minima res reperietur, quamobrem, &c. 3. Fam. 10. Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem ita fore putarem. 9. 14. Uno utor argumento, quamobrem, &c. 2. 4. Quamobrem quoniam, &c. utar ea clausula, &c. Pro Flacc. 65. Quamobrem quoniam, &c. 10. Fam. 10. Quamobrem quanquam, &c. 9. Att. 4. Quamobrem obsecro te, mi Tite, eripe mihi hunc dolorem.

Quamprimum, *primo quoque tempore, sine mora, τάχιστα.* Ad Brut. ep. 18. Sæpe te litteris hortatus sum, ut quam primum reipub. subvenires. 9. in A. 47. Quid est enim, cur eum non quamprimum amplissimos honores capere cupiamus? 2. Fam. 19. et 4. 10. Gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimum veneris. 2. 6. Cum has ad te quamprimum litteras perferri magnopere vellemus. De Consolat. Quamprimum mori.

Quamvis, *quantumvis, κἂν, καίτοι.* 2. de Nat. 1. Nec timeo sine ista philosophia rhetorem, quamvis eloquentem. 1. Tusc. 47. 3. de Leg. 24. et 6. Fam. 4. Quamvis enumeres multos licet, non tamen, &c.

Licet, quanquam, εἰ καὶ, καίπερ. 16. Att. 7. Quamvis suasor non fueris profectionis meæ, approbator certe fuisti. Pro S. R. 22. Quamvis ille felix sit, sicut est, tamen, &c. 3. de N. 88. Quamvis Menti delubra et Virtuti consecremus. 11. in A. 22. Quamvis intentus animus tuus sit ad fortissimum virum liberandum, tamen, &c.

Quandiu, *dum, quantum, quoad, quousque, quem ad finem, ὅσον χρόνον.* X. *tandiu.* 9. Att. 3. Ego tandiu requiesco, quandiu ad te scribo. 1. C. 1. Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet? 12. Fam. 19. Qui se oppido tandiu tenuit, quandiu in provincia Parthi fuerunt. 1. Off. 1. Disces, quandiu voles: tandiu autem velle debebis, quoad te, &c.

Quando, *cum, ubi, ὅτι, πότε.* 8. Att. 3. At recuperabit remp. quando? aut quid ad eam spem est parati? 1. de Orat. 102. Quando me ista curasse aut cogitasse arbitramini? I. P. 49. Quando hoc bellum populus Rom. suscepit? 2. de Divin. 17. Vident ex constantissimo motu lunæ, quando illa e regione solis facta occurrit in umbram terræ, ut eam obscurari necesse sit: quandoque eadem luna, &c. 2. Off. 75. Utinam, inquit, tunc essem natus, quando Romani dona cepissent. Pro Dom. 72. Quando igitur est turpe? quando est pœna peccati. 2. contra Rull. 41. Tum quando Alexandro mortuo legatos Tyrum misimus. De Sen. 38. Semper enim in his studiis viventi, non intelligitur, quando obrepat senectus.

Cum, quia, postquam, quoniam, quandoquidem. De Un. 12. Quando enim trium numerorum, &c. *id est, cum enim, &c.* 10. Fam. 12. Quam quando complexus es, tene. 3. de Divin. 69. Quid ergo? Aius iste, quando eum nemo norat, aiebat et loquebatur. 6. Fam. 6. Quare quando, &c. *id est, quoniam.* 5. de Fin. 67. Omnes denique, quando, &c. *Ibid.* 1. Ut quando ea loca videamus, in quibus, &c. *id est, cum, &c.* 3. de Leg. 8. Ast quando consulis est, &c. *id est, ut cum, &c.* ex XII. et 2. Off. 58. 5. Fam. 20. Quando te id video desiderare. *id est, quoniam.*

Quandocunque, *quocunque tempore, ὁποτεοῦν.* De Som. 17. Quandocunque eadem parte sol, eodemque tempore iterum defecerit, tum, &c.

Quandoque, *aliquando, ἐνίοτε.* 6. Familiar. 19. Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat.

Quandoquidem, *nam, quia, ἐπείγε.* Parad. 6. Tu te posse dicito, quandoquidem potes. 5. de Finib. 37. 3. de Orat. 51. Quæ sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator. Orat. 54. Ita prætermissa pars nulla erit, quandoquidem, &c.

Cum, postquam. 5. de Fin. 66. et Ver. 2. 9. Quandoquidem honestum ipsa virtus est. De Clar. 163. Quandoquidem tu, &c. vellem, &c. Ver. 3. 187. Quando tu quidem in prælio mihi affuisti.

Quanquam, *tametsi, etsi, καίτοι, καίπερ.* 2. de Orat. 197. Quamobrem hoc vos doceo, Sulpici, ut, &c. quanquam te quidem quid hoc doceam? qui &c. 3. de Nat 41. Homerus conveniri Herculem apud inferos facit ab Ulysse: quanquam quem potissimum Herculem colamus, scire sane velim. 15. Fam. 16. In integro res nobis erit: quanquam quicum loquor? 5. Tusc. 95. Omnia jucunda, quanquam sensu corporis judicentur, ad animum referri tamen. Pro S. R. 55. Innocens est quispiam: veruntamen quanquam abest a culpa, suspicione tamen non caret. 1. de Orat. 254. Quanquam quoniam, &c. Idem Roscius, &c. Part. 127. Quanquam uterque utetur, &c. tamen, &c. 3. de Finib. 5. Quanquam ea verba, &c. quanquam inquam, &c. tamen, &c. 1. de Orat. 160. Sed quanquam satis iis, qui aderant, ad id, quod erat propositum, dictum videbatur.

Quantopere, *εἰς ὅσονγε.* 1. de Orat. 164. Neque enim tantopere desiderabam, &c. quantopere delector, &c. 12. Att. 28. Brut. 5. 13. Fam. 7. Quantoque opere ejus municipii causa laborem, tibi ostendi. 14. Att. 6. Dici non potest, quantopere gaudeant.

Quantulum, *ὅσον ὀλίγον.* 1. de Orat. 133. Nihil plus assequi cupimus, quam quantulum

tu ii. dicendo assecutus es. 2. cont. Rull. 65. Etenim quantulum interest, utrum in Massici radices, an in Italiam aliove deducamini.

Quantulus, a, um, ὁπηλίκος. 2. de Div. 134. Misit conjectori quantulum visum est de argento. 2. de Leg. 47. Id autem quantulum est? Div. 57. Nam ex illa pecunia magnam partem ad se avertit: mulieri reddidit quantulum visum est.

Quantuluscunque, ὁσοσοῦν. 1. de Orat. 135. Si de hac mea, quantulacunque est, facultate quæritis. Orat. 106. Easque nos primi quicunque eramus, et quantulumcunque dicebamus, convertimus. 2. de Orat. 97. Ex eo, quod dico, quantulum id cunque est, judicari potest.

Quantum, *ut, quam, quatenus*, ὅσον. Pro Flac. 38. Vociferarer, et quantum maxime possem, contenderem, si, &c. Pro Sest. 31. Ut afflictæ reip. quantum posset, mederetur. I. P. 75. Pompeius, quem, quantum potui, multis sæpe orationibus decoravi. 9. Att. 6. Perge, ut facis, et scribe quantum potes. 5. Fam. 13. Quantum potero me ab omnibus angoribus abducam. 1. Qu. Fr. 1. 30. Quantum in me erit, quantum efficere et consequi possumus. Orat. 232. Quantum autem sit apte dicere, experiri licet, &c. si, &c. Pro Qu. 51. Viri boni considerant, quid et quantum sit alterius bona proscribere. 2. de Orat. 77. Sed tamen est eorum doctrina (quantum judicare possumus) perridicula. Pro S. R. 35. Tres sunt res, quantum ego existimare possum, quæ, &c. Pro Flac. 61. Nam nomen civium Rom. quantum in ipsis fuit, sustulerunt. 15. Att. 14. Is remp. quantum in ipso fuit, evertit. 3. de Nat. 15. Non igitur adhuc quantum in te est, intellexi, deos esse. Pro Ar. 1. Huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, opem ferre debemus. 5. Tuscul. 35. Ut omnia in omnibus, quantum in ipsis, nulla vi impediente perfecta sint. 3. Fam. 8. Quantum ex tuis litteris intelligere potui. 7. Att. 8. Quantum ex Pompeii sermone perspexi. 3. de Leg. 37. Hæc lex Attico nostro non placet, quantum ex vultu ejus intelligo. 2. Att. 9. Quantum conjectura auguramur. 1. de Orat. 95. Ego quantum auguror conjectura, quantaque ingenia in nostris hominibus esse video, non despero fore aliquem, &c. 1. Fam. 8. Quantum ego perspicio. 8. 9. Quantum divino. 10. 24. Quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. 16. 2. Quantum me diligis, tantum fac, &c. 1. Att. 14. Nec tantum proficiebam, quantum volebam. Br. ep. 15. Sed propera, per deos! scis enim, quantum sit in temporibus, quantum in celeritate.

Syntaxis. *Quantum maxime possum. Quantum in me sit. Quantum judico. Quantum in me situm est. Quantum ex illo cognovi. Quantum est in celeritate.*

Quantumvis licet excellas, εἰς ὅσον ἂν θέλῃς, ὅσον βούλει. De Ami. 75.

Quantus, a, um, πόσος. 7. Att. 1. Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. Brut. ep. 3. Tanta multitudo, quantam capit urbs nostra. 12. Fam. 7. Dixi tanta contentione, quantum forum est. Pro Clu. 87. Pecunia numero ac summa sua quanta sit, ostendit. Pro R. P. 37. Si tantum ex ejus bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset. Pro Dom. 75. Populus Rom. sensit quantus et quanta dignitate esses. 2. de Orat. 51. Qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse, scribere historiam? Br. ep. 16. Potuimus beneficiis ut participes frui, quantis vellemus. Orat. 206. Dicendum est, quantos circuitus facere deceat. 3. de Orat. 188. Nec hoc tanti laboris est, quanti videtur. 2. cont. Rull. 33. Perspicite, quanta potestas permittatur. Pro Sest. 24. Ut pecuniam acciperent quantam vellent. 1. de Orat. 167. Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex permittebat. 2. in A. 29. Omnes boni, quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt. 6. Att. 18. Quamobrem, Quir., consilio quantum potero, labore plus pene quam potero, vigilabo pro vobis. Pro Corn. 43. Omitto quantis ornamentis populum Rom. C. Cæsar affecerit. 7. in A. 15. Quanta illa reip. turpitudo, quantum dedecus. 2. de Leg. 16. Cum intelligat, quantæ salutis sint fœdera religionum. Pro Mil. 39. Quem si interficere voluisset, quantæ, quot occasiones, quam præclaræ fuerunt. Pro Mil. 43. Scio quanta et quam sollicita cupiditas sit consulatus. Pro Sull. 76. Quantus et quam incredibilis furor, &c. 1. Tusc. 86. Is propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates. 1. de Div. 52. Xenophon Socraticus, qui vir et quantus, scribit, &c. De Am. 82. Nec cognoscunt, hæc vis amicitiæ qualis et quanta sit. Ver. 3. 66. Cernitis, judices, quod et quantum incendium per Siciliam pervaserit. 16. Famil. 4. Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te judicabo. 1. Att. 13. Dii immortales! quas ego pugnas et quantas strages edidi? Div. 40. Quæ et quantæ sint, &c. Ver. 5. 4. Quot et quanta sint, &c. 2. de Orat. 255. Quanti addictus? Ver. 5. 112. In qua docet, quot a civitate sua nautas acceperit, quot et quanti quemque dimiserit. 12. Attic. 29. Sed quanti quanti: bene emitur quod necesse est. 4. Acad. Quanti libertas ista æstimanda est, non mihi necesse esse quod tibi est? Ver. 3. 195. Pluris Senatus æstimasset, quam quanti esset annona. 7. Fam. 19. Vide quanti apud me sis. De Clar. 257. Quanti quisque sit, non quantum prosit, ponderandum. 1. ad Qu. Fr. 2. Noli spectare quanti homo sit: parvi enim pretii est, qui jam nihil sit. Pro Mur. 38. Hoc quanti putas esse ad famam hominum ac voluntatem? 2. Fam. 10. An dubitas, quum scias quanti cum illum, tum vero Tulliam meam faciam? 5.

de Fin. 15. Tantum damni feci, quanti quæque res amissæ valebant.

Quanti, *ad pretium relatum*, ἡλίκον πόσος. 14. At. 24. De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, et, ut opinor, heri ad te scripseram: sed tanti, quanti bene emitur. 1. de Nat. 55. Quanti autem hæc philosophia æstimanda est? quæ, &c. 9. Ant. 16. Quanti locarint, tantam pecuniam redemptori solvendam curent.

Syntaxis. *Tanta contentione dicere, quantum est forum. Quantam vis pecuniam confice. Quanti quanti, bene emisti. Quanti est homo? Quanti hoc putas ad famum?*

Quanto, *pro quo*, ὅσῳ μᾶλλον. 1. Acad. 10. Quanto magis philosophi delectabunt.

Quantuscunque, ὁποσοῦν. 2. de Orat. 122. Atque ego is qui sum, quantuscunque sum ad judicandum, sic statuo, &c. De Cl. 321. Nostrum illud quantumcunque est augere. 1. de Fin. 10. Debeo profecto quantumcunque possim in eo laborare, ut, &c. 5. Anton. 22. Quorum bona quantacunque erant, suis comitibus descripsit. Pro Mar. 7. Totum hoc, quantumcunque est, tuum est.

Quantus maximus, ὅσον μάλιστα. Ad Brut. ep. 4. Autoritas, quanta maxima in libera civitate unius esse potest. De Ami. 76. Tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia.

Quaprὸpter, *quare, quamobrem, quocirca*, διό. 4. Fam. 15. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. 3. Ant. 29. Quapropter quoniam, &c. aliquando, &c. Pro S. R. 9. Quapropter vos oro, judices, &c. Pro Cæc. 78. et de Ami. 27. Quapropter non minus, &c.

Quaquaversus, ὅπηπερ ἄν. 9. Ant. 16. Circumque eam statuam posteros ejus quaquaversus pedes quinque habere. *emendatiores codices habent*, quoquoversus.

Quare, *quamobrem, quapropter, ex quo*, διὰ τί. 13. Fam. 71. Quare sic tibi eum commendo, ut, &c. 1. Qu. Fr. 1. 30. Quare quoniam, &c. 6. Fa. 6. Quare quando, &c.

Cur. 1. de Orat. 71. Namque illud quare Scævola negasti? &c. 6. Att. 3. Is fuit aperte mihi nescio quare non amicus. Pro Qu. 60. Commissum nihil esse, quare ad istam rationem perveniretur. 7. Fa. 10. Unum mihi est solatium, quare possim, &c. Pro S. R. 41. Quæramus igitur, quæ tanta vitia fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. *Ibid*. 94. Permulta sunt, quæ dici possunt, quare intelligatur, &c. 2. Off. 68. Utendum est excusatione, quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris.

Ut. 10. Fa. 21. Omnia feci, quare resisterem, &c.

Quartana, æ, τεταρταῖος. 16. 1. In quartanam conversa est vis morbi. 7. Att. 2. Alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse. 3. de Nat. 24. Ne tertianas quidem febres et quartanas divinas esse dicendum sit.

Quasi, *tanquam, quodammodo, perinde, ac si*, μονονουχί, ὡσπερεί. 4. Acad. 32. Illos, qui omnia incerta dicunt, quasi desperatos aliquos relinquamus. *Ibid*. Volunt probabile aliquid esse, et quasi verisimile. 2. Tusc. 29. Quasi de verbo, non de re laboretur. Pro Qu. 9. Quasi tua res aut honos agatur, ita labores. 1. de Orat. 251. Vocem ab acuto sono ad gravem recipere, et quasi quodammodo colligere. 3. Tusc. 12. Est in animis tenerum quiddam, quod ægritudine quasi tempestate quatiatur. 1. de Nat. 103. Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat. 1. de Orat. 99. Earum rerum, quæ quasi in arte traduntur, inscitia. Or. 55. Quasi corporis quædam eloquentia. *Ibid*. 53. Puro quasi quodam genere dicendi. 2. de Orat. 194. Sine quodam afflatu quasi furoris. 4. Tusc. 80. Ii sunt ejusmodi constituti, quasi mala valetudine animi. Act. 1. Ver. 22. Ex his quasi x. fiscos ad Senatorem illum relictos esse. 1. de Orat. 9. Philosophia laudandarum artium omnium procreatrix quædam, et quasi parens. De Senect. 26. Litteras Græcas sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. De Senec. 83. Nec vero velim quasi decurso spatio, a calce ad carceres revocari.

Quasi vero, *perinde quasi*. 3. Fam. 7. Non poteram, credo, ante hyemem; (sic enim scribis) quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. 3. de Nat. 10. Quasi vero quisquam nostrum, &c.

Quassatus, a, um, *fractus, et debilitatus*, διασαλευθείς. Pro Sest. 73. Flamma illa fuit quassatæ reipub. Pro Mar. 25. Quassata respub.

Quassus, us, σεισμός. 2. Tusc. 50. *Lege*, Attrectatus.

Quatefacio, is *concutio*, διασείω. Ad Brut. ep. 10. Romam perveni, nullo præsidio quatefeci Antonium.

Quatenus, *quantum, finis ac termini, mensuræque ratione*, καθ' ὅσον. De Ami. 36. Quamobrem id primum videamus, quatenus amor in amicitiis progredi debeat. Orat. 73. In omni re videndum est, quatenus: esti enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. 1. Tusc. 107. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quodque curandum. 2. de Orat. 235. Quatenus sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter est videndum. *Ibid*. 355. Qui memoria vigent, sciunt, quid et quatenus et quomodo dicturi sunt, 5. de Fin. 24. Videre quatenus aliquid se attingat, ad seque pertineat. 4. Acad. 92. In omni re statuere, quatenus. 6. Att. 3. Neque mihi, ut absim, concedere, aut quatenus eos mihi concedere. De Opt. 8. Sed quatenus voluerunt, sani et sicci duntaxat habeantur. 14. in A. 14. Quibus auspiciis istos fasces augur acceperim? quatenus haberem cui traderem. 3. Off. 51. Diogeni videtur, venditorem, quatenus jure civili constitutum sit, dicere vitia oportere. *Ibid*. 68. Leges tollunt

astutias, quatenus manu tenere possunt: philosophi, quatenus ratione et intelligentia. De Ami. 62. Est enim quatenus amicitiæ dari venia possit. De Univ. 40. Deinde diis permisit, ut huic animanti duces se præberent, et eum pulcherrime gubernarent, nisi quatenus ipse sibi sua culpa aliquid miseriæ quæreret. Pro R. P. 12. Judex meminisse debet non solum quantum sibi permissum, sed etiam quatenus permissum sit.

Quod attinet, ex ea parte qua, qua in parte, dum. 1. Fam. 2. Postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur, quatenus de religione dicebat. 4. 4. Sed accipio excusationem ex ea parte, quatenus aut negligentia aut improbitate eorum, qui epistolas accipiant, fieri scribis. 1. Off. 135. Animadvertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat. 3. Off. 15. Vulgus quid absit a perfecto, non fere intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum.

Quaterdecies, τετράκις δέκα. Ver. 1. 100. H-S. quaterdecies numerata.

Quaternus, a, um, *οἱ καὶ αἱ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα.* 5. Att. 21. et 6. 2. Scaptius quaternas centesimas sperabat. Pro Font. 9. Quaternos denarios in singulas vini amphoras exegisse.

Quatiens, tis, *σείων.* 2. de N. 110.

Magnu' leo tremulam quatiens e corpore flammam.

Quatio, is, *quatefacio, διασείω.* 2. de N. 109. *Quod quasi temone adjunctam præ se quatit Arctum.* Poetæ. In Arat.

Quatior, eris. 3. Tusc. 12. Est in animis tenerum quiddam, quod ægritudine quasi tempestate quatiatur.

Quatridui, τετάρτη ἡμέρα. 3. Att. 7. Ab Antonio et cæteris quatridui: *scilicet abest Epeirus.*

Quatriduo, *quarto die.* Pro S. R. 20. Quatriduo, quo hæc gesta sunt, &c. Ad Brutum ep. 3. Quatriduo ante.

Quatriduum, dui, τετραήμερον. 6. Att. 2. Ipsum enim triduum quatriduumve. *Lege,* Triduum.

Quatuorviratus, τετραρχία. 10. Fam. 32.

Quatuorviri, *ut triumviri, &c.* τετράρχαι. Pro Clu. 25.

Que, *et,* καί, τε. 2. de N. 51. Multa quibus animantes alantur, augescantque et pubescant. 2. de Or. 214. Alterumque et tertium poscitur. Orat. 38. Arguti certique et circumscripti ambitus. 2. in A. 72. Ergo arma contra deos arasque et focos tulit. Pro Qu. 33. Nisi tu, quod esset tuum jus et officium potestasque, docuisses. 1. Off. 67. Eaque ratione stabili firmaque contemnere. 1. Fa. 3. In primisque, ut, &c. 1. de Ora. 119. Quique optime dicunt, quique id faciunt. *Ibid.* 11. Mathematici recondita in arte et multiplici, subtilique versantur.

Quemadmodum, *ut, ita ut, perinde ut, sicut,* ὡς, ὥσπερ, καθάπερ. 8. Att. 16. Velim exquiras, quemadmodum illi nunc se gerant. Pro Cæc. 36. Prætor te quemadmodum restituat, non habebit? Pro Arc. 3. Res nobis, quemadmodum spero, non molesta. Pro Mur. 49. Inflatus cum spe militum, tum collegæ mei, quemadmodum dicebat ipse, promissis. 1. Fam. 7. Ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum Senatus initio censuit. 2. de Fin. 83. Quemadmodum sunt, &c. eodem modo sint, &c. De Fat. 10. Quid? Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zophirus, &c.

Quomodo; qua ratione, qua via. 3. C. 3. Semper vigilavi et providi, quemadmodum salvi esse possemus. I. P. 3. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quam quemadmodum ceperimus. Postq. ad Quir. 22. Mihi majori curæ erit quemadmodum quidem vobis gratiam referam, quam quemadmodum inimicorum injurias persequar. *Ibid.* 21. Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum a quibusque sum provocatus. 1. de Leg. 59. Si te ipse perspicies, totumque tentabis, intelliges quemadmodum a natura subornatus in vitam veneris. Pro Dom. 71. Sed isti, qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum cæteras observàverunt? De Ar. 6. Solus ille cognovit, quemadmodum istum vinci oporteret. 13. Att. 1. Nec severius, nec temperantius scribi poterat, nec magis quam quemadmodum ego maxime vellem. Pro Qu. R. 55. Si non reliquit, quemadmodum ab eo exegisti? De Cl. 307. Ut possis videre, quemadmodum &c. 14. Fa. 2. Valerius mihi scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum a Vestæ ad tabulam Valeriam ducta esses.

Queo, quis, δύναμαι. Fam. 14. 1. Ad te non queo sine lacrymis scribere. Pro Dom. 110. Quem satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non queo. 11. in A. 6. Qui tantas calamitates deplorare queat. 1. Att. 16. Atque hoc loco illud non queo præterire &c. 6. 4. Non queo tantum, quantum vereor, scribere.

Quercus, ci, et cus, ἡ δρῦς. 2. Att. 4. Quercus Dodonea. 1. de Leg. 12. Quercus glandifera. 1. de Leg. 1. Quercus Arpinatium ingenio sata manet, et semper manebit. 13. Att. 28. E quercu nescio quid exculpseram, quod videretur simile simulachri. Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram jacent.

Querela, læ, *querimonia, conquestio,* μέμψις. 3. Q. Fr. 8. Epistola plena stomachi et querelarum. 7. Att. 8. Querela de damnatis. 1. Qu. Fr. 2. Statius intervenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. Pro Mar. 21. Nunc venio ad gravissimam querelam, et atrocissimam suspicionem tuam. 5. de Fin. 29. Eorum est hæc querela, qui sibi chari sunt. 10. Fa. 28. Vestrum in remp. meritum nonnullam habet querelam, 5. 14. Querelis quotidianis nihil proficere. Pro Sest. 64. His de tot tantisque injuriis in

socios, &c. consulum querela esse debuit. 1. de Div. 14.

——*Et assiduas jacit ore querelas.*

De Sen. 7. Querelæ quas illi deplorare solebant. Pro Deiot. 9. Quanquam cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ?

Adjuncta. *Assidua, gravissima, inaudita, iniquissima, inveterata, invidiosa, justa, magna, mira, misera, et luctuosa, necessaria, miserrima, publica, quotidiana.*

Syntaxis. *Epistola stomachi plena, et querelarum. Hoc habet querelam. Querelas deplorare. Querelis quotidianis nihil proficere.*

Queribundus, a, um, *lamentabilis, ὀδυρτικός.* Pro Sul. 30. De supplicio P. Lentuli magna et queribunda voce dixit.

Querimonia, æ, *querela, lamentatio, μεμψιμοιρία.* Div. 9. In populi Rom. quotidiana querimonia. Ver. 3. 207. et 5. 71. In ea querimonia, quam sum habiturus de istius crudelitate. 2. Qu. Fr. 1. Eo metu injecto, repente magna querimonia omnium discessimus. Ver. 3. 132. Romæ querimoniæ de tuis injuriis habebantur. *Ibid.* 207. Sustineo querimonias nationum.

Adjunct. *Communis, ficta, justa, libera, magna, quotidiana, divina.*

Queror, eris, *conqueror, expostulo, deploro, querelam vel, querimoniam habeo, querelas deploro, querelas jacio, μέμφομαι, ὀδύρομαι.* Ver. 1. 25. Hic tu fortasse querere, deum atque hominum fidem implorabis. 2. de Orat. 198. Accedebat, ut hæc tu pro rep. queri existimarere. Pro Fl. 57. Non enim omnia, quæ dolemus, eadem jure queri possumus. 3. Fa. 3. Multa nos quidem questi sumus. 5. Tus. 14. Virtutes autem noli vereri ne expostulent et querantur se relictas esse, &c. 3. Fa. 10. Quererer tecum atque expostularem, nisi, &c. Pro Cæl. 19. Queri de aliqua re. 1. Fam. 4. Queri de injuriis aliorum. 1. Qu. Fr. 1. 25. Queri de injuriis alicujus. 9. Att. 17. Cæsar queritur de Milone per vim expulso. 3. de Orat. 2. Ibi Drusus multa de Philippo questus est. 2. de Div. 82. Ajax querens de ferocitate Trojanorum. 4. Fam. 5. Quid est quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? 5. Att. 8. Audivi Milonem meum queri per litteras injuriam meam. 13. 2. Dionysius noster graviter queritur, et tamen jure, a discipulis abesse tandiu. 1. Qu. Fr. 3. Quæ si queri velim præterita, nihil agam. 4. Acad. 81. Neque tam quereretur *talpa* cum Deo, quod &c. Ver. 3. 132. Queror cum luctu et gemitu.

Adverb. *Graviter, gravissime, inhumaniter, leviter, moleste, obscure, peracute, proxime, sæpe, et multum, valde, vehementer, vulgo.*

Syntaxis. *Hoc ille queritur. Expostulo, et queror me relictum. De hac re queror, de te, de tua sævitia. Cum aliquo queri, cum fortuna, cum Deo. Hoc ego queror, nihil aliud. Queri cum luctu gemituque.*

Questus, us, *lamentatio, ὁ ὀδυρμός.* Pro Quin. 94. Qui denique questus? qui mœror dignus inveniri in calamitate tanta potest?

Qui, *quomodo, πῶς, ὅπως.* 2. de Fin. 12. Qui fit, ut ego nesciam, sciant omnes quicunque Epicurei esse voluerunt? 1. de Nat. 25. Deum nisi sempiternum qui possumus intelligere? *Ibid.* 84. Qui potest esse in ejusmodi trunco sapientia? Pro Cæl. 64. Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, quum &c. 16. Att. 14. Qui fieri poterat? Qui minus autem ego istic recte esse possim, quam est Marcellus? 4. Acad. 24. Qui poterit esse sapientia? 5. Tusc. 109. Qui enim beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam, &c. Pro Cæc. 7. Qui igitur convenit?

Quia, *quod, ὅτι.* Ver. 4. 119. Urbs, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur. De Amic. 32. Sed quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitiæ sempiternæ sunt. 13. Fa. 70. Quia non est obscura tua in me benevolentia, sic fit, ut, &c. Pro S. R. 2. Quæ me res igitur præter cæteros impulit, ut, &c. quia si quis istorum, &c. 5. Tuscul. 95. Voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam esse. 1. de Fin. 32. Nemo dolorem ipsum, quia dolor sit, amat. *Ibid.* Nemo ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernetur! sed quia consequuntur magni dolores eos, qui, &c.

Quicquam, *prorsus, ὁτιοῦν.* 1. de Orat. 134. Sine qua nihil quicquam egregium assequeris.

Quicque, *vel* Quidque, *ὁτιδήποτε.* 3. de Nat. 60. Interpretando quorsum quidque pertineat. 1. ad Her. 15. Sed ut quidque primum gestum erit, ita primum exponemus. 5. de Fin. 24. Perspicere quatenus quicque se attingat, ad seque pertineat. *aliter,* quicquid. Ver. 4. 35. Unde quicque aut quanti emeris. *Alii* quidque.

Quicquid, *quæcunque res, πᾶν ὅσον.* Pro Pomp. 71. Quamobrem quicquid in causa mihi susceptum est, id omne me reip. causa suscepisse confirmo. 1. de Orat. 139. In utraque re, quicquid in controversiam veniat, in eo quæri, &c. *Ibid.* 51. Quicquid erit quacunque ex arte, quocunque de genere. 5. de Fin. 24. Perspicere quatenus quicquid se attingat, ad seque pertineat. *aliter,* quicque. Div. 36. Id mihi satis est, quod est de me opinionis, quicquid est.

Quicunque, *quisquis, quivis, ὅστις, ὅστις ἄν.* 2. de Nat. 44. Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt revocanda. De Fat. 43. In omnibus, quæcunque fiunt, necesse est causam antecedere. Pro R. P. 21. Quæcunque mens illa fuit, Gabinii fuit: et quoquo consilio fecit, fecit certe suo. 1. de Orat. 117. Illam ipsam, quamcunque assequi potueris in dicendo mediocritatem. *Ibid.* Illa ipsa facultate, quamcunque habes, magnam gratiam assequeris. *Ibid.* 44. In judiciis ea causa, quamcunque tu dicis, melior videtur. De Sen. 38. Causarum illustrium, quascunque defendi, nunc quam maxime conficio

orationes. 2. de Orat. 5. Omnia, quæcunque in disceptationem hominum venire possunt, bene sunt oratori dicenda. De Clar. 234. In quæcunque enim una plane claudicaret, orator esse non posset. Orat. 12. Orator, si modo sim, aut etiam quicunque sim. *Ibid.* 106. Easque nos primi, quicunque eramus, et quantulumcunque dicebamus, convertimus, &c. Pro Flac. 19. Libenter accipere facultatem lædendi, quæcunque detur. 1. Qu. Fr. 2. Quoscunque de te queri audivi, quacunque potui ratione, placavi. Pro Sest. 146. et pro Mil. 96. Quemcunque casum fortuna dederit, et quæcunque fortuna erit oblata. Pro Cœl. 3. Quæcunque in equite Rom. dignitas esse potest, eam semper in M. Cœlio habitam esse summam. 2. de Div. 91. Ea notant sidera natalitia Chaldæi, quæcunque lunæ juncta videantur. Postq. in Sen. 13. Is est Epicureus, non penitus illi disciplinæ, quæcunque est, deditus. 10. Fa. 31. Quicunque is est, ei me profiteor inimicum. 1. de Orat. 67. Quamcunque rem a quoque cognoverit, de ea re multo dicet ornatius, quam, &c. *Ibid.* 172. L. Fusius cuicunque particulæ cœli officeretur, mutari lumina putabat. 8. Att. 17. Quodcunque militum contrahere poteris, contrahe. 1. de Oratore 51. Quicquid erit, quacunque ex arte, quocunque de genere, &c. De Cl. 272. Nec vero M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque ejus in exitu vel fortuna vel mens fuit. 3. cont. Rull. 5. Ut omnia, quæcunque ille fecisset, essent rata.

Syntaxis. *Omnia quæcunque. In quacunque una causa claudicaris, &c. Orator si modo sim, aut quicunque sim. Quodcunque militum contrahes.*

Quid, τί. 2. Fa. 8. Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut, &c. 1. Tusc. 102. Quid? Theodorum, &c. nonne miramur? Pro Deio. 21. Quid? ille signa ænea in insidiis posuerat. 2. in A. 99. Quid? eundem in septemviratu nonne destituisti? Pro Muræn. 16. Quid tum inde? 13. in A. 14 At uti potest pro suo, quid tum? 5. Fa. 15. Quid enim? ad amicosne confugiam? Parad. 5. Quid enim censes? si L. Mummius videret, &c. utrum putaret, &c. 2. de Fin. 7. Quid ergo? istam voluptatem Epicurus ignorat? 13. in A. 31. 2. de Div. 130. Quid ergo? ad hæc mediocri opus est prudentia? an et ingenio præstanti? &c. *Ibid.* 69. et 2. in A. 21. Quid ergo? Afus iste &c. De Senect. 52. Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? *Quid, sæpe repetitum.* Pro Mil. 45. Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te, Quint. Petili, appello. I. P. 59. 60. 61. 62. *octies.* 1. de L. 17. Nam quid Accium memorem? 1. C. 20. Quid est Catilina? quid attendis? quid animadvertis horum silentium? Pro Cornel. 35. Quid id ad civitatem? 7. Fa. 12. Quid fiet populo Ulubrano? Pro Cæc. 24. Quid? testes quid aiunt? 2. Fa. 8. Quid tu me hoc tibi mandasse existimas, ut, &c. 1. de Nat. 29. Quid aer? quo Diogenes Apolloniates utitur Deo. 2. in A. 81. Quid enim? istuc, si Consul esses, minus facere potuisses. 2. de Fi. 9. Quid enim? summus dolor plures dies manere non potest? De Ami. 30. Quid enim Africanus indigens mei? minime hercle. 1. de Nat. 125. Valeat ille Deus, quid enim dicam, propitius sit? 4. Acad. 32. Quid istud ad nos? Pro Rosc. Amer. 34. Accusatis Sext. Roscium: Quid ita? quia, &c. 1. de Nat. 100. Quam molestum est uno digito plus habere, quid ita? quia, &c. 3. Off. 59. Gravate ille primo, quid multa? impetrat. 1. Att. 10. Quid multa? vereor, ne hæc neglecta a bonis, defensa ab improbis, magnorum reipub. malorum causa sit. 2. de Nat. 160. Quid multitudinem, suavitatemque piscium dicam? 3. Qu. Fr. 1. Quid præterea? quid? Part. 4. Quid quæstio? quasnam habet partes? 3. Tusc. 4. Quid? qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, &c. 2. de Orat. 367. Quid? quod dixisti, inquit, Crasse, si &c. 4. Acad. 95. Quid? quod eadem illa ars, quasi Penelope telam texens, tollit ad extremum superiora &c. 1. de Nat. 108. Quid quod ejusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? Pro Leg. Man. 12. Quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? De Sen. 83. Quid, quod sapientissimus quisque animo æquissimo moritur? 4. Aca. 26. Quid, quod si ista vera sunt, ratio omnis tollitur? 7. Fa. 1. Nosti enim reliquos ludos: Quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi. 3. Off. 94. Quid, quod Theseus exegit promissum a Neptuno? 4. Acad. 133. Quid, quum ipse Antiochus dissentit quibusdam in rebus, &c. 6. Fam. 7. Quid si muto? 5. Tusc. 107. At multantur bonis exules. Quid tum? parumne multa de toleranda paupertate dicuntur? 1. 75. Nam quid aliud agimus, quam &c. quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum advocamus? De Fato 6. Quid igitur attinet inculcare fatum? 1. de Nat. 85. Quid attinet plura esse nomina? 2. 61. Quid opis? quid salutis? 11. 83. Quid igitur censes? *Ibid.* 79. Quid censes, si ratio esset in belluis, non suo quasque generi plurimum tributuras fuisse? 4. de Fin. 49. Quid censes eos esse facturos, qui omnem virtutem a bonorum fine segregaverunt, Epicurum, Hieronymum, &c. 1. de N. 123. Vos autem quid mali datis? 2. 129. Quid dicam, quantus amor sit bestiarum in educandis custodiendisque iis, quæ procreaverunt? 1. 94. Quid dicam Albutium? Ad Brut. 17. Quid dicam imperite, an ambitiose fecisse? &c. 1. Att. 4. Quid dicas? 13. Fam. 73. Nisi quid existimas in ea te violari existimationem tuam. 8. 15. Quid est? Ver. 3. 71. Quid est aliud, capere et conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si; &c. 2. de Nat. 36. Quid autem est inscitius, quam, &c. 1. de Fin. 34. Hanc ego quum teneam senten-

tiam, quid est, cur verear, ne ad eam non possim accommodare Torquatos nostros? Pro Rosc. Amer. 55. Quid ergo est? 15. Att. 1. Quid est hoc? Pro Rosc. Amer. 36. Quid igitur est? non eodem modo de omnibus. 1. de Nat. 93. Quid pedibus opus est sine ingressu? Act. 1. Ver. 28. Quid est quæso, Metelle, judicium corrumpere, si hoc non est? Pro Cluent. 132. Quid est, quamobrem quisquam nostrum censorias subscriptiones omnes fixas, et in perpetuum ratas putet esse oportere? 1. de Nat. 22. Quid est quod signis et luminibus mundum ornare concupisceret Deus? Ver. 2. 49. Quid est quod tu alios accuses? 12. At. 12. Quid sumus ipsi? 10. P. 11. Cum Illyrico vero, et cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? 7. F. 12. Mirabar quid esset, quod tu mihi litteras mittere intermisisses: *id est, quamobrem.* 16. Att. 4. Quid ejus sit: *pro, quid de ea re sit.* Act. 1. Ver. 38. 1. Aca. 3. Quæro quid sit: *pro, quæ sit causa.* 11. Att. 21. Quid erit, qualecunque erit, scribas. Pro Cæc. 30. Quid huic tu homini facias? 3. de Orat. 84. Valerius quotidie cantabat, erat enim scenicus: quid faceret aliud? 3. Off. 60. Stomachari Caninius: sed quid faceret? nondum, &c. 4. Acad. 107. Quid fiet artibus? quibus? hisne, &c. 2. de Leg. Agrar. 71. Quæro, si, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? 14. Fam. 1. Et si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? 1. de N. 106. Quid interest, utrum de Hippocentauro, an de Deo cogitemus? Ver. 2. 43. Quid interest, utrum prætor imperet, vique cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere? De Am. 95. Quid intersit inter popularem, id est, assentatorem et levem civem, &c. 2. de Nat. 128. Quid loquar, quanta ratio in bestiis appareat? 1. 67. Quid enim mereas? 11. Fam. Quid contra vim sine vi fieri possit? 9. Att. 5. Quid homo quisquam possit? vix jam Deus, &c. 7. Fam. 13. 7. Att. 8. Quid quæris? etsi, &c. 1. 11. Quid quæris? nunc ut ad privata redeam? Ad Brut. 16. Quid scribam? pudet conditionis ac fortunæ, sed tamen scribendum est. 4. Fa. 1. Trebatio mandavi, ut, si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret: idque ut facias velim. Pro Rosc. Amer. 32. Quid vultis amplius? &c. Ver. 2. 143. 7. Att. 3. Exponam vobis breviter, quid hominis sit. *id est, quid moliatur, quomodo se gerat.* Part. 4. Quid? orationis quot sunt partes? Pro Clu. 172. Quid huic cum Habito? nihil. Pro Quin. 55. Quid mihi, inquit, cum ista summa sanctimonia ac diligentia?

Syntaxis. *Quid? Quid tum? Quid tum inde? Quid enim? Quid plura disputo? Quid mei indiges? Quid est, cur? Quid est, quamobrem? Quid pecunia fiet?*

Quidam, *nonnullus, aliquis, certus, ὁ δεῖνα.* Pro Cl. 177. Quidam ex advocatis, homo summa virtute præditus, dixit, &c. *Ibid.* 180. Quidam ex amicis Sassiæ, &c. Pro Mar. 22. Quidam ex numero tuorum, &c. 4. Acad. 17. Quidam e philosophis. 1. de Orat. 5. Quoniam quædam pueris nobis et commentariolis nostris inchoata, atque rudia exciderunt. 2. 40. Hesterno sermone unius cujusdam operis, ut ait Cæcilius, remigem aliquem, aut bajulum nobis oratorem descripseras, et inopem quendam humanitatis, atque inurbanum. 7. Att. 16. Sed audio majorem quendam in urbe timorem esse. 12. Fam. 25. Minutius, quem tu quibusdam litteris ad cœlum extulisti. 1. de Orat. 16. Sed nimirum majus est hoc quiddam, quam homines opinantur. *Ibid.* 147. Exercitatio quædam suscipienda nobis est, quanquam, &c. 2. cont. Rul. 35. Verbum mihi deest, cum ego hanc potestatem regiam appello, sed profecto major est quædam. 4. F. 10. Quod si nullum haberes sensum nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre. De Pro. 44. Quod magni cujusdam hominis, et persapientis videtur. 2. de Orat. 298. Crassi responsum excellentis cujusdam est ingenii. 2. de Leg. 11. Omnem legem esse laudabilem quibusdam talibus argumentis docent. 5. Tusc. 9. Raros esse quosdam videmus, qui, &c. 3. de Nat. 85. Resp. ratione quadam et disciplina designata. 2. 97. Cum machinatione quadam moveri aliquid videmus. 2. de Inv. 25. Impulsionem parvulam quandam fuisse dicet. 2. de Orat. 149. Sine quodam afflatu quasi furoris. 1. 9. Philosophia procreatrix quædam et quasi parens omnium artium. *Ibid.* 183. Certis quibusdam verbis fieri divortium. 3. 41. Cum sit quædam certa vox, &c. 1. 254. Ille astrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum. 2. 10. Tu pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti. *Ibid.* 299. Incredibili quadam magnitudine consilii Atheniensis Themistocles. *Ibid.* De præstanti quadam et eximia prudentia.

Syntaxis. *Quidam ex amicis. Uniuscujusdam dictum. Hoc majus est quiddam, quam tu censeas. Certa quædam numeratio.*

Quiddam. 3. de Leg. 23. Ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali. 2. de Orat. 298. Quiddam portenti simile esse visum est. 3. 69. Superum mare Ionium, Græcum quiddam et portuosum.

Quidem, *etiam, μέν.* 8. Att. 11. Nostra gravior est causa, quam illorum, quod illi quidem alterum metuunt, nos utrumque. 10. Fa. 2. Quapropter in privatis rebus nullum neque officium, neque studium meum desiderabis: ne in publicis quidem, si quid erit, in quo me interesse necesse sit, nunquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. Pro Quint. 48. Non opinor id quidem neque jus esse, neque cuiquam expedire. I. P. 32. Atque ille discessus, dolor meus duntaxat, vestrum quidem scelus ac dedecus haberetur. 3. Tusc. 24. Et quidem talis mali. De Cl. 122. Mihi vero placet, et vehementer quidem. Pro Plan. 87. Rogo

te, et quidem valde rogo. 2. Att. 19. Tantum doleo, ac mirifice quidem. 2. de Div. 68. In ejus capite corona extitit, &c. et quidem subita. *Ibid.* 93. Post solstitium canicula oritur, et quidem aliquot diebus. 2. Att. 16. Ego ne illud quidem contemnam, quod extremum est. 11. in A. 9. Cruciatus est a Dolabella Trebonius, et quidem a Carthaginensibus Regulus. Ad Br. 15. Suspicor illud minus tibi probari, quod ab tuis familiaribus, optimis illis quidem viris, sed in rep. rudibus, non probatur. 2. Qu. Fr. 11. Gaudeo tibi jucundas esse meas litteras, nec tamen habuissem scribendi nunc quidem ullum argumentum, nisi tuas accepissem. 1. in A. 12. Nimis iracunde hoc quidem, et valde intemperanter. 2. 22. Quanquam de morte P. Clodii fuit quæstio non satis prudenter illa quidem constituta. *Ibid.* 66. Multa et lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. 5. 33. et 35. et de Am. 24. Ut superiora omittam, quæ sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis judiciis quam publice laudata. De Cl. 67. Hanc subtilitatem in Catone non noverunt quidem.

SYNTAXIS. *Non deero, ne cum periculo quidem. Venit Cæsar, optimus ille quidem, sed &c. Non satis prudenter ille quidem.*

Quidem, *pro eo quod Græci dicunt μὲν: idque nominibus propriis adjunctum, cum autoritas alicujus testimoniumve affertur: ut Σωκράτης μὲν: id est Socrates quidem.* 3. de Orat. 219. Theophrastus quidem Tauriscum quendam dixit, &c. De Senect. 81. Cyrus quidem apud Xenophontem in eo sermone, quem moriens habuit, &c. 1. Tusc. 51. Dicæarchus quidem et Aristoxenus, &c. dixerunt. De Am. 24. Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt. *Illud autem intelligendum est, in hoc genere nec apud Græcos secundo loco Δὲ, nec apud Latinos* Autem *usurpari.*

Quidem, *certe, profecto, &c. γοῦν.* 1. Att. 1. Spero me tibi causam probasse, cupio quidem certe. 2. Tusc. 25. Quam bene non quæritur? constanter quidem certe. 2. de Orat. 361. Habetis sermonem hominis, utinam non impudentis: illud quidem certe non nimis verecundi. Pro Sest. 24. Statuebam sic, boni nihil ab illis magis esse expectandum, mali quidem certe nihil pertimescendum. De Cla. 279. Is facile soluteque verbis volvebat satis interdum acutis crebras quidem certe sententias. Pro Quint. 1. Qui ut summa haberem cætera, temporis quidem certe vix satis habui: *id est, tamen.* Ver. 2. 183. Hoc quidem certe manifestum erit. 3. de Orat. 48. Vobis quidem certe majoribus. Ver. 4. 47. Si minus, &c. illa quidem certe capiebantur. Pro Corn. 62. Sed si certorum hominum mentes nulla ratione placare possumus, vestros quidem animos certe confidimus esse placatos. *quidem, id est, tamen.* 1. Fam. 9. Et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem et benevolo certe usus esses. De Prov. 41. Quam sapienter, non disputo, constanter quidem et fortiter certe. De Cl. 13. Volui id quidem efficere certe. 6. Att. 5. Nunc quidem profecto Romæ es. 10. 4. Hoc quidem verum est profecto. 4. Acad. 101. Noli mecum, qui hoc quidem certe tibi assentior. *Ibid.* 102. Quanquam nihil tam mirum videtur, quam ista dici ab Antiocho quidem, maxime cui erant, quæ paulo ante dixi, notissima. 1. de Nat. 57. Nihil sane ex me quidem audire potuisses. 12. Att. 6. Tua quidem sunt ejusmodi omnia. 2. de Div. 67. Non sane hoc quidem mirabile. 12. Att. 27. Certe quidem negas te nosse, &c. De Inv. 2. Cupio quidem certe. 6. Att. 3. Sine tuo quidem consilio certe nihil. *Ibid.* 7. 16. 6. Quod quidem certe enitar. 1. Tusc. 88. Ne carere quidam igitur in mortuo est. 2. in A. 113. Habet quidem certe resp. adolescentes paratos defensores. 3. 16. Tuæ conjugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certe, Bombalio pater fuit.

SYNTAXIS. *Quam docte, non dico, amanter quidem certe, confirmare possum. Tuus quidem animus certe. Fidelis quidem et benevolus certe. Hoc quidem verum est profecto. Nihil sane ex me quidem audies. Cupio quidem certe. Certe quidem negas.*

Quidnam, τίποτε. 2. in A. 21. Quidnam hostes putarent. 2. Fam. 11. Mirifice sum sollicitus, quidnam de provinciis decernatur.

Quid ni, πῶς. 2. de Orat. 273. Quid ni, inquit, meminerim? nunquam ego recepissem, nisi tu perdidisses. Pro Qu. 69. Erat, inquit, illarum partium: quid ni? &c. Ver. 2. 80. Quid ni iste neget? 5. Tusc. 12. Quid ni possim? 3. Fam. 7. Illud idem Pausania dicebat te dixisse, quid ni Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obviam, Cicero Appio noluit?

Quid quæris? 7. Fam. 3. Quid quæris? nihil boni præter causam. 12. 23.

Quid tum, *sed quid, τί μήν.* 1. in A. 26. Quid tum? *Ibid.* 20. Cedant arma togæ: quid tum? nonne cesserunt? 13. Phil. 14. At uti potest pro suo: quid tum?

Quies, tis, *requies, tranquillitas, laxamentum, otium, vacatio, cessatio, remissio, finis, ἀνάπαυσις, ἡσυχία.* 1. de Orat. 2. Qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur. 9. Att. 12. Et ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis. 4. C. 7. Mors laborum aut miseriarum quies est. Pro Pom. 40. Nec eum labor ad quietem revocavit. Pro Cæl. 39. Quem non quies, non remissio delectarent. 1. Off. 103. Joco uti licet, sed sicut somno et quietibus cæteris. Pro Deiot. 38. Omnem tranquillitatem et requiem senectutis acceptam refert clementiæ tuæ. 1. de Div. 60. Si ad quietem integri iremus. *Ibid.* 61. At qui moderato victu quieti se tradiderit. Hortens. Neque molestam extinctionem et quasi quietem vitæ fore.

Acad. Voluptatis nomen, suavitatem, quietem teste populo exaggerans.

Somnus. 1. de Div. 43. Quæ ei secundum quietem visa sunt. *Ibid.* 53. Ei visum est in quiete, juvenem, &c.

Adjuncta. *Diurna, nocturna, placidissima, sempiterna.*

Syntaxis. *Locus quietis et tranquillitatis plenus. Excubo animo, nec partem quietis capio. Secundum quietem visa occurrunt. Ei visum est in quiete, fieri &c.*

Quiesco, scis, *acquiesco, conquiesco, ἀναπαύομαι, ἡσυχάζω.* 2. de N. 125. Ipse dux revolat, ut ipse quoque quiescat. 9. Att. 4. Sed, opinor, quiescamus, ne culpam nostram coarguamus. Pro Pl. 90. Quæ, si viginti quiessem dies, in aliorum consulum vigiliam recidissent.

Sileo. 4. ad Her. 68. Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat.

Permitto, sino. 7. Att. 9. Aut si tribunos plebis non patiatur, tamen quiescat rem adduci ad interregnum.

Versor. Pro Cæc. 71. Potentia in hoc solo genere quiescit: quid agat, quomodo aggrediatur, qua denique digitum proferat, non habet.

Quiete, *tranquille, ἡσύχως.* De Sen. 13. Quiete et eleganter acta ætas.

Quieturus, a, um. 2. de Orat. 230. Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti. 5. Fam. 12. Cum de nobis certum sit, nos quieturos.

Quietus, a, um, *tranquillus, compositus, constitutus, ἥσυχος.* 2. de Div. 149. Ut nunquam liceat quieta mente consistere. 5. Tus. 16. Sic animi quietus et placatus status cernitur. Pro Sull. 26. Tranquillo et quieto animo frui aliqua re. 2. con. Rul. 76. Vobis integris, quietis, et otiosis hominibus. 10. Fam. 1. Nunquam per M. Antonium quietus fui. De Senect. 28. Sermo quietus et remissus. 2. C. 19. Quieta resp. 2. de Legib. 55. Cœlestium quieti dies. De Senect. 82. Vitam otiosam et quietam sine ullo labore et contentione traducere.

Syntaxis. *Quiete et eleganter acta ætas. Quietâ mente consistere. Quietus et placatus animi status. Integri, quieti, et otiosi cives. Quietam et otiosam vitam traducere.*

Quilibet, *quivis, ὁστισοῦν.* 3. ad Her. 30. Pro S. R. 8. Si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur, &c. 3. de Fin. 24. Sic vita agenda est certo genere quodam, non quolibet. 2. de Div. 71. Apud majores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. 4. Acad. et 3. ad Her. 5.

Quin, *ut non, cur non, quod non, ὅτι, μή.* 11. Att. 15. Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Orat. 233. Abesse non potest, quin ejusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare. 9. Att. 11. Prætores autem, cum, &c. abierit non longe quin hoc a me decerni velit. Pro Do. 69. Non quod dubitaretis, quin ab isto nihil jure esset actum. Pro Fl. 64. Quis ignorat, quin tria Græcorum genera sint? Pro Syl. 43. Nullus locus est, quo in loco Populi Romani nomen sit, quin eodem perscriptum hoc indicium pervenerit. 15. Att. 15. Teneri non potui, quin tibi apertius declararem, &c. 5. 11. Non dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis invito Memmio impetrari non posset. Pro Flacc. 40. Dubitabis quin hunc vendices? Pro Sull. 4. Hortensius non dubitavit, quin P. Sullam defenderet. 12. Att. 26. Tamen facere non possûm, quin ad te mittam. 2. de Finib. 83. Dubium est quin faciamus, &c. 2. de Inv. 85. Non necesse est expectare, quin mox fiat. 4. Fam. 7. Non quin dissentiam, sed quod, &c. 7. Att. 25. Non quin rectum esset, sed quia, &c. Ver. 3. 136. Nemo esset, quin hoc se audisse diceret. 1. Fa. 4. Nemo est quin existimet, &c. 6. 1. Nemo est quin malit, &c. *Ibid.* 7. Nemo nostrum est, quin fecerit, &c. 8. Att. 16. Ut ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te litteras. 7. 15. Nullum intermisi diem, quin, &c. Ver. 4. 1. Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, quin quæsierit, inspexerit, abstulerit. 1. de Orat. 10. Quis musicis penitus se dedidit, quin comprehenderit, &c. 1. Att. 1. Dies fere nullus est, quin hic Satrius domum meam ventitet. Pro Quin. 32. Causæ nihil est, quin, &c. *Ibid.* 57. Causæ nihil dico, quin ita sit. 2. de Orat. 249. Quin prodis? De Somn. 5. Quin tu aspicias ad te venientem patrem Paulum? *Ibid.* 6. Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? 7. Fa. 8. Quin tu urges occasionem istam? 9. 21. Quin ipsa judicia non solemus tractare eodem modo? 7. 30. Quin hinc ipse evolare cupio? 3. 6. Quin, nisi ego successor essem, te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse. L. P. 61. Quin tu me vides, qui, &c. *aliter*, vide. 1. de Leg. 52. Quin labebar longius, nisi me retinuissem. Pro Mil. 99. Quin hoc tempore ipso, &c. 1. Att. 14. Quin mihi nunc consilium deest, &c. 9. 11. Quin ea ipsa non memini, &c. 8. Fa. 2. Quin ego cum faverem ei, &c. mihi visus sum captus esse. 1. de Orat. 116. Adest enim fere nemo, quin acutius, &c. 2. 66. De musicis rebus non poterit quin dicat, hoc onere suscepto, recusare. 3. Qu. Fr. 3. De qua aqua et via nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem. 2. in A. 23. Ego nihil prætermisi, quantum facere potui, quin Pompeium a Cæsaris conjunctione avocarem. Pro Mil. 64. Arbitrabantur non dubitaturum fortem virum, quin cum suo periculo salutem reipub. afferret. *Ibid.* 79. Quin sic attendite, judices, nempe hæc est quæstio de interitu Clodii: fingite animis, &c. Pro Mar. 17. Ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret. *Ibid.* 7. Quin etiam illa domina, &c.

Quincunx, cis, ἡ πεντάς. De Sen. 59. Or-

dines arborum in quincuncem directi: id est, ita ut ternæ ubique arbores sic positæ sint, ut quincuncis notam, vel quod idem est, æqualium laterum trianguli formam faciant. Est autem nota quincuncis hæc, v. quæ si crebra ponatur, ut quæ notæ ipsæ apertæ sunt, ea parte se vicissim respiciant adversæ, eos ordines, de quibus hic agit Cicero (quos tamen et Cæsar, et Quintilianus, et Columella indicarunt) efficiet. Horum autem ordinum ea est pulcritudo et gratia, ut in quamcunque partem spectes, recti esse videantur: commoditas vero, ut terræ succum arbores æqualiter trahant, cælumque et ventos æquabiliter accipiant.

Quindecies, δεκαπεντάκις. Ver. 2.71. H-S. quindecies pecunia.

Quindecimvir, *πεντεκαιδέκαρχος*. 8. Fa. 4. *Cælii.*

Quinetiam, *quinimmo, atque etiam, quin, præterea,* ἔτι δὲ. 8. Att. 9. Epistolam meam quod prævulgatam scribis esse, non fero moleste: quinetiam ipse multis dedi describendam. 13. 26. Equidem credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus: nihil est enim somni. 7. Fam. 1. Delectatio nulla extitit, quinetiam misericordia consecuta est. 3. 6. Horum ego sermone non movebar, quinetiam levari me putabam, &c. 1. 9. et 7. 3. Neque vero hac in causa modo, sed constanter sæpe in Senatu, quinetiam Marcello et Philippo Coss. Nonis April. mihi Senatus est assensus, &c. 14. Att. 23. Quinetiam hoc ipso tempore multa ὑποσολοικίζει. 12. 4. et 2. 1. Quinetiam si, &c. tamen, &c. De Clar. 276. Quinetiam memini, &c. 1. de Div. 4. Quinetiam memoria nostra, &c. 1. de Nat. 10. Quinetiam obest plerunque. De Cla. 253. et 4. Acad. 4. Quinetiam in maximis occupationibus, &c.

Quingeni, æ, a, οἱ πεντακόσιοι. 16. Att. 8.

Quingenti. 1. *Ibid.* 2.

Quingentesimus, a, um, *πεντακοσιοστός*. Pro Fl. 1. et in A. 13.

Quin immo, *quinetiam*, ἀλλὰ δὲ. 1. Att. 10. Quin immo inter se leviter dissident.

Quinquagesima, πεντηκοστή. Ver. 3. 116. Adde totius summæ DXL. millia modiorum tres quinquagesimas. *Ibid.* Ab omnibus enim ternæ præterea quinquagesimæ exigebantur.

Quinquageni, πεντήκοντα. *Ibid.* 69.

Quinquaginta. 4. Att. 2.

Quinquatrus, us, *dies Minervæ sacer, sic dictus, quod quinto die post Idus, qui dies ater dicebatur, celebraretur.* 12. Fa. 25. Quinquatribus egi causam tuam, non invita Minerva. 2. 12. Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ quinquatrus afferebantur. 9. Att. 12. Venit etiam ad me Martius Quinquatribus. 12. Fa. 25.

Quinque, πέντε. 1. de Nat. 19. Quinque formæ et quinque siderum errantium motus.

Quinquennalis, le, πενταετηρικός. 3. de Orat. 125. Cum Olympiam venisset maxima illa quinquennali celebritate ludorum.

Quinquennium, πενταετηρίς. 7. Att. 6. et 2. de Leg. 7. Censores magistratum quinquennium habento. 2. in A. 24.

Quinquepartitus, a, um, πενταμερής. 1. de Inv. 59. Quinquepartita argumentatio.

Quinqueprimi, πεντάπρωτοι. Ver. 3. 68. Quinqueprimi acciti istius evocantur. *Ibid.* 73. Agyrinenses magistratus et quinqueprimi, &c. *Lege.* Decemprimi.

Quinqueremis, is, *quinque remorum ordines habens navis,* ἡ καὶ ἡ πεντήρης. Ver. 4. 103. Certos homines in quinqueremi misit, qui eos dentes reportarent. 1. de Orat. 174.

Quinquevir, *πένταρχος*. 4. Acad. 136. et 2. cont. Rull. 17.

Quinqueviratus, us, *πενταρχία*. De Prov. 41. et 9. Att. 2. In quinqueviratu.

Quinquies, πεντάκις. Phil. 13.

Quintilis, *mensis Julius, quod quintus esset a Martio, qui primus erat tum anni mensis, πέμπτος μήν*. 14. Att. 7. Volo mense Quintili in Græciam.

Quintus, a, um, *πέμπτος*. 1. Tusc. 41. Quinta natura. 2. Acad. Quinta classis. Incer. De accusatore lege quinta dicta.

Quinus, a, um. I. P. 67. Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures.

Quippe, *nam, etenim, nempe, nec mirum, utpote,* ἀλλὰ γοῦν. 6. Att. 3. Non me aliquid juvare potes: quippe res est in manibus, tu autem abes longe gentium. De Cl. 244. Non puto existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis. Pro Dom. 126. Jam fateor, inquit, in Gabinium me nefarium fuisse: quippe vides, &c. 2. in A. 74. Hærebat nebulo, quo se verteret, non habebat: quippe in his ipsis temporibus &c. 1. de Fin. 21. Sol Democrito magnus videtur: quippe homini erudito. 2. de Orat. 218. Leve nomen habet utraque res: quippe leve enim est totum hoc risum movere. 4. de Fin. 7. Quippe habes enim a rhetoribus. 2. 7. Epicurus istam voluptatem interdum nimis etiam novit: quippe qui testificetur, &c. Pro Sex. R. 52. Convivia cum patre non inibat: quippe qui, &c. Ad Brut. ep. pr. inv. 7. Quippe quæ, &c. 10. Att. 3. Unum te aiunt in regia, nec reprehendo: quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim. 3. de Fin. 41. Quippe cum Peripatetici, &c. 1. de Leg. 5. Potes autem tu, &c. quippe cum, &c. 1. Fa. 9. Multa de mea sententia questus est Cæsar: quippe quod etiam Ravennæ Crassum ante vidisset, ab eoque in me esset incensus. Pro Mur. 62. Dixisti quippe, jam fixum et statutum est. Pro Cæcin. 55. Recte igitur diceres, te restituisse: quippe. 3. de Nat. 96. Quippe, inquit Velleius, qui, &c. Pro Mur. 74. Quippe, inquit, tu, mihi, &c. Pro Mil. 48. Quippe si ille obvius futurus non erat. 2. de Inv. 131. Quippe quæ in lege scripta non sit. 3. in A. 4. Quippe qui jussit, &c. *Ibid.* 1. Quippe cum viderem, &c. Pro Mil. 34. Movet me quippe lumen curiæ.

Quirinalia, orum. *Quirino sacri dies atque*

celebritas. 2. Qu. Fratr. 3. et 12. Comitiales dies, qui Quirinalia sequuntur.

Quirinus, *Romulus. Lege*, Romulus.

Quirites, tum, *populus Rom.* 6. in A. 17. *quater.* Pro Cæcin. 96. Non potest jure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est.

Quirito, as, *fidem populi Rom. imploro*, σχέτλιάζω. 10. Fa. 32. Et illi misero quiritanti, Civis Romanus sum: respondit, Abi nunc, populi fidem implora.

Quis, *vel* Qui &c. ὁ τίς. De Cl. 129. Licinius tolerabilis patronus, cujus orationes pueri legebamus, quas jam reperire vix possumus. 1. de N. 98. Sunt multa quæ paludibus existunt, quæ negemus esse. Orat. 172. Quis omnium doctior Aristotele? *Ibid.* 31. Quis porro unquam Græcorum Rhetorum, &c. Pro Dom. 127. Quis erat tu? Pro Q. R. 21. Considera, quis quem fraudasse dicitur. 1. de Orat. 7. Quis autem dubitet, quin, &c. *Ibid.* Quis enim est, qui, &c. 4. Tus. 65. Si quis ad eum quid tale retulerat. 2. in A. 35. Si te in judicium quis adducat. L. P. 12. Vereor, ne quis sit, qui, &c. Pro Cæc. 34. Ut siquis me exire domo mea coegisset armis. Pro Sull. 34. Ne qui forte, &c. 7. Att. 25. Nisi qui (ut tu scis) Parthicus casus extiterit. Orat. 203. Si numerus orationis quæritur, qui sit, omnis est. 3. de Fi. 71. Alienum est a sapiente, non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere. *Ibid.* Ne cui falso assentiamur. 1. Fam. 1. Regis causa si qui sunt qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt. Pro Mur. 32. Si diligenter, qui vir ille fuerit, consideraris. 10. Fam. 6. Talem igitur te esse oportet, qui primum te disjungas, &c. 7. 23. Fac quæso, qui ego sum, esse te. Ver. 5. 69. Is se illum, qui non est, simulat. 5. Fam. 19. Si nos ii sumus, qui esse debemus. Pro Dom. 98. Nec sum tam insolens, qui Jovem esse me dicam. 5. Fam. 12. Neque enim tu is es, qui, qui sis, nescias. 13. Att. 28. Ac vellem quidem (essem enim qui esse debeam). 5. in A. 20. Dividebat agros quibus et quos volebat. Orat. 196. Quos autem numeros cum quibus misceri oporteat, nunc dicendum est. 1. de Orat. 196. Patria, cujus rei tanta vis est, ut, &c. 5. Fa. 16. Officio tamen essem functus amicissimi, quem me tibi esse existimes velim. 3. Qu. Fr. 1. Concidissem qui illum oderunt. *id est, eos, &c.* 1. Off. 37. Nego jus esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. 13. Att. 30. Qui decem legati Mummio fuerunt, Polybius non nominat. Pro Sul. 92. Quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi. 9. Att. 18. Quos pueros cum Mario miseram, epistolam mihi attulerunt, hoc exemplo, &c. 13. 49. Ad Cæsarem quam misi epistolam, ejus exemplum fugit me tum tibi mittere. 12. 33. Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus. Pro Cæc. 1. Qua de re jure decertare oportet, armis non contendere. 1. de Orat. 176. Quid, qua de re inter eos centumviri judicarunt? Pro Q. R. 47. Qua de re judex fuisset, testis esset. 2. de Fi. 3. Nisi inter quos disseritur, convenit, quid sit, &c. Pro Arch. 14. Quæ jacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Postquam in Sen. 11. Neque solum id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellavit. *Ibid.* 26. Ut agerentur gratiæ, qui e municipiis venissent. 2. de Div. 39. In Æquimelium misi, qui afferat agnum, &c. 13. Att. 23. Magis doleo me non habere cui tradam, quam habere, qui utar. De Cl. 205. Oratio pro lege Varia quæ inscribitur. Pro Dom. 50. Dico legem istam, quam vocas, non esse legem. In Hort. Quæro non quibus rebus intendam animum, sed quibus remittam. Pro S. R. 6. Non eandem autoritatem habent adversaria, quam tabulæ. 8. Att. 15. In eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te, &c. Pro S. R. 154. Homines ista autoritate præditi, qua vos estis. 1. Qu. Fr. 2. Tua quæ fuerit cupiditas tanta, nescio. 11. Fam. 13. Qua enim prudentia es, nihil te fugit. 12. 29. Quod tuum est judicium de homin. 13. 78. Quæ tua natura est. 4. 5. Qui tuus est amor, &c. 8. 13. Quod maximum est. *Ibid.* 15. Quod solet fieri. De Somn. 20. Quod autem motum affert alicui, quod ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, finem habeat necesse est. 6. Att. 2. Quod illum soleo hortari. 1. Q. Fr. 1. 28. Sed quid ego te hæc hortor? Pro Qu. 33. Nisi tu, quod esset tuum jus et officium potestasque docuisses. Ver. 5. 22. Tu cogita quod hoc genus prædandi &c. 8. Att. 10. Respondit se, quod in nummis haberet, nescire quo loci esset. 1. de Orat. 37. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ vestigium apparet? 2. 59. Quid est, inquit, Catule Cæsar, ubi sunt qui Antonium Græce negant scire? Pro Dom. 34. Quid? sacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est? 2. in A. 41. Velim mihi dicas, L. Tarsutius qua facie fuerit? qua statura? quo municipio? qua tribu? 1. Fa. 2. Quem ego ipsum cum audio, &c. 4. ad Her. 24. Quos istos? 15. Fam. 21. Cui quidem ego amori, &c. *Ibid.* Quo tamen ipso, &c. Ver. 2. 10. A quo mea voluntas longissime abhorret: *id est, a qua re.* 6. Fam. 6. In quo, *id est, in qua re.* 2. 1. In quo, *id est, in qua parte.* 2. 10. Ex quo vereor, ne, &c. 1. Att. 15. Nihil mihi nunc scito tam deesse, quam hominem eum, quicum omnia communicem. *Ibid.* Reperire ex magna turba neminem possumus, quocum jocari libere possimus. 5. Fam. 21. Tamen nemo erat, quicum essem libentius. *Ibid.* Plerique eorum quibuscum vivo necessario. 2. ad Her. 22. Oporteat ne de ea re judicium fieri, quæ res in judicium non venerit. 2. de Div. 13. Num igitur aut aruspex, aut augur, aut vates quis, aut somnians? &c. 2. ad Her. 15. Num quæ abrogatio?

Ibid. 8. Num qui strepitus exauditus sit. 1. de Fin. 4. Quis enim est tam inimicus, &c. qui spernat, &c. qui dicat, &c. 6. Att. 3. Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. *Ibid.* 9. Quæ tua prudentia et temperantia est. Frag. ep. Data Lupercalibus, quo die, &c.

Quisnam, τίς μὴν. 2. de Inv. 2. Quæsivit ab iis, quasnam virgines formosas haberent.

Quispiam, *aliquis*, εἷς τίς. Pro Qu. 49. Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut, &c. 1. Off. 32. Si constitueris te cuipiam advocatum esse venturum. 7. Att. 1. Neuter quenquam omnium pluris facit quam me. 9. Fa. 8. Vel aliæ quæpiam rationes. 3. Tus. 19. Aliquod quodpiam membrum. 3. de Nat. 86. Si grando quippiam nocuit. Pro Sest. 63.

Quisquam, *aliquis*, τίς. Ver. 4. 123. Tetrior hic tyrannus Syracusis fuit, quam quisquam superiorum. 1. Fam. 7. Magnitudinem animi tui ne inflectas cujusquam injuria. 2. de Orat. 191. Magis etiam quam quenquam aliorum. Pro Q. R. 18. Est ne quisquam omnium mortalium, de quo melius existimes? Ver. 5. 75. Quisquam omnium mortalium hoc faciat? 8. Fam. 22. An hoc dubitabit quisquam omnium? 9. Att. 44. Quicquam tu ista putas fuisse?

Quisque, ὁστισοῦν. 2. de Nat. 29. Principatus, quo nihil in quoque genere potest esse præstantius. *Ibid.* 58. Cæteræ naturæ suis seminibus quæque gignuntur. 1. Fa. 9. Ego quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio. 5. de Finib. 25. Sua cujusque animantis natura est. De Opt. 1. In cæteris suus est cujusque certus sonus. 5. de Fin. 27. Quod comprehenditur suis cujusque sensibus. 3. de Nat. 1. Quum suo cuique judicio sit utendum. 1. Off. 147. Pictores et poetæ suum quisque opus a vulgo considerari vult. Postquam ad Quir. 2. Nihil dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi. De Som. 19. Mens cujusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest. 2. Off. 78. Ut civitas sit libera, et non sollicita suæ rei cujusque custodia. De Am. 45. Satis superque est sibi suarum cuique rerum cura. Pro Sest. 97. Hæc qui defendunt, optimates sunt, cujusque sint ordinis. 2. de Div. 89. Unaquæque pars alia alio modo movet cœlum, perinde ut quæque stellæ in his partibus sunt quoque tempore. 3. in A. 24. In sortitione provinciarum quæ cuique apta erat, ea cuique obvenit. 6. Fa. 1. Ut suæ quenque fortunæ maxime pœniteat. 5. de Finib. 26. Scientiam suam cujusque artis esse. 3. Off. 70. Quid quemque cuique præstare oporteat. De Am. 55. Amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio. 1. de Orat. 6. Permultos excellentes in quoque genere videbis. *Ibid.* 130. In quo quisque artificio excellit, is in suo genere Roscius dicitur. 5. de Fin. 46. Cujusque partis naturæ et in corpore et in animo sua quæque vis est. 1. De Orat. 67. Quamcunque rem a quoque cognoveris, de ea melius dices, quam, &c. 3. de Natur. 84. Edixit, ut, quod quisque a sacris haberet, id in suum quodque fanum referret. Pro Flac. 104. Quotus enim quisque est, qui optimi et amplissimi cujusque hominis autoritatem magni putet? De Clar. 99. Multos nobiles, quod quisque potuisset, in illam orationem contulisse. Orat. 196. Dicendum est, quibus orationis generibus sint quique accommodatissimi: *id est, numeri.* 1. con. Rull. 26. Huic malo pro se quisque nostrum mederi debemus. 1. Off. 21. Ex quo quia suum cujusque fit, eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. 2. de Div. 38. Quæ cuique obtigerit hostia, id habet aliquid divini. *Ibid.* Quæ cuique ducatur sors.

Quisque, *cum comparat. superlat. et ordinem significantibus nominibus.* Pro Q. R. 31. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius. 8. Att. 18. Hortor, ut primo quoque die Luceriam advenires. 3. de N. 7. Primum quidque videamus. 8. Att. 3. Infimus quisque propensus in alteram partem. 2. de Orat. 313. Ut in quoque eorum minimum putant, ita eum primum volunt dicere. 5. de Fin. 57. Ut quisque optime natus institutusque est, &c. 2. 81. Optimum quidque rarissimum est. 1. Aca. 13. Recentissima quæque sunt correcta et emendata maxime. 1. Tusc. 77. Sed nescio quo pacto doctiss. quisque contemnit. 2. de Inv. 175. Gravissima quæque causa vehementissime necessaria est. 1. de Orat. 119. Ut quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem timet. 5. Fa. 2. Tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat. Pro R. P. 34. Modo nobis inspectantibus in judicio Gabinii, tertio quoque verbo excitabantur. Ver. 2. 139. Quinto quoque anno Sicilia censetur. 6. Att. 1. Tricesimo quoque die. 1. Off. 147. Veri etiam poetæ suum quisque opus a vulgo considerari vult.

Quisquiliæ, arum, *sordes*, σάρματα. 1. Att. 13. et Pro Sest. *Lege*, Emissitiæ.

Quisquis, ὅστις. De Cl. 255. Plus enim attulit, &c. quisquis est ille, si modo est aliquis, qui, &c.

Quivis, *quilibet*, ὁστισοῦν. De Cl. 320. Tantum detraxit, quantum non quivis unus e populo, sed existimator doctus et intelligens posset cognoscere. Pro Cæc. 62. Si tu solus aut quivis unus impetum in me fecisset. *Ibid.* 57. Aut colonus, aut cliens, aut quivis, qui, &c. Pro Q. 84. Quivis ut perspicere possit. De Opt. 1. Poematum suum quodvis est diversum genus a cæteris. 1. de Inv. 101. Nam ex iis rebus, quæ personis atque negotiis attributæ sunt, quævis amplificationes et indignationes nasci possunt.

Quo, ποῖ. 8. Att. 3. Ipse ne quo inciderem, reverti Formias. *Ibid.* Qui autem et

quo nihil scimus. 10. Fa. 12. Nec quo progredi velles, exploratum satis habebat. Ver. 5. 78. Est certus locus, certa lex, certum tribunal, quo hoc reservetur. Pro Sest. 29. Quid hoc homine facias? aut quo civem importunum reserves? Ver. 2. 137. Primum quo tantam pecuniam? deinde quamobrem censores ad statuam tibi conferebant? *Ibid.* 183. Quo tibi tantum opus fuerit, quæro. Pro Cæl. 53. Si tam familiaris erat, quam tu esse vis, dixit profecto, quo vellet aurum. 7. Fam. 23. Martis vero signum quo mihi pacis autori? 8. Att. 2. Quo igitur hæc spectat oratio? 2. de Div. 132. Jam vero quo pertinent ænigmata somniorum? 10. Att. 1. Quod scribis, non quo alicunde audieris, sed te ipsum putare, me, &c. 2. de Orat. 305. Non quo libenter male audiam, &c. sed quia, &c. Epist. lib. 6. epi. 4. Non quo ego certo sciam, sed quod &c. et libr. 10. epist. 12. Non quo unquam dubitasset &c. Pro Qu. 5. Non eo dico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides. 3. de Fin. 4. Quo magis hoc nobis faciendum est. Pro Quint. 4. Quæ quo plura sunt, eo te meliori mente nostra verba audire oportet. Pro Qu. R. 31. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius. Pro Mil. 100. Sed quo est illa magis divina, eo majore a te dolore divellor. 4. Fam. 13. Quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior. *Ibid.* Quo facilius possit, &c. hoc est adhuc tardior. 1. con. C. Anto. Ut non esset locus tam sanctus, quo non adventus tuus crimen afferret.

Quoad, *donec, usque dum, ἐπὶ τοσοῦτον.* 7. Fa. 25. Quod me admones, ut me integrum, quoad possim, servem, gratum est. 2. de Orat. 291. Omnia cogitando, quoad facere potui, sum prosecutus. 7. Att. 2. Ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, nolui esse. 8. Fa. 8. Quoad is numerus effectus esset. 2. de Inv. 154. Ille navi, quoad potuit, est opitulatus. *Ibid.* 20. Quoad fieri possit. 11. Att. 12. Tu tamen velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, scribere. 3. Fa. 2. Si eam, quoad ejus facere potueris, quam expeditissimam mihi trades. 5. 8. Ut quoad ejus fieri possit, præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur. 3. C. 17. Quanquam quoad fuit in urbe, ejus consiliis obstiti. 1. cont. Rull. 5. Videte nunc, quoad fecerit iter apertius, quam antea &c. 1. Off. 1. Tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. 4. Fa. 3. Hactenus existimo, &c. quoad &c. 1. Qu. Fr. 8. Eatenus, &c. quoad, &c. 3. contra Rull. 14. et Ver. 3. 77. Usque eo, quoad, &c. 4. Tusc. 82. Cognoscere aliqua, quoad possint ab homine cognosci. Pro Dom. 137. Id sperasti rempub. diutius, quam quoad mecum simul expulsa esset, esse laturam? Pro Arch. 1. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. 13. Fa. 14. Operamque des, quoad tibi æquum et rectum videbitur, ut, &c. 8. 14. Primum ei te commodes, quoad fides tua dignitasque patietur. 15. Att. 23. Quousque inquies? quoad erit integrum: erit autem, usque dum ad navem. 11. in A. 6. Mihi Antonius pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. 1. de L. 14. Jurisconsulti jus civile eatenus exercuerunt, quoad populo præstare voluerunt.

Syntaxis. *Quoad ejus fieri possit. Quoad ejus facere posset. Usque eo, quoad. Eatenus, quoad.*

Quocirca, *unde, ex quo, quo, itaque, quamobrem, διὰ τοῦτο, διὰ ταῦτα.* 1. de Divin. 92. Quocirca bene apud majores nostros Senatus decrevit, &c. De Am. 23. Quocirca si sapientiam meam admirari soletis &c. 10. At. Quocirca hæ sunt breves, &c.

Quocunque, *adverbium.* Ver. 5. 166. Quocunque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant esse futuram.

Quocunque tempore, *quandocunque, quoque tempore, ὅτε ἄν ποτε.* 1. Fam. 9. Sed quocunque tempore mihi potestas tui præsentis fuerit, &c.

Quod, *quia, quo, ὅτι.* Ver. 4. 119. Urbs, quæ, quod in ea Fortunæ fanum fuit, Tyche nominata est. 2. Att. 4. Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti. 3. de Finib. 15. Bene facis, inquit, quod me adjuvas. Ver. 3. 109. Propter hanc causam, quod, &c. 2. Att. 4. Hoc ipso, quod, &c. 7. 3. De animo meo erga te, bene facis, quod non dubitas. 3. de Leg. 1. Sane gaudeo, quod te interpellavi. Ver. 4. 37. Non tibi objicio, quod hominem omni argento spoliasti. 1. Att. 16. Atque hoc loco illud non queo præterire, quod cum de consularibus mea prima sors exisset, Senatus retinendum me in urbe censuit. Pro Cluent. 188. Præterea, quod eam domum sibi delegit, in qua, &c. 3. Tusc. 68. Sed se videre quod paucis annis magna accessio facta esset. 2. de Div. 51. Cato mirari se dicebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cum vidisset. 8. Fa. 6. Illud mihi occurrit, quod discessit, &c. 1. de Leg. 32. Illud extremum est, quod recte vivendi ratio meliores efficit. *Ibid.* Atque hoc in omni disputatione sic intelligi volo, quod dicam naturam esse, &c. 1. ad Her. 24. Hoc modo in loco communi per amplificationem injiciemus: quod si hoc fecisset, tamen ei ignosci conveniret, &c. 4. Fa. 3. Facile apparet, quod me colat. 3. Qu. Fr. 1. Epistola, in qua primum erat, quod antiquior dies in tuis fuisset adscripta litteris, quam in Cæsaris. Ver. 4. 144. Ea enim scripta est, quod iste virgis neminem cecidisset. 3. Att. 24. Accedit illud incommodum, quod illa opinio, &c. 12. 24. Ad Siccam scripsi, quod utatur L. Cotta. 2. de N. 18. Apparet, quod aliud a terra sumpsimus, aliud ab humore. 1. Off. 37. Equidem illud animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur. 7. Fa. 28.

Memini, quod mihi desipere videbare. Qu. de Pet. 17. Memini, quod nulla in re illis unquam molestus fui. Ver. 4. 131. Jam illa præteribo, quod ista abstulit mensas, &c. 8. Fa. 2. Accessit huc, quod postridie ille venit. 3. de Nat. 68. Addo huc, quod postridie ille venit. 3. de Nat. 68. Addo huc, quod mihi pater misit, &c. 8. Att. 3. Omitto illa vetera, quod istum in repub. ille aluit, auxit, armavit. *Ibid.* 15. Mea quod semper fuit sententia primum de pace, deinde, &c. meminisse te arbitror. De Cl. 276. Hoc ipsum etiam posui pro argumento, quod ille solute egisset. Pro Qu. R. 38. Tu Qu. R. pro opera, pro labore, quod cognitor fuisset, quod vadimonia obiisset, rogasti, ut, &c. Att. lib. 11. ep. 12. Audebo petere abs te, quod te oro, ne existimes, &c. De Clar. 197. Illud minus curo, quod congessisti operarios omnes. De Ar. 22. Quod ni tu voluisses, &c. haud scio, &c. 12. Fa. 23. Quod ni ita putarem, ipse perscriberem. 14. 4. Quod utinam minus vitæ cupidus fuissem. Ver. 2. 60. 61. Quod ego, nisi, &c.

Quod si, *nam si, εἰ μὲν οὖν.* Orat. 51. Quod si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas: quid tandem in causis existimandum est? 4. Fam. 10. Quod si nullum haberes sensum nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre. 7. 2. Quod si mihi permisisses, confestim, &c. De Clar. 119. Quod si omnia, &c. commodius, &c. 6. Att. 1. Quod si cuipiam, huic tamen non. 1. Qu. Fr. 1. 4. Quod si tibi bellum administranti viderem, &c. tremerem animo, &c. *Ibid.* Quod si quis est, qui, &c. Pro Arch. 16. Quod si non, &c. tamen, &c. *Ibid.* 17. Quod si ipsi neque attingere, &c. tamen, &c.

Quodammodo, ἔστιν ὅπως. 1. de Orat. 251. Vocem ab acutissimo sono usque ad gravissimum recipere, et quasi quodammodo colligere. De Clar. 261. Voce, motu, forma etiam magnifica quodammodo.

Quoi, *pro cui.* 2. de L. 60. Quoi auro dentes vincti essent, &c.

Quojus, *per Cujus.* 1. de Leg. 52. Ad finem bonorum quo referantur, et quojus adipiscendi caussa sunt facienda omnia.

Quo magis, *ut magis, ὥστε μᾶλλον.* 2. de In. 103. et 3. de N. 21. Quo magis cogito, eo minus intelligo. Pro S. R. 86. Tenuitas hujus eo magis elucet, quo magis occultatur. 11. Att. 6.

Quo magis, *et quo minus, post rei expositionem, epiphonematicῶs.* 1. Off. 26. Est autem in hoc genere molestum, quod in maximis animis, splendidissimisque ingeniis plerunque existit honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditas: quo magis cavendum est, ne quid in eo genere peccetur.

Quo minus, *quo secius, ut non, ὥστε μή.* 2. Att. 24. Nihil desideramus, quo minus Epeirum ipsam possidere videamur. 2. de Orat. 256. Neque repugnabo, quo minus omnia legant, &c. 11. Att. 6. Nihil te deterreat, quo minus id disputes. De Cl. 117. Vacationem augures, quo minus judiciis operam dent, non habere. 3. C. 15. Quæ religio C. Mario non fuerat, quo minus C. Glauciam prætorem occideret. Pro Dom. 82. Nihil de me tulistis, quo minus essem in civium numero. In Vat. Nemo se anteponat, quo minus reus fiat. 11. Famil. 10. Interpellat me, quo minus honoratus sim, dum me interpellet, quo minus respub. ante defendatur. 3. 7. Illud non perficis, quo minus tua causa velim. 1. Tus. 91. Mors non deterret, quo minus, &c. 6. Fa. 22. Non eo res me deterruit, quo minus, &c. 1. 4. Nemo est qui nesciat, quo minus discessio fieret, per adversarios tuos esse factum. 8. 5. Tanquam nihil denegatum sit ei, quo minus quam paratissimus esset. 1. Off. 73. Quæ eo faciliora sunt philosophis, quo minus patent multa in eorum vita, quæ fortuna feriat, et quo minus multis rebus egeat. 1. de Orat. 70. Nullis terminis circumscribit jus suum, quo minus ei liceat vagari quo velit. I. P. 36. Nemini civi ulla, quo minus adesset, satis justa excusatio est visa.

Quomodo, *quo pacto, quemadmodum, qua ratione, qua via, ut, τίνα τρόπον.* 2. de Orat. 18. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. 3. Fa. 1. Si respub. tibi narrare potuisset, quomodo sese haberet, non facilius, &c. 2. 6. Hæc negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo tibi. 2. de Orat. 157. In hac arte nullum est præceptum, quomodo verum inveniatur, sed tantum est, quomodo judicetur. De Ar. 8. Etiam sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, duorum tis confixum senatusconsultis. Pro S. R. Postulatio brevis, et quomodo mihi persuades, aliquanto sequior. 2. contra Rull. 3. Sed ita me consulem fecistis, quomodo pauci in hac civitate facti sunt. 5. Tusc. 18. Et quomodo hoc, &c. sic illud, &c. Pro Qu. 88. Quem, quomodo nunc intendit, ne vivum quidem tum putabat. Ad Brut. ep. pr. in 6. Quomodo equidem credo, quod, &c. quomodo autem multi suspicantur, ne te, &c. quod ego non credo. 3. de Nat. 41. 8. Att. 23. et 12. 2. Quomodo nunc quidem est. 2. Qu. Fr. 2. Quomodo res se habet: non est facillima. 7. Fa. 5. Quomodo homines dicunt. 7. Att. 2. Cæsar quomodo exultat in victoria. Qu. de Pet. 35. Cum id petitur, quod honeste promittere non possumus; quomodo si quis roget, &c. 13. Att. 2. Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet. Pro S. R. 42. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat: ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam, reperire non possum. 2. de Orat. 140. Quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum.

Syntaxis. *Quomodo si quis roget. Quomodo nunc est, semper eget. Tu cura (quo-*

modo nunc vivitur) *ut &c. Ego* (*quomodo vellem*) *contendam, &c.*

Quomodocunque, *utut, utcunque, quoquo modo, quacunque modo, quibus rebus possis,* ὁπωσοῦν. Orat. 70. Et poterit, quocunque modo postulabit causa, dicere. 14. Fa. 24. Quomodocunque res se habet, poteris, &c.

Quondam, *quodam tempore, fuit quoddam tempus, cum,* πάλαι. 2. de Inven. 1. Crotoniatæ quondam, cum florerent omnibus copiis, &c. Pro S. R. 154. Populus Rom. qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore, &c. Pro Pomp. 22. Medea illa ex Ponto quondam profugisse dicitur. 7. in A. 11. Brutus homo quondam illius generis atque nominis natus ad rempub. liberandam. 1. de Orat. 23. Ea quæ quondam accepi in nostrorum hominum disputatione esse versata. *Ibid.* 135. Consuetudo mea, qua quondam solitus sum uti. De Cl. 192. Curionem quondam concio reliquit. 4. Academ. 9. Et alias sæpe, et quondam in Hortensii villa. Pro Fl. 106. Quondam. *de biennio, aut de brevi tempore.* 2. Att. 7. de Orat. 187. Omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt. 10. Att. 4. Is qui nos sibi quondam ad pedes stratos non sublevabat.

Quoniam, *pro eo quod, quando,* ὅτι, ἐπεί. 3. Tuscul. 14. Qui fortis est, idem est fidens: quoniam confidens mala consuetudine in vitio ponitur. 4. Fam. 5. Tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata erat. Pro Pl. 82. Et quoniam tu ita vis, nimium me gratum esse concedam. Pro Flac. 68. Ubi ergo crimen est? quoniam quidem furtum nusquam reprehendis, &c. Pro S. R. 30. Quoniam quidem suscepi, non deero. 1. de Orat. 218. Tolerabilius est sic dicere, ut quoniam dicendi facultas, &c. sic boni oratoris, multa auribus accepisse, &c. *Ibid.* 254. Quanquam quoniam, &c. 2. Famil. Quamobrem, quoniam, &c. 3. in A. 29. Quapropter quoniam, &c. aliquando, &c. 2. Att. 1. Quoniam quidem quæ nos scribimus te delectant, &c.

Quo pacto, *quomodo, quemadmodum,* πῶς. 2. de Inv. 44. Pro Qu. 55. Quemadmodum, &c. et quo pacto, &c.

Quoquam, ἔστιν ὅπου. Ver. 2. 52. O Verres præclara, quoquam si accessisti, quo non attuleris tecum istum diem!

Quoque, *etiam,* καί. Pro R. P. 33. Si ita fecissem, me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fefellissem.

Quoquo, *quocunque,* ὅποι ποτέ. 2. cont. Rull. 70. Hic ager quoquo pretio coemptus sit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Pro Dom. 25. Dicam ipso audiente, quoquo animo me auditurus est. Pro R. P. 21. Quæcunque mens illa fuit Gabinii, is quoquo consilio fecit, fecit certe suo. 2. de Orat. 339. Aut quoquo animi vitio dictum sit.

Quoquomodo, *quomodo, quocunque modo, quacunque ratione, omni ratione,* ὁπωσοῦν. Pro Mil. 94. Stet hæc urbs præclara, quoquomodo de me merita erit. 3. Off. 118. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, sed tamen quoquomodo possunt. *Ibid.* Atque in his tribus generibus, quoquomodo possunt, non incallide tergiversantur. 8. Att. 16. Pridie quoquomodo poteram, scripseram, &c. *Ibid.* 3. Quoquomodo ea res huic quidem cecidit. In Vat. 37. Ego legibus tuis, quoquomodo latæ sunt, pareo. 9. Fa. 16. Ut quoquomodo te liberarem. 6. in A. 19. Fuit aliquis casus, quem tulimus, quoquomodo ferendus fuit. Pro R. P. 24. Quoquomodo potero, me expediam. 2. de Div. 21. Quocunque enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est. 1. Fam. 5. Quoquomodo quidem se res habeat. 4. 12. Quoquomodo res se haberet. 15. Att. 17. Quoquomodo nunc est, non est, &c.

Quoquo tempore, *quandocunque,* ὁπότε ποτέ. 9. Att. 2. Adventus noster illi quoquo tempore fuerit, erit gratus.

Quoquoversus, *vel* Quoquoversum, *in omnem partem,* πανταχόσε. 9. in A. 17. Utique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pansa Consul, seu quo in loco videtur, pedes triginta quoquoversus adsignet, quo &c.

Quorsum *vel* Quorsus, ποῖ. 1. Tuscul. 60. Quorsum igitur hæc spectat oratio? 11. Fam. 28. Quorsum igitur hæc oratio longior? quia, &c. 3. de Orat. 89. Quorsum igitur hæc spectat tam longa, et tam alte repetita oratio? 7. in A. 25. Quorsum hæc omnis spectat oratio? Postq. ad Quir. 5. Quorsum igitur hæc disputatio? quorsum? ut, &c. De N. 60. Vestri hæc confirmant, interpretando quorsum quidque pertineat. 3. Att. 24. Verebar, quorsum id casurum esset. 7. 16. Hæc intelligentur, quorsum evasura sint. Pro Qu. R. 43. Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. 9. Att. 12. Videamus illius rationes, quorsum fluant. *Ibid.* 21. Videamus hoc quorsum evadat. 1. de Leg. 4. Quorsum tandem, aut cur ista quæris? *Ibid.* 63. Sed quorsum hæc pertinent? 2. Att. 21. Tanto in odio est omnibus, ut quorsus eruptura sit, horreamus. De Clar. 293. Quorsus, inquam, istuc? 1. de Leg. 63. Quorsus hæc pertinent?

SYNTAXIS. *Quorsum ista spectat oratio? Quorsum id pertinet? id cadet? ista evadent? recident? fluent? Quorsum erumpent? Quorsus ista?*

Quot, ὁπόσοι, ὅσοι, ὅσα. 4. Att. 8. Qui tot annos quot habet, designatus Consul fuit, nec fieri Cos. potuit. Orat. 53. Quot oratorum genera, &c. totidem orationis sunt. 2. de Orat. 140. Si in personis ponitur, quot homines, tot causæ. 1. Tuscul. 119. Cras autem, et quot dies erimus in Tusculano, agamus hæc. 4. Acad. 49. In his quale sit id, quod percipi possit, totidem verbis, quot Stoici. 1. Tusc. 86. Quot, quantas, quam incredibiles calamitates hausit?

Quotannis, *singulis annis, omnibus annis, in singulos annos,* κατ' ἔτος. 2. de Nat. 102.

Ver. 2. 131. Siculi ex censu quotannis tributa conferunt. et Orat. 151.

Quotcunque, *ὁποσοιοῦν*. 3. de Leg. 8. Hunc potestate pari quotcunque Senatus creverit, populusve jusserit, tot sunto. *Alii* quocumque *legunt*.

Quotenus, a, um, *ὁπόσοι τὸν ἀριθμόν*. 12. Att. 32. Is, opinor, ita partes fecit in ripa, nescio quotenorum jugerum, ut certa pretia constitueret.

Quotidianus, a, um, *communis, assiduus, ἐφημερινός*. 1. Fam. 1. Nam cum in sermone quotidiano, tum in Senatu palam sic egit causam tuam, &c. 5. 14. Tu non intelligis, te querelis quotidianis nihil proficere. 1. de Orat. 232. Præbere alicui victum quotidianum in Prytanæo. 5. Tusc. 72. Quotidiano cultu atque victu. 1. de Orat. 192. In usu quotidiano. 2. de Inven. 140. et 1. de Orat. 197. In sermone quotidiano. 3. 186. Vulgaris, quotidianus, pervagatus. 8. Att. 22. Non dubito, quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ. Ad Br. 16. Audire aliquid de te non solum usitatum, sed etiam quotidianum est. De Fat. 2. Primo illa, quæ erant quotidiana, et quasi legitima nobis, de pace dicta sunt. I. P. 64. In hac quotidiana, assidua, urbana vita. Pro S. R. 77. *Vide*, Administer. 3. ad Her. 35. Quotidianæ imagines.

Syntaxis. *Sermo quotidianus, querelæ quotidianæ, quotidianus cultus atque victus. Esse in usu quotidiano. Vulgaris, quotidianus, pervagatus. Id non solum est usitatum, sed etiam quotidianum. Quotidiana, assidua, urbana vita.*

Quotidie, *singulis diebus, in dies, in singulos dies, καθ' ἑκάστην ἡμέραν.* 5. Att. 7. Quotidie, vel potius in singulos dies, breviores litteras ad te mitto. Pro Dom. 113. Cum mihi summa et quotidie majora præmia in rep. fore putabas. 11. Att. 9. Quotidie Balbi ad me litteræ languidiores. 6. Fam. 6. Me quotidie Cæsar magis amplectitur. 3. Qu. Fr. 3. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus. 1. in A. 5. Quotidie magis magisque perditi homines minabantur. Ad Br. 18. Obdurescunt quotidie magis boni viri. 12. Att. 10. Et id quotidie magis. 3. Qu. Frat. 1. Quod scribis te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Quovis die. Pro Cœl. 1. Lex quæ de seditiosis civibus quotidie quæri jubeat.

Quoties, *ὁσάκις*. Pro Mil. 39. Ver. 2. 145. Verum quoties et quot nominibus auferes. 1. de Orat. 251. Toties quoties præscribitur. 1. C. 16. Quoties jam tibi extorta est sica ista de manibus? 15. Fam. 7. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, &c. 7. 7. Toties &c. quoties, &c.

Quotiescunque, *quocunque tempore, quandocunque, ποσάκις ἄν*. 1. C. 11. Quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti. Pro Dom. 71. Senatus quotiescunque &c. toties, &c. Pro Sest. 146. Is quotiescunque me viderit, ingemiscet. 2. de Orat. 137. 3. ad Her. 34.

Quotquot, *ὅσοι ἄν*. 11. Fa. 23. Peream, si te omnes, quotquot sunt, ferre poterunt. 2. de Inv. 145. Si duæ leges, si plures, aut quotquot erunt.

Quotus, a, um, *πόστος*. 3. de Orat. 194. Quotus enim quisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum? 3. Att. 10. Quotus enim quisque, qui epistolam paulo graviorem ferre possit? 1. de Nat. 80. Quotus enim quisque formosus est, &c. 2. Tuscul. 11. Quotus enim quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ut ratio postulat? Pro Flac. 104. Quotus enim quisque est, qui hanc in repub. sectam sequatur? Pro Planc. 62. Quotus enim quisque disertus, quotus quisque juris peritus? 2. de Div. 52. Quota enim quæque res evenit prædicta ab his? Ver. 3. 220. Quotus erit iste denarius, qui non sit deferendus? *id est, an bini, vel terni, vel deni.* 9. Att. 11. Sciebam enim de quoto anno, et quantum in solo soleret quærere. Pro Lig. 26. Quotus enim istud quisque fecisset? ut, &c. Pro Cæl. 38. At fuit fama, quotus quisque eam fugere potest in tam maledica civitate? 3. ad Her. 30. Ne quando perturbatione ordinis impediamur, quo secius quoto quoque loco licebit, possimus, &c.

Syntaxis. *Quotus quisque est, qui, &c. Scio de quoto anno, et quantum. Quotus enim istud quisque fecisset? Quoto quoque loco licet? Quotus quisque Orator est?*

Quousque, *quandiu, quem ad finem, quoad, quatenus, ἕως ἄν, μέχρι τίνος*. 1. Att. 13. Quousque, inquit, hunc regem feremus? 15. 22. Quousque ludemur? *Ibid.* 24. Quousque inquies? quoad erit integrum: erit autem, usquedum ad navem. De Somn. 9. Quæso, inquit ille, quousque humi defixa tua mens erit? 1. C. 1. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Pro Fl. 70. Quousque negotiabere? Pro Pl. 75. Quousque ista dicis?

FINIS TOMI SECUNDI.

Londini imprimebat J. F. DOVE, in Area quæ est Divi Joannis.